





MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.


LIBRARY OF CONGRESS
SURPLUS
DUPLICATE

SCRIPTORVM
TOMI XV. PARS II.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMI XV. PARS II.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXVIII.

N I 3/854
Ita.
17 S '00
THE GETTY CENTER
LIBRARY

SCRIPTORUM TOMO DECIMO QUINTO CONTINENTUR:

SUPPLEMENTA TOMORUM I—XII.

PARS III.

VITAE ALIAEQUE HISTORIAE MINORES.

SUPPLEMENTA TOMI XIII.

EX MIRACULIS S. GISLENI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De miraculis in Hannoniae celebri abbatia S. Gisleni a. 931. *restaurata factis brevem libellulum conscripsit monachus ignotus eiusdem coenobii, qui a.* 938. *incendium monasterii praesentem se vidisse*[1] *et compluria miracula eodem fere tempore facta oculis se probasse*[2] *profitetur. In quo nonnulla de restauratione monasterii, plura de eis quae eam praecedebant rebus, praesertim de inventione ceterisque fatis corporis S. Gisleni minus prompto sermone retulit. I. Ghesquierus*[3] *Miraculorum horum auctorem dicit eundem esse qui* 'sub obedientia sancti patris Gerardi restitutoris *eiusdem nempe monasterii (a.* 931*)* militans, homiliam *scripsit (ante incendium a.* 938*)* de actibus et praedicatione sancti patris et fundatoris Ghysleni, *uti lucubrationis eius titulus in ms. codice Gisleniano prae se fert, eamque, ut ipsa homiliae verba indicant, pronunciavit ipsomet* sancti patris .... Ghysleni festivitatis die'. *Quod, cum homelia illa typis non data sit, diiudicare non possumus. Excerpta nostra*[4] *ex editione I. Buei, Acta SS. Oct. IV, p.* 1035—1037, *repetita ab I. Ghesquiero, Acta SS. Belgii IV, p.* 385—389, *sumpsimus, cum, 'apographum Gislenianum' a Bollandistis visum, hocque mendosum nimis ac forte fine destitutum, ubi nunc lateat, ignoremus.*

Aliquanto maioris pretii est libellus editus a Rainero, qui aliquot annis post a. 1035. *precante Symone abbate et iubente Rathbodo abbate Vitam Gisleni antiquam*[5] *in elegantiorem et prolixiorem formam redegit*[6] *et librum de miraculis eius addidit. Qui abbates quae monasteria rexerint, primo aspectui non patet*[7]*; cum Rainerus vero se monachum Gislenianum fuisse satis aperte indicaverit*[8] *et Rathbodo se subditum fuisse dicat*[9], *hunc abbatiae S. Gisleni*

1) C. 9: *cum .... cernimus igni tradita.* 2) C. 6: *Quod .... oculis probatum est;* c. 8: *Sed iam quid ad testimonium, ut credo, fidei vel operis nobis coram positis miraculi apparuerit.* C. 10: *nobis simul mirantibus.* 3) Acta SS. Oct. IV, p. 1011; Acta SS. Belgii IV, p. 339 sq 4) Quae, emendata ut valuimus, ideo potissimum hic repetimus, quia a Rainero ea adhibita videntur. Titulum *Inventio et miracula sancti patris Ghysleni* huic libello in codice inscriptum fuisse, dicunt Baudry p. 276. et Ghesquierus l. l. 5) Saec. IX. vel X. in. compositam, Mabillon, Acta II, p. 790—796. 6) Hanc solus edidit Surius decurtatam et alterato nonnusquam sermone, epistola ad Rathbodum omissa, Hist. SS. prob. (9. Oct.) V, p. 662 sqq. Epistolae partem dedit Mabillon l. l. p. 789. 7) Baudry, 'Annales de St. Ghislain' in 'Monuments de la province de Namur' VIII, p. 206 sq., Symonem abbatem S. Gisleni, qui circa a. 1015. obiit, Rathbodum forte abbatem S. Amandi a. 996—1013, fuisse censuit. Quia vero Rainerus post a. 1035. demum scripsit, hunc iure refellit Ghesquierus, Acta SS. Oct. IV, p. 1011. Quodsi Baudry dicit in codice ms. nomen auctoris legi *Ronneri*, aut codicem S. Gisleni mox dicendum falso aut aliud mendosum apographum legit. 8) Monachus dicitur in lemmate codicis Gisleniani; c. 2. et c. 9. Gislenum dicit 'patronum nostrum'; et c. 9. narrata restauratione monasterii S. Gisleni: *Qua de re,* ait, *cum et optata fruamur pace et temporalibus commodis videamur abundare* etc. Nullo argumento nisi Baudry l. l. p. 206 sq. 308. et Duvivier, 'Recherches' p. 54, n. dicunt, eum monachum S. Petri Gandavensis vel S. Amandi fuisse. 9) Epist.: *Domno abbati Rathbodo ..... minimus sibi subditorum frater Rainerus.* Ibid.: *quod sub auctoritate obcedientiae infirmo animo vestra imposuit magnitudo* et: *prudentia Dei ... maiores ac meliores imposuit capitibus ordinis nostri, quorum praeceptis oportet nos oboedire.*

L. d C.

praefuisse, licet alibi nusquam occurrat, constare videtur; quam inter annos 1045—1050.[1] *circiter rexisse censendus est. Cui vero abbatiae Symon attribuendus sit, quem Rainerus de s. Gisleno quaedam narrantem audivit, non satis apparet*[2].

Post Miraculorum cap. 12. *Rainerus:* Quae sunt praelibata, *inquit*[3], haec omnia docuerunt calamum currentem cartularum scripta, *et cap.* 1—11. *eadem narrat quae Miracula saec. X. supra relata continent, ubique vero multo plura refert, nomina personarum et locorum addit, quae eum adinvenisse persuadere mihi nequeo; et quae c.* 12. *narrat multo post auctorem illius libelli, circa a.* 1000. *videlicet, gesta sunt. Unde praeter illa miracula, quae haud dubie legit, alia etiam, quae ei materiem narrandi praebuerunt, adhibuisse videtur. Praesertim de restauratione abbatiae S. Gisleni multa refert, quae alibi tradita non sunt, etsi magna cum cautione consulenda, non spernenda tamen. Quae c.* 13. *narrat ab Eilfrido monacho S. Gisleni se audivisse profitetur, et de re a.* 1035. *gesta ita refert, ut appareat, ipsum eam non vidisse. Unde post hunc annum apud S. Gislenum monachico habitu eum indutum esse, censeo.*

Bene litteratus fuit Rainerus, Horatii Vergiliique sententias usurpat, more illi saeculo consueto per totum libellum sermonem syllabis quibus enunciata terminantur consonis exornavit, at in narrando nimis verbosus et prolixus est, etiam contemplationibus piis, quae taedium molestiamque lectori afferunt, se nimium dedit. Unde multa resecavimus, haud pauca tamen hoc loco exhibenda esse duximus, ideo maxime, quia Raineri libellus integer nusquam in lucem prodiit. Pauca frustula eaque mutila et corrupta Mabillon, Acta II, p. 796—800, *edidit. Alia exigua supplevit Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p.* 365—367, *ex codice Bruxellensi nr.* 9636. 9637, *ubi, referente nobis V. Cl. E. Ouverleaux, f.* 155—170. *exstat* Sermo in festivitate beati Gisleni necnon de elevatione et claritate miraculorum eius, *cui aliqua pars Miraculorum Raineri inserta est.*

Excerpta nostra cum epistola ad Rathbodum abbatem Vitae S. Gisleni a Rainero praemissa dedimus ex codice ***Montensi*** *nr.* 27 *(*8401*) mbr.* 4°, *saec. XI. in monasterio S. Gisleni splendidissime et accuratissime scripto*[4].

Multa ex Raineri Miraculis Iacobus de Guisia Annalibus Hannoniae X, 80—85. *XIV*, 26. 38. *inseruit*[5], *quaedam inde etiam auctor Vitae Gerardi (infra) decerpsit.* *O. H.-E.*

EX INVENTIONE ET MIRACULIS S. GISLENI SAEC. X.

1. Post multa certamina, quae confessor Domini Ghyslenus spirituali agone, mundo spectante, certaverat, post longa cruciamina[a], quibus bellator corpus proprium mactando cruciaverat, tandem consummato cursu, victore spiritu, exemptus seculo, in sanctorum transfertur requiem iungendus Domino, quia, quem fideliter eatenus contemplando sitiverat, iam absque nebula carneae molis perfruendum sibi concessum impetrarat. Porro compago corporis gremio terrae olim suscepta latens tegebatur; peccatis enim nostris exigentibus, tantus patrocinator mortalibus profuturus palam aberat. Ipsi quidem festiva[b] paradisi gaudia in compensationem suorum laborum feliciter redduntur, sed eius patrocinia in convalle

a) *corr. Bueus;* conciamina *ed.* b) *corr. Bueus;* festina *ed.*

1) Heribrandus abbas, cuius Rainerus c. 13. mentionem facit, a. 1040. occurrit ('Compte rendu de la commission royale d'histoire' XIV, p. 193) et Gest. ep. Camerac. III, 21, SS. VII, p. 472, quae inter a. 1041—1043. composita sunt, vivere dicitur. Circa a. 1052. vero iam Widricus abbatiam S. Gisleni rexit, Baudry l. l. p. 322. 2) Forte Gerardimonti, ut voluit Ghesquierus l. l. p. 1012, vel forsan ille Simon abbatiam S. Gisleni circa a. 1015. abdicaverit, postea in eodem monasterio privatus remanserit, licet Gesta ep. Camerac. III, 20. eum circa a. 1015. mortuum esse indicare videntur. 3) Similiter in prologo. 4) De quo v. 'Archiv' VIII, p. 473; 'N. Archiv' II, p. 266. Apographum eius saec. XIII. est codex Montensis nr. 26. (8402), olim S. Gisleni, ibidem memoratus. 5) Codice Montensi 26. vel eius apographo usus.

plorationum hactenus moerentibus miserabiliter abduntur, sic multa vertigine labentium annorum occultata, ut iam quoque ipsa merita fierent velut ignota. Locus etiam, quo flebiles deduxerat dies, qui viro Dei paradisiaca amoenitas[a], incuria praesidentium pene ut lustrum ferale in pristinum iam redigebatur desertum; sed non in perpetuum. Haec ad tempus facta oblivio; nec passa est divina miseratio servi sui merita diutius sopita dilitescere, magis[b] intercessionum beneficia quaerentibus vitam eius cunctis fidelibus in exemplo tribuere.

2. Agitur ergo sive proditur istud tempore congruo, immo superno respectui placito, scilicet Henrico Saxonum rege Franciae Austrasiorum sive Germaniae gerente insignia sceptra[1], Ghisleberto earundem regionum duce vel consule, ut per principes famosi nominis promulgaretur celebre nomen latius famosi miraculi. Denique hiis diebus quidam presbyter Teutfridus nomine praedictum locum, quo venerandus vir, basilica constructa, sepeliri se mandaverat, qui tunc Ursidoncus, modo Cella Sancti Ghysleni[2] nomen sortitur, per successionem ad explendum inibi sacerdotale debitum, videlicet sui gradus officium, acceperat sibique in villa proxima, quae vocabulo dicitur Hornutum[3], hospitium deputaverat; tantum quippe secretus vel inaccessibilis locus monasterii illius videbatur, quod prae horrore solitudinis etiam inhabitabilis fieret. Fuerat quidem dudum cuiusdam abbatis Elephantis nomine[4] studio in meliori statu reparatus, sed, eo decedente, habitatoribusque sublatis, in antiquam revertebatur solitudinem.

3. Presbytero igitur moras illuc agente, coeperunt de remotis partibus diversarum regionum ad eum confluere, significatum sibi esse fatentes, semidei Ghysleni membra in saepedicto monasterio humata iacere et a loco sepulturae transferri oportere. Cumque locus sepulchri ab ipsis ignoraretur, et presbyter fidem minime adhibens negligenter quae sibi dicta fuerant omitteret, adeo res divino nutu fidei capax apparuit, ut idem locus, quo tumulus fuerat, caelitus ibi facto miraculo, evidenter claresceret. Nam ex villa Tiedeias[5], quae regionis finitima videtur, rusticorum quidam luminum acie privatus nomine Berherus[c] per revelationem audivit, quod ecclesiam sancti Petri, id est Cellam qua sanctus Ghyslenus quiesceret, sollicita visitatione adiret. Cui confestim parenti contigit, noctu adesse illuc, ecclesiae ostiis obseratis; hac necessitate cogente, ante parietem a parte orientis pervigilem mansisse; mane illucescente[d], dolore nimio ipsis orbibus correptus est; cumque aquam requireret, ex ea, quam lacunis collectam humo forte hauserat, eosdem leniter attactos fovit, mox, caligine detersa, pristinum recuperavit lumen oculorum. Presbyter adhuc diffidens, consilio aliorum sacerdotum rem procrastinat.

4. Porro venerandus Domini famulus, qui vivens semper humilitatis loco studuerat, etiam mortuus infimorum auxilio delectatur, sibique adiutores fieri requirit, quibus in hac vita se beneficii solatium praebuisse meminit. Homo siquidem in vicino commanens vocabulo Wineradus[e] religiosam, licet saeculari habitu, ducebat vitam, qui ex clientela quondam illius progenitus, ab ipso beato viro bis commonetur, uti ossa a loco sepulchri sustollat. Cum ille anceps et haesitans pergere[f] dubitaret, ita terribili comminatione tertio apparens[g] concutitur, certo die ad hoc peragendum designato, ut horrore visionis exterritus statim consurgeret ac concite locum sibi visione ostensum cum presbytero adiens, effodere summo conamine inciperet. Neque expers in hoc desudando redditur, sed mox effodiendo in altum sacra pignora invenit et cum magna reverentia proferens sindone munda involvit. Agitur hoc die sibi dudum designata pridie Kalendas Octobris, quae dicata beato angelo Michaeli et omnium beatorum caelestium virtutum militiae per orbem reverenter recolitur. Ut autem manifestum sancti viri meritum fieret, tanta suavitas nectarei odoris spectantibus populis respersa est, ut aromatum fragrantiam vinceret, et omnium ora in laudem Dei resoluta gloriam Dei pro tanta servi sui glorificatione unanimiter resonarent; qui odor gratissimae redolentiae tam diu mansit, quousque in oratorium, quod in memoriam beatorum apostolorum Petri et Pauli dedicatum erat, die quinta decima corpus transferretur. Non enim qui adfuerunt sacerdotes ausi per se tantum opus praesumere, sed sub diligenti custodia et condigna reverentia eodem loco dispositum episcopo Cameracensi Stephano[6], ad cuius diocesim pertinebat, festinant intimare; qui tanta mirabilia audiens, congaudendo gratias Deo reddidit, paratus mox iter illuc accelerare et sanctum corpus pretiosissime transferre[h], sed ingruente cuiusdam non praetermittendae causae articulo, minime profectus est, verum archidiacono Oilbaldo[i] fideliter exequendum iniunxit. Idem, coacervata multitudine, sanctas reliquias transferens, in praedicto reposuit oratorio.

5. Exin quanta in sui alumni veneratione virtus divina ostenderit miracula, ex sequentibus liquebit. Verum sermonem in laude sancti viri et de eius virtutibus narrationem brevibus concludere sententiis ratum videtur. Hoc igitur beati viri corpus cum e proximis virginum monasteriis, id est Malbodio[7] vel Castriloco[8], clerici atque puellae dissidentes ambirent, emissis ex priori eorum clanculo apparitoribus[k],

a) fuerat *supplendum videtur.* b) sed *ante* m. *supplevit Bueus.* c) *sic Rainer;* Becherus *ed.* d) illuscente *ed.* e) *sic Rainer;* Winerandus *ed.* f) pergeret dubitare *sine causa proponit Bueus.* g) *ita ed.; locus, ut videtur, corruptus.* h) tranferre *ed.* i) Oilboldo *Rainer;* Gilbaldo *ed.* k) *corr. Bueus,* apparitionibus *ed*

1) Henricus a. 923—925. Lotharingia potitus est; Gislebertus a. 920—939. ducatum gessit. 2) St. Ghislain prope Mons in Hannonia. 3) Hornu a St. Ghislain paucis passuum milibus versus meridiem. 4) Cui propinquo suo Karolus Magnus hunc locum concessisse dicitur ab anonymo auctore Vitae S. Ghisleni prioris § 17. Basilicam ab eo constructam consecravit Halitgarius episcopus Cameracensis (a. 817—831); ibid. § 18. 5) Thieusies a Roeulx occidentem versus, ut coniecit Bueus; Rainerus c. 1. hoc miraculum narrans, aliud nomen *Tithelrode* Brabantiae inseruit. 6) Sedit ab a. circiter 910. (post a. 902.) usque ad a. 933. 7) Maubeuge. 8) Mons.

furtim auferunt, dispositis in itinere obviantium turmis, in ecclesiam sanctae Dei genitricis non sine ambitione provehunt. Non renuit quippe vir sanctus exanimo corpore visitare locum, in quo merita virginis Aldegundis rutilant, qui, ut sponsa Regis caelorum merito castitatis existeret, sollers institutor insudaverat. Exin cum sacerdos Cellae beati viri aeditous ac vicini circumquaque suspensi moerore nimio de ablato corpore afficiuntur, apparuit idem quibusdam ex eis per visum consolans spondensque, se celeriter reversurum, simulque monens, ut Malbodienses super hoc convenirentur. Haec ut erant gesta in notitiam Cameracensis ecclesiae perveniunt. At Stephanus, cuius supra memoravimus, pontifex eiusdem, ecclesiastici iuris periculo rem provenire considerans, per se illico examinandam decernit, profectusque Malbodium, maiores natu advocans, episcopali auctoritate convenit. Sic resumptam sancti corporis glebam proprio, quod vivens assiduo initiaverat gemitu, domicilio ingenti honore et populorum prosecutione revehens venerabiliter relocavit.

6. Post, Deo annuente, meritis servi sui intervenientibus, principum consilio decretum est, esse debere in loco hiis beneficiis insignito coetum ecclesiastici ordinis Maiestati supernae continue militantem. 931. Ergo monachico ordine sub norma sancti habitus instituto[1], maioribus demum virtutibus monasterium ipsum attollitur.

In hoc puella quaedam nomine Godrada[a] caeca merita sancti Ghysleni supplex exposcens, dum attente in ecclesia stans perorat, luminum suorum recipit sanitatem.

Item Fredelagus, dum similem patitur incommoditatem, pari devotione beneficium expetens, aequalem meretur sospitatem.

Quid illud quod de altera itidem puella contigisse oculis probatum est? Ipsa Albrada dicta. . . . . . .

7. Quidam Haimericus funditus oculorum officio privatus . . . .

Mulier vocabulo Ebrahaidis, omnium artuum valetudine mulctata, videt revelatione beatum confessorem certo tempore sanitatis sibi beneficium pollicentem; quae tempus notatum dum praestolatur, basilicam adit, munus debitum orationis voti offert, sperata tandem obtinet suffragia.

Sed quanto[b] sit miraculo[c] in loco reliquiarum haec mira toties intueri, tamen et in remotis partibus maiora saepe eius meritis provenire notum est. In territorio Suessionum fuerat olim abbatis Elephantis dono tradita quaedam portio vineae Cellae Christi confessoris ad nomen sancti Petri apostoli, sed, vetustate temporis adigente, ita oblivioni tradita, ut iam nec mentio de ea a procuratoribus eiusdem ecclesiae ulla fieret; verum illud praediolum ab illius provinciae indigenis — etsi viris praedictae ecclesiae non esset ignotum — ita vindicabatur, ut penitus ex eo redditus numquam solverent. Ut autem virtus sancti claresceret, contigit, duos occasione huius ambitionis litigio dissidere. Ex his qui vices Sancti Petri defendebat Fruodo[d], qui ad nomen sanctorum Crispini et Crispiniani vindicabat Ghislebertus dicebatur. Cumque verborum iaculis semet invicem diu percutissent, ventum est in agrum. Lapis solo infixus haerebat, quo duarum possessionum agri conlimitabantur. Homo Sancti Crispini instabat magno clamore, hunc infra illius vineae agrum oportere transferre partemque alteri copulando secludere. Sed defensor vehementer renitens dicebat, Dei iudicio magis reservari debere, se constantissimum prolatae rei testem, scilicet agrum illum ut erat metatus viris Sancti Petri cedi.

8. . . . . Quo enim tempore in eiusdem Cellae monasterio interdiu morabatur quaedam femina illic nomine Dada, contractione ita curva. . . . . . .

9. Quo quidem tempore non parvum aliud, quod hic non praetermittendum ab re videtur, miraculum in hoc ipso monasterio ostensum est. Dolendum nimis et valde ingemiscendum nostrorum peccatorum triste cyrographum, cuius adeo interius fomentum malae adustionis exarsit, quo exterius ad insensibilem quoque materiam ardor incendii pervenerit. Suspiria enim alta trahuntur, cum ipsius fabricam basilicae et crebra in circuitu domorum, negligentia interveniente, occulti Arbitri examine cernimus igni tradita. Hoc quidem lamentabile excidium provenit anno ab incarnatione Domini nongentesimo trigesimo octavo, die dominica, hora sexta, 12. Kalendas Septembris, Ghisleberto duce adversus Ottonem
938 Aug. 21. regem Saxonum causa regni concertante[2]. Sed quamvis, ut dixi, adustionis indicium fletu et dolore inhabitantes repleverit, non minimum tamen consolationis dedit, quod cripta, quae corpus illius simulque aliorum sanctorum pignora intra ambitum septa eatenus incluserat, inviolabilis[e], undique saeviente flammarum orbe, apparuit.

10. Ibi post haec instante festivitate eiusdem, cum laudes nocturnalis officii in proxima sancti Martini basilica agerentur, supradicta mulier pernoctando exorans, optata salutis remedia consequi meruit. Cum enim pervigilem noctem in hac supplicatione haberet, inter hymnorum sollempnia, dum quarta illius lectio recitaretur, salutari beneficio se visitari sensit, et lento conamine surgere innisa[f], pedibus constitit, stupentibus cunctis, basilicam, quo cantus ecclesiasticus resonabat, nobis simul mirantibus, est ingressa; peractis dein vigiliis, cum res, ipsa exponente, omnibus innotuisset, abbas loci Gerardus[3] omnisque coetus fratrum supernae magnificentiae praeconantes, gratias illi qui eos servi sui Ghisleni meritis

a) *sic Rainer;* Dodrada *ed.* b) quanti *ed.;* quamvis *coniecit Bueus.* c) haec *add. ed.* d) *sic Rainer;* Finodus *ed.* e) immobilis *ed.* f) invisa *ed.*

1) De anno v. quae notavi p. 584, n. 3. 2) Hae temporum notae inter se non conveniunt. A. 938. dies Aug. 21. non in diem dominicam incidit (quod a. 936. contigit), sed in diem Martis. Inter Ottonem regem et Gislebertum ducem vero a. 939. concertatum est. Rainerus c. 11. eundem diem habet, annus vero in eius codice perperam 900. indicatur. 3) Broniensis; v. eius Vitam infra.

laetificatos benigne hactenus visitat nec[a] deseruit, frequenti iteratione proclamant. Sed et mulier ecclesiae ministeriis sub sacro velamine deservire promittens, immensas ob datum sibi beneficium gratias agere non cessat. Tales enim medicos nobis divina largiri dignata est pietas, qui absque mora subveniant[b], sanant corpus ab incommodo aegritudinis.

EX RAINERI MIRACULIS S. GISLENI.

INCIPIT EPISTOLA RAINERI MONACHI AD DOMNUM ABBATEM RATHBODUM.

Domno abbati Rathbodo[c] merito venerando et amplectendo minimus sibi subditorum frater Rainerus[c] quod suis fidelibus repromittit omnium bonorum largitor Deus.

Terruit me, pater amantissime, vestra non contemnenda iussio, et, ut vera fatear, paene enervata est ad imperium vestrum meae pusillanimitatis compago, ferre non valens negocium, quod sub auctoritate oboedientiae infirmo animo vestra imposuit magnitudo. Praecepistis, amantissime patrum, meae parvitati precatu domni abbatis Symonis[1] vitam beati Gysleni luculento stilo exarare atque miracula ipsius non minus polito sermone futuris saeculis dirigere. Sed quis ego aut quid ego ad haec, qui elementa tantum cognoscere, vim vero eorum adhuc non novi diiudicare? Cum rumino non obliviscendum vestri praecepti mandatum, non recognosco me ipsum, quem de pusillo vultis facere magnum, de malesano sensatum, de elingui rethoricum. Satius et gratius existeret michi animo, ut vestro praecepto quantum superest michi vitae degerem clausus in carcere ceco, quam deprimerer pondere tanto. Verum quia prudentia Dei non sine certi ratione mysterii maiores ac[d] meliores imposuit capitibus nostri ordinis, quorum praeceptis oportet nos oboedire etiam usque ad effusionem sanguinis, tremens et timens institi, non ut debui, sed ut potui, quia nec cerebris sensus affuit, ut stilus optavit, nec propriae circumstantiae, quae sunt necessariae tanto labori. Quam ob rem plura desunt, quae huic opusculo inesse debuissent, sed quae nec legendo nec videndo nec audiendo comperi; ne deprehenderer falsarius scriptor, inserere aliud non praesumpsi, nisi quod in cartulis atque membranis sparsim vix reperi, praesertim cum Omnipotentis virtus, quae semper mira operatur in sanctis suis, minime egeat astrui mendaciis. Pauca tamen utcunque pegi, quae auditu fidelium fratrum [percepi[e]], quorum sacerdotalis infula et regularis cuculla dotem ad credendum michi fecit fidei[2]. Quale est illud quod pinxi de pisce, qui saltum dedit in siccum in adventu beati Amandi[3], sicut ab abbate Simone didici, et caetera quaedam, quae seiunctim diligens lector facile cognoscere poterit. Qualecunque sit, domine, quod vestro iussu est exaratum, vestrae examinationis et emendationis exspectat iudicium. Quod si fuerit fultum vestro favore, non avertet oculos ut noctua a lucis splendore.

. . . .

INCIPIUNT CAPITULA SUPER MIRACULA SANCTI GYSLENI.

FINIUNT CAPITULA.

a) non *ed.* b) *sic ed.; fort.* subvenientes. c) ·R· *c.* d) ac, *ead. manu superscr. et c.* e) *supplevi, deest c.*

1) Cf. praef. p. 576. 2) Cf. Mirac. c. 13, prol. 3) Vitae c. 8, Surius V, p. 664. 4) Ipse libellus 13 capita continet; in indice cap. 12. Miraculorum omissum est.

INCIPIUNT MIRACULA QUAE PER SANCTUM VIRTUS OPERATA EST DIVINA.

1.[a] De quodam caeco visum recipiente et viri Dei merito circunquaque clarescente.

Unde cum disponeret superna clementia, ut praeclara confessoris sui merita, quae putabantur quasi [Mir. ant. c. 2.] nulla, hominibus fierent manifesta, et locus, qui carebat servitute condigna, utpote perrara habens unius tantummodo presbiteri servitia, recalésceret virtute prístina, ea tempestate, qua Henricus rex Franciae, Saxoniae Germaniaeque gerebat sceptra[b], et Gyslebertus ducatum regebat Franciae cum omni diligentia, [ib. c. 3.] quidam vir rusticus nomine Berherus ex pago Bracbantensi de villa Tithelrode[1] vocitata, cui lumen oculorum nox clauserat intempesta, monetur in somnis voce divina, quatinus recuperandae salutis gratia locum ádeat, quo requiescunt saepedicti patris membra. Qui somno excussus ac de visione laetus, arrepto baculo et data uxori manu, corde credulus, coepit currere offendens pedibus. Sed quia unius diei itinere ad locum quo tendebat pervenire non sinebat longior via, in villa, quam Baldurnum[2] vocat rusticana lingua, requiem ei praestitit nox soporifera. Ubi dum requiesceret fatigataque membra somno repararet, visum est ei, antequam gallus profundae noctis pervigil alas excuteret, ut campanas supra memoratae Cellae audiret. Unde cum festinatione de stratu, quanvis hospite multum prohibente, surgens atque ad matutinas, quas putabat sonuisse, pervenire sé posse credens, summa cum celeritate pervolat, duce praeeunte, ad orationis locum, neminem intus inveniens. Cum vero lustraret omnes monasterii áditus, nullusque sibi pateret ingressus, tandem substitit in loco, quanvis nescius, ubi tempore Halitgarii episcopi et Elefantis abbatis pro dedicatione aecclesiae ab ipso abbate excellentiori culmine fabricatae sacrosanctum collocatum fuerat corpus[3]. Lucernis itaque, quas pro devotione secum detulerat, accensis, pernox tandiu incumbit orationi cum lacrimis, donec Aurora relinquens[c] croceum cubile Titonis[4] in lucem prorumperet, fugatis tenebris. Et ecce, aurora rubescente, ipse cuius est salus repente dat caeco benedictionem suae gratiae, omnesque ab oculis eius noxiae decidunt membranulae, necnon fugantur diutinae noctis nubeculae, ac luminibus fotis[d] gutta purissimae aquae[e], pupillarum vena depulsa, gaudet sé illustratum solari orbe, videns clare omnia aperta oculorum acie. Atque huius rei gratia laudans toto corde solem iustitiae, qui meritis servi sui sé in tenebris sedentem dignatus est visitare auferendo speciem mortis horrendae, sanctum salutat Gyslenum non sine gratiarum actione. Rediensque domum incolumis cum optata salute, vixit per plura curricula annorum, prosperitate sibi favente, plurimis existens exemplum bonorum operum, divina misericordia sé subsequente. Denique divina pietas, quae iustum suum, dum adviveret, duxit per vias rectas ac pro meritis ostenderat, quae esset regni Dei claritas, insuper, ne videretur in vanum cucurrisse, coronam gloriae dederat, ne deesset illi aeterna felicitas, gentes de remotis terrarum spaciis adducit diversas, quae, prout divinitus sibi ostensum esse fatebantur, incolis loci praedicabant, quae sanctissimi patris Gysleni foret sanctitas, affirmantes magnum esse commanentium vicinorum nefas, quod sepulchri tándiu tenéret obscuritas, quem suae gloriae consortem gauderet habere unanimis sanctorum societas. Talia siquidem plurimis adventantium referentibus, nullus paene auditorum ad haec inclinabat auditus. Et quamvis priscis temporibus á loci primoribus tam aedificiis quam institutis regularibus necnon etiam luce sapientiae ac scientiae non minimum fuisset locus decoratus, paulatim tamen per incuriam cultus et veneratio ipsius decessit, usquedum deprecatione ac iussione Karoli regis abbas Elefans, tunc temporis multarum abbatiarum rector opinatissimus et regularis normae servantissimus, in meliorem statum eum omnimodis reparavit[5]. Nec sic quidem Satanae invidia cessit, verum amplius malignitatis fomite exarsit, nec destitit, quousque hostili piratarum incursu acsi quodam incendio intra Gallias grassaretur, unde praescriptus locus cum multis aliis in vastissimam solitudinem redigeretur. Emortuis interim ubíubi divinae legis cultoribus, in quibus ardor karitatis et disciplinae suis fraglabat[g] temporibus, iustitia terris excedens, per sudos caelorum tractus erat incedens. . . . . . .

2. De revelatione viri Dei super elevatione corporis sui.

[ib. c. 4] Unde[6] vir sanctus apparet in somnis cuidam suae familiae Winerado nomine, monens illum blanda voce, ut corpusculi sui urnam ex sepulchri imis in oculos efferat solis absque ulla cunctatione. Qui bis ammonitus, iussa monentis et ipse nichilóminus de die in diem procrastinat, nesciens, útpote rusticus, tenórem viae, qua id explere valeat. Quá de caúsa vir sanctus quasi indignatus, apparet ei tertio comminans et fremebundus atque ita est illum adorsus: ‘Cum iure debeas michi, Winerade, omne servitium, cur ita vilipendisti oris mei praeceptum, quasi esset aliquid fantasticum? Si fantastica somniatrix fantasiae somnium tibi retulisset, inscitia cordis tui aurem procul dubio anilibus verbis illius accommodasset. Ego autem nil fantasticum, scias, tibi impero, sed quod á seculis et generationibus dispositum est a Deo. Quapropter iam nunc surge et, vocatis presbiteris, oris mei edictum impiger exséquere, ne patiaris ultionem [Hebr. 10, 31] divinae irae pro culpa inoboedientiae, quoniam horrendum est in manus viventis Dei incidere. Ibi me

a) *numeri capitum recenti manu suppleti c.* b) *eadem manu superscr. c.* c) r cr. c. T. *post deleta c.* d) fontis *corr.* fotis *c.* e) *in marg. ead. manu suppl. c.* f) diuers:as, *littera erasa, c.* g) flagrabat *recenti (s. XVI—XVII) manu in loco raso scr. c.; cf. infra p.* 583, *l.* 15. fraglante.

1) Thielrode ad Scaldim fluvium, a Gandavo versus orientem. Sed cf. Mirac. antiqua c. 3. 2) Baudour a Sancto Ghisleno versus septentrionem. 3) Haec sumpsit ex vita S. Gisleni antiqua c. 18, Mabillon, Acta II, p. 796. 4) Cf. Verg. Georg. I, 447: *Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* 5) Cf. V. Gisleni ant. c. 18. l. l.; Mirac. ant. c. 2. 6) Capitula 2. et 3. exscripsit Iac. de Guisia X, 80—85, ed. de Fortia VII, p. 282—298.

procul dubio invenies quiescentem corpore, ubi contra fenestrae ábsidem[a, 1] visus tibi sum hesterna nocte. Mir. ant. c. 4. Iccirco non cuncteris in huiuscémodi negotio desudare, quia nulla fiet difficultas in inventione. Si autem quaeris scire volens diem assumendi laboris, non labatur memoria dies 2.[b] Kal. Octobris, quae dicata ex nomine archangeli Michaelis cunctis christicolis per mundum fulget celebris'. His dictis, non compáret, iunctus agminibus militiae caelestis. Wineradus vero somno excussus, timore paene exanimis, orat Dominum totis praecordiis, quatinus caeleste sibi praestet auxilium in exequendis sancti mandatis, mentem et manus mundans a sordibus cunctis. Dein triduanum consulte et devota mente explens ieiunium, clericis advocatis ad opus sibi iniunctum, properat ad locum ubi iacebat corpus sacrosanctum. Sicque intimato ex condicto viri Dei Kalendarum die[c] fodiens, invenit, congaudentibus qui aderant, caelestem thesaurum, fulgentem ut pretiosum carbunculum arte magistra decentissime politum ad diadema summi Regis prudentia clusoris decorandum. Quod síndone munda diligentissime involutum et sub agálmatis clave firmissime obseratum in eádem urna reponitur, deputatis pro tempore excubiis clericorum; quoniam non audebant qui aderant sacros cineres quoquam transferre, timore correpti sinodalium legum[2], donec, causa delata ad Cameracensis episcopi auditum, scirent, quale super huiuscémodi negotio ab eo acciperent decretum. Deus nanque bonus et iustus, cuius viae misericordia et veritas, quo patefaceret sua omnipotentia, Ps. 24, 10. qualis beati huius patroni nostri esset sanctitas, tantae fraglantiae in sacrosancti corporis elevatione per quindecim dies emanavit suavitas, ut eius dulcedine refecta ac delectata humana asstantium infirmitas, paene suae fragilitatis oblita, videretur quasi inter paradysicolas posita. Quod ne cui videatur incredibile et fabulosum, eadem omnipotentis Dei omnipotentia testimonii gratia occurrit in medium, quae ad sui laudis augmentum et servi sui meritum declarandum caecitati reddidit visum, surditati auditum, debilitati gressum variisque infirmitatibus detentis optatae sanitatis donum. Quod aure accipiens Stephanus Cameracae sedis episcopus, oculos ad caelum levat cum manibus gratiasque reddit omnipotenti Deo, qui suos pro meritis semper glorificat ut miserator et iustus. Denique praéparat sé ad transferendum officiosissime sanctissimi viri corpus; sed in eundi velle quidam legatus salutem et gratiam affert ei á regalibus sedibus, offerens simul diploma cum edictis imperialibus, quibus non parum occupatus, intermittit profectionem, oboediens iuxta apostolum praeceptis regalibus, sed praecepit Oilboldo archidiacono, ut, sumptis Cameracensis aecclesiae primoribus, sanctum transferat cum hymnis et dignis Deo laudibus. Qui ut minister fidelis accelerans parere praeceptis venerandi pontificis, adit locum cum primatibus civitatis, orans flexis genibus clementiam divinae pietatis, quo dignaretur a se auferre omnem spurcitiam immundae iniquitatis, quatinus ad sancta sanctorum mereretur introire cum puritate mentis. Dein congregata cleri populique vulgaris turba non modica, sacri corporis urnam éfferunt cum honore summaque reverentia, persolventes vocibus in altum prolatis debita Deo laudum cantica. Inferentesque in sanctorum apostolorum Petri et Pauli basilicam, ubi dudum per plura tumulatus fuerat annorum curricula, ponunt non in inferioribus, ne videretur lucerna á Deo accensa modio subposita, sed potius in superioribus officiosissime tractantes sacra recondunt pignera. Deinde ordinatis rationabiliter omnibus pro temporis copia, quae circa sacrum corpus videbantur necessario ordinanda, archidiaconus cum suis civibus revertitur ad propria atque praedicat suis mira et stupenda quae viderat Dei magnalia. Deinde rex Deus noster, cuius virtus magna et ineffabilis potentia, cuiusque nomen praedicatur ammirabile in Ps. 8, 2. universa terra, ipse non destitit operari divina ad declarandum sui militis clara merita. Unde vulgante celeri fama, diversis ex partibus ad sacra pignera ruit plebs invalida, offerens Deo eiusque confessori dilecto animi vota cum diversorum donorum munificentia atque reportans sanitatis quaesitae gaudia, gratias agit summae et individuae Trinitati voce consona, quae ad laudem sui sancti nominis sanctorum suorum intercessionibus laetificat civitatem Dei sola suae gratuitae bonitatis clementia.

3. De reliquiis sancti a Malbodiensibus furtim sublatis, sed revelatione divina patefactis.

His autem et aliis longe lateque de sancto Gysleno diffúsis visionum et operum divinorum signis, Mir. ant. c. 5. coepit undique populi multitudo concurrere cum oblationibus ac frequentare libenter locum divinitus patefactum. Invidiae praeterea facibus quique maligni accensi conati sunt furto sancti corpus rapere et, ut fertur, transmarinis partibus transferre. Disponente ergo superna clementia, quae suum fidelem heremitam de tam remotis longisque regnis ad istud venire decrevit, hominum nequam conatus prudenter repressit. Nam Malbodiensis congregatio aestimans rapi sanctum Gyslenum per Castriloci habitatores, ínito communi consilio, miserunt nonnullos, qui clam venerandum corpus auferentes deferrent. Euntes autem egerunt cum ingenti cautela, quod animo, Deo inspirante, conceperant; reversíque cum gaudio, venerunt usque Malbodium. Quibus óbviam venientes clerici cum sanctimonialibus ac plebe fideli, susceptum salutare onus detulerunt in aecclesiam Dei genitricis cum ambitione multa. Die itaque sequenti sacerdos praefati loci, non invento sancti corpore, nimio turbatus est metu, et cuncti circummanentes, audito quod acciderat, nimium turbabantur, ignorantes, quo quaererent suum nuper propalatum protectorem. Post haec nocte secuta vidit quidam Egrardus[d] in visu, quasi in oratorio esset eiusdem Cellae ante Dei genitricis

a) abside *post, ut videtur, corr.* absidē *c.*; *nescio an* abside *pro* absida *Rainerus scripserit.* b) III. *Iac. de Guisia; sed cf. Mirac. ant. c.* 4. c) III. *add. Iac. de Guisia.* d) Gerardus *Iac. de Guisia.*

1) Cf. V. Gisl. l. l.: *elevantes beati artus detulerunt foras monasterii oratorium, abdentes eos post absidem altarisque fenestram.* 2) In synodo Maguntiaca anno 813. statutum est cap. 50: *Ut deinceps corpora sanctorum de loco ad locum nullus praesumat transferre sine consilio principis et episcoporum et sanctae synodi licentia.* MAB.

Mir. ant. c. 5. Mariae stans altare; cum ecce vir quidam apparens dixit ei: 'Scis, qui sum ego'? Cunque ille respondisset: 'Nescio', 'Ego sum', inquit, 'Lantbertus, mei domni Gysleni filiolus[1]. Tristitiam deponite, quam habetis de eo, quia cito revertetur ad vos meus patrinus. Surgens ergo vade, dic Hecberto comiti[2], qui extitit iugiter domino meo optimus vicinus, quo eat Melbodium, dicens fratribus et sororibus loci, ut reddant illi sanctum Gyslenum, quem latenter abstulerunt hinc, quemque secum adhuc retinent. Etenim nec Deus neque ipse cupit illic manere, sed in loco quem ei dignatus est Omnipotens providere'. Negligens vero Egrardus visionem, nil horum retulit comiti, sed fratres consolans ac pares[a] reddidit hilares et iocundos. Apparuit denuo ipse sanctus Gyslenus in villa Havagio[3] cuidam Francigenae nomine Adelelmo dixitque ei: 'Ego sum Gyslenus. Scis, quid sit factum de córpore meo'. At ille: 'Scio', ait, 'dómine, omnia'. Tunc sanctus: 'Nequiter', inquit, 'in me actum est. Sed modo non tetrices adire Malbodium, dicturus praelatae Teodradae et aliis sororibus cum sacerdotibus, ut reddentes sine cunctatione corpus meum, restituatur loco suo'. Mane vero surgens iam dictus Adelelmus fecit omnia quae iusserat sanctus. Illi vero neglegenter[b] dicta eius spreverunt. Misso autem praecone ad episcopum Cameracensium domnum Stephanum, venit accedens usque castellum Malbodiense. Stansque foris intromisit qui dicerent maioribus natu: 'Reddite, quaeso, fratres ac sorores, almi vatis Gysleni corpus, ut suo á Christo dato restituatur loco. Sin secus, excommunicabo, ne quis in hoc loco missas nec alia Dei obsequia celebret'. Quod audientes Malbodienses, licet coacti, paruerunt tamen episcopo. Tunc quoque iussit episcopus decanum venire cum omnibus suae decaniae fratribus atque sancti glebam referre cum reverentia et honore condigno. Quibus iussis obtemperantibus, praecepit etiam episcopus, uti singuli sacerdotes per singulas eptomadas[c] custodirent locum cum sancto corpore, donec cum duce Gysleberto quaereret, qui locum eundem servarent die noctuque. Facta est siquidem Idibus Decembris relatio sacrorum cinerum, vexillis Domini praecedentibus cum canora caterva clericorum, vulgique turba non modica prosequente ac laudante Deum. Atque non iam videbatur furtum ab episcopo inquisitum, sed illud caeleste unde agebamus commercium fulgens ut aurum obrizum septies repurgatum. Dein reconditur eadem die cum maximo cleri plebisque tripudio in saepe memorata basilica apostolorum, ubi deputatis excubiis sacrorum ordinum, gloria et honor persolvitur die noctuque illi qui est laus angelorum, veneratio quoque sancto per omne huius vitae curriculum. . . . . . .

4. De Fredelaio quodam caeco meritis beati viri illuminato.

Mir. ant. c. 6. Quid igitur per Omnipotentis maiestatem in illo Cameracensi viro nomine Fridelaio beati viri potuerit sanctimonia, iam nunc referat Cameracus civitas non ignota, quam diversis commerciis opulentam, benedictione episcopali fultam, superna invisit gratia, meritis et nomine sanctae Dei genitricis Mariae insignitam. . . . . . .

5. Quod quaedam paralitica sancti viri meritis mortem sibi a Deo optaverit et impetrare promeruerit.

ib. His ita praelibatis, quaedam puella nomine Adalbrada[d] ex villa Mortrivio nata . . . . . .

7. De quodam puero surdo pii patris suffragiis auditui restituto.

Ab his ergo consolationum subsidiis nec ille puer de villa Beldiniaco natus extitit alienus . . . . . .

8. Quod quidam Haimericus interventu sancti oculorum sit lumen adeptus.

ib. c. 7. Igitur cum in cunctis suis actibus iure sit Deus laudandus, ut credimus, nec Haimericus ille Valentianensis caecus rationabiliter est praetermittendus. Qui Valentianarum[4] stratas et domus necnon et portum navium, quem semper desiderat nauta fatigatus, mendicando diu lustrans caecus, non magis palpabat solem meridianum quam horrendae noctis medium, baculo utcunque regente gressum. Sed tandem adveniente die miserendi eius, quorundam ductu fidelium limina beati Gysleni adire studuit cum fidei ceraeque luminibus. Cui suppliciter humi orationis gratia prostrato miserante virtute divina lux negata ad integrum redditur, atque sancto salutato, Valentianas gaudens regréditur. . . . . . .

9. Quod quaedam iuvencula debilis et infirma a sancto mirabiliter sit curata.

ib. De villa quoque Valentianis proxima, cuius proprietatem nominis beati martyris Salvii auferunt ossa[5], quae ibi venerantur devotione summa, ad saepefatam Cellam venit quaedam muliercula nomine Hebrehaida . . . . Sed quia longum et nimis fastidiosum est exempli gratia per singula currere, praesertim cum ultro sé offerant quaerentibus tot exempla super huiuscemodi solutione, quot sunt, ut praelibatum est, scripturarum sententiae, abstersa ab oculis simplicium huius ambiguitatis nube, ad ea quae videntur restare stilum cum articulis vertamus, prout sancti Spiritus gratia ministraverit nobis posse, et quid quaerat quidve petat puella veniens de Cervia[6] Godrada nomine, brevi intimetur ratione. Haec igitur cum esset de servili comitis Egberti conditione, ut claudus pulchras tibias frustra videbatur habere, ita illa sé intuentibus apparebat bellam illustrata faciem oculorum pulchritudine, sed á crepundiorum nutrimine nocte intempesta pupillis luminum graviter insidente, nec linificii vel lanificii pensum cogebatur,

a) patres *Mab.* b) *rec. manu corr.* neglig. *c.* c) *ita, recenti manu corr.* ebdom. *c.* d) *recenti manu in loco raso c.;* Albrada *Mir. ant. c.* 6.

1) De quo v. V. Gisleni ant. c. 4, l. I. p. 791. 2) Eidem, qui infra c. 9. Egbertus dicitur. 3) Havay inter Mons et Maubeuge. 4) Valenciennes. 5) St. Saulve ad Scaldim fl. infra Valenciennes. 6) Chièvres ab Ath versus meridiem.

caecitate, libertatem sibi dante domino, persolvere, verum versa vice non solum vestitus, verum etiam [Mir. ant. c. 6] victus pensum á domino haud aliter requirebat cotidie, acsi aliquid operosum in genecéo puellarum operari visa fuisset more. Huius itaque caecae mulieris debilitas cum audisset, quod meritis beati Gysleni tot sanitates praestaret infirmis clementis Domini benignitas, non sine devotione animi et lucerna fidei, baculo regente gressus, tendit ad sepulchrum, unde fluebat debilibus tantae sanitatis iocunditas. Quo perveniens, sollicitèque locum ubi sanctus requiesceret inquirens, humiliter sé humi prosternit . . . . Depulsis tandem tenebris cum tetra caligine beati Gysleni intercessione, videt omnia clare, diu desiderato donata lumine, ac magnificans mediatorem Dei et hominum toto corde, domum redit gaudens et benedicens Deum in omni loco et tempore. Qua de re Egbertus comes venerandae memoriae, tensis ad caelum palmis cum luminum suorum acie, gratias persolvit divinae misericordiae, simulque aliquid tractans mente sagaci de remedio animae, praedictae vernulae libertatem indulget, ea interposita lege, ut suffragatori suo capitalem censum persolveret absque offendiculo alicuius neglegentiae, quoad, Deo miserante, vitali pasceretur lumine. Talibus igitur indiciis multisque aliis, Domino miserante et operante, tumulus decoratus sanctissimi patris nostri, nomen et sanctitas ipsius ad laudem Domini diversis diffamatur in terris, quia, ut verbis docemur Veritatis, lucerna diu non potest latére in tenebris. [Marc. 4, 21.] Super quibus omnibus fraglante longe lateque tantae sanitatis fama, attonitus est regius fastus aulicusque militum concursus, praecipue vero dux Gyslebertus, qui tam praeceptis regalibus quam salubribus Stephani Cameracensis episcopi exortationibus non solum heredia supramemoratae Cellae, verum praedia, quae quondam beneficii gratia suis distribuerat fidelibus, beato Gysleno reddidit humilis capite precibusque devotus, insuper salutari Dei ex parte consilio fultus, coenobitas ibidem restituit ut fuerant prius, qui in commune viventes debitas Deo persolverent laudes diebus et noctibus[1]. Qui beneficiis solaciati ducis, mentes accendunt igne divini amoris seque ita invicem hortantur ad cotidianum crementum monáchicae eruditionis, ut vidéres aliquos more apum pastos floribus superni roris dulcia quaeque deferre ad alvearia[a] communis mansionis, alios vero claustra servantes divinae religionis, onera suscipere venientium propriis humeris mellaque certatim stipare in canistris atque dulcedine diversorum florum caste pieque foetus educere ad auxilium pii laboris spemque felicis posteritatis. Unde pius Dominus videns eos pio labori insistere cum karitatis glútine, praebuit sé medium cum oleo consuetae misericordiae iuxta promissum illius euangelicae sententiae: *Ubi fuerint duo vel tres congregati in meo nomine,* atque suae largitatis munere [Matth. 18, 20] bonis omnibus fecit eos exuberare brevi in tempore. Qua de ré cum et optata fruamur pace et temporalibus commodis videamur abundare solo supernae largitatis munere, magnae verecundiae iudicari poterit inertia nostrae inscitiae, quae nimis deprehenditur segnis ad referendum debitas laudes divinae misericordiae. . . . . . .

His itaque summatim utcunque digestis, alia ad texendum tela ostentat se obtutibus nostris. Cuius subtilitatem indocta réfugit manus, sed beatus Gyslenus more materni[b] affectus, subnexis iam liciorum nexibus et stamine ad auras erecto cum sudibus texturae congruentibus, arguto pectine et radio reacuto nostras donat manus ad textrinum peragendum opus blandeque nostram vellit aurem, monens, ut aeternae memoriae commendet stilus, quod etiam sine praesentia sui corporis in pago Suessonico mirabilis operari [Mir. ant. c. 7] dignatus est Deus. In cuius territorio quandam villulam Alamannis[2] vocant circummanentes more paterno, quam ex parte abbatis Elefantis dicunt cessisse beato Gysleno iure hereditario, sed post vastationem paganorum, de quibus superius facta est mentio[3], marcente nimis sollicitudine fratrum ignaviae somno, líbere colebatur ab indigenis terrae sine alicuius respectus precio. Cuius maiorem et potiorem partem excolebat Fruodo Sancti Medardi[4] servus cum suis complicibus, de altera vero parte conténdere contra illum videbatur quidam Gyslebertus sanctorum martyrum Crispini et Crispiniani famulus nichilóminus hereditarius. Quorum prior praedictam terram sub sancti Gysleni defendebat nomine, alter vero sanctis martyribus affirmabat esse debitam hereditario iure. . . . . . .

10. Quod sanctus duci Gysleberto in somnis apparuerit et ab eo scutum unum ad protegendum suum habitaculum petierit.

Non est occultandum sub modio silentii, sed lucendum in vertice candelabri, quid circa Sanctum Gyslenum contigerit tempore ducis Gysleberti. Isdem famulus Domini Gyslenus sub monáchico hábitu in mundo deguit, et iccirco, postquam adorandorum sanctorum numero auctus est, servitium monáchici ordinis prae caeteris ordinibus sibi adoptavit. Sed saepe miserabiliter solet evenire in seculo caduco, ut, impediente diabolo, totius bonitatis inimico, proclivis fiat de bono ad malum bonorum institutio. Igitur cum quadam vice ipse locus habitationis sancti confessoris Gysleni á superveniente persecutione inimicorum esset populatus, conventus ibi famulantium monachorum, necessitate compulsus, ab ipso statu loci dicitur esse dispersus. Postea vero, cum respirare coepissent prius vastati populi, qualicunque modo ipsum locum Cellam vocatum requietionis sancti Gysleni tenere[c] ingressi sunt canonici. Qui enormi more vivere gaudentes, coniugiis adherentes, saecularibus negotiis sese implicantes, famulatum almi confessoris, quem cum religiositate gérere debuissent, erant dehonestantes, quia maiorem sollicitudinem capiebant de sua familia nutrienda quam de dominica aecclesia decoranda. Ipsum etiam corpus sancti confessoris Gysleni per quaeque loca deportabant, et quicquid pro oblatione ad féretrum eius circummanentium fidelium largitas conferebat, non aecclesiae instrumentis dabant, sed ad proprios usus furtim

a) alveria *c.* b) pat *ead. manu corr.* mat. *c.* c) temere *Mab*

1) Haec iterum c. 10. fusius narrantur. 2) Allemant (arr. Soissons, cant. Vailly); cf. diplomata spuria Henrici II. imp. (St. 1703) et Ottonis I (Dipl. I, p. 606, nr. 447). 3) C. 1. 4) *S. Petri* (Cellensis) Mirac. ant. c. 7.

retinebant. Quae res saepe miris modis dignitatem praedicti confessoris offendebat, nec taliter famulantium consuetudinem approbabat. Quadam[1] vero nocte suprafato duci Gysleberto in somnis visus apparuit, quem talis petitionis voce admonuit: 'Da michi scutum unum, cuius protectione muniatur habitaculum meum, quia omnibus diripientibus pateo ad ruinam, nec sentio damnatus advocationem aliquam'. Duci autem interroganti, quem[a] habere scutum optaret, dedit almus Gyslenus responsum, quod Gerardum abbatem vellet, qui multas abbatias regens in ipsis diebus, probabilis vitae habebatur non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tunc dux curam gerens huius rei, conventum principum statuit ad placitum tenendum apud portum Dinant[2] vigóre praecepti sui. Cum igitur hora statuti temporis ad iussionem ducis convenirent satrapae, affuit inter eos etiam Gerardus abbas bonae memoriae, ad quem
cf Luc 5,31. coepit dux huiusmodi sermonem facere: 'Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Vos ex imperiali edicto quam plures abbatias regitis, quae donante Deo et vestra sollerti dispositione possessionibus habundant multis et servientibus Deo placitis. Sed necessitas poscit, quod confractum est consolidare et quod decidit in melius roborare. Est quaedam abbatia in honore primatum apostolici ordinis, videlicet Petri Paulique, necnon sancti confessoris Gysleni fundata, vocabulo Cella appellata, quae sub regimine domini nostri imperatoris[3] est simul cum multis aliis computata, sed pro culpis nostris hactenus nimis neglecta. Quam karitativi antecessores de rebus ad sé pertinentibus construxerunt, sed mutato per seditionem saeculi monachorum ordine, qui ibi quondam famulabantur, nunc clericorum turpem vitam illic ducentium manus ad nichilum trahunt. Quam, precor, ut ad vos recipiatis et secundum institutionem vestri ordinis transmutetis, eiectis inde vorácibus clericis'. Quod praeceptum prius abbati visum fuit difficile pro multis aliis abbatiis quas habebat gubernare, sed postea consilio caeterorum principum sibi
931. comparium rogatus, non sprevit ducis petitionem implere; sicque locum illum recepit ad sese[4]; quem, dum vixit, non neglexit quantum potuit amplificare.

11. De muliere quadam contracta meritis beati viri mirabiliter iterato sanata et flamma repulsa.

Mir.ant.c.8. Eo nanque tempore quo idem abbas Gerardus videbatur praeesse saepe dictae Cellae fratribus,
ib c 9. mulier quaedam nomine Dada. . . . . . . Interea apparet in eádem aecclesia quoddam memorabile signum, quod pro magnitudine sua nequaquam putamus praetereundum. Evoluto[5] sane ab incarnatione
938. Aug 21. Domini curriculo nongentorum [38[b]] annorum, sexta hora dominici diei, 12mo Kalendarum Septembrium[6], Gysleberto duce causa regni concertante adversus Ottónem regem Sáxonum, peccatis exigentibus plurimorum, in parenergiis[c] claustri ignis primo debilis furtim irrepsit cum flatu ventorum atque in tantum desevit, nulla motus tunsione pectorum, non flumine lacrimarum, non dolore gemituum, donec vorax illius ardoris incendium, quod nunquam dicit: 'Sufficit', absorbéret omnia úsque ad criptae septum, ubi reposita erant pignera sacrorum cinerum. Sed cum ad id loci fuisset perventum, divino nutu cędit omnis aestus incendii cum crepitantium turbine flammarum, pedetemptim secedens retrorsum.

12. De miraculo a sancto patrato in loco qui vocatur Grandis-locus.

Sunt aliqui qui in quibuscunque operibus suis satagunt ad oculum servire tanquam hominibus placére, et si accinxerint sé ad mirificanda praelatorum suorum gesta, ubi vera non sufficiunt, permiscent adiectiva. Nos vero pro tanto ac tali patrono movere decernimus manus, qui confessor Domini dicitur Gyslenus, cui nullus adiectivorum figmentorum est usus, quia probatus publice pollet virtutibus. Cuius miraculum[7] quod patratum est ab eo in loco qui dicitur Grandis-locus tempore Arnulfi[8] et Raineri[9] comitum dignum duximus non fore oblivionis rubigine occultandum. Tunc temporis dira necessitas adamantinis clavis fixerat[10] vicinia Hainacensium, videlicet sterilitate terrarum, raritate pluviarum, seditione hominum multisque causis quibus laborare solet genus humanum. Ipsi etiam Montenses et Hornutenses tantos irarum strepitus exercebant in invicem, ut, cum quadam die, sicut saepe solebant, pugnando concursum facerent, ex parte Montensium occisi caderent decem. Unde Montenses tantas insidias ingerebant Hornutensibus, ut, si copia possibilitatis illis daretur, inrecuperabilibus eos adnichilarent caedibus. Sed pro huiusmodi clade pacificanda necnon et alia multímoda necessitudine in melius restituenda decretum est ab abbate Symone[11], qui ipsis diebus praeerat Cellensi aecclesiae, atque a fidelibus vicinis, qui erant cum iustitia volentes vivere, ut simul comportarentur corpora sancti Gysleni et sanctae Waldedrudis[12] in praedictum Grandem-locum cum dulcium laudium cantione; ante quorum praesentiam omnes malefactores spondérent sé ábinde á maléficis operibus suis, quibus ante insistebant, cessare, et sic placéret Domino flagellum quod supereminebat antiquare. Ille nimirum conventus sub tali tenore inductus fuit á praeceptoribus, ut

a) *sic c.* b) *supplevi ex Mirac. ant. c. 9; deest c. et Iac. de Guisia, ubi add.* etc. c) *ead. m. superscr.* officinis *c., et ita Iac. de Guisia.*

1) Sequentia exscripsit Iac. de Guisia XIV, 26, ed. de Fortia IX, p. 334. 336. 2) Ad Mosam fluvium. 3) Heinricus I. rex tunc regnabat. 4) Quod a. 931. factum esse, Ann. Bland., SS. V, p. 24, tradunt; sed Annales S. Gisleni apud Iacobum de Guisia XIV, 25, ed. de Fortia IX, p. 332. 334, hoc ad a. 934. referunt. 5) Sequentia exscripsit Iac. de Guisia XIV, 26, ed. de Fortia IX, p. 336. 338. 6) Cf. supra p. 578, n. 2. 7) Sequentia huius capitis exscripsit Iac. de Guisia XIV, 38, ed. de Fortia IX, p. 392-396. 8) Valentianensis; de quo vide Gesta ep. Camerac. I, 33. 114, SS. VII, p. 414. 451; Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 396, n. 5. 9) IV. comite Hannoniae († 1013). 10) Cf. Horat. Carm. III, 24, 5-7: *Si figit adamantinos Summis verticibus dira necessitas Clavos.* 11) Qui circa a. 1015. obiit vel abbatiam abdicavit. 12) Ex coenobio monialium Montensi.

omnes qui conventuri erant illuc sine armis, quae laesionem possent facere, properarent, nudis et ad orationem extensis manibus. Sed Montenses dolore cordis tacti intrinsecus pro occisis parentibus suis, quos praediximus, ab Hornutensibus, clam ante concurrerunt atque inter fructecta[a] et arbusta arma sua furtim contexerunt, de quibus venientes Hornutenses ignaros et improvisos occidere voluerunt. Indigenae etiam Hainacenses in ipsis diebus quadam falsa frustrabantur opinione, mussitantes alterutrum, quod venditum haberetur corpus sancti Gysleni comiti Balduino[1] ab abbate Symone; quod postea rei exitus pro mendaci probavit existimatione. Quid plura? Ad locum suprafatum cum corporibus sanctis pervenitur, castigatio populi ab abbate Symone incipitur, et ad ultimum excusatio de venditione sancti corporis ab ipso abbate ita inchoatur: 'O Domine, cuius visus dominatur in mente, cum hominis cognitio non valeat esse nisi in facie, si vere scitur á té, integrum corpus nostri patroni hic adesse, clarifica hoc ante conspectum dubitantium indicio virtutis tuae'. Quam orationem secutus est tantus fragor tonitrui et nebulae atque commoti desuper aeris, insuper et pallium excussum est, quod tegebat secretum digni confessoris, ut procul dubio cognoscerent hi qui prius haesitabant, certo corpus ibi adesse, quod putabant abesse venditionibus illicitis. Qua visa causa, hi qui insidiantia arma absconderant compuncti, necnon et cuncti alii prostrati, communi voto conclamant, sub pacis sponsione observandum auxilium sancti Gysleni. Multisque muneribus eum ditantes, cum gaudio retulerunt eum ad propriam Cellam repedantes.

INCIPIT TEXTUS MIRACULORUM QUAE ETIAM NOSTRIS TEMPORIBUS DIVINA VIRTUS PER BEATUM OPERATA EST GYSLENUM.

Quae igitur utcunque sunt praelibata, haec omnia docuerunt calamum currentem cartularum scripta, excepto quae de pisce Symone abbate auctore videntur praescripta[2]. Quae vero subnectuntur auditu auris didicit nostra mens á quodam fratre nomine Eilfrido[3], quem á púero coenobium beati Gysleni nutrivit et erudivit sub coenobitali norma. Cuius dicta fidem non fecissent calamo currenti[b], nisi causa fideiussionis satisfecissent cuculla professionis et infula sacerdotalis. Ait nanque, quod nostris temporibus sé commorante in Laudunensi regione erat quidem miles Lantbertus nomine in Calneio oppido[4], qui non posuerat Dominum adiutorem suum, sed sperabat in multitudine divitiarum suarum. . . . . . .

13. Quod ad puteum sancti cuidam Dominico oculi sint restituti.

Verum quia haec quae interim pinximus non satis sunt laeta, vertatur articulus ad laetiora. . . . . . . Vix enim potest effari, quot modis affligantur filii lucis á filiis noctis, immisericorditer persequendo, publice depraedando, insidianter tollendo et diversissimis modis non solum pauperes, sed et aecclesias sine misericordia devastando. Qua necessitate compulsi domnus abbas Heribrandus[5] cum suis fratribus anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo trigesimo quinto[6], non valentes ferre vastationem 1035. sui loci, cum corpore beati Gysleni visi sunt adisse clementiam imperatoris Conradi, lacrimabiliter se reclamantes de vastatione sui loci et de indigentia sui coenobii. A quo benignissime consolati et munificentiis regiis ditati, insuper et regali imperio optata pace donati, ad notum sibi coenobium cum sacris pigneribus non sine laetitia sunt reversi. Iccirco ista interposuimus, ut facilius legentibus ostenderemus, quae mirabilis Deus in eundo mirabiliter operari dignatus est pro saepefati sancti pigneribus. Cum igitur venissent ad villam quae vocatur Wisatium[7] sanctamque glebam beati Gysleni ad hoc detulissent ad monasterium, ut ibi adimplérent divinum obsequium, matricularius aecclesiae videns illos á longe, obserravit ostium, et sic resedit ante monasterium, negans sé illius templi esse clavigerum. Petentibus ergo fratribus, qui vehebant sacrum corpus, ut apperirentur illis ianuae aecclesiae, ut possent explere divinum opus, nullómodo voluit adquiescere illorum petitionibus praedictus matricularius. Qui diu morantes et, ut illis aperiretur, unanimiter orantes, non potuerunt impetrare quod poscebant unanimes. Sed cum iam in id illorum esset consilium, ut, inde redeuntes, in insula, quam propter cingebant brévia Mosae brachia, suum ténderent tentorium, ecce divina virtute aperiuntur ostia aecclesiae, clamantibus omnibus: 'Gloria tibi, Domine!' . . . . . .

Praefatus igitur abbas Heribrandus iter suum péragens, cum pervenisset ad sanctimoniales quae in Torno[8] militant Deo sub institutis regularibus, efflagitatus á nobili abbatissa Gerberga et subditis sibi sororibus, Vitam sancti Gysleni transscriptam dominabus illis indulsit multum super hoc gaudentibus. Cuius rei gratia praeclarum confessorem Christi Gyslenum in magna veneratione habentes, omnipotenti Deo in festivitate ipsius devote offerunt debitae servitutis laudes. . . . . . .

a) *sic c.* b) currente *radendo corr.* currenti *c.*

1) IV. Barbato, Flandrensi (988—1036). 2) Vita Gisleni c. 8, Surius V, p. 664; prol. supra p. 579. 3) Occurrit in chartis ap. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 376 sq., nr. 37bis. 38. 4) Chauny ad fl. Oise (dép. Aisne). 5) Circa a. 1029—1045; cf. Gesta ep. Camerac. III, 20. 21; SS. VII, p. 472; V. Popponis c. 19, SS. XI, p. 305; supra p. 576, n. 1. 6) Iac. de Guisia XIV, 54, ed. de Fortia IX, p. 456, ex Ann. S. Gisleni hoc a. 1030. factum esse tradit. Sed ibidem hic locus Raineri exscriptus est, et recte ad a. 1035. ib. p. 458. hoc refertur. Conradus imperator in diplomate dato a. 1034, Maii 3. (St. 2059) huius rei nondum mentionem fecit. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' II, p. 409, Raineri hanc narrationem ignorans, falso Iacobum de Guisia secutus est. 7) Visé ad Mosam fl. 8) Thorn in provincia Limburg regni Hollandici.

EX VITA ODONIS ABBATIS CLUNIACENSIS AUCTORE IOHANNE.

ED. L. DE HEINEMANN.

Iohannes, qui Odonis secundi Cluniacensis monasterii abbatis Vitam conscripsit, Roma urbe oriundus et canonicatus dignitate praeditus, a. 939, *cum Odo Romam veniret, ab hoc 'terrenis irretitus nexibus' repertus et monachus S. Petri Papiae factus, postmodum ab Hildebrando praeposito Cluniacensi regularibus disciplinis educatus est. Quem Odo eodem anno Romam profecturus socium sibi assumpsit*[1]. *Duobus annis Iohannes Odonem comitatus*[2], *prior S. Pauli, ni fallor, monasterii Romani electus est*[3]. *Qua familiaritate Iohannes cum Odone coniunctus, quae ex hoc ipso de eius progenie et vita priore comperit quaeque ipse in itinere vidit, ad conscribendam magistri vitam adhibuit. Praeterea Arnulfus magister Iohannis, Hucbertus episcopus Tiburtinus, Landricus monachus, Hildebrandus praepositus Cluniacensis, multa de illo narraverunt*[4], *quae auctor in usus suos convertit. Quibus subsidiis tam bene instructus Iohannes amplum quidem et pretiosum, sed inordinatum opus, temporum serie saepissime neglecta, composuit non multo post Odonis mortem*[5] *et fratribus Salernitanis, monasterii S. Petri, ut putat Mabillon, Salernitani subtus et prope Fistulam siti, dedicavit*[4].

In Iohannis libello 'verborum confusio, dispersa prolixitas, inordinatus et praeposterus ordo narrandi' iam saec. XII. Nalgodo monacho Cluniacensi displicuerunt, qui priorem Vitam in compendium melioremque ordinem redegit, nihil memoria dignum Iohannis narrationi addens[6].

Primam editionem Vitae S. Odonis auctore Iohanne paravit Surius, Hist. SS. ed. 1. *VI, p.* 414, *stilo suo more mutato. Integrum opus prodiit in Bibliotheca*

1) Cf. I, c. 4. 2) III, c. 5: *Infelix ego, qui nec duobus expletis annis illi merui famulari.* 3) II, c. 7: *Ipsa vero die praedixit mihi, priorem fore futurum,* et Iohannem Romae monachum et priorem fuisse, ex II, c. 10. elucere videtur. Quo historiolam de fure in urbe Romana comprehenso narrat et addit: *Sed enim postquam, Deo trahente, ad monasticam perveni vitam, ac dehinc per incrementa temporum prior a fratribus sum electus, saepe fratres nostri furem illum mihi annotarunt, et quia erat filius nostri molendinarii.* S. Pauli monasterio extra urbem Iohannem fuisse addictum, propterea affirmaverim, quod saepius huius monasterii ab Odone ipso reformati (Vita II, c. 27; Hugonis Farf. opusc., SS. XI, p. 535) mentionem facit et se ipsum in coenobio illo commoratum esse narrat (II, c. 6. 22), tum autem quod Balduinum S. Pauli tunc abbatem saepius commemorat, nomine monasterii cui hic praeerat non addito, ut, eum abbatem ipsius fuisse, facile coniicias. 4) Cf. prologum auctoris ap. Mabillon Acta V, p. 150. 5) Iohannem fine a. 942. aut initio a. 943. opus suum inchoasse, ex I, c. 27. et pluribus locis elucet. 6) Edita Mabillon Acta V, p. 186—199.

Cluniacensi p. 13–56. *idemque Mabillon, Acta V, p.* 150—186. *edidit ex codice Compendiensi cum editione Cluniacensi collato; recudi fecit Migne, Patrol. Lat. CXXXIII, col.* 43 *sqq. Excerpta nostra, quae praesertim ad Odonis itinera Romana pertinent, ex codicibus Parisinis a V. Cl. Molinier collatis* 1) *nr.* 1240 *(olim S. Martialis Lemovicensis) saec. XI, fol.* 99 *sqq.;* 2) *nr.* 5565, *saec. XII, fol.* 12 *sqq., qui primum tantum librum continet, et* 3) *nr.* 18366 *(S. Martini* 83*), saec. XI. XII, ubi nonnisi initium exstat, sunt emendata.* *L. de H.*

EX LIBRO I.

4. Anno itaque dominicae incarnationis nongentesimo[a] tricesimo nono et eius[1] aetatis 939 sexagesimo, in monastica religione tricesimo Romam veniens, me miserum terrenis irretitum nexibus repperit miseransque suo rete piscatus est atque coenobium Sancti Petri Ticini positum[b] usque perduxit. Parvo[c] ibi tempore ab Hugone rege[2] detentus, predicto viro domno Hildebranno[3] regularibus ⌜disciplinis[d]⌝ me tradidit educandum. Non multo post Romam veniens, me infelicem dignatus est sibi socium sumere[e]; et quem canonicum parentibus abiens rapuit, rediens postmodum monachum reduxit. . . . . . .[4]

27. Ante hoc fere quinquennium[5], dum pater Odo Romam pergeret, ut monasterium 936. intra aecclesiam beatissimi Pauli apostoli, ut olim fuerat, rehedificaret. . . . . .

EX LIBRO II.

6. Illo videlicet tempore quo cum Geraldo Regiensis[6] aecclesiae episcopo Cotias transivimus Alpes et Romam venimus pariter. . . . . . .

7. Sub idem tempus Italiam missi sumus a Leone summo pontifice[7], ut pacis legatione 939. fungeremur inter Hugonem Langobardorum[f] regem et Albericum Romanae urbis principem. Post nonnulla vero discrimina venimus tandem Sena. Patiebatur autem ipsa civitas famis penuriam. Adfuerunt autem nobis in profectu tanti tamque[g] periculosi itineris fere triginta solidi argentei, ex quibus pars[h] maxima iam distributa erat. Ego enim recolens consuetudinem illius, quia nihil[i] sibi nostrove reservabat usui, metuens, ne nos equique nostri fame deficeremus, si deesset ex quo omnium emeretur cibus, sumpsi quod supererat de predictis solidis et latenter ab eo discessi atque eo ignorante civitatem transivi. . . . . . .

8. Necdum peracto itinere, et antea quam funditus nostra defecisset pecuniola, obvium habuimus fratrem nostrum Petrum presbyterum, qui tunc conversationis gratia Romam veniebat; ex cuius substantia nostra ditata est inopia, quia ab eo sumpsimus, ex[k] quo iter nostrum perfecimus. Fiebat autem istud duobus mensibus, Ianuario videlicet atque Februario. 940. Fuit vero[l] nostrum iter per Ammiates Alpes. Tanta namque inundatio nivis illis diebus affuit, ut agnitionem nobis olim cogniti auferret itineris, et ita omnium replebat sinus, ut frigescentes artus etiam loquendi modulos perderemus . . . . Peracta itaque legatione, a nostratibus coacti sumus, ut per maritimas reverteremur fines. Factum est autem, cum venissemus ad locum qui vulgo Burrianum vocatur, iam sole oceanum tegente. . . . De quo et istud vobis retexam exemplum, cuius rei factum interfuit frater Firmus, domni Balduini abbatis[8] germanus.

9. Tempore preterito, dum Romuleam[m] urbem ob inimicitiam Alberici iam fati[n] prin- 936. cipis predictus obsideret[9] Hugo rex, cepit ille intra extraque discurrere et pacis concordiaeque monita inter utrosque disseminare, quatinus posset furorem predicti regis sedare et predictam urbem tueri a tanta obsidione. Interea quadam die, dum iuxta monasterium beati Andreae apostoli iret, quod Ad-clivum-Scauri dicitur ex nomine[o]. . . . . . .

a) DCCCXXXVIIII. 1. 2. b) positus 1. c) Parvoque 2. 3. d) *deest* 1. 2. e) assumere 3, *ubi cetera desunt.* f) r. Lang. 2. g) namque 1; *deest* 2. h) i. m. p. 2. i) s. nichil 2. k) unde i. 2. l) autem 2. m) Ramuleam 1; inmuleam 2. n) facti 1. 2. o) *reliqua des.* 2.

1) Odonis. 2) Italiae, comite Arelatensi. 3) Praeposito Cluniacensi, auctoris praeceptori, cui hic multa de Odone se debere in prologo Vitae profitetur. 4) Cap. 5. Odo de patre Abbone: *Veterum,* inquit, *historias, Iustiniani novellam memoriter retinebat.* 5) A. 936. hoc factum esse, ex eo apparet, quod ordinatio Ludovici Francorum regis, scilicet Transmarini, qui a. 936, Iun. 19, rex creatus est, in hoc capite memoratur; Flodoard. a. 936; Richer. II, c. 4. In hoc itinere privilegia data ind. 10 (936, Sept. 1 — 937, Sept. 1) Iaffé, Reg. ed. 2. nr. 3598—3600. Odo accepisse videtur. 6) Riez. 7) VII, sedit a. 936 - 939, Iul. 8) S. Pauli Romae et Casinensis. MAB. 9) Haec a. 936. facta sunt; cf. Flodoard. h. a. et Liudprand. IV, c. 3.

940. 15. Preteritis his diebus coram nostris fratribus et aliis qui aderant nobiscum retulit domnus Iohannes Nolanae aecclesiae episcopus, quod ante hoc triennium bis Romam isset[1] et predicti episcopatus benedictionem resistentibus inimicis nequivisset accipere[a]. Interea domnus Odo orationis gratia Garganum ibat. Cumque vidisset eum tristem, sciscitavit eum, quid haberet. Cui ille, cum omnia quae sibi aderant retulisset et quasi spe desolatus accipiendi[b] ordinem pontificatus confundebat tercio Romam revertere, benedixit ei et dixit: 'Perge iterum securus, et scias, quia complevit Deus votum tuum'. Deinde dimisit eum. At ille, accepta benedictione, abiit, et infra spacium quindecim dierum, sicut pater noster predixerat, illi advenit. . . . . . .

17. Quodam tempore dum Rhodani alveum transiret . . . . . .

18. Sub eodem tempore competit illi Romam orationis gratia venire[2]. Sed non multo post dum patriam reverteretur, inter Burdonum Alpes ob nivis inmensitatem preoccupatus et septus est eius iter, qua videlicet mons ille nullo umquam tempore potest carere. Secus autem locum illum habitat quoddam genus hominum, qui Marrones vocantur[3], et arbitror, ex Maronea provincia illud nomen traxisse originem. Hi enim, accepta mercede, prebuerunt ei ducatum, sicut et aliis facere consueverunt, quia aliter hyemis tempore nemo quidem predictos montes valet transire. Nam anteqnam sol lucis terminum clauderet, illud quod supererat diei spatium versum est a multitudine nivis in caliginem. Sed illis proficiscentibus, ut preterirent tetrum et periculosum locum illum, subito equus super quem sedebat pater noster tetendit pedem in obliquum, et ambo simul mergebantur in precipicium. Tunc pater noster, relictis habenis, ambas manus dum caderet ad caelum erexit et mox ramum arboris inter brachia sua reperit atque in eo usque adeo se suspendit, donec eius clamoribus qui precesserant reversi fuissent et eum suscepissent. Ramus ille amplius non fuit visus, quia arbor ibi numquam videtur nec nascitur, equus vero ultra nusquam comparuit.

21. Per[c] idem tempus, cogente necessitate nostri monasterii, missus sum Neapolim. Preparata tandem quaeque necessitas exposcebat, competit mihi navigio Romam reverti; et cum applicuissem Portuensem civitatem, exceperunt me viri nobiles, qui et ipsi a Roma venerant ante ipsum diem. Quos cum de patre nostro sciscitassem, quasi de novo quodammodo gratulantes amico, inter cetera eius opera ista me absente illo tempore narraverunt
Aug. 15. fecisse. Preterito isto mense Augusto, ipsa die assumptionis beatae Mariae in Aventino monasterio fuit pater noster. Rogatus est autem a domno Balduino abbate, ut ipsa die ob amorem sanctae Mariae ibi missam celebraret et suis manibus corpore et sanguine Domini eos communicaret. At ille hoc se facere non posse respondit; sed, illis persistentibus, tandem consensit invitus. . . . . . .

940. 22. Ante hoc triennium dum essemus apud Beatum Paulum Romae, rogavit eum domnus abba Balduinus. . . Erat autem hiemis tempus. . . . . . .

EX LIBRO III.

7. Eodem quoque tempore concessit nobis iam prefatus Albericus princeps monasterium Sancti Heliae, qui Subpentonia dicitur, de quo beatus Gregorius in libro Dialogi mentionem facit[1]. Sed, sicut idem beatus Gregorius dicit, durum esse in mente veteri nova meditari, hos quos ibi repperimus monachos, non quibamus eos subtrahere ab esu carnis. Ordinavit autem pater noster in eodem cenobio prepositum unum ex nostris fratribus nomine Theodoardum. . . . . . .

942. 12. Instante[c] vero iam mortis eius articulo, cum piis eius actibus, ut supra retulimus, corona beatae remunerationis deberetur a Christo, Romae positus acuta et continua febre corripitur. . . . . . .

a) acceperet 1. b) a. o. p. *des.* 1. c) *hoc cap. deest* 1.

1) Cum Vita Odonis non multo post mortem Odonis, 14. Decemb. 942, scripta sit, haec circa a. 940. facta esse videntur. 2) De tempore non constat, cum auctor certum temporis ordinem non curet, II, c. 16. iam a. 942. indicans verbis: *Meminisse vos volo, fratres, quod praeterito anno* etc. 3) De quibus v. Odonem ipsum in Vita S. Geraldi lib. II, c. 17, Bibliotheca Cluniac. p. 95: *Ipsi quippe Marruci, rigentes videlicet Alpium incolae, nihil quaestuosius aestimabant, quam ut supellectilem Geraldi per iuga montium Iovina transveherent;* et Vita S. Gerardi abb. Broniensis c. 30 (infra). 4) I, c. 7. 8: *iuxta Nepesinam urbem* (Nepi) coenobium illud situm esse ait.

MONUMENTA MONASTERII S. BAVONIS MINORA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monasterium S. Bavonis Gandavense post cladem Nordmannicam medio saeculo X. ab Arnulfo Magno comite Flandrensi auxilio Gerardi abbatis Broniensis restitutum, relato illuc ab exilio corpore S. Bavonis, mox denuo effloruit. Ut in tali casu evenire solebat, sanctus patronus mox miracula patrasse notabatur. Ut autem fama opesque huius abbatiae augerentur, haud minime eo effectum est, quod a. 980. *Landoaldi et sociorum, a.* 1007. *S. Livini corpora illuc translata sunt, denique quod Macharius vir sanctus saeculo undecimo ineunte ibidem vixit et obiit. De horum quatuor sanctorum rebus gestis complures libelli compositi sunt, quos partim integros, partim breviatos hoc loco edimus.*

I. EX MIRACULIS ET TRANSLATIONIBUS S. BAVONIS.

A. Circa finem saeculi X, certe aliquanto tempore post restaurationem abbatiae S. Bavonis, ante annum vero 1010[1], *monachus quidam eiusdem monasterii*[2] *tres libros de miraculis sancti patroni conscripsit. Primo libro fata monasterii sui breviter enarravit, nisus his subsidiis: Vita S. Bavonis antiquiore, Vita S. Amandi auctore Baudemundo, Annalibus Bertinianis et Vedastinis*[3], *quos uno codice coniunctos habens Chronicam post Bedam vocavit; porro diplomate Karoli Calvi S. Bavonis monasterio dato*[4] *et scripto quodam Transmari episcopi Noviomensis*[5]. *Denique etiam notas quasdam Bavonianas vel annales iam perditos adhibuisse videtur*[6]. *Num vero iam carmen de S. Bavone, quod 'N. Archiv' X, p.* 371 *sq. edidi, legerit, an, quod facile crediderim, ipse composuerit, an denique auctor carminis ex illius libello sumpserit quae cum illo communia habet, diiudicari nequit. Hunc primum librum integrum damus, reliquorum duorum, quorum priore poenae sanctum iniuriantibus illatae, altero beneficia colentibus eum miraculose collata referuntur, multa omisimus.*

B. Elevationis corporis S. Bavonis a. 1010. *factae brevem relationem conscripsit paulo postea*[7] *alius monachus eiusdem abbatiae, additis miraculis nonnullis. Qui etiam a.* 1014. *Vitam Macharii priorem (infra) composuit.*

C. Cum tamen ab aemulis monasterii Bavoniani, praesertim monachis Blandiniensibus, ut videtur, rumor divulgaretur, corpus patroni sancti minime

1) Hoc enim anno corpus S. Bavonis elevatum est, cuius rei auctor nondum mentionem fecit. Non multo vero ante hunc annum iste libellus conscriptus videtur, quia iam sermo ea arte quam 'Reimprosa' dicimus exornatus est. 2) Monachum Bavonianum cum aliis tum verbis prologi: *mihi ... inexcusabile iugum sanctae oboeditionis inponitur* auctor se prodit. 3) Non Chronico de gestis Normannorum ex his excerpto, ut Heller, SS. XXV, p. 560, n. 3, dixit, sed ipsis annalibus usus est. 4) I, c. 5. 5) I, c. 7. 6) I, c. 4. 7) De femina quadam in elevatione sanata dicit: *Quae hactenus apud nos manet.*

ibi servari, Folpertus abbas a. 1058. *iterum idem elevari fecit. Cuius rei gestae relationem memoratu haud indignam tertius monachus Bavonianus mox litteris indidit.*

D. Denique excerpta damus ex alio libello miraculorum S. Bavonis saeculo XI. vergente actorum.

Usui fuerunt codices:

1) *Gandavensis nr.* 150 (308. 210), *mbr.* 4°, *in monasterio S. Bavonis saec. XI. in. splendide scriptus et exornatus, qui Vitas ceterosque libellos de sanctis Bavonianis continet, ubi f.* 23—58. *Miraculorum libri tres, f.* 167'—171. *translatio prima. Descriptus est accuratius 'N. Archiv' X, p.* 369 *sq.; Analecta Bolland. III, p.* 189 *sqq.*

2) *Brugensis nr.* 404, *mbr. fol. maximi, saec. XIII, secundum voluminum servatorum magni legendarii Dunensis, Vitas sanctorum mensium Augusti—Novembris comprehendens, qui praeter Miraculorum libros tres et primam translationem solus alteram translationem et miracula saec. XI. facta continet*[1].

3) *Bruxellensis nr.* 7460, *mbr. fol. maximi, saec. XII. ex./XIII. in., volumen magni legendarii Valcellensis Vitas mensis Octobris continens, ubi Vitam S. Bavonis antiquiorem soli Miraculorum libri tres sequuntur*[2].

Miraculorum libros tres non integros edidit primus Mabillon, Acta II, p. 406—415, *ex codice abbatiae S. Cornelii Compendiensis nostri* 3 *simillimo. Multo emendatius et integros eosdem ex codice Gandavensi (nostro* 1) *vulgavit Io. Perierus, Acta SS. Oct. I, p.* 293—303, *et ex eodem codice primam translationem p.* 269 *sq. Ios. Ghesquierus, Acta SS. Belgii II, p.* 611—632. *et p.* 564 *sq., eadem ex Perieri editione repetivit. Secundae translationis a.* 1058. *textus autenticus hucusque non prodiit, sed Perierus l. l. p.* 272. *breve eiusdem excerptum dedit, quod Ghesquierus l. l. p.* 570. *repetivit. Nec Miracula saec. XI, quae in codice* 2 *illam sequuntur, hucusque edita sunt. Omnes hos libellos Iohannes de Thilrode in Chronico suo (SS. XXV) exscripsit. O. H.-E.*

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRO MIRACULORUM SANCTI BAVONIS[a].

Christiani negotii est quemque suis profectibus ardenter insistere et lucro suae salutis diatim quantum praevalet adicere. Ei enim utilitati nil praestantius excogitari, nil questuosius poterit experiri, cum brevi tempore et terminali sudore illud bonum adquiritur, quod nec interpolatione[b] subripi nec fine valeat[c] mutilari. Hoc itaque cum sui consideratione sit omnimodis inestimabile, estimatur tamen diversa contingentium possibilitate, quoniam haec varietas exterioris habitudinis nil eo praeiudicat adipiscendo, tantum ne quovis exorbitet bonae voluntatis intentio. Nam ut materialis absque fundamento vacillat maceria, sic sine dispositione rectae intentionis moralis infatuatur convenientia. Respondeat ergo necesse est supernae mercedi, quicquid a quoquam adhibetur laboris et studii. Haec cum[d] ita sint, facessat propriae laudis exiciabilis titillatio, sopiatur pruriens[e] nocivae adulationis serpedo, totum illius committatur[f] recompensationi, cuius muneris est totius exuberatio boni. Nunc ad haec[g] referenda veniamus, quorum gratia[h] pauca praelibavimus[i]. Rogatus, immo compulsus, ut quaedam insignium miraculorum gloriosissimi patris Bavonis litteris mandarem, conscius propriae fragilitatis et inscientiae, coactus sum, ut id omnimodis detrectarem. Et ecce mihi vis caritatis omnia sperantis obtenditur, inexcusabile iugum sanctae oboeditionis inponitur, uberrimus elemosinarum fructus promittitur, si multorum profutura profectibus meo relatu pandantur. Contra si in negando persisterem, obruti talenti dampnatione percellendum, gaudiis supernae admissionis frustrandum, quippe meo silentio tantorum obnoxium detrimentis, quantorum poteram prodesse in referendo emolumentis. His tam hortationibus quam terroribus, fateor[k], victus succubui, ut mallem scientiae tenuitate quam mentis obstinatione periclitari. Ergo nihil hic adipatae

a) mirac. eius 3, *ubi praecedit:* Explicit vita sancti Bavonis confessoris; *rubra deest* 1; Incipit prefatio de castro Gandensi quo in loco vel regione situm sit 2. b) potest *add.* 3. c) *deest* 3. d) ita cum 2. e) prudens 2. — notive 3. f) commutetur 2. g) ea 2. h) haec *add. Mab.* i) pręlibamus *corr.* pręlibavimus 1. k) *deest* 2.

1) Tum sequitur Vita S. Bavonis auct. Theoderico. Arundel Mss. nr. 91, saec. XII. Cf. 'Arch.' VIII, p. 755. Cf. 'N. Arch.' II, p. 263 sq. 2) Cf. ib. p. 246. Hic codex iam supra p. 266. memoratus est.
Iidem libri tres insunt in codice Musei Brittannici,

locutionis[1], nihil rethoricae declamationis expectandum, quia his artibus me fateor usquequaque ignarum. Suscipiant alii copiosam variae excusationis suppellectilem, videlicet quod veritas, nativa vivacitate[a] contenta, non querat altrinsecam colorum adhibitionem; et quod christianae fidei rudimenta non ab oratoribus, sed a piscatoribus et idiotis sint promulgata; et quod regnum Dei magis virtutis quam sermonis constet efficatia, aliaque perplura in id rationis[b] cadentia: mihi facilis apologiae patet occasio, scilicet cui nullius eruditionis favet[c] exercitatio. Verum, sicut temere nihil est praesumendum, sic de Dei misericordia numquam desperandum, cui cum nihil omnino sit inpossibile, tamen magnificentius plerumque in minimis vim suae exerit potentiae. Quocirca sit in nobis boni operis sincera deliberatio[d], ab illo sine dubio veniet effectualis consumatio. Ceterum pręcor, ut, qui haec qualiacumque ad legendum dignatus assumpserit, siquidem ea recitationi[e] digna iudicaverit, vice recompensationis opem mihi suae ferat intercessionis. Sin autem praesumptionis fastui vel arrogantiae typo asscribendum putaverit, tanto accuratius pro me orandum meminerit, quanto copiosiori[f] flagitiorum mole me pressum coniecerit. Sicque non omnis excludetur utilitas, dum verae conpassionis faverit oportunitas, mediante[g] ea caritate quae Deus est, qui substantiali unitate et personali trinitate vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

EXPLICIT PRAEFATIO[h].

INCIPIT LIBER PRIMUS MIRACULORUM[i].

1. Incipit[k] de castro Gandavo, quo in loco vel in[l] qua regione situm sit.

Licet auctoritate sacri eloquii non propter locum gentem, sed ob gentis gratiam locus[m] credatur 2 Marc. 5, 19.
divinitus eligi[n], non tamen praeposterum debet videri, si[o], priusquam amantissimi patris Bavonis miracula stilo, prout possumus, commendemus, de loco conservandis eius reliquiis superne praedestinato pauca commemoremus. Hic autem Galliae Flandriaeque confinio prope contiguus, septentrionalem plagam versus sex miliariis ab oceani distat litoribus. Virenti quoque planitię spatiosa spectabilitate conspicuus, delectabiliter irrigatur et cingitur geminis amnibus[2], qui nescio utrum plus amoenitatis quam utilitatis sui commoditate conferant incolis. Sunt enim et piscium captura uberes et mercium convectione feraces. Unde tam huius provectionis gratia quam ob praesentissima sancti Bavonis merita est idem locus populoso commeatu frequentissimus. Ferunt autem Agrippam quondam Romanorum ducem in eo castrum condidisse Gandavumque appellasse At alii Hermenricum regem in eo arcem imperii sibi tradunt instituisse[3]. Quorum quid sit verius, illorum qui haec[p] dicunt iuditio relinquimus. Nam, sepius incensis[q] seu casuali proventu[r] seu hostili feritate autenticis bibliothecis, non satis innitimur certitudine huius indaginis. Cotidiana tamen intuentibus suppetunt experimenta, non a mediocribus, sed[s] magnificis et primoribus viris eiusdem loci sortita primordia. Ruinarum quippe vestigia et sub[t] his variarum specierum repertae qualitates opulentissimos atque potentissimos eiusdem structurae loquuntur auctores. Erant itaque praefati loci habitatores a religione christiana penitus abhorrentes et prae insita sibi austeritate sanctis praedicatoribus fere inaccessibiles. Mansitque huius inextricabilis obstinatio erroris usque ad tempora Dagoberti regis[4], cum supernae pietatis respectu advenit miseris optabile tempus miserendi, ut essent ab inflictae sibi caecitatis errore misericorditer eruendi.

2.[u] Claruit[5] ea tempestate vir Dei gratia iucundissime[v] praeditus ac per hoc digne vocatus Amandus, qui praedicationis optentu diversas regiones pervagatus, multiplices sui agonis fructus naviter[w] est Domino lucratus. Cumque his sanctis studiis operosius insistens devertisset[x] ad praedictum locum, ut fortis athleta non prius destitit, quam opus coeptum duceret ad effectum. Denique abrenuntiantes paganismo, abluti atque mundati sunt expiali babtismo. Summoto cauterio tractualis et actualis praevaricationis, uncti sunt oleo saluberrimae exultationis. His ita Christo auspicante peractis, coepit fama tanti viri usquequaque crebrescere felicibus incrementis. Unde certatim ad eum diversae aetatis, sexus et dignitatis confluebat frequentia, affectans in[t] spiritali exercitio eximii patris componi disciplina. Inter quos sanctus Allowinus, qui et Bavo, inter nobiles Hasbaniensis[y] pagi nobilior, afflatus caelesti desiderio, eius sé, ut post patuit, medullata devotione contulit inbuendum magisterio. Qui mox ut semina divini verbi sedula mente percepit, non ea passus est dampnosa segnitia[z] praefocari, sed ad instar bonae terrae fructuosiori fenore ea multiplicavit. Nam quod alii deputavit perfectionis fastigio, ipse primae conversionis aggressus est initio. Omnibus abrogatis facultatibus, spretis dignitatibus, praedia sua legitima donatione tradidit disciplinis profutura monasterialibus, pecuniarios questus suos seu progenitorum exaggeratos sudoribus propria manu dispersit egentibus. Sic exoneratus[a] letali fasce mundialium cupiditatum, nudus[b] et exertus ad boni Ihesu confugit auxilium. Suscepit itaque in eodem Gandavo, quo nunc requiescit, a beato Amando tonsuram clericatus inrefragabili deliberatione delegatus. Cuius vero abhinc districtionis,

a) vivatitate 1. b) orationis 2. c faciet 2. d) deleb. *corr.* delib. 1. e) *ita codd.* f) cupios. 3. g) ea med. 2. h) E. p. *des.* 2; E. prologus 3. i) Inc. — Mirac. *des.* 1; mirac. *deest* 2, *ubi* de castro Gandavo *add.*, *sequens vero titulus* Inc. — sit *deest*; eius *add.* 3. k) Inc. *deest* 3. l) in qua *des.* 1. m) locum credamus 2. n) elegi *corr.* eligi 2. o) ſ; 3. p) d. h. 2. q) *bis scr.*, *alterum erasum* 1. r, provectu 3. s) a *add.* 2. t) *deest* 2. u) Cap. *nonnumquam praemisit* 1; Capitula *h. l.* 2; *capitum numeri des.* 3. v) iocund. 2. 3. w) *in marg. corr.* gnav. 2, *et ita* 3. x) divert. 3. y) Hasbaniensi 1. 3. z) segnitie 2 a) exhon., h *erasum* 1. b) mundus 2.

1) Cf. Cic. Orator 8, 25: *tamquam adipatae dictionis genus.* 2) Scaldi et Leia (Lys). 3) Cf. Carmen de S. Bavone, 'N. Archiv' X, p. 371 sq., ubi eadem fere quae in nostri cap. 1. 2. 4) l. a. 622—638. 5) Hoc caput ex Vitis S. Amandi auct. Baudemundo et S. Bavonis antiquiore compositum est.

cuiusve[a] rigoris in se ipso ob Dei servitium inmacerando fuerit, vel quos impetus antiqui hostis senserit, sustinuerit, evicerit, vel ad quod culmen virtutum sub attestatione miraculorum conscenderit, liber gestorum eius[1] scire volentes[b] satis luculenter instruit. Verum post multiplices vitae praesentis agones spiritus mercede sua fruiturus perpetim caelo suscipitur, corpus more humanitatis terrae commendatur.

3. Huius tamen loci religio[c] quantum subinde conciverit[d] aucmenti[e], hinc datur intellegi, quia recens et quasi adhuc calens pii patroni memoria et miraculorum cotidiana hanc ad altiora semper provexerunt[f] incitamenta. Fertur enim, quod ad sexagenarium numerum ultroque pervenerint, qui se post sancti Amandi discessionem ad exemplum tanti viri regularibus studiis manciparint. Libet igitur, antequam ea quae nostris temporibus gesta sunt contingamus, unum eius referre beneficium, unde eius mirae condescensionis[g] singularisque benignitatis sumatur indicium. Sunt enim plurima[h] priorum nostrorum, quod eorum pace dixerimus, praetermissa neglegentia[i] ac eótenus oblivioni mandata, ut notitiae nostrae demantur[k] acsi funditus infecta.

4.[l] Cum igitur isdem[m] sacer locus in omni floreret opulentia, contigit tempore cuiusdam praecipuae festivitatis, ut inter caeteros qui tunc copiosissimi[n] erant aecclesiae apparatus aureus calix post peracta missarum sollempnia supra[o] sanctum altare relinqueretur absque custodibus. Quidam autem negotiatorum[p] introgressus est oratum, quem vis tempestatis tali perculerat naufragio, ut, pessumdatis rebus undecumque adquisitis, ostiatim emendicato[q] se committeret stipendio. Cumque sepius miseris[r] propitiam sancti Bavonis expetisset memoriam, licet ingentem, tamen fide plenam est adorsus audatiam. Nam praefatum calicem cernens incautius destitutum, orationi attentius incubuit in hunc modum: 'Precor', inquit, 'tuam, sancte Bavo, inestimabilem clementiam, ut tuo dulci more, hoc est misericorditer, suscipias intentionem meam. Optime quippe meque ipso multo limpidius eam nosti, quia inseparabiliter coniungeris omnia scienti. Placeat ergo tibi aliquidulum[s] relevare meam necessitudinem, ut me, dum advivo, habeas tui servitii debitorem. Liceat mihi nunc hinc tua coniventia[t] sumere, quod postmodum te libeat multiplicatum recipere'. His dictis, fideli temeritate sé praesumens exauditum, non solum veniale, sed etiam compendiosum aggressus est furtum; assensumque tam facilem sanctissimi patris tenens vice pignoris, efficaciter est absolutus compede calamitatis. Nec multo post ad monasterium veniens, singula prout patrata erant patefecit, vota sua largissime solvit, multosque suae alacritatis complices efficiens, cum gratiosa sospitate ad propria remeavit. His et[u] similibus benefitiis eximii patris in inmensum crevit opinio et loco in quo requiescit totius profectus aucmentatio. Nam eiusdem aecclesia ex studiis et oblationibus fidelium variis est redituum spetiebus tam ornatus quam sustentationis gratia redimita, plumbo quoque sumptuoso conamine cooperta. Sed ó! nihil in humanis rebus sic salva integritate continuum, ut non aliqua parte hebetetur infortuniorum. Nam haec omnia quae praediximus exterioris habun-
813. dantiae[v] commoda unius luminaris incautę tractati consumpsit neglegentia. Emissa namque flamma per contiguos velorum tractus, quippe quae sollempnius obtentu festivitatis erant expansa, favillá tenus intus et extra cuncta sunt depasta[2]. Verum iterum, Deo miserante et collaborante sudore fidelium, ad pristini[w] vigoris sunt adintegrata statum. Sicque mansit diuturni spacio temporis usque ad tempestatem Northmannicae[x] infestationis.

5.[y] Cuius[z] immanitas adeo adinstar turbinis excrevit, ut poene totius partes Occidentis rapinis, incendiis cedibusque consumpserit. Praefati vero incolae loci huius tam calamitosae vastationis[a] irrup-
846. tionem metuentes, inclita sanctissimi patris menbra tuto[b] in loco[3] custodienda deposuerunt. Deinde etiam insanias Danorum, qui supervenire parabant, metuentes, ipsius sancti Dei relliquias[c] cum aliis
853. plurimorum sanctorum Laudunensium[d] ad opinatissimum et[e] montem regium inibi servanda transtulerunt[4]. Thesaurum quoque cum vario sancti loci ornamento secum delitescendo[f] asportaverunt. Quidam etiam propter locum venerabilem servandum substiterunt. His etiam diebus Karolus rex, qui Hludowico[g] Pio imperatori[h] successerat, antequam Romanum imperium per benedictionem Iohannis papae susciperet, Sancto Bavoni et fratribus ibidem morantibus aecclesiam Fasleiam[i] dictam et medietatem ad eandem pertinentium vinearum, insuper et villas duas Coloniam et[k] Nielam[5] summa devotione visus est condonasse[6]. Et quoniam populi qui tunc videbantur christiani peccatis, ut credimus, subripientibus Deum in multis offenderunt[l], traditi sunt barbaris et iniquis graviter feriendi paganis, sicut in cronica post Bedam scriptum hoc modo est:

a) cuiusque 2. b) volentibus 2. c) *deest* 3. d) consciv. 2. e) *ita* 1. f) provexerant 3. g) condescentionis 2. h) plura 2. i) negregentia, r *adrasum* 1; neglig. 2 *semper* k) gemantur 1. 3; celentur *Mab.* l) *numerus deest* 1. m) idem 2. 3. n) copiosi 2. o) super 3. p) negociator 2. q) emendicando se *alia m. in loco raso* 2. r) miser:: *litteris erasis* 2. s) *ita* 1. 2; aliquantulum 3. t) conventia *corr.* coniventia 2. u) hiis *add.* 3. v) habuntiae *corr.* habundantiae 1; abund. 3. w) pristinum 3. x) Normann. *corr.* Norhmann. 2; Normann. 3. y) IIII. 1. z) Huius 2. a) vastitatis 3. b) toto 3. c) *ita* 1 *semper.* d) Laudunentium 2. e) *ita codd.* f) delitisc. 1. g) Lodowico 2; Ludowico 3. h) imperatore 1. i) Fasleyam 3. k) *deest* 2. l) offenderant 3.

1) Editus Acta SS. Oct. I, p. 229 sqq. 2) A. 813. hoc incendium factum esse, tradunt Ann. S. Bavonis, SS. II, p. 187, saec. XIV. demum quidem compositi, sed hoc haud dubie ex antiqua et vera notitia. 3) Scilicet in castro S. Audomari a. 846, ut consentiunt Chron. Normann., SS. I, p. 533, et Ann. S. Bav. l. l. 4) A. 853. hoc factum esse, tradunt Ann. S. Bav. l. l. 5) Nesle-la-Reposte (dép. Marne, arr. Epernay); cf. Van Lokeren, 'Jean de Thielrode' p. 136. 143. 6) Diplomate dato a. 864, Oct. 11, Miraeus, Op. dipl. I, p. 26 sq.; Serrure, 'Cartulaire de St. Bavon' p. 3, confirmat Carolus rex possessiones S. Bavonis, inter quas Vaislei in pago Suessonico et Colonia in pago Cameracensi nominantur; Niela vero ibi non occurrit.

6.[a] *Anno ab incarnatione Domini nostri octingentesimo quinquagesimo primo piratae Danorum[b] ducentis quinqua-* A. Bert. 851. *ginta duabus*[c. 1] *navibus Fresiam et Batavos*[d] *populantur. Sed et usque ad monasterium* S a n c t i P e t r i *et Sancti Bavonis quod Gandavum* d i c i t u r *debachantes idem monasterium incendunt. Venientesque urbem Rotomum, usque ad Belvacum pedestri gradu perveniunt.* Item post pauca: *Post obitum,* inquit, *Hludowici*[e] *p i i s s i m i a u g u s t i*[2] *excidiosa inter* A. Vedast. 879. *Francos orta dissensio*[f] *est. His denique inter sé discordantibus, Northmanni*[g] *ultra mare positi eorum audientes discordiam, navali evectione cum infinita multitudine mare transito, Taruennam urbem Morinorum mense Iulio igne et gladio vastaverunt omnemque terram Menapiorum perambulando*[h] *ferro et igne vastant. Post haec Scaldum*[i] *fluvium intrant et omnem terram Bracbantisiorum*[k] *incendio et ferro delent.* Itemque: *Sed Northmanni*[l] *incendiis et devastationibus*[m] *inhiantes sanguinemque humanum sicientes, ad interitum et perditionem regni mense Novembrio in Gandavo monasterio sedem sibi ad hiemandum statuunt anno ab incarnatione Domini octingentesimo octuagesimo*[n. 3]. T u n c q u o q u e *Tornacam*[o] *civi-* ib. 880. *tatem et omnia monasteria supra Scaldum*[i. *] *ferro et igne devastant, interfectis accolis terrae atque captivatis.* Sed qui hoc plenius nosse desiderat, librum ipsum, de quo supra diximus[p], legat; nos propter auctoritatis testimonia[q] ista pauca posuimus. Longum enim est universa mala commemorare[r]. I g i t u r Dani p o s t m u l t a m ib. 881. h u m a n i g e n e r i s i n t e r f e c c i o n e m Gandavum rediere, suisque i b i reparatis navibus, terra marique iter facientes, Mosam ingressi sunt et famosissimum Aquisgrani palatium igne cremaverunt et[q] monasteria, civitates, Treveris nobilis- ib. 882 simam et Coloniam Agrippinam cum habitatoribus[s] interfectis igne cremaverunt. Verum his interim inlaetalibus tali proventu[t] posthabitis, qualiter denuo locum ab initio sancto suo servitio delegatum superna respexit dignatio, succingimur enodare.

7.[a] Igitur post Northmannicae[u] infestationis repausationem optabili[v] quandoque regione tranquillitatis quiete composita, metuentes aliquorsum alicuius incursionis inquietudinem, hi videlicet qui Lugduno[w. 4] transfugerant cum sanctis relliquiis et monasteriali suppellectili, utpote in extraneis constituti. Gandavum quantocius, sublatis secum sancti patris pignoribus[x], maturabant reverti[5]. Et quoniam eótenus 940. ut totus circumiacens pagus, ita et Gandensis coenobii locus pene videbatur[y] similior deserto vacuatus cultoribus, in novo edificata castello aecclesia[6], illó ea introduxerunt custodienda[z]. At vero interdiu, quia sepedictus locus neglegebatur cultu totius venerationis, ipsae murorum relliquiae[a] quae supérerant ignis combustioni succrescentibus tribulis et densis operiebantur vepribus, mansitque ínibi tam miserabilis exhaustio[b] desolationis, usquequo, defluente cum curriculis temporum et statu múltorum[7], successit post nonnullos Noviomagensi[c] sedi Thrasmarus[d] episcopus[8]. Quique quoniam erat sanctorum locorum cultor christianaeque relligionis avidissimus informator, venerabilem locum — suae quippe dioceseos extiterat — ex intimo indoluit pristini vigoris auctoritate denudatum, instituitque omnimodis instaurandum. Et quia diuturna desolatio plurimo eguit supplemento, mandavit litteris, ut in scriptis eius repérimus, super hoc negotio Arnulfo marchiso[e. 9], ad quem idem locus ex regio pertinebat beneficio, se scilicet scalam velle erigere, per quam uterque levi volatu caelum posset conscendere. Quid multa? His litteris frequentibusque collationum exhortationibus ad ea quae voluit bonivolentiam marchisi inflexit; cepitque idem locus tam utrorumque adiutorio quamque[f] aliorum fidelium laboratu ad pristinum redintegrari. Et haec omnia divino iuditio[g] definita succiduisque temporibus ita eventura tam evidentibus visionibus quamque angelicis sunt praedicata manifestationibus. Quae ne intacta praeteriisse videamur, pauca colligentes e pluribus, moderata brevitate utcumque hic inserere dignum duximus.

8.[h] Paucis ergo, ut praemisimus, post Northmannicam incursionem senex quidam simplicis vitae haut procul a sancto loco habitavit. Et quia piscatoriae artis[i] erat, nocte quadam excitus somno, ut missa levaret recia, ibat. Ante locum oratorii tunc pene dirutum ut venit, tres viros in vestibus albis decontra adstantes repperit; attonitusque novitate visionis, paulo post resumpta spé, quia eos quasi invicem sermocinantes vidit, fixo gressu, ad ea quae loquebantur aurem accommodat[k]. Tunc eorum unus: 'Heu!' inquit, 'quam grave Dei nostri dispendium servitii, quod hic locus, olim sibi famulantibus aptus, nunc tam miserabiliter squalet[l] incultus'. Ad haec alter, qui et auctoritate et habitus splendore ceteris videbatur praéstare: 'Facillime', ait, 'illum divina reparabit dignatio, cum sincera fidelium faverit deprecatio'. Et adiecit: 'Quamvis hoc paulo sit futurum tardius, tamen dignissime restaurabitur iste locus. Et ut de reliquis[m] fias certior, omnis illi pristini decóris[n] redintegrabitur honor'. Dixit, et summissis pariter vultibus, tres qui videbantur viventem in saecula adoraverunt, et nusquam comparuerunt. Is

*) et Legiam *add.* 2.

a) *numerus deest* 1. b) cum *add.* 1. 3. c) duobus *post corr.* duabus 1. d) Battavos 3. e) Ludovici *h. l.* 2; Ludowici 3. f) dissentio 2. g) Norhmanni 2; Normanni 3. h) perambulantes 2. i) Scaldim 3. k) Brachant. 2. l) Norhm. 2; Nortm. *h. l.* 3. m) vastat. 3. n) octogesimo 3. o) Tornacum 3. p) retulimus 2. q) *deest* 2. r) memorare 2. s) habitoribus 1. t) provectu 3. u) Norhmann. 2 *semper;* Normann. 3. v) optabilis 2. w) Laudunum 2. x) pigneribus 3. y) sim. vid. 2. z) *deest* 3. a) *radendo h. l. corr.* reliq. 1. b) exaustio 2. c) Novimensi 2. d) Trasm. 3. e) marchyoso 2. f) que *deest* 2. g) inditio 1. h) *numerus deest* 1. i) e. a. 3. k) accommodavit 2. 3. l) *alia m. in loco raso* 2; sualet 1. m) reliquiis 2. n) restaurabit *add. sed del.* 2.

1) Numerum navium ex annali 852. sumpsit. 2) Immo Ludovici regis a. 879. defuncti. 3) Annus 880. ad sequentia pertinet. 4) Laon; cf. c. 5. 5) Cf. Ioh. de Thilrode c. 11, SS. XXV, p. 567: *A. 940. S. Bavo transfertur de castro Lavduno ad Nielam et de Niela ad arcem opidi sui Nestiriopoli, quia monasterium suum in desertum redactum fuit.* Ann. S. Bavonis l. l. p. 188. hoc a. 939. attribuunt. 6) S. Iohannis, quae in castello Herehem aedificata a. 941, Apr. 15. dedicata est; Ioh. de Thilrode c. 7, l. l. p. 562; charta Transmari episc. ap. Van Lokeren, 'Chartes et doc. de l'abbaye de St. Pierre' p. 21, nr. 15. De novo castello v. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 513 sqq. 7) Similia leguntur in diplomate Lotharii infra p. 594, n. 1, laudato. 8) Sedit a. 937—950. 9) I. Magno vel Vetusto a. 918—964.

autem, cui haec videre data sunt, a cuiusque ore decerpta[a] sunt, talis erat relligionis tantaeque severitatis, ut cuilibet fideli facile de his non detur dubitari.

9.[b] Sub eodem fere tempore alius in insula Brittannica habitabat senex, sed nimia invalitudine ad extrema perductus. Huic quidam per visionem claro sub habitu astitit et, si pristinam recipere sospitatem vellet, ad Gandavum quondam firmissimum castrum iret et in restaurando, ammonuit, ut pro posse laboraret. Votum ut fecit, convaluit, mare sine mora transivit[c], et ad locum ut pervenit, quamdiu supervixit devotus reparator exstitit.

10.[b] Et ut percurramus cepta: cum sacer locus tantis talibusque in dies augmentationis efferretur[d] auspiciis, ut quivis facile posset advertere omnipotentissima illum dignatione Dei illustrari, praecaventes quique tam monachorum quamque[e] clericorum devoti, tantillitatem angustioris oratorii tanti patris non congruere dignitati, illuc eius[f] sacrosanctas relliquias statuerunt transferendas. Dispositisque[g] quae ad
946. Sept. 30. opus erant, id est[h] 2.[i] Kal. Octobris, quo eiusdem depositionis sancta celebratur vigilia, deliberaverunt efficere[1]. Huic negotio intererat et magna pars extiterat Gerardus abbas[2]. Sed quoniam falsi rumoris vulgaverat opinio, quasi isdem[k] erga sancti pignora[l] aliqua intendisset fraudis molimina, inter iter agendum posito in contiguo eidem monasterio campo sancto feretro, ad propellendam sinistri rumoris infamiam, sublato pallio, cunctis qui aderant sigilla antiqua manu infixa monstravit integerrima. Quantum ibi leticiae, quantae pii cordis amore profusae sunt lacrimae, ex sese quilibet valet conicere. Quis umquam sanum[m] sapiens non[n] gaudio et[o] dulcedinis animum[p] expleret affectu, cernens spetialis totius provintiae patroni membra devia[q], peccantium incolarum meritis exiliata, placato demum Deo, propriae edis revisere septa[r]? Illata itaque nuper reedificatae aecclesiae celebri sunt, quo hodieque cernuntur[s], sublimata repositorio, prosequentibus cunctis laudes in honore trinae[t] maiestatis Patris et Filii et Spiritus sancti. Et ut constaret cunctis, quam placitum id Deo consisteret, effecére subsequentia miraculorum insignia. Quae etiam quia nefas est praeterisse, proprioque noscuntur indigere epilogo, determinato istius libelli tenore, sequenti[u] commodius titulentur exordio.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT SECUNDUS.

1.[v] Mira Dei cunctipotentis opera, quibus dilectissimi sui athletae Bavonis dignatus est mundo innotescere merita, multorum re vera profectui accomoda, stili quoquo modo cupientes signare officio, non fore remur ab ré, si, priusquam ea quae in loco[w] quo nunc requiescit moderno tempore[x] sunt exhibita[y], magnificum quoddam ac perinde sui novitate proficuum, antequam eo loci eius transferrentur[z] relliquiae, in novo castello manifestatum memoriae commendemus miraculum.

2. In territorio memorati castri erant commorantes laici, qui ex officio agnominabantur coriarii. Horum unus cupiditate questus sabbato ultra morem christianae relligionis illectus, operi ceteris instabat diutius. Sed hunc collega redarguens: 'Cur', inquit, 'non das honorem Deo sanctoque Bavoni in proximo quiescenti?'[a] 'Quis sit', ait[b], 'sanctus Bavo[b], non ignoro, verum hoc[c] ut defuerit mihi, quid praestabit[d]?' Infanda necdum finivit[e] verba et, visu mirabile! contractus[f] toto corpore ruit. . . . . . .

3. Huius itaque merito benefitii coepit eximii patris non solum apud finitimos, verum late [in[g]] terrarum orbe honor et reverentia haberi, quique antea abutebatur[h] contemptui, quovis gencium, ad quos eius fama potuit efferri, amando timeri[i]. Grata quippe omnipotentis Dei clementia, ut cepit, sanctum suum multipliciter in dies mirificavit. Nam quantis qualibusque, posteaquam ad locum superne sibi destinatum eius translatae sunt relliquiae, signis effulserit, subiecti sermonis veritate constabit. . . . . . .

5. Adolescens quidam familiae sancti confessoris tempore famis coactus a quodam sua sponte est venditus, ut posset habere necessaria victus. Ut autem venditor rediens summae reverentiae ad locum devenit, oratum intravit, ad sepulchrum accessit, nummum illius venditionis deponere voluit. Sed mirum commemoratu! nec nummum deponere nec digitos valuit extendere. Stabat itaque cum oblatione attonitus, ammiratus[k] rei novitatem. Ad mentem ut rediit, sibi conscius venditionem expavit. In partem secessit, nummum[l] officioso[m] sudamine quesitum protulit, sicque denuo[n] ad altare venit; manum ut deposuit, redintegrari promeruit[o].

6. Insula est maritima cui nomen Walachra[p]. In hac quaedam matrona supranominati Sancti Bavonis ex familia ydropis morbo vehementer est afflicta. . . . . . .

7. Cum[q] eisdem insulanis habitavit[r] ancilla sancti Landberti[s] martyris. . . . . . .

a) decepta 2. b) *numerus deest* 1. c) transiit 2. d) effereretur 1; effertur 2. e) que *deest* 2. f) sacr. eius 2. g) Deposit. 3. h) idem 2. i) pridie 2. 3. k) idem 2. 3. l) pignera 2. m) sap. san. 2. n) cum 2. o) ex 2. p) expl. an. aff. 2. q) deviam 1. 3. r) septra 1. s) cernentur 1. t) *erasum* 1; *deest* 2. u) sequeventi 2 v) *numerus deest* 1. 2. 3; *ubique numeri des.* 1. 3. w) in *add.* 3. x) s. t. 2. y) *ita* 1. z) transferrerentur 1. a) Cui ille *add.* 3. b) *deest* 3. c) v. si ipse adfuerit 3. d) bit *e corr.* 1. e) v. f. 2. f) toto contr. 2. g) *deest* 1. 3. h) *ita corrupte* 1. 3; habebatur, habe *in loco raso alia manu* 2. i) *deest* 2. k) rei nov. adm. 2. l) *sequentia* — sancti sollemnia devenit *cap.* 6. *alia manu in loco raso* 2. m) n. alterum prot. 3. n) ad alt. denuo 2. o) meruit 2 p) Walacria 2. q) Dum 3. r) *deest* 3. s) Lamberti 2.

1) Quod a. 946. factum esse, Ann. Gand. l. l. p. 188. referunt; cf. etiam Ioh. de Thilrode l. l. A. 958 (?) confirmavit Lotharius rex monasterium S. Bavonis ab Arnulfo comite restauratum diplomate, Miraeus, Op. dipl. ed. Foppens I, p. 42 sq.; Serrure p. 5; cf. Wauters, 'Table chronol.' I, p. 363. 2) Broniensis, qui p. 937—953. monasterium S. Bavonis rexisse in Ann. S. Bav. l. l. p. 187 sq. dicitur. Cf. W. Schultze, 'Forschungen' XXV, p. 238 sqq.

9. Iuvenis quidam circa maritimos furto agebat vitam. Hic correptus languore devenit ad extrema vitae. Consulens autem sibi, emendationem scelerum devovit[a] Deo sanctoque Bavoni. Nox ut supervenit, eum somnus subrepsit. Benigni itaque ut est vultus, sibi apparuit sanctus. Quem ut agnovit, équidem inhorruit. 'Ades', inquit, 'animo, et ommittens[b] timorem, quae dico trade memoriae! Visita coenobium Gandae ac, prout spopondisti, vota persolve!' Surrexit annisu quo valuit, Gandavum adiit, vota perfecit et sanus abscessit[c].

10. Apud urbem Treveris matrona extitit perliberalis. Huic erat novem annorum puerulus, sed toto intellectuali affamine mutus. Itaque gratia medendi deliberavit ferramentum sectionis adhibere linguae. Deliberationi in visu consuluit sanctus et, ne cruciaretur, ammonuit, infantulus. Vota precum praemonuit fieri, seque super salute gaudendam[d] pueri. Paruit mater edicto et medelam sensit in filio.

11. Quidam ex familia eiusdem sancti confessoris ab insidiis captus, immo facultate spoliatus, custodiae est mancipatus. Cumque[e] frequentaretur a suis — erat enim famae[f] praeclarae nobilitatis — extra regionem est exiliatus[g] et in carcere[h] retrusus, ibique multa incommoditatis passus. Sed Dei auxilio fretus ac sancta fide coopertus speque evadendi animatus, indesinenter praesentem sibi adesse poposcit sanctum Bavonem. Et ecce intempestae noctis conticinio lux sibi emicuit nutu divino, catenae de collo et compedes de pedibus sunt solutae. Hinc laetus surrexit et claustra carceralia divinitus aperta invenit, sicque per immensa viarum spatia pervenit ad propria.

12. Gens est Fresionum tam lata quam valida, licet fide permodica Inter quos[i] hereditariam sanctus Bavo possederat terram, usui fratrum, scilicet vestiariis, necessariam. Quam quidam Freso, utpote infidelis naturae homo, invaserat sibique iniuste quandam partem usurpaverat. Cumque a procuratore commoneretur, ne vim inferret sancto, publicitus[k] non inpune defendit sacramento. Sed mox ut deieravit[l], mortem[m] obiit. Dominus autem, ut dilecti sui manifestaret sanctitatem, etiam in corpore mortuo ostendit vindictam, quod iuxta morem[n] tumulatum visum[o] est multitudinem[p] ebullire vermium. Hanc itaque vindictam sui perhorrentes, sancto accelerant votum, restituentes iniuste deieratum[q]. Et ut peregerunt, vermes non comparuerunt.

13. Alius etiam eiusdem stirpis[r] infidelitatis Freso partem alendis gregibus aptam ipsius fundi sibi tenuit in beneficio. Aliquamdiu censum praestantissime solvit, sed oblivionis incuria surripiente, debitum duxit neglectum. Hoc procurator sancti ut agnovit, eundem castigatius[s] ammonuit. 'Nec clam te est', ait, 'et hanc partem fundi iuris esse sancti; sed si tibi hae res cordi sunt aevo intermino possidere, ut pridem debita[t] solve!' Cuius monita adnullavit, et orsus[u] infanda respondit: 'Ego', inquiens, 'obiecta lege iudiciaria revincam et mihi[v] posterisque meis hanc[w] hereditariam[x] aeternaliter faciam'. Sic miser loquebatur; et terram pede proturbans, hoc blasfemium[y] eructuavit: 'Huius', inquiens[z], 'terrae partem tantum habebit sanctus Bavo'. Quod ut exibilavit[a], falcem fenoream[b] collo excutiens et dextra porrectam[c] humo infigere volens — siquidem iam florulenta prata secabat —, quod dictu dolor est, manu sua sibi[d] caput amputavit. . . . . . .

16. Matrona praeclarae nobilitatis, sed familiae sancti confessoris, capitalem censum[e] persolvere erubuit, Gandavum adiit, ac substituto pro se mancipio, iam quasi libera recessit. Ipso autem in itinere immanissimo corripitur languore. Humo advoluta, defunctae iacuit simillima. Revehitur a suis, et quod deliquit ingemiscendo penituit. Redonavit sé sancto confessori et restituta est sanitati.

17. Simili modo alia opum suarum numerositate fatigata, famulis ac famulabus subrogatis, est redempta. Nec multo post ob despectum multata, ad tantam devenit penuriam, ut hostiatim stipendii peteret alimoniam.

18. Quaedam etiam libertatem preciis assecuta, sub brevissimo spatio defungitur vita.

19. Mancipium sancti sé[f] minus excoluit capitalemque censum annuatim[g] retinuit. Ultioni addictum diu perduravit cecum. Itaque consulens sibi, retentum restituit et visum recepit.

20. Perversus quidam in ipso portu Gandensi quosdam familiarum sancti vanis spebus defendit sibi. Cumque proiectius[h] sanctum Dei verbis[i] adnullaret insolentioribus eosdemque[k] catenis acclamaret innectendos, domi sé recepit, largiterque pransus, dormitum abiit. Ut se locavit, sensu funditus caruit; cepit insolescere ac taurinos mugitus ingeminare. . . . . . .

24.[l] Haec de miraculis sancti iniuriarum suarum vindicantis[m] pauca perstrinximus[n], quibus ommissis, operibus pietatis stilum imponemus.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT TERTIUS.

1. Proprium creditur sanctorum, quanto durius iniuste vindicant inlata, tanto praesentialius prebeant iuste postulata. Nec fas est credi, animositatem sanctorum sic velle irasci, ut nequeant placari, cum ex persona Domini scriptum sit: *Quem diligit corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.* Hebr. 12, 6

a) Deo dev. 2 b) *ita* 1. 2, *radendo corr.* omittens 1. c) abscescit 1. d) gavisuram 2. e) que *post superscr.* 2. f) fama 2. g) exhiliatus 2. h) carcerem 2. i) quas 1. 3. k) publice 3. l) degeravit 2. m) morte 2. 3. n) more 2. o) visa 3. p) multitudo 1. 3. q) degeratum 2. r) gentis infidelis 2. s) castigatus 3. t) debitum 2. u) nefanda orsus 2. v) posteris michique meis *corr.* meis mihique 3. w) *deest* 2. x) hereditatem 2. y) blasfemum 2; hanc blasphemiam 3. z) inquit 2. a) exhib. 2. b) fenoriam 2. c) *alia manu in loco raso* 2. d) caput sibi 2. e) sensum 2. f) m. se 3. g) annunatim 1. 3; animatim 2. h) proiectus 2. i) *deest* 2. k) eosque 3. l) *nulla cap. distinctio* 3. m) vindicatis 2. n) restrinximus 2.

Sed correctionis emendationisque causa inlatas puniunt iniurias, ut, quos vident non posse corripi verbis, saltim attriti penis resipiscant a malis.

Verum quia hactenus superior pagina vindicantis utcumque peroraverat mira, restat, pietatis quae occurrunt memoriae rétegat opera, primo[a] quae in loco qui vocatur Medmedunc[b, 1], quo primum[c] dicitur post conversionem habitasse[d, 2], exercuit ac pie precantibus misericorditer indulsit.

2. Est autem isdem[e] sacer locus, ut nescientibus loquamur, secrete manere volentibus habilis, silvestribus pomis ceterisque frugibus plenus, piscium copiis habundans et, ut paucis concludatur, omnibus heremum inhabitare cupientibus aptissimus. Quem idem dilectus Dei paucis incoluit morulis sanctaque sua inhabitacione sanctificavit ac post mortem miraculis insignibus mirificavit. Unde non inconsultum vel minimae remur fidei angelicam inibi ostensam enodare visionem.

3.[f] Senex quidam in confinio ipsius villulae manens, hoc oratoriolum miro excoluit affectu. Quod tunc vetustate pene consumptum restaurare tractans, a circumcircapositis auxilii supplementa exorabat. Dehinc operarios conduxit certisque diebus operi insistere maturavit. Sed et amnis in proximo fluens capturas piscium opulenter administrabat et, ut ita dicam, viritim[g] convivia exhibebat. . . . . . .

5.[h] Duo nepotes inter sé[i] rixantes, correptis armis alter alterum oppressit. In se itaque reversus, parricidium[k] expavit, episcopum adiit ac more christianae remissionis peregrinando penitenciam accepit. Cumque iam nonum[l] expleret annum, iterato patrocinia quesivit apostolorum. Alpes ut transcenderat, sanctos apostolos sibi in visu agnoverat, a quibus est ammonitus, ne residuum viae[m] casso labore perderet. 'Remeans', inquiunt, 'memoriam sancti Bavonis visita, quae est apud Medmedunc[b] annua'. Surrexit credulus quidem visioni, sed ignarus loci. Gandavum repedavit, sibi iussa[n] innotuit. Et quoniam devenit in ipsa sollempnia sancti, scilicet Kalendarum Augusti[3], ceteris illó pergentibus comitatur. Cumque iam docti dulcissonas[o] inaltarent voces, et ipse staret orationi intentus, virtute divina, quibus erat constrictus[p], ferrei crepuerunt circuli, deinde in terram prolapsi, coram cunctis minutatim sunt dirupti. Qui delictorum vinculis solutus, ad sua rediit laetus. . . . . . .

9.[f] Famulus Sancti Bavonis advocato suo accusatus, 30 solidos reddere est coactus. Die statuto sanctum suum supplici devotione oravit, ut eundem virum erga sé inveniret miciorem. Ivit itaque, ut solveret debitum, sed iam dictum advocatum repperit defunctum; sicque laetus facti, medietatem debiti optulit sancto propitiatori Bavoni.

10. Paupercula ipsius capitalem censum non valens reddere — debebat enim 12 denarios — solamen quesivit in prece. . . . . . .

12. Comes quidam eiusdem Gandavi portus relliquias sancti optinuit et secum navi asportavit. Ob reverentiam itaque [sancti[q]] candela iugiter exarsit in nocte. Casu contigit et, cunctis dormientibus, in sentinam decidit. Pernox in aqua effulsit et cum ammiratione omnium tantae venerationi[r] exibuit obsequium.

13. Farnewic[s] nomen est villae super ripam Scaldi fluminis sitae. . . . . . .

14. Cetarii ad ballenas capiendas mare sunt ingressi. Aspecto[t] autem immani belua[u], certatim circumdant. Sed illa inter manus elapsa[v] multoties, tandem imo resedit. Sorte autem exiit, ut sancti patris famulus eidem ferrum infigeret. Qui graviter suspirans: 'Eia', inquit, 'sancte Bavo, hoc gratiae mihi appone, ut compos voti persolvam tuis vota praemii'. Oravit, et de profundo piscis rediit. Ut vidit, gratulabundus prosiliit ac ferrum constanter infixit. Ad litus ut[w] rediit, pennulas coenobio sancti transmisit.

. . . .

19. Praedives quidam, cum haberet infantulum, sancto devovit monachum. Sed, ut puer adolevit, patrem voti penituit. Die autem quadam cognatis suis convivium opulenter apparavit, et ipse puer iam duodennis ministravit. Cumque inter dulcia[x] pocula laeti coronarent vina[y], pro retentione ipsius pueri patrem laudabant. Sed casu contigit, ius[z] carnium adstare decontra. Offenso itaque pede, puer in eo cecidit et mox defunctus obiit; sicque pater[a] perfidiae penas luit.

21. Piratae Danorum sedibus suis non contenti[b], Walachram petentes[4], cuncta[c] devastant. Inibi erat sancti confessoris famula, totius habundantiae subsidiis[d] accumulata. Danos supervenisse ut agnovit, in terra[e] ruit et sancti sui solamen quesivit. Nutu divino non modo evasit, immo[f] cunctam substantiam suam salvavit.

22. Altera eiusdem sancti familiae a piratis quidem capta, sed misericorditer est liberata. Classi namque[g] cum praeda praesentata, et[d] quia nobilis erat persona, custodiae est deputata, navi scilicet victuali. Inter transtra latuit quatriduana, et suffragantibus sancti meritis, ad portum ut applicuerunt, a nemine agnita discessit secura.

a) primoque 3 b) Memedunc 2. c) inter cętera 1 *(in loco raso alio atram. scr.)*. 2. d) habitare 1. e) idem 2. 3. f) *numerus deest* 1, *et ita deinceps.* g) viritum 3. h) IIII. *in marg. post add.* 1. i) *deest* 2. k) fratricidium 3. l) novum 2. m) vitae 2. n) iniussa *corr.* iussa 2. o) *sic* 1. p) strictus 3. q) *deest* 1. 3. r) veneratione, e *adrasum* 1. s) Farnawic 3. t) *sic* 1, 2, 3. u) bestia 2. v) lapso multorum 2. w) *deest* 3. x) dultia 1. y) una 3. z) vas *Mab.* a) perf. penas pater 2. b) contente 3. c) dev. c 2. d) *deest* 2. e) terram 2. f) sed etiam 2. g) quidem 2.

1) Mendonck (arr. Gand). 2) Hoc scribit demum Theodericus in altera Vita S. Bavonis § 20, qui iam haec Miracula legisse potest; dicit vero, multo post conversionem eum Medmedunc habitasse, unde in codicibus Miraculorum *primum* postea mutatum est. 3) Dies elevationis ab Eligio celebratae, ut creditur. 4) Quod iam saec. IX. factum esse, constat.

23. Item de[a] portu Gandensi ab eisdem captus est quidam sancti, Rotomo adductus, et insperate a suis agnitus, sine dilatione redemptus, sancti sui[b] meritis ad sua est remissus.

Haec qualiacumque[c] fastidii vitatores, ut sufficiant affectatae brevitati, castigatius quam se copia suggerebat perstrinximus.

EXPLICIT[d] LIBER TERCIUS.

INCIPIT[d] PREFATIO IN TRANSLATIONE EIUS PRIMA.

Qui sese ceteris animalibus praestare student, summa decet[e] ope niti, ne vitam cum silentio transeant veluti pecora, quae natura finxit prona atque ventri obedientia. Unde ego praecordiali amore fratrum devictus ac vera obedientia coactus, insignia sancti patris Bavonis nostris temporibus acta ut aliquo modo lucidius enuclearem, aggressus sum questumque maximum in animum induxi meum, quam maxime servire commodis eorum, qui semper mea[f] ex eorum comparavi[b]. De accuratione vero elucubratae dictionis non satago, nec mihi pudori est, si disputatio incomptae[g] orationis offendat sectatores inanium verborum, quae forte probabitur in rebus. Etsi affectionem compositionis velut loquendi peritus implere potuissem, ea tamen[h] mihi visa est compositio perornata, quae affectiones animi quadam perspicuitate proferret, non quae inlecebris deserviret aurium[i]. Illa siquidem iudicata Latinitas videtur, quae proprietate usitatorum verborum res intelligibiles enuntiat, non quae falerata eloquia versutis luxuriat, dum non res pro verbis, sed pro rebus enuntiandis verba sunt instituta. Sed iam quae utcumque proferenda sunt adgrediar.

EXPLICIT[d] PREFACIO.

INCIPIT[d] TRANSLATIO EIUS PRIMA.

1. Anno dominicae incarnationis millesimo decimo, regnante rege[b] Rodberto[k], marchiso Baldwino[1] 1010. Aug. 1.
procurante abbatiam Sancti Petri Sanctique Bavonis, domno etiam Eremboldo eam regente[2], ob[l] quandam infamiam eliminandam visum est eidem patri pios sancti Bavonis detegere cineres. Quod in ipsis Kalendis Augusti, quae sunt sollempnia sancti patris, aggressus est opus, accitis circumcirca positis, quorum pene[m] inedicibilis erat numerus. Inter quae multitudinis frequentia erant summae reverentiae viri, scilicet Adhelbertus[n] senior, fundator sancti coenobii Gandensis ac rector monasterii Sanctae Mariae[3], Fastradus[o] quoque advocatus[4] ac Landbertus[p], qui curae praesidiali tunc praeerat[5]. Horum intuitu fabrili annisu sancti aperitur theca. Cuius menbra omnino integra contuentes, quid gaudii[q] mentes intuentum pertemptaverit, iudicent audientes. Sed quoniam a cunctis intueri non potuit, deliberatum est ad montem agnomento Crucis deferri, ut liberius videretur ab omnibus. Verum in eundo quid acciderit miraculi, pandam in propatulo.

2.[r] Puella quaedam Meinswindis dicta, Andwerpis[s] adulta, corpore contracta. . . . . . .

4. In pago Flandrensi, in portu scilicet Bruggensi, erat iuvenis nomine Thietboldus[t]. Hic toto corpore dissolutus. . . . . . .

5. Alter erat adolescens vocabulo Folpertus. . . . . . .

6. Talibus[u] tantisque miraculis amicus Dei Bavo glorificatus. . . . . . .

EXPLICIT[d] TRANSLATIO PRIMA.

INCIPIT SECUNDA.

1. Quoniam quidem oblivionem timemus, que rerum multarum fructus solet oblitterare et delere, opere precium iudicamus, merita meritis succedentia ad honorem militis Dei preciosissimi Bavonis respicientia ab oblivionis sepulchro ut defendamus. Tempore igitur Eremboldi abbatis palam facta est prima beatissimi patroni translatio, quam fieri persuasit huiusmodi necessitatis ratio. Quorundam invidia omne bonum Gandensi cenobio invidens finxit mendacium, quod proferre non expavit, ut prescriptum est in propatulo, scilicet ut pium Bavonem furto sublatum aut a Lauduno nunquam[v] reportatum. Ecce, quia prima obiectio
falsa probata est argumento veritatis, anno incarnationis dominice millesimo quinquagesimo octavo, Fol- 1058.
perto Sancti Bavonis abbate[6], recaluit invidia prorumpens in vicium prime et eiusdem falsitatis[w], quasi res iamiam probata sepulta esset in sepulchro oblivionis. Benedictus vero Deus, cui semper placet veritas, semper displicet falsitas, quippe ut primum dissipavit mendacium, ita, ut dicemus, secundum.

2. Abbas Folpertus, cui sitis mira incanduit opprimende falsitatis, consulit sani consilii amicos, quod scutum opponat gladio tante pravitatis. Omnibus in angustia consilii positis, tandem optimum facto visum est communiter, quatinus locus Gandensis ab ipsis fundamentis in melius restructus renovetur et renovatus celebretur in honore apostolorum Petri et Pauli dedicatus[7], in quorum memoria sanctus Amandus prius dedicaverat eum salubriter. Visum est etiam, ut eodem die eademque gloria mendatium

a) in 2. b) *deest* 2. c) qualicunque 3. d) *haec des.* 1. e) o. n. d. 2. f) *post haec vox erasa* 1. g) incomperte 2. h) tam 2. i) aurum 2. k) Rotb. 2. l) ob q. i. el. *des.* 2. m) in. p. 2. n) Adelb. *corr.* Adhelb. 2, *et ita* 1. o) Fastrardus 2. p) Lantb. 2. q) gaudi 2. r) *numeri capitum des.* 1. s) Andverpis 2. t) Thietbaldus 2. u) *hoc caput deest* 1. v) nun *alia m. in loco raso c.* w) falcit. *c.*

1) IV. Barbato comite Flandriae a. 988—1036. quo v. Duchesne, 'Hist. de la maison de Guines' etc. p. 41 sq.; Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 527. 2) C. a. 998—1017. 3) Tronchiennes-lez-Gand. 4) S. Bavonis. 5) I. castellanus Gandavensis. De 6) A. 1039—1066. 7) Quod a. 1067, Maii 10. factum est.

propulsetur, ita ut aperiendo feretrum reliquiasque omnibus ad visum porrigendo veritas ipsa palpetur. Sed ne rem tam immensi ponderis quasi ex abrupto inciperet, confert se ad comitis Balduini, quem Insulanum vocat Flandria, presentiam, querens ab eo et expostulans spem, consilium et auxilii gratiam.

3. O maledicta, ó execrabilis invidia raro dormitans, raro pernoctans in quietis alimonia, aures adit comitis, gannit, murmurat, et ut dicam uberius, quasi sub obtentu religionis eructat in hec verba consilium venenose superstitionis. 'Comes egregie, comes quo nemo industria prestantior, quid est quod audis, quid est unde rogaris? Subeat tibi et non[a] excidat amplius, quia locus Blandiniensis[b] ad tam formosum visum ad unguem sit formatus a te tuisque parentibus et in honore Petri et Pauli ceterorumque apostolorum edificatus[1]. Locum igitur tuum demoliris, immo in nichilum redigi sinis et consentis, si hec tam infructuosa[c] petitio locum invenerit in gremio tue pietatis'. Comes importuno tandem circumventus malitie concilio[d], abbatem removet a precum effectu, non tamen a desiderio.

1058. 4. Abbas igitur non sine dolore reditum faciens maximo, episcopum Balduinum[2] mandat, quosdam terre primates advocat, Raingotum[3] huius[e] ecclesie advocatum, Folcardum Gandavi castellanum[4] aliosque
Maii 10. plures, quorum nomina proferre prohibet tedium. Hi omnes non sine confratribus 6. Idus Maii in unum convocati[f], nil melius, nil hoc tempore dicunt prestantius, quamquamlibet dedicatio patiatur impedimenti detrimentum, saltem feretrum mendatii infamiam excludat omnibus in aperto positum. Sciendum sane huiusmodi consilium tam salubri sale conditum nulli displicuisse, effectumque ut decuit, Deo annuente, consilio respondisse. Feretrum ingenio fabrili aperitur, thesaurus, quem invidia furto deputaverat, per episcopum omnibus ostenditur, tripudium exinde habitum lingua que possit explicare nusquam terrarum invenitur. Et ut hoc gaudium fiat manifestius, optimorum consilio atque impulsu ad montem Sancte Crucis, quo antea deportatus fuerat[g] sanctus[5], iterum deportatur, ut quasi ad dupplicis testimonii argumentum ibidem denuo demonstretur. . . . . . . Feretro ergo ad Sancte Crucis, modo Sancti Pancratii[6] montem delato, concionator divinus in verbum ad populum resolvit os et labia. . . . . .

ITEM MIRACULA SANCTI BAVONIS.

1067. 1. Igitur in ipsa sancti Macharii elevatione[7] Heletulfus quidam contractus utroque pede a primordio nativitatis contulit se ad merita beatissimi Bavonis. . . . . .

2. Arnoldus de Ostersele[8], vir dives et nobilis, sed sicut Ahab pro vinea Naboth mente corruptus in imis, adiacentem sibi invasit terram sancti Bavonis. . . . . . . Is super hoc facto monitus semel atque secundo, induratus ut Pharao, non destitit ab incepto. Tum arguitur in publico, canonice proclamatur coram ecclesia in Sancti Bavonis cenobio. Ille tamen non dans honorem Deo, sed spem suam ponens
Iun. 29. in homine, subiacere maluit maledictioni legitime. Quid multa? Natalis aderat apostolorum dies festus, exportatur ad Holthem[9] sanctus Dei martyr Livinus[10], quem comitatur multus exundique populus, fontem ibi misericordie frequenter expertus. Ubi sicut ab initio coram sancti presentia Arnoldus ipse monetur, monitus iterum arguitur, argutus obsecratur, ut desinat iam amplius malignari, et ne differat, ne diffidat veniam deprecari, ne pro contemptu mereatur per maledictum exterminari. Sevit ille gravius, utpote,
cf. Rom. 1, 24. 28. proh dolor! in reprobum sensum traditus et in desideria sui cordis derelicta. Statuto autem die decernendi fines terre, quam rapuit, presens esse noluit. Tunc fratres qui aderant terram sancti Bavonis perlustravere, veluti potentes patrie et nobiles docuere, sancto Livino ductore. Terminum autem eius multorum iudicio diffinitum statuere, cuius transgressorem gladio Spiritus sancti constrixere[h]. Quo facto, sanctus Livinus Gandavum reportatur, reportatus[i] honorifice ab omni clero simul et populo suscipitur, susceptus digna cum reverentia intra sancta sanctorum collocatur. Arnoldus vero in malo residens,
Maii 9. terram prius invasam sibi detinuit. . . . . . . Interea sollempnis erat dies elevationis sancti Macharii et
Maii 10. dedicate ecclesie sancti Bavonis Christo et omnium sanctorum honori. Ad has igitur sollempnitates quasi ad regales nuptias diversi confluunt populi. . . . . . . Inter quos ille miser accessit. . . . . . . Arnulfus itaque mortuus ab ecclesia, quam incaute vivens intravit, exponitur, donec a propinquis eius, inito consilio per Balduinum de Ganda[11] et Arnulfum et Gerbodum, nepotes eius[12], terra sancto Bavoni ablata

a) non exc. *alia m. in loco raso c.* b) Blandiensis *post corr.* Blandiniensis *c.* c) instruct. *corr.* infruct. *c.* d) *sic c.* e) huius — quamquamlibet *alia m. in loco raso c.* f) vocati *post corr.* convoc. *c.* g) *deest c.* h) construxere *corr.* constrix. *c.* i) hon. rep. *corr.* rep. hon. *c.*

1) De aemulatione abbatiarum Blandiniensis et S. Bavonis v. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 514 sq. 2) Noviomensem et Tornacensem a. 1044—1068. 3) Cognomin. Calvum, dominum de Teneramunda. 4) Landberti I. filium; cf. Duchesne l. l. p. 43 sq. 5) Transl. I, p. 597. 6) Postea dictus mons S. Macharii, situs olim ubi nunc suburbium Antwerpiense prope viam Teneramundensem, iam complanatus est; cf. Van Lokeren, 'Hist. de l'abbaye de St. Bavon' I, p. 195, n. 23. 7) Quae a. 1067, Maii 9. facta est; cf. Ann. Bland., SS. V, p. 26; Vit. Macharii II (infra). 8) Oosterzele (arr. Gand). 9) St. Lievens Houthem, Francogallice Hautem-St.-Liévin (arr. Alost). Cf. Transl. S. Livini (infra). 10) Hunc morem a Folperto abbate (a. 1039—1066) institutum esse, tradit Transl. S. Livini c. 5 (infra). 11) Idem, ut videtur, qui in charta a. 1047. occurrit ap. Van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de St. Pierre au mont Blandin' p. 91, nr. 125. 12) Gerbodo et Arnulfus fratres de Ostersela occurrunt in chartis a. 1084. 1087, ap. Guérard, 'Cartul. de St. Bertin' p. 201 sq. Cf. F. de Potter et J. Broeckaert, 'Geschiedenis van de Gemeenden der Provincie Oost-Vlaanderen' I, VI, Oosterzele p. 7 sq.

restitueretur. Tunc demum illis de cetero emendationem pollicentibus, ab abbate et fratribus absolvitur, absolutus autem, quia iuxta Salomonem deneganda non est mortuo gracia, fidelium more sepelitur.

3. Villam sancti Bavonis Holthem depredavit quidam de Merbeca[a, 1] Sigerus, sepulchrum sancti Livini, quod eo loci veneratur, non veritus. . . . . . .

a) Merbera *c.*

1) Moerbeke (arr. Gand.).

II. SANCTI LANDOALDI ET SOCIORUM TRANSLATIO AUCT. HERIGERO, ADVENTUS, ELEVATIO.

A) Cum a. 980. *monachi S. Bavonis ex villa Wintershoven suo iuri restituta corpora Landoaldi cuiusdam et sociorum, qui ibi sancti colebantur, ad monasterium suum transtulissent et miraculis mox patratis gauderent, mense Iunio*[1] *eiusdem anni a Nodkero (Notgero) episcopo Leodiensi, in cuius dioecesi villa illa sita erat, petierunt, ut 'mirabilia in eorum translatione' facta necnon etiam cetera quae de eis 'adhuc tenebat memoria' scriptis mandaret. Annuit pontifex, sed rem peragendam Herigero praeclaro scriptori, tunc familiarissimo sibi scholae Leodiensis celeberrimae rectori, postea vero abbati Lobiensi, commendavit. In prologo quidem Nodkerus auctorem libri se aperte profitetur, id quod compluribus locis libelli confirmatur*[2]. *Attamen non eum, sed eo iubente Herigerum libellum composuisse, diserte coaevus monachus S. Bavonis edicit (Elevatio c.* 3*):* Iubente itaque eodem eximio pontifice *(Nodkero)*, ibidem miracula quae *(in synodo Leodiensi nuntii S. Bavonis)* divulgaverant sunt collecta et per dominum Herigerum didascalum ac musicae artis peritum . . . . scripta necnon et ipsius episcopi sunt auctoritate roborata. *Iam R. Köpke b. m. optime probavit, SS. VII, p.* 138 *sqq., et hoc opusculum et Gesta episcoporum Leodiensium et Vitam Remacli, quae Nodkeri auctoris nomen prae se ferunt, non ab eo, sed ab Herigero conscripta esse*[3]*; qui omnia tam plene ac docte de Herigero exposuit, ut eum adeas velim. Ne epistola quidem, quam* Nodkerus acsi indignum S. Mariae sanctique Landberti mancipium *se scripsisse dicit, ab ipso dictata, sed haec quoque Herigero attribuenda est, quia haud parva copia sententiarum ex eius prologo Gestorum episcoporum Leodiensium huc transsumpta est; quibus alienis pennis, ut dicimus, Nodkerum se ornasse, credendum non est.*

Herigero materiem ad librum componendum monachi S. Bavonis litteris mandatam praebuerunt[4], *et quidem de translatione ad S. Bavonem et miraculis ibi factis quae ipsis visa erant, de vita vero Landoaldi sociorumque eius et quae de corporibus eorum postea evenerunt ex narratione Saraberti presbyteri, parochi villae Wintershoven, retulerunt. Hic librum de vita eorum 'antiquaria manu scriptum et a stillicidio cerae pene infusum' legisse se contendebat, qui in Hungrorum incursu a.* 954. *combustus esset*[5]. *Quod equidem eum mentitum*

1) Postremum miraculum in Herigeri libello memoratum die Iun. 3. factum, epistola Nodkeri libello praemissa Iun. 20. data est. Vix credendum est, tam brevi temporis spatio re vera ab Herigero opus perfectum esse. Si enim dies in itinere nuntiorum ad episcopum missorum, dies synodi celebratae, in qua res tractata est, demis (Elevat. c. 3), vix remanent pauci dies, quibus Libellus compositus sit. Forsan dies epistolae appositus ille est, quo in synodo Leodiensi miracula probata sunt. 2) I, 3: *antecessorem nostrum, domnum scilicet Evracrum* (episcopum Leodiensem); cf. notam ad c. I, 18. 3) Non satis exacte Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 356. eos communi labore hoc opusculum confecisse dicit. Ne littera quidem eius Nodkero attribuenda est, qui opusculo suo iussu conscripto solam sui nominis auctoritatem dedit, cum hoc praesertim ab eo monachi S. Bavonis peterent. 4) Nodkeri prol.; Elevat. c. 3. 5) I, 9.

esse censeo; certum est, neminem unquam antea Landoaldi et sociorum mentionem fecisse; et quae ipse referebat plane fabulosa sunt; nec fide digniora quae de fatis corporum eorum ipsi ab Hildebrando presbytero a. 980. *iam defuncto et a Frangero senissimo tunc etiam superstite narrata esse dicebat (I,* 9*). Constat hoc solum, eos saeculo X. in villa Wintershoven cultos et aliquot annis ante a.* 980. *a Lantzone, possessore eiusdem villae, et ab eius uxore elevatos esse*[1].

Cum Landoaldus s. Amandi socius fuisse traderetur, Herigerus iis quae a Saraberto relata erant nonnulla ex Gestis episcoporum Leodiensium iam antea ab ipso conscriptis, quod opus 'episcopale nostrum' vocat[2], *necnon ex Vita Amandi quaedam praemisit itaque brevem relationem de vita sanctorum pleniorem reddidit*[3].

Herigeri libellum fere integrum dedimus, ex miraculis tantum nonnulla resecantes, qui licet pauca notatu digna, plura tamen quam maior eiusdem auctoris liber de episcopis Leodiensibus contineat eiusque sit necessarium supplementum[4]. *Plura omisimus ex duobus sequentibus opusculis.*

B) Cum enim aemuli Blandinienses fratres sinistros rumores de sanctis nuper a Bavonianis acquisitis spargerent, malorum defunctorum, non sanctorum corpora ea dicerent, monachi S. Bavonis, ut hos reprobarent, miraculis ab archiepiscopo Remensi comprobatis, a. 982. *corpora ab episcopo Noviomensi, dioecesano suo, sollemniter elevari fecerunt. Tunc*[5] *monachus quidam S. Bavonis opusculum in duos libellos partitum composuit, quorum priore dicto Adventu S. Landoaldi sociorumque eius in Gandavo castro translationis historiam, quam Herigerus vix breviter attigerat, plenius fusiusque exposuit, altera elevationem ipsam enarravit, lepido atque iucundo sermone usus, acriter invehens in sanctorum illorum detrectatores*[6].

Exscripsimus codices iam supra p. 590. *laudatos:*

1*) G a n d a v e n s e m nr.* 150, *mbr.* 4°, *saec. XI. in. in monasterio S. Bavonis exaratum, ubi f.* 98'—132. *Translatio auct. Herigero, fine tamen destituta, foliis* 132'—135. *vacuis relictis, f.* 86—94. *Adventus S. Landoaldi leguntur. Huius quoque finis cum altero libello cui inscribitur Elevatio S. Landoaldi deest, foliis* 94'—98. *vacuis relictis*[7].

2*) B r u g e n s e m nr.* 404, *mbr. fol. max., saec. XIII, olim Dunensis monasterii, ubi sola prior pars Translationis auct. Herigero (usque ad c.* 10*) invenitur. Sequuntur Adventus et Elevatio in aliam multo breviorem formam redacti*[8], *modo verbis autenticae relationis retentis, modo breviatis et plane alteratis, modo aliis additis. Haec vero etiam faciebant ad menda aliquot editionum tollenda, ex quibus finem Translationis auct. Herigero, finem Adventus et Elevationem supplevimus.*

1) Quae ipsa hoc monachis Bavonianis narravit; Adventus c. 4. 2) Nodkeri prol. 3) In codice longe praestantissimo (1) toti operi Translationis titulus inscribitur, quem igitur retinuimus. In altero codice 2 plures rubricae interpositae sunt, quarum prima libelli prior pars Vita s. Landoaldi vocatur. 4) Multi posteriores hunc libellum exscripserunt fabulasque de Landoaldo propagaverunt, ut Sigebertus Gemblacensis in Vitis Lamberti et Theodardi episcoporum Leodiensium, Theodoricus abbas S. Trudonis in Vita Landradae, Philippus de Elemosina in Vita Amandi, tunc Bavoniani Iohannes de Thilrode et auctor Annalium Gandavensium. 5) Certe ante a. 990, quo Heriger abbatiam Lobiensem adeptus est, cum huius rei loco supra laudato (Elev. c. 3) non mentionem fecerit. 6) Hos quoque libellos Ioh. de Thilrode (SS. XXV) exscripsit 7) Herigeri opusculum etiam in codice archivi Flandriae orientalis Gandavensis (capsa 4, nr. 3, 59) exstare, notat Van Lokeren, 'Hist. de l'abbaye de St. Bavon' II, p. 2. 8) Hanc recensionem Adventus, quae incipit: *Utile creditur*, ediderunt Surius, Hist. SS. prob. II, p. 289 sqq.; Henschen ex codice Rubeae-vallis, Acta SS. Mart. III, p. 41; Ghesquière, Acta SS. Belgii III, p. 367 sq. Elevationis hanc formam, quae incipit: *Gloriosus in sanctis suis* dedit solus Surius l. l. p. 291—293.

Edidit haec opuscula G. Henschen, Acta SS. Mart. III, p. 35—47, *usus codicibus Gandavensi (nostro* 1), *Corssendoncano recentioris aetatis et Rubeaevallis, qui eadem ac noster* 2 *continebat et in omnibus cum eodem conveniebat*[1]; *inde ea recudi fecit Ghesquière, Acta SS. Belgii III, p.* 349—377; *solum Herigeri librum edidit Surius, Hist. SS. prob. II, p.* 281—288. *ex codice nostri* 2 *simili, qui tamen Herigeri librum integrum continebat et multo emendatius scriptus erat (ed. Aug. Taurin.* 1875. *III, p.* 338 *sqq. non integre recusum); eundem Migne, Patrol. Lat. CXXXIX, col.* 1109 *sqq., ex Actis SS. repetivit.*

O. H.-E.

TRANSLATIO S. LANDOALDI SOCIORUMQUE AUCTORE HERIGERO.

ANNOTATIO NODKERI[a] SANCTAE TRAIECTENSIS[b] VEL LEODICENSIS AECCLESIAE PRAESULIS SUPER[c] TRANSLATIONE SANCTI CONFESSORIS[d] LANDOALDI[e] ARCHYPRESBITERI SOCIORUMQUE EIUS.

Nodkerus[f], quem, acsi[g] indignum sanctae Mariae sanctique Landberti[h] mancipium, praedicant[i] tamen episcopum, Womaro venerabili in Christo patri[2] et fratribus Gandensibus omnibusque fidelibus quocumque locorum positis, haec oculo non obliquo lectoris, perpetuitatem vitae caelestis.

Postulare[k], immo exhortari facultatulam nostrae modicitatis, patres reverentissimi, non dubitastis, ut ex mirabilibus, saeculis[l] omnibus et gentibus praedicandis, nostris diebus, licet simus indigni, nobis quidem manifestatis, vobis insuper praerogatis, in translatione sancti[m] scilicet Landoaldi archypresbiteri et sociorum eius revelatis, quia videlicet[n] ex nostra elati diocesi, vestro, praeordinante Deo, cesserunt iuri, debeamus, quantum[d] ad nos usque fama vulgante potuit perferri, omnium, immo vestrae satisfacere petitioni[3]. Iusta quidem petitio et digna exhortatio, quae iuxta quendam sapientem et de praesentis honestate propositi et de futurae aetatis utilitate coniuncta est[4]. Nisi enim gesta eorum incuria praedecessorum nostrorum deperissent, nobis hodieque sufficerent. Sed quia[n], quanta audivimus et cognovimus, ea et patres nostri narraverunt nobis, ea[o] quae adhuc nostra tenet memoria rogatis scripto mandanda, ne itidem et nos dampnemur a posteritate subsecutura[p]. Positi[q] ad haec in ancipiti, quia praesulatum apud vos omnium artium[r] constaret[s] esse et credi, suspensam interea[n] mentem silentium[d] librabat, illudque piereum[t] animum[d] offendens: *In silvam ne ligna feras*[5], parum quid diffidentiae importabat[u]. Sed quia in culpa est animus, qui se non effugit umquam, diffidentiae torpor cessit, expostulatio vestra invaluit, nisi quod celeritas, quae[v] iuxta Socratem beneficium gratius facit, [plus[w]] festinare, quam res expostularet, nos compulit. Erat[6] namque ante nos dictum[7]: *Vires, quas imperitia denegat, caritas subministrat.* Et quia incoepto[x] tantum opus est, cetera res expediet. Igitur adorsi sumus, ne vestram auctoritatem diffugere[y] videremur. Praesumenti enim auctoritas datur, cum credit, quem postulat prestare posse quod petitur; et scire[z] econtra[a] parére aequalis est gloria cum imperante. Si quis autem forte futurus obtrectator obliquo haec oculo non timuerit limare[b], odio obscuro morsuque praesumpserit venenare, in eius satisfactione[c] Ihesum et sanctos angelos eius iuditiumque futurum testamur, nos parum aliud[d] hic posuisse, quam quae aut a presbitero Saraberto id sanctę iurante a vobisque, ut ipse retulit, fortiter per[e] Deum et horum merita sanctorum obtestato audivimus, aut in scripto vestro nobis delato fideliter mandata reperimus, exceptis dumtaxat his quae ex episcopali[f] nostro decerpta huic scedae[g] pro temporum ratione videbantur congruenter praeponenda. Valete[h]! Data[i] tercio decimo Kalendas Iulii 980. Iun. 20.
anno dominicae incarnationis nongentesimo octuagesimo, indictione octava, imperante domno Ottone post mortem patris anno octavo, episcopatus nostri anno nono.

[EXPLICIT[k] PROLOGUS].

a) Nodgeri 2. b) Treiect. *h. l.* 1. c) vita et *add.* 2. d) *deest* 2. e) Romane ecclesie *add.* 2. f) Nodgerus 2. *ed.* g) etsi *ed.* h) Lamb. 2. *ed.* i) cant t. ep. *alia manu in loco raso* 2. k) P. i. e. *rubris maiusculis scripta* 1; Postulari 2. l) seculi: *littera erasa* 2. m) sc. sancti 2. *ed.* n) *deest* 2. *ed.* o) videlicet *add.* 2. *ed.* p) subsecuta 1. q) Positis 2. *ed.* r) artem *add. ed.* s) constat 2. *ed.* t) pyereum 2; poeticum *ed.* u) imp. — animus *alia manu in loco raso, et eadem iam antiquiore manu in marg. scripta* 2. v) quod 2. w) *deest* 1. 2. x) inceptum 2. y) defug *ed.* z) scienti *ed.* a) contra 1. b) et *add.* 2. *ed.* c) satisfactionem 2. *ed.* d) hic aliud 2. *ed.* e) p. D *des. ed.* f) episcopatu 2. *ed.* g) schedulae *ed.* h) *rubris maiusculis scripta* 1. i) Datum *ed.* k) *haec des.* 1.

1) Sed in edendo Herigeri libro plerumque Surium secutus, huius editionem multis locis depravavit. 2) Abbati S. Bavonis et Blandiniensi a. 953—981. 3) Cf. Elevat. S. Landoaldi c. 3 (infra). 4) Haec sententia in prologo Gest. epp. Leod., SS. VII, p. 165, iam allata est. 5) Horat. Sat. I, 10, 34. Hanc sententiam et non paucas alias phrases huius prologi Herigerus ex prologo suo Gestorum epp. Leod., l. l. p. 164 sq., transsumpsit. 6) Haec — *imperante* ex prologo Gestorum. 7) Ut Gregorii Magni verba haec laudat Megenhartus Fuld., supra p. 149, quae tamen in eius libris non reperimus.

[INCIPIT[a] VITA SANCTI LANDOALDI ARCHYPRESBITERI SOCIORUMQUE EIUS].

G epp Leod. 41. 1.[b] Francorum regnum a sui principio semper infatigabile, tunc prae ceteris sibi collimitaneis visum est florere, cum iugo dominicae[c] fidei[d] colla passum est inclinare et quod prius adorarat incendere, quod[e] incenderat voluit deinceps adorare. Maximum autem accepit incrementum et firmum sub eo sancta Dei aecclesia statum, cum Lotharius rex, iusta successione hinc quartus, monarchiam singulariter trium regebat regnorum et cum quadragesimum agebat annum, quem Eraclius[f] augustus, sanctae crucis relator, quartum decimum.

2.[g] Hic sceptro suo nullius circumpositi sceptrum passus est occursare, sed quicquid poene Gallia et Germania regum et gentium continebat, suis habenis studuit coercere. Hic[h] filium suum inclytum Dagobertum Austrasiis praefecerat eiusque dominio[i] Germaniae regna[k] coniunxerat. Quorum felicissimo tempore in tantum exuberavit christianitatis titulus ubique, ut pene rara aut nulla citra finitimos inveniatur hodieque aecclesia, quae non alicuius eius[l] temporis sancti nobis portendat[m] patrocinia. Sed ut sileamus interim de innumeris, tunc[n] sancti viri Eligius et Audoenus palatinis inceptabant insudare curis, beatus Arnulfus cum Romarico[o] regalibus[p] iam tunc intererant consiliis; sanctus autem[q] Amandus Aquitaniam nativitatis suae illustrabat auspiciis

c 32 3.[g] Qui dum puer adhuc esset, patriam parentesque reliquit Ogiamque insulam ad occidentem maris Oceani positam expetivit. Illic a fratribus spiritualibus cum magno[r] recipitur gaudio; et quia litteras[s] sacras didicerat, in
c 33 Dei cotidie servitio maiori fervebat[t] desiderio. Post haec aetate quidem adultior, sed animi intentione ferventior Turonos[u] sancti Martini petit[v] sepulchrum, ibi[w] eius interventionis[x] oravit auxilium, ut id sibi gratiae apponi expostulet[y] Dominum, quatinus peregrinationi totius vitae[z] sibi concedat dependere[a] cursum. Ab oratione surrexit, capitis comam sibi abscidi[b] fecit; clericatus adeptus honorem, omnem in clero gratiam, peregrinando tamen, transcendit per ordinem.

4.[c] Bituricos deinceps adiit, cum beato Austrigisilo eiusque archydiacono sancto Sulpitio sanctissime conversatus, in cella a se aedificata per quindecim annos artissimae se[d] vitae addixit. Deinde Romam quoque regressus et a beato Petro per visum monitus, ut Gallias praedicationis gratia[e] repedaret;
c 34 tandem coactus a rege et[f] sacerdotibus, episcopus ad praedicandum, ut tunc moris erat, est ordinatus. Circumquaque etenim paganorum errore adhuc inpendente, necesse erat tam religiosis principibus quamque[g] Domini[h] sacerdotibus et[i] alios ad verbum Domini annuntiandum babtizandumque populos[k] et confirmandum ordinare. Quod ut nemini forte videatur ambiguum, testis est Texándria[l], post multos hinc annos a beato Landberto[m] idolorum culturis stirpitus liberata[1], Bracbantum[n] quoque, multis erroribus gentilium inretitum, ab eius successore sancto Hucberto[o] ex parte correptum[p, 2], Germania etiam pene tota novitius[q] non solum conversa, sed etiam novis episcopiis et aecclesiis illustrata pariter et ditata. Ex his alios novimus praedicationi usque ad obitum institisse, alios vacantibus episcopiis[r] aut abbatiis postea subrogatos esse, alios novis aecclesiis episcopia nova instituisse. Beatus[s] vero Amandus officium susceptum[t] strenue implevit[u], circumcirca positis — Vacceiam, id est Wasconiam, et Danubium ultra perattemptans[v] — verbum Domini annuntiavit[3], donec vires suas[w] ad opus tam arduum videns non sufficere, Romam deliberavit iterato adire[4].

5. Romanum universalem pontificatum Martinus papa[x] administrabat. Cui beatus Amandus votum[y], cuius obtentu venerat, exprompsit[z]; qui sibi ad id opus peragendum suppetias[a] mitterentur, poposcit. Destinati sunt ei plures, quorum nomina exciderunt, adiutores, inter quos sanctus Landoaldus archypresbiter[5], Amantius[b] diaconus; quos etiam comitatae sunt sanctae feminae Vinciana et Adeltrudis[c, 6]
ib c. 36. cum aliis[d] viris et mulieribus septem. Per idem fere tempus beatus Iohannes, Tungrensium vel[e] Traiectensium feliciter regens pontificatum, mortem occubuit. Dagobertus[f] rex, qui patri[g] defuncto rerum potitus auspicabiliter successerat, beatum Amandum evocavit[h], Traiectensium cathedrae praesidere fecit. Qui per triennium vicos et castra verbum vitae annuntiando circuivit; sed nil se proficere cernens, sacerdotes insuper[i] et levitas insultare sibi dolens, ad alia deinceps loca demigravit.

c 43 6. Incompertum est deinde, quanta temporis intercapedine plebs Traiectensium fuerit usque ad beatum Re-

a) *haec des.* 1. b) *numeri capitum in hoc libro des.* 1. c) domini se, se *e corr. post. manus* 2. d) *deest* 2. e) q. i. *alia manu in loco raso* 2. f) Eracleus 2. g) *nulla capitis distinctio* 1. h) Hic — Dago *alia manu in loco raso* 2. i) domino 2. k) regnum 2. *ed.* l) e. s. t. 2. *Sur.*; s. e. t. *Hensch.* m) praetendat *ed.* n) *deest* 2. *ed.* o) marico 2 p) iam t. int. reg. 2. *ed.* q) *sic* 2. *ed. G. Leod.*; s. Am. quoque 1. r) m. recip. gau *alia m. in loco raso* 2, m. suscipitur *H.* s) s. l. *ed.* t) *deest* 2, *ubi* des. estuabat *alia m. in loco raso.* u) apud Turones *ed.* v) petit *corr.* petiit 1; expetiit 2. *H.* w) ibique 2. *H.* x) int. or. *alia m. in loco raso* 2. y) expostularet 2. *H.*; postulet *S.* z) suae *add. H.* a) apprebendere *H.* b) abscindi *H.* c) *nulla capitis distinctio* 1. d) v. se 2. *H.* e) pr. causa 2 (*alia m. in loco raso*). *ed.* f) ac *H.* g) a *add.* 1. h) deum *corr.* dei 2. i) *deest* 2. *ed.* k) populum 2. *ed.* l) Tax. *ed.* m) Lamb. 2. n) Brab. 2. o) Huberto 2. p) correctum *ed.* q) noviter *ed.* r) episcopis 2. s) *h. l. capitis divisio* 1. t) inceptum 2. u) et *add. H.* v) perreptans *S.*; pertentans *H.* w) *deest* 2. x) tum *add. ed.* y) suum *add. ed.* z) expromisit qui ut 2. *S.*; aperuit et ut *H.* a) *sic* 1. 2. *S.* b) Amandus 2. c) Aldetrudis 2. d) v. a. *corr.* a. v. 2. e) et *H.* f) vero *add.* 2. *H.* g) patre *ed.* h) cumque *add. H.* i) et lev. ins. 1.

1) Cf. V. Lamberti c. 8, Mabillon. Acta III, 1, p. 73. 2) Cf. V. Hugberti c. 3, ap. Arndt, 'Kleine Denkmäler aus der Merowingerzeit' p. 55. 3) *Beatus — annuntiavit* ex Vita Amandi auct. Baudemundo c. 19. 14; cf. G. epp. Leod. c. 37. 35. 4) Secundum iter Romanum Heriger in G. epp. Leod. c. 34. ex Baudemundo c. 6. multo ante praedicationem apud Sclavos et Wascones ponit. 5) Landoaldus sociique eius neque in tribus Vitis Amandi ante Herigeri tempora scriptis neque alibi ante hunc commemorantur. 6) Filiam S. Bavonis eiusdem nominis fuisse hanc sanctam, non igitur Romanam, probare nititur Perierus, Acta SS. Oct. I, p. 207 sq.

maclum sine pastorali[a] benedictione, nisi quod fama ad nos usque perferente accepimus, praefatum[b] beatum Landoaldum illic remansisse et per novem annos vices pontificis amministrasse. Cui opinioni illud nos faciles[c] facit accedere, quo[d] refertur idem beatus Landoaldus spetialem patronum nostrum, sanctum scilicet Landbertum[e], prima pueritia nutrivisse. Propter quod et illustris vir Aper, eiusdem pueri pater, praedium vocabulo Wentreshovum[1], super Harca[f] [2] fluvium positum, eidem ad inhabitandum et aecclesiam construendam perpetuo iure concessit[3] et eundem puerum divinis docmatibus imbuendum cum eo manere constituit. Ubi dum artifices operi insistunt et aquam utpote de paludibus turbidam fastidiunt, beatus Landoaldus cum puero Landberto[f], invocato Christi nomine, cum crucis protensione fontem limpidissimum baculi impressione omnium usibus fecit ebullire, qui fidem dictis praebet usque hodie[g].

7.[h] Operabatur et alia multa per eorum meritum Christus[i] illic miracula. Quorum rumore Hildricus rex, tunc sedem habens apud Traiectum, tactus conpunctione, sumptus necessarios mittebat eis[k] cotidie. Sed quadam vice Adrianus quidam, eiusdem beati viri ad[l] regem internuntius, nimia auri et argenti pondera deportare[m] creditus, a latronibus est interceptus et in medio viae loco Villari martyrium adeptus.

8.[n] Beatus vero Landoaldus cursum vitae praesentis explens, in senectute bona[o] repausationem indeptus, hominem exivit[p], bravium coronae perhennis accepit, sepultus in aecclesia, quam ipse aedificaverat et in honore beati Petri[q] per Kalendas Decembris dedicaverat. Decessit autem quarto decimo Kalendas Aprilis. Sed et comites peregrinationis eius supra denominati suis, prout Christo libuit, temporibus hac[r] luce quique[s] evocati, circa eum sunt in eádem aecclesia tumulati. Solus beatus nomine et merito Amantius diaconus in eádem cum ipso theca, quia eius, ut fama fert, in babtismate filius extiterat, sepeliri [est[t]] contentus.

9.[u] Plurimis deinde elapsis annorum curriculis, sanctus Florebertus, tertio loco post beatum[v] Landbertum regens Traiectense vel Leodicense episcopium[4], auditaque[w] illic multitudine signorum, monitus pariter responsis visionum, eos illinc cum digna reverentia transtulit et eorum tumbas pro possibilitate[x] decorari mandavit. Facta est autem haec translatio Kalend. Decembris, quo et dedicationem eiusdem aecclesiae supra diximus celebratam[y]. Mansit vero honor, cultus et reverentia circa sanctorum corpora, quoadusque effera gens Nordmannorum[z], sedibus suis non contenta, totam pene Galliam proturbavit[a]; et timore irruptionis[b] eorum, ne sanctorum violarentur busta, terrae sunt a fidelibus remandata. Huic repostioni[c] interfuit quidam Frangerus, homo nostra aetate senissimus, qui et ante infestationem paganorum[5] novem annis eiusdem[d] villae extiterat procurator et villicus; Hildebrandus quoque presbiter, quem propria manu ante paucos annos tumulavit Sarabertus aeque presbiter, huius[e] notitiae relator[f] fidelissimus, qui et haec quae praemisimus ab eodem Frangero commemorat[g] multis attestantibus se audisse et libellum de vita eorum pariter vidisse. Quem quia antiquaria manu commemorat scriptum et á stillicidio cerae pene infusum, lectorem eius non ignoramus fuisse perrarum; at vero quae hactenus paucis perstrinximus[h] illinc sé delibasse, nuperrime vero incursione Hungrorum propter incuriam custodum 954
cum aliis rebus eundem libellum[i] deflagrasse. Sed[k] haec hactenus.

[INCIPIT[l] TRANSLATIO SANCTI LANDOALDI ET SOCIORUM EIUS].

1.[m] Post Nordmannicam[n] autem repulsionem primus quidam[o] Thietboldus[p] locum praelibatum, ubi corpora sanctorum erant reposta[q], a comite Flandrensi, abbatiam sancti confessoris Christi Bavonis tenente, accepit iure[r] beneficii; post eum Adelgaudus. Qui potius cogitantes quae mundi[s], non autem quae[t] Domini, aliquem reverentiae cultum sanctorum parvipenderunt reliquum esse honori; quocirca paulatim haberi coepit contemptui. Ut vero Aper, nostrae aetati finitimus, cum filiis locum praecario[u] sortitus est ipsum, iam ipsius Dei timore postposito, non[v] modo sancti honore condebito, verum aecclesia

a) p. b. *alia m. in loco raso* 2. b) *deest ed.* c) n. facile f. *alia m. in loco raso* 2, *et ita ed.* d) quod 2; quia *ed.* e) Lamb. 2 *semper.* f) Harcha 2; Archa *ed.* g) 2 *et ed. addunt cap. 7. miraculum quoddam continens, quod ut postea insertum omisimus* h) VIII. 2. i) i. Chr. 2. *ed.* k) ei 2. *ed.* l) ad r. *des.* 2. m) deportari 1. n) *nulla cap. distinctio* 2. o) na repau *alia manu in loco raso* 2. p) exuit 2. *ed.* q) apostoli *ead. m. superscr.* 1. r) ab h. *H.* s) *deest H.* t) *deest* 1. u) 2 *hoc loco rubram habet, quam ante sequens caput remisimus:* Incipit translatio sancti Landoaldi et sociorum eius. v) sanctum 2. *ed.* w) que *deest* 2. *ed.* x) sua *add.* 2. *ed.* y) memoriam 2; memoratam *ed.* z) Norhmann. 2. a) proturb. *corr.* perturb. 2, *et ita ed.* b) erupt. *ed.* c) repositioni 2. d) v. e. 2. *ed.* e) h. n. *alia m. in loco raso* 2. f) *deest* 2. g) commemorabat 2. *H.* h) verbis *add.* 2. *ed.* i) libelum 2. k) S. h. h. *maiusculis rubro et viridi colore pictis scr.* 1. l) *ita* 2 *ante praecedens caput; haec des.* 1. m) II. 2. n) Norchmann. 2. o) nomine *add. H.* p) Thietoldus 2. q) reposita 2. *ed.* r) ius *e corr.* 2. s) q. sunt m. quam quae 2. *ed.* t) sunt *add. H.* u) i. pr. s. est *H.* v) eccl. ipsa non tantum s. h. c. v. suo omn 2. *ed.*

1) Wintershoven (arr. Tongres). 2) Herck, qui in Demer fl. influit. 3) Haec omnia, etiam Lamberti episcopi patris nomen hic primus retulit. Priores duo biographi Lamberti nihil huiusmodi tradunt, et Sigebertus, qui eadem in Vita Lamberti, Acta SS. Sept. V, p. 589, narrat, ex hoc libello ea sumpsit. 4) A. 727—746 (?). 5) Postremo Nortmanni dioecesim Leodiensem a. 891. vastaverunt. Frangerus multo plus centum annos natus fuisset, si 9 annis ante eorum incursionem villicus Wintreshove exstitisset.

ipsa suo omnino vacuata est ornamento. Wanboldus deinceps in dominio eiusdem successit villae, ubi et accepit locum sepulturae; pro cuius tumulatione filius deinde eius Landbertus cordis tactus est devotione, ut locum hunc deberet excolere, pariterque miraculorum, quae illic fiebant, suspensus ammonitione.

2.[a] Namque domino praedium ipsum sibi tunc vindicante, a vicinis, praeeuntibus quibusdam[b] inimiciciis, dissidente, familia ipsius villae telas[c] et alias vestes, ad aecclesiam confugium[d] faciens, super sanctorum tumbas abiecit. Presbiter econtra Sarabertus exinde ea proturbavit[e]. Sed his iterum a familia ibidem[f] reportatis, et presbitero deterrito, ne ulterius resisteret eis, nox supervénit; familia[g] ipsa dormitum sé circumlocavit. Mane expergefacti, vident insperato et sine sua lesione telas et quae deposuerant[h] ambusta esse.

3.[i] Est praeterea filacterium, quod vere dicitur sancti[k] Landoaldi [fuisse[l]] proprium, in quo qui periurare praesumit, non inpunitus[m] abscedit. Familia plus duodecim virorum ac mulierum Witgeri et Landberti fratrum sacramento, né aufúgerent, in eo filacterio est obstricta. Quod irritum ducens, insuper et thesaurum in eadem aecclesiae dominorum suorum reconditum involando[n] auferens, aufúgit; sed mane circumcirca a persequentibus frustra requisita[o], a revertentibus sub arbore prope aecclesiam dormiens, salvo thesauro, est reinventa.

4.[p] Alius quidam, quodam flagitio vere impetitus, in eódem deieravit[q]. Eadem[r] nocte cum domo et unico filio miser deflagravit. Et[s] alia quoque illic[t] mira fieri contigit, quae nunc dicere supersedit[u, 1]. Quapropter idem Lantzo[v, 2] venerabilem virum antecessorem nostrum[w], domnum scilicet Evracrum[x, 3], supplex adiit, rogans, ut aut per sé aut per vicarios suos sanctorum corpora transferrentur et unde ante Nordmannicam[y] positi erant infestationem[z] relevarentur. Sepius postulando haec iterans, tandem impetravit. Et Bovo archydiaconus cum duobus archypresbiteris, fidelibus utique viris, Thietbaldo[a] et Ubodone, sed et[b] aliis, ex monasteriis scilicet[c] Sancti Trudonis[d], Belisiae[4] et Tungris, illuc advenerunt et cum lętania sollempni ex tumulis, quibus neglegenter nimis squalebant[e], extulerunt. Invenerunt autem plures thecas; sed una erat, in qua sanctus Landoaldus archypresbiter et diaconus suus pariter[f] tegebantur Amantius. Aderat et lapis ad capita eorum nominibus ipsorum insculptus. Aliae continebant sanctas Adeltrudem et Vincianam; quod indicabat crucicula quaedam argentea, pectori sanctae Vincianae superinventa.

5.[g] His retectis pariter et elatis[h], dum sanctorum corpora vino simul et aqua diluerentur[i], avicula quaedam per fenestram feretro sanctorum illapsa, simul et inportune aliquotiens eis qui huic officio intérerant inmersa, aliquotiens in defossum devolans, quo corpora sanctorum erant elata, omnibus asstantibus et haec videntibus miraculum incussit pariter[k] et horrorem. Nam et colore pulchritudinis erat diversae, sed antehac inviso, et stridore vocis quidem dulcifluae, sed inaudito. Quae licet ab asstantibus posset compręhendi, a nemine praesumpta est temerari. Quae quasi quibusdam plausibus laetitiae et vocis sibilatione hac[l] illac circumvolans et iterum sanctorum[m] feretro insidens, non destitit ab incepto, donec omnia competenti consumarentur officio.

6.[n] Eadem die quaedam[o] caeca de villa Hasbina, quae erat in vicinia, vulgante fama, quod sanctorum efferrentur[p] corpora, accurrit celeriter cum candela. Biduum deinde sustinens et sanctorum patrocinia indesinenter exposcens, tertia die recessit clare videns.

[INCIPIT[q] TRANSLATIO SANCTE LANDRADE VIRGINIS].

7. Sequenti[r] anno uxor iam dicti Lantzonis nomine Sigeburgis morbo sic intercutis laborabat, cruraque[s] eius cum pedibus ita intumuerant, ut pene totum[t] annum nec saltem aecclesiam, nisi sella gestatoria eveheretur, intraverit, nec thoro viri nec convivio participata sit, edulium omne fastidierit, potum excepta aqua universum exsecrata sit. Haec intempesta[u] cuiusdam noctis visione subita semivigilans corripitur atque in haec verba monetur: 'Cum dominos dominasque nostras terra extuleris, cur et nos fideles eorum in luto delitescere sinis? Ego quippe sum Landrada; Adrianus martyr et Iulianus ipsi quoque sunt de societate nostra'. Hanc visionem illa viro intimavit et, ut aut episcopus aut auctoritas episcopi ad sublevationem eorum invitaretur, rogavit. Ille praeterito[v] anno ita se[w] in elevatione ceterorum questus est obsonatum, ut ei per manus haec inceptare nimis videatur arduum.

8.[x] Post dies aliquot[y], apparente iterum sibi[w] eadem visione, eadem[z] qua prius, sanctimonialis scilicet[a], effigie, de neglegentia arguitur[b], de contemptu confunditur. 'Et quae', inquit, 'tot et tanta in medicos expendisti nec curari meruisti; si nos de[c] luto efferres, iam sanari meruisses'. 'Et ubi', inquit illa, 'vos inveniemus'? 'Sella[d], qua ad aecclesiam gestaris', inquit, 'tua[e] nostra inreverenter deprimit

a) III. 2. b) inimiciis q. 2; in. q. *ed.* c) tedas 2. d) um *e corr. post. m.* 1. e) deturb. *ed.* f) rep. ib. 2. *ed.* g) et f. *H.* h) deposueral, de *e corr.* 2. i) IIII. 2. k) *deest* 2. l) *deest* 1. m) imponitos *(post corr.* impositus*)* abcedit 2. n) violando *ed.* o) et *add. ed.* p) V. 2. q) periuravit *ed.* r) Eadem — deflagravit *des.* 2. s) *deest H.* t) miracula i. 2. *ed.* u) supersedeo *ed.* v) Lantso 2. *ed.* w) d n. *corr.* n. d. 2. x) Euradum 2 *S.*; Euraclum *H.* y) Northm. 2. — depositi 2. *ed.* z) infestatione 2. a) Thietboldo *ed.* b) cum *add.* 2. *ed.* c) sancti sc. 2. *ed.* d) Thrud. 1. e) sualebant 2. f) *deest* 2. g) VI. 2. h) rel. *ed.* i) luerentur — astantibus *alia m. in loco raso* 2. k) *deest* 2. l) ac illic 2. m) f. s. 2. *ed.* n) VII. 2. o) c. q. *ed.* p) efferentur 1; corp. eff. 2. q) *haec des.* 1. r) igitur *add.* 2. *ed.* s) que *deest* 2. t) per t. 2. *ed.* u) intempestae 2. *ed.* v) in pr. 2. w) *deest* 2. *ed.* x) II. 2. y) *deest* 1. z) ab e. q. pr. sanctimoniali *ed.* a) secundum effigiem *H* b) corripitur 2. *ed.* c) ex 2. *ed.* d) tua *h. l. add. H.* e) *deest h. l. H.*

1) Scil. Sarabertus. 2) Idem, ut videtur, qui c. 1. Landbertus dictus est. 3) Episcopum Leodiensem a. 959—971. 4) Münsterbilsen.

busta, arca autem retro posita nimium nobis[a] est onerosa. Et si causaris, quia[b] episcopum aut eius vicarios non mereris, e vicino Sarabertum saltem presbiterum habes et alios ad id perficiendum viros fideles.

9.[c] Mane itaque, quid super his facto opus esset, deliberanti adest quaedam ex ginetio eius[d] puella cum eadem visione referens sé monitam[e] per haec eadem signa. Ea nunc in villa Godengohovo[f, 1] habitat. Sigeburgis autem domina eius, cui haec demonstrabantur, a cuiusque ore iurantis haec et obtestantis nos ista decerpsimus, adhuc vivit, vivit, inquam, et praesenti luce sana et incolumis vescitur; nobilis persona, domus ampla rem fideliter quaerentes scire non sinit latere. Quae cum omni festinatione mittens presbiteros, qui haec explerent, accersire, interim ipsa pro obtentu recuperandae salutis non passa quiescere, fecit se ferri ad aecclesiam et interim a loco denominato paulatim egerere terram. Et vix semipedem terrae eruerant[g], et ecce sanctorum cisternae in ipsa pene superficie apparebant. Adveniunt et presbiteri quique[h] fuerant evocati, et retectis sanctorum sepulchris, reppererunt nomina sanctorum[i] exprompta in breviculis.

10.[k] Et dum quaeque digna translationi adimplent pro posse, ipsa iam dicta matrona, quae operi insistebat attentius, subito conversa, rivos veneni et putredinis saniem ad sextarii mensuram videt excurrisse sibi ex cruribus. Quae ammirata et de recepta sospitate hilarior reddita, domum pedes rediit conviviumque[l] hospititibus et domesticis opulenter apparavit[m]; ipsa intersedit, nec edulium aliquod fastidiens nec vini potionem vel alterius sorbitionis iam abhorrens. Fert autem fama multorum et ante nos et inpraesentiarum, hanc beatam Landradam[n], dum sanctimonialibus Belisiae positis praefecta[2] suavissimos supernae contemplationis carperet fructus, sacratissimam virginem praeclaraeque[o] nobilitatis[p] Amalbergam[q] sanctis instituisse moribus studiisque. Facta est[r] haec translatio tertio Non. Martii[s].

QUALITER PRAEDICTUS LANTSO RELIQUIAS DE EODEM LOCO ASPORTARE VOLUERIT, SED DIVINITUS SIT PROHIBITUS.

11.[t] Illud quoque in memorabili sanctorum clarificatione miraculum minime remur silendum, quod perinde stupenda sui novitate constat magnificum. Praefato quippe Lantsoni cum basilica vel fundus sacratissimae quietis praedictorum sanctorum post nonnullos sorte successisset, bene sibi conscius, determinato rationis tenore — nam in eum constitutio cyrographi finem statuerat possidendi —, successuram sibi stirpis suae progeniem praelibato fore privandam praedio, consulte sibi prospicere deliberavit animo[u], ut, rurali[v] privatus fundo, sanctorum saltem pignorum non fraudaretur solatio. Expetens etenim[w] eiusdem dioceseos magnificentiam pontificis, tantae illi suae devotionis intimavit archanum. Cuius ilico benedictione insignitus et auctoritate roboratus, prętiosarum gazarum adiit repositorium, deligens ex sacris corporibus quas estimavit[x] portiunculas. Ecce autem in ipso praecipuo paschalis festi gaudio, summissis baiulorum cervicibus, alacres[a] compendiosum[y] invadunt itineris[z] laborem et ad fores usque aedis sacratae properantes perveniunt. Verum mirabile dictu, neútiquam vel ipsas transgredi prevalentes, repentinis inopinate defixi passibus hesére. Omni tamen annisu multa diu frustra moliti, tandem divina vi[a] sé intellegunt arceri; sicque inviti pudoris sui cessere difficultati. Illustris[b] porro Lanzo a proposito nequaquam destituitur. Verum diem ipsam noctemque contiguam ęlemosinarum largitionibus crebrisque precum continuans orationibus[c], sequenti rursus die aggressus[d], frustratur ut prius, immo perendinatis totius ebdomadae diebus cotidie eisdem[e] conatibus consimilis sequitur liminaris obstaculi repulsus. Hac ergo quia minus successerat, octavae[f] itidem lucis aurora alia non cunctatus aggreditur via. Licet enim tot antea fusis nequaquam profecisset oraminibus[g], tunc omni virtutis conamine praecordialia accumulans vota plurimaque spondens obsequia, delegavit ad ipsam quietis eorum basilicam nonam frugum suarum portionem, quia decima[h] alterius constaret esse aecclesiae. Ei vero loco, cui devotionis suae inferre satagebat fructum, non modicam cum aliis exeniorum inpensis hereditatis suae largitus est possessionem. Sicque tandem sanctorum obtentu benignum misericordis Dei meruit respectum, votique compos atque spe potitus obtabili, vilipendit pristinae difficultatis dispendia, magnifica Domini miseratione adeptus desiderii sui lucra.

12. Sulbenmenba[i] nomen est fundi, unde quidam Manninus nomine contractus omni nervorum virtute nec manum gratia cibi sumendi poterat ad ós ducere nec nisi alio subvehente ad necessaria saltem naturae procedere. Is quidem[k] carpento ad sanctorum patrocinia est provectus; sed eis salutem plenissimam impertientibus, domum pedes[l] rediit et sanus.

a) est nobis 2. *ed.* b) quod *ed.* c) III. 2. d) *erasum* 2. e) m per haec *alia m. in loco raso* 2. f) Guodengohovo 2. *S.*; Guodenghove habitabat *H.* g) evenerant 2. h) quicumque *ed.* i) eorum 2. *ed.* k) IIII. 2. l) que *deest* 2. *ed.* m) apparuit *post corr.* apparavit 2. n) *deest ed.* o) que *erasum* 2. p) *alia m. in loco raso* 2. q) Amelb. *ed.* r) vero *add.* 2. *ed.* s) *desinit* 2; *in* 1 *sequitur f.* 116: Qualiter corpus sanctissimae virginis Landradae divinitus translatum fuerit a Belisia in Wintreshovum. Opere pretium ducimus — *f.* 120'. stolam iucunditatis aeternae, *quod caput nimis fabulosum in editis deest et nos quoque omisimus. Exscriptum est in Vita Landradae auct. Theodorico, Acta SS. Iul. II, p.* 627, § 13. 14. t) *numerus deest* 1. u) eo an. *ed.* v) rurari 1. w) enim *ed.* x) estima|mavit 1. y) impend. *ed.* z) l. it *ed.* a) potentia *ed.* b) P. ill. *ed.* c) obsecrationibus *ed.* d) *deest ed.* e) eosdem conatus *ed* f) octava *ed.* g) orationibus *ed.* h) decimam *ed.* i) Suebenm. *S.*; Subenm. *H.* k) c. q. *H.* l) r. p. *ed.*

1) Guygoven (arr. Tongres). 2) Vita eius demum plane fabulosa est; Acta SS. Iul. II, p. 625—627; a Theodorico abbate S. Trudonis (a. 1099—1107), Surius IV, p. 138, qui dedit aliam recensionem, qui hunc Herigeri libellum adhibuit, conscripta forte autenticam Theodorici.

13. In villa Lewa, Huberto cuidam primario ab Leodicensi episcopo beneficiata, erat mulier Geila vocabulo, sed legionario[a] plena demonio, quod deinde patuit; nam ducta a cognatis per diversa virorum Dei coenobia, scilicet sanctorum Servacii[b, 1], Landberti[2], Trudonis, Gerthrudis[3], cum nusquam posset curari, praesentatur iam desperata eó loci, quia sanctis[c] noviter mirificandis spectabat de hoste plenior laus triumphi. Quae in cupa fonte benedicto redundante posita[d], mox nomen beati Landoaldi terribiliter coepit inclamare et magnum ab ore examen[e] muscarum emittere; quae mediante ebdomada paschali meruit emundari.

14. Mulier alia, Sancti Bavonis ancilla, Andresburgi eatenus commorata, pro neglecto per annos censu oculorum multata[f] est visu. Quarto iam anno caecitati succumbens[g], de cetero emendationem pollicens, candelam sanctorum luminariis attulit, censum neglectum retulit, illuminata ilico, sana recessit.

15. Suslewa[h] dicitur et alia villa; illic quaedam mulier sex annorum curriculo laborabat[i] hydropis morbo. Videt in visu nocturno se illuc adduci cum oblatione et recepta regredi sospitate. Quod evigilans continuo explevit, in plaustro sé[k] illó deduci mandavit; et postquam sanitatem recuperavit, a domino suo Hildrado tradita sanctorum iuri, deinde recessit.

16. Quidam Hildico nomine, omni dissipatus actione, silvam aecclesiasticam sepius exstirpans, increpatus tandem quadam die per nomen Salvatoris[l], ut[m] desisteret, cum monitores insuper suos cum sanctis verbis vilibus adnullaret, progressusque[n] sequente die, ut itidem faceret, fagum cum securi[o] superbus conscendit, ilico[p] inverso cadens collo, guttur liquidum, quod blasphemiam spiraverat, elisit, sicque pessimam vitam digna morte finivit.

17.[q] Presbiter Sarabertus equum furtim nocte quadam latronibus surripientibus perdiderat. Mane comperto, ad notum praesidium cucurrit, candelam facere maturavit[r]; quam ut sanctis attulit et precum suarum vota deprompsit, reversus[s], equum foribus astantem repperit.

18.[q] Haec[t] igitur copiosa, quae per eorum Dominus[u] merita dignatus est operari miracula nos segnis tenacitate silentii perhorrescentes succingere, res quidem memorabiles, tamen paulo diffusa prolixitate signavimus. Praesenti vero tempore nihilominus apud nos[4] gesta suppetunt adhuc perplura, quae nostra itidem mandantes roboranda auctoritate, petistis huic quam breviter inseri scedae. Nos autem respirationi legentium vel auditorum consulentes affectui, neve magni Domini magnifica in angustum cogantur beneficia, dilatis sequentibus, sermonem istum isto claudendum fine iudicavimus, ut, viribus interim per silentium recreatis, quae restant, quoniam proprio indigere volumine pernoscuntur, alio rursus initio commodius et insignius praetitulentur.

FINIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT SECUNDUS.

Relaturi mira Domini cunctipotentis opera, quibus dilectum sui nominis confessorem beatum Landoaldum sociosque eius nostris in temporibus mirifice dignatus est propalare, dignum remur nec superfluum, memorabilem translationis eorundem sanctorum praemittere iucunditatem, per quam et ipsorum signorum enituerunt nonnulla, et locus vester vel regio eorum[v] dignationis praesentia meruit feliciter insigniri.

1.[w] Igitur emenso dierum curriculo, cum inextricabilis[x] aevi mortalis ita exigeret determinatio, praefatus illustris Lanzo[y], determinatus videlicet praememorati possessor fundi[5], cunctis viventibus commune debitum solvit, prolisque suae successionem eiusdem possessionis hereditate destituit. Imperialis autem serenitatis moderante clementia, quae laudabili devotionis voto suapte natura benivolum induxit
977. animum servorum Dei impendio[z] utilitatibus prospicere, eadem possessio absque refragationis obstaculo vestrae potestatis relegata cessit ditioni[6], praelatorum scilicet coenobii[1] praeelecti Christi militis egregii confessoris Bavonis.

2. Igitur quia sapiens semper agit sapienter, vestro restitutam iuri sagaci perlustrantes industria, altiori intellexistis consilio, honorabile depositum eius ipsam omnimodo[a] praeponderare, nec tam pręciosi thecam[b] thesauri eó loci tantillitatis[c] occulendam modio. Super qua ré trutinata interdiu[d] mutua collationis deliberatione, astipulante praeterea archipraesulum et antistitum prudentiumque virorum conibentia[e], ad vestri, praepollentioris videlicet, eminentiam loci sanctorum cinerum transferri decrevistis pignora.

980. 3. Sed inter iter agendum, dum videlicet sanctae devotionis tandem celebraretur exsecutio, sanctorumque pręciosissimae per non modicam itineris intercapedinem transferrentur reliquiae, contigit, ut par erat, plurimos finitimorum tam felicis opinionis occupari rumore. . . . . . .

Mart. 25. 4. Ipso autem die, id est 8. Kal. Aprilis, quo monasterium praefatum cum reliquiis eisdem est intratum, mulier quaedam Levekin[f] nomine praevenit, lumen diu amissum recepit.

a) leion. 1. b) Gervasii *ed.* c) sanctos n. mirificandos *ed.* d) deposita *ed.* e) m. ex. *ed.* f) v. est m. *ed.* g) succensens 1. h) Zubleva *ed.* i) patiebatur h. morbum *ed.* k) i. se *H.*; se illuc *S.* l) sanctorum *ed.* m) saltem *add. ed.* n) que *deest ed.* o) illico *add. ed.* p) et continuo *ed.* q) *numerus cap. deest* 1. r) maturat *ed.* s) reversum *ed.* t) Sic ergo *ed.* u) m. D. *ed.* v) d. e. m. f. i. praes. *ed.* w) *numeri cap.* 1–3. *des.* 1. x) inexplic. *ed.* y) Lanz: *littera erasa* 1. z) ut. imp. *H.* a) pr. o. *ed.* b) thes. thec. *ed.* c) tantillo *ed.* d) inter vos diu mutuae *ed.* e) *sic* 1. f) Lenekin *ed.*

1) Traiecti ad Mosam. 2) Leodiense. 3) Nivialense. 4) scil. in dioecesi Leodiensi, cui Nodkerus praeest. 5) Wintershoven. 6) Diplomate Ottonis II. dato a. 977, Ian. 19. (St. 692); Miraeus, Opp. dipl. ed. Foppens I, p. 349, ubi: *eidem loco restituimus . . . . in pago Hasbaniensi villam de Wintrehove.*

5. Idus Aprilis, feria 3. scilicet ebdomadae pascalis, puella quaedam caeca de villa Ostholta advenit nomine Teudsuindis; vespertinam sinaxim fratribus celebrantibus sustinens, rediit clare videns nec viae ducem ulterius querens. . . . . . . 980. Apr 13.

7. Ibidem extitit[a] alia Lewich vocitata, itidem omni corporis virtute invalida. . . . . . .

8. Wehtre[b. 1] nomen est villae. Riberta erat illic mulier nuncupata, variis passionibus detenta et pene omnium[c] menbrorum offitio destituta; ad horum memoriam devota accessit, aliquantis diebus demorari instituit, sanitatem indepta[d], recessit.

9.[e] Mulier praeterea quaedam 13. Kal. Mai pro filio rogatura venit. Huic filius erat[f] domi relictus nomine Adelgerus, lumine[g] non solum oculorum destitutus, sed et pectoris[h] et capitis reumatismo tuber totus. Mater pro eius recuperatione oravit, votum fecit, timore filii, quem desperatum reliquit, citius rediit. Ut domum remeavit, filium videntem repperit, cetera[i] incolumitate gaudentem laeta recepit. Apr 19.

10. Post haec sub die 17. Kal. Iunii advenit ancilla Egecin[k] vocitata, albuginem vel lippitudinem in oculis per annos multos perpessa; quae sanctorum meritis sospitatem indepta, sine ductore[l] remeavit ad propria. Maii 16.

11. Deinceps 5. Kal. Iun. mulier villae[m] Rothen[2] paupercula Adalsuindis vocitata, dum ex infirmitate nimia facta fuisset caeca, audita sanctorum fama, ad eorum desiderabat pervenire patrocinia. Sed et dum inflatis cruribus vix reperet et a suis prae paupertate illo deduci[n] neglecta esset. . . . . . . Maii 28.

12. In crastinum, id est 4. Kal. Iun., quaedam femina Frethwara[o], et ipsa caeca, sanctorum limina orationis gratia, causa salutis expetendae adibat; sed in ipsa via necdum illuc pervenerat, et ecce, pristina sanitate recepta, incedens gaudebat. Maii 29.

13. Sequenti demum die sancto pentecostes, quod est 3.[p] Kal. Iun., quidam Theodoricus nervis totius corporis per annos multos contractus, multis veridicis testibus coram astantibus, omnino sospitatem est adeptus. Maii 30.

14. Deinde 3. Non. Iun.[q], feria 5. eiusdem ebdomadae, mulier caeca ex pago Bracbatensi. . . . . . . Iun. 3.

EX ADVENTU ET ELEVATIONE S. LANDOALDI SOCIORUMQUE EIUS.

IN NOMINE DOMINI IHESU CHRISTI ET SALVATORIS NOSTRI. INCIPIT ADVENTUS SANCTI LANDOALDI ARCHYPRESBITERI SOCIORUMQUE EIUS IN GANDAVO CASTRO QUI CELEBRATUR VIII. KAL. APRIL. f. 86.

1.[r] Regnante in perpetuum domino nostro Ihesu Christo ac secula cuncta moderante, anno utique sacratissimae ipsius incarnationis 980, indictione 8, temporibus quoque domni Ottonis iunioris illustrissimi imperatoris, cum multa loco nostro antiquitus á perfidis ablata animo benignissimo restituisset[3] ac proinde fraternitatem[s] Gandavi castri coenobii desideranter adeptus fuisset[4], Curtem quoque[t] Hiemis[5] nuncupatum[u], quem palatinus quidam clericus, sed[v] perversus, illius, ipso ignorante, invaserat, sine ulla *dilatione, postquam resciverat, potenti imperio restituebat[6. *]. Deinde[w] fratres unanimes, cum de sancti f. 86'. 980. *f. 87.

*) *In altera recensione Adventus s. Landoaldi in Gandavo c. 2. codicis Brugensis haec ita referuntur:* Nam quidam clericus Ottonis iunioris, qui Francis imperator prefuit, predictam Sancti Bavonis villam suo iuri adicere[x] presumpsit, eamque dimittere rogatus, suam esse maluit. Cui iniusticie imperator contraire monitus, ultro consensit, eo scilicet devotior, quia noviter in fraternitatem fratrum susceptus, eorum etiam orationibus communicavit. [Ita[y], exclusa clerici presumptione, sanctus Bavo sua recepit].

3. Tunc imperator ad transferendas reliquias operam dare exoratus, privilegio sui nominis locum prius ad honorem sancti Bavonis deliberare, deinde ad exequenda fratrum desideria pari devotione cepit estuare. Ita, accepto eiusdem privilegio, data insuper a papa Iohanne auctoritate, pars fratrum non modica ad Wintresbovum usque proficiscitur, et quid opus facto sit, ex arbitrio prudentiorum pensatur.

a) et *add. ed.* b) Wechtre n. v. est *H.*; Wentiae n. v. R. *S.* c) omni *ed.* d) consecuta *ed.* e) VIII. 1. f) d. r. e. *ed.* g) non s. l. oc. *ed.* h) cap. et corporis rheumatis motu gibbosus totus *ed.* i) et certa *H.* k) Egerin vocata albedinem *ed.* l) gaudens et exultans *add. ed.* m) de villa *ed.* n) *desinit* 1 *f.* 132, *f.* 132'—135. *vacua relicta sunt.* o) Frethunara *ed.* p) secundo *H. falso.* q) *correxi;* Iulii *ed.* r) *numerus deest, in marg. alio atram.* Ł (Lectio) V *c*, *ubi littera initialis* R *deest.* s) pro fraternitate coen. c. G. *ed.* t) *deest ed.* u) nuncupatam quam *ed.* v) ill. s. p. *ed.* w) *in marg.* VI. *c.* x) addicere *ed.* y) Ita — recepit *des. c.*

1) Wetteren ad Scaldim fl. (arr. Termonde). 2) Schelderode (arr. Gand)? 3) Diplomatibus datis a. 974, Ian. 21 (St. 617) et a. 977, Ian. 18 (St. 691). 4) Quod ipse Otto II. dicit diplomate dato a. 977, Ian. 19 (St. 692): *gratia fraternae societatis in eodem monasterio nobis concessae et fideliter, ut credimus, conservandae;* et Henricus II. imp. diplomate dato a. 1003, Febr. 5 (St. 1343) verbis: *quod gratiam fraternae societatis in eodem monasterio sibi concessam habuerit.* 5) Wintershoven. 6) Diplomate dato a. 977, Ian. 19 (St. 692); cf. supra p. 606, n. 6.

980. Landoaldi archysacerdotis ac sociorum eius reliquiis comperissemus, assiduis coepimus rogitare prçcibus domnum abbatem[1], tunc autem prepositum et satis sollicitum loci nostri procuratorem, ne diu differret, quin corpora sanctorum prelibatorum, qui eátenus in negligentia ac sine debito presbiterorum obsequio erant eó loci constituti, ad locum nostrum cum honore debito transferre satageret. Cum autem hoc post plurimas obsecrationes Deo favente optinuissemus, missi sunt a domno abbate nostro Womaro[2] fratres cum domno preposito, domnus scilicet decanus Trudgandus, ad predictum locum, et alii duo fratres *f. 87'. Ribertus[a] et Folcoldus, dignae[b] memoriae auctoritate domni apostolici Iohannis[3] *simulque privilegio domni Ottonis imperatoris iunioris, qui tunc temporis visus est optinere nostrae consortium fraternitatis. Cumque[c] ad locum quo tenderant pervenirent, coeperunt invicem sollicite pertractare, quomodo caute ac prudenter peragerent sanctum quod fuerat ab omnibus fratribus iniunctum negotium. Deinde etiam coeperunt studiose querere ac sollicitius[d] investigare, quid invenire ibi quivissent de veris reliquiis. Invenerunt autem ibi tria scrinia decenter in sublime posita et a pontificibus ac sacerdotibus corpora sanctorum elevata atque sigillis cautissime munita. Tunc post orationem[e] accedentes et unum de scriniis, *f. 88. disruptis signaculis, aperientes, invenerunt sacratissima beati Landoaldi archysacerdotis *membra cum beato Amantio, diacono suo. Aderat ad caput et[f] epitaphyum dignissimi confessoris in prçciosissimo marmore diligenter descriptum; quod tamen per omnia legere nequiverant propter incendium olim factum paganorum, quod ideo videbatur fuisse ex parte confractum. Deinde[g] simili modo et aliud aperientes, invenerunt sororem sancti[h] Landoaldi almam nomine Vincianam; tertiam nihilóminus aperientes urnam inferius sitam, et haec continebat Landradam sacram[4]. His interea diligenti intuitu perspectis, conferebant inter se sermocinando plurimum, quid de his illis foret pocius faciendum. Sed quia necdum plene merita sanctorum noverant, ac pro hoc mordacibus curis aestuarent[i], provocante eos quodam fratre nostro, *f. 88'. cui maxima ad perferendum *caelestem thesaurum iṅerat voluntas, miserunt post fidelissimum Sarabertum presbiterum, ut per[k] omnia prudenti consilio, sicut oportebat, uti valérent. Qui cum festinanter venisset ac gloriosa merita atque multa miracula sanctorum, prout optime noverat, retulisset, paribus in sancto desiderio succensi sunt animis in prçciosissimis transferendis sanctorum corporibus.

2. Ergo raptim quae ad hoc opus necessaria videbantur paratis, et quae sanctitate precipua ad sanctos pertinebant adsumptis, ac feretris reliquiis sanctorum inpositis, de loco illo cum paucis eiusdem villae hominibus promoti sunt. Qui cum haud procul, ad terminum videlicet eiusdem fundi dominii[l], *f. 89. pervenirent, cum ingenti fletu et merore illorum sane qui ibi consistebant hominum, *ibidem sacrum onus deponunt, nec ulterius usquam progredi valebant. . . . . . . Tunc, Domini comitante clementia, mira dehinc velocitate coeperunt iter agere et ad monasterium Sancti Trudonis festinare. Ibi quippe primam *f. 89'. *habere mansionem elegerunt.

3. Et ecce velociter occurrerunt fratres nostri reliqui, qui non longe causa utilitatis profecti erant; et facta est pulcherrima cum sanctis Dei turmula. Quod cum hinc inde vicini fama vulgante comperissent, ruunt mox ex omni parte viri et feminae, senes et infantes, divites ac pauperes obviam cum candelis et diversis oblationibus. At ubi appropinquavére universi, pronis vultibus in terra, sanctos submissis capitibus salutando, se dederunt. . . . . . .

f. 91 5. . . . . Reiunctis ergo feretris, ac sublatis inde cum maxima multitudine prçciosis reliquiis, ad primam mansionem et ad monasterium Sancti Trudonis, sicut superius dixi, velociter propinquabant. *f. 91'. Quod fratres eiusdem coenobii agnoscentes, cum cereis accensis, cum textis[m] euangeliorum, *cum crucibus ac omni competenti honore obviam sanctis unanimiter pergunt, inpositaque a précentore *In excelsis*[n] de sanctis antiphona, cum veneratione maxima intra[o] monasterium in loco celebri deposuerunt. Deinde quanta tunc karitate quave benignitate fratres nostros susceperint, et quaeque corporis necessaria hilari corde tribuerint, non est qui digne valeat sermonibus enarrare. Karitas quippe Dei, quae exsuperat omnem (cf. Philipp. 4, 7.) sensum, diffusa erat plenissime per Spiritum sanctum in visceribus illorum. Verum mane facto, congregata denuo in aecclesia populi multitudine, data insuper sacro in loco de reliquiis optatissima benedictione, Domino iter illorum prosperante, in viam salutis profecti sunt.

6. Cum[p] itaque sancti Dei, prout Deo volente disposuerant, prospero cursu á prefata mansione ad anteriora deveherentur, pervenerunt naviter ad villam quae Andesbrucken[q] nomine dicitur. Ibi tunc *f. 92. forte in proprio *fundo nobilis matrona Sigeburgis[5] manebat, quae eorundem locum sanctorum diu in precariam tenebat. Quod cum domnus abbas, tunc tamen prapositus[6], quique, ut premisimus[7], propter

a) Rob. et Folioldus *ed.* b) auct. d. m. *ed.* c) *in marg.* VII. *c.* d) sollicitus *c.* e) oratione *c.* f) eius *ed.* g) *in marg* VIII. *c.* h) a. s. L. *ed.* i) aestuabant *ed.* k) *deest c.* l) dominio *c.*; d. e. f. *ed.* m) *ita c.*; textubus *ed.* n) In exc. *des. ed.* o) *altera manu pergit c.* p) *numerus capitis et littera init.* C *des. c.* q) *ita c. et altera recensio Adventus*; Andelbr. *ed.*

1) Otwinum haud dubie, qui a. 982—998. S. Bavonis abbas fuit, licet alibi non relatum sit, eum antea praepositum fuisse. Hunc adeunt, non abbatem Womarum postea memoratum, quia hic monasterium Blandiniense simul cum Bavoniano regebat et apud illud forte residebat. 2) A. 953—981. 3) Nomen certe falsum scripsit auctor. A. 974—983. sedit Benedictus VII. Ab Iohanne XIII. (a. 965—972) res a. 977. concessa confirmari non poterat. 4) Theodoricus abbas S. Trudonis in Vita S. Landradae multo post haec scripta corpus eius ad S. Bavonem translatum esse non meminit (Acta SS. Iul. II, p. 627; Surius IV, p. 140). Quod eum, qui rogantibus monachis S. Bavonis Vitam S. Bavonis conscripsit, ignorasse, haud credendum est, sed in illo libello pro monialibus Belisiensibus composito hoc consulto tacuisse videtur. 5) Uxor Lanzonis, de qua v. Heriger., Transl. I, c. 7, supra p. 604. 6) Otwinus. 7) C. 1.

corpora sanctorum missus fuerat, comperisset, assumptis quibusdam secum fratribus, ad matronam pre- 980. dictam loqui ire perrexit, relicto cum sanctis reliquiis domno Trudgaudo, tunc autem nostro strennuo[a] decano. At vero venerabilis matrona, visis fratribus et causis[b] itineris auditis, multum extitit propter sanctos in Domino gavisa. Quae cum multa magnalia de sanctis sermocinando retulisset, etiam hoc unum novissime addidit sibi metuendum, ut[c] diceret, maximam infirmitatem diutissime á se sub viro suo passam et tamen in elevatione sanctae Landradae mirabiliter sanatam[1] pro[d] nulla alia re certissime[e] incurrisse, nisi quia in priori elevatione, sancti Landoaldi videlicet archysacerdotis, nullam habuerit omnino voluntatem. Illis autem ibidem aliquantulum inter verba ista remorantibus, venit etiam quidam miles ipsius matronae, et[f] inde progrediens, *stetit super ripam Thili[2] fluminis, ubi erant in proximo *f. 92'. sanctissimae, quae ad alia festinabant, reliquiae. At ille ab imo longa trahens suspiria, dehinc lacrimis ita fatur abortis: 'O quam parum', inquit, 'accepta excogitatis vel quid sit quod habetis, quantique precii ac caelestis talentum thesauri, quod á finibus istis auferre satagitis. Porro fidenter dico ac vera vobis' — ad decanum autem loquebatur — 'consequenter denuncio, quod, nisi forte possibile fuisset, ut ipsum preciosissimum sancti Petri apostoli corpusculum, qui merito iubente Domino principatum optinet inter sanctos, vobiscum ferretis, maiores nullo modo habere reliquias poteratis, quam nunc quoque, Deo propicio facto vobis, in navi habetis'. His domnus memoratus decanus[3] gratanter auditis, letissimus redditur et, qualiter hoc ipse quolibet experimento scire valeat, percunctatur. At ille constantissime, quod in se de sancto Landoaldo miraculi noverat, ita profitebatur: 'Ego', inquit, 'culpis meis exigentibus, offensionem *domini mei Landzonis ac eiusdem dominae meae Sigeburgis, quae sana in proximo est, aliquando *f. 93. gravissime incurri, in tantum ut aspectibus illorum me ipsum dare minime auderem. Quid ergo agerem, quam in partem me verterem, ignorabam. Nam nullius hominis quamvis divitis intercessionem adquirere potui, qui me in pristinam restituere gratiam valeret. Cumque anxius ad hoc iam pervenissem, ut de ipsa patria fugere deliberassem, adii[g] quadam die presbiterum Sarabertum, nimia sollicitudine huiusmodi curae fluctuans, et cum eo, quid mihi iam desperato esset agendum, consulendo et adhuc semel miseriarum mearum quaerimoniam faciendo pertemptare curavi. Ille vero nichil hesitans, fidere iubet atque precium unius cerei preparare hortabatur, ut hoc sancto Landoaldo deportaretur. Tunc perniciter obsequendo his consiliis parere[f] volui et devotissime sicut iusserat explevi. Mira inde res et mihi multum profutura est. Continuo namque ut beatam sancti Landoaldi *memoriam accessi et hunc pro angustiis meis fideliter *f. 93'. interventorem esse petii, ecce dominus meus predictus Landzo post me veniens, eandem et ipse oraturus introgressus est insperate basilicam. Coepi vero mox ad aspectum eius pallescere atque nimium trepidare, ne mihi subito inrogaret, cum videret, interitum. Sed longe aliter adque existimavi, sancto Landoaldo pro me interveniente, accidit. Etenim nichil omnino michi locutus est mali, sed ministerium meum sicut pridem agere precepit. Nam pincerna illius dudum fueram. Sic ab illo die usque nunc in sancti sui reconciliatione securus de preterita angustia consisto. Talibus ergo et his similibus indiciis et miraculis per eum ostensis certum apud me constat, illum esse in numero sanctorum inter primos'. His ab illo dictis, ecce domnus prepositus cum fratribus suis inmani honoratus lucio[h] egrediebatur, et ita navim intrantes, cum magna prosperitate, Domini preeunte virtute, inde quoque cum gaudio *magno pro- *f. 94. fecti sunt.

7. Post[i] haec quadam die, nautis perniciter navigantibus, cum iam quievissent et in unum locum resedissent, accidit, ut feretri[k] sanctorum, qui in navi pariter et satis prope erant á fratribus decenter positi, feretrum, in quo sancta Landrada continebatur, saltum cunctis cernentibus daret ac sé a sancto Landoaldo penitus removeret, prebens mirabiliter tanto sacerdoti reverentiam et competentem honorem. Illud sane miraculum, quod non multó post ipso itinere de nauta quodam fuit factum necnon et illud quod de illo homine per merita sanctorum contigit, qui cor perditum et mentem vel sensum planxit, sed post misericorditer sanitati restitutum, non est necesse isto in loco plenius perstringere, cum alias[4] diligentius sint perscripta[l]. His ergo miraculis, ut simpliciter propter nescientes prosecuti sumus, ita recte peractis, in ipso sacratissimo dominicae annunciationis atque incarnationis die[5] pervenerunt Deo Mart. 25. volente ad monasterium nostrum[m], quod rectissime vocatur Gandavi castri[n] coenobium[6].

8. Cum fideles quique ad beatas reliquias exundique[o] cum exultatione nimia confluerent, mulier quaedam aliorum manibus adducta continuo est per merita sanctorum illuminata[p, 7]. Fratres vero devotissimi merito in adventu sanctorum gaudio magno pre ceteris sunt repleti, ac proinde cuncti sollempni more albis vestiti, cum thuribulis incensorum atque claro lumine quatuor candelabrorum argenteorum, insuper cum crucibus et euangeliis sacris obviam de longe cum infinito agmine undique confluentium populorum psallendo venientes, easdem sanctissimas reliquias in humeris suis ovantes susceperunt et in basilicam cum exultatione magna introduxerunt, agentes non mediocriter diem sollempnem dupliciter.

a) stennuo *c.* b) causas *c.* c) cum *ed.* d) prae *ed.* e) certissima *ed.* f) *deest c.* g) inde *ed.* h) lucro *ed. et altera recensio cod. Brug*; licio *cod. Corssend.* i) *numerus cap. et littera init.* P *des. c., et spatium rubrae inscribendae vacuum rel.* k) *sic c.*; feretris *ed.* l) descripta *ed.* m) *desinit c. f.* 94, *f.* 94'—98. *vacua relicta sunt; reliqua damus ex Actis SS. ex cod. Corssendoncano sumpta.* n) castrum *ed.*; q. r. v. Gandense coen. *falso cod. Brug.* o) *ita cod. Brug., ubi haec narratio in aliam formam redacta, hic vero locus ad verba descriptus est*; undique *ed.* p) *ita cod. Brug.*; sanata *ed.*

1) Ut Heriger, Transl. I, c. 7—10, supra p. 604 sq., narrat. 2) Dyle. 3) Trudgaudus; cf. c. 1. 4) Ab Herigero, Transl. II, c. 3, quae omisimus. 5) Ita etiam Herigerus, Transl. II, c. 4, supra p. 606. 6) Cur ita scripserit auctor, intelligis ex epistola Otwini abbatis, 'N. Archiv' X, p. 374. 7) Cf. Heriger., Transl. II, c. 4.

Haec itaque sunt, carissimi fratres, huius diei sollempnia, haec magna hodiernae festivitatis gaudia, in qua suscipere tantos ac[a] tales meruimus, Domino largiente, patronos atque idoneos pro nostris reatibus intercessores. Et licet breviter ista simpliciterque propter eos qui non tunc affuerunt perstrinximus, volumus quoque et cetera eadem simplicitate quae de sanctis gesta sunt, prout Deus annuerit, partim replicare, ne res tanta et omni memoria digna penitus oblivioni tradatur. Neque nos eventus fortuitu ista dicentes stomachando quisquam reprehendat; nam vera dicere non est detrahendo susurrare.

[ELEVATIO[b] SANCTI LANDOALDI ET SOCIORUM EIUS].

980. 1. Tanta itaque a Deo collata iamque compendianti prelibata gaudio quidam malignorum ac[a], si dici liceat, invidorum tunc aegre ferentes, haud procul eo tempore in eminentioribus steterunt locis[1], obliquo cernentes intuitu tantum populum in susceptione sanctorum exultantem devotissime, illud cum per- Ioh. 12,19. fidis Iudeis euangelio indignando proclamabant: 'Ecce', inquiunt, 'mundus totus post eos iam abire coepit'. Deinde famam velocem per rumigerulos suos volare fecerunt, quasi non sanctorum reliquiae, sed malorum defunctorum ossa ad nos fuissent inaniter perlata; quidam etiam et nequiori impleti vesania corpora sanctorum diiudicabant per ignem fore in camino probanda. O, inquam, mortalium perfidissime, qui cf. Prov. 21,30. ista in sanctos derogando evomueras convitia, vel sero perpende, quia non est consilium, non est humana sapientia contra Deum. Nonne multi sanctorum per ignem combusti ad siderea regna pervenerunt? Numquid, stolidissime ac livore infecte, non audisti, quia corpus sancti Iohannis baptistae[c] a paganis Luc. 7,28. sit propter invidiam combustum ac per agros dispersum? Attamen, attestante ipsa Veritate, inter natos mulierum non surrexit maior Iohanne baptista. An ideo eius corpusculum non erit sanctissimum, quia hoc de illo narratur factum? Patet profecto, quoniam, si facultas adesset, haec eadem et de sanctis nostris ritu paganorum facere voluisses. . . . . . . Sed et nos pacis gratia neminem publicare volumus, neminem hic nominatim expressimus; sufficit, ut tantae perversitatis incentor vel sero erubeat. . . . . . .

2. Proinde saluberrime, Deo volente ac domno abbate[2] iubente, inventum est, ut prefatorum sanctorum reliquiae semotae in loco mediocri, quo micat ara sub honore sanctae Mariae, in crypta ponerentur, donec certius scire potuissent, quid de iis facere postmodum potuissent. Interea Dominus noster sanctorum suorum non immemor coepit reliquias nuper ac sine debito honore depositas miraculis multis glorificare et, quod non falsae, sicut maligni asserebant, sed verae sanctorum reliquiae forent, cunctis manifestare. Nam caeci ibidem recipiebant, annuente Domino, visum, claudi gressum, manci restaurationem atque variis oppressi languoribus perfectissimam caelestis medicinae recuperationem. Tunc christianissimus populus prope vel procul positus, his auditis et visis, cum cereis et variis oblationibus ex omni parte venerunt et vota sua Deo coram ipsis reliquiis incessanter retulerunt. Dic ergo, quisquis es, livide, dic, si vales, impie, quid tibi profuit contra consilium Dei voluisse agere? Ecce gloria sanctorum nostrorum sine fine manet in Christo. Perspice christicolas, qualiter leti currunt ad inclita sanctorum patrocinia!

3. At vero domnus abbas, tantis beneficiis visis, gratias omnipotenti Deo rependit, nec multo post, inspirante Domino, pro cautela futurorum et, quod verius est, pro maiori gloria sanctorum priores nostros supra designatos ad venerabilem episcopum[3] Leodiensis aecclesiae mittere curavit, supplici precatu efflagitans, quatenus de translatorum sanctorum reliquiis quaeque digna per clericos suos inquireret et illis veritatem de iis omnibus renuntiaret in scriptis; quod, Domino donante, extemplo completum est. Nam requisiti in synodo plena sacerdotes et clerici undique confluentes, quanta audierant et facta viderant de sanctis nostris miracula ore consono[d] coram episcopo suo proferebant. Iubente itaque eodem eximio pontifice, ibidem miracula quae divulgaverant sunt collecta et per domnum Herigerum[e] didascalum ac musicae artis peritum breviter quidem, sed satis diserte ac luculento sermone descripta, necnon et ipsius episcopi sunt auctoritate roborata, insuper sigilli sui impressione munita atque domno abbati ac omnibus fratribus Gandensibus fideliter missa.

4. Porro nostrae prosperitatis aemuli superius breviter designati, quorum semel fractae nequaquam malitiae suae defecere vires, quod perficere in derogatione sanctorum cominus non poterant, cum archy- 981 982. episcopo[4] Remensis aecclesiae peragere moliti sunt. Sed ut in his quoque partibus Dominus sanctos suos potuisset magnificare, missi sunt de monasterio nostro illuc usque prudentes in verbo seniores, qui secum in scriptis de miraculis noviter per sanctorum patrocinia patratis auctoritatem irrefragibilem et testimonium sacerdotum plurimorum attulerunt necnon verbis etiam opinionem falsam de sanctis coram summo pontifice penitus destruxerunt. Siquidem venerabilis archypresul, his testimoniis visis et in plenissima synodo sua auditis, veritati dedit manus cum aliis episcopis septem scriptaque delata etiam sua auctoritate et aliorum episcoporum ac sacerdotum multorum roboravit et, ut dignissime infra sancta sanctorum sustollerentur, coram universis synodalibus suis collaudavit. Ecce enim hic gratia Domini aemulatorum machinamenta ceciderunt, et sancti nostri Deo favente gloriosi contra votum lividorum permanserunt.

5. Deinde missi nostri, ipsis sanctis patrocinantibus, victores contra malevolum blasphemiae virus glorianter effecti, velociusque inde iter arripientes, bonae indolis iuvenem ac nuper infula pontificali insignitum Liudulfum[f] Noviomae civitatis episcopum[5] adierunt; tum summissis precibus rogaverunt, ut

a) at *ed.* b) *ita cod. Brug., in quo sequens quoque relatio in breviorem formam redacta legitur.* c) cum *add. ed.* d) consone *ed.* e) Heyngerum *cod. Corssendonc.* f) *ita cod. Brug.;* Lindulphum *ed.*

1) Blandinienses fratres satis aperte his verbis indicat, quos inter et Bavonianos graves simultates tunc exstitere. 2) Womaro. 3) Nodkerum. Inter dies Iun. 4—20. a. 980. hoc factum est; cf. praef. p. 599, n. 1. 4) Adalberone. 5) A. 977—988. sedit.

quantocius ad Gandavi nobile coenobium pergeret, quatenus sanctas reliquias de obscuro in quo positae 982. fuerant loco ex sua auctoritate et per se ipsum sustolleret et, ut competebat, ad sublimiora infra cancellos exaltaret. Quibus ille precibus libentissime assensum prebuit necnon et diem illis, quando certissime ad nos veniret, denuntiavit. Rem sane de sanctis gloriose gestam breviter quidem simpliciterque perstrinximus, quam recentioribus carisque allophylis nostris ad meliora proficientibus saluberrimam in hoc fore iudicavimus, ne res dignas penitus oblivioni traderent, sed potius memoriam eorum devotius obsequendo exornarent. Cuncta quippe quae hostis humani generis adversum sanctos parabat ad destructionem econtra semper episcopus noster eminentiorem vertit in decorem; unde illi sit sine fine gratiarum actio, laus et exultatio! Nam iubente domno abbate[1], licet in materia impari, ob devotionem multam, quam erga sanctos habuimus, tres novas urnas auro puro argentoque coopertas de oblationibus christianissimi qui confluebat populi artifices decentissime paraverant; et erant fratres omnes ovantes ac diem optatum prestolantes, quo memoravimus fuisse venturum eum et ad nos venire spoponderat. Quid Iun 12. multa? Venit namque non multo post, sicut predixerat, cum pulcherrimo clericorum et presbiterorum suorum comitatu atque haud procul ab oratorio ipso sacro in hospitio sibi cum sollicitudine preparato mansionem accepit. Sed iam, meritis beatorum suffragantibus, iuvat, prout possumus, stilo quamvis rusticano, depromere sacratissimam tali modo crastino peractam sanctorum elevationem.

6. . . . . Namque sub ipso diurnae lucis tempore, cum iam se, qui advenerat, antistes Domini ad procedendum prepararet, ecce denuo adest in rependo debilitatus coluber, licet squamea gestaret colla conquassata dupliciter, nisus tandem tertio elisum caput erigere ac in sanctos Dei virus nequitiae suae latenter effundere. Quod tamen, revelante Domino, sacerdos Dei prudenter cavendo animadvertit simulque letiferum haustum ab infidelibus propinatum caute declinavit, sprevit ac subsannando irrisit pedibusque proterendo detrivit. Denique procul caculatores ac susurratores a se removit atque preces nostras implendas fore eo die certissime denuntiavit, se quoque in obsequium tantorum sanctorum paratissimum atque devotissimum amodo usque in sempiternum futurum cum suis omnibus proclamavit.

7. Tuncque a prioribus nostris cum summa exultatione quae ad hoc opus congruere videbantur raptim preparatis, advenit post primam antistes cum abbatibus, clericis atque devotissimis monachis ad cineres et ossa pii patris Landoaldi archysacerdotis ac sociorum eius. . . . . . .

9. Facta est autem haec sacratissima translatio Deo et hominibus placidissima atque sanctis angelis per omnia gratissima Idus[a] Iunii a Liudulfo[b] venerabilissimo viro, Noviomae civitatis episcopo, cum Iun 13. gaudio inenarrabili spirituali clericorum multorum sive monachorum necnon et infinito coetu fidelium populorum anno incarnati Verbi nongentesimo octogesimo secundo, indictione decima, tercio quoque anno ad nos adventus gloriosissimorum sanctorum nostrorum. . . . . . .

a) *ita cod. Brug., ubi hic locus non multo alteratus transcriptus est;* Idibus *ed.* b) Lindulpho *ed.*

III. EX TRANSLATIONE SS. LIVINI ET BRICTII.

Non a coaevo auctore conscripta est narratio translationis S. Livini a villa Holthem, ubi ille colebatur[2], *in monasterium S. Bavonis a.* 1007. *factae, sed* multis retro diebus ante nos facta est huius sancti tam preciosa translatio *inquit monachus S. Bavonis, qui eam ut orationem die anniversario eius rei habitam composuit. Quod haud brevi tempore post obitum Folperti abbatis a.* 1066. *defuncti, qui* 'laudabilis memoriae' *dicitur*[3] *et de quo ut iam multo antea mortuo refertur, saec. XI. exeunte*[4] *vel saec. XII. ineunte demum factum est. Ideoque auctorem eundem esse falsarium, qui spurium illum foetum de vita Livini*

1) Hoc loco iam Otwinus abbas intelligendus esse videtur (cf. supra p. 608, n. 1). Womarus enim die Aug. 26. a. 981, ut Ann. Bland., SS. V, p. 25, referunt, obiit, non a. 982, ut Van Lokeren, 'Hist. de l'abbaye de St. Bavon' p. 36, ex Ann. Gandensibus, SS. II, p. 188, statuit. Et Wido, qui ei successisse dicitur, post paucos menses abbatiam abdicavit. Ioh. de Thilrode c. 14, SS. XXV, p. 572, quidem hoc a Womaro abbate factum tradit, sed nonnisi hoc libello hac de re usus, hunc locum falso intellexisse videtur. Quod idem addit, Arnulfum comitem Flandrensem elevationi interfuisse, falsum est, quia auctor coaevus hoc non omisisset. Iohannem secutus est auctor Ann. Gandensium saec. XIV. l. 1. 2) De cuius vita spurium illud opus S. Bonefatio suppositum et versus illi suppositicii Livini ad Florbertum haud multo post hanc translationem a monachis S. Bavonis aut certe instinctu eorum efficta sunt. 3) C. 5. 4) A. 1083. ossa Livini in alium locum translata sunt (cf. Ann. Gand., SS. II, p. 190); cuius rei cum mentionem auctor non fecerit, eum ante hunc annum scripsisse aliquis coniicere possit. Sed forsan haud paulo post hunc annum scripserit, ut huius rei iam non meminerit. Sermonem vero syllabis consonis exornavit, qui mos post medium saec. XII. evanuit. Ante a. 1171, quo altera translatio facta est, hoc opusculum conscriptum esse censuit Mabillon, Acta VI, 1, p. 64.

edidit, quippe quam circa a. 1090. *iam Gocelinus monachus in Vita S. Augustini Cantuariensis c.* 5, *Acta SS. Maii VI, p.* 393, *citaverit atque exscripserit, omnino non concesserim*[1], *licet et ipse de elevatione Livini a.* 842. *facta plane fictitia retulisse comprehendatur. Etiam quae de translatione a.* 1007. *refert magnam partem fabulosa vel commenticia sunt, ideo a nobis recepta, quia de expeditione Heinrici II. regis eodem anno mota quaedam narrata sunt*[2].

Excerpta opusculi huius, quod Mabillon, Acta VI, 1, *p.* 65—70, *ex codice Alnensi et Ghesquierus, Acta SS. Belgii III, p.* 130—136, *ex codice S. Martini Tornacensis parum correctum ediderunt, emendavimus ex codice Aquicinctino, nunc* D u a c e n s i *nr.* 295 (330), *mbr.* 8, *saec. XIII, f.* 121′—126, *ubi Vita Livini spuria f.* 110—121′. *praecedit*[3]. *O. H.-E.*

INCIPIT[a] ALLATIO CORPORIS SANCTI LIVINI EPISCOPI ET MARTYRIS IN GANDAVO.

1.[b] Hodiernam agentes festivitatem adventus in Gandavo sancti Livini martyris, dignis Deo celebrare laudibus oportet et ymnis et exultare sollempnibus officiis . . . .

2. Locus igitur ille[4] sepulchralis beati Livini martyris multimodis salutarium virtutum clarebat
cf. Gen. 27, 27. insignibus et sic longe lateque diffusis odore virtutifero sicut agri pleni cui benedixit Dominus, et in quo celestis servabatur thesaurus, cotidie frequentabatur a diversis nationibus circumquaque confluentibus. Optatam itaque recepit ibi sospitatem multitudo languentium, confortabatur ibi cor[c] et animus quorumcumque dolentium, et erat omnium vox consona Deum in excelsis concinentium[d] . . . .

3. . . . Denique, cum Northmanni[e] et Dani totam Galliam igne et ferro depopulati sunt, omnem pene per circuitum villam Holtem usque ad solum consumpserunt, ab illo tamen[f] celesti armario perterriti semper effugerunt[g].

4. In tempore illo presedit Cameracensibus episcopus Theodericus, ad cuius diocesim pertinet ille locus. Qui, auditis illis miraculorum signis et virtutum[h] prodigiis, descendit invisere memoriam sancti martyris, ubi expertus maiora quam audivit in patria[i], predicavit populo in sancto suo tam mira et stupenda Dei magnalia, et quoniam sanctos suos Deus excelsus ab imo terre tam potenter exaltavit.
842. Hic ammonitus a fratribus Sancti Bavonis[5] sanctorum Livini et Brictii pignora cum omni timore et gaudio transtulit et transferens in loco celebri quam decenter collocavit[6]. Talium igitur favor magnalium, novitas et novitatis magnitudo totum pene pervolat mundum, et per multa annorum curricula perdurans usque ad tempus Heinrici et imperium, qui patri[7] suo Ottoni[k] iuniori successit in regnum, totum eius perlustrat et illustrat ammiratione[h] palatium. Unde rex ipse et primates sui collaudaverunt in sanctis
1007. suis mirabilem Deum. Rex ille tunc temporis parabat expeditionem in Gandensibus horis, et hoc agebat privatum cum suis consilium in votis, quatinus, cum rediret, secum asportaret corpus tanti martyris. Sed longe aliter Rex celestis de martyre suo fieri[l] disponebat, quam rex terrenus cum suis agere tractabat. Quid multa? Venit idem rex cum magno militum tumultu multoque armatorum strepitu omnemque Brachbactorum[m] terram et regionem perturbavit, et exercitus eius per vicos et villas atque castella quasi locuste in Egypto dispersus, incendiis et rapinis omnia dissipavit, ipse vero castrametatus in villa sancti Livini potenter resedit[8]. Quidam autem de exercitu suo malignitatis spiritu debachati, superbe sancti oratorium et oratorii atrium irruperunt[n], depopulantes quecumque cives ibi servanda deportaverunt. Adalbertus vero tunc ibi presbyter, prebens cunctis et ostendens salutis iter, arguit eos et increpavit et, ut ab incepto perversitatis opere desisterent, admonuit; sed nichil profecit. Et quoniam nullum Deo et sancto suo honorem dederunt, omnes subito in oratorio cecitate percussi sunt; foris autem in atrio densitas tenebrarum cunctos quasi induratos[o] Egyptios oppressit; et ita rex Deus, potentissimus regum,

a) Explicit passio s. L. ep. et m. Inc. all. c. eiusdem in G. *c.* b) *numeri des. c.* c) vox *edd.* d) consonantium *c.* e) Norhianni *c.* f) tam *Gh.* g) aufug *edd.* h) *ead. m. superscr. c.* i) patriam, m *erasum c.* k) Othum *c.* l) fueri *c.* m) Brachat. *edd.* (*al.* Bracbantorum *Gh.*). n) irrupuerunt *c.* o) Aeg. ind. *edd.*

1) Hac de re dubitavit Ghesquierus, Acta SS. Belgii III, p. 100, cum Papebroch, Acta SS Iun. I, p. 494, Vitae et Translationis eundem esse auctorem censuerit. Quod ut refellam, eo etiam inducor, quod in antiquissimo qui Vitam Livini continet codice Gandavensi nr. 150, olim S. Bavonis, saec. XI, Translatio non inveniatur. 2) De rebus domesticis, successione abbatum praesertim, auctor annales breves legisse videtur, quos forsan et annalista S. Bavonis saec. XIV. exscripserit. 3) Translationem exscripsit Ioh. de Thilrode c. 13, SS. XXV, p. 571. Translationis a. 1171. narratiunculam dedit Ghesquierus l. l. p. 138 sq. 4) Sepultus erat in villa Holthem (Hautem-St.-Liévin). 5) Villa Holthem demum a. 977. per concambium abbatiae S. Bavonis data est; cf. diploma Ottonis II, St. 692. 6) A. 842. hoc factum esse, referunt Ann. Gand., SS. II, p. 187. Theodericus sedit a. 830 863. 7) Error gravissimus. 8) Mense Iulio vel Augusto. Cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' II, p. 10 sq., qui nimiam fidem huic narrationi dedisse videtur.

iniuriam militis sui defendit. Fit clamor et tumultus quasi pereuntium in castris, et causa facti per- 1007.
venit ad noticiam principis; unde rex nimium turbatus, metuebat super se et exercitum suum iram et
iudicium imminere superni Regis. Cognoscens itaque dominum Deum super se regem esse celorum, de
solio suo descendit, et cum rege Ninivitarum deposito diademate, prior omnibus se humiliavit et ad Ion 3, 6.
memoriam sancti Livini martyris misericordiam Dei oraturus intravit. Videns ergo milites suos tam
miserabili pena multatos, contremuit, contremiscens condoluit, condolens vero in cinere et cilicio coram
sancto prostratus, omnibus exemplum humilitatis[a] ostendit[b], etsi[c] non verbis, factis tamen, ut propheta
Deum adoravit: 'Domine Deus, rex omnipotens, in tua dicione cuncta sunt posita, et non est qui possit Esth. 13, 9.
resistere voluntati tue. Si salvare nos decreveris, continuo liberabimur et non peribimus. Et nunc,
domine[d] rex regum, Deus patrum nostrorum, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, miserere
supplicantibus nobis, miserere laborantibus[e] populis tuis, quia, si tue placet pietati et dilecto martyri
tuo, iam satis exsolverunt in penis. Omnia quidem opera tua precellit misericordia, ideo querimus
faciem tuam[a] in confessione, ne nos corripias in iudicio et ira, sed tua nos solita preveniat indulgentia.
Contine manum percussionis, suspende gladium ultionis, qui potes salvare quem volueris et perdere
quem iudicaveris'. Videns ergo misericors Deus coram se regem humiliatum, liberavit ab omni plaga
populum suum, et ita coram rege et omni exercitu suo mirificavit sanctum suum. Salvatus[f] autem
populus ille de tali iudicio, gratias Deo[g] agens, donaria multa supplex[h] offerebat sancto Livino; et rex
et primates sui repleti spirituali gaudio concinebant[i] supplici voto: *Gloria in excelsis Deo.* Extitit eo
tempore in Gandensi cenobio Sancti Bavonis abbas digne memorie Erembold̄us, qui magis que Domini
quam que sunt mundi cogitans, nimium erat humilis coram Deo et timoratus. Hic loco cui preerat
aliquam a Deo dignitatis gratiam in diebus suis fieri optabat et super hoc voto consolationem sancti
Spiritus continuis fletibus et orationibus expectabat. Metuebat supervenisse cum exercitu regem, sed
multo diligentius[k] in Regem celorum spem suam ponebat et intentionem[l]; et quia locus sepulture sancti
Livini hereditarius erat Sancti Bavonis ex antiquo, timebat, ne privaretur regia vi tanti martyris privi-
legio, et Gandensis locus speciali et specialiter sociali sanctorum[m] Bavonis et Livini destitueretur patro-
cinio. De talibus igitur ad Dominum anhelanti precum suspiriis et continuanti diem ac noctem in vigiliis
et psalmodiis nuntiatur ei tam iudiciale[n] miraculum de exercitu regis et ostensa in rege tam mira
benignitas sancti[o] martyris. Gavisus est pater Erembold̄us super his signis, que operabatur in milite
suo potentia superni Regis, sed adhuc expavit animositatem Heinrici propter experientiam meriti beati
Livini, ne forte tolleret[p] ideo sibi memoriam sancti; sed non ita evenit. Rex denique inde digressus, ad
Gandavum militarem manum direxit[1], et pacato sibi Balduino comite[2], per aliam viam reverti disposuit.
Post discessionem vero regis subito celitus inspiratur[q] abbati, ut creditur, bona cordis intentio et ex
intentione felix et pia cogitatio, quatinus sine ulla dilationis mora[r] fieret pignorum sancti Livini trans-
latio[3]. Et ne hoc salubre differret negotium pro minori substantia, suggestum est[a] sibi in animo sub-
ministrari omnia pro ea quam habebat in Deum confidentia. Hac inspiratione confortatus in Domino
abbas, nichil cunctatur, sed usus fratrum consilio, mox ad Holthem proficiscitur, ibique coram loculo
sancti Livini cum fratribus qui secum venerant in orationem prosternitur. . . . . . . Peractis igitur
omnibus cum gaudio, et assumpto secum celesti thesauro, reverti se parabant suo non fraudati desiderio.
Et exeuntes oratorium et oratorii atrium cum multo tripudio populorum et clericorum choro conci-
nentium, cum paululum processissent in itinere, iuxta quandam arborem malum fixis subito gressibus
substiterunt qui portabant sancti Livini loculum. Tanti ponderis factus est ibi martyr Dei mira-
bilis[s], quo ferentes eum sustinere non possent in ulnis, verum[t] vix sua salvatione deponentes in terris,
nimium attoniti starent pleni tristicie[u] et meroris; ubi die ac[v] nocte perstabat immobilis. Propter hoc
igitur vocatum est nomen loci illius Malus-Sancti-Livini. . . . . . . Nam inspiratus Dei gratia abbas,
sanctarum particulas reliquiarum ad salutem civium ibi relocavit et tale pactum cum sancto Livino com-
posuit, quod etiam cum monachis et laicis publice confirmavit iuramenti sacramento, ad memoriam
sepulture eius cum omni reverentia reducere eum omni anno. Diem vero huius annualis processionis
statuit in vigiliis apostolorum Petri et Pauli, quando facta est tam gloriosa translatio sancti. Data igitur Iun. 28.
ab abbate tali sponsione, sustulerunt mox in humeris sanctum Domini onus leve et solutis[w] gressibus
ceptum iter insistebant percurrere. . . . . . . Talibus igitur a Deo beneficiis iocundati, suum iter securius
egerunt, et ductor eorum Deus et Dominus opera misericordiarum[x] faciens, graditur coram eis ubicum-
que transierunt, et iuxta villam que dicitur Thesla[4] transito Scaldis fluvio, Gandavum pervenerunt, ubi
super montem unum deposito sanctorum feretro quieverunt; exinde[y] ille mons dictus est Sancti Livini.
. . . . . . Ita igitur purificati in Domino, sancta sanctorum humiliter adeunt, dominum et patricium patrie
sanctum Bavonem, magnum totius Flandrie patronum, assumunt sanctumque Landoaldum archipresulem
et corpora sanctarum Vinciane et Landrade suscipiunt et cum omni reverentia et religione obviam amico Dei

a) *deest c.* b) ostndit *c.* c) si *deest c.* d) *ead. m. superscr. c.* e) lorantibus *c., ubi vox erasa.* f) est *add. edd.* g) ag. D. *edd.* h) subplex *corr.* supplex *c.*; off. suppl. *edd.* i) concinnebant *c.* k) diligentiú *c.* l) intntionem *c.* m) sociorum *c.* n) ĩdiciale *c.* o) tanti *Gh.* p) i. t. *edd.* q) inspiratus *c.* r) u. dilatione f. *edd.* s) mirabil⁹ *c.* t) etiam *add. edd.* u) timoris et terroris *Mab.* v) et *Mab.* w) solitis *c.* x) suarum *add. sed expunctum c.* y) et inde *edd.*

1) Cepit urbem die Aug. 19; Ann. Bland., SS. V, p. 25. 2) IV. Flandrensi. 3) Translatio, ut infra apparet, iam die Iun. 28. facta est, non igitur post, sed paulo ante adventum Heinrici regis. Vides igitur, quid auctoritatis praecedentibus insit. 4) Destelbergen (arr. Gand).

1007 Iun. 28. tali processione exeunt. . . . . . . Adducunt ergo ad suum hospicium, Gandense scilicet cenobium, sanctum Dei martyrem, novum quidem in terris susceptum hospitem, sed a Deo predestinatum ante secula concivem in celis et consortem. Relocantur digna cum reverentia sanctorum corpora [1] in sanctuario, intronizatur et hic celestis miles et amicus Dei Livinus, associatus eis in suo celebri loco, de quo collegio illuminata stabilitur [a] Gandensium concio et perpetuali gaudet aucta [b] patrocinio. Facta est hec translatio Heinrico Romanorum imperatore, Roberto Francorum rege, Balduino marchyone, Eremboldo Gandensium abbate, millesimo septimo anno incarnationis dominice, cuius regnum et [c] potestas et imperium nullo clauditur fine.

5. Abbas siquidem Ereboldus, bone memorie dignus, finiens hanc vitam, migravit a corpore, recipiens, ut credimus, a Domino gloriam felicioris vite, anno ordinationis sue vigesimo [2], post adventum
1017. sancti Livini in [d] Gandavo undecimo et post susceptionem sancti Macharii sexto [3], anno scilicet Domini millesimo septimo [e] decimo. Domini igitur gratia per sanctorum merita et patrocinia in Gandavo collectorum succedentibus prosperis, superstites eius neglexerunt sacramentum supradicte sponsionis, quam celebrare voverunt annuatim ad honorem sancti Livini martyris. Et quia melius erat eis non vovere quam votum non reddere, cuncti promissores multiplici plectuntur percussione et puniuntur sententia singularis penitencie. Alius enim capitis sui dolore, alius oculorum cecitate, alius interna viscerum contritione, alius membrorum debilitate, alius longa sui lectuli [f] detentione detinebatur usque ad terminum vite. Taliter ergo hi omnes exterminati sunt, et in locum eorum alii succedentes similiter neglexerunt. Multorum
1039. igitur decursis annorum circulis [g], surrexit in eodem Gandensi cenobio abbas Folpertus [h], memorie laudabilis, anno videlicet millesimo trigesimo nono dominice incarnationis. Hic etenim et reliqui fratres plurimum letabantur de corporali presentia sancti Livini et multum delectabantur in gloriosis miraculorum insignibus et [b] de loco eius sepulchri [i], sed expertis antecessorum percussionibus, videbantur nimium [k] contristari. Verum super hec utentes consilio salutari, decreverunt efficere votum quod sanxerunt [l] patres sui [b], ne et ipsi punirentur quemadmodum et illi. Exinde ergo omni anno reportatur sanctus Livinus cum magna reverentia clericorum et devotione populorum [m] ad memoriam eius sepulchri [4], ubi plurima prestantur fidelibus beneficia ad laudem et gloriam nominis Domini, qui vivit et regnat in seculum seculi. Amen.

a) *post haec vox erasa c.* b) *deest c.* c) *deest Mab.* d) in G. *des. edd.* e) d. s. *edd.* f) lectui *c.*; l. s. *edd.* g) curriculis *edd.* h) Fulbertus *edd.* i) sepulchi *c.* k) in unum *c.* l) sangxerunt *c.* m) laicorum *edd*

IV. EX VITIS S. MACHARII.

Anno 1011. *ad S. Bavonem peregrinus quidam cum tribus sociis venit, qui se archiepiscopum Antiochiae Armeniae nomine Macharium fuisse dicebat. Qui post aliquot menses a.* 1012. *defunctus, a monachis Bavonianis sanctus habebatur. Ideoque a.* 1014, *haud dubie iussu Ereboldi abbatis, monachus quidam S. Bavonis brevem libellum de vita eius et miraculis in hoc monasterio post obitum eius factis composuit, idem haud dubie qui libellum de elevatione s. Bavonis a.* 1010. *facta conscripsit* [5]. *De vita quidem nihil compertum habuit, retulit igitur sola quae apud S. Bavonem gesta sunt. Excerpta nostra damus ex codice supra memorato* [6] *Gandavensi nr.* 150, *in monasterio S. Bavonis splendidissime scripto, f.* 176—184′, *saec. XI. Ex quo codice G. Henschen, Acta SS. Apr. I, p.* 875—877, *integram Vitam edidit* [7].

Anno 1067. *ossibus s. Macharii sollemniter elevatis, iussu Sigeri abbatis S. Bavonis vel eodem anno vel paulo postea* [8] *ignotus monachus eiusdem abbatiae multo ampliorem librum de vita huius sancti composuit, priore libello, quod vix monendum, usus. Qui multa de parentibus cognatoque eius altero Machario*

1) Scil. Livini et Brictii infantis, quem Gandavenses a Livino baptizatum dicebant; Vita Livini c. 32, Mabillon, Acta II, p. 461. 2) Sedit nempe a. 998—1017. secundum Ann. Gand., SS. II, p. 188 sq. 3) S. Macharius venit ad S. Bavonem a. 1011; Ann. Gand. l. l. p. 189; Vita Macharii c. 1, infra p. 615. 4) Cf. Mirac. S. Bavonis, supra p. 598. 5) Supra p. 597. Ad hanc primis verbis provocat, et idem libellus in codice praecedit, tribus tantum foliis miraculis addendis vacuis relictis. Utrumque libellum ab eodem conscriptum esse, iam statuit Henschen, Acta SS. Apr. I, p. 874. 6) P. 590. 600. 7) Fragmentum repetivit ex eodem Van Lokeren, 'Hist. de l'abbaye de St. Bavon' p. 195. 8) Certe ante a. 1073, quo Sigerus abbatiam abdicavit.

archiepiscopo Antiocheno, eius praedecessore, de archiepiscopatus regimine, de virtutibus et itineribus sancti viri, de quibus prioris Vitae auctor aequalis se nihil certi compertum habuisse sincere professus est, retulit. Haec omnia verbosissime enarrata, dictis aliorum auctorum, ut Ruotgeri Coloniensis[1]*, et syllabis in fine orationis particularum consonis exornata, non tam fabulosa, quam mendaciter efficta iudicare non dubito*[2]*. Unde enim auctori plus quinquaginta annis post priorem Vitam scribenti haec scientia de peregrino, quem ipse cum Lamberto castellano per interpretem collocutum esse — sed et hoc vix vere — contendit? Quare ex his capitibus, quae hoc loco ederentur, paucissima, et haec praesertim de itinere per Hannoniam et Flandriam facto, digna duximus. At de elevatione a.* 1067, *cui nobilissimi interfuere viri, quam et ipse praesens vidit, auctor multa lepide et iucunde satis narravit. Quae non integra quidem, sed pleniora exhibere placuit. Quem librum ex codicibus Thosano, Abdinghofensi, Bodecensi edidit G. Henschen, Acta SS. Apr. I, p.* 877—892. *Excerpta nostra cum codice* *B r u g e n s i nr.* 404, *mbr., saec. XIII, olim abbatiae Dunensis, f.* 124'—134'[3], *contulit V. Cl. E. Gailliard. Iam antea hanc Vitam Surius, Hist. SS. prob.* (10. *Apr.) ed.* 1. *II, p.* 612 *sqq. sine prologo, mutato nonnusquam stilo et multis ad compendium contractis, ediderat. Exscripserunt eam Iohannes de Thilrode c.* 15, *SS. XXV, p.* 572[4], *et Annalista S. Bavonis, SS. II, p.* 189. *O. H.-E.*

EX VITA S. MACHARII PRIORE.

1. Quo[a] sacra sancti Bavonis detecta sunt membra ac ordine supra memorato reposta[5], adiit hoc f. 176. 1010. Gandense coenobium quidam magnae gravitatis vir cum coeuntibus sibi aliis tribus, qui se quidem Macharium nomine, Antiochiae[6] vero archyepiscopum fatebatur. Quae urbs Armeniae flos est, nobilitate, diviciis, rerum gestarum gloria longe ceteris praestans, morum probitate, bello et pace memoranda, eiusque opera magnifica, utpote nos accepimus, obumbrantia omnem illustrationem praeclarae gloriae. Haec talem hunc virum incogniti moris peregrinaeque institutionis et ad hoc tempus nulli umquam visum nobis transmisit. Cuius quidem peregrinationis seriem explicare non est facile memoratu, quoniam fama incertae opinionis *prestantior est veritas. Qui benigne satisque hospitaliter susceptus, ob devotionem sanctae *f. 176'. conversationis fraternae societati est admissus. Cuius benedictionibus et nos et circumcirca degentes per dies iocundati, gaudio gratulabamur non modico. Quem etiam penes nos aevo intermino possidere praeoptantes, diatim persuadebamus; sed quoniam id animo non sedit, immo magis patriam revisere libuit, cum maximo moerore permissus est abire. Tunc socia fides certos sodalium ambiguosque secrevit vultus, siquidem a suis relinquitur, uno tantum comite contentus. Cumque portus commigrasset viciniae, pedum inflatione corripitur ac lectulo detinetur. Et cum per dies aliquot languor ingravesceret, de vita despe- 1011. ratur. Ad monasterium itur, ut reveheretur[7]. Itur, ac revehitur penesque nos aliquamdiu iacuit exanimi similior. . . . . . . Sicque nobiscum per spacia quinque mensium commoratus, patriam iterato deliberavit f. 177'. adire. Verum ammirabili ac nostra aetate inaudita diffinitione eum sibi Christus asscivit. In sacro- 1012 sancto parasceuen[8], audita eius discessione, utriusque sexus totius provintiae concurrerunt innumerabiles, Apr. 10. utpote dominicae resurrectionis die missas celebraturus ac cunctos benedicturus omniumque libitu *dis- *f. 178. cessurus. Sed quoniam eo anno pestilentiae immanitas quam plures, immo innumerabiles in Gandensi pago ammirabili plurimisque annorum curriculis ante inaudita vel visa invaserat subitatione, simul huius

a) anno *supplendum videtur.*

1) Ex cuius Vita Brunonis permulta de Brunone dicta exscripsit et in laudes Macharii fallaciter vertit. Editionis Bollandianae § 5. 8. 9. maximam partem ex Ruotgeri cap. 4. 5. 8. 11. 12. 14. 30. furatus est. 2) Vide quae uberius de hoc libro exposui 'Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' (Hannover 1886) p. 642 sqq. 3) Secundum morem saec. XI. *ae* pro *e* in codice ubique scripto restitui. Numeros paragraphorum editionis Bollandianae in margine adscripsi. 4) Hanc, non priorem Vitam, ut ibidem n. 1. dictum est, exscripsit Iohannes. 5) Quod a. 1010. factum est (supra p. 597). 6) Quam urbem huius nominis denotaverit, nihil refert, cum minime constet peregrinum illum vere archiepiscopum Antiochenum fuisse. Auctorem hunc, ut Vitae posterioris scriptorem, de Antiochia Syriae celeberrima cogitasse, quam tantis laudibus efferat, probabilius est, quam, quod Henschen voluit, de Antiochia Pisidiae. Nescio, num peregrinus forte Antiochiam Commagenes ad Pyramum fluvium indicare voluerit. 7) Macharius a. 1011. ad S. Bavonem rediisse videtur, qui quinque mensibus ibi moratus, a. 1012, Apr. 10. defunctus sit, ut infra narratur; cf. Ann. Gand., SS. II, p. 189. 8) Ita insolito more non diem Veneris (feriam 6), sed diem coenae Domini (feriam 5) auctor dicit; v. infra c. 13.

1012. beatificanda attigit membra. Qui ea tactus gravedine, signis ac nutibus quibusque valebat, acsi praesagiret, intimare curavit eloquiis sé quidem ipsa finiendum molestia, plagamque imminentem post haec cessandam; quod postea rei probavit eventus. Accersitoque patre monasterii, venerabili videlicet Erembaldo, simulque cunctis fratribus, comam capitis barbamque sibi tondi[a] omnimodis exorat, partemque barbae matri in exteris regionibus relictae sollicite rogavit mitti ad aeternum pignoris monimentum, ne *f. 178'. suspensam *utpote pro filio varia ipsius adventus eam cruciaret cogitatio, sciretque, quibus regionibus quove loci eius sacra teneretur requies. His rite exactis, comitantibus nobis, criptam, scilicet oratorium sanctae Mariae, ingreditur baculoque suae sepulturae monstravit locum, ibique se terris commendari iussit. f. 179. Moxque eadem nocte nimia praeventus corporis molestia, defungitur vita. . . . . . . Allatus ergo in cripta sanctae Mariae, ac in loco a se praeelecto tumulatur honorifice, ac oblationibus fidelium utpote vivus sic veneratur defunctus.

2.[b] Anno autem dominicae incarnationis millesimo duodecimo, indictione decima, concurrentibus Apr. 10. *f. 179'. duobus, quarta Idus Aprilis, obiit hic sanctus, cui *mors via ad patriam, ac praesentis vitae exitus sequentis ac numquam terminandae factus est introitus. Verum cuius meriti apud Deum fuerit, attestantur eius insignia.

3. Mulier quaedam Frethegard nomine de villa Munta[1], menbrorum officiis destituta. . . . . . .

4. Alia mulier de portu Gandensi contracta manu. . . . . . .

f. 180. 5. Ex ginentio[2] comitis Heinrici[3], de portu scilicet Einhamma[4], erat puella nomine Oda caeca Oct. 1. per annorum tempora. Et quoniam sollempnitas sancti Bavonis in proximo erat ventura, ex omni gente convolantibus turbis, optato advenit, ac mater cum filia spe recuperandae salutis accurrit. Cumque missarum sollemnia celebrarentur, dominus noster Baldwinus marchysus[5] criptam ingreditur, ad sepulchrum huius sancti consuete oraturus. Cumque pronus incumberet, et haec, de qua loquimur, puella pone sepulchrum iaceret, uno momento contigit et principem ipsum caput ab oratione levare et illam visum recipere. Qui Deum sanctum suum mirificantem magnifice conlaudans, fratribus ipse intimare curavit. *f. 180'. Quale gaudium qualisve laetitia *fuerit omni clero cum eodem principe Christo laudes acclamante, in se quisque perpendat. Qui etiam devota mente eidem sancto candelabra mirificae magnitudinis optulit. Sic ergo hoc signum contigit sciri ab eo, cuius utique verbis cuiusque conscientiae virtutis maiorem adhibuimus fidem, quam si quae dicimus ipsi vidissemus.

6. Matrona perliberalis, immo fama virtutum percelebris, de ipso portu Gandensi nomine Wihted nevum habuit in oculo. . . . . . .

f. 181. 7. Ostburg[6] est civitas in litore oceani sita. Inde homo adducitur nomine Mannio mirabili calamitate percussus. . . . . . .

f. 181'. 8. Apud Maritimos quidam amplae personae extitit Gundwacar nomine. Cuius in septis spes multa peculi exuberabat. Verum pestilens lues spem et gregem simul invasit. . . . . . .

1013. Oct. 1. 9. Celebritas sancti Bavonis quot annis festiva occurrit, ab incolis institorum cuiusvis nationum ceterisque id[c] quaquaversum gentibus evehuntur mercimonia. Othelardus quidam de portu Tornacensi navem lanis honustam advexit. Hic falsis criminationibus agitatus, in actum publicae administrationis *f. 182. pro tuendo iure producitur. Forenses *querimoniae efficiuntur, quae sepe nequissimis contingunt magistratibus, qui non fugare quidem, sed inlustrare potius nequitiam solent. Ergo prefectoria censura ire in carcerem conpellitur. Brachiis retortis, ferro et catenis cingitur, pedibus nervo constrictis. . . . . . .

f. 184. 13. Bonorum actuum semper decet versari ammiratione et his adprime, quos[d] incrementa fidei adsequuntur.

1014. Anno praesenti, qui est dominicae incarnationis millesimus quartus decimus, hoc Gandense coenobium, quo maxime ac solitarie Flandria pollet, ab insula Walachra adiit quidam curvus nomine Rocel-Apr. 19. Apr. 22. linus; et quoniam feria secunda dierum palmarum erat, usque sacrosanctum parasceuen, feriae quintae[7] diem, scilicet obitus huius sancti, sic perstitit incurvatus. . . . . . .

a) *sic c. pro* tonderi. b) *numerus hic deest c.* c) *ita c.;* id *om. ed.* d) quas *c.*

EX VITA S. MACHARII ALTERA.

INCIPIT PROLOGUS SUPER VITAM SANCTI MACHARII ARCHIPRESULIS.

(3) . . . . . . Ossa itaque martyrum, menbra confessorum, pudicitia virginum pennae sunt aquilarum, quas cantus invitat angelorum volatusque euangelistarum, unde fiat laetitia credentium et reditus ad Iherusalem supernorum. Qua invitatione plurimis volantibus de nido ad nidum, spontaneam scilicet expetentibus peregrinationem, qua regredi possent ad patriam caelorum usque ad ultimam mundi aetatem, ex menbris Christi ubique terrarum preclare floruit religio ecclesiarum, floruit Europa et latitudo Affricae, floruit Asya et nobilitas Syriae, quae misit nobis habendum iuvenem quendam nomine Macharium, primae indolis, florem totius Armeniae; qui, calcatis secularibus pompis, maluit Deum sequi passibus mentis et corporis quam commissum sibi retinere presulatum Anthiochiae. Cuius vitam scribendo aggredi, etsi dehor-

1) Munte prope Scheldewindeke (arr. Gand). 2) i. e. gynaeceo. 3) I. Lovaniensis? Sed filius Godefridi Eihamensis comitis Hannoniensis, qui in Sigeb. Auct. Affl. a. 1005, SS. VI, p. 399, Hezcelo, alibi Herimannus dicitur, tunc castrum Eihamense possidebat. 4) Eenaeme (arr. Audenarde). 5) IV. Barbatus comes Flandriae. 6) Oostburg (prov. Zeeland). 7) V. supra p. 615, n. 7.

tatur imperitia,plurimum tamen hortatur domini abbatis Sigeri[1], quae[a] impossibilia redigit ad possibilitatem, caritatis virtus imperiosa; cui quicquam negare[b] honestum nephas est et inhonestas plurima. In ecclesiasticis siquidem rebus nequaquam gallinatio pede usus, quia instanter satagit reddere ecclesiae fructus, 'Euge beatum' in fine est a Domino auditurus et cum beato Machario, annuente[c] Deo, partem suam positurus, cuius secundum rei veritatem omnimodis expetit enucleari vitam et actus. Absit ergo, absit error falsitatis, ubi cum fiducia caritatis fructus presumitur pietatis, et merces expectatur veritatis.

INCIPIT VITA SANCTI MACHARII ANTIOCHIAE, METROPOLIS SIRIAE, ARCHIEPISCOPI.

1. Gemma regalis, Armeniae decus, quam non artifex manus, sed in suo locavit diademate omnium (4) artifex Deus, gloria parentum, sed longa spes amicorum, gloriosus puer Macharius superbi lineam sanguinis duxit ex provinciae primoribus. Atavorum eius atavi ab[d] hominum usque memoria omnes nobilissimi, nullus in eorum stirpe ignotus, nullus degener est facile repertus[2]. . . . . . .

2. Generosissimi genitores eius Michael et Maria, quos etsi parentum nobilis commendabat prosapia, non minus generi eorum paulo post respondit preclaris moribus nati gloria. Natus est autem ea (5) tempestate, qua senior Macharius magnae[e] sanctitatis archipresul in infulis agebat Anthyochyae, stabilis columpna regni et firmamentum totius ecclesiae. Quae civitas Syrorum constituta metropolis, ceteris prestans urbibus gloria insignium suorum et prestantia antiquae nobilitatis, plurimum etiam capiebat augmentum ex auctoritate tanti pontificis. Erat enim inter primos primus, inter religiosos religiosus, inter nobiles nobilis, utpote prefati Macharii consanguineus. . . . . . .

9.[f] Ubi Iherosolimam petit.

. . . Cumque sibi nichil superesset preter dignitatem sedis Anthiochiae, etiam curam eius commen- (12) davit cuidam Eleutherio venerabilis memoriae, retenta sibi tantummodo episcopali benedictione; sicque omnibus terrenis exoneratus et inter ceteros pauperes et ipse pauper Christi effectus, egreditur fines suae cognationis, ut ingrediatur terram repromissionis. . . . . . .

18. Ubi Coloniae hospitio suscipitur, et hospes ab aurigine curatur.

Ipse cum suis commilitonibus, preeunte Dei gratia, ingreditur civitatem Maguntiam, indeque egres- (29) sus, post aliquot dies sanctorum cultura nobilem pervenit Coloniam. Ubi benigne a quodam tirone inductus hospitio, maximae venerationis et caritatis excipitur obsequio. . . . . . .

19. Ubi incendium extinxit.

Circuibat loca meritis insignita sanctorum et ubique preclara relinquens vestigia meritorum, Magli- (30) nam[3] devenit post aliquas deambulationes terrarum. . . . Exceptus siquidem affectiva veneratione fidelium, iuxta beati[g] Rumoldi martyris ecclesiam commodum suscepit cum suis hospitium et benevolum obsequium. . . . . . . Qualiter peregrinatus sit[h] apud Melbodium[4], non est pretereundum silentio.

20. Ubi servus nequam sanguinem effudit et lepram incurrit.

Cenobium est et in eo[i] conventus puellaris, ubi etiam corpore humata requiescit sancta virgo (31) Aldegundis. . . . . . .

21. Ubi Cameraco ab ecclesia secluditur, et iacenti pre foribus ianua reseratur.

Beatus autem archypresul, utpote vir tantae dignitatis sepius corde et ore ruminandus, nequaquam (32) adhuc desistens a peregrinationis suae laboribus, hinc recedens, Cameracensium urbem pervenit, ubi etiam paucis diebus commoratus, quis, qualis vel quantus esset, divinitus intonuit. . . . . . . Sed talibus non apponens animum, inde discessit, quem Tornacus peregrinantem hospitio suscepit.

22. Ubi seditionem sedavit et pacem composuit.

Civitas est habundans opibus, plena civibus, referta venalibus, populus quoque in ea levis[k] et tumul- (33) tuosus, et ideo nonnunquam perturbatur seditiosis motibus. Deduxit huc eum non[l] casus, sed Deus et dominus universorum; ubi[m] etiam magnifice eum honoravit per insigne miraculum. Paci quippe hominum inimicante diaboli invidia, seditio inter cives die quadam exoritur periculosa, et quia civilis, ideo gravissima. Volant verba, cives concurrunt ad arma, ferientibus nichil interest nisi tela conserta. Intonat saevis plangoribus bellum, mulieribus pro maritis lugentibus, imbrem parturiens lacrimarum; stant vibratis dextris cognatae acies, licentiam scelerum flagitantes. O quam execrabilis pugna, ubi sine hostibus geruntur bella! O certamen, quo nichil insolentius, ubi victoriam nullus sequitur triumphus! Armantur cives in civibus, parentes in parentibus; et si perveniret ad effectum concurrentium affectus, unus esset luctus et victis et victoribus. Plangit natura et pietas, quia ferro dividitur karitas. Crescit in sceleribus rabies, et unde[l] infirmari solent, invalescunt[n] cladibus vires. Imminet exilium[o] civitati, quia nec pietati parcitur nec[p] pudori. Saevit in cognatis ferrum, et non habet crudelitas modum. Aderat eo die Tornaco[q] princeps patriae senior Balduinus, qui et ipse exiliens cum armatis militibus, monet suos celeriter procedere ad pugnam, non ut pugnent, sed ut placent tanti furoris insaniam. Sed in vanum cessit eius

a) qui *ed.* b) h. n. *ed.* c) innuente *ed.* d) *post corr.* ac, *ut videtur, c.* e) magna *c.* f) *numeri capitum des. c.* g) eccl. b. R. m. *ed.* h) *deest c.* i) ea *ed.* k) lenis *c.* l) *deest ed.* m) ibi *ed.* n) invalescentes *ed.* o) excitium *c.* p) ne *c.* q) Tornaci *ed.*

1) S. Bavonis a. 1066—1073. 2) Haec *Atavorum — repertus* ex Ruotgeri Vita Brunonis c. 2. excripta sunt. 3) Mecheln (Malines). 4) Maubeuge in Hannonia.

labor expensus, quia non aliter valet refrenare conceptos civium motus, quam si vellet vento turbante (34) compescere oceani fluctus. Verum ecce post tam funesta[a] pugnae naufragia mirifica subsequitur supernae pacis clementia. Erumpens siquidem et beatus hospes Macharius cum suis militibus videlicet et armis, orationibus, crucicula et sodalibus peregrinis, properansque festinanter usque ad locum certaminis, inter acies et tela constitit signifer pacis. . . . . . . Ita precibus iusti caelitus annuente principali clementia, omnis civitas, tanto tumultu sine sanguine sopito, in confecta pace est exhilarata.

23. Ubi Gandavum pervenit.

(35) . . . . . . Tandem divinae aspirationis aura perflatus, in portum stationemque tutissima[b], preeunte 1010. Dei gratia, est deductus; sicque post aliquot dies Gandavum ingreditur laetabundus. Cenobium sancti Petri quod Blandinium dicitur primum visitare curavit[1], sed visitantis virtus illic ignota fuit, quia lucerna lucens sub modio latuit. O caeca, o misera hominis conditio, ubi tamen nulla erroris est intentio!

24. Ubi apud Sanctum Bavonem hospitatur.

Pertransit ad portum, pervenit ad sancti Petri, quod sanctus confessor Bavo meritis illustrabat, cenobium; ubi quia tempus miserendi advenerat, evidens probat experimentum. O felix portus, felix civitas et populus! felices, quibus, licet ignorarent, tanta a Domino concessa est salus, super quos etiam radiavit tam preclarum sydus! Dies iocunda et memorabilis, dies digna numquam carere memoria iocunditatis!

(36) Agebat in sceptris[c] Francorum rex Robertus, in marchia Flandriae comes Balduinus, in cenobio sancti Petri apud Sanctum Bavonem videbatur agere vices Christi abbas Eremboldus. A quo et fratribus (38) cenobii satis benigne[d] susceptus hospitio. . . . . . . Invitabatur plerumque a divitibus et plerisque aegrotis, apud quos confecto negotio invitationis, sine mora recurrebat ad cenobium susceptae mansionis. Revocabat enim eum expertae caritatis affectus, qua sibi eum unice devinxerant cenobii fratres necnon illustris pater Eremboldus. A quibus frequenter interpellatus, ut secum remaneret perpetuo, nequaquam animo induci potuit, id ipsum disponente Dei iudicio, quatinus luce clarius palam[e] fieret, quia non eum fortuna[f] (39) illuc deduxerit, sed superna dispensatio. Petentibus itaque omnimodis contradixit et surdus auditor effectus, repatriare attentius constituit. Ea vero ceteris sodalibus minime sedit intentio, et ideo, ne aliqua inter eos oriretur contentio, cum maxima pietate tantae societatis facta est disgregatio. Ipse, patris monasterii et fratrum accepta licentia super reditu eius dolentium, uno tantum comite contentus, transmigravit 1011. viciniae portum, statimque iter eius prepeditur inflatione pedum. Infirmatur, lecto detinetur, in tantum ut etiam de vita desperaretur. Pervenit res ad audientiam Blandiniensium, qui sero[g] penitentia ducti, quod primo minime suscepissent talem virum, quatinus, si nollet spontaneus, vel invitus sibi reduceretur, conveniunt precibus Lambertum ea tempestate castellanum[2]. Quibus pariter euntibus visitare infirmum pro temporis qualitate et ratione, ex monasterio Sancti Bavonis conveniunt et priores sui hospites, nichil mutati ex pristina intentione. Quibus utrinque circumsedentibus, utrosque intuetur pietatis respectu exul ille beatus. Et requisitus, si vellet, immo etiam per interpretem ab ipso castellano exoratus, quatinus rediret ad Blandiniensium cenobium, dulciter oculos reducens ad suos non iam hospites, sed fratres, insinuat se referri ad sui Bavonis hospitium. Quibus auditis, castellanus nullam vim audens inferre Dei viro, discessit suis frustratus conatibus. Nec [mora[h]] mittitur ad monasterium — quis enim amens post tergum tantum relinqueret thesaurum? — mandatur referri ad hospitium. Itur, et cum quanto fratrum nuper merore digrediebatur, cum tanta eorum exultatione revocatur. . . . . . .

26. De pestilentia.

(42) 1012. Letifera denique lues ea tempestate crudeliter saeviebat; inevitabili ruebat morbo catervatim Gandensis pagi permixta multitudo, adeo ut pene totius provinciae videretur fieri misera desolatio. Vesicis siquidem subito excrescentibus in palatis hominum, nisi continuo inferretur, quo noxius humor efflueret, medicinale ferrum, nullus evadebat mortis periculum[3]. Inaudita erat rabies inmanissimae pestis, insueta perturbatio humanae sortis, inconsulta subitatio multifluae mortis. Vincebat superstites frequentia morientium, vixque eos tumulare sufficiebat trepidus labor viventium, sine aliqua videlicet dilatione eadem in semet ipsis sperantium. Misera eorum conditio, quos modo incolumes et sanos subito rapiebat tantae pestis devoratio. Excluditur ab eis preter Dei solius omne refugium, tandemque in extremis pendentibus commune initur consilium, quia omnibus commune erat et periculum. Placet eis ad sibi expertam Dei misericordiam confugere, suffragia sanctorum in Gandensi portu quiescentium misericorditer[i] expetere tantosque patronos ad gratiam Dei repropitiandam in huiusmodi anxietatibus assuetissimos in locum unum cf. Ion. 3, 7. conferre. Placet eis triduanum generaliter inire ieiunium, hominibus et pecudibus communem[k] luctum facere, sicque antiquam Niniven in miserum Gandavum renovare. . . . .

27. Qualiter divinitus declaratur in caelis, dum corpus sancti Macharii levatur a terris[l].

(57) Cum ergo preclaris[m] miraculorum insignibus ille beati Macharii clareret sepulchralis locus, et merita

a) funestae *ed.* b) tutissimam *ed.* c) septris *c.* d) cum *add. c.* e) *deest ed.* f) illic fort. deduxerat *ed.* g) sera *ed.* h) *deest c. et ed.* i) fideliter *ed.* k) eundem *ed.* l) Lectio prima *add. c.* m) preclarus *ed.*

1) Nihil de hac re in priore Vita legitur. Cf. de hoc loco Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 527. 2) Cf. supra p. 597, n. 5. 3) Multo uberius quam prioris Vitae auctor et sane ex vera traditione de hac peste refert. Cf. Mirac. S. Trudonis I, 16, infra p. 824.

sanctitatis eius longe lateque miris[a], quia divinis, diversarum florerent curationum operibus, corda et ora populorum totius viciniae preoccupabat religiosa intentio et ex intentione piissima imprecatio, quatinus sibi a Deo quandoque permitteretur videri eius sacri corporis celeberrima elevatio. Et quia vox populi cf. Es. 66, 6. vox Dei, cum ea intentione maxime affectarentur abbas et monachi, id Deo disponente, quando placitum fuit sibi, tandem quandoque non sunt a desiderio suo fraudati. Omnipotens enim iustae petitionis semper amator et, licet cum aliqua dilatione, piissimus exauditor post aliquot mutationes rerum et successiones temporum desiderium tantae dignitatis, quando et quomodo voluit, feliciter perduxit ad effectum. Eremboldus siquidem memorabilis pater postquam divina vocatione humanis est exemptus miseriis, a quo 1017. scilicet ille beatus exul susceptus, apud eundem aliquamdiu paterna karitate functus, sicque defunctus, heredium successionis et discessionis ordine[b] suo et tempore post se tribus[1] in eodem cenobio reliquerat abbatibus, antequam instaret illud sacrae elevationis tam diu a multis suspiratum tempus. Maius quoque templum, quod olim in honore sancti Petri apostolorum principis a sancto Amando episcopo fuerat dedicatum[2], antiquitatis exigente ruina, deiectum et a fundamentis meliorando principalibus aedificiis decenter restructum, suae consecrationis et dedicationis expectabat tempus et diem optatissimum.

Dum ergo supplendis talibus negotiis inimica dilatione aliquamdiu fluctuaret ille venerabilis locus, (59) tandem divina ordinatione et fratrum seu maiorum electione ordinatur in eodem cenobio abbas Sigerus, 1066. vir quidem prudentia et ingenii experientia non minimum approbatus, licet in eodem negotio, utpote eiusdem loci preposito[c], tempore antecessorum suorum plurimum laboranti non ad votum pervenerit[d] rei effectus. Quia enim omnia tempus habent, eius ordinationem haec omnia expectabant, ut ad effica- cf. Eccle. 3,1. ciam pervenirent, quemadmodum nulli regum usque ad Salomonem datum est, ut domum Dei aedificaret. Qui ubi multorum et maxime curialium favore subnixus senioris sui comitis Balduini animum sibi conciliavit[e], ad principalis ecclesiae dedicationem et sancti corporis elevationem aspiravit. Nec destitit ab (60) incepto, quousque, conquisitis sumptibus et xeniis, apparatu necessario, Balduinum Noviomensem episco- 1067. pum, quia diocesis eius erat, monitoriis et Letbertum[f] Cameracensem episcopum precatoriis litteris ad explendum invitat negotium die constituto[g]. Abbates nichilominus et aliquos invitat clericos ipsius marchiae, quatinus cum reliquiis sanctorum elevationi sacri corporis interessent et dedicationi senioris ecclesiae, ne scilicet deesset veneratio et decentia, quam decebat tantae sanctitati interesse[3]. Aderat etiam cum optimatibus comes Balduinus[4]; sub quo pueritiae exercens annos, affuit clarae indolis rex Francorum Philippus, Adela quoque uxor comitis et filius eius Hainoensium comes aequivocus patris Balduinus[5]. Populi vero ex diversis provinciis tanta confluxit multitudo, quantam in unum conglobatam vix aliquis unquam [adhuc[h]] vidit aut nemo. Instabat quippe optatissimus dies ab omnibus viciniae populis tot annorum curriculis desiderio suspiratus, dies, inquam, quantum illius amici Dei exilium valeret apud Deum, mira novitate experturus.

Sed non defuit adhuc, etiam inter tot prudentes, inimica temptatio, dum instinctu quorundam (61) sinistra intentione deceptorum iam instantem, iam communis laetitiae gaudia preferentem subvertere nititur sancti corporis elevationem nondum bene sopita aemulatio[6]. Inter principes enim et presules pessimae suggestionis quaedam irrepsit controversia, quibusdam dicentibus non esse sanctum corpus a terra levandum, nisi prius lapis tumulo superpositus approbaret sepulti meritum in aere suspensus sustentatione divina — utique, ut eis videbatur, non absque labore Dei vel oneris iniuria. O consilium sine sale! Quid maius erat: Dominum servo prestare caecos, surdos vel claudos et diversis debilitatibus deiectos relevare, an unum lapidem omnipotentia sua a terris paululum sublevare? Quaeritur certe nodus in scirpo[7]! Plana est sententia, si non quicquam sinistri molitur in iudicio; quemadmodum statim patuit in eodem fidelium conventiculo. Alii denique execrantes, quibus inerat sanius consilium, iniuriosum esse dicebant vel ipsa cogitatione in iis aliquo modo Deum temptari et amici eius preiudicari meritum; indicio sanctitatis sufficere tot virtutes et signa curationum, scabella scilicet, baculos et cetera miseriae spolia, quae pendebant circa eius sepulcrum. Et quia rem totam divina tractabat dispositio, (62) volentibus et nolentibus una eademque subito sedit sententiae approbatio, quatinus sine mora fieret sancti corporis elevatio[8]. Quod dum populus ab ecclesia seclusus crebrescente fama persensisset, tanta irruit Maii 9. multitudo, ut eos amplissimus circa templum ambitus nisi cum angustia continere nequaquam potuisset, tanta tumultuantium incursio cum impetu erga fores ecclesiae, ut fortitudo vectium vix eos retinere valeret. Sed fortiter deintus obseratis foribus[i], cum letaniis et debita veneratione effoditur et super pretiosum pallium menbratim exponitur tantae pretiositatis thesaurus. . . . . . .

Sed tum talia coram paucis gloriose geruntur in terris, Deus[i] rex angelorum coram omni seclusa (63) multitudine exulis sui meritum gloriosius[k] ostendere dignatur in caelis[l], ad reprobandam scilicet infidelitatem cuiusque dubietatis. Duo siquidem circulati orbes subito apparuerunt in aere similes coronarum,

a) mirisque *c.* b) suo ord. *ed.* c) propos. *ed.* d) pervenire *c.* e) consiliavit *c.* f) Lietb. *ed.* g) die constituta i. n. *ed.* h) *deest c.* i) *deest ed.* k) gloriosus *c.* l) celum *c.*

1) Immo quatuor, Othelboldo, Lidwino, Rumoldo, Folperto. Sed auctor fortasse Rumoldum post breve spatium regiminis depositum consulto non in serie abbatum numeravit. 2) Sed a. 945. circ. reaedificatum; cf. Mirac. S. Bavonis I, 7, supra p. 593. 3) Ad a. 1067. in Ann. Bland., SS. V, p. 26, et Ann. S. Bavonis, SS. II, p. 189, elevatio s. Macharii et dedicatio ecclesiae notatae sunt; itemque apud Iohannem de Thilrode c. 11, SS. XXV, p. 569. 4) V. Insulanus, qui iam eodem anno die Sept. 1. obiit. 5) Hasnoniensis, VI. comes Flandriae a. 1067—1070. 6) Fratrum Blandiniensium videlicet. 7) Est dictio Terentii, Andr. V, 4, 39. 8) Die 7. Id. Maias elevationem factam esse tradunt Ann. S. Bavonis l. l.

1067. quarum maior una cum populo totum ambiebat atrium, minor vero solius templi, in quo sanctum corpus levabatur, perlustrabat ambitum; in cuius medio signum sanctae crucis coruscabat aureo fulgore perspicuum. Quibus visis, immensus populi clamor ad caelum tollitur cum lacrimarum effusione; pectora feriuntur, ab hiis qui deforis erant interius conclusis mirabile signum inclamatur. Quorum unus cum paucis egrediens, Godescalcus videlicet prepositus Nivigellensis[1], nusquam procul dubio obliviscens ethimologiam sui preclari nominis[2], postquam aliquamdiu suspirando suspexit tantae novitatis signum, regressus cum lacrimis, regem et comitem, comitissam quoque et ceteros eduxit ad videndum. Ubi diutius intenti, nec oculis satiati nova ammiratione, tandem regrediuntur ea quae coeperant devotius perficere. Imponitur scrinio corpus, tanta claritate divinitus glorificatum, nec iam humano, sed divino indicio acclamatur, inter cetera sanctorum corpora collocandum. Sicque totius ecclesiae reseratis foribus, ut episcopus Noviomensis ymnum imposuit: *Te Deum laudamus*, non absque periculo vitae quorundam irruit omnis populus, et elevato scrinio, ceteris interponendum effertur sanctum corpus. Quod quanta difficultate et laboris sudore sit perlatum[a], nulli, ut credo, certius est expertum quam hiis quibus ingruentia populorum pene oppressis contigit efferre sacri corporis gestatorium[3]. Facta est autem vox populorum quasi sonitus
cf. Is 17,12. aquarum multarum, fit impulsio et repulsio ad sacri corporis tecam pertingere laborantium sicque Dei
(64) amico munera offerre desiderantium. Sed altaris et feretri custodes, cum impetum et pressuram impingentis[b] populi nequaquam ferre valerent, fortiter clamari[c] fecerunt in populo, ut exeuntes ab[d] ecclesia aforis expectarent; ad locum qui dicitur Mons Sancti Pancratii[4] deferendum esse corpus sanctum, ut ibi liberiorem accessum optinerent. Qua sponsione tandem paulisper disrupti, se ipsos invicem exhortantes et cum maximo tumultu exeuntes, preoccupabant omnes vias et spatium totius atrii; alii vero restabant, alii preibant usque ad Montem Sancti Pancratii. Producitur sanctum corpus in feretro cum grandi monachorum et clericorum diligentia, deducitur non sine populi luctu, permixta laetitia. Et infinita multitudine repletum cum nimio labore pertranseuntes atrium, violenter trahendo potius quam gestando pervenerunt ad predicti montis supercilium. Ubi quam alacris fuerit Deo digna populi devotio, quam mirifica, quam iocunda, non potest prosequi scripto. Et quia tantae numerositatis erat multitudo, ut eos in unum campus quamvis latissimus capere non valeret omnino, omnes quoque nichilominus ad munerandum sanctissimum corpus populari fremitu impingerent, iterum pronuntiando cum clamore propositum est, ut ad montem Sancti[d] Livini[5] pertransirent, cuius amplitudine laxati, liberius accedendo et recedendo minus
(65) laborarent. Sed ubi illuc quovis labore et angustia pervenitur, ita locus et sanctum corpus populi densitate constipatur et opprimitur, ut, nisi ab eis sagaci ingenio abbatis tolleretur, ipsa sanctarum reliquiarum nova conpaginatio et clausura usque ad dissolutionem periclitaretur. Qui ascendens equum cum quibusdam fratribus et viris virtutum, non sine maximo labore etiam militaris manus ab eorum medio[e] violenter direptum, fugitiva festinatione nec ea qua venerant via referri fecit ad monasterium et interim clam et quasi furtim decenter collocari in oratorio sanctae Dei genitricis, quod est infra claustri ambitum. Videres autem populum currentem post eum ab ipsius montis eminentioribus non aliter quam aquam in preceps ruentem ab excelsis montibus; irrecuperabile sibi detrimentum deputat et indignitate[f] seclusum, quisquis eum suis nequivisset honorare muneribus. Sicque decepti pia necessitatis fraude, omnibus sibi fortiter obseratis foribus claustri et ecclesiae, stabant foris, suppliciter extensis manibus in caelum, et obsecrantes, ut admitterentur, pio eiulatu querebantur sibi furto sublatum[g]. Sed cum, impediente periculo pressurae, nequaquam possent assequi voluntatis suae effectum, quidam castigatius se habentes impetraverunt ab abbate et fratribus latentem introitum; per quem introeuntes, tandem licenter
(66) satisfaciebant votis suis post desiderium. Hiis itaque divina pietate peractis, felix illa dies, qua nulla Gandensibus felicior illuxit, sole ruente clauditur; populus lassus et laetus ad sua unusquisque[h] regreditur; vix alimentis paulisper corporibus refocillatis, pia fratrum dulcedo ante peregrinum olim hospitem, sed iam patronum regnantem tota nocte cum fletibus et psalmis et laudibus vigilare delectatur. Sicque
Maii 10. ecclesia primum in honore[i] principis apostolorum et nunc in honore Domini nostri et omnium sanctorum consecrata[6], tanto hospite cum ceteris hospitibus suis loco suo feliciter intronizato, laetatur per eum et in eo, cuius regnum sine fine terminatur. Amen.

a) prolatum *ed.* b) ingentis *ed.* c) clamare *ed.* d) *deest ed.* e) *deest c.* f) indignatur *ed.* g) ablatum *ed.* h) unusquique *ed.* i) honorem *ed.*

1) Nivelles. 2) Quod Dei servum significat. 3) Inter quos ipse auctor fuisse videtur. 4) Cf. supra p. 598, n. 6. 5) Cf. Transl. S. Livini c. 4. 6) Quod die crastino elevationis factum tradunt Ann. S. Bavonis l. l.

MONUMENTA BLANDINIENSIA MINORA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Blandiniensis celeberrimi monasterii prope Gandavum siti monumenta minora compluria sub uno titulo collecta, aeque ac sororis aemulaeque eius abbatiae S. Bavonis libellos minores, exhibentes, quod nos penitus fere codicibus manuscriptis in eis edendis caruerimus[1], *dolemus; debemus vero ea potissimum clarissimis Mabillonio et Vande Putte decano Curtracensi, optime munere suscepto functis, neque omnino nobis subsidia ad emendanda quaedam defuere.*

I. FUNDATIO MONASTERII BLANDINIENSIS.

F. Vande Putte b. m. codicem pretiosissimum Blandiniensem *possidebat, qui manu saec. XI. medii scriptus Annales Blandinienses*[2] *et librum censualem (traditionum) eiusdem abbatiae continet, in quo variis manibus saec. XI—XIII. hi duo libri continuati et duo alii libelli, quos infra damus, adiecti sunt. Libro censuali praemissa est historia fundationis abbatiae, quam inter ceteros huius codicis libellos Vande Putte, Annales abbatiae S. Petri Blandiniensis (Gandavi* 1842*) p.* 65—69, *edidit. Haec codicis pars, quae libri censualis initium cum historia fundationis continet, ex antiquiore codice Blandiniensi saec. X. exarato descripta est, cuius unicum quaternionem idem Vande Putte possidebat continentem historiae fundationis extremam et libri censualis primam partes, indeque haec fragmenta edidit 'Annales de la société d'émulation pour l'histoire et les antiquités de la Flandre occidentale' (I. series) III, p.* 200 *sqq. Ex quo fragmento editionem illius emendavimus.*

Auctor fundationis, idem haud dubie qui primam partem libri censualis scripsit, narrationem usque ad Einhardum celeberrimum abbatem produxit, quando ipse vixerit, non indicavit. Quaedam vero verba huius libelli iam citantur, praemissis verbis: sed in Vita sancti Amandi legimus, *in charta Transmari episcopi Noviomensis paulo post a.* 941. *data*[3], *in qua narratur, quomodo hoc anno monachi in Blandiniensi coenobio restituti sint. Quae carta si genuina esset, historiam fundationis iam ante a.* 941, *tempore quo clerici canonici monasterium incolebant, conscriptam esse, coniici deberet. Sed illam e cancellaria Transmari episcopi datam esse*[4], *nullo modo concedi potest, potius a fratre quodam Blandiniensi,*

1) De fatis librorum Blandiniensium vide Van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de St. Pierre au mont Blandin à Gand' p. V sqq. 2) Vide SS. V, p. 20. 3) Ap. Vande Putte l. l. p. 87. — Van Lokeren, qui l. l. p. 22 sq., nr. 16, eandem cartam repetiit, hanc partem omisit, lectore de parte omissa non monito. 4) Praebet quidem cartae formam, sed sola inest narratio restaurationis. Incipit post invocationem his verbis: *Gloriosae Noviomagensis ecclesiae inclytus presul Trasmarus presentibus fidelibus* etc.

facile crediderim paulo post restaurationem anni 941, *conscripta videtur. Certe historiola non multo post medium saec. X. composita est, cuius fragmentum iam in codice hoc saeculo exarato exstet.*

Auctor adhibuit Vitas s. Amandi auctore Baudemundo cum supplemento Milonis, s. Bavonis, s. Wandregisili posteriorem, praeterea cartas archivi Blandiniensis et forsan notulas quasdam antiquas, ex quibus quaedam haud spernenda de abbatibus saec. VII. et VIII. sumpserit, licet in annis incarnationis, quos posuit, gravissime erraverit. Quae Annales Blandinienses cum hac scriptiuncula communia habent, ex eadem transsumpta esse puto cum multis aliis notitiis libri censualis. *O. H.-E.*

RATIO FUNDATIONIS SEU AEDIFICATIONIS BLANDINIENSIS COENOBII, QUOD EST SITUM IN TERRITORIO GANDENSI IN LOCO BLANDINIUM DICTO.

Igitur ab almificae memoriae patre nostro ac omni honorificentia nominando egregio Christi domini sacerdote atque pontifice Amando priscorumque patrum titulis non mediocriter coequando, ut imperata se postulant, inicium orationis incipiam, videlicet ut, a quo exordium nostri coepit coenobii, ab ipso etiam nostrae orationis sermo sumat initium.

Baud. c. 11 Beatissimus Amandus tempore quo sceptra regni Francorum honestissime gubernabat rex fortissimus Dagobertus predicationis gratia adiit Gandensis castri territoria, cuius incolae, deserto Factore ac Redemptore suo, astu diaboli decepti, magis congrua igni quam venerationi idola colebant. Ubi cum, eorum miseriis condolens, Christo auspice pervenisset vehementerque eorum insaniam redarguere coepisset, maligno spiritu redacti, multis iniuriis et suppliciorum generibus sanctum virum non erubuerunt affici, quemque etiam persepe diu tormentatum limphaticis gurgitibus demerserunt. Quae omnia sanctus vir, veluti caelitus sibi essent collata, cum alacritate suscepit magna, aequanimiter tolerans Rom. 8, 18. saeculi adversa ob futurae vitae praemia, illud apostoli habens ante oculos mentis: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram, quae revelabitur in nobis, gloriam.* Diabolo[1] tandem, Domino opitulante, cum suis cultoribus triumphato, coenobium inibi ob amorem construxit Domini in excelsi montis latere. Est autem mons situs inter flumina Scaldis et Legiae[2], ubi vetustissimum fanum fuit, in quo ex antiquorum more gentilium ab stulto rusticorum populo Mercurius colebatur. Contrivit ergo idolum, subvertit aram, succidit lucos atque ipsum locum dedicavit in honore principis apostolorum Petri, cui Blandinium indidit vocabulum[2], eo[a] quod blanditiis animos ferocis populi inibi delinivit sacrique baptismatis unda consecravit. Aggregavit etiam inibi monachorum catervam, quam docuit ancillari Milo suppl. c. 1. Christo iuxta sanctissimi Benedicti regulam. Villas quoque et praedia, quas reges et reginae pluresque illustres viri ei venerationis gratia plurimum impendere studuerant, principi apostolorum Petro donari precepit atque pignora sanctorum, quae a Martino papa impetraverat[3], ibi dimisit; cui etiam prefecit patrem nomine Florbertum[4], sagacis ingenii virum. Coeptum est autem hoc opus ab anno dominicae incarnationis 610[5], sub die Kalendarum Octobrium, indictione prima, qui erat annus prefati regis Dagoberti 14, pontificante sedem[b] Romanae ecclesiae anno 5. beatissimo papa Martino, Aicarii episcopi Noviomensis anno 7.

Supradictus igitur abbas Florbertus honestate morum et omni bonitate pollens, iam

a) *sic charta Transmari (cf. infra p. 626. Serm. de adventu S. Wandreg. c. 7);* quia *ed.* b) sede *ed.*

1) Sequentia exscripta sunt in charta Transmari episcopi Noviomensis, ap. Vande Putte p. 87, praemissis verbis: *sed in Vita sancti Amandi legimus.* 2) Eadem fere verba leguntur in Martini I. papae privilegio spurio (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2074): *Amandus* . . . (coenobium) *extruxisse dignoscitur, cui nomen Blandinium indidit* . . . . *situm inter decursum duorum fluminum Scaldis et Legiae*, quae ex hoc loco sumpta videntur. 3) Cf. Milonis suppl. Vitae s. Amandi c. 2, Mabillon, Acta II, p. 720. In sermone de adventu s. Wandregisili c. 7. (infra) reliquiae enumerantur. 4) Cf. Vitam s. Bavonis c. 7, Mabillon, Acta II, p. 399. 5) Eundem falsum annum habent etiam Ann. Bland., SS. V, p. 21. Ceterum hic locus nimis audacter exscriptus est, numeris effictis, ex Vita Wandregisili posteriore c. 14, Mabillon, Acta II, p. 540, ubi de constructione Fontanellensis coenobii haec: *Coeptum est autem hoc opus ab anno dominicae incarnationis* 645, *sub die Kalendarum Martiarum, indictione tertia, qui erat annus praefati regis Luthdovei undecimus, pontificante sedem Romanae ecclesiae anno septimo beatissimo papa Martino.* A. 610. habet indictiones 13. et 14; Dagobertus I. rex creatus est a. 623; Martinus papa electus est a. 649. — Aicharius episc. Noviomensis nominatur in Baudemundi Vita Amandi c. 11, ex qua etiam Dagoberti et ex Supplemento Milonis Martini papae nomina auctor sumpsit.

maturus annis et moribus, in capite Kalendarum Novembrium[1] humanis rebus exemptus, Nov. 1. ad superos, ut credimus, est evectus. Cuius obitu destituti, quos pie educabat, monachi, e vestigio ad sanctum legatos direxerunt Amandum, qui ea tempestate suavissimos vitae contemplativae carpebat fructus in loco qui vocatur Elnona, orans assidue Dominum in oratorio quod dedicaverat sibimet ipsi in honore sancti Andreae apostoli. Quo pervenientes monachi qui fuerant a ceteris fratribus missi, rogatu postulabant supplici, ut locum desereret structum scemate vili et ad monasterium iam dictum assensum illis preberet veniendi, et ut eos suo regimine gubernaret, voce flagitabant flebili. Quod fieri sanctus vir prosecutionibus denegavit multis, dicens, nullo modo ad hoc acquiescere illis, ut omni quoad viveret tempore illius loci careret habitatione[2]. Cumque obstinato restitisset animo precibus deprecantium, pulsatus tandem infatigabilibus illorum petitionibus, quendam sibi familiarissimum omnique probitate morum honestissime comptum Iohannem nomine, monasterialiter ac regulariter adprime eruditum, cum illis ad supra memoratum transmisit coenobium, expresse illos rogitans, ut, quemadmodum, si isset cum eis, parerent sibi, ita exacte directo a se obedirent fratri. Cum tanto denique viro dedit pro benedictione tunicam suam et crociam, filacterium quoque, quod a Martino papa impetraverat, que in sepefato adhuc servantur monasterio; ubi etiam, Dei omnipotentis operante clementia, multi diversa recipiunt sanitatum remedia, qui cum fide integra eius sanctorumque patrocinia, quae in eodem habentur monasterio, expetunt beneficia. Caeci, surdi, muti, claudi, daemoniaci et quicumque gravantur variis infirmitatum incommodis ibi oratum convenientes, recedunt frequenter, ablatis doloribus, incolumes.

Predictus igitur Iohannes suscipiens pii patris iussa, Domini preeunte gratia, gregem sibi commissum multa per annorum rexit curricula. Adpropinquante autem exitus sui die, acri correptus febre, coepit fatigari usque ad mortem gravissimo dolore. Cumque iam se urgere sensisset, ut mortis solveret debitum, precibus carissimorum, quos in Christo nutrierat, filiorum suum fideli Creatori commendavit spiritum sicque, ut veraciter credimus, ad regna migravit caelorum.

Post hunc Rathadus[3] divae memoriae supradicti rector factus est coenobii; et hoc, ut credimus, petente regna polorum, Baudemundus nomine suprafati regimen suscepit coenobii; et hoc ascendente ad Creatorem suum[4], Ferrecus regimen predicti suscepit coenobii. Deinde anno incarnati Verbi 753, anno 7. Theodorici regis[5], Hatta abba coepit regere mo- 682. nasterium Sancti Vedasti cum ipso coenobio. Quo et ipso quoque defuncto, Celestinus, genere Scotus, abbatiam iam dicti monasterii multis rexit diebus usque ad id tempus, quo dissensio inter Karolum et Ragenfridum facta est. Cum autem diu inter eosdem principes gravis de regno pullulasset disceptatio, et quidam adhererent Karolo, quidam vero Ragenfrido, contigit, ut in tali solet evenire negotio, quosdam susurrones invidia diaboli instigatos adversus abbatem memoratum Celestinum adire principem Karolum, qui eum in multis falso accusantes, dixerunt, nonnullas epistolarum scedas transmisisse Ragenfrido, quae sibi suoque regno forent nociturae. Qua de re multimoda accensus ira, privavit eum a coenobiali monachorum caterva ac de eadem qua morabatur expulit provincia[6]. Villas quoque 717? quae subiacebant dominio monasterii Blandiniensis suos divisit per vasallos absque reverentia Dei. Monachi vero eiusdem coenobii, patris sui solatio destituti omnique corporali subsidio penitus alienati, circumcirca ceu oves sine pastore sunt dispersi. Ab illo tempore

1) Non Oct. 16, ut alibi, sed Nov. 1. intelligendus est, cum hoc die apud Blandinienses obitus Florberti celebratus sit; v. Serm. de adv. Wandreg. c. 9. 2) Cf. Milonis suppl. Vitae s. Amandi c. 1. 3) Hic neque in Catalogo abbatum infra edendo neque usquam alibi commemoratur. 4) A. 731. falsissimo Ann. Bland. p. 22. 5) Si Theudericus III. intelligitur, annus eius 7. est 682, si Theudericus IV, hic annus est 726—727. Illum vero intelligendum esse, apparet ex eo, quod ante Celestinum sedit. Et in Vita Eusebiae Hamatic. c. 4, Mabillon, Acta II, p. 984, a Theuderico III. abbatiam S. Vedasti accepisse dicitur; quod a. 688. factum esse, Ann. Eln. min., SS. V, p. 18, tradunt. Ad eundem vero annum falsissimum Ann. Bland. habuisse haec fere verba: *Ferrecus obiit; cui successit Hatta*, apparet ex eorum nota ad a. 758: *Obiit Hatta abba; cui successit Celestinus, genere Scotus.* Sed notam a. 753. corrector saeculi XIII, ex hoc loco errorem cognoscens, erasit et ad a. 684. scripsit: *Hoc anno Hatta huius cenobii Blandiniensis abbas efficitur.* Et verba *Ferrecus obiit* praebet Vande Putte in sua editione p. 2. ad a. 752, qui rasuram non indicavit, in loco raso a. 753. haud dubie lecta, sed ad a. 752. falso tracta. Auctor etiam Serm. de adventu Wandreg. c. 9. errorem deprehendens, haec omnia omisit. 6) Cf. Ann. Bland. a. 765. Quod circa a. 717. factum est.

usque ad illud quo divae memoriae Ludovicus, filius Karoli imperatoris Magni, sceptri imperialis adeptus est gubernacula locus ille pene ad nihilum est redactus, donec, auxiliantibus sancti Amandi presulis eximii precibus, surrexit in[a] eodem monasterio abbas nomine Agnardus[b], qui sicut antiquissimus Zorobabel Israhelitici populi dux, inspirante Deo, cepit cogitare, quomodo idem monasterium curae suae commissum quantulacumque restauratione quivisset a destitutione relevare. Haec itaque multis diebus illo meditante[c], tandem inspirante[d] divina pietate, reddit eidem loco quasdam res, quae sufficere possent clericis 24[1], qui in eodem coenobio omni tempore famularent Christo, elemosinas[e] illis libenti restituens animo; quae in usus abbatum superiorum accipiebantur[f] more incongruo, non attendentes[g]
Osee 4, 8. illud dictum a Domino de sacerdotibus: *Peccata populi mei comedunt*[h]. Elemosina igitur quae datur a populo sicut est animarum redemptio, ita nimirum accipientium perditio, nisi multimodis precum orationibus fuerit elaboratum, ut eorum quorum acceperunt[i] elemosinas remittantur peccata a Domino. Iam dictus igitur Agnardus[b], sapienti admodum usus consilio, de omnibus quae ad monasterium quod regebat iure pertinere videbantur ex precepto suprafati[k] Hludowici imperatoris[2] per scripturae seriem firmavit eiusque anulo signavit.

a) *incipit fragmentum, quod edidit Vande Putte, 'Annales de la société d'émulation, I série', I, p.* 200 *sqq.* b) *sic fragm.*; Ainardus *ed.* c) *sic fragm.*; meditanti *ed.* d) *sic fragm.*; inspiratus *ed.* e) *sic fragm.*; elemosinam *ed.* f) *sic fragm.*; accipiebatur *ed.* g) *sic fragm.*; attendens *ed.* h) *sic fragm.*; comederunt *ed.* i) *sic fragm.*; acceperint *ed.* k) superfati *fragm.*

II. EX SERMONE DE ADVENTU SS. WANDREGISILI, ANSBERTI ET VULFRANNI.

Anno 944, *tribus annis postquam monachi restituti sunt, reliquiae Wandregisili et sociorum in monasterium Blandiniense ab Arnulfo comite Flandrensi translatae sunt. Cuius rei in memoriam hic sermo die anniversario eius (Sept.* 3) *habendus multo posthac*[3] *a monacho Blandiniensi compositus est. Qui iam Lantberti libellum a.* 1079. *conscriptum, infra edendum, legisse videtur*[4]. *Saeculo XI. ex. igitur vel potius saeculo XII, ut maluerim*[5], *auctor vixisse videtur. Tum vero eum antiquiorem libellum de illa translatione referentem, iam perditum, eum legisse*[6], *mihi persuasum est, sicut et longum indicem reliquiarum tunc translatarum a quodam qui translationi interfuit*[7] *exaratum libello suo inseruit. Translationis narrationi praemisit summarium historiae Blandiniensis, a s. Amando exordium capiens, ad hoc usus Annalibus Blandiniensibus et libro censuali cum historia fundationis in eodem codice saec. XI. medio scriptis*[8], *Vita s. Bavonis*[9], *Vita posteriore et Miraculis s. Wandregisili, Vita Ansberti, Genealogiis gentis Carolingicae*[10] *et, ut videtur, comitum Flandrensium Bertiniana. De fundatione monasterii aliisque rebus ita retulit, ut ea quae monachi S. Bavonis de suo monasterio tempore et dignitate priore contendebant refellerentur.*

1) Cf. cartas et memoratorium Einhardi ap. Vande Putte p. 71 sq.; Van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de St. Pierre' p. 9 sqq. 2) Reg. Imp. I, nr. 561, d. d. 815, Iun. 2. Quod praeceptum in codice sequitur. 3) C. 21. miraculo de arboribus in translatione virentibus narrato addit: *eisdem arboribus longis postmodum saeculis tamquam legitimum accidit* etc. 4) Cf. quae ad c. 9. monui. Certe legit reliqua monumenta saec. XI. medio in eodem codice cui Lantberti libellus inest, scripta. 5) Sermonem plerumque syllabis consonis in terminis enunciatorum positis ornat, ut Blandinienses saec. XI. consueverunt. V. infra Vitam Bertulfi. Miror vero, quod auctor diligens nihil ex hac Vita exscripserit. 6) Translatio eorum saec. XV. exarata exstat in codice civitatis Le Hâvre ('N. Archiv' IX, p. 370), de qua nihil certius nobis constat. Exstitit etiam libellus de ss. Bertulfo et Gudwalo paulo postea ab Arnulfo comite Blandinium translatis, iam perditus, quem citat auctor Vitae Bertulfi c. 30 (infra). 7) Hic quoque, ut videtur, legitur in dicto codice Havrensi f. 276 (l. l. p. 371) saec. XV. scriptus. 8) Supra p. 621. 9) Forte etiam Vita s. Amandi auct. Baudemundo cum supplemento Milonis. 10) Hi quatuor libelli, Vita et miracula Wandregisili, Vita Ansberti, Genealogia Carolorum, coniuncti extant in codice S. Bertini (Audomarensi nr. 764), eius igitur fratrem germanum auctor in bibliotheca Blandiniensi legit.

Mabillon, Acta V, p. 200—213, *hunc libellum ex codice Bigotiano, cuius apographum Rotomagi Ioh. Garetus fecerat, deinde P. Boschius, Acta SS. Iul. V, p.* 291—302, *ex eodem codice Bigotiano 'collato cum aliis' ediderunt. Fragmentum eius c.* 7—9, *complectens exstat in codice Bruxellensi nr.* 16531—16540, *membr. saec. XVI, olim Blandiniensi, f.* 1—3[1], *ex quo Vande Putte, Annales abb. S. Petri p.* 153—155, *idem edidit, nesciens unde sumptum fuerit*[2]. *Repetimus Mabillonii editionem ex hoc fragmento et Boschio emendatam, resecatis iis quae auctor in laudem sanctorum oratorio stilo scripsit nonnullisque miraculis. Subsidio etiam nobis fuit Iohannis de Thilrode chronicon, qui nonnulla ex hoc libello exscripsit*[3], *nimis audacter de suo monasterio referens, quae hic de coenobio Blandiniensi narrata sunt.* *O. H.-E.*

INCIPIT GLORIOSUS A DEO DISPOSITUS ADVENTUS IN MONTE BLANDINIUM RITE VOCATO SANCTORUM WANDREGISILI ABBATIS, ANSBERTI ET VULFRANNI[a] ARCHIPRESULUM ALIORUMQUE PIGNERUM SANCTORUM.

1. Dominus noster Iesus Christus, qui ad nos de sinu Patris venire et nos in se dignatus est suscipere, ipse in sanctis et electis suis Wandregisilo et Ansberto atque Vulfranno hodie nos visitare et nobis in adventu eorum se ipsum voluit presentare. . . . . .

2. Ad hanc ergo tantae felicitatis gloriam, commendata terrae aromatica corporis gleba, felici transitu, beatissime pater Wandregisile, scandere meruisti, peractis cum gloria 19 lustris, anno videlicet Verbi humanati sexcentesimo sexagesimo quinto[4]; sanctus vero Ansbertus anno eiusdem Verbi incarnati 665.
695.[5] et inclitus Vulfrannus anno[b] 696. eandem perenniter possessuri gloriam petierunt, ubi Christus 696.
pontifex pontificum regnat et eos pontificali diademate coronat. Locum autem funereae quietis apud Fontanellam in ecclesia sancti Pauli apostoli in unum sortiti sunt; ubi beato Wandregisilo post mortem hoc ad honorem gratia Dei providit, ut illo domum sepulchri sortiretur, ubi prefati archipresules Christi ad dexteram eius et laevam condendi erant[6]. Nec immerito corporeo quoque funere honoratus est ab eis, cuius doctrina et exemplis adepti sunt culmen regni caelestis.

3. Coeperunt[7] autem ad sepulchra eorum signa miraculorum radiare, angelorum et hominum frequentia crebrescere, Christum, cui in carne viventes adhaeserunt, defuncti quoque omnipotentem declaraverunt. Quanti essent Altissimo, claritate prodigiorum et terrae innotuit et caelo. Sed quia de incorruptione membrorum non minima divinae laudis materies latebat in tumulis — sicut enim agnum Dei sequuntur immaculati, sic in sepulchris servabantur incorrupti —, placuit Altissimo et hoc mortalium revelare caritati. De qua scilicet revelatione quid digne expediam, domini et fratres mei? Aperiam tamen os in laudem Dei. Nam gloria, quae ibi in sanctis claruit, hodiernae festivitatis gaudio alludit. Quod enim tunc ibi glorificatum est, hic hodie nobis donatum est; et cum id ipsum et ibi glorificatum et hic hodie sit susceptum, dicamus, qualis illa fuerit glorificatio, ut cunctis pateat, quae et qualis ista sit susceptio.

4. Hac re igitur, de qua loqui incipimus, sacratissima revelatio facta est memorata[c] 2.[d] Kalendas Aprilis, translatis eorundem Christi sacerdotum corporibus a memorata ecclesia sancti Pauli apostoli in basilicam sancti Petri a sancto Baino Taruennensis sedis presule et Fontanellensis coenobii rectore. Cui translationi sollempniter celebrandae occurrit pari affectu omnis clerus, omne vulgus, omnis quoque sexus et aetas. Cumque ad exequias caelestes tota animi et corporis devotione sese sanctus ingereret episcopus, premissis cum thymiamateriis atque lampadibus comministris, ad memoriam sanctorum cum laudibus accedunt et hymnis. Cunctis adstantibus et in caelum spe et animo erectis, sacrosancti aperiuntur tumuli. Et ecce venerandus pater Wandregisilus, ecce venerandi presules Christi Ansbertus atque Vulfrannus[8] caelo noti atque terrae cogniti, in sua gloria gloriam Dei revelantes, cum integerrima carnis suae substantia, cum incorrupta sacerdotalium infularum materia mortalium obtutibus[e] sese offerunt intuendos. . . . . .

5. . . . . . . Pontifex[9] autem et caelestium exequiarum ministri divino quod agebatur officio coniubilantes, sacra busta divinarum medelarum plena piis ulnis levantes, cum magno psallentium choro ab

a) Wlframni *h. l. Mab.* b) *deest Mab.* c) *deest Bosch.* d) undecimo *Bosch.* e) obtuit. *Mab.*

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 542. 2) Sub titulo: Fragmentum cronicae; cf. ib. p. XII. 3) C. 9. 17, SS. XXV, p. 565 sq. 572. Editor Iohannis b. m. I. Heller hoc non animadvertit. 4) Haec ex Vita Wandregisili posteriore c. 27, Mabillon, Acta II, p. 545, sumpta sunt, ubi 96 anni ei tribuuntur. 5) Ut Ann. Bland , SS. V, p. 21, et Vita Ansberti c. 47, Mabillon, Acta II, p. 1062, habent. 6) Haec ex Vita Wandreg. post. c. 27, l. l. p. 546, et Vita Ansberti c. 62. 7) Quae c. 3. 4. de translatione sanctorum referuntur ex Vita Wandreg. post. c. 28. sumpta sunt. 8) In Vita Wandreg. de solis Wandregisilo et Ansberto refertur. 9) Bainus.

ecclesia sancti Pauli in basilicam, ut dictum est, transtulere sancti Petri. Quibus in absidam eiusdem basilicae ad orientem altaris reconditis, omnis populus, dans laudem Deo in altissimis, in sua reversus est, muneribus ditatus divinis. Sic ergo reconditis apud Sanctum Petrum cum incorruptionis gloria pretiosis sanctorum artubus, quot abhinc annorum curriculis in hoc tam admirabili permanserint prodigio, cum soli omnium inspiratori Deo, tum etiam sanctis custodientibus eos notum et compertum creditur[1] angelis. Quibus ad honorem Dei hoc digne attollendum commendamus, quia naturae eorum competit quicquid incorruptioni subiacet limpidius penetrare.

6. Haec[a] nobis, carissimi, hodiernae festivitatis iubilo sermocinantibus, sermonis ipsius ordo lacrimas in nobis suscitare et hodierna nititur gaudia perturbare. Nam[2] gens barbara circa litus Oceani maris ea tempestate debachando magno flumini Sequanae vicinis multum erat infesta. Unde contigit, tumulos
858 sanctorum proprio despoliari honore, ut in territorio Bononiense[b] ab huiuscemodi[c] declinaretur infestatione. Ergo huius diei gratia quaeque transeamus tristia, quaeque adversa, quae non nobis adversa, sed cuncta genuere laeta et prospera. Bononiam igitur ventum est, ut predictum est. Agebat tunc in sceptris Karolus Calvus, filius Ludovici Pii, annum 17. Ibi quoque divinitus est revelatum, quanta in conspectu Dei premineant virtute, cum circa exanimes exuvias tanta vivens episcopus[d] euangelizaverit potentia. Et ut aliqua divinorum operum magnalia perstringam, ibi, ut sic dicam, catervatim caeci visum, surdi auditum, muti linguae officium, claudi gressum, contracti erectionem, paralytici soliditatem et fluxum sanguinis patientes concitam manantium venarum obturationem, omnes diversis languoribus detenti ex ossibus mortuis caelestem atque vitalem hausere medelam. . . . . . . Et quoniam ductu sermonis ad hoc iam pervenimus, ut gloriosus eorum adventus fidelium insonet auribus, operae pretium censuimus aliqua de loco prelibare, quem eorum patrocinio et sacrosanctis meritis Christus dominus noster elegit nobilitare. De quo loco dicturi fraterna pace et christiana fide hoc narrare aggredimur, quod posteritati suae patrum auctoritas et fidelis commendat vetustas.

7. In[e] pago igitur Gandavo mons surgit aureus et cunctis in edito positus, claro nomine Blandinium nuncupatus[f]; cuius quidem longitudinis tractus a plaga septemtrionali in meridianam[g], latitudinis vero a plaga orientali in occidentalem porrigitur. Et hinc quidem a[h] climate orientali fluvius Scaldis nomine, illinc vero ab occidentali alius Legia dictus[3] flexuoso[i] meandro nobilem manationis suae dirigunt cursum. De quo plura in laudem Dei dicturi, ob merita sanctorum ibi
Ps. 67,16.17. in cubilibus suis exultantium illud libet Daviticum conclamare: *Mons Dei, mons uber, mons in quo beneplacitum est Deo habitare; in eo etenim Dominus habitabit in finem.* In cuius supremo vertice
Fund.Bland. locus magno fulget decore, quem sermone aggredimur. Hunc ergo locum dilectus Deo et hominibus presul eximius olim adiens Amandus tempore quo gloriosus rex Dagobertus honeste agebat in sceptris, coenobium inibi[k] construxit in montis vertice, ubi vetustissimum fanum fuit, in quo ex[l] antiquorum more gentilium ab[m] stulto rusticorum populo Mercurius colebatur. Contrivit ergo[n] ydolum, subvertit aram, succidit lucos atque, ut prelibavimus, ubi fanum destruxit, ibi coenobium construxit, cui Blandinium vocabulum indidit, eo[o] quod blandiciis ferocis populi animum delinivit. Coeptum[4] est autem hoc opus ab anno dominicae incarnationis sexcentesimo decimo, sub die Kalendarum Octobrium, indictione prima, qui erat annus prefati regis Dagoberti quartus decimus, pontificante sedem Romanae ecclesiae beatissimo papa Martino, Acharii[p] autem episcopi Noviomensis anno septimo. Quod perfectum dedicavit in honore[q] beati[r] Petri apostolorum principis primo Kalendarum Maiarum die, insertis ibidem reliquiis eiusdem principis apostolorum doctorisque gentium Pauli sanctorumque apostolorum Philippi et Iacobi
ib. aliorumque sanctorum pigneribus[s], quae a Martino papa impetraverat; in quo et monachorum aggregavit[t] catervam, quibus et prefecit abbatem nomine Florbertum, virtutum ornamentis floridum, tum totius religionis honestate preclarum.

8. Et[5] certum tenemus hoc primum esse omnium[u] coenobiorum ab eodem sancto patre nostro Amando ubiubi fundatorum[6]. Sed ne quis forte spiritu erroris seductus sermonem nostrum a vero aestimet[v] deviare, sciat, nos orthodoxorum iamque in caelis cum[w] Christo regnantium inniti testimoniis patrum, quibus derogare nulli fas est christianorum. Quae etiam nunc opportune et competenter hic possent inseri, nisi sermo ab ordine suo vitaret deduci. Respondent quoque his[x] magna auctoritate roborata et[y] prisca et moderna Romanorum testamenta pontificum[7] et christianissimorum[z] decreta[a] augu-
V Bav. c. 4. storum. Deo etiam annuente, clericorum monasterium in eodem pago Gandavo constructum est a beato Amando,

a) Hic *Bosch.* b) Bononiensi *Bosch.* c) huiusmodi *Bosch.* d) spem evigilaverit *Mab.* e) *incipit fragmentum cod. Brux.; quae omissa et alterata sunt non annotavimus* f) *ita fragm.;* nuncupatur *edd.* g) meridianum *Mab.* h) *ita edd., Ioh. de Thilrode c.* 10; e *fragm.* i) flexuosa ripa *fragm.* k) *ita fragm., Ioh.;* ibi *edd.* l) et *fragm.* m) a *fragm.* n) igitur *fragm.* o) *sic Ioh. (cf. p.* 622, *n. a);* ob *edd., fragm.* p) Aych. *Bosch.* q) honorem *Bosch.* r) sancti *Mab.* s) pignor. *Mab.* t) *ita fragm., Ioh., Fund. Bland.;* congreg. *edd.* u) *ita Bosch., fragm., Ioh.;* c. o. *Mab* v) existimet *Ioh.* w) *ita fragm., Ioh.;* regn. cum Chr. *edd.* x) hic *Ioh.* y) *deest Bosch.* z) christianorum *Bosch.* a) imperatorum *add. Mab.*

1) In Vita Wandreg. c. 28. translatio a. 704, in Ann. Bland. a. 728. facta esse dicitur. A. 858. corpora inde asportata sunt. 2) Sequentia ex Mirac. S. Wandreg. II, 3. 4, supra p. 407 sq., hausta sunt. 3) Haec verba consulte contra Bavonianos monachos scripta sunt. Cf. epist. Otwini abbatis S. Bavonis, 'N. Archiv' X, p. 374; libellum Lantberti infra p. 642. 4) Hunc locum exscripsit monachus S. Bavonis Ioh. de Thilrode c. 9, SS. XXV, p. 565, et iterum falsificavit, ut suum monasterium Blandiniensi antiquius probaretur, scribens 608. pro 610. et omnes ceteros numeros duobus annis minores ponens. Itemque c. 17, p. 572. hunc locum exscripsit. 5) Hunc quoque locum Ioh. de Thilrode c. 9. ad verbum exscripsit et in suum monasterium S. Bavonis vertit, scribens procaciter: *certissimum tenemus.* 6) Milo in suppl. ad Baudemundi Vitam Amandi Blandiniense coenobium primo loco enumerat, Mabillon, Acta II, p. 720. 7) Intelligit Martini privilegium spurium, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2074.

ubi die noctuque laus a fidelibus decantatur sub eiusdem sanctissimi patris et abbatis Florberti regimonio[a]. V. Bav. c. 4. Quo audito, eumorfus[b] Bavo, preclarus confessor Domini mox futurus, plenissima devotione ante oratorium Domini se prosternens, comam capitis sui abscidi deprecatus est, adeptusque venerandi pontificis manibus clericatus honorem, meruit fieri consors apostolorum. Sed nunc coepti sermonis ordinem prosequamur.

9. Beatus igitur Amandus, omnibus rite ordinatis, alibi divino flagrans amore migraturus, famulum Dei[c], virum strenuissimum Florbertum, ut superius dictum est, monachorum[1] gregi pastorem prefecit atque abbatem. Qui strenue sancti propositi normam incedens, quod subditos verbo docuit, ipse prior exemplo monstravit. Rexit autem idem hoc coenobium sub beato Amando annis 20. Qui 642.[2] anno dominicae incarnationis, primo Kalendarum Novembrium die humanis rebus exemptus, ad superos, ut credimus, est evectus atque in eodem monasterio tumulatus, attestante etiam marmoris titulo, sculpto[3] litteris tam Fund. Bland. Grecis quam Latinis hoc modo: *Hic est locus, ubi requiescit corpus Florberti abbatis, discipuli et ordinati Amandi episcopi, cuius depositio celebratur Kalendis Novembris.* Successit autem ei in regimine vir venerabilis abba Iohannes, a beato Amando subrogatus. Qui cum iuxta nominis sui significationem[4] Dei[d] ib. gratia plenus esset, utpote quem Deus[e] pastorem gregis proprii elegit, omnibus tam notus quam carus fuit, ita ut vulgi ore locus ipse longe[f] per succedentia tempora Iohannis monasterium appellaretur[5]. Quo etiam inter intelligibilia disposito, ex discipulis eiusdem patris Baudemundus vocabulo[f] successit[6]. Sicque succedentibus sibi rectoribus ad tempus, quousque[g] inter Karolum et Ragenfridum perduellum[h] exortum ib. est, admodum honeste Deo inibi militatum est. Qua tempestate cum vices Christi in sacro[i] regimine Celestinus abba ageret, falsa invidorum delatione apud prefatum principem innocenter laceratus, quasi qui partibus Ragenfridi favisset, ab eodem et ipse exilio iniuria[f] est deportatus, et grex Domini est dispersus. Qui peregrinus obiit et in monasterio beati Petri quod Rodnace[7] situm est sepultus quievit[8]. Karolo autem Magno imperante, salus[k] mundum respexit, quae[l] et hunc locum visitavit. Tetigit enim Dominus cor eiusdem principis et gratuita pietate inspiravit, ut viro Dei Agenardo, qui ea tempestate insignis est habitus, idem coenobium traderet regendum[9]; a quo mox illustrium clericorum multitudo adunata, sub umbra alarum apostolicae protectionis hic Dei[m] munere est collecta. Quorum sibique succedentium industria idem locus decentissime veneratus, claro sanctae religionis vigore ubique gentium extitit floridus[n].

10. Surrexit illis diebus in regno ex fortissima heroum prosapia Balduinus, ob invincibile animi robur et fortia insignia gestorum cognomento Ferreus. Qui, accepta Iudith, filia Karoli Calvi[10], universum regnum inter mare Gallicum et prefatum Scaldem fluvium cum ea Dei[d] gratia sortitus est; unde et locus de quo sermo est eius quoque ditioni adiunctus est. Quem[11] eodem tempore venerabilis abba nomine Rotbertus, ecclesiasticis studiis vitaeque honestate omnibus notus, Dei[d] dispensatione regendum suscepit. Cuius laudabilis vitae merito magnum prebet testimonium, quod piis lacrimis coram Domino fusis et iugi cordis contritione et carnis maceratione a domino Iesu Christo obtinere meruit, ut sacratissimum corpus sponsae et virginis Christi Amalbergae cunctis mortalibus diu absconditum mira sibi revelatione et 870. primitus ostensum et caelitus fuerit donatum. Cuius revelationis et adventus tempore tanta meritis ipsius effulsit magnitudo prodigiorum, tanta et animarum et corporum enituit gratia remediorum, ut vix ab ullo mortalium aut numero comprehendi aut verbis potuerint enarrari. Nec ulli fidelium incredibile videatur, Christum, eiusdem virginis sponsum, haec pro ea operatum in terris, quam coram Patre suo et angelis eius pudicitiae et martyrii coronis glorificat in caelis. Facta est autem translatio[o] corporis eiusdem sacrae virginis anno Verbi incarnati 870, indictione 3.

11. Ut autem ad ordinem redeamus, Iudith, inclita Karoli imperatoris proles, Balduino peperit filium ei aequivocum; cui Elstrudis[p], filia regis Anglorum, Magnum genuit Arnulfum[12]. Hic igitur a sancto Arnulfo, avo scilicet sanctissimi patris Wandregisili[13], et nomen traxit et genus a sanguine Romanorum, qui et olim Troianorum, ornatum quoque virtutum titulis et aeternae et temporalis vitae decus. Hic ergo ille est Arnulfus, qui beatissimum sacerdotem Domini Wandregisilum et claros[q] archipresules Ansbertum atque[r] Vulfrannum[14], hodierna attestante sollempnitate, huc transtulit. Mirabiliter enim et gloriose sanctis-

a) regimine *fragm.* b) Arnolphus *corrupte Bosch.* c) Domini *Bosch.* d) divina *Bosch.* e) Dominus *Bosch.* f) *deest fragm.* g) quod usque *Mab.* h) *ita fragm.*; perduellium *Bosch.*; perduellem *Mab.* i) sancto *Mab.* k) solus mundi *fragm.* l) qui *fragm.* m) divino *Bosch.* n) *desinit fragm.* o) e c. tr. *Bosch.* p) Eltr. *Bosch.* q) clarum archipraesulem *Bosch.* r) a. V. *des. Bosch*

1) *Clericorum* Vita Bavonis c. 7, Mabillon, Acta II, p. 399. Haec ex sententia Blandiniensium eo consilio scripta sunt, ut ipsorum monasterium Bavoniano antiquius et a Florberto rectum esse probaretur. 2) Saeculi XIII. manu in Ann. Bland. annus 639. obitus eius notatus est, SS. V, p. 21. Ioh. de Thilrode l. l. a. 642. ex nostro sumpsit. 3) Haec etiam in Lantberti libello leguntur infra p. 642 sq. 4) Cf. Isidor. Etym. VII, 9, 12. 5) Cf. chartam Transmari episc. Noviomensis, ap. Vande Putte, Annales p. 88: *pro quo locus ille a multis modo vocatur Iohannis monasterium,* et praeceptum Ludowici IV. regis Franciae a. 951, ap. Van Lokeren, 'Chartes' p. 27: *Blandinium, nunc vero vocitatur Iohannis monasterium.* 6) Omisit Rathadum in Hist. fundationis ante hunc nominatum. 7) Renaix. 8) Haec ex Ann. Bland. a. 765. sumpta sunt. 9) Recedit ab Hist. fundationis, ubi a Ludovico Pio Einhardo hoc monasterium traditum esse dicitur. 10) Ex Ann. Bland. a. 863. 11) Sequentia ex loco libri traditionum (censalis) infra p. 645. edito. 12) Haec forsan ex Geneal. com. Flandriae Bertin., SS. IX, p. 305. 13) Ex Geneal. domus Carolingicae, SS. II, p. 309. 14) Fontanellenses Vulfranni ossa in suo monasterio remansisse credebant et venerabantur; cf. Inv. S. Vulfranni § 2. 3, Acta SS. Mart. III, p. 148 sq.

simo patri Wandregisilo divinitus provisum est, ut ex eius stirpe is surgeret, qui eius se obsequio totum devoveret locumque in quo transferendus erat in[a] melius ordinaret. Tractante autem eo et consilium super hoc placito a Deo quaerente, non est fraudatus a desiderio suo. Ecce enim huic aptus negotio inventus est vir vitae laudabilis, sanctitate clarus et genere, Gerardus nomine, qui monachus proposito, abbas autem extitit officio et apostolicus merito. Huic inclitus marchisus de eiusdem monasterii ordinatione et pristinae monasticae conversationis restauratione conceptum in anima sua de Spiritu sancto aperiens desiderium, consilium prudenter utile atque utiliter prudens adinvenit. A quo etiam perductus, anno
941. humanati Verbi 941.[1] hanc aulam apostolicam, devota monachorum cohorte comitante, ingressus est. Ubi eliminato inprimis clericorum grege, dominici scholam servitii a beato olim Amando constitutam restituit et normam monasticae regulae ut doctus a Deo sapienter intendere[b] curavit. Quam plures vero tanti exemplo magistri excitati, coeperunt voto monasticae disciplinae hic confluere, cervicem cordis edomare, iugum Domini suave suscipere. Et contigit in brevi, ut hoc dominici ovilis coenobium numero et merito dilatatum, nobilissimis per omnia non ignobilius probaretur coenobiis. . . . . . .

944. 12. Iamque tempus aderat transferendorum huc corporum sanctorum, sicut dispositum erat in consilio eorundem sanctorum; ad quod negotium cum sese ut fidelem ministrum Dei[c] spiritu excitatus Magnus aptaret Arnulfus, assumpto secum eodem venerando abbate, cum magno Christi sacerdotum, monachorum atque clericorum collegio, cum instructa quoque fide et spe christianorum exercituum legione ad urbem usque properat Bononiensem. Ubi sese cum omnibus humili presentans devotione sanctis[2], quorum illo gratia advenerat, pavimentum, solo stratus, lacrimis rigabat, quibus se desiderii sui compotem fieri a Deo[d] expostulabat. Vocatus quoque adest civitatis episcopus[3] nomine Wicfredus[e] cum splendido apparatu et nitidis ecclesiae officiis. Qui cum in exequendo nutu[f] divino et Deo[d] digni marchisi decreto, licet invitus, et mentem gravi doloris vulnere saucius ingereret, ecce adsunt cum vulgo innumerabili primores loci, zelo insipientiae armati, et mota seditione, dispositioni divinae moliebantur resistere; cuius seditionis auctor extitit Stephanus capicerius[g]. At Christus, pax vera, hoc opus pacis pacifice disponens consummare, surgentis scandali incendium huiusmodi compressit miraculo. Intererat conventui illi reverenda quaedam matrona nomine Torulla, quae velut altera Anna die vel nocte non discedebat de templo, ieiuniis et obsecrationibus serviens Domino. . . . . . .

13. Ecce enim in nostrates gravis suspicio oritur, gravior seditio suscitatur, dicentes, corpus egregii confessoris Vulmari[4] atque abbatis a nobis esse sublatum; cuius rei materiem excitabant duo clerici, quorum alter dicebatur Notgerus, alter Helgerus, unus eorum Sancti Vulmari prepositus alterque aedituus. Ubi vehementer motus in eos episcopus, sacrilegii eos coepit arguere et ignominioso crimine denotare. Gloriosus vero abbas cum hanc nec satisfactione nec contradictione calumpniam valeret delere, ad hoc res perducta est, ut, sigillo rupto et loculo fracto, oculata id fide niterentur explorare. Videns autem abbas eos sibi nullo modo acquiescere neque coeptam pertinaciam deponere, id pro omine imminentis sibi laetitiae presagus accepit. Unde et cunctis coram adstantibus dixit: 'Vere scio, beate Wandregisile, hic tuam vigilare virtutem, pro consociandis tibi collegae tui Vulmari sacris artubus famulis tuis laborem istum impendere'; quod et factum est. Aperto ergo sacrosancto loculo corporis sancti Vulmari, bina membrorum pii confessoris occulto Dei[c] beneficio promeruit et unum episcopali benedictione, gratias agens Deo, suscepit. Et satis forsan congrue, ut quod desuper datum est daretur duplum, quod vero deorsum subduplum.

14. His ergo reliquiis gratanter susceptis et iunctis prefatorum Christi sacerdotum sacris exuviis, feliciter transiit in effectum, quod presago abbatis sermone est predictum. . . . . . . Ut autem clarius in sole prodeat quod dicimus, placuit inprimis Deo[d] altissimo, dein sanctis quos hodie veneramur, ut ipsi non soli, sed cum multitudine sanctorum locum inviserent, ubi supplices suos piis foverent patrociniis et fidelibus largis occurrerent beneficiis.

De[5] reliquiis supradictorum sanctorum Wandregisili, Ansberti atque Vulfranni haec nobiscum detulimus: De casubula sancti Wandregisili; capellum etiam capitis eius unamque ex caligis eius, subtalares, sportam partemque illius crociae, quam alio ligno inseruimus et auro argentoque decoravimus. Haec vero sunt quae de sancti Ansberti habemus reliquiis: Tunicam eius et partem ipsius casubulae, marsupium vero et anaphum seu pyxidem atque cultellos. Ex sancti Vulfranni dalmatica[h] pars est apud nos maxima, et cultellus cum vagina. Preterea dignum duximus patefieri scire volentibus et alias quas nobiscum detulimus reliquias: De ligno sanctae crucis. De spongia unde fuit Dominus aceto potatus. De sepulchro Domini coloris albi atque coloris rubri[i]. De vestimento Domini et de tunica eius inconsutili. De ligamento unde fuit ligatus. De loco ubi crucifixus fuit coloris varii. De monte Calvario et de monte Oliveti. De lapide super[k] quem stabat Dominus, quando dixit Petro: 'Tu es Petrus'. De manna Domini. De pulvere in quo Salvator noster pedem posuit, quando de Iordanis alveo in naviculam ascendit. De ligno trans Iordanem plantato. De vase in quo benedixit Dominus aquam, quam in vinum mutavit. De quinque

a) *deest Bosch.* b) intendens *Bosch.* c) divino *Bosch.* d) Domino *Bosch.* e) Witfredus *Mab* f) nutui *edd.* g) capicelius *Bosch.* h) dalmaticae *Bosch.* i) rubei *Bosch.* k) supra *Bosch.*

1) Cf. Ann. Bland., SS. V, p. 25; cartas Transmari episcopi, ap. Van Lokeren p. 21 sqq.; ap. Vande Putte p. 86 sqq. 2) Corpora Wandregisili et Ansberti a. 885. Carnotum translata sunt (cf. Mirac. S. Wandreg., supra p. 409). Ea vero inde Bononiam revecta esse, vel potius hoc creditum esse, ex miraculo quodam postea, ut videtur, addito, Mabillon, Acta II, p. 558 (c. 36), coniiciendum est. 3) Teruanensis a. 935–959; cuius sedis episcopi saepius Bononienses dicuntur. 4) Ex ecclesia S. Vulmari in urbe Bononiensi sita. 5) Hunc indicem iam saeculo X. scriptum esse apparet; cf. supra p. 624, n. 7.

panibus. De petra quae est in Golgotha. De ligno ubi Zacheus sedit. De vestimentis sanctae Mariae. 944. *De terra oritorii*[a] *sancti Michaelis. De sancto Iohanne precursore Domini et de spongia ipsius. De pannis Innocentum aspersis eorum sanguine. De vestimentis eorum. Reliquiae de sancto Petro atque de lecto et pallio ipsius. Reliquiae de sancto Paulo et de pallio ipsius. Reliquiae sancti Andreae apostoli. Reliquiae de sepulchro sancti Iohannis euangelistae et de vestimento eius. De osse sancti Mathei apostoli et euangelistae. Reliquiae sancti Simonis apostoli. De sancto Clemente. De ossibus sancti protomartyris Stephani et de eius sanctissimo sanguine, et de uno lapide cum quo lapidatus fuit. Reliquiae de sancto Dionysio et de sancto Eleuterio. Reliquiae sancti Laurentii martyris. De osse sancti Vincentii diaconi et martyris. Pyxides duae ex ebore, quas ferunt a sancto Wandregisilo ab urbe Roma delatas; de quibus una retinet partem genu sancti Leonis papae cum balsamo sacrato, et altera, in qua est aliqua pars ossium sanctorum Crispini et Crispiniani, quae etiam continet aliorum reliquias sanctorum. Reliquiae sanctorum Mauricii, Exuperii, Candidi, Victoris, Innocentii. De sancto Victore. Reliquiae sanctorum martyrum Georgii, Saturnini et Symphoriani. Reliquiae martyrum Hyppoliti, Valeriani et Proti. Reliquiae sanctorum martyrum Christophori, Leodegarii et Solatoris. Reliquiae sanctorum martyrum Quintini, Marcelli, Danielis, Silvini, Simeonis. Reliquiae de septem dormientibus. Ex sancti enim Chiliani*[b] *pontificis et martyris articulis manuum gaudemus habere nobiscum; quas reliquias Erkengerus*[c] *comes*[1] *et Arnoldus de Germania Bononiensem civitatem deportaverunt. De sancto Timotheo martyre. De sancto Carauno*[d] *martyre. De sanctis Lorio, Gemino et Tadasio senatoribus. De sancto Machabeo et sancto Marciano. De sancto Marcello et sancto Maureliano. De*[e] *sanctis Lantberto, Paterno et Desiderio. De casubula sancti Gregorii papae, et aliae de eo reliquiae, scilicet de cingulo et de cilicio eius. De membris etiam sanctorum Ermelandi et Eremberti maximam habemus partem*[2]*. De sanctis confessoribus Martino, Odoeno*[f] *et Verano. De casubula sancti Silvini episcopi. De barba domni Dadonis, qui et Odoeni*[f]*. De villoso unde tectus est. De linteamine super quod transivit et camisia et nastula. De sancto Friciano confessore. De pallio sancti Remigii. De sanctis confessoribus Germano, Sulpicio et Samsone. De sanctis confessoribus Marcello, Bertino et Albino. De sancto Stephano pontifice. De sancto Amatore. De sanctis Fridegerio et Emetorio. De capillis sancti Genardi. De sanctis Gerano et Francoveo. De sanctis Benigno, Maxentio et Maglione. De sanctis Eligio, Wandone et Hieronymo. Reliquiae sanctae Agathae virginis. De tunica sanctae Agnetis. De capillis sanctae Aureae. Dens sanctae Ceciliae et aliae de ea reliquiae. De tunica sanctae Eugeniae. De sancta Perpetua. De sanctis Anastasia et Susanna. De capillis sanctae Radegundis et aliae de ea reliquiae. De sancta Bathilde regina, quae sancto Wandregisilo multa bona fecit*[3]*. De sancta Columba. De sancta Margareta. De capillis sanctae Hildemargae eiusque vestibus. De sancta Fide. De sancta Honorina et de aliis 27 sanctis, quorum reliquiarum breves non potuimus legere. Aliae quoque reliquiae nobiscum sunt delatae, quae olim in aureis atque argenteis capsis fuerunt inditae; quarum auri argentique pretio distracto, monachi*[4] *emerunt ex illis victui necessaria, quando a suo coenobio paganorum incursu per provincias fuerunt dispersi.*

His ergo sanctis, quos etsi incircumcisis labiis nominatim expressimus, ut precedentia huius sermonis testantur atque sequentia, hodiernae diei festivitas honestissime est dedicata. Hinc laus, hinc honor et virtus Deo nostro, decus et imperium Regi nostro per omnia secula seculorum!

15. Igitur memoratus piae memoriae abbas et comites venerandi, preclaris tantorum sanctorum Aug. 23. ditati patrociniis et pretiosis exhilarati pigneribus, laetum maturant reditum, laetiorem habituri adventum. Quibus, Christo cum angelis previo, castra moventibus et migrantibus, hi in magna cordis laetitia sublatis in caelum vocibus Deo[g] gloriam canunt, illi in magna amaritudine flebilibus modis luctum cordis aperiunt. Et ecce cum episcopo, patentibus portis, omnis ecclesiae dignitas, ecce cum inclito marchiso tota in honore sanctorum comitatur civitas; nec deserunt concives suos comitantes angeli, sed presentem servis suis regem Christum splendida ambiunt frequentia. . . . . . . Haec autem eo acta sunt loco, ubi mons quem dicunt Wonesberch[h, 5] a radicibus aera petit. Ab hoc ergo loco pedissequi sanctorum, qui de vicinis advenerant civitatibus, sanctis eorum se patrociniis commendantes et intercessionibus devoventes, ad propria magnis fatigati doloribus sunt reversi. Rogo, domine Iesu Christe, gradere mecum et viam sanctorum tuorum calamo depingentem dirige!

16. A prefato igitur loco plebe, ut dictum est, remeante et sese in sua recipiente, insignis pater Gerardus sanctique itineris comites in obsequio sanctorum tanto apparuere devotiores, quanto a remotae multitudinis strepitu erant remotiores. . . . . . . Sole dein ruente, et consummato diei itinere, in villam quam dicunt Werethem[6] diverterunt. Villa autem eadem secus mare sita est. Gratulantibus autem eis et de inventa hospitalitate et de proflua vicinorum humanitate, inopino aeris turbine et procellosa pelagi concussione omnis laetitia maerore absorpta est. Et nisi sublevaret fixa in patrocinio sanctorum pretiosa fides, totius salutis proturbaretur spes. Mare enim funditus eversum ita se mole fluctuum subrigebat in altum, acsi divino mox imperio terminos proprios egressurum et superficiem terrae occupaturum. Quid

a) oratorii *conicit Mab.* b) Et s. Enichiliani *Bosch.*; s. e. Kiliani *Mab.* c) Erceheng. *Bosch.* d) Caroutio *Mab.*; Carouno *Bosch.* e) et sancto *Bosch.* f) Audoen. *Mab.* g) Domino *Bosch.* h) Wonesberth *Mab.* — a *deest Bosch.*

1) Bononiensis. 2) Mabillon, Acta V, p. 200, notat in Martyrologio Blandiniensi legi: 3. *Nonas Septembris in monte Blandinio Gandavi territorii adventus sanctorum corporum Wandregisili abbatis, Ansberti et Vulframmi archipraesulum et reliquiarum Vulmari, Ermenlandi, Eremberti et Condedi aliorumque multorum pignerum sanctorum.* 3) Cf. Vit. Wandreg. post. c. 15. 19. 4) Fontanellenses. 5) De itinere hoc vide Cousin in 'Ann. de l'acad. d'archéologie de Belgique' XXVIII (2. ser. t. VIII), p. 268 sqq. 6) Fréthun. COUSIN.

944. agerent, nisi in illo cui canitur: *Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione*, spem omnem transferrent? Fusis ergo ad Deum[a] precibus et lacrimis, cum sacrosancta benignissimi Wandregisili patrocinia fluctuantibus opponerent undis, ecce, sedato aere, omnis ita in se resedit pontus, acsi valida Dei[b] dextera suis imprimeretur sinibus[c]. Renovantur hic antiqua eiusdem pii patris miracula. Nam[d], expressis signorum eius insignibus, memoriae occurrit, qualiter primo Geroaldus abbas, secundo autem Grippo prefectus saevientis pelagi vim perpessi, baratro mortis pene fuerint absorpti[1], nisi solita clementia pius adesset Wandregisilus pulsatus eorum et votis et lacrimis et precibus. . . . . . .

Aug. 24. 17. . . . . . . Inluxit dies beati Bartholomei passione festivus, in cuius gloria immolata redemptionis hostia, alveum quem dicunt Neunam[2] sancti suorum obsequio transvecti; et ecce gloriosus marchisus ex improvisu adest, spiritu turbatus et vultu maestissimus. Vagabatur enim spiritus mendacii in ore dicentium: 'Quia dominus noster sanctos sedibus suis privavit, ultio eum iam divina invasit. En in sedibus, quas sanctis a se paratas credidit, ipse subsistere non meruit'. Haec vox vox daemonum, ut dictum est, videtur fuisse; sentientes enim in sanctorum glorificatione vires suas conterendas — nam sicut ad memoriam eorum ab obsessis cum magno rugitu fugabantur corporibus, ita se pellendos presciebant a fidelium, quas amplius laedere student, animabus — dispositum a Deo[e] adventum eorum aut retardare aut forte mendaciorum figmentis moliebantur avertere. Quas insidias doctus a Deo[e] venerandus intelligens abbas, has ordinata per spiritum sapientiae eloquentia detexit atque falsiloquo rumori credulas adhibere aures marchisum prohibuit.

18. Incumbentibus interea[f] tenebris, villam vocabulo Ogiam[3] hospitio delegere; ubi intermixta turmis fidelium ad memoriam sanctorum cum hymnis pernoctantium quaedam infirma, membris omnibus dolori capitis compatientibus, Deo[e] miserante, mox pristinae sanitati est reddita. Unde ventum est ad castrum quod dicunt Bergam[4] cum magno fidelium concursu et occursu. Et depositis in ecclesia confessoris Christi Winoci debito honore sanctis, pauper quidam ob insequentem se cum armis hostilem cuneum ad eorum solida fide confugit patrocinium. Ubi cum in eorum aspectu thura precum incendit et aurum pretiosae fidei appendit, mox eiusdem ponderosae fidei merito palma ei triumphalis, elusis et
Aug. 27. retroactis hostibus, arrisit. Inde quoque post biduum egressi, ad alveum venere sermone rustico cognomine Drivlit, quod nos Latine Trinum-fluentum dicere possumus. Cui scilicet alveo, quia ex more mare exaestuans iam inundare coepit, comes sancti itineris, inclitus scilicet marchisus, cum omni exercitu, magno equorum et labore et sudore vix transmeabilem habuit. Venerabilis vero abbas et fratres
Ps. 19, 8. obsequio sanctorum deputati, memores illius Davitici: *Hi in equis et hi in curribus, nos autem in nomine Dei*[g] *nostri invocabimus*, non equis fisi aut curribus, sed sola invocatione nominis Christi, secura alacritate tanto sese commisere periculo. Et viam aggressi lymphaticam, senserunt mare Dei[h] nutu mirae dilationis moderamine suum coercuisse accessum, ut sanctorum absque difficultate perageretur transitus, et per hoc in eis glorificaretur Deus. . . . . . .

19. Igitur ab amne prefato progressis, ecce Balduinus, magni marchisi proles inclita, ecce quoque regia[5] mater eius, clarissima scilicet Adala, cum omni comitatu et innumerae plebis multitudine, devota honestate et honesta devotione sese obviam dedere. Apud quos unius tantum noctis spatio sancti cum
Aug 28. suis manentes et viam diluculo carpentes, in villa cui nomen Atrecias[6] hospitio suscipiuntur. Et facto
Aug 29. mane, ecce clerus quam plurimus, ecce diversae conditionis populus duce Leuthone archicapellano cum crucibus et lampadibus, cum hymnis quoque occurrit et laudibus. Quorum obsequio sancta sanctorum inde levata[i], cum concentu in aures domini Sabaoth reboante Bruzzias[7] sunt delata atque celebri honore in basilica
Marc 1, 30. 31. sancti Donatiani deposita. Hic quidam Bernaclius[k] inter suos nominatissimus, cum febricitante socru Petri a Domino visitatus, ex vivificis sanctorum morticinis vitam hausit medelae caelestis. Qui archidiaconatus functus officio in omni episcopio, cum ardentis febris aestuaret incommodo, ad memoriam sanctorum pro se rogaturus, aegra vix trahens vestigia, est presentatus. . . . . . . His miraculorum insignibus tota Flandria et Maritima[8] regio nobilior reddita est. Ecce, carissimi patres et domini, dum viam sermone levamus et miraculorum gaudia spargimus, Gandenses fines intramus et iam aureum montem Blandinii cum gaudio scandimus. Unde gratias tibi[l] agimus, domine Iesu Christe, quod te duce et comite, viam electorum tuorum in tua laude peregimus et ad locum tua eis promissione preparatum laeti cum eis iam venire meruimus. De quorum adventu diu expectato diuque desiderato, nunc autem caelitus accelerato, quia nos Christus certos reddit, susceptionis eorum ordinem celebri pompa prosequamur.

20. Sancti igitur venerando suorum obsequio a castro Bruzziensi devecti, nec pretergresso absque reverentia Dei genitricis Mariae monasterio Truncinensi[9], trans flumen Legiam, plaudentibus dulci modu-
Sept. 3. latione turmis, sunt evecti. Et ecce citeriores ripae amnis et omnes plateae obviam exilientium excipiuntur agmine christicolarum. Omnis patria occurrit, quique pagenses honore mortalibus possibili obviam ruunt, confluit regalis militia et omnis plebs urbana. Horum omnium concentu, vocibus quidem dissono, affectibus autem consono, ad aures domini Sabaoth perveniente, monasterio principis apostolorum, de quo diximus, altisona appropinquant modulatione. Et ecce prodit quasi de sinu matris religiosus monachorum chorus ecclesiasticis infulis admodum honeste redimitus, preeunte toto mentis affectu cum

a) Dominum *Bosch.* b) divina dextra *Bosch.* c) fin. *Bosch.* d) Iam *Bosch.* e) Domino *Bosch.* f) autem *Mab.* g) Domini *Bosch.* h) divino *Bosch.* i) locata *Mab.* k) Bernadius *Mab.* l) ag. t. *Bosch.*

1) Cf. Mirac. S. Wandreg. I, 7. II, 15, supra p. 407 sqq. 2) Id est Niuwe Aa, Rivière de Nieulay; Cousin l. l. p. 289 sq. 3) Oye inter Calais et Gravelines. 4) Bergues. 5) Haec filia Heriberti comitis Viromandensis non fuit regia ex stirpe orta. 6) Aertrycke. COUSIN. 7) Brügge. 8) i. e. Zeeland; v. van den Bergh, 'Handboek' p. 112. 9) Tronchiennes-les-Gand.

gaudio spiritali venerabili Transmaro episcopo[1], et comitante cum suis glorioso prefato marchiso, super 944. his omnibus singulariter tripudiante et Deo[a] gratias omnigenas referente. Hac tali et tanta, tam nitida scilicet atque prefulgida[b] fidelium chorea, cum hymnis caelestibus et organis angelicis, cum thymiamatibus aromaticum vaporem spirantibus sancti hinc ambiuntur et inde, his sanctae crucis stigmata cum vexillis micantibus, illis cereoferalia claritatem diei augentia honorifice gestantibus. Cum hac ergo speciali honoris prerogativa sancti in hanc apostolicam introducti basilicam, in aulam eis scilicet divina ordinatione et preparatione dedicatam, deponuntur iuxta virtutiferum paradoxae virginis Christi Amalbergae mausoleum, sublata in caelum voce iocunda, hac dulci modulatione: 'Sacerdos Dei, inclite Wandregisile, ora pro nobis, ut tuis semper precibus piis protegi mereamur et quandoque digni apparere aspectui[c] divinae claritatis'. Acta sunt anno incarnati Verbi nongentesimo quadragesimo quarto, indictione secunda, Marino[d, 2] papa vices apostolicas in sede Romana agente, Ludovico Francis imperante, Transmaro Noviomensi episcopo presidente et domno Gerardo abbate hoc coenobium regente, tertio Nonarum Septembrium die. . . . . . .

21. Miraculum adhuc referam satis illustre et omnibus seculis sine exemplo predicabile, quo et Deus[e] in ipso adventus eorundem sanctorum articulo voluit glorificari, et sancti meruerunt ab ipso mirifice honorari. Autumnalia, ut nostis, sidera tunc exorta, et sol iam in virgine positus, terram natura auctore nec flores permisit edere nec germen aliquod parturire. Et ecce totus mons Blandiniensis, mirabile dictu! flores coepit producere et huiusmodi honore ob gloriam advenientium sanctorum sese vestire. Arbores quoque eorundem florum varietate candescere, viridescere, purpurascere quoque coeperunt et distinctorum varietate colorum merita declarare sanctorum, in tantum ut etiam pullulantia fructuum primordia in naturales iam species mirareris formata; vernalis naturam temporis autumnus se suscepisse miratus est. Et quod multum mirabilius est, eisdem arboribus longis postmodum seculis tamquam legitimum accidit, ut redeunte anni orbita se eodem florum decore vestirent et hanc Dei gloriam in testimonium tanti miraculi memoriae mortalium revocarent. Ipsi enim qui haec loquimur eosdem flores oculis perspeximus, manibus tenuimus, osculis admovimus, honestis quoque personis et amicis longe manentibus ob honorem Dei direximus, quosdam etiam eorum tactu et odore ab infirmitatibus suis gratuita Christi bonitate ereptos scimus. . . . . . .

22. Igitur divae memoriae Arnulfus atque marchisus cluentissimus immensam quam erga memoratum locum et prefatorum corpora sanctorum habuit devotionem in mente demonstravit in opere. Destructa vero basilica sancti Petri, ad quam tantorum delata sunt patrocinia sanctorum, quia tam habitationi monachorum quam frequentiae promiscui sexus pro parvitate sui erat incongrua, funditus in quadam maiori elegantia reaedificavit[3] perfectamque opibus ditavit, villas quoque et predia quam plurima 960. atque alia utensilia ecclesiasticis congrua ministeriis in auro et argento prona[f] contulit animi devotione, insuper ipsorum corpora sanctorum honorificentissime inclusit auro et argento.

23. Post autem succedenti tempore transtulit ad eundem locum corpora sanctorum Gudwali archiepiscopi et Bertulfi confessoris Christi[4] de Bononia civitate, ubi etiam ad presens requiescunt cum sacratissima virgine Christi Amalberga; in quo orationibus et meritis ipsorum ceterorumque sanctorum ibi requiescentium larga fidelibus prestantur beneficia ad laudem et honorem salvatoris nostri domini Iesu Christi, cui omnis honor, gloria, regnum et imperium cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti per immortalia secula seculorum. Amen.

a) Domino *Bosch.* b) perfulg. *Bosch.* c) *sic Bosch.*; conspectui *Mab.* d) Martino *Mab.* e) Dominus *Bosch.* f) plena *Bosch.*

EX VITA BERTULFI RENTICENSIS.

Reliquiae s. Bertulfi, qui Harlebeccae, in villa ex qua comites Flandrenses ortum traxisse dicebantur, colebatur, ab Arnulfo Magno comite Flandrensi circa a. 945. *in Blandiniense monasterium nuper ab eo exstructum, copiose ditatum, translatae sunt. Quae postquam a.* 1073. *in alium locum huius ecclesiae transpositae sunt, monachus quidam Blandiniensis iussu Folcardi abbatis huius monasterii (a.* 1070—1088*)*[5] *haud parvum libellum de vita illius sancti prompto stilo, sermone ubique syllabis enunciata terminantibus consonis exornato, conscripsit. De vita Bertulfi iam antiquior libellus*[6], *nescimus num Harlebeccae*[7]

1) Noviomensi. 2) A. 942—946. 3) Quod opus a. 960. inceptum est, a. 975. basilica dedicata, Ann. Bland. p. 25. 4) Cf. Vitam Bertulfi (infra). 5) In charta data a. 1073, Iul. 15, ap. Van Lokeren, 'Chartes et documents de l'abbaye de St. Pierre' inter sanctos in monasterio Blandiniensi sepultos Bertulfus non occurrit, eius vero mentio fit in charta a. 1088, Nov. 4, ib. nr. 160, p. 107, memoria eius per hanc Vitam certe renovata. 6) Prol.: *Cuius vitam, veteri olim stilo descriptam, ut novo scribendi percurrerem studio.* 7) Hoc suadere videtur, quod c. 32. legitur: *fratres Gandenses . . . cum in veteribus de sancto conscriptis exemplaribus . . . . legerent*, reliquias eius Harlebeccam translatas esse.

an Blandinii saec. X, certe vero saeculis aliquot post illius obitum conscriptus, extitit, quo pauca omniaque haec incerta ac dubia de illo relata fuisse apparet[1]. *Quae vero de vita eius traduntur, minorem libelli partem (cap.* 1—19*) obtinent, plura de corpore eius Bononiam, Harlebeccam, Blandinium translato, in Blandiniensi ecclesia elevato et transposito narrantur. Et de ss. Bertulfo et Gudwalo Blandinium ab Arnulfo Magno translatis relationem iam antea, procul dubio saeculo X. medio conscriptam, nunc perditam, auctor legit*[2]. *In his libelli partibus praeter alia partim leviora partim fabulosa quaedam de comitum Flandrensium rebus gestis aliquanti momenti relata leguntur.*

Eo magis dolendum est, quod iste libellus non incolumis ad nos pervenerit. Integrum enim codicem solus Surius habuit et ex eo libellum edidit Sanctorum hist. (Febr. 5*) I, p.* 846—863 *(ed. Colon.* 1570*; ed. altera I, p.* 869 *sqq.)*[3]. *Sed quamvis non professus sit, se suo more stilum libelli editi mutasse, tamen multa, ut sibi videbatur, minus eleganter dicta, alteravit*[4], *praesertim syllabis consonis enunciata terminantibus offensus saepe his locis alia verba posuit. Quod perspeximus ope duorum codicum, quos vidimus. Hi vero sine prologo capita* 1—19. *tantum et partem cap.* 20, *quibus nihil praeter Vitam Bertulfi narratur, continent, videlicet*

1*) Codex Audomarensis nr.* 716, *t. II, mbr. fol. maximi, saec. XII. ex., pars magni legendarii Claromariscensis, in quo f.* 7—11. *hoc fragmentum legitur*[5]*;*

2*) Codex Brugensis nr.* 403, *mbr. fol. maximi, saec. XIII, pars magni legendarii Dunensis, quod Claromariscensis simillimum est*[6].

Ioh. Bollandus, qui hunc libellum Acta SS. Febr. I, p. 677—688. *recensuit, codice Frugensi*[7] *usus est, qui sine prologo sola priora* 16 *capita continebat, praeterea cap.* 33. *cum codice quodam Harlebeccensi contulit et ex his multas quidem, sed non omnes lectiones autenticas restituit*[8]. *Ioh. Mabillon vero, quamvis codicibus mss. se usum esse dixerit*[9], *Surii editionem — quod sane difficile creditu —, neglectis omnibus fere genuinis lectionibus Bollandi, Acta III,* 1, *p.* 45—64, *recudi fecit. Fragmentum parvum dedit Bouquet X, p.* 365. *ex huius editione.*

Ut lector intelligat, quomodo Surius in iis partibus, ad quas edendas nec Bollando nec nobis codices praesto erant, sermonem mutaverit, etiam iis capitibus quae ex codicibus integritati suae restituta sunt Surii alteratas lectiones annotavimus et ideo maxime pauca frustula ex prioribus capitibus exhibuimus. Nonnunquam pro verbis a Surio procul dubio mutatis[10] *coniecturas posuimus, ut syllabas consonas restitueremus, cum sanius visum sit, sermonis genus quod 'reimprosa' vocamus ab auctore usitatum revocare eaque proponere quae auctor scripsisse potest, etiamsi non speramus fore ut ubique genuinas lectiones invenerimus, quam ex Surio repetere quae auctor certe non scripsit.*

O. H.-E.

1) Haec fere: Bertulfum Alamannum tempore regum Merowingorum vixisse, in praedio Renticensi territorii Bononiensis, quod a Wamberto haeres acceperat, monasterium fundasse. 2) C. 27: *Corpus vero* (Gudwali) *qua de causa . . . . corpori s. Bertulfi coniunctum atque cum illo Blandinium translatum sit, ex libello qui de eorum adventu scriptus est lector agnoscere poterit.* 3) In editione nova Aug. Taurin. 1875. II, p. 124 sqq. capita 1—20. tantum recusa sunt. 4) Quod Ioh. Bollandus, Acta SS. Febr. I, p. 677, falso negavit. 5) Cf. 'Archiv' VIII, p. 415. 6) Cf. 'N. Archiv' II, p. 263. 7) Fruges (dép. Pas-de-Calais). 8) Capitum divisionem et numeros a Surio recepimus, ea quam Bollandus et Mabillon instituerunt neglecta. 9) 'Ex mss. codd., Surio et Bollando' sunt verba eius editioni praemissa p. 45. 10) Dico talia dicta ut *reverentia affici, certiores reddere*, quae a scriptoribus medii aevi vix usurpantur.

INCIPIT VITA SANCTI BERTULFI CONFESSORIS, CUIUS FESTIVITAS EST NONAS FEBR.

Quoniam[a] quidem omnis qui membra cuiuscumque honorat totum hoc cuius membra sunt honorat, membra vero Christi omnes sunt sancti, ergo et qui sanctos honorant, Christum laudare et honorare probantur. Non tamen Christus in sanctis suis, neque sancti in Christo laudari egent, sed qui eos hic laudant, egent utique, ut laudent. Ecce inter reliqua membra Christi Bertulfum egregium corporis Christi membrum in medium assumo, quem tanto minus laudare sufficio, quanto amplius et ingenio et vita sordesco. Sed quos minus sufficio, sancti huius supplebit intercessio, et qui dedit velle, dabit, credo, et posse. Cuius vitam veteri olim stilo descriptam ut novo scribendi percurrerem studio, domini abbatis nostri Folcardi[1] obtinuit iussio, cui petenti fas non erat quicquam negare, quia speciali sanctum hunc adeo devotione amplectitur, ut cum omnibus sanctis specialem hunc pro omnibus fidelibus defunctis habeat intercessorem, quem ad eorundem fidelium defunctorum memoriam et corpore et intercessione fecit esse presentem. Sed hoc solum miror, quod humiliter a me ignavo exigere voluit, quod ipse sancto viro efficaciter exhibere valuit, presertim cum sim incircumcisus corde et labiis, ille autem disciplinis non mediocriter instructus aecclesiasticis. Cuius preclara ad sanctum devotio quia humilitate ornabatur, quod devote humilis sancto viro exhibere valuit, humiliter devotus ab alio, licet sciolo, petere non horruit. Quid ergo? Iubenti auctoritate et petenti humilitate, non quantum debeo, sed quantum habeo, patri presto, salva virorum illustrium maiestate, qui ad hoc opus ingenio et doctrina longe me precellunt. Sed si quid mens nostra dictando vel manus scribendo erraverint, eius erit et apud sanctissimum Bertulfum excusare, qui me non timuit ad hoc scribendi studium applicare. Et notandum, ex multis pauca sancti viri gesta me esse scripturum, quia temporum vetustas plura oblivioni, pauca memoriae dedit. Sed fideli pauca multum sufficiunt, infideli autem nec multa parum satisfaciunt. Prudens igitur lector materiem magis penset quam stilum, rationem magis quam scriptorem, quia vinum plumbi fistula haustum sepe placet; bonique nuncii baiulus, non quis, sed quid afferat, inquiritur.

1. Cum sub gloriosissimo[b] rege Sigeberto[2] aecclesia Christi pacem simul et gloriam[c] meruit, beatissimus confessor Bertulfus ortum nativitatis suae[d] patria Alamannia habuit, parentibus quidem honeste mediocribus, sed gentilibus. Neque enim adhuc Alamanniam fides Christi respexit[e], quamquam in ea hic futurus aecclesiae filius carnis tunc progenitores habuerit.

Cuius uterque parens paganis ritibus[f] horrens,
Sicut spina rosam, sanctum sic edidit istum.

. . . .

2. . . . . . . Exivit ergo hic novus Abraham de terra et de[d] cognatione sua et venit in terram et Gen. 12,1.
cognationem non suam. Nam arrepto itinere versus occidentem, tandem in partes Galliarum devenit, eoque ubi Taruennensium fines mare[g] oceanum terminat mansionem accepit.

3. Erat tunc temporis in prefata regione quidam Wambertus non infimus comitum, cui cum divitiis par erat meritum. Huic paris conditionis coniunx adhesit, cuius ingenuitatem religio sancta et immaculata adornavit, nomine Homburga. Utrisque ergo illorum cum ingenuitate sancta religio et cum religione irreprehensibilis erat operum exhibitio. Nec defuere in argumentum religionis eorum plura opera[h] virtutum, inter quae illud emicuit[i] preclarum, multarum per eos constructio aecclesiarum. Nam ex facultatibus propriis in predio[k] proprii iuris construxere coenobium operosa manu elaboratum, non minus a magnis coenobiis pollens, quod honori et nomini Dionisii martyris titulari fecerunt. Adiecerunt etiam tres adhuc[l] aecclesias fundare[m] easque non parva devotione sanctis titulare[n], unam principi apostolorum, aliam beatissimo Martino, terciam aeque[o] sancto Vedasto. Quas, ut dictum est, tam ex sumptibus propriis quam in predio[k] proprii iuris nuncupato Rentica[3] constructas venerantur omnes et colunt, precipue qui Ennenam[p, 4] fluvium bibunt, cuius ripae prescripta[q] possessio[r] adiacet.

4. . . . . . . Ubi[s] cum beatus Bertulfus pervenisset, eundem peregrinationis suae locum patriam credidit, quia ibi fidem Christi, qua nil umquam iocundius habuit, invenit. . . . . . . Et ut choris fidelium posset adiungi, humiliter se petiit sacramento baptismatis insigniri. . . . . . .

15. Cumque conspiceret vir clarissimus Wambertus in servo Dei et quod ammiraretur et quod diligeret, cepit et[t] hunc ammirando diligere et diligendo venerari, adeo ut, quem prius his quae domi[u], etiam his quae foris sibi erant[v] preficeret. Nec solum suis[w] rebus intus forisque eum prefecit, sed quarundam suarum temporalium[x] rerum temporaliter[y] heredem fecit[z]. Nam predium sui iuris vulgo Rentica dictum una cum aecclesiis in ipso[a] constructis necnon[b] cum appenditiis ipsius illi contradidit et donatione sollempniter facta heredem substituit[c]. Quam donationem et illustrium virorum testimonio et privilegiis roboravit atque ex suo iure in ius viri[d] Dei de reliquo possidendum delegavit[e]. . . . . . .

a) *prologus deest* 1. 2; *Boll. et Mab. repetierunt eum ex Surio.* b) glorioso *edd.* c) gratiam *Mab.* d) *deest edd.* e) respexerat *edd.* f) retibus 1. g) *deest edd., ubi* oceanus. h) v. op. *edd.* i) praeclare em. *edd.* k) proprii i. praedio *edd.* l) alias *Sur.* m) *deest Sur.* n) dedicarunt *Sur.* o) *deest Boll.* p) Ennenonem (Eun. *Sur.*) *edd.* fluviam 1. q) praedicta *edd.* r) contigua *add. edd.* s) Quo *edd.* t) c. eum et admir. *edd.* u) deinceps *add. edd.* v) f. habebat *edd.* w) r. suis *edd.* x) r. t. *Boll.* y) *deest, sed* etiam *add. Sur.* z) instituit *Sur.* a) illo *edd.* b) *deest Boll.*; constr. cum iis quae ad illud pertinebant *Sur.* c) fecit *Sur.* d) *deest* 1. 2. e) rel. translatum esse voluit *Sur.*

1) A. 1070—1088. 2) Forte III. huius nominis (a. 634—656) intelligit. Non constat, quo tempore Bertulfus vixerit. 3) Renty (arr. St.-Omer), 3 km. a Fauquembergues. 4) Aa fl.

16. Interea vir illustris Wambertus una cum coniuge sua aeque illustri peregre profectus, iter quod Romam respicit[a] est aggressus[b] et post longa terrarum[c] spacia apostolica tandem pervenit[d] ad patrocinia. Ubi tam ipse quam venerabilis coniunx eius magna animi et corporis devotione corpus humi[e], caelo animam[f] dedere et cum precum[g] suspiriis lacrimisque[h] sanctorum se commendant suffragiis. Nec illud silendum, quod, antequam viam ingrederentur peregrinationis, fidelissimo suggessere Bertulfo, ut, ubicumque eos diem ultimum claudere perciperet, illuc ad deportanda eorum corpora accurreret, hoc votis omnibus sitientes, ut nec etiam[i] post mortem tam fidelis famuli obsequio privarentur nec adiutorio fraudarentur. Contigit itaque eos, adoratis in Urbe maxima sanctorum pigneribus, domum[k] repedasse et inter eundum[l] vi[m] febrium inclementius[n] laborasse[o]. Qui tandem in villa sui[p] iuris Falcomberga[1] mansionem accepere atque, per dies languore ingravescente, humanis rebus vale ultimum fecere[q]. Quorum obitum beatus Bertulfus ut fama vulgante comperit, tantos ac tales se amisisse magno[r] cum fletu ingemuit. . . . . . . Moxque[s] fidelium turmis una cum aecclesiae ministris sibi iunctis ad deportanda eorum corpora, sicut in mandatis accepit[t], iter arripuit[u]. Quae cum sequentibus[v] et precedentibus utriusque sexus turmis [fideliter[w]] transtulisset et[x] ad predium sui iuris, quod[y] prefati sumus, Renticam pervenisset, in oratorio olim ab eis constructo corpora tumulis, animas commendavit caelis. His ita se habentibus, quae virtutum summa[z] in viro Dei fuerit[a], hinc lector[b] palam habebit . . . . . .

cf. 2 Tim 4,7 19. Consummatus[c] igitur venerabilis pater in omni virtute, cum bonum iam certamen certasset, cursum consummasset, fidem servasset, de reliquo repositam sibi coronam iusticiae optando sperabat. . . . . . . Obiit sane Nonas Februarii, cuius obitum natalem magis quam mortem dignum est appellari, quia hic moriens caelis est natus et inter intelligibilia translatus. . . . . . . Discipuli proinde beati viri exequiis ipsius intererant, quem sincera semper caritate dilexerant; quibus dolor[d] de amissione confusionem, sed fides de remuneratione eius generavit exultationem. Cuius corpus ad locum usque sepulchri ymnis prosecuntur funerique sacrosancto tristes, sed devoti obsequuntur. Sicque ab eis in predio sui olim iuris Rentica, in oratorio beati Dionisii tumulum sumpsit[e], defunctusque eo in loco pausam[f] elegit, quo humanis pridem rebus functus, suis pastorali cura alumpnis presedit. Cuius corpus licet tumulus clauserit, virtutes non clausit, quia, loquentibus ad sepulchrum eius miraculis, magna[g] in servo Dei virtus spectaculo erat populis.

20. Sanctus[h] Domini Bertulfus post multiplices huius seculi labores, quibus coram Deo et hominibus optime est conversatus, de presenti vita ad aeternam gloriam translatus et ante Deum ab angelis est coronatus. Cum ergo, ut predictum est, in proprii iuris predio Rentica sepulchrum accepisset, quod eum locum humanis olim rebus functus elegisset, ad tumulum eius miracula non defuere, quae sanctitati illius preclara testimonia[i] perhibuere. Nam caecis visus, surdis auditus, mutis linguae officium reparatur, et in[k] singulis morbis tanti medici efficatia ammiratur[l]; licetque cernere in gloria sancti gloriam Dei [mirabilem[m]] et in miraculis visibilibus ammirari Deum invisibilem. Porro crescentibus miraculis, spectaculum crevit populis, et[n] frequentia signorum frequentiam etiam invitavit populorum. Nam non solum rei novitate, sed etiam spe recuperandae sanitatis undecumque accurritur; nec spe sua devotus quisque atque fidelis fallitur, dum et infirmi laetantur morbi se evasisse inclementiam, et sani nichilominus gaudent tantam se in infirmis vidisse gratiam[o]. Sicque sepulchrum sancti in brevi adeo factum est celebre[p] et gloriosum, ut non minus divitibus quam pauperibus fuerit[q] preciosum, et sicut miraculorum gloria, sic rerum creverit opulentia.

21. Accidit interea triste malum in terris, quod sine horrore dici vix queat. Invasere enim Galliae loca maritima saevissimi piratae, homines rapacissimi, eaque in vastas usquequaque redegere solitudines, igni, rapinis et gladio omnia vastantes. Quae pestis dum interdum circumquaque desaeviret, interdum quiesceret, hi qui in locis post tanta mala residui erant, suspicione hostilis irruptionis ducti, singuli de singulis locis una cum sanctorum pigneribus migrabant alioque ad tutiora loca declinabant. Erat quippe videre miseriam. Nam cum sepius quos diximus piratae tum terras vastarent, tum in mari latitarent, iterumque ad vastationem terrarum oblata opportunitate sese inferrent, in tantum furor eorum processit, ut nec ab aecclesiarum Dei excidiis abstinerent. Quas igni cremantes, nil in eis reliquum fecere, Thren 4,1 quod non igni, gladio, rapina absumerent, ita ut secundum illud prophetae dispersi cernerentur lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Unde factum est, ut tam monasticus quam canonicus ordo, relictis in quibus habitabant sedibus, fugae operam darent aliasque ad sedes, effossis asportatisque, ut dictum est, secum sanctorum corporibus, migrarent, nullis aut raris citra mare relictis coenobiis, quae non tam suo honore quam suorum sanctorum privarentur patrociniis.

a) denuo *add. edd.* b) ingr. *Sur.* c) emensa *add. edd.* d) ad patr. perv. *edd.* e) humo *edd.* f) animum *Sur* g) et precibus *Boll.*; lacrymis precumque susp. *Sur.* h) que *deest Boll.* i) *deest Sur.* k) d. rep. et *des. Sur.* l) redeundum *Sur.* m) morbo *Boll.* n) *deest Boll.* o) infestari *Sur.* p) i. s. *edd.* q) rebus exempti sunt *edd.* r) multum doluit *Sur.* s) que *deest Sur.* t) acceperat *edd.* u) arripit *Sur.* v) subseq. *edd.* w) *sic Boll.; deest* 1. 2. *Sur.* x) *deest* 2. y) q. pr. s. *des. edd.* z) v. clara facinora *Sur.* a) fuit *Boll.*; extiterint *Sur.* b) lectori p. explanabimus *Sur.* c) *in calce c.* 16. *desinebat cod. Frugensis a Bollando collatus, qui abhinc usque ad c.* 33. *Surii editionem repetivit.* d) quidem *add. edd.* e) accepit *edd.* f) l. voluit quiescere ubi hum. *edd.* g) magnum in s. Christi spectaculum populis eius virtutes exhibent *edd.* h) Sanctus — testimonia perhibuere *des.* 1. 2. i) *sic correxi ad syllabas consonas restituendas et similiter saepe in sequentibus, ut in praefatione dixi;* p. t. *edd.* k) *deest edd.* l) eff. praesto est *edd.*; 1. 2. *hic desinunt, addentes:* prestante domino nostro Ihesu Christo cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Et* 1 *add.:* Explicit Vita sancti Bertulfi. m) *supplevi; deest edd.* n) p. signorumque freq. *edd.* o) salutem *edd.* p) gl. et c. *edd.* q) pr. f. *edd.*

1) Fauquembergues (arr. St.-Omer).

22. Carolus rex regno Francorum occidentalium leges dictavit, quem postea Heribertus comes 923
Viromanduorum dolo captum Peronae posuit in custodia[1]. Quo adhuc imperium obtinente, Bononiensium comes fuit Erkengarius, genere et potentia non parum egregius, in cuius etiam ditione Rentica fuit predium, in quo beati Bertulfi corpus erat[a] tumulatum. Qui, conspectis ad sepulchrum sancti virtutibus, eum quanto magis[b] ob miracula ammirabatur, tanto carius amplectebatur. Sed quia omnem circa regionem irruptioni eorum quos diximus piratarum expositam videbat, de amissione tanti patroni sui suisque pertimescebat[c]. Unde, consilio accepto, illo eum transtulit, ubi et ipse tantarum reliquiarum esset securus, et sanctus ampliori in suis artubus honore afficeretur. Convocato denique aecclesiastici ordinis conventu, animi sui votum religiosorum roboravit consiliis efficacibusque perfecit auxiliis. Et admissis ad sacrosanctum tumulum sacerdotibus, una cum aecclesiae ministris in sanctissimorum artuum attrectatione cum magna animi assistebat[d] devotione. Sicque membra sancti locello diligenter reposita de Rentica Bononiam transferri precepit, ubi ea tutius atque devotius servanda non ignoravit. Erat quippe Bononia sui iuris tunc[e] temporis civitas munita, mari Morinorum propinqua mercibusque marinis precipua, sede insuper episcopali et benedictione consecrata[2]. In quo loco usque ad tempora Magni Arnulfi ea pignera servabantur, immo, ut verius dicam, magis servabant potius quam servabantur. Servabant, inquam, quia sancti ipsius, cuius membra erant, intercessione locum eundem ab omni liberabant[f] infestatione.

23. Quia occasio se obtulit, ut de temporibus Magni Arnulfi mentionem faceremus, non ab re est pauca etiam de illo conscribere, quae et tanto viro laudem non modicam aliisque eum imitari volentibus exemplum vivendi afferant, presertim cum, exceptis reliquis virtutibus eius, ex hoc vel maxime evaserit[g] gloriosus, quod sanctum hunc multaque sanctorum pignera Blandinium transferre inventus[h] est dignus[3]. Processit itaque hic a sanguine magnorum regum, quem Balduino Calvo peperit Elstrudis, filia Edgeri regis Anglorum, non minus ingenui sanguinis a patre quam a matre, quia a patre regem Francorum Carolum Calvum proavum, a matre, ut dictum est, Edgerum regem Anglorum traxit avum[4]. Qui, quod in viris clarissimis clarissimum est, hanc tantam generis nobilitatem probitatis industria decoravit. Successione proinde hereditaria monarchiam sortitus est Flandrorum, quam adeo ampla dicendi et agendi facultate gubernabat, ut pro magna animi corporisque virtute Magni nomen obtinuerit. Hic Blandinium, a beato olim Amando in castro Gandavo constructum, intimo pre ceteris regni sui coenobiis affectu complexus, studio quanto maximo potuit provexit, in tantum ut tam suis quam apostolicis regalibusque privilegiis roborarit multisque insuper sanctorum pigneribus undecumque collectis ditarit. Ut vero etiam maiori elegantia illud instaurarit, in archivis eiusdem monasterii lector luce clarius nosse poterit; hoc tantum hic strictim inseruisse sufficiat, quod lectori de translatione sancti huius, de quo sermo est, satisfaciat[i]. Quae quidem translatio huius marchionis studio potenti accurata industriaque prudenti est consummata.

24. Successu interea temporum ditioni eiusdem marchionis Bononia cessit[5], quam non minus honeste 933.
quam ceteras urbes maritimas gubernandam[k] suscepit. Quo tempore in eadem urbe accidit amissione corporis beati Bertulfi dampnum, sed idem mox cum lucro est[l] sarcitum. Nam quidam Britannia oriundus nomine Electus, officio sacrilegus, ad subripiendos sanctissimi Bertulfi artus locum observabat et tempus. Qui tandem improbi voti compos effectus, illos quadam calliditate est[m] adeptus. Nam tempus sacrilegio, quod mente iam conceperat, opportunum nactus, ad locum in quo sancti confessoris membra reposita erant temere accedit, ruptoque sigillo ac aperto locello, corpus sanctissimum, omni thesauro preciosius, furtim abripiens, clam discedit. Nec solum beati Bertulfi membra abstulisse sat habuit, sed etiam multorum sanctorum pigneribus pariter sublatis, ad id usque vesaniae processit, ut quas furto subripuerat reliquias locello reponeret ac in villa Otidigem[6] reconderet, precio eas, ut putabat et volebat, Adelstano regi Anglorum[7] vendilurus. Detrimento quippe illorum qui eas amiserant lucrum suum decreverat facere. Sed dispositione Dei intentio sacrilegi nullos habuit effectus. Elusit enim eum per sanctum hunc virtus Dei ac iam[n] sepe memorati industria marchionis, qui tempore sacrilegii Bononiam veniens, de re publica sollempnem cum suis conventum habuit.

25. Cum ergo, ut dictum est, rei publicae predictus marchio consuleret, hoc maxime curabat, ut etiam rebus aecclesiasticis ante omnia precaveret. Erat enim sicut rei publicae prudens orator, ita et aecclesiae Dei fortissimus propugnator. Unde, accito memoratae civitatis episcopo nomine Wigfredo[8], vespertina iam sinaxi dimissa, inter cetera quae super aecclesiasticis rebus plurimum curabat, haec pontifici dixit: 'Satis, domine mi, de sacrosanctis sanctorum pigneribus timeo, et utrum suis in locis salva sint, non parum sollicitudinis habeo. De quibus quoniam et me certiorem et vos volo esse sollicitiorem[o], convenit, ut cum timore et fide ad sancta sanctorum accedatis et in singulis, utrum salva sint

a) t. e. *edd.* b) ob mir. adm. magis *edd.* c) pertimuit *edd.* d) dev. ads. *edd.* e) m. t. t c. *edd.* f) inf. liberum reddiderunt *edd.* g) gl. ev. *edd.* h) d. i. e. *edd.* i) faciat satis *Boll.* k) s. g. *edd.* l) s. est *edd.* m) ad. est *edd.* n) iamiam *Mab.* o) sollicitiores *Mab.*

1) Cf. Flod. Ann. a. 923. 929, SS. III, p. 372. 378. 2) Fuit altera sedes episcopalis dioeceseos Taruennensis. 3) Cf. Sermonem de adv. S. Wandregisili et sociorum supra p. 628 sqq. 4) Cf. Geneal. comitum Flandriae Bertin., SS. IX, p. 305, ubi etiam falso Edgerus pro Alfredo pater Elftrudis dictus est. Haec vero post hanc Vitam conscripta est. 5) Defuncto Adalulfo fratre eius, a. 933; cf. Folcwini G. abb. Sith. c. 105, SS. XIII, p. 627. 6) Vix Audingem inter Boulogne et Calais, ut Malbrancqus intelligit. 7) A. 925—940. 8) Taruennensi a. 935 959; cf. supra p. 628, n. 3.

signacula, perquiratis. Periculosa enim sunt tempora, et quia sunt homines se ipsos amantes, a manu latronum vix quicquam est tutum'. Cui episcopus: 'Non', inquit, 'horae instantis est negocium hoc nunc vestrum exequi imperium. Diem enim cernitis in vesperum declinare; nec fas est hac hora sancta sanctorum attrectare; matutinum nos potius tempus ad ea admittet; in crastinum id quod iubetis differre nil prohibet'. Contra vero marchio a Spiritu sancto permotus: 'Non est', inquit, 'utile differre, quod devotione magis quam temeritate fieri affectamus, presertim cum nosmet ipsos, si differatur, periclitari timeamus'. Cumque antistes excusando, marchio niteretur instando, inclytus marchio affectus sui effectum obtinuit, quem, ut post patuit, Spiritu sancto inspirante adeo urgere perrexerat. Quid plura? Ad sancta sanctorum antistes accessit loculumque, quo beati Bertulfi artus contineri sperabat, detexit; et ecce ob preciosissimi corporis amissionem magnam[a] animus induit confusionem. Expavit cor videntis, irrigantur ora lamentis, et preciosi thesauri destitutione marchio quoque et alii adstantes simili afficiuntur lamentatione, quae maiori non multo post sedata[b] est consolatione.

26. Sicut erat in glorioso marchione mens presaga sacrilegii, sic Spiritu sancto docente non ignara sacrilegi. Unde dampno sacratissimi corporis valde aegre cognito: 'Noveritis', inquit, 'detestandum hunc Britonem dampnum hoc dedisse corpusque sancti furtim subripuisse'. Quo audito, religiosi quique circumstantes Britonem correptum super dampno quod acciderat convenere. Illi sacrilegium sacrilego intendebant; is e diverso quod intendebatur repellebat. Cumque nec suasionibus nec terroribus ad confessionem furti inclinaretur, presentiae marchionis examinandus[c] offertur. Quem blanda, immo callida comes circumventione conventum his allocutus est verbis: 'Bene', inquit, 'fecisti, quod sancti corpus ablatum eo transtuleris, ubi decentius excoleretur'. Hac callida marchionis oratione magnus sacrilego pudor iniectus est, moxque comitis prosternitur pedibus, se corpus sancti professus abstulisse, sed ea mente, quam comes dixerat, nempe ut illo transferretur, ubi maiori reverentia a fidelibus coleretur[d]. Cui comes subridens: 'Deo', inquit, 'gratias referimus, quia compertum habemus quod quaesivimus. Sed ubi quod abripueras reposueris, pande. Licet enim sacrilegium colore virtutis fucaveris, non tamen virtutis est sacrilegium fecisse, nec satis credibile, ob reverentiam te sancti alibi eum reposuisse'. At ille rubore suffusus et timore deiectus, villam Otidigem mari pene contiguam indicavit, ad quam, ut ante diximus, membra sancti deportavit[e], ea videlicet delusus spe, qua sibi mare se transfretaturum regique, ut dictum est, Britanniae ea precio persuaserat[f] distracturum.

27. Cum prolixior ad scribendum historia suppetit, capitulis eam[g] distinguere convenit[h], ut scriptori levamen in scribendo, et lectori respiratio sit in legendo, presertim cum prolixa materies sepe fastidium, succincta vero nonnumquam tum scribendi, tum legendi generet desiderium. His interim premissis, reliquum historiae prosequamur. Sacrilegio igitur callida, ut dictum est, industria marchionis detecto, loco etiam quo corpus sancti clanculo repositum erat comperto, in animum idem comes induxit, illuc religiosos quosdam ac fideles mittere sanctumque corpus eo unde ablatum fuerat revocare. Et licet hoc animi sui consilium meliori postmodum ipse consilio mutaverit nec Bononiam sanctas reliquias reduxerit, sicut in sequentibus liquido patebit, accito tamen una cum religiosis quibusque memoratae urbis episcopo Wigfredo, ad villam, ubi sacrilegus ille sancta se reposuisse membra confessus est, eum mittit, mandans, ut ea Bononiam reducerent. Et quoniam timuit tanto thesauro aliqua occasione privari, negocium quod iniunxit mature exequi eos iussit. Illi mandata iubentis exequuntur, et ad villam Otidigem propere advecti, locum sacri corporis conscium adeunt maioremque quam optavere reparandi dampni materiam inveniunt. Nam cum corpore beati Bertulfi corpus etiam sancti Gudwali reperiunt et in unius inquisitione geminorum exultant inventione. Erat quippe beatus Gudwalus confessor pariter et pontifex, alta Britonum prosapia ortus, generis quidem titulo nobilis, sed vita et moribus multo nobilior. Qui ut, spreta parentum celsitudine et hereditarii iuris amplitudine, vel in monasterio vel in episcopatu Deo servierit et post plurima ac inaudita seculis miracula ex hoc mundo ad Deum transierit, liber qui de vita et virtutibus eius plenissime conscriptus est liquido pandit[1]. Corpus vero illius qua de causa Monasterioli[i, 2] castro deportatum, vel uti furtim inde sublatum per antedictum Britonem corpori sancti Bertulfi coniunctum atque cum illo Blandinium sit[k] translatum, ex libello qui de eorum adventu scriptus est[3] lector cognoscere poterit. Nunc vero ea tantum quae specialius beati Bertulfi privilegium indicare videntur prosequente stilo commemoremus.

28. Gloriosus igitur marchio, licet, ut supra scriptum est, corpus beati Bertulfi Bononiam referri iusserit, hanc tamen animi sui sententiam meliori mutavit alioque illud transferendum putavit[l]. Et convocatis Sanctorum Audomari[4] ac Bertini[5] prepositis, illustribus etiam personis consilio adhibitis, ut ad Harlebecensem illud transferrent ecclesiam, imperavit. Erat autem Harlebeca[6] unum ex multis sui iuris

a) magna animum confusione induit *edd.* b) cons sed. est *edd.* c) off. ex. *edd.* d) affici posset *edd.* e) deportaverat *edd.* f) d. p. *edd.* g) eas *Boll.* h) par est *edd.* i) Monsteriolo *Mab.* k) tr. sit *edd.* l) censuit transfer. *edd.*

1) Acta SS. Iun. I, p. 729 sqq. Vita Gudwali a monacho Blandiniensi composita edita est. Hic vero liber circa a. 1135. conscriptus est, multo igitur post hunc libellum, cuius auctor fontem illius perditum legisse censendus est. 2) Montreuil. 3) Exstat Sermo de translatione ss. Gudwali et Bertulfi, Acta SS. Iun. I, p. 742 sq. editus, quem ex libello illo perdito excerptum cum editore Act. SS. censet Schultze, 'Forschungen' XXV, p. 243, n. 4; sed certe hac Vita Sermonis auctor usus est. 4) Adelardum primum praepositum a. 950. ab Arnulfo comite institutum dicit Lamb. Aud., SS. XIII, p. 350, sed de anno errasse videtur. 5) Engelando, ut videtur; cf. Folcwini G. abb. Sith. c. 107, SS. XIII, p. 629. 6) Haerlebeke. Unde Lidricus, atavus comitum Flandrensium, ortum traxisse dicebatur. Arnulfus igitur gentis suae quasi domesticum sanctum in Blandiniense domesticum suum monasterium transtulit.

predium flumini Legiae adiacens. Ad quod sanctum Bertulfum transferri iussit, translaturus illum mox Blandinium, quod speciale amoris ipsius meruit privilegium, quodque in castro Gandavo a beato olim Amando, ut ante diximus[1], fundatum apostolicisque Petri et Pauli titulis fuit[a] dedicatum. Cuius fundationem loci qui nosse velit, in vetustissimis eiusdem monasterii archivis cognoscere[b] poterit[2]. Sancti ergo corpore ad Harlebecensem aecclesiam translato et a venerabili Theodrado eiusdem aecclesiae sacerdote honorifice suscepto, non multo post Magnus Arnulfus cum magno se comitatu obvium pridie Kalend. Nov. 30 Decembris exhibuit, completurus tunc voti effectum sui.

29. Memoratae aecclesiae Theodradus, quem iam dixi, tunc prefuit, cui erat non modica apud marchionem fiducia impetrandi quae voluit. Qui cum intellexisset marchionis hanc esse voluntatem, ut sancti reliquiae inde transferrentur, ad impetrandum quasdam ex iis preces obtulit, et quod fideliter postulavit, efficaciter impetravit. Nam assensum petenti comes accommodavit, reliquiasque de corpore sancti devota tollens presumptione, illi donavit, hoc iterum iterumque monens, ut eum sancto honorem exhiberet, quasi in reliquiis eius illum vere presentem[c] crederet. Quod ille non segniter executus, in eadem, qua Deo minister, subditis erat magister, aecclesia sanctissima membra summa excoluit reverentia. Quae ibidem longo tempore honorifice servabantur, donec, ea aecclesia igni cremata, de incendio divinitus sunt extracta et reliquis ipsius membris in Blandinio restituta. Quod qualiter acciderit, sicut fidelium relatu didicimus, dicendum est in sequentibus. Nunc interim hoc aggredimur dicere, quemadmodum idem sanctus Domini confessor Blandinium sacrosanctis artubus suis dignatus sit invisere.

30. Ea tempestate in monasterio Blandinio Gerardus merito et officio abbas[3] morabatur[d], cuius consiliis gloriosus marchio libenter utebatur. Qui cum titulos nobilitatis nobilius etiam ornaret moribus probitatis, cunctis pene Galliae coenobiis et preesse et prodesse dignus inventus est. Quo accito, predictus marchio de transferendis sancti reliquiis communicatis cum eo consiliis pertractat. Tum utrique ita visum est, ut memorati sancti pignera Blandinium transferrentur. Placuit etiam ea optimatibus sententia, ut tanti confessoris pigneribus Blandiniensis ditaretur[e] aecclesia. Cumque tam aecclesiasticis quam politicis ordinibus ita esset deliberatum, sanctissimi confessoris Bertulfi membra levantur, transferenda eo quo iam diximus, non sine magna tum precedentium, tum subsequentium gratulatione. Nec solus hic sanctus tunc transferri voluit, sed in consortium translationis eius ossa beati Gudwali adiuncta sunt, atque etiam membrum unum beati Audomari cum dente ipsius, reliquiae quoque sanctissimi Bertini in augmentum gloriae eius. O quam laetum populis undecumque concurrentibus in illa die spectaculum fuit, cum ante sanctissimas reliquias hinc aecclesiastica pompa cum crucibus et lampadibus, inde aulicus marchionis procederet senatus cum fascibus! Et licet ex utraque parte impensus honor minor esset quam pro sancti meritis, omnem tamen gloriam principum aequavit. Facta est autem translatio haec tercio Nonas Decembris[4], cum adventum Domini aecclesia pro more celebrat, cum etiam in adventu sancti Christum Dec. 3. sibi advenisse exultavit, presertim cum in sanctis et electis Christum habitare nemo ambigat. Erat precipue idoneus huius translationis minister una cum religioso grege monachorum abbas, quem diximus, Gerardus, cuius prudenti dispositioni gloriosus marchio credidit, quicquid in translatione illa agendum videretur. Qui in monasterium Blandiniense, cui ipse tunc prefuit, sacrosanctos artus transtulit ac in orientali abside cum magna psallentium melodia reposuit. Ubi ad tempora usque nostra mansit corpus sanctissimum, donec in medio eiusdem aecclesiae memoria fidelium defunctorum a fidelibus aedificata et in honorem incarnationis, nativitatis, passionis, resurrectionis ac ascensionis Iesu Christi est titulata. Ad quam dignam memoria memoriam qualiter hic sanctissimus confessor Bertulfus sit translatus, suo mox loco dicendum differimus.

31. Tametsi ea quae fidelium hominum sermone referuntur haud difficile ab auditoribus aeque fidelibus creduntur, multo tamen certiori fide ea sciuntur quaecumque oculis inspiciuntur[f]. Unde sicut ea quae a maioribus de sanctissimo patre nostro Bertulfo didicimus, sic et illa quae oculis ipsi vidimus stilo tradere conamur. Novit caritas vestra, dignam memoria fidelium defunctorum in aecclesia hodieque florere memoriam, quae, sicut in gestis beati Odilonis legimus[5], ex divina revelatione in aecclesia primum inolevit[g] et non multo post auctoritate venerandi papae Leonis per omnes pene iam Christi aecclesias propagata est. Cumque hoc in plerisque locis devotius ageretur, paulatimque huius rei religio magis magisque augeretur, adeo res processit, ut in aecclesiis ob memoriam fidelium defunctorum honoremque Domini altaria erigerentur, exequiae generaliter ac sollempniter celebrarentur, eo vel maxime die, qui omnium sanctorum sollempnitatem a capite Kalendarum Novembrium sequitur, non incongrua videlicet Nov. 2. ratione, ut omnium sanctorum, quorum festum pridie precessit, intercessio clementissima omnium fidelium defunctorum fieret relaxatio. Sed haec suo in loco; hoc tantum dicere nunc aggredimur, ut ipsum diem corporis beati Bertulfi reliquiarumque sanctae virginis Christi Amalbergae[6] translatio sollempnem effecerit. In Blandiniensi namque aecclesia memoriam fidelium defunctorum construxit fidelium vivorum industria, quam honorifice in ipso depositionis sanctissimi Bertulfi die absolvit atque in honorem incarnationis, 1072. Febr 5

a) d. f. *edd.* b) p. c. *edd.* c) cr. pr. *edd.* d) degebat *edd.* e) e. d. *edd.* f) licet intueri *edd.* g) inoluit *Mab.*

1) C. 23. 2) Intelligit historiolam supra p. 622 sqq. editam. 3) Broniensis, qui monasterium Blandiniense a. 941. (Ann. Bland., SS. V, p. 25) reformandum suscepit, cuius Vitam v. infra p. 654 sqq. 4) Quo anno non constat, ut tamen coniiciendum est, non multo post a. 944. In Vita Gudwali § 51, Acta SS. Ian. I, p. 742 (de qua vide supra p. 636, n. 1) legitur de Gudwalo Monasteriolo Blandinium translato: *Quod actum constat 3. Nonas Decembris, Lothario quidem rege in sceptro Francorum ius regium agente.* Qui Lotharius regnavit a. 954—986. Ibidem Gerardus abbas translationem procurasse dicitur, qui a. 959. obiit. 5) Auct. Iotsaldo II, 13, Mabillon, Acta VI, 1, p. 700 sq.; Petro Damiani, Acta SS. Ian. I, p. 74. 6) Quae iam a. 870. Blandinium translata est; cf. infra p. 645.

nativitatis, passionis, resurrectionis atque ascensionis Iesu Christi a Radbodo Noviomensi episcopo con- 1072. Apr. 9. secrari fecit anno Verbi incarnati millesimo septuagesimo secundo, secunda hebdomadae paschalis feria, presente glorioso Flandrorum marchione Roberto cum multa optimatum et promiscui sexus frequentia. Nec multo post Blandiniensis coenobii fratribus placuit, ad eandem memoriam beati Bertulfi corpus sanctissimaeque virginis Christi Amalbergae reliquias transferre, ut maior inde confluentibus eo plebibus devotio fidelibusque defunctis tantis intercessoribus fieret consolatio.

32. Cumque fratribus, ut dictum est, sanctae Blandiniensis aecclesiae corpus sancti Bertulfi transferre placuisset, hocque non temere fieri iudicassent, consulto quidem ab iis qui sanioris consilii tunc videbantur definitum est, ut, admissis clam nonnullis ad loculum sacri corporis sacerdotibus, omnem reconditi sacrosancti thesauri veritatem oculis explorarent, ut testibus his reliqui fratres ad agendum id quod statuerant certiores fierent[a]. Neque enim de sacrosanctis artubus parum dubii erat, quippe opinio vulgi habebat, magnam de sacro corpore partem ab Harlebecensibus haberi, adeo ut aecclesia eorum Ad-sanctum-Bertulfum vulgo diceretur. Sed nec fratres Gandenses vel hanc appellationem vel reliquias sanctae aecclesiae Harlebecensi invidebant, cum in veteribus de sancto conscriptis exemplaribus Magnum Arnulfum eas Theodrado presbytero dedisse legerent; quod etiam nos in hoc novo opusculo plenius descripsimus. Sed, sicut iam diximus et adhuc expressius dicemus, eaedem quae Harlebecensibus fuere[b] reliquiae in Blandinio quiescenti corpori post aliquod tempus rursus sunt adiunctae. Quod ut indiciis sit evidentibus compertum, prudens lector animadvertat. Paulo ante translationem sanctissimi Bertulfi sacerdotes, ut dictum est, albis induti, pedibus nudi, devote potius quam temere ad sancti corporis locellum admissi, confessione primum vicissim facta, cum fide et tremore accedunt ipsumque, licet difficulter, aperiunt. Tum sacrosanctum corpus pallio involutum, signaculo reperiunt signatum, et partem quidem artuum adesse maximam, sed partem quoque deesse[c] non modicam. Ubi etiam titulum huiusmodi inscriptum corporique sancto invenerunt[d] impositum: *Hic requiescunt membra sanctissimi corporis Bertulfi confessoris, cuius transitus celebratur Nonis Februarii, quae Arnulfus Magnus Blandinium trantsulit tercio Nonas Decembris.* Oculos hinc in partem loculi deflectunt, locellum alterum inclusum sigilloque signatum cernunt. Gaudio itaque affecti respirant, quia[d*] se haud vulgares ibi reliquias inventuros sperant[d*]. Cautius intendunt titulumque huiusmodi infra positum inspiciunt: *Hic locellus continet quod residuum fuit igni de corpore sanctissimi confessoris Christi Bertulfi.* Quod legentes, satis nec intelligere nec ammirari poterant. Aperto tamen locello, erat cernere quiddam divini horroris, immo vero non tam horroris quam honoris; passim quippe pene ambusta ossa iacebant. Quae cum diligentius hinc inde inspicerent, titulum quendam complicatum et involutum reperiunt et aperiunt, barbaris quidem litteris inscriptum, adeo ut facilem legentibus de reconditis illic sancti Bertulfi membris fidem faceret. Erat autem huiusmodi: *Hic reposita sunt ossa illa egregii confessoris Christi Bertulfi, quae angelus Domini de medio ignis extulit, quando Harlebeca cremata est, quae domina Rozala*[1] *Blandinium transtulit cum Balduino filio parvulo et apposuit reliquae parti corporis ipsius sancti.* Has ergo sancti patris reliquias, quas apud nos in hoc usque tempus haberi ignoravimus, quando vel qualiter Deus per angelum suum de medio ignis eripuerit, sicut fidelium relatu[e] fidelius investigare potuimus, hic inserere curavimus.

988. 33. Post[f] immaturam Arnulfi iunioris marchionis mortem, cuius avus Magnus extitit Arnulfus, Balduinus, filius eius, cum matre Rozala derelictus est parvulus. Hic enim est qui postea Prolixaebarbae dictus est Balduinus, cuius mater Rozala filia fuit Berengarii regis Italiae[2], quae post mortem Arnulfi principis Roberto regi Francorum nupsit[3], et Susanna dicta mutato nomine, regina regnavit. c. 990. Quae[4] cum adhuc vidua, et filius eius Balduinus esset infantulus, tanta in regione nostra commanentium[g] facta est perturbatio, ut non tam ad hostile quam intestinum bellum pertraheretur ipsa dissensio. Multi enim ea quae a patre pueri huius in[h] beneficium possidebant in hac perturbatione acsi[i] propria essent usurpabant. Quo tempore quidam nobilis prosapiae Eilbodo Curtraci[k] territorio presidebat[5], cuius uxor Immacin[l], nobilis aeque prosapiae, dicta fuit. Ipso autem Eilbodone defuncto, Balduinus iuvenculus[g], qui ex successione hereditaria in principatu monarchiae Flandrensis gratia Dei iam convaluerat, comitatum Curtracensem ditioni suae, ut etiam postea fecit, subdere cogitabat. Sed Curtracenses cum aliquanto tempore rebellassent, Harlebecenses in proximo sibi commanentes[m], qui dominio Balduini marchionis subiacebant[n], seditionibus[o] et inimicitiis frequenter impetebant. Illis vero fortiter repugnantibus, Curtracenses quindecim suae partis homines in hoc ipsum[p] coniuratos noctu miserunt et, ut villam Harlebecensem igni succenderent, factis[q] sacramentis iniunxerunt. Qui prima vigilia noctis advenientes, villam, ut coniuraverant[r], omni ex parte succenderunt[s]. Flammae autem, vi ventorum impellente, domos domibus coherentes consumebant aecclesiamque sancti Bertulfi ita repente invadebant, ut nichil aut vix[t] aliquid suppellectilis aecclesiasticae exinde[u] posset auferri. Erat autem in eadem[g] aecclesia pars non minima

a) redderentur *edd.* b) r. f. *et mox* adi. sunt *edd.* c) non mod. d. *edd.* d) imp. inv. *edd.* d*) quippe qui .... sperarent *edd.* e) relatum *Sur.* f) *cum c.* 33. *Bollandus cod. Harlebeccensem contulit et ex eo multas autenticas lectiones restituit.* g) *deest Sur.* h) ut beneficiarii acceperant *Sur.* i) ceu pr. usurp. *Sur.* k) Curtracensi *Sur.* l) Imma *cod. Harlebecc.* m) Harl. vicinos *Sur.* n) parebant *Sur.* o) hostiliter saepe aggressi sunt *Sur.* p) ipsos coniuratum *Boll.* q) *deest Sur.*, *ubi* sacramento adegerunt. r) iurav. *Sur.* s) succendunt *Sur.* t) parum omnino supp. *Sur.* u) inde *Sur.*

1) De qua v. c. 37. 2) Cf. Geneal. com. Flandr. Berlin., SS. IX, p. 306. 3) A quo iam a. 992. repudiata est; cf. Richer. IV, 87. 4) Sequentia inter a. 989—991. gesta sunt. 5) Cf. Warnkönig, 'Flandr. Staats- u. Rechtsgesch.' I, 1, p. 116. II, 2, p. 96.

ossium eiusdem sancti confessoris, quam dudum venerabilis ipsius aecclesiae sacerdos Theodradus a c. 990. Magno, ut prescriptum[a] est, impetravit Arnulfo, eo videlicet tempore, cum ab eodem glorioso marchione sanctissimum sancti corpus Blandinium transferebatur. Quae quidem sacrae reliquiae cum multis diebus magna[b] ab incolis loci illius venerarentur diligentia, tunc igni videbantur absumendae non sine maxima[c] omnium mestitia. Adstabat tunc ipsius aecclesiae sacerdos Bugecinus nomine, summa animi deiectus mestitudine. Decidente autem pro immensitate ignium omni aecclesiae tecto, loculoque, in quo sancti continebantur pignera, flammis consumpto, cum iam miserabilis de ereptione sanctarum reliquiarum omnes invaderet desperatio, ideoque lacrimabilis ad Deum sanctumque Bertulfum omnium fieret invocatio[d], ecce inter ipsas flammas cepit crepitus quidam fragorque immensus audiri, videbaturque quasi congestus in unum formicarum acervus sensim efferri; qui leniter[e] ex ipsis flammis emergens, repente sursum est elatus, statimque super expansum sacerdotis quo[f] circumamiciebatur vestimentum, cunctis mirantibus, est depositus. Qui diligenter intuens, quidnam esset, ossa vidit humana, in superficie quidem tactu ignis denigrata, et non, ut efferebantur, in[g] unum coherentia, sed, ut levius[h] agnosci possent, alterum[i] ab altero disiuncta. Tunc incunctanter adstantes haec sancti Bertulfi intelligentes fuisse pignera virtute divina et subvectione angelica ex ipsis ignium flammis elata, ad comparationem tanti thesauri detrimenta rerum suarum ignibus absumptarum quasi nichili pendebant Deoque tam gloriose sanctum suum glorificanti laudes et gratias toto corde referebant.

34. Igitur Harlebecensis aecclesiae cives eas ipsas sancti Bertulfi reliquias navi impositas, quoniam et aecclesia propria cremata fuit, et hostilis incursionis metus imminebat, per Legiam fluvium ad Vivium castellum tunc temporis munitissimum deportarunt. Post aliquantum vero temporis placuit ipsis referre reliquias, iterumque navi impositas ad propriam parrochiam reportare instituebant. . . . . . His agnitis, Rozala, quae et Susanna, divae memoriae domina, cum Balduino filio adolescentulo marchione advenit, consilioque cum suis habito, reliquias sanctas inde asportavit et in Blandiniensi aecclesia reliquae parti corporis ipsius sancti apposuit, parte quadam ex eis aecclesiae nuper crematae reddita. Haec ita esse cum multi ex ore progenitorum suorum loquantur, quaedam tamen fidelis mulier etiamnum superest, quae cum iureiurando se presentem his interfuisse memorat et quae iam diximus vera esse viva voce testatur. Et hoc satis tam auditu quam visu, quisquis eadem sancti membra inspexit, comperire potuit, nonnisi virtute Dei ex ipsis ignium flammis sacras reliquias ereptas esse, quia, ut in ipsis apparet, omni aecclesia et loculo in quo continebantur exustis, ita sunt ab igni comprehensae, ut nulla humani ingenii industria extrahi potuerint, et nisi angelica virtute abducerentur, in favillas vel cineres usque redigi oporteret. Sed iam ad perscribendum[k] sanctae translationis ordinem redeamus.

35. In transferendis sancti Bertulfi reliquiis gloriae eius gloriam hanc Christus adiunxit, ut, sicut 1073. gaudii sanctorum consors est in caelis, ita etiam reliquiarum earundem secum transferendarum consors fieret in terris. Cui hoc speciale mox transferendo decus fuit, quod sacratissimam Christi virginem Amalbergam in hac sui translatione sociam habere meruit. Quod ut factum sit, lectori paucis indicare non pigebit. Erat in orientali sanctae Blandiniensis aecclesiae apside scrinium immensa aetate in abdito repositum, quod a quibusdam fratribus devote eo admissis est apertum, et in eo quiddam divini horroris repertum. Nam erat in eo cernere omnem pene virginei corporis virginis Christi Amalbergae pulverem et plures castissimorum ossium ipsius particulas una cum vestimentis eius et peplo, pera quoque et baculo, cilicio etiam et sacrato preciosi operis colorisque velo, velo, inquam, quo divinitus per beatum Willibrordum sanctamque Gertrudem legitur[1] velata Deoque consecrata. Fratres ad tam sanctum spectaculum secretius admissi, reperto tam precioso thesauro, non parum gaudebant eumque cum corpore sancti Bertulfi collocare dignum ducebant. Quod et factum est.

36. Ea siquidem tempestate, quae sacram sancti Bertulfi reliquiarumque virginis Christi Amalbergae translationem precesserat, inundationis incommodo[l] universa regio laborabat, adeo ut a sidere arietis usque ad geminos nec pluviales caelo nubes nec terrae deessent imbres. Sol aquarium exibat, prope sidus cancri respiciebat, et tamen aquarius plus solito imbres effundere[m] non cessabat. Cerneres inundationem circumquaque grassari inexhaustam et laborantibus agricolis omnem futuram messis spem ademptam[n]. Et ecce ante translationis diem, cum se ad perscrutandum sancti confessoris loculum fratres quos diximus contulissent eumque[o] cum fide et tremore aperuissent, imbre suspenso, serenitas mox redit, ita ut unum idemque esset fratres loculum aperuisse cataractasque caeli pluvias retraxisse. In apertione quippe loculi sancti sui misertus est Dominus populi sui, sinum illi misericordiae suae aperiens tempestatemque facessere[p] iubens. Renovantur hic in sancto Dei antiqua miracula, quae non minus defuncto quam olim viventi fuere[q] familiaria. Qui enim iam pridem sub divo positus pluviae incommoda non sensit[2], hic etiam ad artuum suorum attrectationem imbrium inundationem[r] suspendit, tanto nunc miraculis et virtutibus excellentior, quanto divino conspectui presentior. Nec alienum a fide est, Deum sancti huius translationem mox futuram sic disposuisse, quem pro ea disponenda tempestatis insolentiam credimus[s] compescuisse. Gradere nunc, bone Iesu, nobiscum et ad peragendam sanctarum reliquiarum confessoris et virginis tuae translationem puram nobis tribue devotionem!

a) supra dictum *Sur.* b) magno ab i. l. eiusdem honore fuissent affectae *Sur.* c) maximo o. dolore *Sur.* d) obsecratio *Sur.* e) leviter *Mab.* f) q. c. *om. Sur.* g) sibi invicem coh. *Sur.* h) melius *Sur.* i) alia ab aliis *Sur.* k) praescr. *Sur.* l) incommodis *Boll.* m) n. c. e. *edd.* n) adimi *edd.* o) eamque *Boll.* p) i. f. *edd.* q. fam. fuere *edd.* r) susp. inund. *edd.* s) comp. cred. *edd.*

1) Acta SS. Iul. III, p. 100. in Amalbergae Vita, quae vix recte Theoderico abbati S. Trudonis (a. 1099—1107) tribuitur, cum iam ab hoc auctore lecta sit. 2) Ut in cap. 12. a nobis omisso narratur.

1073. Maii 19. 37. Sacratissima dies pentecostes 14. Kalend. Iunii lucescebat, cum adventum sancti Spiritus aecclesia generaliter celebrem habebat[a]. Qua die placuit fratribus sacrosanctum corpus beati Bertulfi cum sanctae Amalbergae reliquiis ad memoriam, quam ante memoravimus[1], fidelium defunctorum deportare et die crastino de locello vetusto in novum transferre. Quod consulto quidem ab eis definitum est, videlicet ut animae fidelium defunctorum in adventu Spiritus sancti laetificarentur etiam adventu corporis sancti. Nam et hac celebri die plus solito confluentem plebem recepit aecclesia sacra ibi missarum sollempnia celebraturam[b]. Innotuit etiam res populis, quae agebatur de deportatione sanctissimi corporis; unde complures tam huius rei pia novitas quam sacra Paracleti invitabat[c] sollempnitas, tanto liberius confluentes, quanto diu optata tandemque huius meritis concessa serenitate impensius laetabantur. Et tercia quidem diei hora, qua se Spiritus sanctus discipulorum olim cordibus infudit, ante missarum sollempnia fratres ad sancta sanctorum cum thymiamateriis et ymnis accedunt, loculum, quo sacratissimum corpus continebatur, deponunt, ac prosequente psallentium choro, memoriam, quam diximus, fidelium defunctorum adeunt novoque altari eum imponunt, nocturnas illic in honorem Dei sanctique huius acturi vigilias crastinumque expectaturi diem ad transferendas illius sanctaeque virginis, quae simul advectae sunt, de theca in thecam reliquias.

Maii 20. 38. Crastina porro dies populis optatissima illuxerat[d], quae ad divinum illud spectaculum illos undecumque invitarat. Magnam et preclaram hac die iocunditatem, magnam aeque sancto suo Omnipotens prerogavit sollempnitatem. Clerus omnis de adiacentibus aecclesiis, monachorum chorus de coenobiis, tam plebs urbana de urbibus, quam vulgus promiscuum accurrit de rure, ut in futura sanctissimi huius corporis translatione optata fruantur[e] visione. Nec piguit ob sanctissimi huius corporis reliquiarumque virginis Amalbergae reverentiam circumiacentium sanctorum corpora suam presentiam exhibere. Nam sanctum Livinum martyrem et beatam Pharaildem Christi virginem, sanctum quoque Gerulfum aeque martyrem singuli de suis locis obvios exhibuerunt[f, 2], in magnaque populi prosequentis frequentia gaudii nostri participes esse voluerunt. Preterea aliae complures reliquiae longo illo translationis sanctissimi patris nostri Bertulfi sanctaeque virginis Amalbergae itinere processere obviam. Novum quippe gloriosumque genus spectaculi hunc invitavit populi conventum, qui sane tam frequens accurrit, ut nec ambitus nec atrium aecclesiae eum capere sufficeret.

39. Expectantibus interea in aecclesia populis, sacerdotes ad memoriam fidelium defunctorum procedunt cum infulis minoresque aecclesiae gradus cum crucibus et thymiamateriis. Populus quoque, qui tam multus convenerat, nisu quo potuit se ad spectandum ingessit, vel religione vel rei novitate aut etiam spe impetrandi aliquid pro benedictione de sancti corpore incitatus. Et premissa letania, adiunctis etiam laudibus tam divino operi congruentibus, ac sacerdotibus, qui huic sanctissimo negocio aderant, ad altare accedentibus, preciosissimi thesauri aperitur[g] loculus. Corpus sanctissimum sindone involutum altari imponitur, sigillo rupto, titulus preciosae glebae testis legitur cunctisque, quibus accedendi vel videndi liberior facultas erat, palam exponitur. Oculis haec cernentibus lacrimas pias pia aeque laetitia exprimit atque haec cernentes spe cernendi etiam maiora afficit. Locellus deinde minor coram exponitur; sigilli item titulus, quem prediximus[3], audientibus cunctis legitur. Cumque hinc corpus sanctissimum, inde quod corpori deerat modice igne tactum conspiceretur, testibus titulis una cum sigillis veteri manu descriptis, facile id quod visum est populo fidem fecit, membra sanctissimi confessoris Christi Bertulfi integro fere numero illic reposita asservari.

40. Ex consequentibus hinc causis constat, sanctissimi patris hanc translationem maioris illi per Christum honoris fuisse occasionem; cuius pignera, quia aliquanto negligentius usque ad id temporis habita fuere, maiorem solito deinceps reverentiam[h] habuere. Neque enim decuit hanc Christi lucernam sub modio, sed super candelabrum poni, ut ingredientibus in Dei[i] aecclesiam in edito carissimam pretenderet presentiam. Et ut latius sanctitatis suae diffunderet odorem, aliquantam pignerum suorum per aecclesias Dei passus est fieri[k] distributionem. Quod ut fieret, devotio, non temeritas, non superbia, sed promeruit[l] humilitas. Nam inspirante Spiritu sancto animis fidelium ad translationem eius devote confluentium persuasum est pro benedictione aliquid de pigneribus illius expetere, ut vel in modica reliquiarum eius portiuncula singuli sanctum quasi totum presentem colerent, cuius ope et intercessione nichilominus se iuvari confiderent. Nec fefellit poscentes fratrum benigna caritas, nec elusa est pie poscentium devota humilitas, dum et illi quod poscebatur[m] sine dampno de pigneribus sancti concedebant, et isti pro magno suo lucro vel parum aliquid de reliquiis eiusdem patris accipiebant. Unde et apud singulos tanti hodieque habitus est, quasi apud singulos totus esset corporali presentia, qui singulis utique totus fideli presens est amore[n] et benevolentia.

41. Accessit quoque gloriae eius ingens aliorum sanctorum gloria, quam in terris per homines Deus Dei sapientia procuravit. Nam ad sancti sui glorificationem multorum cum eo pignerum fieri voluit translationem, licet minus idonee per nos humiles amministratam, affectu tamen quo potuimus consummatam. Enimvero cum beatissimi patris nostri Bertulfi corpus linteaminibus mundis involutum,

a) habuit *edd.* b) celebraturum *Sur.* c) s. i. *edd.* d) illuxit *edd.* e) v. fr. *edd.* f) exhibuere *edd.* g) l. ap. *edd.* h) h. r. *edd.* i) eccl. Dei *edd.* k) d. f. *edd.* l) hum. pr. *edd.* m) poscebantur *Sur.* n) benev. et am. *edd.*

1) C. 31. 2) Livinum monachi S. Bavonis (cf. supra p. 612 sqq.), Pharaildem canonici ecclesiae S. Pharaildis Gandavensis, quae eodem a. 1073, Iun. 4. in aliam thecam translata est (Van Lokeren, 'Chartes' p. 102, nr. 152), Gerulfum moniales S. Mariae Trunchiniensis prope Gandavum (cf. Acta SS. Sept. VI, p. 262) attulerunt. 3) C. 32.

diligenter obsignatum et de theca in thecam esset translatum, accedunt fratres tam studiose quam religiose ad transponenda[a] in eandem in qua sanctus hic repositus erat thecam aliorum sanctorum reliquias, eaeque, attestantibus illarum titulis, his qui affuerant coram exponuntur, affixisque sigillis, diligenter cum corpore sancti reconduntur. Acta est haec translatio anno dominicae incarnationis millesimo septuagesimo tercio, indictione undecima, Alexandro papa apostolicae sedi et aecclesiae Noviomensi pontifice Radbodo presidente, regnante Francorum rege Philippo, et Roberto Flandriae monarchiam tenente. Translatus est autem hic sanctus pater et preciosus Christi confessor Bertulfus cum supradictis ammirandae virginis Amalbergae multorumque sanctorum pigneribus de orientali sanctae Blandiniensis aecclesiae parte ad altare, quod in medio ipsius basilicae aedificatum et consecratum est in memoriam sanctae incarnationis, nativitatis, passionis, resurrectionis et ascensionis domini nostri Iesu Christi et in commemorationem omnium fidelium defunctorum, atque a domno abbate Folcardo cum iisdem sanctae Amalbergae aliorumque sanctorum reliquiis in locello novo collocatus, ipso cum fratribus sibi creditae congregationis hanc eandem translationem amministrante anno regiminis sui tercio, 13. Kalend. Iunii, coram multitudine copiosa monachorum, clericorum ac utriusque sexus hominum. Ceterum, quia huius diocesis antistes huic sanctae translationi diu licet expectatus aliasque occupatus, interesse non potuit, proximo suo ad nos adventu tam presentibus per se quam absentibus per litteras diem hunc festive celebrem constituit ad laudem Christi sanctorumque suorum, in quibus cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

1073. — Maii 20.

a) *sic edd.*

LANTBERTI LIBELLUS
DE LOCO SEPULTURAE FLORBERTI ABBATIS
CONTRA MONACHOS S. BAVONIS.

Inter monachos Blandinienses et S. Bavonis Gandavenses diu, maxime saeculo XI, acerrima contentio agebatur, utriusque abbatiae incolis contendentibus, ipsorum monasterium antiquius et a s. Amando primum fundatum esse. Quod ad probandum neutra pars falsi crimen perhorruit; et ad litem obtinendam id potissimum argumentum valebat, utri coenobio Florbertus abbas praefuerit, quem a s. Amando monasterio Gandavi exstructo primum abbatem praefectum esse, Vita s. Bavonis antiqua tradebat. Ideoque utriusque coenobii monachi Florbertum in sua sepultum se habere ecclesia asseverabant, titulum sepulcralem eius ostendebant, ossa eius effoderunt et populo inspicienda exposuerunt. Ut vero Florbertum re vera in Blandiniensi ecclesia sepultum esse demonstraret, Lantbertus quidam monachus Blandiniensis, cuius nusquam alibi mentio mihi occurrit, anno 1079.[1] *brevem libellum conscripsit, quo inprimis exposuit, quae crimina falsi, quae facinora contra ius fasque monachi S. Bavonis commiserint, ut se Florberti ossa habere probarent.*

Sane haud parvi momenti est iste libellulus, quem Vande Putte ex suo codice Blandiniensi[2] *manu saec. XI. scriptum primus edidit, Annales abbatiae S. Petri p.* 26—30; *unde eum recudi fecimus.*

Altera pars huius libelli, cui inscribitur De certissima s. Florberti translatione *etc., paucis mutatis, et addita relatione de iis quae in controversia de Florberti corpore ab a.* 1077. *usque ad a.* 1258. *a fratribus Blandiniensibus et S. Bavonis acta sunt, a monacho Blandiniensi conscripta, exstat in codice Bruxellensi nr.* 16530—16540, *mbr., saec. XVI*[3], *olim monasterii Blandiniensis, p.* 42—46, *quam V. Cl. E. Ouverleaux benigne in usum nostrum descripsit. Cuius varias lectiones nonnullas littera B signatas annotavimus et relationem saec. XIII. additam subiunximus.* *O. H.-E.*

1) *Nam ante hoc biennium* inquit rem a. 1077. gestam narrans. 2) V. supra p. 621. 3) Vide de hoc codice Vande Putte l. l. p. XII. sq.; 'Archiv' VIII, p. 542 sq., ubi hic libellus non recte titulo Translationis s. Florberti a. 1047. indicatus est; supra p. 625. In hoc codice nullus titulus opusculo inscriptus est.

TYTULUS SANCTI FLORBERTI[a] NOBILISSIMI CONFESSORIS IN GANDAVO CASTRO.

Quo sacer Amandus virtute beatificandus
Idola destruxit et coenobium sibi struxit,
Collectoque gregi servire Deo cupienti
Patrem Florbertum prefecit laude refertum,
Cuius adhuc tumulum Gand monstrat corpore onustum
His breviter scriptis Lantbertus pastor herilis.
Vivit[b], ut optamus, vivat super aethera[c] locatus!
Quae petitis vestris, eadem persolvite nostris!

Omnibus sanctae matris ecclesiae filiis sancta Blandiniensis ecclesia in Gandavo olim a beato Amando presule constructa principique apostolorum titulata salutem.

Habemus, karissimi, in archivis, in privilegiis auctoritate maiorum roboratis, beatum Amandum Blandinium coenobium in Gandavo olim fundasse, monachorum catervam congregasse eisque abbatem sagacis ingenii Florbertum prefecisse[1]. Quod nobis fratres de coenobio Sancti Bavonis invidentes, suo id arrogant loco, asserentes, nil vocitari Gandavum nisi locum suum[2]. Quod quam sit mendosum, ex similibus colligite: omne suburbium seu territorium eodem appellari nomine quo urbs cui subiacet. Quamvis nullis in scriptis inveniatur, coenobium Sancti Bavonis speciali vocabulo Gandavum vocitari faciunt. His quae diximus fidem tam privilegia nostra quam Vita sancti Amandi a Milone eiusdem sanctissimi patris monacho supplet, in qua[3] in hunc modum continetur: *Nam construxit monasterium quod dicitur Blandinium in castro Gandavo situm* et caetera. Quod quidam monachus de coenobio Sancti Bavonis apud Sanctum Amandum olim conversatus legens, abrasit, ita permutans: *Nam construxit monasterium in castro Gandavo super Scaldum et Legiam.* Quod ita abrasum et permutatum facile adhuc agnitum est in eadem Vita sancti Amandi. Quod vero se abbatem Florbertum indice cum titulo asserunt habere, ea facilitate contempnitur, qua asseritur, quia nos qui haec loquimur eiusdem tituli scriptorem semet ipsum prodentem agnovimus, quibusque sepulcri violatoribus quaedam sunt ossa de atrio in monasterium furtim translata, non ignoravimus, semet ipsis accusantibus duabus qui interfuere
1049. personis. Translationem proinde sancti Florberti primi Blandiniensis coenobii abbatis apud nos factam corroborarat auctoritas una cum sigillis antistitum Noviomagensium, confirmaverat etiam lapis tam Grecis quam Latinis litteris inscriptus et, quod maius est, cuiusdam mulieris contractae ad lipsana eiusdem patris curatio.

Haec loquimur, non ut falsa loquendo prefatos fratres — et utinam in Christo fratres! — incusemus, sed ut nosmet ipsos vera dicendo excusemus. Caeterum de fundatione loci nostri taceamus, dum plura in aliis coenobiis scripta quae pro nobis loquantur habeamus.

DE[d] CERTISSIMA SANCTI FLORBERTI TRANSLATIONE
SEU CONTRARIA FRATRUM SANCTI BAVONIS RELATIONE.

Haec secundum gestae rei veritatem brevi explanamus narratione.

Hunc venerabilem patrem a sancto Amando[e] Blandinio coenobio[f] prelatum et in eodem post huius vitae excessum tumulatum, tam ex archivis nostri coenobii quam Sancti Amandi[g], ex privilegiis etiam maiorum auctoritate confirmatis cunctis legentibus est manifestum.
975 In quo etiam[h] coenobio per[i] annos trecentos triginta octo[4] requievisse probatur, donec, eodem coenobio in maiori elegantiorique aedificio reparato, ab Adalberone Remorum archypresule[5] eius sancta corporis pignora transferrentur et in secretiori parte absidae eiusdem basilicae ponerentur*. Haec ita secundum certissimam veritatem haberi, testatur

*) *B add. ex Ann. Bland.:* anno dominice incarnationis nongentesimo septuagesimo quinto; a quo etiam Adelberone eadem Blandiniensis ecclesia dedicata esse dignoscitur.

a) Bavonis *c., quem errorem manifestum correxit Vande Putte.* b) *correxi;* Vir *ed.* c) *auctor forsan* aethra *scripsit, aliter enim versus claudicat.* d) *B incipit:* Pro cert. s. F. Blandiniensis sive Gandensis abbatis elevatione et tr. s. c. f. s. B. rel. sec. g. r. v. b. explananda narr. e) episcopo *add. B.* f) *B add.:* quod in Gandavo construxit. g) Helnonensis *add. B.* h) Blandinio *add. B.* i) per — coenobio *ex B supplevimus, des. ed.*

1) Ita Hist. fundat., supra p. 622. Privilegia haec confirmantia Blandinienses non habuerunt antiquiora quam Arnulfi comitis, Ludowici IV. regis, Transmari episcopi, ap. Van Lokeren p. 21 sqq., nr. 15. 16. 18. 21, et illud spurium Martini papae (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 2074), ap. Van Lokeren p. 6, nr. 2. 2) Cf. epistolam Otwini abbatis S. Bavonis, 'N. Archiv' X, p. 374. 3) C. 1, Mabillon, Acta II, p. 720. 4) Cf. p. 627, n. 2. 5) Qui a. 975. ecclesiam S. Petri noviter aedificatam dedicavit, Ann. Bland. p. 25.

tytulus in lapide tam Grecis quam Latinis litteris sculptus, iuxta reliquias corporis eius re-
pertus, in hunc modum[1]: *Hic requiescit corpus Florberti abbatis, disicipuli et ordinati Amandi
episcopi, cuius depositio celebratur Kal. Novembris.* Accedit quoque huic eiusdem archiepi-
scopi confirmatio, sigilli eius, ut adhuc perspicuum est, impressio. Evoluto autem tem-
poris spatio[*], a Baldwino Noviomagensi[a] episcopo eiusdem sancti patris[b] in edito facta 1049.
est[c] translatio[2], presentibus et adstantibus fratribus Sancti Bavonis et nil contradicentibus.
Ubi quidam eorum dum[d] prefatum perlegeret tytulum, ne dicamus causa invidiae, subito[e] de
manibus pavimento resilire permittens, per medium fregit. Hic primum[f] error eorum in-
olevit et contra episcopalem auctoritatem et certissimam veritatem nova et inaudita pre-
sumptio. Eodem[g] anno quidam Stepelinus fugitivus Sancti Trudonis monachus[3] contrarias
relationes eorum instinctu adversus[h] translationem huius[i] patris composuit. Postea quibus-
dam ossibus de atrio ecclesiae[k] in eandem basilicam per noctem deportatis, tytulum ab
eodem compositum et in lapide sculptum apposuerunt et apud se certissime corpus eius-
dem sancti requiescere apud quosque contenderunt et omnia quae apud nos veterum tradi-
tione et episcopali auctoritate acta fuerant falsitati deputaverunt. Id ita gestum fuisse,
eodem Stepelino postea confitente, et aliis duabus personis quae his interfuere per confes-
sionem se detegentibus, pro certo agnovimus[**]. Anniversarium eius, tanquam sanctitatis
honore alienus esset, peregere[4], tum etiam in kartis pro exequiis abbatum per regiones
directis multa contumeliosa de eodem scripsere[l]. His et huiuscemodi simplicia vulgi corda
per multos annos in errorem subvertentes, tandem[***] in elevatione sancti Macharii seu dedi- 1067. Maii 9.10.
catione ipsius coenobii[m. 5] idem[n] sepulchrum apertum detexere, ossa in eodem reposita cum
tytulo coram populo exposuere, apud se Florbertum primum Gandensis coenobii abbatem
requiescere omnibus illo[o] confluentibus certum fecere. Unde fratres nostri, diutina iniuria-
rum incitatione permoti, domnum Baldwinum episcopum[p] tunc presentem[†] adeunt, omnia[q]
quae acta fuerant pandunt. Abbas eiusdem coenobii[r] Sigerus accersitur, de eius[s] rei com-
misso cum magna domni episcopi commotione requiritur, prostratus[t] ad terram coram
domno episcopo veniam precatur, ab idiotis haec omnia absque conscientia sua peracta con-
queritur, nullam deinceps quaerimoniam de his profuturam pollicetur. Sequenti[u] anno 1068.
domno Baldwino episcopo[v] defuncto, sepefato superstitioso tumulo superstitiosum etiam
tytulum, ut adhuc prospicitur[w], apposuerunt, omni annisu contra auctoritatem episcopalem
tam[x] Remensis quam[y] Noviomagensis ecclesiae apud nos actam insurrexerunt, omnia quae
acta fuerant falsa omnino apud aures vulgi sermonibus publicis, apud coenobia scriptis
diffamaverunt; sed quanto maiorem sanctis pigneribus derogationis iniuriam, tanto magni-
ficentiorem, licet inviti, adauxerunt gloriam. Nam ante[z] hoc biennium fratribus nostris
sancti[a] reliquias in locellum auro argentoque decoratum complacuit transferre; quod in ad-
ventu domni episcopi[b] Radbodonis[6] apud nos in quadragesima auctoritate episcopali et 1077.
eiusdem sigilli inpressione devote coepere et in elevatione eius 12. Kal. Maii devotius Apr. 20.

*) *B add. ex Ann. Bland.:* anno scilicet Verbi incarnati millesimo quadragesimo nono.

**) *B add.:* Inde quasi certum diem obitus eiusdem sancti patris, videlicet octavo Idus Octobris, in kalendariis eorum apud se statuere et epytaphium de eo composuere.

***) *B add.:* anno Domini millesimo quadragesimo septimo (*falso pro* 1067).

†) *B add.:* qui priori tempore, anno scilicet 18. plenarie transacto, elevationem seu translationem sancti patris nostri Florberti sepe memorati decenter et honorifice peregerat.

a) seu Tornacensi *add. B.* b) Florberti *add. B.* c) elevatio seu *add. B.* d) in lapide *add. B.* e) lapidem *add. B.* f) principium erroris *B.* g) namque *add. B.* h) elevationem seu *add. B.* i) sancti *add. B.* k) Sancti Bavonis *B.* l) conscr. *B.* m) Sancti Bavonis *add. B.* n) superstitiosum *add. B.* o) illic *B.* p) *B add.:* superius memoratum propter antedictam sancti Macharii elevationem ibidem. q) et o. *B.* r) Sancti Bavonis nomine *add. B.* s) eiusdem *B.* t) abbas *add. B.* u) vero *add. B.* v) predicto *add. B.* w) a. ibidem persp. *B.* x) Adalberonis *add. B.* y) Balduini *add. B.* z) a. h. b. *des. B., sed add.* hiis. a) patris nostri Florberti *add. B.* b) R Noviomagensis ecclesie seu Tornacensis ep. *B*

1) A. 1258. monachi S. Bavonis in suo monasterio alium titulum Florberti cum die obitus 8. *Ydus Oct.* invenerunt (Ioh. de Thilrode c. 10, SS. XXV, p. 566; infra p. 644) qui hoc saeculo repertus, nunc in archivo S. Bavonis servatur. Cf. 'Messager des sciences et des arts de Gand' VI (1829), p. 1 sqq. Uterque haud dubie spurius, certe neuter tempore obitus Florberti sculptus. 2) Cf. Ann. Bland. a. 1049, p. 26. 3) Auctor miraculorum S. Trudonis infra edendorum. 4) Cf. Ioh. de Thilrode c. 10. 5) Cf. Ann. Bland. a. 1067. et Vitam Macharii secundam, supra p. 619 sq. 6) Noviomensis a. 1068—1098.

1077. peregere*)[1]. [Adversum[a] haec, quasi sibi illata iniuria, fratres Sancti Bavonis insurrexere]; oratorium[b] sancti Iohannis baptistae duo ex eis, Bernerus scilicet et Vegericus, adiere, coram frequentia populi omnia quae apud nos acta fuerant falsa asseruerunt. In Apr. 25. letania etiam maiore coram frequentia populi ad hoc spectaculum convocata absque licentia et auctoritate episcopali eadem ossa de terra effossa coram populo publice exposuere et, ut sepe fati sumus, tam nos quam episcopale statutum falsitatis denotavere. De his animadvertat sanctitas vestra quae iusta sunt et, ut a populo error avertatur et episcopalis decreti auctoritas apud nos inconvulsa permaneat, provideat clementia vestra**).

*) *B add. ex Ann. Bland.:* anno scilicet dominice incarnationis millesimo septuagesimo septimo, indictione 15.

**) *B, omissa clausula* De his — clementia vestra, *addit:* Fratres autem nostri ex tot et tantis conviciis[c] non iniuste commoti et disturbati, domini Radbodi[d] episcopi successorem, dominum videlicet Baldricum Noviomagensis seu Tornacensis ecclesie episcopum[2], utpote super hiis conquesturi, adeunt eique cuncta que gesta fuerant pandunt, et ut per eum error a populo avertatur et episcopalis decreti auctoritas inconvulsa permaneat, supplicatur[e] et requiritur. Prefatus autem dominus Baldricus, hiis auditis, petitionem fratrum nostrorum consensit[f] et Blandinium in Gandavo constructum celerius adiit; ad rogatum vero domini[g] Sygeri abbatis nostri Blandiniensis[3] et fratrum nostrorum de sepefato patre nostro dicto Florberto, magne sanctitatis viro, primo huius Gandensis seu Blandiniensis cenobii rectore, pia ab eodem Baldrico Noviomagensis seu Tornacensis ecclesie episcopo de sancti Florberti corpore facta est requisitio. Quem quia idem Baldricus episcopus sigillis antecessorum suorum, videlicet Adalberonis Remorum archipresulis et Balduini Tornacensis episcopi atque Radbodi, eiusdem successoris, confirmatum inspexit, et sigilli sui et literarum auctoritatem apposuit, non ut aliter quam ut et ipsi confirmaret, sed ut omnium temeritatem obloquentium funditus extirparet. Quod a prefato domino 1105. Maii 28. Baldrico episcopo actum esse constat anno incarnati Verbi millesimo centesimo quinto, indictione 13, epacta 3, concurrente sexto, quinto Kalendas Iunii. Et licet corpus beati Florberti abbatis nostri primi sepius memorati apud nos in Blandinio attestatione et auctoritate supradictorum episcoporum esse et requiescere certissime sciatur, nichilominus tamen fratres Sancti Bavonis ossa illa supersticiosa retroactis diebus a Stepelino superius memorato de atrio Sancti Bavonis in eandem ecclesiam olim nocturno tempore cum suis fautoribus illata in supradicto supersticioso sepulcro una cum titulo ab eodem Stepelino[h] composito et in lapide sculpto ad derogationem sancti nostri Florberti per multa annorum curricula iacere permiserant. Anno vero 1258. Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo Theodericus de Maldeghem abbas Sancti Bavonis, fratribus suis sibi suadentibus et superstitionem antecessorum suorum partim sopitam suscitare volentibus, sepe dicta superstitiosa ossa, utpote sancti Florberti ossa, una cum lapide titulo insculpto nocturno tempore de superstitioso extulit sepulcro[4]; que ossa cum predicto lapide posuit in muro, unde abbatem Florbertum indice cum titulo asserunt se habere. Hec loquimur, non ut falsa loquendo prefatos fratres Sancti Bavonis — et utinam in Christo fratres! — incusemus, sed ut nosmet ipsos vera dicendo[i] excusemus[5].

a) *uncis inclusa ex B suppl., des. ed.* b) que *add. B.* c) convinciis *c.* d) Radboldi *h. l. c.* e) supplcatur *c.* f) consensiit *c.* g) S. d. *corr.* d. S. *c.* h) Scep. *h. l. c.* i) dicenda *c.*

CATALOGUS ABBATUM BLANDINIENSIUM.

Hic catalogus exstat in codice antiquo Blandiniensis abbatiae supradicto[6], qui Annales Blandinienses, Historiam fundationis et Librum censalem (traditionum) continet, manu saec. XII. scriptus et usque ad Sigerum II. perductus, hoc igitur abbate compositus. Auctor omnia fere ex his tribus quae modo diximus monumentis eiusdem codicis mutuatus est. Altera manus saec. XIII. nonnulla nomina abbatum adiecit. Recudimus hanc scriptiunculam ex editione quam primus et solus dedit Vande Putte, Ann. abb. S. Petri Bland. p. 24 sq.

O. H.-E.

1) Cf. Ann. Bland. a. 1077. 2) A. 1098—1113. 3) A. 1088—1107. 4) Cf. supra p. 643, n. 1. 5) Haec sunt verba Lantberti supra p. 642, l. 33. 34. 6) P. 621. 641.

Florbertus. Fund Bland

Iohannes[1].

Baudemundus.

Ferrecus.

Deinde anno incarnati Verbi 753. Hatta abba cepit regere monasterium.

Quo defuncto, Celestinus, genere Scottus, abbatiam multis rexit diebus; quo ob invidiam a Karolo principe ab abbatia privato et provincia expulso, locus iste pene ad nichilum est redactus, donec surrexit in eodem monasterio Ainardus.

Hic 24 clericos in hoc monasterio constituit.

Ante Ainardum Scoranus et Folradus[2], post Ainardum Rotbertus*. Quo hoc cenobium regente, Balduinus Ferreus anno dominice incarnationis 870. corpus Amalbergae virginis de villa Temseca in hunc locum transtulit. Lib cens

Post hunc ab Arnulfo comite, clericis eiectis, monachi in hunc locum sunt restituti, et Gerardus abba constituitur[3]. Annis 110 et eo amplius hunc locum canonici tenuerunt. Reparatum** est sacre religionis culmen anno dominice incarnationis 941. Adventus sanctorum W[andregisili], A[nsberti], W[ulframni] hic 3. anno sub G[erardo] abbate[3]. 941. ib 944.

Post G[erardum] Woumarus.

Haec[4] sunt que Arnulfus Magnus huic ecclesiae restituit, quae predecessorum suorum tempore sunt abstracta, in[a] censum qui accipitur de mansionibus quae site sunt in portu Gandavo et decimam quam pro remedio animarum suarum solvere debent in ipso portu commanentes. Naulum quoque quod a pretereuntibus exigitur et floralia prati quod adiacet ipsi portui. *Molendinum unum in loco qui vocatur Afsna; capellam unam in honore sancte Marie dicatam in villa Meren. Vineam quam secus monasterium restruxi et terram que ibi adiacet usque ad portum ceteraque omnia que in carta Ainardi abbatis scripta habentur reddidi et propria manu roboravi. In pago vero Hainau villam que vocatur Dulciacus cum appendiciis suis illis reddo. In pago vero Wasae super fluvium Scaldum villam nuncupante Temseca illis reddidi.* Hec[5] pia fidelium largitione locus predictus antiquitus dinoscitur possessisse. Que vero infra continentur predictus venerabilis comes ex propria hereditate concessisse dinoscitur: Fiscum regium Harnas dictum cum omnibus appendiciis suis, Alnaidis, Loyson, ecclesiam quoque in Wendinio cum terra ad supradictum fiscum respiciente, item in Camvin terram cum ecclesia et capella Stefles. Lib cens

Hec sunt que Baldzo[6] pro remedio animarum Arnulfi Magni et coniugis sue, domni et domne sue, huic monasterio contulit: Walechi cum suis appendiciis, villam quoque Afsna reddidit villamque Crumbrugge. Nonnulla vero proprie hereditatis pro remedio anime sue et domni et domne sue contradidit huic cenobio, quarum hec sunt nomina: Beverna in pago Curtracinse super fluvium Legia et alia Beverna cum ecclesia et Tresleingehim cum ecclesia et Stenbecca et Talingehim cum ecclesia sub Womaro abbate, qui rexit hoc cenobium annis 29[7].

Post hunc Wido sapiens.

Adalwinus, vir summe religionis.

Rotboldus.

Richardus.

Wichardus.

Everelmus[b].

Folcardus.

Sigerus.

Ansboldus.

Ereinboldus.

Arnoldus.

Gislebertus.

Sigerus[c-8].

Ereinboldus[d].

Walterus.

Hugo I.

Gerardus II.

Hugo II.

Hugo III.

Arnoldus II.

Theodericus.

Sigerus.

Arnoldus[9].

Rotbertus de Velde.

Rotbertus de Camphin.

Ioannes de Scalda[10].

*) *In libro censali (Vande Putte p. 84) haec leguntur:* Anno dominicae incarnationis 870. delatum est corpus sacratissimae virginis Christi Amalbergae de villa Tempseca[11] in Gandavo ad monasterium beati Petri apostolorum principis cui Blandinium est vocabulum a venerabili patre Rodberto memoratum locum tunc regente, Rainelmo sanctae Noviomensis ecclesiae antistite, comite autem Baldwino cognomento Ferreo memoratam translationem ordinantibus vel agentibus.

**) *In libro censali (Vande Putte p. 88) haec:* Reparatum est enim huius sacrae religionis culmen 8. Iduum Iuliarum anno incarnationis dominicae 941[e], indictione prima, rege Hludowico regnante anno 6.

a) id est *Carta.* b) Everelinus *ed.* c) *desinit prima manus c.* d) *reliqua nomina manu s. XIII. add. c.* e) 841. *ed.*

1) Post hunc omissus, sicut et in Serm. de adv. SS. Wandreg. etc., Rathadus, qui in Fund. Bland. nominatur. 2) Hos invenit auctor commemoratos in Ann. Bland. a. 791. 802. et a. 814. 815. 3) Cf. Ann. Bland. a. 941. 944. 4) Haec ex carta Arnulfi ap. Vande Putte p. 95 sq. 5) Sequentia ex praecepto Lotharii regis ap. Vande Putte p. 92 sq. 6) Balduinus, plerumque Balzo vocatus, filius Adalulfi, fratris Arnulfi I. Magni comitis. 7) A. 953—981. 8) Sedit a. 1138—1159. 9) Est Arnoldus II. supra notatus, qui a. 1230. abbatiam abdicavit, a. 1237. iterum electus est; Ann. Bland. p. 30 sq. 10) Sedit a. 1245—1270. 11) Tamise (arr. Termonde).

MONUMENTA BRONIENSIA.

ED. L. DE HEINEMANN.

EX VIRTUTIBUS S. EUGENII BRONII OSTENSIS.

Cum a. 914. *s. Eugenii Toletani episcopi atque martyris reliquiae a S. Dionysii monasterio Parisiensi in Broniense coenobium*[1] *nuper fundatum essent translatae*[2], *Gerardus huius monasterii abbas, qui pignora sancta acquisiverat, 'virtutes' post translationem factas enarrandas cuidam discipulorum suorum, qui aliquandiu in Broniensi coenobio vixit*[3], *tunc vero alibi moratus est*[4], *iniunxit*[5]. *Quod mandatum auctor post a.* 928[6], *ut videtur, exsecutus, tam translationem quam miracula mox primis annis posteam facta descripsit, ea narrans quae a testibus coaevis acceperat. Cui libro, in cod. Bruxellensi nr.* 1821—27, *qui olim fuit 'liber S. Remacli in Stabulaus', membr. saec. X, duabus manibus exarato, partim hae, partim aliae duae eiusdem aevi miracula subiunxerunt*[7]; *quae pauca tantum memoria digna continent; quare eorum excerpta dedisse sufficiat.*

Libellus, quem saec. XI. ab auctore Vitae s. Gerardi[8] *et saec. XIII. ab Aegidio Aureaevallensi*[9] *in usum vocatum esse constat, diu absconditus, nuper editus est in Analectis Bolland. III, p.* 29—57. *ex* 1) *codice Bruxellensi laudato, quem a b. m. Bethmann et socio nostro O. Holder-Egger evolutum, quamvis satis neglegenter scriptum*[10], *accurate exprimendum curamus. Ille praeterea* 2) *apographum codicis Broniensis saec. XVII. factum in bibliotheca Bruxellensi nr.* 8942. *adhibuit*[11].

Annectimus fragmenta quaedam miraculorum, quae Vitae s. Eugenii in codice supra laudato addita sunt quaeque Pippini, Karoli Magni, Ludovici Pii temporibus Diogili facta, saec. IX. a monacho quodam conscripta esse videntur. Edita sunt in Analectis Bollandianis III, p. 58—64. *L. de H.*

INCIPIT PROLOGUS DE SANCTI EUGENII TOLETANI EPISCOPI VIRTUTIBUS MAGNIFICIS.

Cum plures vestra habeat paternitas didascalos[a], o amplectende abbas Gerarde, quibus valetis imperare optimae intencionis vestre opera, miror, cur mihi tocius periciae experti

a) dediscalos (os *e corr.*) 1.

1) Brogne sive Saint-Gérard (prov. Namur). 2) Ann. Bland., SS. V, p. 24: 913. *Hoc anno cepit abbas Gerardus edificare Braoniense coenobium, et in anno* 2. *corpus beati Eugenii episcopi et martyris de coenobio S. Dionisii ibi translatum est ab ipso Gerardo.* 3) Cf. c. 7: *nos illud vidimus in refectorio eiusdem coenobii super mensam priorum depensum dulcemque reddere sonitum;* cf. c. 1. 4) Prol.: *quae gessit penes vestrum locum;* cf. c. 18. 20. 5) W. Schultze, 'Die Klosterreform in Flandern und der heil. Gerhard', in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXV, p. 233, Lietaldum abbatem Mosomensem auctorem nostri operis esse coniecit ex loco Vitae s. Gerardi c. 10 (infra): *Si autem cui ingerit ambiguitatem, Lietaldum percontetur abbatem* etc., cum quae verbis citatis in Vita illa praecedunt cum hoc libello conveniant. Sed auctor Vitae 'translationis paginam', nullo auctore indicato, eo ipso loco citat (cf. infra p. 654, n. 7), Lietaldi vero auctoritatem ad fulciendam solam s. Innocentii in Broniense coenobium translationem invocat. 6) Cf. c. 17, infra p. 650, n. 9. 7) Fortasse etiam capp. 22—26. et postea c. 27. ab eodem auctore addita sunt, cap. 28. vero certe alii debetur. 8) V. infra p. 654. 9) L. II, c. 40, SS. XXV, p. 51 sq.; cf. infra p. 650, n. 4. 10) Praesertim qui folia 7—12. codicis et iterum fol. 13. et partem 14. exaravit neglegentius operi vacavit. 11) Cf. 'Archiv' VIII, p. 522 sq.

iniungere libet vobis talia insignia deificaque facta. Nimirum meam detegere vultis inerciam apud magnorum virorum noticiam, qui me arbitrantur sciolum propter inutilem fallacium famam. Nihil enim boni conscius sum in me, sed tantum erga me cognosco inestimabilis Dei omnipotentis opera misericordiae, que vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt. Iubetis ergo egregii martyris Eugenii stilo comprȩhendere quae gessit penes vestrum locum caelica facta; qui non sufficio deflere nefanda atque conspicerae[a] prae nimietate mea commissa. Medelas nanque curacionum, quas debilibus per sui almi antestitis[b] prestat oraciones Dominus, nemo ut dignum est exarare valet, nisi fuerit gracia sancti Spiritus afflatus. Hac[c] enim penitus sum indignus inspiracione, quia omni fedatus sum scelere. Verum qui humanam[d] prestitit loquelam inracionabili asine, concedere potest indigno mihi et imperito sermonem, de suo locuturo antestite[b] que veracium didici narracione. Vestra ergo iam sublimet oracio sancta quem gravat actio prava, ut implere queam quod sanctitas precipit vestra.

FINITUR ISTE PROLOGUS.

INCIPIUNT PAUCA DE VIRTUTIBUS SANCTI EUGENII EPISCOPI, QUAE FIUNT APUD BRONIUM MONASTERIUM PER SANCTORUM MERITA, QUORUM IBI HABENTUR LYPSANAE, AC PRECIPUȨ PER SANCTI MARTIRIS EUGENII PRECES, CUIUS SANCTUM INIBI VENERATUR CORPUS. PRIMO QUALITER LOCUS SUPRADICTUS A PIPPINO EXSTITIT CONSTRUCTUS, ADQUAE[a] IN EO PIGNORA SANCTISSIMI[e] EUGENII TOLAETANI EPISCOPI CAETAERORUMQUAE[a] SANCTORUM SUNT DEVECTA.

1. Tempore igitur, quo monarchiam tocius regni Francorum Pippinus strenuae[a] gubernabat, filius utique Anssigysi, qui exstitit filius Arnulfi Metensis episcopi, quique fuit frater Walchisi, patris scilicet opinatissimi confessoris Christi Wandregesili[1], erat quidam locus in pago Lomacensi super rivum[f] Bornon, adque[a] in gyro ipsius rivuli multe fontanae dulces emanantes[g] aquas, ad quas aggrestes bestiae, venatoribus insequentibus, quia ipse locus venacioni erat aptus, ad bibendum venire solebant. Hoc itaque cum ad noticiam principis pervenisset iam dicti Pippini, praecepit in eodem loco auditorium sibi parari, eo quod esset idem locus iuxta forestam Masliniam[2], in qua persepe ipse cum suis venatoribus huiusmodi exercicio instabat. Postea vero, ut credimus Dei instinctu suasus, iussit eundem locum extirpari radicitus adque oratoriolum ibidem extrui suis fidelibus. Deinde Lanbertum, celebratissimum tunc temporis ecclȩsiae Tungrensis episcopum[3], qui nunc martyr Christi in celo triumfat insignis, ad se venire mandavit, et ut illud oratorium de sanctificacione insigniret, pia peticione obtinuit. Parens igitur pius pater iussionibus eximii principis, dedicavit in honore beati[h] Petri apostolorum principis altare mediaestinum et reliqua dua[i], unum, quod est a dextris, in honore perpetuae virginis Mariae et alterum ad levam in veneracione beati Iohannis baptistae, 15. Kalendarum Septembrium. Anum etenim quandam longissimo senio in- [Aug. 18.] veteratam in eodem loco vidimus nomine Scauctoriam, que nobis fideli relatu narrare consuaeverat, vidisse se ex eadem petra, quam postea muro in circuitu munivimus, oleum affluenter manare, quam iam dictus almifluus in honore principis apostolorum Petri sanctificavit Lanbertus.

2. Diebus itaque incliti regis Karoli[4] extitit quidam nobilissimus Sicamber nomine Gerardus, qui instancia parvipendens commoda ac caelestia desiderans gaudia, coepit cogitare, qualiter in alodo iure sibi a progenitoribus concesso quantulumcumque extrueret coenobium. Que cogitacio ad effectum bone operacionis venta est auspice Christo[5]. Visum est itaque illi nullo in alio loco dignius[k] extruere coeno- [913.] bium, quam in illo, qui olim, ut dictum est, sacratus erat Christo, sed paganorum insecucione magna ex parte videbatur esse dirutum. Permissu quoque patris sui amicorumque suorum fecit quod multo iam tempore mente conceperat et ad certum finem usque complevit[6]. Completo itaque iam dicti loci aedificio, delegavit ibidem clericos, qui Domino obsecumdarent[a] iuxta quantitatem alimoniae, quam consequi potuissent, velut in scripto continetur, quod in eodem loco fore dinoscitur. Interea coelitus animatus, [(3)] incidit illi cogitacio, non esse ratum, ut isdem locus absque alicuius sancti solamine corporali maneret, licet multorum ibi sanctorum reliquie condite haberentur. Proinde arepto[a] itinere, prospero cursu adiit Parisiacensem[a] territorium ad quendam religiose vitae virum nomine Leutgarium, qui tunc temporis regebat [914] abbatiunculam[l] quae vocatur Diogilum[7], ubi agius martyr Eugenius, pro Christi nomine agone expleto, a viris religiosis fuerat sepultus et depostea ad preciosissimorum martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii

a) *sic* 1. b) *ita semper* 1. c) Hec 1. d) humanum *corr.* humanam 1. e) scisimi *in loco raso* 1. f) rivam *corr.* ripam 1. g) emanentes *corr.* emanantes 1. h) b. P. *in loco raso* 1. i) rel. daunum q. 1. k) dignus 1. l) abbatiuinculam 1.

1) Haec ex Geneal. domus Caroling., SS. II, p. 309. 2) Marlagne silva. 3) Sedit c. a. 669—708. 4) Simplicis. 5) Cf. Ann. Bland. a. 913, SS. V, p. 24; supra p. 646, n. 2. 6) Cf. chartam Gerardi a. 919. datam 'Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 418: *dono, presentibus patre meo Sancione et fratre meo Widone et ceteris parentibus meis, quorum nomina subtus tenentur, aliquas res meas ad ecclesiam ubi cupio construere monasterium ac me ipsum in servitio omnipotentis Dei militaturum condonare, quae est sita in pago Lomacensi in loco nuncupante Bronium super fluvium Bornon.* 7) Deuil (Seine-et-Oise, arr. Pontoise).

914. monasterium[1] officiosissime est delatus. Cumque ad praefatum pervenisset Leudgarium, omni cum humanitate est susceptus. Et post dulcia ad invicem colloquia dedit illi scriniolum sanctorum reliquiis refertum, in quo et de artubus almi Eugenii aliqua pars continebatur.

(4) 3. Inde ergo, assumpto memorato Leudgario, festine perrexit Catuliacum[1], quo cluescunt[a] nobilissimorum suprafatorum corpora sanctorum; ibique commorantibus narravit senioribus, pro quo illuc advenerat desiderio detentus. Prolixum est itaque enarrare, quanta egit prȩce, ut quiret obtinere thesaurum desiderabile[b], quem cupiverat tota mentae[b]. Salubri tantem conscilio[b] reperto, immo Dei disponente clemenciam[b], qui suis ubique in se fidentibus semper adesse consuevit, datis sacrosancto illi loco pro posse muneribus, impetravit quod diu desideravit thesaurum, egregii scilicet martyris Eugenii[c] corpus nobilissimum. Eodemque tempore erant in eodem monasterio clarissimi viri habitu monachico ornati Amico decanus, Franco thesaurarius, Wido cantor, Noe hospitum receptor, Gozlinus camararius, Erkengerus capicerius, Evrardus ianitor; qui obnixa prȩce commoti et a divinitus, ut certum est, adornati[d], sanctissimi martyris membra auro obrixo[b] prȩciosiora, scrinio honorifice fabricato reposita, tradiderunt (5) illi. Ex quo multum ovans, ob metum civium clanculo detulit secum; sicque cum magno thesauro, quem laudabili furto asportabat, pervenit Cuvinium villam[2] in pago Teoracensi[3] fundatam. In ea siquidem degebant duo monachi ex monasterio Sancti Germani, quorum unus dicebatur Werembertus, alter vero Ermarus; qui ibidem sancto Venancio confessori adque abbati obsequium divinitatis inpendebant. Cumque illo perventum fuisset, noluit memoratus Gerardus cum suis complicibus ire ulterius sine consensu et licencia episcopi Stephani, qui eo tempore episcopium Tungrensis ecclȩsiae regebat decentissime[4]. Proinde nobilissimum sibi creditum thesaurum praedictis monachis duobus olim familiariter sibi adherentibus dereliquit servandum.

(6) 4. Opere precium namque nobis videtur patefacere cunctis scire volentibus, quid ad preconium martiris sui et egregii pontificis conctipotens[b] Dominus est operari dignatus. Praedictus itaque Werembertus monachico habitu amictus narrare cum magno timore erat solitus, quod, cum quadam die plus quam oporteret bibisset ac tardius quam decuerat dormitum perrexisset, tandem cum se cubitum nimietate potus plus solito debriatus collocasset, gravique somno depressus, ad nocturnas laudes Domino concinnendas[e] minime surgeret, adest ei per visum sanctus Venancius, minaci vultu illum intuens ac de crocia, quam manu gestabat, terribiliter pectus eius percuciens, huiusmodi verbis illum affatus est, dicens: 'Tu hic nimia potacione sopitus stertis, et beatus episcopus martyrque egregius Eugenius praestolans opperit sine matutinorum laudibus. Surge quantocius et quod agere debuisti maturius fac saltem, quod nefas est, tardius'! Qua[f] ammonicione ab illa ora[b] et deinceps ita est salubriter correctus, ut de ecclȩsia illa nusquam nisi humanitatis causa recederet, quoadusquȩ eiusdem delator martyris ad eundem (7) remearet locum. Revertens etenim sepedictus Gerardus, licencia cum auctoritate episcopi Stephani accepta, nimio exhilaratus gaudio, suis assumptis[g] complicibus, cum aliis multis fratribus repedavit Cuvinium, quo sancti viri glebam duo prefati monachi custodiebant magna cum reverencia. Qui inde iter arripiens, carpebat gaudens viam suam versus Bronium, non modicam fidelium turbam habens secum. Ea tempestate Adelelmus, vir clarissimus, archidiaconatus fungebatur officio suique pontificis vices diligenter exsequebatur. Qui cum audisset cluentissimum Christi testem simulque pontificem intra parrochiam sibi commissam deferri, copiosa[h] sibi iuncta ex monasterio Sancti Foillani[5] clericorum ac laicorum turma, venit obviam sancti[b] cum ambicione magna adque omni cum devocione et humilitate accepit in ulnis scrinium, in quo ferebantur prȩciosissima busta; sicque clerici praecedentes et turbe sequentes, ymnidicas odas Regi celso concinnentes[b], pervenerunt Bronium, ubi cum tripudio magne exultacionis collocaverunt quem detulerant thesaurum in oratorio principis apostolorum Petri, festivitate sancti Agapiti Aug. 18. martyris, quae celebratur 15. Kal. Septembr. Huius quoque almiflui praesulis membra quisque con[b] fide requisivit non ficta, rediit persepe ovans ad propria domicilia. Omnes quippe illo degentes in pago dicunt, a die devectionis eius multa sibi insolita accidisse commoda. Cumque longe lateque haec[i] fama divulgaretur, coeperunt catervatim circummanentes ad eius memoriam cum oblacionibus et luminariis confluere et sancti viri suffragium quaeritare.

(8) 5. Quod cernens auctor invidiae, qui ab inicio genus humanum, caelos ne posset adire, a recto itinere conatus est semper retrahere, virus suae invidiae per multorum corda clericorum in circuitu nequiter diffudit, adeo ut, venientes ad episcopum praescriptum, dicerent, non esse ratum, ut incognitum in sua diocesi permitteret venerari sanctum, qui si esset sanctus, nemini illorum erat notum. Qui 1. Cor 15, 33 benevolus ut erat in Dei servicio, iuxta viri sapientis proverbium: *Corrumpunt mores bonos*[k] *colloquia mala*, priorem commutavit sentenciam; et gaudio quod ante habuerat de adventu magnifici antestitis ire[l] permixto, asscensit[m] invidorum consilio, hostis invidi dolo patrato. Cum hac itaque voluntate egrediens a Fossensi coenobio, pervenit Magloniam[6] itinere prospero. Illucque iam cum pervenisset sero, invasit illum dolor coli[b] permaximus, adeo ut in unius hore spacio speraret humanis excedere rebus. Qua de re festine accito ad se quodam presbitero nomine Evrehimgo: 'Videtur', inquit, 'mihi, quod hunc ideo pacior immanissimum cruciatum, quia cogitavi sanctum Dei noviter nostra[b] diocesi delatum, tuis

a) duescunt 1; quiescunt 2. *Boll.* b) *ita* 1. c) Eugenuii 1. d) adhortati *emend. Boll.* e) concinnandas *c.* f) Quo 1. g) assumptus *corr.* assumptis 1. h) copio *corr.* copiosa 1. i) hac 1. k) hones *corr.* bonos 1. l) *i. e.* irae. m) *sic pro* assensit 1.

1) St. Denis. 2) Couvin. 3) Thiérache. — Translatio secundum Ann. Bland. l. l. p. 24. a. 914. facta est. 4) Sedit a. 903—920. 5) Fosses (prov. Namur). 6 Malonne prope Namur.

tuorumque sodalium consiliis depravatus, debito honore frustrari. Ob id ergo absque mora duas candelas praepara iuxta longitudinem corporis mei ac latitudinem et defer ante sanctissimi[a] viri glebam, cuius ope et clemencia ab hac, qua miserabiliter crucior, poena spero me recepturum sanitatis remedia'. Qui ilico iubentis paruit imperio. De nocte itaquę consurgens, stravit equum suum, duas secum deferens candelas, quas igne per quatuor partes accendit et in solo pavimenti ante almiflui artus Eugenii, perfusus lacrimarum ymbre, in modum crucis vivificae stravit. Cumque fomentum ignis, videlicet cera, esset ex integro consumpta, sospitas episcopo e vestigio est restituta.

6. Comperto itaque meritis sancti Eugenii sanitatis remedium sibi esse collatum, in crastino unum (9) e suis capellanis ad memoratum destinavit locum, mandans edituo qui vocabatur Ansselmus, ut Leodium ad synodum in proximo venturam pergeret sanctique secum sepefati Passionem ferret adque obtutibus ipsius praesentaret. At ille grataner monitis obtemperavit pontificis. Residente denique episcopo cum multitudine clericorum in synodo, recitata est in auribus eorum eadem Passio[1]. Lecta itaque per ordinem eiusdem Passionis serie, hac episcopus circumsedentes affatus est oracione: 'Sciat hec sancta synodus, hunc sanctissimum testem Christi adque pontificem, in nostro episcopio, Christo opitulante, noviter delatum, magni esse honoris ac meriti. Ideo noveritis cuncti, quia cupimus eum tota mentis intencione venerari, ut aput Regem supernorum civium intercessor existat pro nostrarum excessibus culparum'. Accersito denique Flodino decano, praecepit ei, ut per omnem decaniam sue cure commissam eius ex nomine sancti Eugenii martyris adquę pontificis Christi iuberet sollemnitatem celebrari; et neque ipse nec ullus aliquis decanus[b], qui post eum venturus esset, soniacam[2] episcopis Leodicensibus debitam ab eodem loco, ubi ipsius sancti corpus quiescit, accipere presumeret.

7. Miraculum interea, quod Dominus, mirabilium operum patrator, nostris diebus ad exaggeranda (10) antestitis sui merita est propalare dignatus, licet inpolito sit sermone compręhensum, cunctis tamen scire volentibus delectabile, ut remur, erit ad audiendum. Erat quidam homunculus in Treiectensi degens vico, bonis actibus die noctuque intentus, nomine Stephanus. Qui quadam die septima sabbati mature a suo surrexit stratu ac festine coepit vestibus suis indui pedesque calciamentis muniri[c]. Qui cum a sua percunctaretur coniuge, cur de lecto suo insolenter ante lucis crepusculum[d] maturasset surgere, cum tum nil operis deberet aggredi, huiusmodi responsum intulit ei: 'Ante paululum, cum me sopor gratissimus, ut solet matutino tempore[e], deprimeret, visus est mihi quidam astare ac dicere: "Surgens perge quantocius ad mercatum, et quod[f] primum inveneris ad emendum, dare pro eo non cuncteris pręcium inter te et negociatorem taxatum, et defer in monasterium noviter in pago Lomacensi constructum quod vocatur Bronium". Hec dixit et post hec omni cum celeritate perrexit'. Ad[c] ubi in foro venalium rerum intravit, occurrit ei homo ferens in manu sua tintinabulum[c]. Quod gaudens dato pręcio emit et usque ad designatum sibi per visionem coenobium detulit. Et ne aliquis hoc estimet frivolum, nos illud vidimus in refectorio eiusdem coenobii super mensam priorum depensum dulcemque reddere sonitum.

8. Haud longo autem tempore, id est in anno ipso, antequam sanctissimi corpus in Bronium (11) 914. adventasset, vidit quidam sacerdos eiusdem loci visu[g] rei futurae praesagium, cui erat Anselmus vocabulum, quod eum terruit nimium. Videbat plane, quasi de ecclęsiae docario immanis[h] exisset draco ac volasset super ipsius presbiteri domum, cuius e faucibus magnum eructabatur incendium. Proxima quippe sancto oratorio erat sacerdotis aedes. Hoc itaque sacerdos viso e somno[i] expergefactus, coepit cogitare pavidus, cuius istius visus futurus esset exitus. Ergo quod superno Iudice dispensante vidit, non inaniter transiit, sed mox veraciter patuit, quanquam contrarium antestiti extiterit. Nam die sequenti arepta[c] est domus igni et concremata est omnis. Nimirum credi facile potest, ob id hoc accidisse, quod isdem sacerdos obstinanter restitit domum suam inde amovere, ubi domus Dei debebatur construi et egregii antestitis corpus in ea reponi. Per colubrum enim, quod significat draconem, hostis antiquus humano generi propinavit mortem; ac per ipsius speciem vidit sacerdos suam exurendam edem. Campanae siquidem, quae et cloccae dicuntur, ob hoc in sanctis sublimantur oratoriis, ut per illarum sonum vocetur et aggregetur christianorum plebs amabilis et ammoneatur a presbiteris sacris, qualiter obtemperet Dei praeceptis ac sine offensa quead[c] supernis potiri gaudiis, cum fuerit absoluta huius laboriose vitae erumnis. Clocca etenim oratorii sancti sacerdos est Dei vivi, plectrum verbi gestans, ore clamans vehementi adque terribili: *Poenitenciam agite! appropinquavit enim regnum celorum.* Matth. 3, 2.

9. Emundato per ignem loco, advenerunt e vestigio operarii, incunctanter fundamentum locantes (12) ecclesiae, quae actenus in eodem fundata est solo. Nullus enim peritissimorum nec stilo comprehendere nec verbis valet explicare, quam efficaciter celeriterque aedificium basilicae ipsius consummatum est, beati suffragantibus meritis Petri apostolorum principis, adeo ut nec una aque gutta per totum tempus, quo parietes ecclesiae constructae fuerint, caelitus distillaret, sicut sepissime narravit cementarius, qui eiusdem ecclesiae moenia exstruxit. Peracto itaque tocius basilicae edificio ac desuper tecto completo, cum vellet carpentarius nomine Folcradus, gaudens de consumato opere, ad terram descendere, ruptis funibus, quibus lignum erat ligatum, super quod pedibus innitebatur, penitus ruit ad terram. . . . . . .

10. Quodam tempore cum quidam vir circa cultum Dei sollicitus Bermeriacas[3] villam perrexisset (13)

a) scisimi 1. b) decanu 1. c) *ita* 1. d) corpusculum 1. e) me *iterum add.* 1. f) quot 1. g) visum 1. h) immanes 1. i) sommo (somnio?, *corr.* somno 1.

1) Edita Analecta Bolland. II, p. 131 sqq. 2) Pensionem certam significat; cf. Ducange s. v. *soniata*. BOLL. 3) Biesmerées (prov. Namur, cant. Florennes); cf. Piot, 'Les pagi de la Belgique' (in 'Mémoires couronnées de l'académie Belgique' XXXIX, p. 176). BOLL.

vehicula inpetrandi gratia, quibus ad supradictum coenobium deferretur[a] materia, et ad cuiusdam pauperis possesciunculam[b] pervenisset nomine Leodulfi, qui habebat savinam in ortello suo perpulcram, et ex ea voluisset[b] accipere et ad monasterium transferre, subito domuncula iuxta mansionem eiusdem posita igne plurimo coepit concręmari. Quo viso, vir fidelis, qui ex monasterio memorato advenerat, sancti Petri almique Eugenii [opem[c]] invocavit toto ex corde, ut pauperculi domunculam a periculo liberaret. Mox mirum in modum furens incendium penitus est extinctum. Tunc[d] illud beati impletum est oraculum
Iac. 5, 16 Iacobi apostoli dicentis: *Multum valet deprecatio, si fusa fuerit iuste ante Dominum.*

(14) 11. Cum autem a memorato viro[e. 1] suisque sociis honorifice deferuntur beati prefati episcopi sacra
914. ossa omni pretioso thaesauro[b] cariora, ventum est ad Roslerum[2] villam in pago Lomacensem[b]. Ibi paululum presserunt gradum ob longioris viae lassitudinem relevandam. Tum quoque opinione de sancto passim diffusa, undique concurrit populi utriusque sexus, ordinis et conditionis multitudo, sanctum rogatura pro
(15) suorum criminum negotio. . . . . . . Inde etiam castra moventes, iter arripiunt alacres quod ducit ad villam Bronium. Que villa recto nomine sic vocatur, quia celestis providentia praeviderat, illam quandoque sanctorum pignoribus fore gratulabundam, quae se defenderent ab omni inimicorum malicia, sicuti nunc protegitur per sanctorum suffragia, quorum inhibi[b] habentur patrocinia. Bronia[3] enim est lorica, quae est vestis ferrea, qua utuntur milites in pugna, quae a[f] se repellit adversariorum tela. Sic nempe villa protegitur Bronium per merita sanctorum, quorum referta esse cognoscitur reliquiis venerandis, sicut subsequens sermo ostendet verbis prae aliis signis.

(16) 12. Alia praeterea mulier de villa que vocatur Ermentón[4] vovit unum ex suis agnellis sancto martiri Eugenio, quo sui dignaretur misereri. . . . . . .

(17) 13. In adventu sui in Bronium initio sanctus martir Eugenius ignorabatur, quis esset, a circummanentibus fidelibus et ab ipsius paroęchiae presule, domno scilicet Stephano episcoporum nobilissimo[5]. Sed is[g], lecta eius Passione, gavisus est gaudio magno ac praecepit continuo ipsius celebrari festivitatem et in Lomacensi pago et in omni sua dyocesi[6]. Quod egerunt quidem multi devotissime; sed quedam matrona Emma in sua villa manens nomine Laiva[7], sancti martiris monasterio contigua, cum suo filio Dodone, magis in suo fidentes gentilicio quam in beati antestitis solatio, parvipendentes[h] sancti festa, in uno eorum die iusserant omni familiae suae operari que precepta eis erant. . . . . . .

(18)
Oct. 25. 14. Item in sanctorum Crispini et Crispiniani martirum festivitate quaedam mulier veniens ex villa quae dicitur Biurtus[8], detulit ad beati agonistae Eugenii memoriam extinctam lucernam posuitque iuxta sancti sepulturam. . . . . . .

(19) 15. Alia rursus mulier nomine Gislaberta habens filium membris omnibus contractum, pro quo anxia cruciabatur inenarrabili luctu. . . . . . .

(20) 16. Quadam[i] tempestate Carolo rege ad Aquasgrani palacii[b] properante[9], quedam pars sui
920? exercitus per Lomacensem pagum est dispersus et ad Bronium usque extensus. Ubi suo more nequiter agentes, Dei sacerdotes deonestabant[b] ibi manentes. Quo unus agens nequius ceteris, uni sacerdotum nomine Anselmo[k] pessime nocuit procacibus verbis. Quam itaque iniuriam impacienter ferens senior, quem blandis non potuit corrigere[l] verbis, pedo perculit excummunicationis[b]. Patrata vero ibi sua perversitate, coeperunt simul conglobati viam suam abire adque Mosam usque properantes volebant transire. Ille autem excommunicatus intrans navim, ab uno equorum cesus est gravissime ac reportatus, ubi fuerat nexus sacerdotis excomunicacione[b], ibique suum confitens scelus et poenitens, absolutus est sacerdotali auctoritate. Inde etiam properans usque villam Pirarium[10], morte praeventus, ibi ultimam excepit domum. Vilis quidem[m] est sacerdotalis apud malignos ordo, sed, credat omnis homo, valde necessarius est in hoc mundo. Cum homo nascitur, ad sacerdotem curritur, christianitas per illum datur; cum infirmatur, ipse advocatur; dum moritur, ille cito compellitur; ipsius precibus Domino anima cummendatur[b]; et nichil valet christianitas, si defuerit presbiterialis auctoritas. Igitur omnes venerentur sacerdotalem ordinem, quia per ipsius assiduam orationem et huius vite habent prosperitatem ac caelestem cum sanctis beatitudinem.

21
928? 17. Quodam tempore transiens nobilissimus comitum Boso[11] per comitatum Lomacensem cum exercitu magno, diffusus[n] est sparsim in eodem pago. Quaedam etiam populi eius pars pervenit usque Bronium. Qua villa hoste repleta, voluerunt aliqui eorum in fratrum ipsius loci manere domibus. Quod contradicere volentes fratres, non potuerunt impetrare. Ad[b] fratres ingressi ecclesiam, induerunt sacris vestibus se ipsos, et susceptis sanctis pignoribus cum cruce, exsierunt[b] obviam malignis, orantes obnixe,

a) deferentur 1. b) *ita* 1. c) *suppl. ed.; deest* 1. d) *incipit secunda manus* 1, *ubi* Tunc — Dominum *in loco raso.* e) *in loco raso* 1. f) quia *corr.* quę a 1. g) his *corr.* is 1. h) parvidentes 1. i) Quedam 1. k) Anselmum *post corr.* Anselmo 1. l) corrige 1. m) quidam 1. n) diffusa 1.

1) Gerardo. Narratio redit ad ea quae iam c. 4. relata sunt. 2) Fortasse Le Roux (cant. Fosses). 3) Germanice *brunne.* 4) Ermeton-sur-Biert (prov. Namur, cant. Fosses). 5) Cf. c. 5. 6. 6) Hunc locum exscripsit Aegidius Aureaevall. II, c. 40, SS. XXV, p. 51. 7) Lesve (prov. Namur, cant. Fosses). BOLL. 8) Bioux sive Bioul (prov. Namur, cant. Dinant); cf. Piot l. l. p. 175. 9) Haec a. 920. facta esse crediderim, cum Karolus Simplex in regione Mosae commorabatur; cf. Böhmer, Reg. nr. 1967, et Waitz, 'Heinrich I.' ed. 3. p. 49. et n. 3. 10) Pry (prov. Namur, cant. Walcourt); cf. Piot l. l. p. 179. 11) Rudolfi regis Francorum frater. Haec ad a. 928. pertinere videntur, quo Heinricus I. rex Bosonis castrum Durofostum ad Mosam fl. obsidebat; cf. Flodoard. ad a. 928, SS. III, p. 378. Huc quoque referenda sunt quae tradunt Miracula s. Gorgonii c. 12, SS. IV, p. 242, ex quibus Vita Iohannis Gorz. c. 104, SS. IV, p. 367, sua sumpsit, temporum ordine mutato; quod effugit Schultze p. 269. Cf. Waitz, 'Heinrich I.' ed. 3. p. 120, n. 2.

ne intrarent sua domicilia; quod nemo pessimorum fecit umquam. Illi autem ut barbari non solum 928?
precantes[a] dignati sunt audire, sed etiam exprobraverunt improbe, insuper et sanctam ferentem crucem Anselmum Dei antestitem unus ex ipsis pugno percussit gravissime ac reppulit procul a se cum magno furore. Quod perfecto supernus Iudex non dimisit inpune, sed ulcisci dignatus est manifesta. Altera nanque die litigans cum pare[b] suo, qui iniuriam fecit Dei servo, perdidit ipsam manum[c] gladio, qua ferire ausus fuit illum. Hoc in facto sciamus, sancti Eugenii Christi martiris operatam esse virtutem, cuius famulus est ultus per eius domini nostri Iesu Christi pietatem. Manu vero sic perdita, recolens miser[d] se inique egisse in sanctum locum virumque Dei, poenitentiam humiliter ac veniam peciit commissi facinoris a sacerdotibus illis. Illi enim nolentes malum pro malo reddere, fusa super eum oracione cum benediccione, liberum dimiserunt habire[e] et, ne ultra talia praesumeret, curarunt monere. Siquidem
ulcione hac patefacta est sentencia prophetae dicentis: *Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.* Rom. 12,19.

18. Erat quidam famulus degens in monasterio Broniensi nomine Rotbertus, qui quadam vice in (22)
stratu proprio quiescens, vidit in visu dormiendo, quasi aliquis illi diceret: 'Vade in ecclesiam et fode inter altare ac sepulturam sancti martiris Eugenii, et invenies aquam multis profuturam'. Hoc itaque somnium referens fratribus ipsius loci, noluerunt assentire ei, putantes illum mentiri. Postea vero iussum ei est iterum per visum fodere. Qui statim in ipso visu fodiens, inveniebat aquam exire et uno[e] nescio quem piscem. Quem narrans visum fratribus, crediderunt Dei martiris esse voluntatem; et accummodantes[f] somnianti fidem, quaerere ceperunt invicem, an foderent necne. Diu quoque deliberantes, tandem de martiris fidentes virtute, uno die congregati profecti sunt in oratorium, ubi somnians dixerat, volentes fodere. Acceptis itaque ligonibus ac palis, fodere viriliter ceperunt; et annuente illo qui eduxit limpham de petra Oreb praesentibus eius dilectis Moyse et Aaron, et sancto martire Eugenio implorante, reppererunt aquam claram satis abundeque. Unde immensas graciarum acciones referentes cum nimia vociferatione aquarum Conditori, letati sunt exultacione ineffabili. In profondo[e] autem fodientes aquamque magis invenientes, ne foras nimium excurreret, in giro saxeum fecerunt parietem; et nunc puteus est similis utique illi, super quem Iesus fatigatus ex itinere sedebat, loquens mulieri Samaritanae
petensque ab ea bibere, non aquam, sed eius fidem desiderans. Intueamur ergo, quantum valemus, quid (23)
significet inventio aque illius. . . . . . .

19. Mulier quaedam caeca ad sancti martiris Eugenii venit pietatem, deprecans. . . . . .[g] (24)

20. Huic denique delectabili et stupenti miraculo aliud mirandum omnique laude extollendum (25)
annecterae[e] censuimus ratum. Quodam itaque tempore, cum prae nimia algoris asperitate navali evectionę amnes nequirent homines transcirę[e], Engeramnus presbiter, qui adhuc in praescripto coenobio Regi aeterno eiusque militi, egregio videlicet Eugenio, fideliter obsecundat, Deonant portum[1] necesse haberet adire, veniens ad amnem Mosam, cum suo equo in alteram eiusdem fluminis ripam, licet pavidus, duricia glaciei sustentatus, duce Christo pervenit sanus. Expletis itaque convenienter omnibus pro quibus venerat, reversus ad amnem, intravit audacter sicut prius in glacie, unde venerat, cupiens redire. Contradicentibus denique cunctis qui astabant — erat enim dies ibi numdinum[e] —, ne aggredi praesumeret tam periculosum transitum, nequaquam prohibentibus cessit, sed totam spem suam in eo posuit qui principi apostolorum Petro mare meabile praebuit. Ducens sonipedem suum post se, coepit pergere iuxta suum velle. Cumque incederet, de Domini confisus pietate, qui liquidum elementum ita hiemis frigore induraverat, ut se suumque caballum ferre posset, subito fregit glacies sub pedibus equi in modum spere, sicque sub glacie ruens, ab oculis eius elapsus est. Freno tantummodo caput illius sustentans, stabat tremebundus iuxta pertussum, de quo aqua terribiliter ebulliebat. Videntes itaque homines per utrasque amnis ripas causa negociacionis stantes illum in mortis periculo pro caballi sui erepcione[h] positum, clamabant nimia cum vociferacione dicentes, ut dimitteret equum, satisque illi foret, si tam metuendum evadere posset periculum. Sed ille hoc minime nolens agere simulque recolens, quia, ubi humanum deest auxilium, necesse est quaeritare divinum, tota[i] cordis intencione orabat Protectorem supernum, quo solamen sibi concederet per merita emeriti sui militis Eugenii posito in periculo huiuscemodi. Cernentes autem qui ex utraque fluminis parte stabant, tantam habere presbiterum[k] fiduciam in Domino ac de sui patroni confidere meritis almifluis, una cum eo invocabant Dominum sanctumque Eugenium, ut possent adiuvare sacerdotem super glaciae[e] laborantem. Sicque confisi de Domini clemencia, que suis semper fidelibus adest invocata, currentes audacter super glaciem, pervenerunt illo, ubi dolebant sacerdotem stare in discrimine non modico; summoque conamine illum adiuvantes, abstraxerunt caballum eius a profunditate nimphae[l] gaudentes et, quod verius est, magis de semet ipsis timentes, quam de erepcione sonipedis gaudentes. Abstracto denique cornipede a flumine congelato, reddiderunt omnes qui aderant grates inmensas Domino simul cum presbitero, qui, suo interveniente antestite, Eugenio scilicet beato, non tantum sacerdotem periclitatum, sed et omnes qui ad illum causa adiutorii venerant clementissima miseracione ac solita invit pietate. Nos ergo, qui huic non interfuimus miraculo, incunctanter credamus patratum ab illo qui gubernavit Noe in archa clausum super undas diluvii; et coetus in mari Ionam ferens pleno ventre ieiunus, aperto ore illaesum vomuit in aridam, eius reddendo obediens praecepto, cuius paruit degluciendo; egregium quoque praedicatorem Paulum equoreis marinis

a) *supplendum* non. b) re (*vel* ri) *iam legi nequit, litteris nonnullis evanescentibus* 1. c) manu 1. d) se m. se 1. e) *ita* 1. f) accummend. *corr.* accummod. 1. g) *in hoc miraculo desinit altera manus cum ternione secundo, sequentia duo folia prima manu scripta sunt* 1. h) dicentes *add.* 1. i) toto 1. k) presbitero 1. l) *ita* 1; *pro* nymphaei, *ut videtur.*

1) Dinant ad Mosam.

die noctuque circumseptum de profundo pelagi reduxit ad superos illesum. Hec et innumerabilia miracula Dominus omnium, quia potens, potuit, ideoque fecit.

(26) 21. Adhuc autem unum referre libet prodigium, quod ad cumulum laudis egregii martiris scimus esse a Domino patratum. Homunciolus quidam nomine . . .[a] vidit . . . .

(27) Multa equidem sunt miracula quae ob fastidium lectoris non habentur scripta; sicuti de aliquibus nequam hominibus tacendum putavimus, qui pro nichilo ducebant adventum sanctissimi presulis in illam qua nunc iacet regione; quos postea vidimus ab illa patria funditus Dei iudicio summotos[b].

—

(28) 22. Opere precium est illud his prefatis prodigiis adiungi, qualiter retditus[c] est auditus cuidam homini. . . . . . .

(29) 23. Aliud rursum praefatis signis addatur miraculum . . . . Item quaedam mulier pro recuperanda sanitate nomine Emma . . . .[d]

(30) 24. Alio praeterea evo venit ab ipsis Alpium montibus quidam peregrinus, lustratis pene totius Galliae monasteriis, prius a nemine sanctorum quos quesierat adiutus. Sed fama longe diffusa de sancti athletae Eugenii virtute praecipua, accedens Lomacensi pago ac Broniensi coenobio appropians, intravit supplici mente sanctam ecclesiam. . . . . . . De hoc quidem ceco sufficiat dictum. Sed iam stilus vertatur ad aliud prodigium huic prefato simile per totum.

(31) 25. Sub eodem fere tempore alia mulier . . . . . .

(32) 26. Quodam iterum tempore homo pauperculus[e] almi antistitis Eugenii expetivit auxilium, qui a clunibus erat debilis et contractus talo tenus ac trahebatur pandis fustibus, quos rustice crotias vocamus. . . . Inventus postea, iam dicto Hildrico, quem fuisse caecum diximus, isti narravit, quod ideo clam recesserit, quia timebat, ut fratres Bronienses illum in servitium vellent retinere. Quod minime cogitaverant fratres. . . . . . .

(33) His igitur de sanctissimi martyris praelibatis virtutibus paucis, valet quisque fidelium agnoscere[f], quam sit venerabilis in caelestibus regnis qui apud mortua ossa tanta operatur in terris . . . exultans in angelorum splendidissimo collegio et benedicens illorum suoque Domino, qui vivit et regnat [per[g]] secula. Amen.

(34) 27. Unum[h] adhuc valde stupendum atque laudabile miraculum huic opusculo annectere ratum duximus, quod Dominus ad laudem et gloriam militis[i] sui Eugenii in vico operari[k] dignatus est Namuco.

937? Eademque tempestate, qua timor Hungrorum omnes invasit qui morabantur in regno Lotheriense[1], devectus est isdem emeritus[l] Christi miles Eugenius ad memoratum portum. Ibiquę susceptus est officiosissime a Berengario illustri comite[2] et intra ecclesiam sancti Hilarii collocatus. Accidit interea, ut quidam clericus Leodicensis illo adveniret nomine Vulgerus, qui quadam die in domo memorati comitis vino[m] nimium est madefactus. Cumquę iam hora advenisset vespertina, et ipse cum aliis multis ad ospicium suum regredi conaretur, relicto[n] aditu portae, per quem ceteri egressi sunt, iter devium nimisque arduum arripuit, prohibentibus cunctis cum quibus gradiebatur, ne tam periculosum atquę inmeabile aggredi temptaret iter. Ad[c] memoratus clericus verba illorum floccipendens, dixit se oracionis gracia iturum ad sanctum Eugenium, qui, ut supra diximus, in ecclęsia sancti Hilarii erat positus. Retinere autem illum cum vellent qui cum eo erant, timentes, ne in frusta membra eius colliderentur, si de rupe mire altitudinis, in qua stabat, descenderet, repente, antequam illum tangerent, ex cacumine falisiae sese praecipitem dedit. Qui, mirum dictu! ita incolumis ad terram pervenit, ut non solum corporis, sed neque vestimenti aliquam lesionem pertulit[c]. Nulli ergo dubium fuit, quod illum sanctissimi meritum Eugenii in tanto exiciabili discrimine salvavit. Mane autem facto, con[c] didicissent homines vici illius quod factum erat, glorificantes Deum, venerunt ad ecclęsiam, in qua beatus iam dictus Eugenius [erat[o] positus], et obtulerunt luminaria et alia oblacionum xenia.

(35) 28. Cunctarum[p] igitur Opifex rerum . . . .
(36) Erat enim quidam nomine Rikardus[q] in villa cui vocabulum est Metting[3], habens prolem nomcupatam[c] Ermesendis, cuius extrema corporis membra a primordio nativitatis marcida ac contracta extiterant, ut officium incedendi fundatenus[c] caruisset. Quadam ergo die suae coniugi Waletrudi intimat, ire se velle ad coenobium quod constructum est in veneracione principis apostolorum Petri causa orandi secumque propriam deferre filiam.. . . . In cuius namque comitatu collega efficitur quaedam femina, quae Sesona
(37) fuerat iure vocabulo nuncupata. . . . Interea villam quae fertur Buxerias[4] pervenientes, fessi cominus latae cuiusdam residunt fossae. . . . . . .

a) *nomini spatium vacat* 1; *deest* nomine 2. b) *desinit prima manus cum folio; sequens folium secunda manus scripsit, ibique quinque lineae superiores erasae* 1. c) *ita* 1. d) *in hoc miraculo tertia manus pergit* 1. e) pauperculis 1. f) agnosceret 1. g) *deest* 1. h) *pergit prima manus* 1. i) militi 1. k) operarii 1. l) emeritis 1. m) *in loco raso* 1. n) relictu *corr.* relicto 1. o) e. p. *supplevimus ex l.* 37, *des.* 1. p) *hoc miraculum alia saec. X. manu additum, cuius narratio scatet mendis* 1. q) *littera erasa, post suppl.* 1.

1) Ungarii iam a. 926. Lotharingiam aggressi sunt, iterum a. 937. et praesertim a. 954. Sed de hoc anno vix cogitandum est, quamvis tunc in hac ipsa regione Broniensis monasterii eos maxima cum crudelitate in ecclesias et coenobia saevisse constet. Neque ad a. 926. haec referri possunt. 2) Iam a. 908. comes pagi Lomacensis occurrit in diplomate Ludovici regis (Böhmer, Reg. Kar. nr. 1218), idem fortasse de quo Flodoardus a. 924. agit. 3) Mettet (cant. Fosses). 4) Bossière prope St.-Gérard. BOLL.

APPENDIX.
EX MIRACULIS S. EUGENII DIOGILI FACTIS.

7. Temporibus gloriosissimi primi Pippini regis, dum adhuc beati martyris et pontificis Christi nomen occultum haberetur, ac lucerna Domini non supra montem, sed sub modio esset posita, nolens amplius Redemtor, quod multis futurum erat ad utilitatem amplius ob multorum[a] manere non divulgatum, mirabile dedit indicium, quod multis profuit, tam magnis quam parvis, ad utilitatis incitamentum.

Erat quidam miles praefati principis nomine Hetilo, princeps cubiculariorum, ipsi duci affinitatis consanguinitate coniunctus ac nimia dilectione asscitus, quem inmensus capitis dolor ita acerbe invaserat, ut simul cum auditu perderet et visum, frustrato omnium qui aderant medicorum solacio. Quod cernens dominus eius, despiciens medicinam carnalem, ubi ipse miles in modum mulieris a Domino curate multa dederat et semper deterius habebat, convertit se ad spiritalem, et servorum ac ancillarum Dei longe lateque circumpositorum subplex sedulas postulat oraciones necnon sanctissimis locis memoria celebri sanctorum consecratis multorum munerum dirigit largiciones. Aguntur hec in palacio quod dicitur Vermeria[1]. Interea lustrantur civitates ac diversa monasteria, tandemque pervenitur ad locum qui memoria praecellentissimorum Christi martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii habebatur insignis. Tribuuntur sanctis diversi generis et ponderis ipsiusque loci fratribus munera ac subpliciter beatorum martyrum et fratrum pro eo postulantur beneficia. Sequenti igitur nocte adstitit ipsi egroto in praedicto palacio iacenti, pene contiguo morti, senex canis decoratus candidissimis voceque illum affabili ac dulci eloquio hortatur, dicens: 'Surge, frater, et pro posse tuo iter accelera, fratrisque et condiscipuli nostri Eugenii visitare non differas limina, quoniam eius qui in villa nomine Diogilo cubans prope ab ede nostra duo distat miliaria intercessione tam capitis quam omnium membrorum tuorum consequeris sanitatis commercia' . . . . . . Tunc ipse miles, pręcibus almi Eugenii, Deo annuente, reddita sibi sanitate, veloci cursu petiit pretiosissimorum Christi martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii monasterium, atque ipsum locum multis honoribus et variis muneribus ditans, sanctorum predictorum martyrum discipulique eorum Eugenii precibus se obnixe commendavit ac cum omni apparatu gaudens ad dominum suum repedavit. . . . . . .

8. . . . Interea, dum beati martyris Eugenii fama orbem circumvolat ob diversarum sanitatum operacionem, puerulus quidam ex pago Meldico, ex loco qui dicitur Villa-nova[2], calcaneis adhesis post tergum natibus, ad venerabilem locum deducitur ibique a parentibus ipsi martyri in posterum serviturus traditur. Sicque nervorum et compagum illius duricia mollificata ac nutu Dei praedictique martyris oracione laxata sunt, quasi[b] numquam huius poenae aliquod dispendium pertulisset. Actum hoc temporibus praecellentissimi Pippini primi regis, ac custode[c] eiusdem ecclęsiae nomine Ypporii.

Igitur beatae memoriae rege Pippino in ecclesia pręciosissimorum Christi martyrum Dyonisii, 768.
Rustici et Eleutherii, ipso rogante pronum humato, diversis interpositis rebus et altercacionibus inter Karolum et Karlomannum, quod non est huius temporis disserendi negocium, principatus tocius regni 771.
Karoli, Christo largiente, devenit sub regimine. Cuius tempore extitit quidam Milo, nobilis genere, ex Burgundia, domino suo valde carus. Qui dum, ut mos militum est, pergeret ad dominum suum, in ipso itinere gravi lateris dolore arripitur ac tandem vix multis secum militancium ad aecclesiam[d] Christi martyris Eugenii manibus devehitur, ubi tunc temporis custos Adhelardus praeesse videbatur. Qui infirmum devote suscipiens et oleo saluti infirmorum praeparato perungens, Dominum trinum et unum invocans auctoremque unctionis beatissimum Iacobum et Christi sepefatum martyrem depręcans, ante altare stravit diuque iacere fecit. Qui surgens, ita se sanum esse dixit, acsi numquam ipsius infirmitatis impedimentum in aliquo perpessus fuisset.

. . . .

Karolo vero, cuius superius mencionem fecimus, mortuo atque Aquisgrani palacio humato, 814.
Hludowicus, filius eius, in imperiali potestate successit, vir tocius prudenciae, tam secularis quam spiritalis. Qui qualiter conversatus fuerit in regni negociis ac totius imperii rebus, praescribere non satagimus, arbitrantes omnibus notum esse. Sed sub cuius tempore praedictus martyr quid miraculorum gesserit, e pluribus pauca perscribere curavimus. Turonensium quidam miles Fredegisi beati[e] Martyni monasterii abbatis[3], dum iter per pagum Parisiacum ageret ac prope locum qui Spinogilus[4] dicitur devenisset, subito casu equi cui insidebat ad terram labitur omnibusque pene membris ita debilis redditur, ut nullus vitae eius fiduciam haberet. Novientis[5] enim, non modice partis ville, quae predicto abbati suberat, cominus[f] esse videbatur. Servorum itaque ac consodalium manibus ad ecclęsiam Christi martyris ducitur, et tam ab ipso custode quam ab omnibus oracio sedula exhibetur. Diu vero orantibus, ita incolumis redditus est, ut subito diceret sese salvatum. Quod miraculum celębrae[c] factum est et multis longe propeque positis manifestatum est. Unde Deo et martyri gracias retulerunt, qui cotidie glorificatur in sanctis suis et glorificat sanctos suos, largiens signa et mirabilia per eorum intercessionem fieri.

10. Interea non multis evolutis diebus, dum pie memoriae domnus[g] Hloduwicus imperium Deo

a) *sic c., ubi* a. ob m. *aut falso inserta, aut quaedam omissa sunt.* b) quas *c.* c) *sic c.* d) hęccl. *h. l. c.* e) beatj Martyrii *c.* f) cum nos *c.* g) domus *c.*

1) Verberie (arr. Senlis). BOLL. 2) Villeneuve (dép. Seine et Marne, arr. Meaux, cant. Dammartin). BOLL. 3) S. Martini Turon. et S. Bertini Sithiensis, cancellarius Ludovici Pii imp., de quo cf. Folcwini Gesta abb. S. Bertini Sith. c. 47—53, SS. XIII, p. 617 sqq.; Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 235 sqq.; Sickel, Acta Kar. I, p. 89 sqq. 4) Epinay haud procul Parisiis ad Sequanam. BOLL. 5) Nogent (dép. Seine-et-Oise, cant. l'Isle Adam). BOLL.

815. iubente regeret Romanorum, Hilduinus abba efficitur[1] monasterii Christi martyrum Dyonisii, Rustici et Eleutherii. Cuius iussu Rainoardus, vir magni ingenii ac tocius prudenciae, ita fato abbati carus erat, ut multa eius consilio faceret et libenter eum audiret. Quorum tempore extitit quidam ipsius abbatis[a] miles et propinquus, qui veniens in villam Diogilum invenit quendam hominem quem supra diximus a beato Eugenio curatum. . . . . . .

a) abbati c. 1) A. 815; cf. Gallia christ. VII, p. 352. BOLL.

VITA GERARDI ABBATIS BRONIENSIS.

Gerardi abbatis Broniensis, qui multorum monasteriorum in Lotharingia et Flandria exstitit reformator[1], *Vitam antiquam, cuius displicuit 'oratio grammatice quidem composita, non tamen idiotis minusque capacibus satis perspicua', Gontherus eiusdem monasterii abbas*[2] *amplificandam atque perpoliendam monacho cuidam mandavit*[3]. *Quod opus quam vilis sit pretii, nuperrime W. Schultze demonstravit*[4]. *Omnia enim fere quae affert auctor ex fontibus haud ignotis sumpta sunt, ita tamen, ut ampliata, alterata, adulterata verborumque decore maximo exornata appareant. Hausit noster ex libro Virtutum s. Eugenii, Liudprandi Antapodosi*[5], *Miraculis s. Gisleni auctore Rainero*[6], *diplomate spurio Stephani papae. Prioris etiam Vitae vestigia retegere possumus*[7]. *Neque tamen cum Schultze facere possum, qui certius certissime Vitam priorem ex nostra posteriore enucleari posse contendit*[8]. *Nam in quibus vestigia Vitae prioris se reprehendisse censet ille pleraque ex Virtutibus s. Eugenii sumpta sunt, quem libellum auctor Vitae ipse citat*[9]. *Quae cum ita sint, definiri non potest, quae antiquiori s. Gerardi Vitae tribuenda sint. Tempus vero, quo Vita nostra scripta sit, ex eo intelligitur, quod, ut diximus, abbate Gonthero (a.* 1038?— *c.* 1070) *iubente auctor opus suum suscepit et s. Gisleni Miraculis, quae circa a.* 1045. *conscripta esse constat*[10], *iam usus est. Quocum facit, quod more saeculo XI. consueto syllabis in fine enunciatorum consonis opusculum satis eleganter est exornatum*[11].

1) Cf. W. Schultze, 'Die Klosterreform in Flandern und der heil. Gerhard', in 'Forsch. z. D. Gesch.' XXVI, p. 223 sq., qui docuit, dissertationem a Günther scriptam (Hal. 1877) rem minime absolvisse. 2) Fisen, Flores ecclesiae Leod. p. 446, scribit, eum sedisse a. 1038—1062; cf. 'Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 257. Sed in charta quadam traditionis a. 1070. data *Gontherus* tunc abbas commemoratur ('Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 428), ita ut annus mortis non satis constet. Neque tamen video, cur Schultze l. l. p. 257 sq. quae de Gonthero tradita sunt in dubium vocet. 3) Monachum se auctor multis locis profitetur (prol., c. 4. 20), nusquam vero Broniensis abbatiae, sed in prol. ad Gontherum abbatem scribit: *Gontero . . . . una cum sibi commisso grege perennis pascua vitae; filiorum vestrorum compellimur petitione.* Mihi quidem occurrunt quae eum S. Gisleni Cellensis monachum fuisse suadeant. H.-E. 4) Opere laudato, in quo p. 257 sq. specialius de Vita Gerardi agit. 5) Codicem olim Gemblacensem (5[a]), saec. XI. scriptum, eum adhibuisse, censet Pertz, SS. III, p. 272. 6) Supra p. 579 sqq. 7) C. 10: *Si cui autem res haec ingerit ambiguitatem, Lietaldum percontetur abbatem.* Quae cum tempore Lietaldi abbatis Mosomensis a. 997. defuncti (Ann. Mosom., SS. III, p. 161) scripta esse videantur, ex priore Vita negligentius ea transsumpta statueris. Porro c. 14: *Cuius rei indicio est Raginerus comes Hainoensium . . qui . . nunc usque exulat.* Raginerus a. 958 in exilium trusus, ante a. 976. mortuus esse videtur. Gerardus obiit a. 959; inter annos igitur 960 976. scriptum esse apparet, quod e priore Vita in nostrum opus transiisse coniicimus. 8) Tribuit Schultze l. l. p. 259. antiquae Vitae capita 1—14. 19. 20. 22. 9) C. 10: *Ceterum numquid a nobis veritati astipulantia monachorum tunc inibi officialium expostulatis nomina, dum ipsius martiris veridica eos designet translationis pagina?* Quae respiciunt ad locum Virt. s. Eug. c. 3, supra p. 648. — Neque in additamento codicis Tassarti ad Folcwini Gesta abb. Sith. c. 107, SS. XIII, p. 628, neque ab Aegidio Aureaevall. II, c. 40, SS. XXV, p. 51, Vita antiqua adhibita est, ut Schultze contendit. Nam quae, ut illud probet, affert, fere nullius momenti sunt. Aegidius vero s. Eugenii Virtutum libellum ad verbum paene exscripsit, quippe qui ex miraculis quoque translationi additis locum satis amplum afferat, quem in Vitam priorem receptum fuisse, ne Schultze quidem affirmaverit; cf. supra p. 650, n. 6. 10) Cf. supra p. 575 sq. 11) Econtra Schultze circa a. 1131. Vitam conscriptam esse censet, cum Gerardi corpus elevabatur praesente Alexandro episcopo Leodiensi (cf. eius chartam in 'Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 430). Sed in hac re nititur solum eo quod Sickel, DD. regum et imperatorum I, p. 77, dicit, antiquiorum diplomatum Broniensis ecclesiae nullum ante saec. XII. esse confectum, cum scilicet in hac Vita diploma spurium Stephani papae adhibitum sit, hanc ipsam non ante saec. XII. conscriptam esse, contendit. Neque tamen quod Sickel asserit pro certo

Bene literatus fuit libri auctor, veterum poetarum, Vergilii, Ovidii, Horatii necnon Venantii, Sedulii, Aviani sententiis sermonem suum putidum illuminavit versibusque hexametris et rhythmicis exornavit. Gregorii quoque Dialogus et Miracula s. Martini a Gregorio Turonensi conscripta Boetiumque legit.

Editionis nostrae subsidia fuere haec:

1*) *Codex* **Montensis** *nr.* 27 (8401), *olim S. Gisleni, membr.* 4°, *saec. XII, forsan iam saec. XI. ex., f.* 144—155'. *fragmentum tantum inde a c.* 15. *usque ad medium c.* 18. *continens*[1]. *Lectiones diligenter enotavit V. Cl. E. Ouverleaux Bruxellensis.*

1) *Codex* **Musei Britannici** *Add. nr.* 10050, *membr. fol., saec. XII (vel potius XIII?), f.* 136—164[2]. *Contulit b. m. R. Pauli.*

2) *Codex* **Bruxellensis** *nr.* 11987, *chart. fol. min., saec. XV, f.* 62'—72, *qui in capitibus fragmento* 1* *servatis saepius cum hoc quam cum* 1 *convenit*[3], *in reliquis quoque multas autenticas lectiones solus praebet. Hunc nobis transmissum ipse exscripsi*[4].

Primus editionem paravit Surius, Hist. SS. VI, p. 502—519, *stilo ut assolet mutato. Tum Mabillon, Acta V, p.* 248—276, *ex manuscriptis Broniensi et Gisleniano Vitam iuris publici fecit. Quam recudi fecit C. Byeus, Acta SS. Oct. II, p.* 300—320, *amplissimo commentario p.* 220—300. *praemisso.* *L. de H.*

INCIPIT[a] PRAEFATIO IN VITAM SANCTI PATRIS NOSTRI GERARDI FUNDATORIS ET ABBATIS MONASTERII BRONIENSIS.

Ad* Domini velle, qui linguam solvit asellae[5],
Ordimur tardi patris inclita gesta Gerardi,
Suggerit hinc vobis humilis praefatio, nobis
Ne desit venia, si desit forte sophia.

Domino et[b] patri amantissimo et pastori vigilantissimo domno[c] Gontero, abbatiae Broniensi praelato, quidam professionis monachicae, nullus autem religione, una cum sibi commisso grege perennis pascua vitae. Iubet paternitas vestra, mi pater dilectissime, immo filiorum vestrorum melliflua compellimur petitione, ut de domni abbatis[d] Gerardi vita et virtutibus seu conversione quendam quasi nucleum satagamus quomodolibet enucleare, quatinus hac spirituali refectione interiorem hominem vulneratum ipsius patris amore — estis quippe caritatis vulneratae — valeatis[e] communiter refocillare. Verum quae vel qualia nos absterreant ab huiusmodi coeptis, pandendum videtur, advertite, paucis[6]. Extollenda quippe tanti viri praecellentia[f], calami nostri balbutiens imperitia, aemulorum nihilominus obtrectans socordia, prioris etiam scriptoris oratio, grammatice quidem composita, non tamen idiotis minusque capacibus satis perspicua. Haec autem omnia posthabemus iussioni vestrae et, licet tantae impares simus sarcinae, decrevimus tamen cum detrimento quoque nostri pudoris optemperare. Nostram etenim pusillanimitatem vehementer[g] ille confortat,

*) *Hi versus des.* 2. *cod. Namuc., Mab., in marg. add.* 2:
Nomine sub Domini, quem gaudent cernere sancti,
Incipit abbatis venerandi beati Gerardi,
Cuius et inprimis loquitur prefatio vobis,
Ut veniam nobis scriptoribus attribuatis.

a) *sic Mab., inscriptio deest* 1; Sequitur prologus (prefatio *in marg. ead. m. corr.*) in vitam beati Gerardi primi abbatis Broniensis, cuius festum celebratur 5. Nonas Octobris 2. b) *deest* 2. *Mab.* c) *deest* 1. d) a. G. *des.* 2, Ger. *deest Mab.* e) valetis 2. f) excellentia 2. g) *deest* 1. *Mab.*

habendum est. Nam facile demonstrari potest, iam ante saec. XII. diplomata Broniensis ecclesiae exstitisse. (Vitam ante a. 1131. scriptam esse, etiam c. 19. ostendit, quo Arnulfi posteri 'hodieque' florere dicuntur, cuius gens a. 1119. extincta est. H.-E.. 1) Cf. 'N. Archiv' II, p. 266. X, p. 221; supra p. 576. Verba per totum libellum maxime secundum rationem huius fragmenti scripsimus, cum 1 iam ubique *e* pro *ae* praebeat. 2) Cf. 'Archiv' IX, p. 494. 3) Cf. 'N. Archiv' II, p. 258 sq. 4) Vita exstat etiam in cod. Namucensi nr. 76, chart. saec. XV; cf. Annal. Bolland. I, p. 524, ubi 'probemium' in editionibus omissum ex eo impressum est. 5) Cf. prol. Virt. s. Eugenii, supra p. 647: *Verum qui humanam prestitit loquelam inracionabili asinae, concedere potest indigno mihi et imperito sermonem.* 6) Cf. Verg. Aen. IV, 116: *paucis, adverte, docebo.*

cuius veridicentia salubriter clamat[1]: *Vires,* inquiens, *quas imperitia denegat, caritas fraterna ministrat.* Hoc in sermone confidens praesumo inchoare, certus certissime, quod auctoritas iussionis vestrae excusabit culpas imperitiae nostrae. Pro vestra ergo benivolentia in me supervacua, quaeso, resecate, hiantia supplete, commode dicta alacriter suscipite nostrumque munusculum paterna gratia provehite! ita enim constabit et vobis ratio nostri operis; si quae elicuimus ex viri Dei gestis, comprobentur subtili iudicio sapientis. Vale, vir Dei, et memento mei[a]! Valeant benivoli, resipiscant aemuli!

ITEM PROHEMIUM[b].

Virtus Domini tanto gloriosius praedicatur, quanto mirabilius in sanctis operatur. Operatur quippe Deus in sanctis[c], ut per eos et in eis ostendatur mirabilis. Hinc admirativa vox prophetae clamantis[d]:
Ps. 67, 36. *Mirabilis,* inquit, *Deus in sanctis suis.* Laus ergo cuiuslibet sancti procul dubio laus creditur Dei. Oportet igitur sanctos collaudari, ut magis ac magis amplietur laudatio Dei. Unde et hunc de quo agimus sanctum laudando veraciter extollimus et[d] extollendo veraciter laudamus, ut[e] per eum et in eo laudetur, magnificetur, mirificetur laudabilis et mirabilis Deus.

VITA SANCTI GERARDI[f].

1. Vir[g] itaque Domini domnus abbas Gerardus gerendis Domini mandatis mirabiliter aptus, immo sacri[h] principatus ierarchia[i] caelesti per omnia dignus, sicuti veridicorum relatione comperimus, ingenuis atque orthodoxis parentibus apud[k] Stablecellas[2] Lomacensis territorii vicum extitit oriundus. Claris quidem natalibus enituit,

Splendidior vero morum probitate refulsit.

Pater eius Stantius[l, 3] ex prosapia Haganonis[4] Austrasiorum ducis prosatus, mater autem Plictrudis[m] nuncupata domni Stephani[5] Tungrorum episcopi soror traditur extitisse germana. Huic ab ineunte pueritia Divinitatis concessit clementia aetate videlicet sensuque proficere et tam Deo quam hominibus complacere. Qui quamquam iuvenculus esset corpore, iuvenum tamen obscenas confabulationes dedignabatur attendere, quin potius bonorum assuescens interesse conventibus, iniquorum evitabat summopere coetus, et quem in corpore iuventus exornabat, splendida mentis canities condecoraverat sancta. Domus Dei ardentius frequentabat limina, aecclesiastici dogmatis sitiens epotare flumina, cuius salutaria ibidem percipiens pro captu monita, licet laicali esset circundatus toga, tenaciori ruminabat memoria. Praemeditabatur adhuc teneriori pectore quae postea meruit devotus implere.

Horrens amplecti luxus et ludicra secli,
Emeruit fieri templum Spiraminis almi.

2.[n] Ea tempestate comes Berengarius[6] Nammucensi[o] castro praesidebat, cuius stirpis posteritas ibidem hactenus perstat. Cui hic athleta Dei officio militari commissus adherebat primumque gradum amicitiae eius quam familiariter obtinebat. Is eius ad arbitrium comitatus negotia disponebat sibique prae caeteris difficiliora et secretiora committebat, quia, quod perrarum est, et militia valebat et consulto prudentiori pollebat. Erat namque perspicax in consilio, fidelis in commisso, verax in sermone, facundissimus ore, laetissimus facie, serenissimus mente, dulcissimus collocutione, mansuetissimus conversatione, iustus in iudicio, strenuus in auxilio, invictissima quoque muniebatur armatura, fidei scilicet galea, iustitiae lorica, verbi Dei[p] framea, aequitatis impenetrabili parma. His vallatus inexpugnabiliter, spirituales nequitias debellabat infatigabiliter; hunc occultabat paludamentum cum Sebastiano[7], sed monachum demonstrabat frugalitas cum militante Martino[8]. Multa illi circa commilitones benignitas, mira caritas, multa patientia atque humilitas. Proinde eum acsi patrem reverendo venerabantur, acsi dominum
cf. Matth. 6, 20. venerando reverebantur. Thesaurizabat igitur in caelo, ubi nec tinea demolitur nec erugo. Nudos tegebat, egentes alebat, laborantibus assistebat, pusillanimes refovebat, pupillos tuebatur, viduis amminiculabatur, oppressis patrocinabatur, miseris opitulabatur.

Pacis amator erat, litem rixasque fugabat,
cf. 1. Cor. 9, 22. Ceu vir apostolicus est omnibus omnia factus.

3. Enimvero ex tanti viri contubernio comes non modico tripudiabat gaudio, multotiens expertus evidenti indicio, domini Iesu manum esse cum illo, quippe cui, opitulante Deo, procedebant cuncta pro voto. Unde vix valens eius absentiam ferre, a sui praesentia rarius sustinebat abesse. Qui cum una dierum, ut est consuetudinis nobilium, cum suis procederet venatum, hunc etiam de quo agimus sanctum utile duxit educere secum. Post gratum ergo venationis laborem, et sol iam

a) nostri 2. b) *ita rubro* 1; Explicit prefatio. Incipit prohemium *rubro* 2. c) istis *cod. Namuc.* d) *deest* 2. e) ut — Deus *ad cap.* 1. *tracta* 1. f) *ita rubro* 1; Vita eiusdem *rubro* 2. g) *deest* 1. h) *ita Mab.*; sacer 1; s. pr. *des.* 2. i) ierarcha 1. k) aptus 1. l) nomine Etantius 2. m) Elictrudis 2. n) Lectio II, *et ita semper in marg.* 1; *capitum numeri des.* 2. o) Namurceñ 2. p) Domini 1. *Mab.*

1) Cf. supra p. 601, n. 7. 2) Stave. 3) *Sancius* vocatur pater Gerardi in huius charta Broniensi ecclesiae data a. 919, in qua frater quoque s. Gerardi nomine Wido commemoratur; 'Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 418. 4) Karoli Simplicis regis Francorum consiliarii intimi. 5) Sedit a. 903—920. De cognatione eius cum Plictrude matre Gerardi alibi nihil exstat, ut dubiae fidei ea videantur esse; cf. Schultze l. l. p. 226. 6) De quo v. p. 652, n. 2. 7) Cf. Acta Sebast. § 2, Acta SS. Ian. II, p. 265. 8) Sulp. Severi V. Martini c. 2.

In centro poli[a] poscebat prandii panem,

comes et sui quaerentes refectionem, regredi maturant suam ad mansionem[b]. Ipse vero Dei amicus praeponens spiritualia corporalibus, contiguam petiit aecclesiam Bronii sitam impransus, quae cum quibusdam praediis adiacentibus ditioni suae obvenerat a progenitoribus. Amplitudine siquidem praediorum clarebat, utpote qui[c] suorum virtute maiorum non degenerabat. Hoc[1] autem oratoriolum iussu Pippini[2] principis accepimus fundatum et a domno Lantberto[d] Tungrensi praesule[3] dedicatum, ut, quoniam in vicinia saltus Masligne[e, 4] erat positum, ubi princeps ipse solebat saepenumero habere venationis exercitium, audire commodius posset divinum ibidem officium. In quo etiam iocundum perhibetur accidisse aliquando miraculum, ex uno videlicet quod sacer antistes munxerat saxum[f] per aliquantulum[g] temporis affluenter emanasse oleum. Igitur vir Domini sacerdotem mandans accersiri, ad tractanda scilicet misteria Christi, interim, ceu decebat servum Domini, orando incumbit divinae contemplationi; et dum diutius praestolatur sacerdotis adventum, sopor divinitus irruit super eum, ut, quod materiali aedificio construxit postmodum, Divinitas sibi ostenderet in spiritu oratorii locum et modum.

O[h] felix somnus, felix per cuncta Gerardus,
Talia cui dominus dignatur pandere Christus!

4. Vidit igitur in oromate columnas aecclesiae, Petrum scilicet et[i] Paulum, sibi assistere, quorum alter primus in apostolico agmine manum manui eius visus est innectere eumque per aecclesiolam[k] et atrium familiarius circumducere. Viro Dei requirente, quid sibi vellet in huiusmodi deambulatione, coepit eum commonere de oratorii constructione, eundem edocens, locum sibi delegisse filiolumque suum martirem[l] Eugenium cooperatorem secum constituisse:

'Loci', inquit, 'huius decrevi fore patronus
Postque Deum custos procuratorque benignus'.

At ille exhilaratus tanta promissione, qualiter res effectum posset habere, ardebat praenoscere: 'Quonam modo', inquiens, 'pastor egregie, tanti[m] martiris sperem potiri corpore?' Sub haec iocundiori facie refert apostolus ipse[n]: 'Nunquid Deo quicquam impossibile? Deo mihique istud committe! Hanc ergo basilicam a fundamento dirue, ampliorem atque elegantiorem ne pigriteris reddere, et iuxta quod nunc ostenditur tibi instantius singula comple'! Praemonstrabat quippe illi et quantitatem oratorii, et quomodo quaeque inibi[o] oporteret[p] aptificari. Iamque sacerdos accersitus advenerat, et ex more compositus, missam celebrare volebat, nec tamen sonitu seu tactu excitare[q] eum audebat, sed potius, ut ultroneus expergisceretur, silens[r] sustinebat. Expleta tandem visione apostolica, beatus vir a dilecta solvitur somnolentia, et submurmurante presbitero super diutina expectatione, ita compescuit eum amicabili voce:

'Obsecro, serve Dei, super hoc absiste moveri!
Proficuum valde mihi somnum sic subiisse.
Condignas nequeo grates persolvere Christo,
Cuius mira brevi pausans oracula[s] vidi'.

Caeterum, si quis obloquentium hoc autumat fantasticum, procul dubio condemnat[t] eum in vita domni Benedicti huic simile gestum, qui discipulis dormientibus cunctas aedificandi cuiusdam coenobii officinas designavit, quibus etiam super eodem vigilando[u] haesitantibus, ut ex revelatione didicerant, complere mandavit[5]. Sic, sic quoque beatus[v] Ambrosius Mediolanensis episcopus sacris assistens altaribus, apud Turonos magni Martini exequiis[w] legitur interfuisse solemnibus[x, 6]. Vir vero Domini Gerardus iussionis apostolicae executor promptissimus, postquam fine tenus iniunctum peregerat opus, ad eandem basilicam devotissimum contulit munus ex copiosis praediorum suorum redditibus[y], quod interim sufficeret ibidem Deo servientibus[7]. Adhibuit quoque illic pro tempore clericorum religionem, per datam sibi sapientiam instituens eos vivere secundum canonicum morem[8].

Talis relligio praecessit tempore primo,
Donec, dante[z] Deo, monacorum[a] inducitur ordo,
Rebus et officio longe praeclarior illo.

5. Constructo igitur vir sanctus oratorio atque ibidem, ut dictum est, constituto [servientium[n]] clericorum officio, de divinitus sibi promisso coepit plurimum cogitare thesauro, qualiter videlicet potiri posset beati Eugenii martiris et episcopi corpore sacrosancto[b]. Circa[9] quod dum crebro[c] eius versatur intentio, superius

a) iam *add.* 2. b) mantionem, *superscr.* mansionem 1. c) qui *corr.* quia 2. d) Lamberto 1. e) Maligne 2; Marlignae *Mab.* f) saxo *(o e corr.?)* 2. g) aliquantum 2. h) *hi versus des. Mab.* i) *superscr.* 2 k) ecclesiam 2. *Mab.* l) Eug. mart. 2. m) sancti 1. *Mab.* n) *deest* 1. *Mab.* o) ibi 1. *Mab.* p) edificari *add., sed del.* 2. q) eum exc. 2. r) silenter 2. s) miracula 1. *Mab.* t) *post corr.* condempnat 1. u) hesitando vigilantibus *corr.* hesitantibus vigilando 2. v) sanctus 2. w) leg. exeq. 2. x) *post corr* solempnibus 1. y) *post corr.* redditibus 1. z) Deo dante 2. a) *post corr.* monachorum 1. b) sancto 2. c) crebra 2.

1) Quae sequuntur usque ad finem capitis sumpta sunt ex Virt. s. Eugenii c. 1, paucis mutatis et amplificatis. 2) De Heristall. 3) Sedit c. a. 699—708. 4) Marlagne silva. 5) Cf. Gregorii Magni Dial. II, c. 22. 6) Cf. Gregorii Turon. De virt. s. Martini I, c. 5. 7) A. 913. Gerardum Broniense coenobium aedificare coepisse, commemorant Ann. Bland., SS. V, p. 24. A. 919. bona quaedam tradidit monasterio Broniensi; 'Ann. de la soc. de Namur' V, p. 418. 8) Virt. s. Eugenii c. 2: *delegavit ibidem clericos, qui Domino obsecundarent iuxta quantitatem alimoniae, quam consequi potuissent.* 9) Quae sequuntur de Gerardi legatione et eius commoratione in S. Dionysii monasterio bis facta auctor sive ipse effinxit sive a priore Vitae scriptore transsumpsit; cf. Schultze l. l. p. 232. Multo brevius simpliciusque de his rebus in Virt. s. Eugenii c. 3, supra p. 648, refertur.

memorato comiti Berengario quibusdam ex causis incidit occasio — sic nimirum divina disponebat provisio , ut in Franciam dirigeret legationem inclito cuidam comiti nomine Rodberto[a], quem postea Francorum nobilitas sceptrigero[b] sublimavit solio[1]. Ad se autem accito Dei athleta, solus soli revelat consilii[c] sui secreta, et ut illuc usque sua proferat missatica, collocutione commendat amica. Nec mora, vir Domini cum suis tramitem init[d], pauculisque diebus evolutis, Parisius venit, et iam inclinata die, cum tardior hora longius prohiberet procedere, nonnullis suorum indicit, congrua sibi ad hospitandum diverticula perquirere. Ipse vero cum paucis veneranda Christi martirum Dyonisii sociorumque eius adiens limina, Deo devota orationum[e] offert libamina sibique sanctorum exoptanda implorat affore patrocinia. Contigit autem, superna sic providente clementia, ut ipsa eadem hora vespertinam synaxim monachorum decantaret caterva, quorum dulcisonis modulationibus dum vir aecclesiasticus auscultaret attentius, ventum est ad eum supplicationis locum, ubi consuevit chorus fratrum speciatim interpellare suffragia sanctorum. Aliquantis ergo nominatim recitatis, subiuncta est etiam commemoratio[f] Eugenii desiderantissimi[g] martiris. Quae vox ut pervenit ad aures Christi athletae, non mediocriter coepit animo vacillare, utrumnam arbitraretur, eum forsitan esse, cuius nomen ante didicerat in oromate.

Et coepit secum tacitus deposcere Christum,
Ut se suspensum celeraret reddere certum.

6. Interea loci completis vespertinalibus ymnis, semotim abductos quosdam fratrum de primis secretim alloquitur istiusmodi verbis: 'Obsecro', inquit, 'domini et patres dilectissimi, ut meae pusillitati intimare dignemini, quisnam fuerit[h] hic martir, cuius nomen Eugenii modo audivi inter caeteros recitari'. At illi intuentes simplicitatem et innocentiam viri, responsum huiusmodi unanimiter referunt illi: 'Nonne', inquiunt, 'nostis, pater venerande, hunc episcopum fuisse urbis Toletanae? Nonne et iste fuit patroni nostri, domni videlicet Dyonisii, auditor et collega ad erogandum gentibus verbi Dei[i] semina, qui etiam diris tormentorum suppliciis postmodum maceratus, caelo triumphans spiritum reddidit, sui sanguinis imbre perfusus?' Quibus auditis, vir venerandus mentis suae gaudia dissimulare nequit ulterius, illisque suum adaperiens desiderium, propensius rogat, ne cui pandant mortalium: 'O', inquit, 'patres amantissimi Deoque devotissimi, si vestrae complaceret dulcissimae dilectioni, ut reliquias huius sancti conferretis meae tantillitati, condignam talionem, credite mihi, sine dilatione rependerem vestrae karitati'. Qui super hoc stupore perculsi: 'Quo pacto', inquiunt, 'vir Dei, quod postulas potest[k] impleri? Vix enim omnia[l] quis referat miracula[m], quae multis in hac Gallica praestiterit provintia[n], unde omnes ut angelum sic diligunt[o] Eugenium. Crede nostrae fraternitati, rem difficillimam postulasti'. Quibus vir Dei: 'Nolite', inquit, 'patres, nolite, quaeso, sic loqui et fidentiam huius rei tam cito tollere mihi. Nunquid invalida manus Domini? Nunquid est quicquam difficile sibi? Ubi divina est voluntas, ibi[h] nulla profecto difficultas; ubi nulla difficultas, necessario consequitur possibilitas'. Videntes ergo tantam in responsis eius prudentiam, huiuscemodi verbis illi suam prorsus aperiunt benivolentiam:

'Eia, vir Domini, perpaucis, si placet, audi!
Accipe consilium, si vis attingere votum.

Si enim[p] cor tuum compungeret amor divinus, ut hoc in loco fieri praeoptares[q] monachus, forsitan tuo satisfaceret desiderio Deus, ut, quem[r] tantopere poscis, consequi posses beati martiris corpus. Haec nostri consilii summa; tu vero, quid te oporteat facere, pensa'!

Post hos sermones abscedunt ad sua fratres,
Sanctus ad hospitium deducitur ante paratum.

7. Igitur consolatoria, quae sibi fratres suggesserunt[s], verba meditatione creberrima revolvens nocte sub ipsa secum, flebilia secum[h] protrahendo suspiria, tandem adversum se prorumpit in huius querimoniae lamenta: 'Quid', inquit, 'agimus, anima? Cur adeo diligimus inania? Quid mundana iuvat gloria? Quid humana proderit pompa? Nonne frivola haec et transitoria? Nonne recedunt ceu fumus

cf. 1 Ioh. 2, 17. et umbra? Quid sub ambiguo teneris suspensa? Mundus transit eiusque concupiscentia. Quaeramus,

Luc 14, 33. quaeso, permanentia, spernamus transeuntia. Nunquid non pertonat sermo euangelicus: *Nisi quis renuntiat omnibus*[t] *quae possidet, non potest meus*[u] *esse discipulus?* Renuntiemus ergo, renuntiemus omnibus, ut Christo valeamus inhaerere liberius'. Haec et his similia dum deflendo conqueritur Dei athleta, diem repraesentans, polum purpurat aurora, quae compellit eum repetere coepti itineris interstitia. Rebus autem ex sententia succedentibus, non multo post ad eum, cuius missu abierat, comitem est regressus. Cui cum commissa seriatim retulisset internuntia, iamiamque contemplans mente caelestia, sic desiderii sui interserit affamina: 'Oro', inquit, 'virorum illustrissime, quem dominus Iesus principali sublimavit honore, ut benignam petitioni meae aurem digneris accommodare. Diutius sub te secularem[h] toleravi[v] militiam; iam nunc exigit tempus, ut aliter vivere incipiam. Insignitus ergo[w] habitu monachili, deinceps habitare elegi in domo Dei mei, ut, expeditus ab omni cura forensi, militare valeam Domino soli. Noli, quaeso, noli[x] meo refragari proposito, quatinus, si quid[y] boni coenobialiter egero, particeps fieri merearis auspice Christo'.

a) Robberto 1. b) sceptrifero 2. *Mab.* c) *post* sui *in marg. suppl.* 2. d) iniit 2. e) off. orat. 2. f) E. c. 2. g) *ita* 2, desideratissimi 1. *Mab.* h) *deest* 2. i) divini 2. k) v} (*i. e.* videlicet *pro* v} = valet) 2. l) ref. q. o. 2. m) *del.* 2. n) miracula 2. o) deligunt 2. p) quando 2. q) peroptares 1. *Mab.* r) *sic* 1. 2; quod *Mab.* s) suggesserant 2. t) *deest* 1; iis *Mab.* u) Christi 1. v) sustinui *Mab.* w) igitur 2. x) *deest* 1. *Mab.* y) siquidem 1.

Translationem s. Eugenii in Broniense monasterium a. 914. factam esse, tradunt Ann. Bland., SS. V, p. 24.
1) Robertus rex a. 922, Iun. 29. Remis coronatus est (Richer. I, c. 41).

Inde comes lacrimis singultum fatur obortis[1]:

'Nunquid', ait, 'amicorum amicissime, unanimem amicum vis deserere? Quid dilectioni tuae displicuit in me? Eheu! incumbebam super te, quiescebam in tuae unanimitatis tranquillitate, sed, ut conicio, et euangelica erudimur auctoritate, gladius Domini quaerit ab invicem nos separare. Quae nisi a Deo crederem esse, quisnam te vel centimanus gigas a complexu nostro posset divellere[2]? Nunc vero, quandoquidem haec tibi divinitus inspirata, ne temere tua videar aspernari precamina, voluntas Domini fiat et petitio tua'.

Dulcia fraternis tunc imprimit oscula labris[3],
Edidit et talem mesto de pectore vocem:
'Nostrae pars animae[4], nostri memor esto valeque!'
Atque gemens valde regementem[a*] solvit abire.

8. Vir vero Domini inde movens gressum, proso[5] tramite tendit ad Tungrensem episcopum nomine Stephanum, ut, quia pastor suus erat post Pastorem summum, ab eo acciperet de hac re licentiam et consilium. Plurimum quippe credebat profore sibi, si cum benedictione episcopali hostia viva Deo mereretur offerri. A quo susceptus cum debita sibi reverentia seu pro mutuae cognationis convenientia seu pro sua, quam optime noverat, sanctimonia, inter caetera quae mutua habuerunt aedificationis colloquia humiliter[a] intimat[b] ei, cuius rei advenisset gratia. At praesul venerandus, ut erat in scripturis eruditissimus et verbis eloquentissimus, praemonere eum coepit compluribus exhortationum disputationibus: 'Fili', inquit, 'dilectissime, quem diligo praecordiali amore, non deero[c] devotioni tuae; sed est tibi cavendum summopere, ne praesumas humero tuo onus imponere, quod deponas postmodum, velis nolis, cum dedecore. Propositum sane quod habes in mente vehementer laudabile, verum perfectioribus[d] etiam viris est formidabile. Nunquid clam te sunt versutiae milleformis Sathanae? Quod vix praevalet clericus divinae clipeo Scripturae munitus, qualiter implebit laicus tali munimine nudus?' Ad haec Christi tirunculus paucis refert sermonibus: 'Id ipsum', ait, 'mi pater, mecum reputavi frequentius, neque meis viribus confido ullatenus, sed Domino potius committens animam et corpus, gloriolam mundi sperno cum suis oblectationibus'. Domnus denuo episcopus: 'Quoniam quidem', inquit, 'fili karissime, in hac intentione perspicio[e] te fixum et immobilem esse, ne videar dissuadere quod oporteret me magis persuadere, si quid vovisti, Domino redde! Melius est[f] enim non vovere quam votum non reddere'. Et absolvens eum criminibus cunctis, signaculo consignat summae Trinitatis, datoque osculo pacis, effundit etiam super eum hanc imprecationem benedictionis:

'Iesu, summa salus, hominum qui respicis actus,
Cui nihil occulitur, cui pectora nostra locuntur[g],
Ad bona, posco, tuum benedicens dirige servum,
Ut tua iussa colat et te super omnia quaerat,
Quatinus aeternae comprendat praemia palmae'.

9. Tanto itaque vir Dei ditatus viatico, a domno pontifice digreditur[h] cum spirituali gaudio, et Parisius rediens cum festinantia atque beati Dyonisii desiderata[i] revisens limina, probatus in omni oboedientia, humilitate et patientia, sicut edocet salutifera patris Benedicti regula, barbae seu capitis cesarie deposita, monachicum tandem optinuit scema[6], traditis videlicet ad eundem locum quae sui iuris 918
erant in Lothariensi provintia[7]. Nolensque[k] otio torpescere — otiositas nempe inimica est animae —, suppliciter coepit exposcere, ut sibi liceret litteras addiscere. Super quo fratribus admodum admirantibus, quod vir iam dudum barbatus applicari vellet ulterius studiis litterarum puerilibus, dum id diatim[l] expeteret importunius[m], uni eorum traditur erudiendus. Ut vero plus mireris humilitatem et sollertiam eius, litteratim prima[n] percurrit elementa ceu[o] quinquennis puerulus, sicque suum minime relaxans propositum, in paucitate dierum memoriae totum commendat psalterium. Nec mirum, nulla nanque ad discendum mora, ubi Spiritus sancti doctrix est gratia. Subinde sacri codices sibi apponuntur, divino dogmate ubertim debriatur, ut quemadmodum

Apes[8] florilega pratorum pervolat ampla,
Ut sibi dulcifluo componat nectare[p] mella,

sic et iste sedulus Dei assecla doctorum recitans scripta, divini favos eloquii ab eorum melliflua excipiebat doctrina atque sagaciter sacra pectori condebat mandata. Nec interim ad oboediendum regulae aliquo marcebat tepore, sed in cunctis quae videbatur agere eandem magistram gaudebat[q] habere. Quod prior et fratres sub silentio contemplantes et qualis quantusve foret intelligentes, ne lucerna lateret sub modii cf. Matth. 5, 15.

a*) regim. 1. a) *deest* 2. b) insinuat *Mab.* c) derogo 2. d) etiam p. 2.* e) video *Mab.* f) *deest* 1. *Mab.* g) *post corr.* loquuntur 1. h) dilabitur *Mab.* i) beata *Mab.* k) Nolens ergo *Mab.* l) dietim 2. m) importunus 2. n) perc. pr. 2. o) ceu, *post superscr.* seu 1; seu 2? p) nectar' 2. q) videbatur 2.

1) Cf. Verg. Aen. IX, 41: *lacrimis ita fatur obortis.* 2) Cf. Horat. Carm. II, 17, 14:
Nec, si resurgat centimanus Gyges,
Divellet umquam.
3) Cf. Horat. Carm. I, 13, 13:
Inpressit memorem dente labris notam.
4) Cf. Ovid. Pont. III, 4, 69: *Magnaque pars animae;* Horat. Carm. I, 3, 8: *Et serves animae dimidium meae.* 5) Cf. Aviani Fab. 3, 8: *proso tramite.* 6) Cf. Ann. Bland. a. 918: *Gerardus abba monachus efficitur.* 7) Sed vide chartam superius p. 657, n. 7. laudatam. 8) Cf. Ovid. Met. XV, 366: *Florilegae nascuntur apes*; Verg. Aen. I, 430 sqq.:
Qualis apes aestate nova per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos
Educunt fetus, aut cum liquentia mella
Stipant et dulci distendunt nectare cellas.

umbra, quaerentes, idoneum censent promoveri sacros ad ordines. Per quos paulatim promotus, ut inpraesentiarum nostrae narrationis explicat textus, attingere etiam meruit honorem presbiteratus, utpote quem totius probitatis adornaverat decus. Qui licet reclamans maluerit obsistere, indignum se vociferans multimoda excusatione, convictus tamen a fratribus vel priore, iussis eorum compulsus est adquiescere, ne videretur oboedientiam deserere, quae caeterarum comes virtutum assolet esse. Anno igitur conversionis
919. eius[a] secundo Parisius ordinatur acolitus[b] ab episcopo eiusdem urbis Theudulfo[c, 1], a quo etiam ypodia-
920. conus[d] consecratur subsequente tertio; sub eius vero successore Fulrado[2] asscendit gradum diaconii
922? quarto. Anno autem nono iam sublimatus virtutum fastigio, sublimatur et sacerdotio ab ipsius Fulradi
926. successore domno[e] Adhelelmo[f 3].

Tale carisma tuis, bone Christe, fidelibus addis,
Qui mentem stolidi prudentem reddere nosti.
Ecce rudis laicus divino dogmate doctus,
Sacris ordinibus reperitur magnificatus.

10. Florebat tunc temporis eodem in coenobio religiosa monachorum congregatio, quorum vitam suspirare caelestia virtutum plurima prodebant testimonia. Inter quos ordine novissimus advenerat, sed fieri primus omni bonitate studebat; seniores honore praeveniebat, iuniores amore fovebat, corpus inedia macerabat, crebrior in oratione pernoctabat, cunctis se inferiorem credebat, in omnibus se sicut Dei ministrum exhibebat, religionis normam tenebat, a rectitudine regulari exorbitare pavebat, quod habitu praetendebat, moribus et vita servabat. In vestitu[g] eius vilitas, in victu erat parcitas. Promptus ad oboedientiam, patiens ad iniuriam, corpus humiliare curabat in terris, quatinus anima exaltari mereretur in caelis. Quantam humilitatem erga praelatos exhibuit, quantam benignitatem apud omnes tenuit, quis verbo depromere, quis calamo potest comprehendere? His et huiuscemodi[h] floribus virtutum adornatus, tam pusillis quam maioribus habebatur ex animo carus; unde exiit inter fratres commune decretum, ut
(11) nihil praecipuum absque eius consilio fieret intra claustrum. Perpendens itaque petitionis suae oportunum tempus adesse, quo videlicet praefati[i] martiris desiderabilem[k] glebam speraret impetrare, congregata coenobitarum contione[l], coepit eos sibi conciliare hac dulcissima locutione[m]: 'O', inquit, 'patres et domini, divinae religionis cultores eximii, qui[n] quasi[o] senatores caeli commanetis infra curiam terrestris paradisi, quasnam gratiarum actiones rependere possim vestrae in Christo unanimitati, qui[p] me peccatorem et naufragum sub procellosi fluctibus mundi dignanter excepistis vestri tranquillo portu coenobii? Nulla mihi profecto ad haec possibilitas, nulla prorsus suppetit facultas. Verumtamen, quod minus potest humana fragilitas, supplere affatim valet largiflua Divinitas. Quorsum autem nostrae orationis tendat praelocutio, paucis advertat, peto, vestrae unanimitatis dulcissima dilectio. Mihi adhuc in seculari habitu constituto curisque forensibus plurimum occupato divina in somnis[q] – vivit Dominus! — apparuit visio, quae sub principis apostolorum honore filiolique sui martiris Eugenii nomine in meae possessionis paupertate oratorium me monuit accelerare. Quod, auxiliante Deo, consummans tempore parvo, clericorum illic servientium delegavi officio, prout valui, usibus eorum procurato victus vestitusque stipendio. Et quoniam super hoc martire talia mihi innotuerunt oracula, annuat eum filiaetati[r] meae, suppliciter precor, vestrae paternitatis munificentia, praesertim cum vestra singularis aecclesia tot sanctorum contineat luminaria, unde sufficienter tota illuminetur Francia; quatinus locelli illius paupercula tanto thesauro[s] locupletetur[t] basilica, et vobis ob hoc repensetur supernae benedictionis gratia et beatae perennitatis[u] gloria'.

His contra unanimes expromunt[v] talia fratres,

divino nanque afflamine tacti, quod petebat vir Dei nequiebant inficiari: 'O Eugeni, clarissima martirum gemma, quisnam digne tua valeat attollere praeconia?

Gallia nonne tuis virtutibus enitet omnis?
Nemo tuum petit auxilium, quin impetret ipsum,
Nam cunctis nosti languoribus ipse mederi'.

(12) Deinde ad virum Dei: 'Magna quidem[w]', inquiunt, 'efflagitas, pater dilectissime, et quae cuivis[x] praeter te abnegari possent iustissime. Sed quia, veluti refers, voluntatis est dominicae, et optime promeruit tuae inter nos imitabilis conversatio vitae, cum omni benivolentia et alacritate assentimur devotissimae supplicationi tuae. Nostra etenim cuncta sunt et oportet esse[y] cunctis communia, magis autem cum fraternitate tua, [quippe[e]] cuius cunctas facultates[z] nostra possidet aecclesia. Quocirca et hunc quem exposcis voluntarii damus et de reliquis sanctorum reliquias non negamus'. Quo audito, vir Dei cuius

a) sue 2. b) acc. 2. c) Theudulpho 2. d) hypod. 2. e) *deest* 1. *Mab.* f) Adelelmo 2. g) vestibus vil. *Mab.* h) hmōi 2. i) m. pr. 2. k) *sic* 2 *et Virt. s. Eug. c.* 3; venerabilem 1. l) congregatione *Mab.* m) collocutione 2. n) *in loco raso* 1. o) *deest* 2. p) que 1. *Mab.* q) *post corr.* sompnis 1. r) filiaetati *super* e *post add.* li 1; fidelitati 2. s) thez. *semper* 2. t) ditetur 2. u) *post corr.* perhennitatis 1, *et ita* 2. v) exponunt 1. *Mab* w) *in marg. suppl.* 2. x) cuius 1. y) e. cunctis *des.* 2. z) omnes *add.* 2.

1) Sedit a. 911—922. 2) Sedit a. 922—926. Neque tamen tempus horum episcoporum Parisiensium satis constat. 3) Sedit a. 927 935. Gerardum monachum monasterii S. Dionysii fuisse, neque in Virt. s. Eugenii neque alibi traditur, et multa obstant, quominus hoc verum habeatur; cf. Schultze l. l. p. 229 sq. Sed quae auctor de gradibus Gerardi ecclesiasticis refert, bene cum Ann. Bland. p. 24, concordant, qui Gerardum a. 918. monachum factum et a. 926. presbyterum ordinatum esse tradunt. In charta quidem (genuina?) a. 919. data (supra p. 657, n. 7) Gerardus ipse nondum se monachum esse profitetur.

fuerit tunc[a]] mentis seu animi, quisque nostrum affectione consimili potest secum reputando metiri. Sed quid verborum prolixiorem agimus cursum? Tandem salutiflua desiderantissimi martiris exponitur urna, obrizo pretiosiora illius continens membra, quae honorifice, ut par est[b], aurificio fabrefacta, viro Dei contraditur ad sua, ut diutius desideraverat, asportanda. Caeterum nunquid a nobis veritati[c] astipulantia monachorum tunc inibi[d] officialium expostulatis nomina, dum ipsius martiris veridica viritim eos designet translationis pagina[1]? Non solum autem huius sancti corpus abinde, sed et multorum pignera sanctorum dignoscitur[e] advexisse, quae fideli repositione sibi collegerat undecunque. Quid quoque, quod vix videtur incredulis credibile, de uno referetur[f] innocente cum coaetaneis succiso, quasi tenerrimo flore sub Herode crudelissimo rege, quem certissime[g] istuc advectum hoc eodem procuratore continet certissime sanctuarium Broniensis basilicae? Si cui autem res haec ingerit ambiguitatem[h], Lietaldum[i] percontetur abbatem, huius viri Dei in coenobio Mosomensi successorem[2]; qui cum eo praesens ad clandestinam tot reliquiarum compositionem demirari solebat, Broniensis locelli angustiis tam mirabilem contineri sanctitatem. Fratres ergo [sibi[a]] facientes vale, cum suis dimittunt in pace. Unde profectus clanculum, ob metum scilicet et indigenarum, ne forte perciperent sibi[k] tantum subripi thesaurum, prospero cursu pervenit ad municipium in pago Lomacensi[3] situm, quod appellatur Cuvinium[l, 4]. Hic autem degebant duo monachi ex monasterio Sancti Germani, ad quem tunc pertinebat fundus eiusdem municipii, unanimiter excubantes cura pervigili in obsequiis[m] sancti abbatis Venantii. Quorum expertae fidei commendans pignera sancti, utpote qui iam dudum sibi fuerant familiaritate coniuncti, non[5] incongruum duxit adire praesentiam domni Stephani antistitis praelibati, ut, quoniam tantum advehebat margaritum suae diocesi, probabilem audiret ab eo sententiam super huiuscemodi. Virt. s. Eug. c. 3

Sic decorare suos consuevit Christus alumnos[n].
Hic, spretis opibus, eius mandata secutus,
Unde nitet patria, cum merce repatriat ista

11. Viro Dei indidem[o] digresso, beati martiris corpusculo ibidem relicto, quid ad laudem nominis sui dignatus sit Dominus per eum operari, incongruum videtur silentio tegi. Unus siquidem ex praescriptis fratribus plus solito in potandum quadam nocte demissus, nocturnas ad laudes redditur tardiusculus, (13) ib. c. 4.

Potu utique evictus nimioque sopore gravatus.

Cui sanctus assistens Venantius, vultu severiore corripuit eum et verbis et verbere: 'Quid', inquiens, 'nunc stertis, impudens monache? Cur debitos Deo ymnos tricaris persolvere? Quid tu sopore deprimeris, o Weremberte?' — hoc quippe vocabatur nomine — 'Ecce frater tuus de somnolentia[p] tua conqueritur Ermarus, ad vigiliarum excubias iam dudum expergefactus. Et si te non nostra adeo sollicitat reverentia, cur saltem tibi commissa almi martiris Eugenii non permovet praesentia? Num ignoras eius merita? Nunquid non fulget inter fulgida sanctorum agmina sicut sol inter minora[q] siderum astra? Surge, inquam, surge quantotius et quod debueras maturius matura supplere vel tardius!' Quae correptio eo tenus eum correxit, ut ne ad modicum quidem posthac ab obsequela martiris nisi humanitatis gratia uspiam secesserit, quoadusque eius fidelis[r] creditor depositum fidele reposcit. Ne quis autem incredulorum hoc aestimet[s] forsitan fictum, hoc[t] illius qui pertulit constat relatu relatum[6]. Dum vero vir Domini domino retulisset antistiti de adventu et nomine martiris Eugenii[a], continuo ille, ut erat iocundioris animi subtiliorisque ingenii, alludens sacro eius nomini, verba deprompsit huiusmodi:

'Impetret Eugenius nobis, precor: "Euge beatus",
Quod Dominus digno dignatur dicere servo,
Quando reddit ei caelestis gaudia regni'.

Post haec pias manus attollens et oculos ad caelum dirigens, benedixit Deum in haec verba, gratias agens:

'Laus et honor, decus atque decor tibi, Christe redemptor,
Qui famulis bonus immeritis bona multa rependis.
Quasnam multiplices tibi possim[u] reddere grates,
Qui partes nostras hoc tanto munere ditas?
Martir hic eximius nostra ad confinia missus,
Credo equidem, cunctis apportat dona salutis'.

Et conversus ad virum Dei: 'Quid', inquit, 'recrastinas, dilectissime fili?

Rumpe[7] moras omnes et nequaquam, obsecro, cesses.
Donec perficias, quod toto corde peroptas.

a) *deest* 1. *Mab.* b) erat 2. c) veritatem 1. d) ibi 1. *Mab.* e) dinosc. 2. f) refe'tur 2. g) *deest* 2. h) dubietatem 2. i) Lieraldum 2. k) t. sibi 2. l) Cuvimum 2. m) excubiis 1; obsequium impendebant *Virt. s. Eug.* n) *post corr.* alumpnos 1. o) inde 2. p) *post corr.* sompnol. 1. q) minorum 2. r) fide 2. s) existimet 2. t) *deest* 2. *Mab.* u) possum 2.

1) Virt. s. Eugenii c. 3, supra p. 648. 2) Lietaldus erat primus abbas Mosomensis neque successit, ut auctor dicit, Gerardo, mortuus est a. 997; Ann. Mosom., SS. III, p. 161. Cf. Schultze l. l. p. 251; supra p. 646, n. 5. 3) *Teoracensi* Virt. s. Eug. c. 3. 4) Couvin. 5) Et quae sequuntur usque ad finem c. 13, stilo aliquantum mutato et ampliato, ex Virt. s. Eug. c. 3—6. sumpta sunt. 6) Haec respiciunt Virt. s. Eug. c. 4: *Praedictus itaque Werembertus monachico habitu amictus narrare cum magno timore erat solitus.* Neque cum Schultze l. l. p. 258. vestigia prioris Vitae in hac narratione retexerim. 7) Cf. Verg. Georg. III, 43: *Rumpe moras.*

Virt. s. Eug. c. 4. Ecce a nobis exit edictum per omnem viciniam finium vestrorum, ut utriusque sexus agmen conglobatum certatim properent eius in occursum, quatinus magnum Eugenium cum magno ‘Euge!’ introducant[a] in tabernaculum a Deo sibi praeparatum per tuae devotionis obsequium’. Cuius benigna responsione vir Dei vehementer confortatus et episcopali auctoritate admodum corroboratus, citatim Cuvinium est regressus,
914. repetitum desiderantissimi martiris pignus; quod inde exportans, iter invadit

Ac Bronium versus directo tramite tendit.

(14) 12. Quisnam, rogo, referat de multitudine plebeia, quos ad se pertrahebat iam nota martiris fama hac illacque volitans, stare loco[b] nescia.

Multos urgebat, multos properare monebat.
Procurvus fossor venit et defessus arator,
Cernere bubulcus desiderat atque subulcus,
Servus et ingenuus permixtim[c] convolat illuc.

Quis enim transeuntis opinionem martiris audivit et domi indevotus[d] resesque[e] resedit?

Vix capiunt patuli populorum gaudia campi,
Munera comportant, devota voce salutant,
Oscula[1] perspicuo figunt impressa metallo,
Dulciter ymnidicas plebs omnis concinit odas.

Tollunt voces ad sidera[2], laudant Dei magnalia. Videres iter[f] illud confici sine labore, cum magna animorum alacritate, cum iocunda laetantium iubilatione; putares caelum arridere[g] suavissima aeris serenitate. Quo comperto, Adhelelmus tunc temporis archidiaconus, vir morum nobilitate cluentissimus[h] — haec siquidem agebantur sub archidiaconio eius —, secum[b] sumptis clericorum ordinibus, crucis vexilla sanctorumque patrocinia competenter praeferentibus, non modico etiam agmine collecto promiscui sexus, ex[i] coenobio Sancti Foillani[3] raptim procedit obvius. Ut autem contigua beati martiris emicuit libitina, ter ad terram cum suis prosternitur humillimus archilevita. Prostrati tundunt[4] sua quisque pectora, tundentes commissa fatentur peccamina, fatentes lacrimosa fundunt suspiria, fundentes congrua poscunt remedia, poscentes poenitentialia Deo vovent libamina. Et compunctus spirituali gaudio: ‘Omnes’, inquit archidiaconus, ‘omnimodas agamus gratias Deo; visitavit enim nos oriens ex alto, et qui tenebroso sordebamus vitiorum nubilo, illustravit nos gratuito tanti patroni lumine claro’. Quanta vero efferbuerit exultatio, conveniente in unum utroque populo,

Quisnam scriptorum valeat concludere scripto?

Prae nimia nempe laetitia multorum oculi madebant dulci lacrima. Quis namque tam ferinae mentis, quis tam petrini pectoris, qui sub hoc spectaculo foret expers devotae compunctionis? Salubri sarcinae gaudent succedere, gaudent contingere, gaudent convehere, gaudent[k] deosculari, gaudent munerari, gaudent venerari, psallebant alacres, resonabant undique laudes[l], omnes excelsa voce *Kirieleyson* conclamabant[m], *Gloria in excelsis Deo* decantabant, *Te Deum laudamus* personabant. Nil inibi nisi laus Domini poterat reperiri,

Etheris arx reboat concentu, terra resultat,

iuga montium, concava vallium, densitas nemorum reddunt per echo canticum.

Illuxitne[n] putas, unquam lux laetior usquam?

Tali igitur cum iubilo tantoque cum tripudio archilevitae humero advehitur tum Bronio. Quem decenter inthronizantes in oratorium principis apostolorum, a Deo destinatum sibi[o] videlicet locum, denuo donariis[p] oblationum honestant inpraesentiarum, sese pollicentes in posterum libentissime frequentaturos eius patrocinium. Fit autem tam iocunda translatio sub beati martiris Agapiti festo, quod est die mensis
Aug. 18. Augusti octavo decimo. Et ut omni anno recolatur cultu celeberrimo, conclamatum est totius cleri populique[q] decreto. His ita completis cum iocunditate, ad sua quisque[r] regrediuntur cum pacis tranquillitate. Quisquis ergo fide non ficta huius sancti expetit suffragia, absque dilationis mora experitur promptissima, praesertim cum ab eius devectionis die laetissima certissime tota profiteatur vicinia, multa sibi insolita provenisse subsidia. Et quemadmodum quondam in Francia beneficus extitit per plurima signorum prodigia, uti refert miraculosa gestorum eius pagina[5], ita etiam nunc munificus in Lotharingia praestat crebriora virtutum beneficia.

(15) 13. Igitur longe lateque fama martiris percrebrescente et virtutum eius insignia notificante, coepit ad eius memoriam undeunde quasi apes ad alvearia plebs plurima confluere, deferentes quisque[r] pro posse munera oblationum magna cum devotione. Fit occursus et concursus e longinquo et proximo, ubertim votiva congeruntur dona piissimo martiri Eugenio, tribulatis semper invocando, semper succurrere prompto.

Adveniunt multi commissa[s] ob crimina mesti,
Sed precibus sancti redeunt ad propria laeti.

Virt. s. Eug. c. 5. Quod impatienter intuens humani generis inimicus, qui paradisicolam ab aeternis extrusit sedibus, per quorundam circummanentium corda, si fas est dici, clericorum diffudit invidentiae virus, adeo ut

a) introducam 1. b) *deest* 2. c) permixtum 1. d) devotus 2. e) desesque 2. *Mab.* f) ill. iter 2; it. istud *Mab.* g) irridere 1. h) prudentissimus *Mab.* i) e 2. k) g. d. *des.* 1. *Mab.* l) voces 1. *Mab.* m) conclamant 1. *Mab.* n) illuxit. Illuxitne 1. o) *deest* 1. *Mab.* p) donationibus 2. q) plebisque 2. r) quique 2. s) admissa 1. *Mab.*

1) Cf. Verg. Aen. II, 490: *atque oscula figunt.* 2) Ib. X, 262: *Clamorem ad sidera tollunt.* 3) Fosses. 4) Cf. Ovid. Amor. III, 9, 10: *Pectoraque . . tundunt.* 5) Vide Miracula Diogilensia, supra p. 653.

offuscare pertemptarent modis omnibus tam honorificos beati martiris cultus. Proh nefas! Praefatum ergo adeunt pontificem[a] Fossis tunc forte morantem querulisque sermonibus apud eum evomunt conceptum malivolentiae putorem: 'Nunquid', inquiunt, 'pastor vigilantissime, auctoritatis et voluntatis est vestrae, ut adventitius quispiam sanctus sub episcopatus vestri ditione venerationis cultum accipiat incerta rei veritate? Ecce nuper advectus e Francorum finibus Bronii colitur nescimus[b] quis martir Eugenius, cui in cereis aliisque oblationibus tanta veneratio exhibetur ab omnibus, acsi credatur ex apostolis unus. Ubinam textus martirii eius? Ubinam scriptura continens[c] eius gesta? Vestram profecto prudentiam oportet summopere perscrutari et investigare, si sit a Deo an non Eugenius iste'. Haec et his similia pellaciter suggerentes episcopo, adversus martirem concitare conantur omnimodo. Nunc a nobis dominus episcopus[d] quantisper conveniendus: 'Audi', inquam, 'episcope, ego auctor huius pagellae tibi tacita loquor in aure: Oportet te sollertius praecavere et diligentius observare, ne quis invidorum malesuado sermone animum tuum valeat inescare. Cur Virt. s. Eug. c. 5.

Invidiam[e] placare putas[f], virtute relicta?

Putredo ossuum[g] *invidia*, ceu Salomonis indicant verba; ethnicus[1] quoque in proverbiis: Prov. 14, 30

Invidus alterius macrescit rebus opimis.

Vapulabis, crede mihi, vapulabis, durissime, si credideris aemulorum fallaciae. Noli, quaeso, noli adquiescere, ne[h] posterius te[i] poeniteat seia poenitudine'. Quid plura? Sicut apostolicae vocis clamitat tuba: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*, dum plus iusto auscultat pontifex malivolorum mendacia[k], penitus excidit a memoria quae sibi fuerat antea de adventu martiris laetitia. Huius ergo veneni attaminatus pustula, Leodium versus arripit itinera, adnullare desiderans[l] magnifici martiris obsequia. Quem in villa quam dicunt Malonia[2] — ibi quippe erat mansio sibi parata — pede non claudo digna consequitur poena[3]. Ut enim eo loci perventum, nec quicquam suspicatur sinistrum, repente pervasit eum tantus dolor ilium[m], ut formidaret se protinus exhalare spiritum. Torquebatur itaque gravissimo cruciamine et ne ad momentum quidem poterat quiescere; unde quasi menceps dentibus stridere, manus contorquere, crura brachiaque huc illuc[n] disiectare[o]. Ab eius vero facie. quam modo rubescere modo pallescere modo videres nigrescere, quanta laboraret aegritudine, [evidenter[p]] posses agnoscere; et tandem ad cor reversus, commissum agnoscit reatum hisque querimoniis coepit obiurgare se ipsum: 1. Cor. 15, 33

'Ah Stephane infelix, quae te sententia vertit[4]!
Ah minime fidei, de martire cur dubitasti!

Merito nunc caederis, merito haec pateris, merito iam moreris[q]. Cur invidorum acquievisti mordacibus verbis? Cur oblitus es magnum euge Eugenii martiris'?

Sic se incusabat, sic se gemebundus agebat.

Circumstantes vero capellani lacrimarum imbre perfusi, cupientes[r] eum consolari, singultim aiunt illi[5]:

'Desine nosque tuis incendere teque querelis,

pater amantissime, quin potius super hac incommoditate aliquod remedium praemeditando perquire'! At ipse: 'Obsecro te', inquit ad quendam sibi fidelem, 'frater karissime[s], si salus mea tibi est curae, et me sospitem ulterius vis invenire[t], iuxta longitudinem corporis mei latitudinemque binas accelerans candelas componere et[u] pro meae sanitatis recuperatione beato martiri Eugenio depropera pervehere, cui praecordialiter me[k] profiteor mea culpa peccasse. Quod si meritis eius discrimen mortis evasero, veraciter spondeo, polliceor et voveo, beneficii accepti non immemor ero'. Qui iubentis satagens parere praeceptis,

Prout poscebat vehementis causa doloris,

Bronium, ut ita dicatur, pervolat ascenso alipede pernix, ingrediensque oratorium sancti, candelas gerit, gerens praesentare martiri gestit, praesentatas accendere quaerit, accensas ante mausoleum eius in modum crucis singultando componit.

Res equidem mira, visu dictuque notanda.

Denique finem lucendi[v] prendente lucerna, aegrotantem episcopum e vestigio revisit sospitas exoptata[w]. (16)
Qui pristinae incolumitatis statu revigoratus et beneficentiae salutiflui martiris neutiquam ingratus, gratum ille decrevit rependere munus, quod quidem memoriale suum cunctis repraesentaret diebus. Evocans etenim aedituum[x] Broniensis aecclesiae, si bene recolimus[6], Anselmum nomine, cum martiris passione Leodii coram se commendat adesse, ut in generali synodo, quae futura erat proxima[k] sessione, corroboraretur episcopali auctoritate. Quod cum ille gratanti animo complesset, et in plenaria synodo passionis series recitata fuisset cunctisque qui aderant admodum complacuisset, communi consilio totius cleri decernitur, ut et martir digna cum veneratione colatur, et eius Passio rata acceptabilisque in aecclesia deinceps recitetur. Et proloquens episcopus tanquam testis idoneus, quae sibi optigerant, immo quae fuerat passus propalare non erubuit palam[p] omnibus, subiungens quoque: 'Ecce', inquit, 'fratres karissimi, audivit dilectio fraternitatis[y] vestrae, quanti qualisve sit meriti sanctus iste, et quam sit terribile iram eius incurrere, quamque saluberrimum et optabile gratiam eius adquirere; et quoniam paterno verbere castigans ib. c. 6. cf. Ps. 117, 18.

a) antistitem 2. b) nescio qui 1. c) e. c. 2. d) ac *add.* 2. e) invidum 2. f) paras 2. g) ossium 2; os suum 1? *Mab.* h) ut 2. i) pen. te 2. k) *deest* 2. l) deliberans 2. m) illum 1. n) illucque 2. o) disectare 1. p) *deest* 1. *Mab.* q) *sic* 1. 2. *Mab.* r) cupiebant *corr.* cupientes 2. s) amantissime *Mab.* t) vivere 2. u) que mee 2. v) pr. lucerna lucendi, *sed post corr.* 2. w) expectata 1 *Mab.* x) editium 1. y) dil. vestra (frat. *deest*) 2.

1) Horat. Ep. I, 2, 57. 2) Malonne ad fl. Sambre supra Namur. 3) Cf. Horat. Carm. III, 2, 32: *Deseruit pede poena claudo.* 4) Cf. Verg. Aen. I, 237: *Quae te, genitor, sententia vertit?* 5) Ib. IV, 360: *Desine meque tuis incendere teque querelis.* 6) Ex Virt. s. Eug. c. 6.

Virt. s. Eug. c. 6. castigavit me, morti tamen sua gratia non tradidit me, condecens certe videtur et honorabile, ut cum assensu vestro et astipulatione honoremus eum aliquanto munere, quatinus apud clementiam pietatis divinae pro nostris excessibus dignetur intercedere'. Cuius sententiam omnibus unanimiter approbantibus, haec consequenter dominus prosequitur episcopus: 'Decreto', inquiens, 'pontificali confirmatur, et haec sancta synodus adiudicans fieri astipulatur, ut per totam in qua quiescit decaniam solemnitas eius acsi dominica observetur, et aecclesia Broniensis ob omni obsonio episcopis Leodiensibus debito ulterius immunis habeatur, et ut omni tempore ratum inconvulsumque permaneat, successorumque meorum nullus infringere vel infirmare audeat; quid acciderit mihi contra eum ignoranter calcitranti, requirens audiat, audiens pertimescat, pertimescens praecaveat, praecavens hoc illibatum custodiat. Talis ergo decreti prima procuratio conservandi iure perpetuo commissa perhibetur fratri Flodino[a], tunc temporis inde

(17) decano. Vir vero Domini Gerardus de bonis ad meliora contendens et Broniense sanctuarium in cunctis provehere volens, clericorum, quam ibi prius locaverat[b], eliminavit conversationem, monachici ordinis substituens religionem. Quibus cum aliquandiu strenuissimi pastoris prioratu praefuisset et confluentis illuc populi inquietudinem ferre non posset, neque ab episcopo ad cuius dyocesim pertinebat missionem impetrare speraret, prioribus electis, cum quibus onera sua partiret[c], secundum quod domni[d] Benedicti discretionis regula iubet, remotiori cellulae iuxta aecclesiam se singulariter confert, quatinus ibidem divinae contemplationi peculiarius vacare valeret.

Qualiter hic vixit[e], quisnam depromere possit?
Hostia fit moriens necnon et victima vivens,
Victima viva Deo, re vera mortua mundo.

(18) 14. Hoc in tempore dux Gislebertus tenebat ducamen Lotharingiae, vir quidem magni honoris et

Ps 48,12. 20. potentiae, si tamen illud vaticinium psalmistae: *Homo cum in honore esset, non intellexit*, sapuisset[f] intelligere. Erat nempe gener Heurici opinatissimi regis[c], in matrimonium habens sororem Ottonis famosissimi postmodum imperatoris[1]. Et quoniam obtulit se tantorum mentio virorum, patris scilicet ac filii, nostrae narrationis scedulae[g], licet ab incepto videamur digressionem facere, opere pretium est summatim[h] de eis paucula perstringere, quatinus, qui vel quales fuere, quia quosdam novimus[i] eodem nuncupatos nomine, absque ambiguitatis scrupulo sapere volentes valeant agnoscere. Iste, inquam, Henricus non minus prudentia quam fortitudine redimitus[k], quemadmodum in chronicis[l, 2] legimus, cuiusdam[c] Ottonis potentissimi Saxonum ducis extitit filius, qui regale sceptrum sortitus, utpote omni exercitio militari instructissimus, complures, quas edicere novimus, strenuissime imperavit nationibus. Verum ut de multis quae prudenter fortiterque gessit sileamus, magnum quiddam, praeclarum quiddam, unde beavit totam quam regebat Austriae monarchiam, ad medium proferamus, quale profecto decessorum suorum fecisse describitur nullus, nec ipse quidem, qui totum[m] pene subegerat orbem, Karolus Magnus. Optinuit nanque lanceam Magni Constantini, Helenae reginae procul dubio filii, inventricis, ut legitur et creditur, salutiferi ligni, instar crucis insignitam clavis, mirabile dictu! affixis dominico corpori. Quam prudentissime vero meruerit eam indipisci et quanto observationis cultu sategerit venerari, luculenta oratio omnino[c] indicat cuiusdam chronographi, quam aedificationis gratia curavimus interserere huic nostrae[n]

Liudpr. IV, c. 25. descriptioni: Henricus rex, ut erat Deum timens et amator religionis aecclesiasticae, audito Rodulfum[o] regem Burgundionum tam inaestimabile donum habere caeleste, quod et Rodulfus[o] ipse summo amicitiarum dono acceperat a Sansone quodam comite, nuntiis directis, temptavit, si praemiis aliquibus id posset adquirere sibique adversus visibiles et invisibiles hostes arma invictissima triumphumque perpetuum praeparare. Quod cum rex Rodulfus se nunquam hoc[c] acturum ediceret modis omnibus, rex Henricus, quia mollire eum non potuit muneribus, magnopere curavit eum pulsare minarum terroribus. Omne quippe eius regnum caede atque incendiis promisit se depopulaturum. Quia vero quod petebatur erat munus, quo terrea caelestibus, utraque pacificans, coniunxerat Deus, Rodulfi[o] regis cor tandem emollivit iustoque regi iusta iuste petenti comminus attribuit. Quanto autem amore Henricus rex hoc inaestimabile donum dilexerit, in hoc evidentissime patefecit, quod non solum auri argentique muneribus Rodulfum [regem[p]] honoravit, verum etiam Suevorum provintiae non minima parte donavit. Deus autem, inspector cordis ac retributor bonae voluntatis, quanta mercede ob hanc rem aeterno in seculo pium regem[q] Henricum donaverit, quibusdam indiciis hoc etiam in tempore manifestavit, dum contra se insurgentes, hoc victorifero[r] praeeunte signo, semper hostes terruit atque fugavit. Tali igitur occasione, immo favente Dei voluntate, sanctam rex Henricus rumphaeam promeruit optinere, quam filio, unde inpraesentiarum nobis est sermo, decedens dereliquit cum hereditario regno, non minori veneratione observandam[s] ab eo, sicuti multae pandunt victoriae, quas per eam per-

(19) petravit orando. Qualis vero quantusve fuerit hic insignissimus Otto, idem chronographus indicat[t]

ib. IV, c. 15. nobis hoc[u] maximo in laudem eius praeconio: Iste, inquit, iste est Otto principum praecellentissimus, cuius potentia mundi partes aquilonaris et occidua reguntur, sapientia pacificantur, religione laetantur iustique iudicii severitate terrentur. Quid hac laude excellentius? quid hoc testimonio evidentius? Fuit et huic frater Henricus, patri quidem aequivocus, sed longe distans moribus. Instinctu enim reproborum fratri rebellavit infidus[3]. Et ut mentio fiat quantulacunque de altero fratre eius duce atque archiepiscopo Brunone,

a) *ita* 2. *Virt. s. Eug.;* Elodino 1. b) posuit 2. c) *deest* 2. d) divi 2. e) dixit *post corr.* vixit 1. f) potuisset 2. g) chedulę 2. h) de eis s. 2. i) reperimus 2. k) redimius 1? *Mab.* l) chronico 1. m) p. t. 2. n) meę 2. o) Rodulph. 2 *plerumque.* p) *deest* 1. *Mab.* q) H. r. 2. r) *sic* 2. *Liudpr.;* victorioso 1. s) conserv. 2. t) intimat 1. *Mab.* u) hic 1. *Mab.*

1) Gerbergam, filiam Heinrici I. regis; cf. Liudpr. Antap. IV, 21; Waitz, 'König Heinrich I.' ed. 3. p. 121. 2) Liudpr. Antap. I, 24. 3) Cf. Liudpr. Antap. IV, c. 18: *Quo in tempore regis eiusdem frater Heinricus quorundam perversorum instinctu eidem est nimium adversatus.*

cuius nimirum memoria est in benedictione: quisnam queat condigna relatione virtutes eius aequiparare? Sub cuius procuratione sagacissima, radicitus amputante impiorum[a] spuria vitulamina, tanquam arbor cf Sap. 4, 3. fructifera refloruit Lotharingia pacis et iustitiae abundantia, asseverans eius tutamina revexisse aurea quondam tempuscula. Cuius rei indicio est Raginerus comes Hainoensium haud ignotus, cognomento Longicollus, qui, quia tyrannice suis importunabatur comprovincialibus et noluit resipiscere, semel et secundo commonitus, nunc usque exulat in ignotis regionibus, procurante industria ambidextra[b] archipraesulis huius[1]. Verum, ne prolixior oratio lectori pariat fastidium[1], deinceps redeundum est[c] ad narrandi propositum. Sufficienter enim videtur nostratibus notum, qualiter is Otto, constantissimus virorum, ante victoriferum prostratus labarum orando, trans Reni alveum fratris Henrici et praescripti ducis Gisleberti ac potentissimi comitis Ebrardi[d] copiosum parva manu effugaverit equitatum, nondum suis militibus transvectis cis Renum[2]. Nihilominus etiam illud notissimum, qualiter idem Gislebertus et ipse Francigena Ebrardus[e], reparatis multorum copiis militum, denuo transierint Renum et, vastata circumquaque provincia Saxonum[3], multis cum manubiis repatriare cupientes, pervenerint flumen ad ipsum ibique cum suis interierint per paucissimum Ottonis exercitum, ipso in Alsatiae partibus praestolante rei exitum, immo divinum implorante subsidium[f] et, ut chronographi verba ponantur, Ebrardus[d] gladiis occiditur, Gislebertus Reni undis submergitur, quas quoniam exsorbere prae multitudine non potuit, anima recedente, defecit. Liudpr. IV, c. 29 Sicque completur vaticinium psalmographi, qui dicit: *Homo cum in honore esset, non intellexit.* Ob ambitionem Ps. 48, 12 20. quippe regni circa eos istud obvenit. Haec ergo succinctim intersita nemini videantur superflua, magis autem non incongruenter addita, non enim cunctis extant cognita. Iam nunc accingamur disserere coepta.

15. Eidem[g.4] igitur duci Gisleberto, dum adhuc consisteret in honore suo, Christi confessor Gislenus, qui requiescit in Hainoensi territorio, per visum apparuit intempestae noctis conticinio eumque (20) Rainer c. 10. quaerimoniis precamina intermiscendo adorsus est huiusmodi sermocinio:

'Dormis an vigilas? Nimium mundilia[h] curas,
Gisleberte, meam complens attende loquelam!
Da[5] mihi, dux, unum, supplex efflagito, scutum,
Quo praemunitus oppugnem[i] fortiter ictus,
Quos inferre mihi non desistunt inimici'.

Cui[k] heros Gislebertus ita respondit ioculabundus: 'Ad[l] quid tibi bellicus, sancte Dei, clipeus? Scuto divinae protectionis[m] semper et ubique muniris, ideoque nostris non indiges, ut[n] arbitror, armis'.

Sanctus ad haec infit dubioque obscura resolvit:

'Ne forte ambiguus tenearis ambigui perplexis ambagibus verbi, contumelias nequeo diutius perpeti, quibus me in dies afficiunt Ursidongi-Cellenses clerici. In meo siquidem coenobio, quod Christus[o] contulit mihi Argolico, nulla omnino exercetur religio. Omnes quae sua sunt quaerunt, quae autem ad Deum pertinent nihili pendunt. Corporis mei glebam vehunt et revehunt per patriam, ut per fidelium munificentiam mendicitatis suae expleant inediam[6]. Non desinunt lacessere, non me sinunt quiescere.

Summam dico tibi: nusquam reverentia nostri.

Et quoniam penes te versatur procuratio Lotharingiae, obsecro, posco, precor pro Christi nomine, ne procrastines idoneum pastorem[p] mihi perquirere, sub cuius tuto moderamine pauxillulum[q] pausae possim percipere. Quod quo pacto queas perficere[r], mentem nostram nunc accipe[7]! Est vicus in pago Lomacensi, cuius vocabulum est Bronii, in quo quidam Gerardus degit vere famulus Domini, theoreticam ducens vitam in angusto conclavi iuxta[s] vestibulum monasterii. Hunc igitur mihi assume coenobiique mei curam sibi committe, quia nemo mihi videtur ad negotium tale oportunior in hac regione'.

His ita finitis, evanuit eius ocellis.

Ut autem huius quaerimoniae causas explicemus et[t], cur hoc optigerit, patenter[u] demonstremus, oratorium habebat et hodieque habet beatus Gislenus in mansionili, qui a quibusdam Cella, a quibusdam vero dicitur Ursidongus[8]. Quo in loco in famulitium eiusdem sancti aliquot deputati mansitabant clericuli, regularis disciplinae prorsus ignari, et non ut hodie sunt canonici, sed erant sicut matricularii, qui partim rei familiaris coacti necessitate, partim morbo laborantes philargiriae, sacrosancta almi confessoris

a) improborum spurca 1. b) ambidextri 2. c) *deest* 1. *Mab.* d) Eberardi 2. e) Eberhardus 2. f) auxilium 2 g) *hic incipit* 1*. h) mundulia *post corr.* mundilia 1. i) expug. 1. k) Qui 1. l) Aut 1*. m) protect. 1. n) ut arb. *des.* 1. o) m. c. Chr. 2. p) mihi past. 2. q) pauxillum 1. r) percipere 1. 1*. s) in 2. t) et — demonstremus *des.* 1. *Mab.* u) *deest* 2.

1) Reginarius comes a. 958. exilio multatus est; cf. Dümmler, 'Otto der Grosse' p. 296. Gesta epp. Camerac. I, 95, SS. VII, p. 439 sq., et Folcwinus in Gestis abb. Lob. c. 26, SS. IV, p. 69, similia tradunt his, quae auctor ex priore Vita Gerardi sumpsisse videtur. Cf. supra p. 654, n. 7. 2) A. 939. Haec ex Liudpr. Antap. IV, c. 24. 3) De vastatione Saxoniae Liudprandus IV, c. 29, ex quo capite reliqua haec sumpta sunt, nihil narrat, sed scribit: *Rheni alveum . . . transeunt regisque fideles circumquaque demoliri procedunt.* 4) Sequentia usque ad finem c. 17. ex Miraculis s. Gisleni auct. Rainero (supra p. 580 sqq.) sumpta sunt, ita tamen, ut suo more auctor quae tradit Rainerus mutaret, ampliaret, adulteraret. 5) Cf. Rainer. c. 10: *Da michi scutum unum, cuius protectione muniatur habitaculum meum* etc. 6) Eadem de irreligiositate monachorum S. Gisleni tradidit Rainerus c. 10. 7) Cf. Verg. Aen. I, 676: *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* 8) St. Ghislain prope Mons.

cf. Rainer. c. 10. membra scapulari superposita libitinae consueverant per plateas vicosque cantitando, quin potius mendicando, proh pudor! circumferre. Quibus ab hac praesumptione non resipiscentibus, sed magis magisque Ib. c. 3. perperam agentibus, iustissima indignatione commotus, inultum manere non pertulit iste beatus. Se siquidem subripi passus est a furibus, ut ita dicatur, fidelibus, qui quodammodo[a] aegri pendebant tam grande sancti dedecus, et ut fateamur verius verique[b] similius, qui plus suis aggaudebant quam commodis alterius. Quo comperto, Ursidongi-Cellenses paramonarii sero recognoscentes offensam reatus proprii, quanto merore confecti, quanto rubore sint oppleti, importunum videtur enarrari[c] et supervacaneum percontari.

(21) 16. Gislebertus itaque non immemor visionis ostensae eamque[d] ad effectum usque affectans perducere, accersitis[1] ad se Cameracensi episcopo Tietdone atque Raginero Hainoensi comite, quicquid acceperat in eadem visione, examussim studuit ambobus notificare, eoque eos consulente, quid fieri oporteret super hac re: 'Nihil aliud', inquiunt, 'audemus decernere, quam quod asseris te caelitus accepisse, praesertim cum vir iste venerabilis vitae toti innotuerit provintiae probitatis opinione'. At ille: 'Abeuntes', inquit, 'ad virum Dei celerrime, cum virga pastoralis curae[e] invitum aut sponte regimen aecclesiae compelletis eum suscipere'. Qui quam mox iter indictum arripiunt, arripientes, praescriptum ad locum deveniunt, devenientes, Dei famulum ubiubi requirunt, requirentes, in praesignato secretiori tuguriolo latitantem repperiunt, repperientes, congruae salutationis verba praemittunt, praemissis mutua dilectionis oscula figunt[2]. Cui cum exposuissent causas itineris, et quoniam a Deo fieret legatio talis, ille, ut erat columbinae simplicitatis, istiusmodi responsum reddidit[f] illis[3]: 'Quomodo', inquiens, 'facere possum, patres dilectissimi, quod suggeritis meae modicitati? Numquid ego, qui[g] abdicavi frivola mundi[h], secularia contempsi, cuncta Dei pro amore postposui, iterato repetam quod omisi? Vos ipsi, quaeso, discernentes diligentius intuemini, utrumnam tale quid expediat mihi. Quidnam ammonet de talibus 2. Tim. 2, 4. doctor gentium Paulus? *Nemo*, ait, *militans Deo, inplicat se negotiis secularibus.* Recedite, quaeso, recedite, sinite me licentius peccata mea plangere! Indignum me fore pronuntio, suscipere quod quaeritis non[i] valeo. Non sum idoneus quibuspiam praeesse, qui[k] nec mihi nec cuiquam[l] queo prodesse. Vires mihi non suppetunt, sanctitatis opera desunt, regulam innocentis vitae nequaquam me tenere cognosco, ideo aecclesiasticae rectitudinis gubernaculum accipere diffido'. Adversus apologiam huiusmodi subiunxere viri, dicentes haec seniori: 'Obsecramus te, pater benignissime, per dilectionem Dei, obtestamur, sacerdos sanctissime, per amorem proximi, ut nobiscum digneris venire et te sustinentis aecclesiae regimen susci- Rom. 13, 1. pere. Num memoriae excidit quod idem doctor gentium dicit: *Omnis anima*[m] *sublimioribus subdita sit?* 1 Petr. 2, 13. Nonne recolis et illud ianitoris caeli: *Sive regi quasi praecellenti, sive etiam duci?* Non, ut religionis cultum omittas, quaerimus, neque ut lenocinantis mundi repetas luxus, dummodo hanc egrediaris cavernam, qua teneris circumseptus, quatinus exemplar et speculum fias fratribus opis tuae perquam indigentibus. Fortis etenim praeliator Dei non debet occultari speleo claustrali, sed potius ingredi campum certaminis et congredi. Non tua tantum sufficiat tibi, sed et prospicias fratrum saluti, dum[n] prodesse compluribus Matth. 5, 16. possis tam gratia exhortationis quam exemplo religiositatis. Nonne mandat et Dominus: *Luceat lux* Luc. 11, 33. *vestra coram hominibus*, et: *Nemo lucernam accendit et in abscondito ponit?* Sed quid multis opus est verbis? Certissime pro hac inoboedientia[o] rationem te redditurum noveris in die tremendi examinis, nisi nostrae petitioni et fraternae saluti adquieveris, maxime cum sit divinae voluntatis, et perurgeat iussio Cunctipotentis'.

Tunc senior lacrimis evictus fatur obortis[4]:

'Decreveram quidem singularis degere meaque commissa lugendo deluere[p], sed, ut video, volens nolensque propositi rigorem compellor abrumpere. Divinis refragari mandatis non audeo, ducis edictum vestramque precem aspernari non debeo, prout novi et valeo fratrum necessitati subvenire delibero. Vobiscum ergo[q] ire non differam, quod iubetis incipiam. Potens est Deus perficere, quod mihi minus possibile'. Quo audito, venerabiles legatarii congratulamine magno gavisi, baculum pastoralem impingunt protinus illi, animi eius aegrimoniam delinientes affamine tali: 'Eia[r]', inquiunt, 'eia[r], pastor strenuissime, agalma[s] commissum matura invisere, summique Pastoris fisus iuvamine, lupinos rictus satage sagaciter abigere, ne forte, quod absit, erroneae dispereant oviculae'. Secumque istinc abducentes debito cum honore, non tamen sine inremediabili luctu Broniensis aecclesiae, festina sub[t] celeritate Ursidongum contendunt remeare[u], et facta sibi aecclesiastica donatione, totius scilicet supellectilis ipsius[v] abbatiae, secundum scita auctoritatis canonicae abbatem gaudent eum illic constituere. Qui clericorum inibi degen-

a) quondamm. 1*. b) v. s. *des.* 1. c) enarrare 1. d) eamque perducere *des. Mab.* e) aut *add.* 2. f) dedit 2. g) quidem 2. h) cuncta Dei amore *iam h. l. add.* 1. *Mab., qui postea* c. D. p. a. *omisit.* i) non valeo *des.* 1. *Mab.* k) qui — prodesse *des.* 2. l) quiquam 1. m) partibus *add* 2 (potestatibus *Vulg.*). n) cum 1. *Mab.* o) inoboedentia 1*. p) diluere 1, 2. q) *deest* 2. r) Eya 1. s) agallma 1. t) cum 1. *Mab.* u) remanere 1. *Mab.* v) *deest* 1. *Mab.*

1) Gerardus monasterium S. Gisleni a. 931. vel saltim a. 934. regendum suscepit (v. supra p. 584, n. 3), Tiedo vero a. 972. vel 973—976. Cameracensis episcopus fuit. Vides ergo, quam falsa sit haec narratio de legatione Tiedonis et Ragineri, qui tertius huius nominis ex comitibus Hanoniensibus putandus est, de qua apud Rainerum nihil invenis. Cf. Schultze p. 249. Certe quae sequuntur legatorum cum Gerardo colloquia plane effinxit auctor, his verbis Raineri nisus (c. 10): *sed postea consilio caeterorum principum sibi comparium rogatus, non spreoit ducis petitionem implere.* 2) Cf. supra p. 622, n. 2. 3) Cf. Verg. Aen. VI, 672:

Atque huic responsum paucis ita reddidit heros.

4) Cf. supra p. 659, n. 1.

tium conversatione non bona diligentius investigata, quorum[a] et antea innotuerat fetens infamia, commodum duxit ab ea exturbare eos basilica, libertatem habentes sua quisque exercere negotia, subinde Deo digna subrogans coenobitarum[b] examina.

17. Modica vero temporis transcursa intercapedine, perscrutatus almi confessoris, proh dolor! (22) glebam abesse — sublata quippe fuerat, ceu liquet superiori relatione[1] —, procellosa animi tempestate coepit (cf. Rainer c 3) nimis consternari et fluctuare, omnino ignorans quid actitare super dispendio tam inaestimabilis margaritae[2]. Proinde suorum quosdam fidelium ad se evocans et, cuius infortunii angore angeretur, indicans, quaquaversum exploratores eosdem dirigit et, ut id fideliter explorando investigent et investigando explorent, edicens indicit. Quibus incassum circumcirca discursantibus nihilque serium exinde renuntiantibus, tandem divinitus, utpote profuturus, incidit cogitatus, quatinus hac de[c] causa tenderet Melbodium[3] versus. Quo dum properasset proficisci iamque ingrederetur fores oratorii, ab introeuntibus coepit subaudiri crebrior tinnitus cuiusdam tintinnabuli, ignorantibus cunctis, quid portenderet[d] rei, ipso etiam, ni fallimur, famulo Dei. Devotissime vero praemissa oratione Dominique, ut sanctum suum dignaretur manifestare, flebiliter interpellata benignitate, conversus ad indigenas loci illius vel aecclesiae, percontando sciscitatur[e] ab eis cum omni mansuetudine, an aliquantulum de hac re, quamvis parum, conscirent significare. Quibus deierantibus[f] persancte sese penitus ignorare, magis autem vehementer stomachantibus ob crimen suspicionis iniectae, vir Dei cum magna animi tranquillitate: 'Nolite', inquit, 'filioli, nolite istud molestius ferre; potens est nempe[g] nobis dignatio Christi hoc revelare. Enimvero necesse est adesse divinum, ubi humanum cessat auxilium'. Nocte igitur insecuta viro Dei in oratorio pernoctanti summamque Deitatem[h] super huiusmodi obnixius[i] inquietanti, repente sibi ipsius stolati candida effigies enituit sancti, satisfacientis importunae eius supplicationi demulcentisque eum sermone hoc dulci: 'Cur', inquit, 'dulcis amice Dei, tantum sumis fatigium[k] ob gratiam mei? Accipe nunc certissimum de hoc quod quaeritas indicium. Ecce[l] super lacunaris tabulatum, quod imminet desuper caput tuum, ubi scilicet heri advenientes demirati sunt tinnire tintinnabulum, indecenter repositum meum latet corpusculum. Non[m] nolo autem te tuosque posteros nosse, absque Dei voluntate hautquaquam hoc accidisse'.

Haec ubi deprompsit, caeli fastigia scandit.

Qua visione vir Dei oppido exhilaratus, competentes reddit Domino grates, ne videretur ingratus.

Ut vero prima poli stellas aurora fugavit

aegrisque mortalibus curas operosa revexit, idem ipse cum suis laquear templi extimplo conscendit, conscendens quaerit, quaerens invenit, inveniens prae gaudio meret, merens suos in lacrimas ciet[n], sicque sacros artus inde deponit, depositos in sindone munda obvolvit[o], obvolutos super feretrum decenter componit, compositis Deo laudes ymnicas[p] pangit[q], pangendo laetus iter invadit.

Talia cernenti quis sensus Melbodiensi?

Clerus cum popello[r] confusus conticescit[s] et viri Dei vultum non ferens, prae rubore latibula quaerit. Quisnam fuit ex omnibus, qui linguam moveret, buccam aperiret, mutire[t] auderet? Oh quam congruit hic illud Daviticum[u]: *Omnis iniquitas oppilabit os suum*. Iam huius rei velox fama apud multos per- (Ps 106, 42) crebuerat, finitimumque vulgus undeunde conglomerabat. Qui certatim illo confluentes, clamitabant pariter omnes:

'Salve sancte Dei, cineres salvete recepti'!

Omnimodas individuae Trinitati gratiasque referimus[v] tuae almitati, corporis tui involatores[w] prodidisti, versipelles et subdolos confudisti, tuarum merita virtutum amplificasti.

Quod genus est monstri sanctos hoc tempore tolli?

Ubinam illi qui tantum commisere[x] flagitii? Ubinam gentium sumus? Cum[y] scorpionibus re vera (cf Ezech 2, 6) inhabitamus[z]'. Haec et nonnulla his similia proloquentes et ad invicem colludentes, ob inventionem sancti gaudentes et alacres venerabili sarcinae applaudebant euntes. Procedebat ergo canora clericorum (23) (Rainer c 10) cum monachis caterva habentium in manibus crucem et vexilla, subsequebantur vero non parva utriusque sexus agmina nihilominus iubilantium Domino in laetitia. Itaque cum maximo cleri plebisque tripudio per perspicacissimam viri industriam, de quo nobis sermo, almus confessor in suo decenter relocatur oratorio, ubi deputatis coenobitarum excubiis, tempore continuo persolvitur Iesu domino, qui laus est angelorum, laus et iubilatio eiusque confessori emerito venerabilis laudatio et laudabilis veneratio. Qualiter autem sacrilegos examinando discusserit et discutiendo examinaverit antistes Cameracensis, quibusve, ut par erat, lege synodali convictos excruciaverit modis, non est nostrae narrationis, ut remur, exponere vobis, praesertim dum id dilucident ipsius gesta confessoris[4], si serio sapere vultis. Caeterum, ne dux

a) quorum — infamia *om. Mab.* b) monachorum 2. c) *deest* 1. *Mab.* d) prot. 1. *Mab.*; *alia manus pergit* 1*. e) sciscitabatur 1. *Mab.* f) p. d. 2. g) nob. nempe *post corr.* nempe nob. 2. h) divinitatem 2. i) obnoxius 1*. k) *exstant in* 1* *glossae marginales eiusdem manus, quae maximam partem a bibliopego recisae sunt, ut* [fatigi]um [id est lassi]tudo, [opp]ido [id est va]lde *etc.* l) *cap. dist.* 2. m) Volo autem 1. *Mab.* n) cogit? *in loco raso multo post. m.* 1*; inlacrimascet sicque 1. o) obv. — decenter *om. Mab.* p) hymnidicas 2. q) quis *post corr.* quas *add.* 1*. r) populo 2. s) conticescit 1*. t) muttire *post corr.* mutire 1*. u) Davidicum 2. v) tuę ref. 2. w) invasores 1. *Mab.*, id est fures *gl. in marg.* 1*. x) commiscere *post corr.* commisere 1*. y) Re vera cum sc. 2. z) habitamus 1. *Mab.*

1) Cap. 15. 2) Secundum Rainerum c. 3. s. Gisleni corpus iam ante tempora Gerardi abbatis sublatum, opera Stephani episcopi Cameracensis est restitutum. Auctor ad maiorem gloriam sancti sui adulterans prioris scriptoris relationem Gerardo hoc ascribit meritum. 3) Maubeuge. 4) Provocat ad Raineri Mirac. s. Gisleni c. 3, supra p. 582, l. 13—16; Miraculorum enim libellus altera pars est Gestorum s. Gisleni a Rainero conscriptorum (supra p. 575). Neque Schultze l. l. p. 247. assentire possum,

Gislebertus, cuius mentionem praetitulavimus, a nobis abscedat illaudatus et inglorius, circa eiusdem sancti Rainer c. 9. locum extitit satis humanus et valde munificus, quaedam scilicet praedia subtrahens sibi militantibus, quae non pauca expenderat beneficii gratia militibus, inibique contradens iure perpetuo cum militaturis Christo militantibus. Qua de re unum est quod moneo repetens iterumque[a] monebo, tibi dico, Ursidongi-Cellensis monache, qui ducis Gisleberti largissima victitas stipe[b], considerans diligenter attende, ne quando eius animae inveniaris immemor esse, sed potius incogitabilem benignissimi Iesu[c] pietatem pulses importunissima prece, quatinus

Aurea perpetuae contingat praemia vitae[1].

Et ne forte desperando mussites[d], rebellasse eum[e] adversus dominum suum principem Romanum, mortis dirissimum, proh dolor! recepit commercium, et dominus Iesus non bis vindicat in id ipsum. Nunc redeamus ad propositum.

(24) 18. Venerabilis igitur abbas Gerardus pastoralem, ut dictum est, curam indeptus, qualem se exhibuerit in omnibus, nullo modo noster obtusus praevalet describere stilus. Ne tamen inceptae succumbamus materiae et peritioribus quibusque videamur ludibrio esse, atque iuxta illud lectionis Luc. 14, 30 euangelicae incipiant[f] nobis illudere: *Hic homo*, dicentes, *coepit aedificare et non potuit consummare*, istius de quo agimus sancti suffragium insigne imploramus[g] instantissima[h] prece, ut sancti Spiritus gratiae, cui semper dedicavit caelibatum mentis suae, quem et nos totiens offendimus peccaminum spurcamine, efficacissima intercessione utinam satagat nos reconciliare, quatinus hebetudini nostrae, quid debeat edicere[i], gratuita pietate dignetur suppeditare. Vir ergo Domini, adprime eruditus regulari norma, commissis sibi fratribus duplici praeerat doctrina. Secundum namque saluberrima domni[k] Benedicti hortamina capacioribus discipulis dominica verbis proponebat mandata, simplicioribus vero divina factis suis demonstrabat praecepta, omnia tamen quae subiectis docebat esse contraria, in suis actibus indicabat praelatus non agenda, de thesauri[l] sui archa proferens nova et vetera, quemadmodum doctissimus scriba, qui, qualem habebat doctrinam, talem habebat et vitam. Et quia regendas se suscepisse animas sciebat, ad rationem reddendam se sollicitus praeparabat, auream mediocritatem in omnibus tenebat[2], amore potius quam timore commissos regebat. Sciens ergo se vices Christi agere summique abbatis vocari praenomine, ita se omnibus studebat conformando aptare et aptando conformare, ut cerneres eum mira caritate omnium moribus deservire. Ut vero compendiosius innotescat probitas eius, excellentioribus pollebat virtutibus, quibus in vita hominis nil censetur utilius, prudentia videlicet insignitus, temperantia redimitus, fortitudine roboratus, iustitia locupletatus. Proinde illud Anicii[m. 3] congruentissime sibi possumus assignare: *Viri sacri corpus virtutes aedificavere.* Ad cumulum autem tantae perfectionis ardentius missarum insistebat sollempniis, celebrans cotidie memoriam salutiferae[n] passionis, ut, qui mortuus erat terrenis voluptatibus, vivebat vero divitiis spiritualibus, semper dominico corpori concorporatus, antiqui (25) hostis cunctos[o] debellaret incursus. Dum[p] ergo una dierum ex consuetudine sacrum celebraret mysterium, et dominus Iesus iam iamque vellet superponere[q] candelabro candentis lichni cereum, ut omnibus luceret basilicarem[r] ingredientibus domum, quaedam interfuit mulierum de vico Cellae contiguo[s] quem dicunt Buxutum[4], quae, iam dudum extinctis orbibus oculorum, deplangebat privatum[t] lumine vultum. Quam cum assistentes interrogarent, quid istic sustineret, cuiusve rei gratia advenisset: 'Divinam', inquit, 'praestolor clementiam et huius viri Dei domni abbatis munificentiam', et blandiore tactu attrectans quendam ex circumstantibus lugubri silentio, inmurmurat auriculae eius: 'Oro', ait, 'mi domine, per immensam Dei misericordiam, et ut fiat in te fons[u] aquae salientis[5] in vitam aeternam, quatinus mihi misellae digneris illam concedere aquam, qua manus deluet[v] servus Christi Gerardus post perceptam eucharistiam'. Quam cum fideliter ut petierat impetrasset et omnipotentiam Deitatis[w] fidemque viri Dei flebiliter[x] implorasset, maxima cum devotione pytissando[y] ex aqua hac sorbillavit, atque faciem exinde abluens, extinctas etiam ocellorum pupulas[z] liniendo humectavit et humectando linivit. Quid multa? Eadem nimirum hora, o mira res et iocunda! ab eius faciecula nox exulat atra, et emicat lux peregrina[a], et clarissime intuens intuentes se, viri Dei vestigiis provolvitur cum gratiarum actione. Quam ille, ut erat clementioris animi, clementer excipiens erexit, atque huiuscemodi blanda voce[b] corripiens, infit: 'Desiste, quaeso, filia, desiste cultum tantae venerationis mihi impendere, et ne velis exiguitati meae donum Dei imprudenter adscribere. Per fidei enim tuae meritum et devotae spei additamentum virtus sacramentorum reparavit tuorum lumen oculorum. Vade, filia, vade in pace Dominoque soli grates repende'! Sic mulier, expulsa caecitatis incommoditate, quae prius se indoluerat advenisse altero manipulante, nunc beati viri meritis et intercessione absque alterius amminiculo tripudiat repedare. Cuius famosa iocunditas miraculi longe lateque percrebuit[c], ad laudem Dei venerationemque servi eius multorum corda excitavit. Et ne cui incredulorum videatur incredibile, quomodo, inquam, poterat non posse, qui semper erat unitus Omnipotentis corpore?

a) it. mon. *des.* 1. *Mab.* b) *post corr.* stirpe 1; id est elemosin[a] *gl. in marg.* 1*. c) p. I. 2. d) id est murmures *gl. in marg.* 1*. e) *deest* 2. f) incipiam 1. g) imploremus 2. h) instanti 2. *Mab.* i) elicere 1. *Mab.* k) sancti 2. l) thezaurorum archa 2. m) id est Boetii *gl. in marg.* 1*. n) p. s. 1. *Mab.* o) et *add.* 1. *Mab.* p) Cum 2, *ubi novum caput h. l. incipit.* q) supponere *Mab. codd.?* r) basilicam 1. *Mab.* s) contiguum 2 t) orbatum 2. u) prius salientis fons aque quatinus *corr.* pr. fons aque sal. qu. 2. v) diluet 1. 2. w) Divinitatis 2. x) fideliter 2. y) id est paulatim gustando *gl. in marg.* 1* z) pupillas 1. 2. a) *hic desinit* 1*. b) locutione 2 c) et *add.* 2.

qui, hoc praesertim loco fultus, aliam s. Gisleni miraculorum narrationem Rainero posteriorem nostro ad manus fuisse, censet. 1) Sedul. Carm. Pasch. I, 341: *Aurea perpetuae capietis praemia vitae.* 2) Cf. Horat. Carm. II, 10, 5: *Auream quisquis mediocritatem Diligit.* 3) Anicii Manlii Torquati Boetii. Locum non invenimus. 4) Boussu prope St. Ghislain. 5) Cf. Verg. Ecl. V, 47: *Dulcis aquae saliente . . rivo.*

O lux vera, Deus, cunctorum conditor unus,
Secula per cuncta tua fit promissio vera.
Vos, inquit, sancti, vos estis lumina mundi,
Nec valet in tenebris abscondi lux probitatis.

Ecce nunc Syloicum renovasti collirium, quo quondam oculasti native oculis captum, quem sacro prius cf Ioh 9 sputo linitum dignatus es dirigere ad natatorium Syloe lacum; unde et nos cum ipso ante tuum procidentes conspectum tibique debita referentes praeconia laudum, ex intimo fidelique affectu cordium confitemur te Deum verum, Dei veri filium.

19. Hac igitur tempestate Arnulfus[a] marchio dominabatur Flandrensi provintiae, vir valde opulentus (26) [in[b]] qualibet rerum possessione, sicuti claret hodieque in posterorum eius ditiori progenie. Qui[1] tametsi nummatus erat et uberioris substantiae, nullo tamen adhibito sibi medicamine remedium aliquatenus valebat attingere super gravissima qua detinebatur aegritudine; cui utique congruum aptamus versiculum:

Aeger dives habet nummos, se non habet ipsum.

Continuis nempe cruciatibus macerabat eum calculus, intolerabilis videlicet morbus, qui urinam inhibens[c] nuncupatur vulgo lapillus. Ad quem multi chyrurgorum[d] medendi gratia certabant convolare,

Qui se Peonio nunquam cessisse magistro

iactitabant in medicinali arte, sperantes se ab eo, quem noverant divitiis superhabundare, emolumentum accepturos cum magna dapsilitate. Quibus unanimiter volentibus Hyppocratico eum scalpello[e] incidere, ita[f] ut demum valerent quo laborabat lapillum elicere, quippe quem aiebant haud aliter posse sospitatem integram recipere, nullatenus audebat ille super huiuscemodi adquiescere: 'Ne forte', dicens, 'dum quaero indulgentius vivere, incipiam moriendo inclementius deficere'. Porro chyrurgi[d] peritiam artis suae quaerentes ostentando[g] extollere et extollendo ostentare atque marchionis animum ob metum mortis pavidum ad id sustinendum confortando[h] animare et animando[i] confortare, sub eius conspectu eodem morbo confectos bis novem inciderunt, quos quidem omnes, praeter unum qui defunctus est, in brevi curaverunt. Et quoniam is sibi[k] medelam incidendi evitandam monstravit, suggerentibus[b] tale quid ulterius auscultare noluit. Tandem divina miseratione reversus ad se, spem, quam inconsulte posuerat in homine, coepit ad eum competenter reflectere[l], qui, sicut expertum legimus virginal beatae martiris Agathae[2], universa curans restaurat solo sermone, et[m] viri Dei bonum olfaciens odorem, fama diffundente maxime de caeca muliere, quae tenebris caruerat eius intercessione, non distulit humillima petitione per volipedem legatum efflagitare, quatinus ad sui praesentiam usque dignaretur defatigare. Cui cum advenienti honorifice occurrisset et, ut congruebat, cum omni officiositate excepisset, cuius morbi infortunio excruciaretur, lugubriter intimavit et, ut pro sui recuperatione apud Omnipotentis clementiam intercederet, suppliciter imploravit.

Ad quod vir Domini[n] respondens intulit illi:

'Crede mihi, frater mi, non novi me tantae virtutis esse vel meriti, ut fiduciam tantae rei valeas committere mihi. Istud sane perfectorum est virorum, magis autem carne solutorum Dominoque semper assistentium. Ego vero quisnam sum, vilissimum Dei mancipiolum, a quo expetas tam difficillimum humanitati subsidium?

Si vis perfectam, Domino committe medelam'!

At comes Arnulfus haec ingeminat gemebundus:

'Ut perpendo, pater[o] mi dulcis, occasionem quaeris, ne debeas praestare quod peteris. Praesume, quaeso, praesume de Domini bonitate, nec differas mihi opem accommodare, quam, ut spero certissima spe, dignabitur Deus per interventionem tuam mihi conferre in tanta aegritudinis anxietate. Ne, quaeso, claudas viscera compassionis a me, sed, ut divinitus tibi propitietur, mihi moribundo propitiare'!

Vir[p] vero Domini sic obviat illacrimanti:

'Ne videaris, dilectissime, incassum a parvitate[q] mea requisisse solatium, iacta semper, iacta in Domino cogitatum, tibique nostrum[r] placeat consilium.

Est tibi multarum non infima copia rerum;

cuius aliquantulum[s] expendendo necessitatibus pauperum, abolere poteris tuorum enormitatem scelerum. Ob peccata enim accidit interdum huiusmodi incommodum, ut, dum taliter benignum placaveris Christum, incolumitatis exoptatum valeas recuperare remedium. Debet quippe dives et opulentus ministrare egenis et pauperibus. Tu[t] vero Dei gratia dives es et opulentus, debes igitur ministrare egenis et pauperibus. Qui enim minimis amministrat fratribus, amminister Dei[u] invenitur gratissimus'.

Marchio cuncta probat, quem marcor dirus obuncat.

'Gratissimum est', inquit, 'mihi quod suades, famule Dei,

Dum pietas Domini dignetur me miserari.

a) Arnulphus *h. l.* 1. b) *deest* 1. *Mab.* c) prohibens vocatur 2. d) cyrurg. 2. e) scap. 1. *Mab.* f) ut ita 2. g) ostendando *post corr.* ostentando 1. h) animando confortare 2. i) confortando animare 2. k) m. sibi 2. l) infl. 2. m) ut 1. *Mab* n) Dei 2. o) mi p. 2. p) *cap. dist.* 2. q) mea parv. 2. r) pl. n. 2 s) aliquantum 2. t) Tu - pauperibus *des.* 2. u) i. Dei 2

1) Quae sequitur narrationem de morbo Arnulfi I. Magni comitis Flandrensis ex nostro haustam praebent additamentum cod. Tassarti ad Folcwini Gesta abb. Sith., SS. XIII, p. 628, et Ioh. Longus c. 24, SS. XXV, p. 774. Si quid veri ei inest, circa a. 940. hoc factum esse, ex sequentibus patet. 2) Vita s. Agathae, Acta SS. Febr. I, p. 616 sq.

cf. Luc. 19,8. Et quemadmodum ille euangelicus quondam Zacheus dimidium bonorum meorum[a] do pauperibus, dummodo saevissimus sopiri valeat morbus, qui pertinaciter meos depascitur artus'. Cum ergo obtemperanter viri Dei sententiam amplectens approbasset[b] domesticosque suos id exequi fideliter imperitasset, ab ipso viro Dei coabstinente triduani abstinentia ieiunii consequenter indicitur illi, qualinus uterque tali parsimonia[c] purificati, immo spirituali refectione refocillati, invenirentur condigni accedere mysteriis Christi. Quod ut devotissime, prout res exigebat, expleverunt sanctorumque suffragia lacrimabiliter interpellaverunt, athleta Dei divinis accingitur armis[1], celebrans sollempnia missae cum consuetis fletuum suspiriis. Cumque mysteriis participasset sacramentorum et marchioni inhianter expectanti repertisset ex eisdem participium, pande, pande, o pagina, mirum! repente micturiendi appetitus marchionem impetit ipsum, moxque congruum petens secessum, sine difficultate urentem eminxit lapillum. Quo pristinae sanitati mirabiliter restituto, quanti in eius pectusculo exuberaverit gaudii exultatio, quanta cunctos sibi fideles obtinuerit Domini collaudatio, quantave circa virum Dei excreverit condecens veneratio, an a nobis exigit vestrae unanimitatis dilectio, dum nostra exilis descriptio nequeat comprendere stilo? Haec tantum sufficiant compendiosius dicta, quoniam tota quae sibi ancillabatur Flandrensis provintia, et super eius infortunio antea emarcuerat mesta, ob eius incolumitatem quodammodo reviruit laeta. Abbas vero reverentissimus, in humilitatis arce fundatus, nullo modo suis arrogavit viribus huius beneficii mirabile munus, sed eucharistiae potius omnipotentissimis effectibus. O omnigenis hominum linguis praedicanda domini Iesu cunctipotentis mirificentia! Istiusmodi medicinale malagma quondam adhibuit salutigera vestimenti eius fimbria mulieri fluxu sanguinis laboranti per duodena annorum curricula, quae in medicos sua profusius expenderat patrimonia nec ab ullo eorum competentia consequi poterat curationis remedia.

Grates[d], Christe, tibi, laus, gloria iure perenni,
Sanctos multiplici benefacto mirificanti.

(27) 20. Comes igitur Arnulfus, beneficentiae sibi collatae remunerator liberalissimus[e], virum Dei compluribus peroptans honorare muneribus, non pauca auri vel argenti pondo eius praesentavit obtutibus, ut
cf. 2. Reg. 5. quondam Heliseo, Heliae domestico[f], Naaman Syrus, quatinus haec suis[g] suorumque fratrum asportari iuberet usibus. Quod ille omnifariam excusando repudiavit dignumque memoria verbum indignatus marchioni obiecit: 'Si nostra', inquiens, 'dereliquimus, quomodo aliena accipiemus? Monachus quaerens in terra proprietatem nullam dignoscitur[h] habere religionem, monachus pecuniosus convincitur esse leprosus. Quid enim aggestus pecuniae, apud monachos maxime, nisi lepra animae?' Certe frater Gerardus non vult fore pecuniosus,

Non igitur fiet, Domino miserante, leprosus.

Sic quippe vir totus Domini servitio deditus metuebat paupertatis suae securitatem perdere, sicut avari divites perituras solent divitias custodire. Hoc exemplo commoniti caveamus nos monachi philargiriam[i],
cf. 4. Reg. 5. immo lepram Giezi, qui postponens praesagia vaticinantis fiedici[2], leprosus possessor extitit pecuniae Naaman Syri. Sacramentis tamen terribilibus obstrictum comes vix tandem perurget, ut suarum decimas saltem facultatum acceptaret easque ut prudens economus[k] consideranter dispensaret, prout Spiritus sanctus sibi dignanter inspiraret. Et hoc quoque prius humiliter declinavit ac paulo post non ambitiose suscepit, quas prudentissima consideratione tripertivit et fidelissima dispensatione dispertivit. Et bissem[l] quidem Deo servientibus coenobitis pauperibusque erogavit, trientem vero Broniensis aecclesiae necessario reservavit. Tunc etenim temporis erat Broniensis aecclesia velut arbuscula noviter plantata, necdum adplene radicata, quae irrigationis expostulans adiumenta, si forte cesset cultoris industria, inutilis redditur et infecunda. Sic igitur[m] marchio, spectata viri Dei virtutifera probitate magisque monastica quae[n] circumquaque divulgabatur religiositate, abbatiarum, quotquot habebat sua sub potestate, commodum duxit procurationem sibi commendare.

Quo rursus baculo pastor venerandus adepto,
Mox sibi commissas disponit visere caulas,
Ne lupus incautos vexaret mordicus agnos.

(28) 941. Inprimis autem adiens Blandiniense monasterium[3], ab[o] Amando praesule beato Gandavi fundatum, non solum repperit omni religione nudatum, utpote occupatum secularissimis clericorum, verum etiam infestatione perversorum ad nihilum pene redactum,

Insuper et, quod erat lacrimarum fonte gemendum,

excubiis trium qui ibidem quieverant sanctorum multo iam tempore expoliatum[4]. Porro athleta fortissimus, Divinitatis ope praeditus, nullo modo cessit laborum sudoribus, sed cum beato Ioseph tunicam talarem indutus, semper fine bono suos prosperavit inceptus, et eliminata abinde clericorum irreligiositate, licet iactitarent sese ventosa nobilitate, melioratis quibusque, coenobitarum religionem[p] non distulit subrogare, quemadmodum duobus in locis paulo ante meministis eum iam actitasse. Quod[5] illi aegerrime ferentes

a) suorum *corr.* meorum 2. b) prob. 1. *Mab.* c) parc. 2. d) *hi versus des. Mab.* e) liberalissime 1. *Mab.* f) domestica 2. g) sine 1. h) dinosc. 2. i) filarg. 1. k) exonomus 1. l) bis seni 2. m) itaque 2. n) qua 2. o) a beato Am. episcopo G. 2. p) n. d. rel. 2.

1) Cf. Verg. Aen. VI, 184: *paribusque accingitur armis.* 2) Haec vox = propheta ap. Ducange-Henschel s. v. ex glossis Sangerman. citatur. 3) A. 941; cf. chartas supra p. 628, n. 1. laudatas; Lib. cens. Bland., supra p. 645; Ann. Bland. p. 25. 4) Falso auctor opinatur, sanctos tres Fontanellenses, quos infra in monasterium Blandiniense translatos esse narrat, iam antea ibidem requievisse. H.-E. 5) Sequens narratio de clericis rebellibus nulla fide digna videtur. Nihil de his in monumentis Blandiniensibus; ut iam Schultze p. 242. monuit. H.-E.

seseque ulcisci deliberantes, hostis antiqui malitia perculsi, studiis viri Dei coeperunt aemulari, eius quoque conversationi derogare, quosque[a] etiam possent ab illius visitatione compescere. Cumque iam se conspicerent non posse eius profectibus obviare, sed magis magisque illius opinionem crescere, ad hoc usque perducti sunt succensi facibus invidiae, ut comminisci praesumerent de sibi inferenda, proh nefas! nece. Sed Domino protegente, dum eorum cassarentur insidiae, et nequirent intercipere animal Dei cf. Apoc 4,6 oculatum undique, quadam die, iunctis complicibus factionis sacrilegae, valvas irrumpunt aecclesiae, quaerentes eum, quod et dictu nefas est, ante altare unanimiter discerpere sacerdotali etiam infulatum podere. cf. Apoc 1,13 Quibus miram praetendens constantiam, imperterritus procedit in obviam, Deo immolandam sese alacriter opponens hostiam. Sic sic sermo completur veridicus:

Permanet intrepidus confidens ut leo iustus. Prov. 28, 1.

Quosque arguens: 'O', inquit, 'cives,

Quae tanta exagitat vestras insania mentes[1],

ut adversum me imbellem corripiatis arma rebelles? Inermis quidem terrestribus, armatus sum vero armis caelestibus, proinde non[b] me vestra terrent spicula neque haec praesumptio tam flagitiosa. Non equidem recuso bibere pro domino Iesu calicem mortis, qui pro me dignatus est ferre suo in corpore stigmata passionis'. At illi in faciem eius contemplantes divinum et mirabile quiddam, ingenti pavore concussi, ante eius praesentiam corruerunt proni in terram. Sicque animo consternati et ultra modum exanimati, vix valebant verba precantia fari, vestigiis eius pariter provoluti: 'Ignosce nobis[c]', inquiunt, 'pater venerabilis, ignosce erratis[d] nostris, et ne reputes, suppliciter petimus, quod contra te sic insipienter egimus; miserere lugentibus, indulge poenitentibus'! Omnibus clementer elevatis et vehementer anxiatis, ad ignoscendum perfacilis pater ait amabilis: 'Quoniam quidem', inquit, 'reatus vestri offensam agnoscitis poenitudinemque compuncti ostenditis, benignitas Salvatoris peccata remittentis dignetur ignoscere vobis. Ego quoque ita dumtaxat ignoscens adquiesco supplicationi vestrae, ut, quomodo nunc usque fuistis impedimento huic aecclesiae, sic deinceps sine simulatione satagatis subsidio esse. Nunc nunc[e] recedatis cum pace'! Quemnam, quaeso, imitatus est in hoc gesto nisi eum qui passurus abiit Iherosolimam[f] vultu obfirmato et sub ipso passionis articulo persecutores suos prostravit solius sermonis iaculo? Cum quanta[g] vero laetitiae et exultationis gratia sanctorum superius memoratorum Wandregisili, Ansberti atque Vulfranni[h] 944 corpora transtulerit, ab urbe Bononia revehens ad propria, angusta[i] refugit nostrae narrationis angustia, praesertim cum hactenus tota id ipsum protestetur Flandrensis provintia[2]. Sed nec ab hisce reliquiis aecclesia Broniensis expers habetur et immunis. Nam praeter caetera a Gandavo istuc[k] delatum eiusdem beati abbatis Wandregisili[l] brachium necnon et, quod est praecipuum, inaestimabilia pignora primatis apostolorum. Ut autem brevitati serviamus et plura omittentes pauca recolamus, quam strenue etiam beati Bertini coenobio aliquandiu praefuerit, reticemus, quamque saporosos disciplinae regularis inibi[m] protulerit fructus[3]. Sed, ne penitus taciturni silentio supprimamus relata nobis a maioribus, decem et octo coenobiorum traditur extitisse procurator vigilantissimus[4], Domino complente quae suis promiserat fidelibus, hoc et hoc relinquentibus centies tantum in tempore hoc cum persecutionibus. Tantus autem fervor ad colligendas Deo animas accenderat illum, ut sic[n] sollicitudinem gereret monasteriorum, quatinus per habitacula discursando singulorum, ad amorem patriae caelestis excitaret corda audientium. In qua desudans felici exercitatione, multorum benivolentiam alliciebat familiaritati suae. E diversis quippe locorum partibus confluebat ad eum aedificationis gratia ordo monachicus, tanti viri pudicos et imitabiles actus sitientes imitari totis virium conatibus. Videres quasi ex diversis alvearibus apes ad hanc florigeram arborem convolare, ut inde favis arentibus nectar melliflui roris possent instillare. Quos ille benigno gratantique animo suscipiens et monasticae edulio normae affluenter reficiens, de discipulis idoneos praeceptores, de perfectioribus perfectissimos reddebat doctores. Discedebant alii moribus et religione instructi, accedebant alii nihilominus instruendi. Indesinenter enim quasi nardus miro odore virtutum fragrabat et Scripturarum fontem aperiens, arentia mentium prata rigabat. Sic divini pigmentum verbi, cuius vitali redolebat suavitate, fratrum intrinsecus languentium indigentiae curabat communicare, quod traiciendo masticantes saporifera ruminatione ab omni vitiorum convalescerent infirmitate atque gustando mererentur considerare, quam suavis est Dominus sperantibus in se. Ne cui autem legentium videatur incongruum, verbis Scripturarum aptari tale vocabulum, noverit utique sermonem divinum aptissime appellari pigmentum, qui quo magis ruminando teritur ore sermocinantium, eo magis reddit saporis odorisve oblectamentum, ab animae languentis stomacho pellens mortale fastidium, qui licet ob sui puritatem mordax sentiatur in ore, suae tamen virtutis dulcorem salubriter diffundit in corde.

21. Hoc eodem tempore orta est non parvae perturbatio werrae[o] inter summates Austriae ac (29) Neustriae, quae, peccatis exigentibus, adeo excanduit usquequaque, ut non modo periclitarentur[p] negotia 952? rei publicae, sed et minimum reverentiae praestabatur sanctae Dei aecclesiae[5]. Unde vero sit ortum huiusmodi discidium, si vis scire ad liquidum, chronographia pandat priorum. Fiebant ergo strages virorum,

a) quousque 2. b) vestra non me 2. c) inq. nobis 2. d) erratibus 2. e) *alterum* nunc *deest* 2. f) Hierozolimam 2. g) quantae 2. h) Vulframmi 2. i) angustare 1. k) illuc 2 l) Wandregesibili *corr.* Wandregisili 1. m) inde pret. 2. n) *deest* 2. o) guerrę 2. p) periditat. 1.

1) Verg. Aen. II, 42: *o miseri, quae tanta insania, cives?* 2) Translatio a. 944, Aug. Sept. facta est; cf. Serm. de adv. ss. Wandregisili etc. c. 12—20, supra p. 628 sqq. 3) S. Bertini monasterium a. 944. a Gerardo reformatum est; cf. Folcwini Gesta abb. Sith. c. 107, SS. XIII, p. 628; Ann. Bland. a. 945. 4) Haec dubiae fidei sunt; cf. Schultze l. l. p. 235. 5) Haec ad bellum inter Conradum ducem Lotharingiae et Reginarium comitem Hanoniensem a. 952. ortum referenda esse videntur. Cf. Dümmler, 'Otto I.' p. 218.

viduitates mulierum, orbitates parentum, incendia urbium, captivitates plebium, infractiones atriorum, desolationes aecclesiarum.

Villarum praedas quis comparet atque rapinas?
Quis creberrimas hinc inde caballicatas?
Quisve cruorivomas possit perstringere pugnas?

Tali ac tanta inquietudinis procella tunc temporis agitabatur res publica, quam post pusillum pietate insolita divini respectus consolidavit anchora. Hac igitur necessitate coactus, divae memoriae dominus abbas Gerardus Catulliacum beati Dionisii adivit percitus abbatiam, Broniensem redimens ab ibidem Deo famulantibus ex ea quam sibi rogam erogaverat comes Arnulfus. Verebatur siquidem non mediocri sollicitudine, quin exterminio succumberet sub tot malorum turbine, praesertim cum remota a finibus Merovingiae, ad quam pertinebat illo in[a] tempore, in meditullio sita est[b] Lotharingiae, quam absque dilatione beati Lamberti contradens maiori aecclesiae, utpote interiacentem Leodicensi parrochiae, domni Faraberti commendavit tutelae tunc pontificis ex Prumiensi abbate[1]. Hanc licet parvam quantum magnipendens dilexerit, ipse evidentissima declaravit liberalitate, mutua videlicet vicissitudine recompensans eidem abbatiae viginti mansos telluris instauratae, quos ipsa possidet aecclesia usque hodie in giro sibi positos solida cum quiete. Amicus vero Domini in omnibus et super omnia Broniensis coenobii prospiciens utilitati – Broniensis monache, audi, audiens vero cave oblivisci! — tametsi iam afforet aevo progressiori, non tamen duxit oneri Romam usque fatigari, quatinus, cuius erat fundator oratorii, devotus imploraret patrocinium summi apostolorum principis Petri atque ab eius vicario satageret adipisci de rebus et libertate eiusdem monasterii authenticos apices confirmantis decreti. Quod cum mira alacritate animi domnus Stephanus sanctae Romanae sedis tunc[c] apostolicus iussisset fieri, ipso consistente viro Dei, immo dictante debentia scribi, plumbeo bullatum sigillo privilegium[2], quod et ptongar[d] appellant, contulit illi, concessa etiam licentia sibi, ut gratia id confirmandi ex praecepto ipsius domni apostolici omnes subscriberent episcopi, per quos repatriando speraret ipse reverti. Et quoniam in promptu habentur huiusce scripti monumenta, quippe quae cum omni diligentia hactenus conservat Broniensis basilica, ne cui lectorum
(30) displiceret prolixius[e] sirma[f], supersedimus singula ipsius hic apponere verba. Caeterum prudens lector perspicacissimam huius viri Dei demiretur prudentiam, quanta videlicet ingenuitate in eiusmodi scripto libertaverit hanc abbatiam, et qualem vel quantam subeat aeterni anathematis poenam, si quis temerario ausu, quod absit, infringere praesumpserit eam. Ut autem ad rem redeamus et, quid relatu dignum divina virtus in eodem itinere fideli suo praestiterit, recolamus, ab urbe Roma[g] prosperrime progressus, ad montem qui dicitur Iovis[3] devenerat ipse beatus. Cumque cum suis angusta carperet declivia montis, incaute gradiens unus e sagmariis[h] sarcinatus lapidibus porphireticis, quos ad sua vir Dei transvehebat causa necessariae venustatis, deorsum cecidit rotatus ad concava vallis. Quod molestissime ferentibus qui conveniebant comitibus,

Nil adeo motus, sic infit vir venerandus:
'Quare pusillanimes vos reddunt talia, fratres?
Laus Domino cunctis referatur pro benefactis'.

Et accito quodam ex illis quos dicunt Marones[4], salva mercede iussit, ut saltem sagmarii sarcinam perquireret continentem lapides. Ad hos siquidem magis deflectebat animum ob illud fortassis prolatum:

Omne quod est rarum dinoscitur et pretiosum.

Nam quis non extinctum indubitanter crederet illum? Quis vel corpus ad terram integrum pervenisse autumaret, dum, interpositis ubique scopulis, discerpi in partibus potuisset? Requisitus autem, non solum vivus, verum etiam incolumis et illaesus repertus est cum lapidibus. Tunc cunctis patenter innotuit, quod ideo laedi non potuit, quia hunc in casu suo viri Dei oratio portavit. Ex hoc autem lapide, ut inpraesentiarum est cernere, insignitur hodieque maius altare Broniensis basilicae.

Sic[i] redit ad propria sacer et venerabilis abba,
Magnificans Dominum, qui dirigit acta suorum[5].

31. 22. Sacro igitur[k] edoctus Spiramine, praenoscens imminere diem vocationis suae, quo videlicet et[c] rationem redderet villicationis commissae, necessarium duxit et utile coenobia fratrum revisere degentium suo[l] sub regimine seseque[m] deinceps exuere tot curarum onerosa gravedine atque idoneum procuratorem sui vice unicuique coenobiorum substituere. Cum autem, arrepto itinere, appropiasset villae quae appellatur Marciane[6], quam et alluit fluvius Sambrae[n], uno ex latere pueri eius horam vescendi cernentes iam affore, congruum sibi caballisque petunt diverticulum ab itinere, amoenumque ac herbidum descendentes in locum, protinus discumbunt ad convescendum. Vir autem Domini, sub quadam accumbens arbore, amicus amicae inserviebat parsimoniae. Qui licet a suis rogaretur importunissime, non tamen adquiescebat epulo indulgere. 'Vos', aiebat, 'filii, cum Dei benedictione diarium nunc nunc percipite, meum [vero[o]] non est hac diei hora comedere, cum siquidem desit piscis, unde possim reficere'. Ad hoc autem[c] tali utebatur

a) *sic* 2. *Mab.*; *deest* 1. b) sit 2. c) *deest* 2. d) pertongar *Mab.* e) polixius 1. f) firma 1. 2(?); syrma *Mab.* g) Romana 2. h) sagINariis 2. i) Sicque 2. k) itaque *Mab.* l) sub suo 2. m) seque 2. n) Samber 1. o) *deest* 1. *Mab.*

1) Sedit a. 947 953, Aug. 28. 2) Quod spurium Stephani, ut videtur, VII. papae sine anno datum vide in 'Ann. de la soc. archéol. de Namur' V, p. 320; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 3580. 3) Nunc S. Bernhardi dictus. 4) Marones a Mauromonte, qui in Galliae et Italiae finibus positus est, sic nominantur. MAB. Cf. Ducange s. v. 5) Gerardi iter Romanum iure in dubium vocant Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 358, n. 4; Schultze l. l. p. 234. 6) Marchiennes ad Sambre fl.

excusationis molimine, ut[a] impransus valeret quomodolibet evadere. Illis vero sermocinantibus pieque alternatim contendentibus, ecce ales agnomine asperellus, eadem in arbore suos confovens foetus, piscem non modicum proiecit ad pedes eius. Quo viso, viri Dei clientes sic affantur eum reverenter conioculantes: 'Eya', inquiunt, 'pater reverentissime, excusationem paulo ante praetendebas pro non habito pisce, nunc saltem pulmentarium caelitus missum noli respuere, nimirum nulla tibi nunc occasio iusta'. Quid plura?

Tandem convictus convictor fit philochristus.

Pullis tamen asperelli de reliquiis cibi mandans superferri: 'Non patiamur', inquit[b], 'eos fame cruciari, ne forte piscis iste deciderit patri gnatis perferre[c] volenti'.

Tanta fuit talisque viri compassio iusti.

Hic illud egregii versificatoris libet inserere:

Nunc bonus Helie[d], *qui perfidus antea Noe.* — Sedul. C. Pasch. I,174.

Nam, etsi iuxta nomen suum asper et indomitus consuevit accipere, modo praeter solitum prosper et domesticus didicit tribuere. Expleta igitur[b] refectione cum competenti gratiarum actione, vir Dei prosperiori progrediens calle, singula filiorum coenobia perlustrabat paterna sollicitudine. Quos et super monastica commonefaciens religione ubertimque imbuens divina eruditione, multifaria exhortabatur eos disputatione, ut adversus iacula tergiversantis[e] Sathanae, servantes unitatem pacis et concordiae, quasi armati agonistae semper starent in acie. Cuius salutaria sitienter verba potantes eiusque praesentiam corporalem inexplebiliter amplectentes, pectoris ex imo suspiria longa trahentes[1], ne discederet ab eis, supplicabant flebiliter omnes. Quos ille, ut erat melliflui oris, blandiori conveniens affamine, responsum tale perhibetur eis dedisse: 'Non sic', inquit, 'fratres amantissimi atque desiderantissimi[f], non sic oportet fieri. Hereditas enim mea praeclara est mihi, ibi[g] requies mea in seculum seculi, ibi habitabo, quoniam prae cunctis eam elegi'. (cf. Ps 131, 14) Omnibus igitur rite compositis, cumque pastoribus Pastori summo ovibus commendatis, beatus pauper spiritu, cunctis quae rexerat ditioribus postpositis, ad dilectam pauperiem gaudenter[h] remeat monasterii Broniensis. Et haec quoque, Broniensis monache, arctiori[b] commenda memoriae. Qui cum et ibidem cuncta disposuisset mira perspicacitate fratrumque pectora affluenter irrigasset gemmae caritatis limpidissimo fonte, vehementer defatigatus provectiori aetate, in dies coepit fatiscere corporis graviori imbecillitate, et perpendens adesse sibi iam terminum vitae cupiensque[i] dissolvi et cum Christo esse, (cf. Philipp. 1, 23.) data coenobitis circumstantibus pace, suum munivit exitum dominici corporis et sanguinis perceptione. Tum imperans campanam pulsari[k], quam iussu suo fusam optinuerat[l] episcopali benedictione sacrari,

O vere pulcri gestum memorabile signi,

eadem[m] reboante sonitu dulciori,

Concentu caeli meruit sine fine beari.
Miles et emeritus[n] meritorum lumine clarus,
Ad fontem vivum sitiens plenusque dierum,
Deposito fragilis tandem velamine carnis,
Christi lucifluam Iesu transmigrat in aulam,
Praenitet Octobris quando lux tertia mensis,

anno[o] ab incarnatione Domini 959, indictione 2[2], concurrente 5, epacta 20, feria 2.[*] (959. Oct. 3)

EXPLICIT[p] VITA SANCTI GERARDI ABBATIS.

[*]) *Mabillon haec addit, nescimus ex quo codice:*

(32) Inter cetera divinae largitatis beneficia, quae per beatum Gerardum ecclesiae Broni collata sunt, hoc unum e multis non tacebo, quia non est tacendum. Cum licentiam et libertatem repatriandi a monasterio Parisiensi Sancti Dionysii, ubi saeculum mutaverat sanctus Gerardus[3], obtineret, ut in terra sua maiorem utilitatem inferret, gratiam ei contulit Deus. Quicquid ergo postulavit accepit; accepit secundi ordinis personas duodecim ad numerum apostolicum, scilicet bonos doctores, morum informatores, disciplinae regularis observatores; accepit libros illius temporis, quorum aliquem ego vidi, quem sancta scripsit et dicavit antiquitas; accepit corpus beatissimi martyris Eugenii Toletanorum archiepiscopi, quem Petrus apostolus baptizavit et docuit, quem beatus Clemens ad praedicandum Hispanis una cum beato Dionysio, qui praedicaret Gallis, delegavit; accepit etiam inter cetera donaria itinerarium altare, quo sanctus Dionysius dum viveret utebatur, in quo celebranti missam, dum esset in carcere, Christus ei apparens, se ipsum sibi dedit, dicens: 'Accipe hoc, care meus, quod mox complebo tibi una cum Patre meo'. Erat hoc altarium circumductum argento, quod opere ductili apostolorum capita repraesentabat . . . .

a) uti 2. b) *deest* 1. *Mab.* c) prebere 2. d) Helyę 2. e) tergiversantes 2. f) desideratissimi 1. *Mab.* g) ubi 2. h) gaudens 2. i) que *deest* 2. k) pulsare 2. l) obtinuit 2. m) eodem 2. n) *sic Mab.;* meritus 1. 2. o) anno — abbatis *des.* 2. p) Explicit — abbatis *post add.* 1.

1) Cf. Ovid. Met. I, 753: *traxit suspiria motu.* 2) A. 959, Sept. 1. iam tertia indictio incepit. 3) Cf. supra c. 9, p. 659.

EX VITA S. DEICOLI.

Deicoli Scotigenae, qui saeculo VII. cum Columbano in Galliam migrasse ibique Lutrense monasterium (Lure) in dioecesi Bisuntina fundasse dicitur, Vitam saeculo X. monasterii socius[1] *conscripsit eaque fusius fata exposuit quae saeculo IX. et X. monasterium subiit, Waldradae, Lotharii regis pellici, traditum, ab Hungaris vastatum, a comitibus illius regionis invasum, sed saeculo X. Ottone imperatore restauratum. Opus aggressus est a Werdulfo abbate rogatus, qui post a.* 960. *sedit, Ottone I. mortuo*[2]. *Res saeculi IX. fama incerta sibi traditas minus accurate narravit, sed quae sua aetate gesta sunt bene comperta habuisse videtur iisque memoriae commendatis de historia bene meruit*[3]. *Veritatis asseclam intrepidum se disertis verbis prodit*[4], *etiam episcopos coenobii iura infestantes severe castigat, neque est cur de fide eius dubitemus. Caput praemisit de sanctis civitatum Gallicarum et Lotharingicarum patronis eorumque reliquiis, quod quamvis nil novi contineat, non aegre leges. Sermone utitur vivido, sed nimis turgido, vocabulis studens minus usitatis.*

Editionis nostrae fundamentum est

1) *Codex Musei Britannici nr.* 21917, *saec. X, satis accurate, quamvis non sine mendis scriptus. In fine legitur:* Haec Stephanus scripsit per precepta Archimberti magistri sui. Deo gratias amen. *Ipse inde a cap.* 11 *(cod. fol.* 63 *sqq.) contuli, prologos V. Cl. L. Riess.*

Cum hoc ubique fere convenit apographum a Chiffletio 'e Lutrensibus membranis' sumptum, quod Bollandus primus typis exprimere fecit, Acta SS. Ian. II, p. 200.

2) *Codex Montispessulanus nr.* 1, *saec. XII/XIII, fol. max., olim S. Mariae Clarevallensis, Vol. IV, fol.* 133—138, *et*

3) *Codex Parisiensis nr.* 16734 *(S. Martini* 1, *Vol. III), olim Karoliloci, fol. max.*[5], *fol.* 121 *sqq.*,

Vitam continent, alio ordine dispositam, capite primo orbatam, nonnullis locis sermone magis polito diversam. Contulerunt V. Cl. Arndt et Bethmann.

Eandem libri formam publici iuris fecit Mabillon, Acta II, p. 103 *sqq. ex codice Cisterciensi; eiusque exemplar etiam Bollandus inter libros Nicolai Belfortii novit, quod nunc in bibliotheca Bruxellensi nr.* 7569. *servatur*[6]. *Maiorem libri partem inter Scriptores rerum Gallicarum recepit Duchesne III, p.* 422—427. *ex codice monasterii beatae Mariae de Valle, qui cum* 2 *et* 3 *convenit. Mabillonii editionem repetivit Colgan, Acta SS. Scotiae I, p.* 115.

G. W.

1) Quod verbo 'assecla' indicare videtur; non ipse monachus. 2) C. 15: *qui tunc agebat in sceptris.* Idem statuunt auctores Hist. liter. Gall. VI, p. 411; Gall. christ. XV, p. 166. 3) Nimis acerbe de libro iudicat Rivet, 'Hist. lit.' l. l. 4) C. 12. 5) Cf. 'Arch.' VIII, p. 207. 6) 'Arch.' VIII, p. 520. Aliud apographum saec. XVI. exstat in cod. Ambianensi nr. 467 (374); ibid. p. 399.

INCIPIT[a] PROLOGUS DE SANCTO DEICOLO.

Qui sanae[b] mentis advortitur mundumque floccipendere veri deliberatione comprobatur, uranicae crementum scolae vicatim oportet felici satis commercio augmentare; quin insuper, inextricabili praegustatae dulcitudinis pignore remota fluctivae funditus morula impedicionis, utpote in carne non ambulans, sed in spiritu, in omnibus spiritus fructibus impertaesus[c] opellam[d] dare. Qua pia, sed utinam integra! secundum sese suspitione percitus dinosceris, immodicae venerationis haud inmerito pater[e] Werdolfe, indefatigatis[f] humeris, vigilum vallatus frequentia, per tot solis in zodiaco reditus inoffenso articulo caelibatum ferente, mandas, rogas, supplicas, quatenus obedientiam ego[g], haud[h] secus ac monachorum qualiscumque, licet assecla, spiritale opus spiritali temptare debeam initiatione[i]. Ad[k] quod ego: Sine mora, inquam, pareo, sed marcore inscitiae vix queo, utputa qui nullo theolatriae tenore hactenus gradum fixi. Sed econtra: Bona, inquies[l], voluntas tibi si non deerit, caritas Dei[m], per quam omnia bona efficatiam inveniunt, pium coeptum sine dubio perducit ad effectum.

EXPLICIT[n] PROLOGUS. ALIUS PROLOGUS.

Cum omnium sanctorum merita veneranda iure meritoque beata mater aecclesia per totum orbem longe lateque diffusa spiritali tripudio veneretur et exornet, specialiter tamen atque viritim gratulatur sese certis in locis singulos et quasi proprios possidere patronos, ut foris domique protecta, protectione laetata, aeternae festivitatis gaudia illesa mereatur expectare promissa. Quanquam Europae incolae, veluti boni agricolae vineam Domini pastinantes, ditissima se gaudeant fertilitate exuberare ac pene prae omnibus operariis euangelicae sationis fruge divina se sentiant affatim foecundatos, praecipue tamen Galliarum proceres, acsi paradisicolae non inertes, laetabili acervo rosarum atque liliorum, id est candidatorum Christi martirum ac felicium in pace decedentium albatorum[o], Divinitati gratificant, se esse non inopes. Neque enim solummodo gloriantur, se sortiri dominici gregis ductores in civitatibus muratis et archisteriis episcopalibus necnon castellis turribus praemunitis, verum etiam in heremi vastissimae cellulis simul et tuguriolis paupertinis, centupla proportione locupletioribus aulis imperialibus, glebas lucidissimas sanctorum, huic mundo nequam crucifixorum, spe felici virides et Spiritus sancti irrigatione conexiles, superba devotione se repagulatas habere tripudiant. Nec immerito. Scriptum est enim: *Quoniam dili-* Rom 8, 28.
gentibus Dominum omnia cooperantur in bonum; et alibi: *Ego diligentes me diligo.* Numquid Prov. 8, 17.
sine maximae cumulo laetitiae commemorem tocius Galliae apostolum, preciosum Dionisium eiusque commanipulares Rusticum et Eleutherium, qui primi pro verae fidei fundamine in sanguine Agni rubricati, proprio cruore occidentales consecravere limites, Parisiacum possidere coturnum? Et ut plures dominicarum ovium arietes dignitatis gratia praeteream, quid non Turonum populositas gaudii et exultationis in Martino optinet, cuius odor virtutis, immo et miraculorum praecellentia omnia orbis clymata sine aequiparatione iam dudum percelluisse[p] dinoscitur? Quid quod Pictavorum turrita sedes magnificum virum Hylarium promeruit episcopum? Non minori laetitia Lemovicenses plauditant cives, qui sacratissimum Christi lilium[q] inmuratum tenent, Marcialem episcopum et consanguineum beatissimi principis apostolorum. Numquidnam Beturicas Aquitaniorum metropolis iactitat[r], immo et se iniuria exaltat[s] de praestantissimi pontificis Sulpicii beata praesentia? Non iniuria quidem. Enimvero dominicae crucis speciale capitolium, Aurelianis civitas augustalis de pignerum custodia beatorum patrum Aniani atque Evurcii lepidum caput supra vicinas urbes extollere visitur. Nunc laetius omnibus memoriae occurrit, quod in parroechia supradictae urbis locus nobilissimus Floriacus et situ ipso aeque venerandus[t] in ipso modo mundi vespere est mira Omnipotentis dignatione inaestimabiliter fultus. Nuper namque iussu divino atque ammonitu angelico felix caelestem promeruit thesaurum, id est beatissimum patrem atque monarchen Benedictum, [qui[u] benedictus sit in caelo et in terra!] simulque sororem eius sanctam Scolasticam. Ibi quippe gymnasium invenitur spiritale monachorum atque inexpugnabile semper patens asylum miseris atque post multa facinora mundo et concupiscentiis eius obrenuntiantibus; iugiter in palestra paternae disciplinae sese ibidem exercitantes

a) *ita* 1; inc. prol. in Vitam s. Deicoli abbatis 2. b) Qui se mundumque 2. *Mab.*; Qui m. 3. c) impertoesus 1. d) operam 2. 3. *Mab.* e) *deest Boll.*, *ubi* Vardolphe. f) indefetigatis 1. g) ergo 1. h) non aliter *ins. Mab.* 2, 3, *quod glossema esse videtur.* i) imitatione 2. 3. *Mab.* k) At 1. l) inquiens 2. 3. *Mab.* m) *deest* 2. 3. *Mab.* n) *haec et sequentem prologum om.* 2. 3. *Mab.* o) abbat. *Boll.* p) *ita* 1; praecell. *Boll.* q) filium *Boll.* r) extollit *glossam superscr.* 1; *recep. Boll.* s) exultat 1? t) verandus 1. u) *ita Boll.*; *des.* 1.

et propter timores nocturnos semper armati incedentes, diabolicas acies viriliter cuneati infringunt. Nec tamen, ut vulgo solet, post victoriam dimicare desistunt, verum, dum hodie est, incessanter pugnant, incessanter triumphant. Nonne et Lugdunensium editissima munitio, quae vertice aethera[a] tangit, exceptis millenis martiribus, de primo patre atque doctore suo Hyreneo non immerito exultanter tripudiat? Sed iure. Libet non praeterire memorando insignem Remorum excellentiam, qui silicernii excubitando fovent exobtatissimam glebam sancti Remigii, signi potentis episcopi atque Francorum apostoli; qui si aliis, non illis tamen apostolus est, quia eius gloriosis[b] meritis asscribitur, quod eorum aecclesia cotidiana sobole[c] foecundatur. Et quid Suesionum urbis amoenitas? Taceo — quod tamen eius maximum est —, quia discoforum Domini Sebastianum, pene inaequabilem martyrem, habere potuit, necnon et aegregios martires Crispinum et Crispinianum: ita est meritis atque miraculorum sublimitate beati Medardi episcopi insignita, quatinus nulli videatur esse secunda. Nunc vero Leuchorum urbem censeo oblivioso pede nequaquam praetergredi, cui tantorum patrum contigit eminentia nobilitari, videlicet Mansueti primi sui episcopi atque beati Petri apostoli dilecti discipuli necnon et sacratissimi Apri episcopi, quorum uterque digna ibidem veneratione frequentatur. Iusta ordinem situum Metensem opulentissimam urbem video non mediocriter decusatam[1], cui in tantum Divinitas consulere dignata est, ut omnium apostolorum suorum vocabula aureis ibi apicibus rutilent, angelica sine dubio manu exaratis; promeruit autem felix ipsa primores patres istos, Clementem, Felicem, Auctorem, Caelestem, Adelfum, Arnulfum, exceptis quos Dominus solus novit remunerandos. Congruo terrarum tenore Trevericam aspicio celsitudinem, quae, sicut fortissimam decuit matronam, ad diruendam erroris sui magnitudinem tres viros aeque fortissimos meruit sanae doctrinae magistros; quia, sicut lirycus[2,*] canit: *Parvum parva decent*, ita in hac conibentia, sicut late iam patet, magnam Treverim, utpote secundam Romam, magnos necesse fuit habere doctores, Eucharium scilicet, Valerium atque Maternum[d], qui a Romana dominatione ab ipso apostolorum principe Treverim directi, contionabulum diaboli fecerunt aecclesiam Christi. Quin insuper secundum provectum temporum sortita est in electionem patronorum Maximinum, incomparabilem virum, cuius monasterium specular habetur circumcirca monachorum, Paulinum, Agricium, Nicecium, Liutvinum atque alios perplures, quorum merita atque vocabula et liber vitae caelestis assignata tenet, et memoria in eadem civitate perpetualiter viget. Nec incuriose[e] praetereundum videtur Cis-Vosagicas Alsaciae partes, quarum caput atque decus omne civitas Argentina dinoscitur, quae vulgarico vocabulo Strazburch vocatur; quae, exceptis reliquiis principalibus, proprios se gaudet possidere patronos, quos a Domino suscepit verae fidei fundatores et divini verbi prodigos seminatores, id est Amandum, Iustinum, Arbogastum, Florentium et alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo superna illa regia sine fine tenet caraxata. Nunc vero, ut multos patres necessarios causa fastidii atque prolixitatis praeteream, ad Burgundiones submontanos venire delectat, et si qua scriptu[f] et memoria digna divina in eis clementia operata sit, scalpello bicipiti rimari et devotis auribus publicare. Est namque civitas ibi antiquissima et quondam imperatoriae specialitati satis decentissima, quae ob fulgorem situs et irriguum opinatissimae municionis girum Frigio vocabulo Crysopolis per multas temporum revolutiones nuncupabatur; cuius aethymologiam nominis Romuleus sermo sonat Aurosam urbem; quae post casu quodam agente Bisontia est vocata. Haec videlicet, utpote a Deo[g] respecta, geminas promeruit olivas lampade praepingui coruscantes, Ferreolum scilicet atque Ferrutium, Christi cordatissimos testes, quos nunc se laetatur palmatos habere patronos et in sanguine Agni dealbatos fidissimos propugnatores.

Iam vero tempus et ordo naturaliter exigunt, ut, qui hactenus Galliarum veredaria[h] cursitando, rosas liliaque quaeritando ad obpandendum gazophilatium Domini hac illacque similavimus quorsum, lineatim, ut fas est, a dextrorsum perveniamus horsum. Est nempe in territorio antefatae civitatulae locus admodum spiritalis, situs in ipso margine Vosagi saltus, cui ob experimentum plurimarum virtutum aptissimum est inditum vocabulum; appellatur quippe spiritaliter Lux-ovium; et quare, non renuo paucis explicare.

. . . .

*) Oracius poeta est *glosam superscr.* 1.

a) sidera *Boll.* b) *deest Boll.* c) sobolae 1. d) Martinum *Boll.* e) incuriosae 1. f) scriptum 1. g) adeo 1; Domino *Boll.* h) viridaria *Boll.*

1) i. e. ornatam. 2) Horat. Epist. I, 7, 44.

11.[a] Postquam venerabilis pater Deicolus orbe decessit et vitae aeternae pascua feliciter intravit, beatus Columbinus[1] in omnibus operam dedit, qualiter una cum fratribus suis paterna vestigia inerrato sequi potuisset. Dedit autem Dominus per merita servi sui Deicoli eidem loco talem profectum, ut multi nobilium atque potentum, relicto vertiginis spiritu saecularis, cum omnibus quae habere poterant monachicam disciplinam eligerent et monasterium satis ditarent, ipsi quoque sacrae subiacerent rubricae[b]. Cumque ibidem spiritalis scola vigeret per multa annorum curricula, subito orta est tempestas lacrimabilis, cuius immanitatem pene sensit totus orbis. Gens quippe Hungrorum ferocissima, cuius rabiem per seculum clamant urbium moenia diruta, aecclesiae[c] aedificia consumpta, ultione divina ad afficiendam aecclesiam, quae falsis christianis exuberavit ideoque Dominum in multis exacerbavit, numerosis pugnatorum copiis erupit et veluti acerrima belua quaecumque invasit dentibus suis comminuit, coetera[d] vero pedibus conculcavit. Cumque Burgundionum regnum exercitus invaderet copiosus, omnesque indigenae a minimo 937. usque ad maximum per iuga montium, per amfractus vallium, per praerupta scopolorum, vivendi cupidine latitassent, contigit, ut viri diabolici monasterium intrarent beati Deicoli. Quod cum diligenter fuissent perscrutati et neminem reperirent, omnia secundum solitam dementiam igni tradere decernentes absque duobus apostolorum oratoriis, divina clementia eorum profana adnihilavit molimina. Ad sepulchrum vero sancti Deicoli dum furibundi accedere conarentur, ita sunt divino timore perculsi, ut estimarent se sub celeritate periclitari. Tandem egredientes, concremare tanti patris[e] pausatorium studentes, superna eis repugnante potentia, nec unam quidem tegulam perurere[f] valuerunt. Tunc insaniae naturali furorem adicientes, oratorium stramine ad summum usque repleverunt et focum pervalidum superposuerunt, ut voluntatem suam malignam saciarent. Mira virtus! Quanto magis conati sunt, tanto stramina[g] secum[h] magis spreverunt et supremum tectum illaesum servaverunt. Quod videntes, homines iniqui pavefacti foras fugerunt et[i] ad alia devastanda loca tetenderunt. Ecce quomodo Domini clementia contra insensatos pugnavit et famuli sui tumbam intemeratam servavit! Tunc liquido patuit, qualis vir esset, qui locum illum in hereditatem a Domino promeruisset.

12.[k] [Ubi Eberardus locum sibi usurpavit, et de filiis Hugonis]. Cumque viri barbarici[l] omni fera crudeliores totam pene Galliam atque Germaniam partim ferro partim incendio consumpsissent, nullusque christianus existeret, qui illis occurreret contoque[m] minaretur, infelices impunitate sui laetati, in sua sunt reversi, multis opibus onerati. Lamentabile dictu! Videres in locis[n] sacris, ubi antehac[o] monachorum floruit religio, clericorum militavit devotio, urticas, sentes atque omnigena arbusta acsi[p] in solitudine succrescere. Et quia pauci habitatores remanserant, in solitudinem agri ubique redacti sunt. Cumque et locus beati Deicoli tanti persensisset infortunium dispendii, ut iam nec monachus ibi nec clericus haberetur, comes quidam bellipotens de Alsaciae partibus nomine Heberardus[2], qui regnum Burgundionum frequentare erat solitus, potenter[q] locum illum invasit et in hereditatem sibi nefario vendicavit. Et quia non inventus est qui illi obstitisset, omni tempore quo post advixit manu tirannica contra fas retinuit. Heu pro dolor! beatus[r] confessor Domini Deicolus nunquam cogitavit comites habere loci sui haeredes, sed monachos Deo amabiles; nec unquam studuit caballos aut canes venaticos pascere, sed pauperes et peregrinos colligere. O mira Dei patientia! Esto, 'nunquid[s] tacens[t] semper tacebo'? dicit Dominus. Nequaquam. Eodem vero comite in tanta mentis obstinantia[u] vita decedente, filius eius Hugo nomine, qui et ipse iam comes effectus fuit, omnia quae patris sui esse videbantur sive iure sive iniuria potestative invasit tenaciterque sibi aduncavit[v], inter quae omnia et locum sancti patris Deicoli. Qui cum masculae prolis fortitudine in omnibus propemodum regnis famosus haberetur et in multis negociis acsi miles castrensis invictus existeret, aliquamdiu inpune potitus est praedio sancti Deicoli. Cumque sacer locus diatim saecularibus esset occupatus sordibus, quadam vice dum tres filii eius fessi ac vespertini in eundem devenissent locum, peractis omnibus quae ad manum necessaria erant, sani atque incolomes incaute se prope beati patris sepulchrum collocaverunt. Et quia gloriam Deo nec sancto suo Deicolo honorem dederunt, impune eis, Deo gratias! non cessit. Cuinam amplius parcam? Sed quia veritas odium parit, mei autem propositi est personam non respicere, qui gratum[w] ducat gratum, qui ingratum[x] ingratum, ego vero viam regiam tenens nec favorem populi spectans nec mercedulam[y] alicuius reculae[z] sperans, a dextris et a sinistris secundum apostolum tendens[a], veritatem non silere obtimum iudico. 2. Cor 6, 7 Nonne omnes qui martirum nomine censentur pro veritate sunt prostrati in morte? Quoniam autem veritas Christus est, ipsam testor omnesque[b] sequaces eius. Eadem nocte tres filii eius, quorum primogenitus Heberardus erat, secundus Hugo, tercius Guntramnus[c] habebatur[q], cum post dulcedinem somni[d] evigilassent ad exercitium venandi, semet ipsos invenerunt dissimiles sibi. Videres certe viros consulares adeo contractos et imbecilles, ut putares eos genuino more omnium membrorum impotes[e] et totius valitudinis enerves. Et ut fere totum dicam ad laudem Ihesu[q] Christi et sancti sui, nisi ligulae[f] solac poenitentiam[g] et reatus confessionem palpitabant, menbra cetera omnimodis erant inutilia; manus non, pedes vero nihil. De ceteris non dubitabitur. Cumque aegregii milites diu captivi tenerentur in vinculis

a) *ita cod. Chifl.; 2 et 3 nullam capitum divisionem indicant.* b) regulae 3. *Mab.* c) aecclesia 1 (*ubi saepius* aecl.). d) *ita* 1. e) *deest* 3. f) preurere 2. g) stramine 2. h) se 2. 3. i) et tetenderunt *des.* 2. 3. *Mab.* k) *ita cod. Chifl., qui etiam rubram praebuit.* l) Hungri *superscr.* 1. m) cunctumque 1. n) s. l. 2. 3. o) antea 2. 3. p) hac 2. 3. q) *deest* 2. 3. r) sanctus 2. 3. s) nonquid 1. t) non tacens 2. 3. *Mab.*; non *post eras.* 2. u) obstinatione 2. 3. v) advendicavit 2. 3. w) gratu 1; gratus 2. 3. *Mab.* x) ingratus 2. 3. *Mab.* y) modulum 2. 3. z) regulae 2. 3. a) tenens ver. 2. 3 b) que *deest* 1. c) Guntrannus 2. 3 d) somnii 1. 2. e) impotentes 2. 3. f) linguae 2. 3. g) quae p. 2. 3.

1) Quem abbatem Lutrensis coenobii a se fundati constituisse Deicolum, auctor cap. praecedente narravit. 2) De hoc comite eiusque filiis, ex quorum genere Egesheimenses derivantur, cf. Schöpflin Alsat. ill. I, p. 784. II, p. 475.

piaculi, pater iam maturae aetatis ad suae dampnationis spectaculum non segnis venit accersitus, lacrimis plenus; variis vicatim obicientibus culpis[a], pro talibus incommodis se reos[b] esse, se in multis peccasse testantes, tandem pater senex, filiorum dolore intolerabili compulsus, his verbis in veritatem prorupit: 'Audite me', inquid, 'filii, intendite verba patris vestri! Scitote pro certo, quia non casu aliquo istud vobis evenit infortunium, sed iusto Dei iudicio atque ultione dominica. Nam pater meus multociens mihi narrare solitus fuit, qualiter locum possideret, et quia locus iste sanctus sancti Domini fuisset Deicoli. Sed, ut video, iniquitas illa modo venit super capita nostra[c], quia omnipotens Deus inultam abire non sinit iniuriam electorum suorum, sed reddet filiis iniquitatem patrum in quartam et quintam generationem. Credo tamen, quia misericordia eius[a] more paterno castigat nos, ne morti imperpetuum tradat, quia (cf. 1. Tim. 2, 4.) neminem vult perire, sed omnes salvos facere. Quapropter pura confessione et dignis poenitentiae lamentis confugiamus ad Dominum et sanctum suum, in quem peccavimus, et fortassis non modo restituemini vos pristinis formis, verum etiam, quod maius est, animarum nostrarum[d] remedium perfecte[e] promerebimur'. Ad haec filii unanimes dixerunt: 'Obtimum consilium invenisti, pater. Parati sumus corde perfecto nosmet ipsos in servos tradere sancto Deicolo. Poeniteat igitur factorum. Si poenitet[f], haud nocet error. Conemur omnimodis, ut carnis generositatem mutemus in mentis nobilitatem. Ab- (cf. 1 Ioh 5, 19.) renuntiemus mundo, qui in maligno positus est; demus operam, qualiter posthac soli Deo vacare valeamus. Monachicam professionem aggrediamur, voveamus nos[a] Deo et reddamus[g]; ambulemus, dum lucem huius vitae habemus, ne nos aeternae mortis tenebrae comprehendant'. Quibus dictis, satellites perciti accurrunt, tristem eiulatum agentes funebrique more bachantes. Flebile dictu! Cerneres praefectorios barones, paulo ante aquilis velociores, leonibus fortiores[h], alienis uti solaciis et quasi vinctos ferro ante beati patris sepulchrum deportari. Cumque ibidem diutissime divinae supplicarent clementiae, se errasse, se merito in hanc miseriam devenisse, lacrimabiliter acclamantes, tandem[a] interventu sancti patris caelitus sunt respecti ac pristinae integritati redditi. Quid amplius agerent? Pater cum filiis surgens, communi voto communique consensu tradiderunt se Deo sanctoque suo Deicolo, non ad servitium militare, sed ad obsequium monachile. Quo facto sacramento iusiurandi, super tanti patris sepulchrum se unanimiter tricaverunt[1], quatinus eorum nullus se subtraheret, quin in proximo seculo funditus abrenunciaret ac beatissimi patris[i] Benedicti regulae tonsura, habitu, professione oboedicialiter[k] se subderet et eiusdem loci stabilitatem finetenus custodiret. Qua paccione peracta, iterum iterumque iuramento terribili firmitudinem super sanctum patrem fecerunt, ne ab illa die et usquequo caelum volvitur locum ipsum et omnia quae subiacent illi vel ipsi pro hereditate cuperent possidere, vel quispiam unquam[l] de parentelae eorum successione habiturus esset vel quantum est pedis spacium iure hereditario possidendum. Et facta stipulatione coram multis, regressi sunt in sua cum laetitia non modica[m].

13. [De stupro regis Lotharii et morte eius et Eberhardi]. Sed quia adhuc supersunt nonnulli qui mirantur et scire gestiunt, qualiter locus sancti patris devenerit in iniquam manum Heberardi comitis et filii eius, non piget qualitercumque veraci stilo prodere. Sed dum hoc[n] nitor, videor temporibus praeposterum ordinem imponere, quem Greci anastrophę vocant, racioni autem et paginae quae subiacet[o] praesumptionem vel praeoccupationem, quam Greci prolepsin nominant. Postquam vero beatus Columbinus, peracto laboris sui cursu, caelestia regna petivit, in locum eius venerabilis abbas Icba[p] successit[2]. Qui cum annis multis strenue eundem locum gubernaret et magna vigilantia gregem sibi commissum previderet, cerneres subito propter novae Herodiadis fraudulentiam abbatem cum monachis expelli et omnia divinae scolae arma, heu! perditum iri. Haec autem extitit causa. Eo tempore quo[q] Lotharius rex in Alsacia provincia morabatur, in fisco suo nobili qui Marelegia vocatur[3], cuius adhuc dignitatem miri operis moenia excelsa testantur, repente antiqui hostis cauterio inustus est et in tantam praecipitatae mentis insaniam perductus, ut uxorem suam religiosam reginam Bertsindam[r, 4] dimitteret et lupam quandam nomine Walderaldam[s] duceret. Quae quia praestigiatrix erat opinatissima, ita maleficiis multigenis regis[t] animum fascinavit, ut omnia quae ab illo peteret facile impetraret. Cumque nefas tale cresceret, et nemo esset qui facillaret[5], quasi licenter miserum caput tanto utebatur incestu. Tamen, verecundia agente, quia in palatio versari cum illa[u] nequivit, abbatiam Sancti Deicoli illi tradidit atque infernali dote ditavit. Tunc meretrix laetissima effecta, sacrum locum sibi usurpavit[6] et in loco[v] qui dicitur Sancti Quintini consedit ibique omnia quae sancti patris erant funesto more depopulavit. Abbatem iniuriavit, monachos omnes pepulit. Ideo procul dubio in amaritudine erit anima eius in aeternum. Venerabilis autem regina, postquam divortium sensit scortumque regis desensit[w], noluit eum pro[x] palam traducere, sed salubri correptione corrigere. Initoque cum[y] familiaribus consilio, reclamationis gratia

a) *deest* 2. 3. b) c. r. 2. 3. c) vestra 2. 3. d) vestrarum 2. 3. e) perfectum 2. 3. f) peniteat 2. 3. g) r. nos 2. 3. h) ferociores 2. 3. i) nostri *add.* 2. 3. k) obedientialiter 2. 3. l) usquam 2. 3. m) *hoc loco cap.* 15. *inserunt* 2. 3. *Mab.* n) n. h. 2. 3. o) racioni *iterum add.* 1. p) Icho 1. q) quod 1. r) Bersindam 1. s) Walderadam *h. l.* 1. t) *deest* 3. u) illo 2. v) locum 2. 3. w) *ita* 1. 2. 3; deprehendit vel agnovit *superscr.* 1, deprehensit *Mab.* x) ad 2. 3. y) cons. c. f. 2. 3.

1) Id est 'obstrinxerunt'. 2) In diplomate Lotharii regis dato prid. Non. Maii, indict. 13. adeoque anno 865. Hicca abbas Lutrensis memoratur, ut Sammarthani in Gall. christ. adnotarunt. Ergo si Icba noster idem est cum illo Hicca, quod quidem verisimile videtur, non immediate successit Columbino, qui ad saeculi VIII. initium pertingere vix potuit. MAB. 3) Marlenheim. 4) Teutbergam. Auctor multa minus recte ex populi ore, ut videtur, narravit; cf. Dümmler, 'Ostfr. R.' I, p. 685. Cf. locum Miraculorum s. Glodesindis, SS. IV, p. 237. iniuria omissum, quem SS. XXIV, p. 506, n. 1. exhibendum duxi. 5) Id est fauces aperiret. MAB. 6) Quod in dubium vocatur Gall. chr. XV, p. 163, argumentis non satis firmis.

Romam quantocius adiit. Quae cum inmodica veneratione ab omni coetu Romano suscepta fuisset, secreto apostolicum pontificem convenit sui seniorisque discidium plena lacrimis aperuit. Quod cum pastor aecclesiae comperisset, apostolicis litteris regem accersivit ocius, quatinus tanto sceleri finem imponeret et de caetero emendaret. Cumque rex accersitus veniret, uti regem decuit honorifice receptus[a] est. Peracta oratione, in consistorio Lateranensi papa cum rege colloquium habuit atque digna causatione castigavit. Tunc rex corde compunctus[b], terrae prostratus, veniam peciit et se culpabilem reddidit. Acceptaque poenitentia, papa reginam in praesentiam[c] regis vocavit et in Christo reconciliavit et reginae dexteram regis dexterae reddidit atque terribili anathemate illum obstrinxit, ut secundum apostolum sicut Christus aecclesiam ita et ipse diligeret amodo uxorem suam. Quo peracto, rex Galliam[d] regre- Ephes 5,25 ditur, regina autem, sicut femineum iter exigit[e], protractius[f] viam carpsit, adeo ut illam rex nunc duobus, nunc uno die praecederet. At praefata maga audiens, quia rex aecclesiastico tenore reconciliatus esset reginae, colubrino sibilo regem, absente[g] regina, aggreditur denuo. Cumque, iam superato monte Pardorum[1], quadam nocte rex hospitaretur apud castrum Sancti Domnini, praefatae lupae missatici notho agiliores supervenere[h], vestimenta eius prostibularia regis oculis inferentes. Quibus inspectis, ita furoris et invidiae ignibus in reginam confestim exarsit, ut inrevocabili censura secum deliberaret non ante repatriare, quam illam videret decapitari. Sed praevenit voluntatem eius divina sęveritas atque dispositionis eius iustissima aequitas. Nam, cum in crastinum de hospitio moveret incolomis, priusquam cibi aliquid attingeret, ita cum suis omnibus subita aura contagiatus atque plagatus est, ut de tanta multitudine nec inventus sit unus cui remaneret[i] cutis aut pilus. Tandem reatum cognoscentes, Placentinam urbem moribundi[k] subintrant. Ibi quippe miserabilis rex cum suis omnibus sine redemptionis viatico vitam finivit, exceptis 835. quodam clerico et servitore morbido, qui veritatem rei vix nunciarent evasi. Quis apud semet ipsum constitutus non videat, hanc evidentem ultionem per merita sancti Deicoli fuisse exertam[l]? Cumque regina[m] devota ad memoratam urbem perveniret et tantam stragem mortuorum lacrimolenta videret, christum Domini, seniorem suum, tumulari fecit, ceteros vero prout facultas dedit subterrari iussit, et post haec in pace repatriavit. Audiens autem Walderalda femina nequissima omnia quae acciderant in via Romana, timore venerabilis reginae plus territa quam proprii sceleris reatu[n] conpuncta, quippe quae de christianitate quicquam praeter solum vocabulum non[o] habuit, fuga pocius quam voluntate lapsa, Deum quaerere simulavit monasteriumque Sancti Romarici[2] hipochrita intravit. Cumque ibi aliquandiu velo potius quam mente[o] conversaretur, post tergum respiciens, doluit locum Sancti Deicoli sibi penitus auferri et quasi se exheredatam more femineo coepit conqueri. Accitoque Heberardo[p] comite, consanguinitatis[q] occasione scelus adhuc immane praesumpsit eique locum sanctum sub advocationis tuitione commisit. Ille autem, ut erat cupidus et sacrorum invasor locorum, occasione tali locum invasit beati Deicoli et post infandae mulieris decessum unca manu sibi in hereditate asscivit. Et fecisset. Nam nec ipsi[r] impune cessit. Nempe secundum prophetam sanguinem admiscuit sanguini, id est scelus addidit sceleri. Adallindam[s] cf. Osee 4,2 vero legitimam uxorem suam dimisit, repudii libellum dedit, semet ipsum autem lupanaribus immiscuit. Nam quandam nonnam apud monasterium Eresteheim[t, 3] sibi applicavit et inquitatem illam ad mortem usque pertraxit. Adallindis autem post haec quid fecerit, paginae inserendum[u] honestas non sinit. Comes vero[v] ipse quali morte vitam finierit, propalare exempli causa non piget. Audenter dico quae personis fidelibus asserentibus nosse me luce clarius contigit. Crederes videlicet ipsum pene triennio Herodiana peste percussum, qui secundum Actus apostolorum percussus ab angelo, scatens vermibus Act. 12,23 expiravit. Vermes quippe ita sibi a vertice usque ad talos ebulliebant, ut frequentanei eius maximum inde putorem tolerarent. Sicque miserabiliter cum Herode vitam miserabilem finivit. Nec dubitandum, quin in tormentis aequalem sortiatur poenam, cuius in omni scelere imitatus est vitam. Et quia beato Deicolo praeiudicialiter hereditatem suam tulit in terris, ipse se quodammodo aeterna hereditate privavit in caelis.

14.[w] [Ubi Hildigardis de sepulchro eius territa rediit, et de dolore dentium eius]. Sed quia iam in superiori capitulo satis memoravimus, qualiter Hugo[x] comes iniquus sancti Deicoli heres sit effectus, nunc restat, ut et aliqua mira sancti patris opera propensius calamo pandamus. Hildegardis namque comitissa, eiusdem Hugonis coniunx, vice quadam curiositatis causa illecta, sancti patris oratorium cum presbiteris et cetera fidelium turmula temere intravit, ut aliquid de tanti[y] patris gleba secum maximo pro munere Alsatiam[z] asportaret. Cumque multo conamine sacri cooperculum sarcofagi levare sudarent, tantus terrae motus subito omnia aedificia concussit[a], sequentibus tonitruis quam maximis et fulminum terroribus, ut omnes amentes effecti caecitate densissima quaterentur, adeo ut nemo fere duabus horis proximum suum videre valuisset. Tunc comitissa corde compuncta experta est in brevi, quantum valeant apud Deum gloriosa merita dilecti[b] sui Deicoli. Sed quia nequicquam[c] ad tumulum sancti patris laborare comprobata est, ad sepulchrum[d] beati[e] Columbini audacter scrutatura[f] accessit, ut vel discipuli aliquid carperet, cui divinitus magister fuit negatus. O mira Dei iudicia! Cum

a) susceptus 2. 3. b) cump. 1. c) presentia 2. 3. d, ad G. 2. 3. e) exiit 1. f) protraccius 1. g) absens 1, *ubi* regina *deest*. h) supervenire 1. i) inhereret 2. 3. k) s. m. 2. 3. l) exortam 1? *Mab*. m) d. r. 2. 3. n) RHATY (ρηατυ) *superscr.* 1. o) *deest* 1. p) Eberardo, *superscr.* h 1. q) cums. 1. r) ipse 3. s) Adallindæ 1. t) *ita* 1; Erestein *Boll.*; Etestehm 2; Ethestehin 3. *Mab.*; Hestehin *cod. Belf.* u) infer. 2. 3. v) vero, *in marg.* vel autem 1. w) *nulla cap. distinctio* 1. x) c. H. i. h. s. D. 2. 3. y) gl. t. p. 3. z) Alsatiam *corr.* Alsatias 2. a) cumc. 1. b) *deest* 2. 3, *ubi* Deic. sui. c) nequiquam 1; necquicquam 2. d) tumulum 2. 3. e) sancti 2. 3. f) scutatura 1; *deest* 2. 3.

1) Idem quem Paulus Hist. Lang. VI, 58. Bardonis Alpem dicit. 2) Remiremont. 3) Erstein.

paucis accessit, facile tumbam aperuit unumque tantummodo dentem magna[a] cum festinantia[b] sibi arripuit iterumque tumulum clausit. At postquam dentem dispexit[c], more feminae[d] dubitare coepit, an pro reliquiis venerari[e] debuisset, quod tam facile et sine resistentia promeruisset. Et ut fidem illi aliqua virtus ostensa daret, prunas ardentes in oratorio cumulari iussit dentemque in medium proiecit. Quid plura? Dictu cicius dens crepitum[f] maximum dedit, saltum, quousque maceria[g] obstitisset, victor et innocens fecit. Tandem credula effecta, preciosum pignus recolligere studuit magnaque diligentia secum collocavit. Ex illa hora et quandiu superis convixit, dolor dentium ab ea vel ad horam non recessit. Tunc sera poenitentia ducta, dentem tumulo restituit, dolor tamen immobilis illi[h] remansit. Et quare sanctus Domini tumulum permitteret aperiri, nollet tamen asportari, dicat qui velit, mihi vero non lucet. Unum tantum patet, ut, quia monachi feminarum consortia declinare solent, quod perfectus pater in vita sua custodire studuit, hoc et post mortem violari noluit. Tunc aperte omnibus innotuit, quantum valeant merita magistri, si tantum discipuli.

15.[i] [Ubi beatus Balthramnus locum intravit Sancti Deicoli]. Silere integram paginam non censeo, quod pene omnes Europae incolas necessario persentiscere contigit. Postquam Hugo comes et filii eius, quos et[h] supra titulavimus, vellent nollent, sicut voverunt Deo et sancto Deicolo, locum sanctum liberum reddiderunt, curiose quaerere coeperunt perque[k] multas heremi cellulas, si usquam invenire possent amicum Christi aliquem et verae conversationis institutorem, qui et locum paterno more et monastico ordine fulciret, et ipsi sub eius imperio vexillum sacrae ferrent obedientiae. Extitit autem tunc temporis quidam omnipotentis Dei amicus familiaris nomine Balthramnus[l], vitae per omnia laudabilis, qui iam tunc per decem quinquennia vitam hereniticam inreprehensibiliter ab omnibus duxisse fatebatur[m]; tantasque iam virtutes per illum Dominus operatus est, ut nec Adriaticus sinus nomen eius recludere posset, sed etiam apud Danaos praeconium eius celebre haberetur. Nempe pro caelibatus eius magnitudine — taceo de regibus terrae et obtimatibus — ipse famosissimus princeps Otto, qui tunc[n] agebat in sceptro, frequentare illum solitus erat et maximis donariis locum eius habundanter extulit, adeo ut ipse venerabilis pater ob frequentiam hospitum secretum sibi tuguriolum, in quo secum versari posset, construeret, locum autem, quem primitus probavit, monasticae disciplinae, collecta non minima monachorum caterva, devote aptaret. Cumque sanctus vir lucrandis animabus aliquot annos invigilaret, antiquus hostis per satellites suos multis iniuriis exturbare coepit[o] illum, dolens sibi cotidie detrimentum fieri de animabus, quas vir Domini eius dentibus eripuit et Deo reddere studuit. Occasione vero[p] accepta, duo episcopi avariciae peste[q] stimulati, hianti fauce eundem locum coeperunt invadere, non ut illis curae esset de loco, sed ut res, quas fidelium largitas ad stabiliendum divinae scolae servitium loco concessit, de eius sacro obitu interim suspensi, studio rapaci penitus sibi autumnarent[r]; quorum alter[s] Metensis erat aecclesiae provisor[1], alter vero Argentinensis[2] extitit oeconomos ovilis. Cumque tales aecclesiarum arietes erga[t] beati pauperes Christi res caelitus coacervatas diu altercarentur — nam unus illorum parroechiae occasione, alter vero loci subiectione suo iuri cedere contendit —, vice quadam omnipotentis Dei famulus maxima invalitudine captatus[u] est atque fini propinquus[v] effectus. Cuius opinio infirmitatis dum vicinas pervolaret provincias, utrique[w] episcopi [quasi[x]] vultures rostro famelico viri Dei cellam invadunt eiusque felicem transitum praestolantur suspecti. Quod cum ille comperisset, subito superna medicante clementia confortari coepit ac meliorari. Et convocans iniquorum hominum aliquos[y] personales ad se, diligenter inquisivit causam operiendi eorum. Cumque illi secundum quod se res habuit narrassent, vir Domini respondit: 'Sed et ego non ignoro voluntatis vestrae nisum et inimici humani generis machinamentum. Recedite quantotius! Nam non morior modo. Et credite mihi, quia non continget vobis quod cupitis, ut oblationes fidelium, quas me contigit[z] habere, vos debeatis post obitum meum extirpare'. Tali concrepitu omnis ille conventus valde recessit inde confusus. Vir autem Domini plus cupiens rerum suarum ipsum qui dedit Deum habere heredem quam saeculum, larga manu coepit omnia quae habuit pauperibus et clericis prodige expendere, volens semet ipsum funditus expedire, etiam senex peregrinationem pro Christo accipere et dies sibi concessos apud beatissimum apostolorum principem Romae clausarius et privatus sacro insistere ocio. Quod cum denundinatum percrebuisset[a] apud Hugonem ac filios eius, lacrimabili precatu virum Domini non segnes petierunt, ne illos desereret quasi orphanos et orbatos. Quibus beatus[b] vir Domini respondit, nullo modo se ibi amplius durare, sed invidiae locum dare velle, atque ita sibi a Domino destinatum fuisse. Illi autem luminibus perudis[b] amplius virum Dei perurgere coeperunt, dicentes: 'O amice Christi[c] specialis et columna sanctae aecclesiae inconcussibilis, audi servos tuos, et ne derelinquas nos desolatos. Sciat paternitas tua, nos monachilis[d] vita moribusque voti diu existere, sed ducem ac patrem non posse hactenus invenire. Qua de re, pater sancte, conplaceat[e] tibi nobiscum pergere huc prope ad locum quendam sanctum et monasticae conversationi convenientissimum qui Luthra vocatur'. Quibus vir[f] Domini respondit: 'Quid vobis locus ipse contingit[g]'? Aiunt illi: 'Nihil quippe ad nos pertinet, sed vir quidam beatissimus nomine Deicolus, qui et sancti Colum-

a) magnam 1. b) festinatione 2. 3. c) despexit 3 d) femineo 2. 3. e) honorare 2. f) strepitum 2 3 g) materia 3. h) *deest* 2. 3. i) *sequentia supra post cap.* 1. 2. *ponunt* 2. 3. *Mab.* k) que *deest* 2. 3. l) Baltrannus 2. 3. m) ferebatur 3. n) nunc 2. o) i. c. 2. 3. p) eius 2. 3. q) avaritia st. 2. 3. r) autumarent 2. 3; *sed v. Duc. h. v.* s) valter 1. t) ergo 1; propter res 2. 3. u) captus 2. 3. v) propinquo 1. w) utriusque 1. x) *deest* 1. y) aliquot 2. z) contingit 3. a) percrepuisset 1. b) *ita codd. edd., i. e.* valde udis. c) Dei 2 3. d) monachili v. m. voto 2. 3. e) placeat 2. 3. f) beatus vir r. 2. g) contigit 2. 3.

1) Adalbero. 2) Uto.

bani fuit discipulus, a Domino promeruit in hereditatem. Ipse quippe sibi[a] locum construxit et monasticae disciplinae subegit et sua sancta praesentia cotidie ibi miraculis choruscat. Accidit autem occasione quadam, ut parentes nostri locum ipsum non ante plures annos invaderent et quasi proprium possiderent. Nunc autem adeo ibi[b] sumus divinitus perterriti, ut in praesentia tanti patris sacramentis horrificis nuperrime nos obligatos habeamus in proximo monachicam professionem arripere et perpetuo ibi stabilitatem custodire'. Ad haec vir pius respondit: 'Scriptum est: *Omnia quae facis fac cum consilio, et post factum non poenitebis*[c]. Si divinae providentiae placet, ut moveam de loco isto et vestro cedam hortamento, talem facite credentiam mihi in conspectu fratrum nostrorum coeterorumque[d] fidelium, ut omnia divini officii ornamenta quae penes me habeo salva atque intacta illuc deferatis et ibi mihi inconvulsa[e] reconsignetis. Ea dumtaxat conditione, ut prius illuc dirigam aliquem de fratribus nostris fidelem virum, qui diligenter locum probet in silvis, in agris, in pratis, in piscationibus et in omnibus quae monachorum utilitas exigit, quia solus non veniam, sed fratres meos ac servitores mecum ducam[f]'. Ad haec illi: 'Fiat', inquiunt, 'iuxta voluntatem tuam, pater'. Et sacramento facto in conventu multorum, sicut sancto viro placuit, direxit cum illis nepotem suum nomine Werdolfum, quem per se instituit, et in quo tota spes sua post Deum extitit, qui cum omni diligentia veritatem rei[a] probaret[g]. Ad virum Dei reversus, laetum nuntium retulit; et postquam illi locum secreto prodidit, addidit: 'Cavendum est', inquiens, 'ne hominibus istis facile fidem praebeamus. Locus vero ipse, ut omnes fatentur indigenae, Romanae subiectus est dominationi et subscripto censu summo subiacet pontifici[1]. Quapropter, si in praesentia principis Ottonis locum reddibere voluerint[h] et pristinae libertati reddere, ab ipsa imperatoria manu recipiamus illum, tali videlicet certitudine, ut usque in perpetuum nemini liceat violare, quod sceptrigera magestas diffinit illibatum permanere'. Vir Domini ad haec: 'Acceptabile', inquid, 'sit Deo omnipotenti consilium tuum. Nunc ergo accingere, viam oboedientiae arripe et haec omnia ex parte mea innotescere imperatori accelera'! Qui ilico patris praecepto parere studens, ascensis caballis, prospero itinere imperatorem adiit et de quo agebatur innotuit. Quodsi quis mihi liventi obiciat oculo, eundem principem tunc temporis imperatorem non extitisse, facile per strophatum illum revincam sillogismum, accidens esse honor superadditus[i], essentiam vero in identitate persistere. Et quia effici potuit quod effectus est, potestas illi semper affuit, actus autem ad horam successit. Sed haec per excessum. Nam[k] coepta prosequamur. Cumque piissimus princeps haec omnia comperisset, rerum repertori grates egit et post haec ait: 'Audite, omnes consiliarii aequitatis et amici fideles, cogitavi multotiens illum patrem nostrum beatum virum Balthramnum, quia praecordialiter illum diligo, si mihi vellet consentire, pontificali honore sublimare; nunc autem, ut video, magis elegit pauper Christi persistere in agone certaminis sacri quam huius mundi[l] faleramentis prosperari. Et ecce nuntius eius certissimus, per quem mihi fideliter mandat, in peregrinatione se mori[m] velle pro Christo et locum quem hactenus incoluit invidiae relinquere. Est autem locus in Burgundiae partibus sacrae conversationi satis aptus, quem hucusque Hugo comes et filii eius usurpative possederunt; quem sanctus vir[a] a dominatione nostri sibi rogitat liberaliter delegari et omnia quae Deus omnipotens illi ad servitium suum stabiliendum concessit imperii nostri auctoritate eidem loco perpetualiter succlinare[n]. Nam locus ipse sub advocatione imperii nostri Romanae atque apostolicae subiacet sedi'. Responderunt aulici atque consiliarii imperatoris: 'Si placet maiestati tuae, o[o]

cf. Eccli. 32,24

a) *deest* 2. 3. b) s. i 2. 3. c) penitebit 1. d) *ita* 1. e) inconvulse 1. f) deducam 2. 3. g) comprobaret 2. 3. h) voluerunt 2; noluerint 3 *ed.* i) *ita* 1. 3; honorem superadditum 2. *ed.* k) iam 3. l) saeculi 3. *ed.* m) v. m. 2. 3. n) subcl. 2. 3. o) o. p. o. t. *des.* 2. 3.

1) In vita haec ita narrantur: *Tandem inspiratione superna sapienti usus consilio, collecto coetu fratrum ac servitorum, Romanam petiit celsitudinem. Cumque a Romano pontifice satis honorifice susceptus fuisset, postquam limina apostolorum visitavit orationemque complevit, subtili inquisitione papa requirit, quaenam causa sit tanto patri tam grandem itineris laborem suscepisse. Cui vir Domini: 'Scotigena', inquid, 'frater, sum, pro Christo sum peregrinus. Contigit autem me subsistere et iuxta voluntatem Domini in Galliarum partibus apud Burgundiones in loco qui Luthra vocatur, ubi iam divino adminiculo principibus apostolorum, qui hanc Romanam possident arcem, duo oratoria pro posse[a] construxi. Et nunc Dominus ditavit locum illum per principes terrae illius praediis quam optimis et fiscis regalibus et paene in omnibus quae ad usum fratrum nostrorum sufficere possunt. Est autem gens illa effera et rapacitati supra modum dedita. Quapropter, praesul, capitalem placet mihi locum ipsum et omnia quae subiacent illi apostolorum principi firma traditione delegare sub testificatione perpetuae memoriae, eo videlicet tenore, ut successores mei, qui amodo et deinceps ipsum disciplinabiliter gubernaturi sunt locum, annis singulis huic praesentiae apostolicae pro censu deferant decem solidos argenti'. Patratisque omnibus pro quibus perrexerat, iuxta firmae petitionis rationem accepit cartam apostolica auctoritate sigillatam, ut, quandiu mundus steterit, eiusdem loci abbas, qui secundum electionem fratrum ibi commorantium ordinatus fuerit, in omnibus habeat liberum arbitrium disponendi quae Dei sunt absque ullius contradictione. Quin insuper clavigera[b] manu sub anathematis vinculo praeceptum dedit, ut nulli regum vel optimatum unquam liceat loco praefato molestiam inferre vel vi vel potestate, nisi qui Romanum imperium ministrat et advocationem apostolicae sedis sortitur, semper eundem locum defensione sua fideliter tueatur. Beatus vero Deicolus apostolica donatione valde laetificatus, Romanis moenibus dorsum dans, cursu retrogado Galliam celer repedat, caelestibus oneratus muneribus, id est pretiosis martyrum reliquiis et ornamentis ecclesiasticis simul cum privilegio suo, apostolico obfirmato sigillo.* Quae ficta esse satis constat.

a) p. meo 3. *ed.* b) clavifera 3.

princeps omnis terrae, accersiantur ante conspectum tuum viri illi, qui hucusque contra fas et ius eundem[a] locum sibi vendicaverunt, et lege publica coram reddant et sacramento firmissimo credentiam talem faciant cunctis militantibus atque privatis fidelibus tuis, quatinus ex hoc nunc et usque in saeculum nec ipsi nec aliquis successionis illorum iniquitatem illam praesumat renovare aut locum ipsum vi aut potestate audeat inquietare, sed firmiter atque inconvulse, sicut ab inicio constructionis loci fuit, fratres[b] Deo ibidem et sancto Deicolo famulantes[a] liberum maneat arbitrium eligendi abbatem secundum Deum, qui loco potentialiter praesit absque contradictione aliqua. Quin insuper imperialis celsitudo intimare curet apostolico episcopo, quatinus caelestium auctoritate clavium privilegii praeceptum[c] componat, clausura[d] anathematis insolubile faciat, sigillo apostolici nominis obfirmet'. Quid tantum morari in singulis necesse est? Omnia secun- 959. dum quod Divinitati placuit imperator devotus fidelium consultu[e] implevit[1]; sacri invasores loci iniquos vocavit, iure universali locum recepit atque mille sub testibus beato viro, secundum quod superius dictum est, potestative contradidit. Ipsum quoque Ruodulfo duci atque praefatis comitibus ad custodiendum sub fidelitatis suae condictione[f] commisit atque res sancto viro caelitus collatas. Tali igitur tenore vir Domini in locum destructum beati Deicoli inthronizatus est cum monachis suis ac servitoribus et omnibus quae divina largitas illi concessit. Et valde necesse fuit, ut secum subsidium sumptuum deferret, quia omnibus humanae vitae rebus locum destitutum lamentabiliter invenit. Tunc omnimodis nisum dedit, qualiter locum renovare spiritaliter posset. Monasterium [sanctae[g] Dei genitricis] semper[que[g]] virginis Mariae, quod ibi[h] ante permodicum fuit, honorifice ampliavit, exaltavit et ad perfectum usque perduxit. Officinas pro posse in brevi construxit, ut monastica disciplina, quae semper apud illum viguit, a monachis custodiri inviolate posset. Intravit autem pater venerandus locum eundem in vigiliis apostolorum Symonis et Iudae[2], atque eodem anno in assumptionis die perpetuae virginis Mariae, sicut illi ante plures annos 960 Aug. 15. divinitus praesignatum fuit, plenus Spiritu sancto obiit[3] ac sepultus est in dextris altaris monasterii, quod ipse in melius renovavit. Ibi quippe frequentius, cum fides petentium[i] exigit, miraculis coruscat. Ipso vero regna caelestia petente, in regimine monasterii nepos eius Werdolfus illi successit, qui adhuc superest et caelibem vitam ipse vivit[k] et omnibus recte conversari volentibus ut lampas emicat.

EXPLICIT[l] VITA SANCTI DEICOLI.

a) eiusdem 2. 3. b) fratribus — servientibus 2. 3. c) praecepta 2. 3. d) c. a. i. *des.* 2. 3, *qui pergunt* faciatque s. a. n. firma. e) consultum *codd. ed.* f) conditione 2. g) *haec des.* 1; sanctissimae 3. h) *deest* 2. 3. i) credentium 2. 3. k) ducit 2. 3. l) *ita* 2; *de cod.* 1 *v. p.* 674

1) Cf. diploma Ottonis a. 959, April. 6. datum (Stumpf nr. 260). 2) i. e. Octob. 27, anno igitur 959. 3) Aliter Ann. necr. Fuld. a. 960, SS. XIII, p. 199, ubi legitur: 13. *Kal. Sep. ob. Baldaram conf. Christi* (codex alter: *Baldram solitarius*).

EX TRANSLATIONE S. MAURINI AUCTORE STEPHANO.

ED. L. DE HEINEMANN.

Monasterii S. Pantaleonis Coloniae a Brunone celeberrimo huius ecclesiae archiepiscopo largissime fundati basilica, in qua a. 964. *aedificari coepta ipse sanctus antistes sequenti anno sepultus est*[1], *anno elapso, corruit*[2]. *Quam cum Folcmarus Brunonis in archiepiscopio successor reaedificandam suscepisset*[3], *inventum est corpus cuiusdam abbatis et martyris Maurini, de cuius vita et passione nihil certi exstabat vel exstat. Inventionis huius et translationis eiusdem sancti corporis in novam S. Pantaleonis ecclesiam tunc factae historiam Stephanus quidam iussu Christiani primi S. Pantaleonis abbatis*[4] *c. a.* 980[5], *ut videtur, conscripsit, addens quaedam miracula meritis S. Maurini perpetrata.*

Quod opusculum edimus, omissis Sermone in natalicio s. Maurini, quippe qui, Translationem antecedens, nihil memoria dignum contineat, et miraculis nonnullis, ex codicibus

1) Guelferbytano Aug. 76, 14, *membr. fol. min., saec. XI, f.* 47'—48'; *2) Archivi Dusseldorpiensis*[6] *A* 18, *olim S. Pantaleonis, saec. XII. ex. aut XIII. in., cuius lectiones a V. Cl. Wachter enotatas archivo regio praefectus V. Cl. Harless benivole nobiscum communicavit. Praeterea codex Bruxellensis nr.* 329—341, *saec. XV, olim S. Pantaleonis*[7], *hanc Translationem continet.*

Editionem primam paravit Surius, Hist. SS. ed. 1. *VII, p.* 497—502 *(ed.* 2. *III, p.* 681 *sqq.), quam repetivit G. Henschen, Acta SS. Iun. II, p.* 279, *'collatam ex aliqua parte Ms. Passionali ecclesiae maioris Eifliae', eandemque recudi fecit Mabillon, Acta V, p.* 336—341. *L. de H.*

Domino Christiano Stephanus exiguus. Imponis, pater, mihi quod ferre non possunt humeri. Maurinum[a] precipis laudare et eius opera stilo dare, quorum unum officium est angelorum, alterum hominum sapientissimorum. Si martyr invictus, in ore et mente bonorum omnium scriptus, litteras desiderat, habet Colonia [vel[b] Agripina], secunda, si dignatur dici, Roma, suos Gregorios, habet Iheronimos, quos civitatis[c] supernae decet scribere consules. Sunt nihilominus sub alis[d] tuis educati non pauci, qui indeficientem Nilum viderunt et biberunt seque huic operi pares ostentant. Quid ergo mihi in silvam ferre ligna[8]? Bruno, ille nobilis filius columbae, sacrarium sapientiae, te invenit, in quo complacuit animae suae. (cf. Matth. 3, 17) Compertum quantum prestitistis saeculo, cari invicem et noti et in verbis prudentiae sepe admirati. Tui ergo

a) Mauran. *h. l.* 1. b) v. Agr. *superscr.* 1. 2. c) sup. c. 2. d) aliis 1.

1) Chron. regia Colon. a. 964. 965. 2) C. 1. 3) C. 3. Sedit a. 965—969. 4) V. prologum. Christianus a. 964—1001, Mart. 21. monasterium rexit; cf. Chron. regia Colon. ad a. 964. 1001; Necrol. Fuld. in 'Forsch. z. D. Gesch.' XVI, p. 172. 5) Certissime post a. 976, cum Gero archiepiscopus Coloniensis, qui hoc anno mortuus est, c. 3. *sanctae memoriae* dicatur. Quoniam autem in Chron. regia Colon. ad a. 980. legitur: *Dedicatur ecclesia beati Pantaleonis* 9. *Kal. Novembris a venerabili Warino archiepiscopo*, hac occasione Translationem a Stephano conscriptam esse, coniicit Dümmler, 'Otto I.' p. 466, n. 4. 6) De quo v. Simson in 'Archiv f. d. Gesch. d. Niederrheins. Neue Folge' II, p. 148 sqq. 7) Cf. Anal. Bolland., App. p. 194 sqq. 8) Cf. Horat. Sat. I, 10, 34: *In silvam non ligna feras.*

et predictorum officii est caelitum merita tractare, quibus invidiam promereri est facile, nisi forte admirabili[a] sapientia animi tui hoc Maurino[b] miraculum addere decrevisti, ut ei hominis organo iumentum Balaam deserviat. Pareo, hac conditione interposita, ut supremam manum imponas operi et titulum tuo dedices nomini.

SERMO IN NATALICIO SANCTI MAURINI MARTYRIS.

. . . .

DE TRANSLATIONE SANCTI MAURINI.

1. Peracto beato agonis sui triumpho, egregius Dei athleta Maurinus, locus tumuli caelo tantum
966. notus et angelici tantum obsequii reverentia veneratus, habitavit usque ad incarnati Verbi annum nongentesimum sexagesimum sextum, agente tum in sceptris divo Ottone, primo Ottone. Cesserat abhinc anno humanis officiis eiusdem principis divus frater Bruno archosantistes, et mutata vita, christorum Domini ante Deum captabat premia. Qui corpore extra muros urbis secundum desiderium cordis sui reconditus, in oratoriolo sanctorum Pantaleonis, Cosme et Damiani, medicorum Domini, locum quem vivens coluit mortuus ornabat[c]. Erat autem oratoriolum pro tenera novellae conversationis infantia angustum et magnis meritis magni presulis impar. Ruit ergo solotenus piissimo divinae potentiae effectu sine inhabitantium discrimine, sine familiaris rei dampno et sui ruina occasionem editioris fabricae prebuit. Caeli quoque inopinas dederunt copias proventuro operi, thesaurum inexhaustum, gemmam diadematis Domini, curam sui et angelici populi. Nam, quia non potuit latere sub modio lucerna ardens coram Domino, dum ponendo fundamento terra effoditur, loculus — gloria tibi, Christe! — Maurini martyris invenitur, qui Brunoni manum conferret[d] et in altero latere Pantaleoni astaret. Folcmarus ergo, dignus Deo digni Brunonis in sacerdotio successor[1], vocatus adfuit caelestis doni arbiter et caelestium exequiarum minister. Ac primo pervidetur lapis loculum claudens inscriptus martyris nomine et officio et martyrii eius die et loco: *Hic requiescunt ossa bonae memoriae Maurini abbatis*[e], *qui in atrio ecclesiae martyrium pertulit, sub die 4. Id. Iunii.*

2. Amoto lapide, lignea ferro evincta invenitur arcula, cariȩ indicans priscae passionis tempora. Tota omnibus portis civitas ad spectaculum illud angelicum non potest dici quam pio ruit affectu, clerus et sanctimonialium se dedit chorus. Sanctae autem memoriae antistes cum reverentiae obsequia et orationum prelibasset[f] sollempnia, spe et sancto plenus timore, reliquias virtutum et medelae scias detexit et, ostenso in terris angelorum cive, populum Dei gaudio et gaudii lacrimis saciavit. Renovantur antiqua miracula, hauritur odor, quo electos suos Dominus testatur. Putares balsamis veneranda ossa fluere. Vincitur sermo miraculo; minus est omne quod dico, sed qui hodierna agitis gaudia, in aeternum eadem vos satiari contingat fraglantia! Iam vero quis, non dicam expediet, sed digne miretur ipsorum pulcram gloriam ossium? Pulcro namque corporis indumento, quanta sit spiritus pulcritudo et munditia, compertum est. Videres brachia nota ferri inscripta, videres ossa passionis grandine quassa et in toto corpore militaris animi cerneres signa. Velent ducum aut regum cadavera byssus liliis aut purpura contendens violis aut detorti pondera auri. Quid sunt autem hec ad Maurini collata gloriam? Byssus et purpura vermium est esca, Maurini cicatrices et vulnera sunt inmortalitatis signa.

3. Hic quedam Reginildis nomine sanctimonialis femina cum Maria Magdalena prima ad sepulchrum respecta, viventem spiritum in mortuis ossibus invenit et nuntiavit. Hec in monasterio ancillarum Christi extra urbis muros sito merito et officio nota, diutino capitis incommodo auditus munere cassata est simul et oculorum lumine pene privata . . . . et fidei pretio visus et auditus munia redemit incolomisque officio quod[g] agebatur iubilavit et quotquot angelico illi spectaculo intererant in fide subrexit.

4. Sanctae autem memoriae Gero, post datus episcopus[2] dignus Deo, secundo loco beati martyris meritum agnovit et predicavit. Cum enim, astante Folcmaro presule, delectae secundi ordinis personae[3] pretiosas sancti corporis margaritas vino ex devotione baptizatas novo ordinarent repositorio, officiosa se sedulitate admisit et egregie audax uno martyrem dente mutilavit. Mira dicturus sum: mox in ipsa manu rapti teste poenas dedit et invisibili igne non ardens arsit. Agnovit eruditus animus celestem animadversionem, quam solus sensit, sed videre ipse non potuit. Quid ageret? Libenter pignus retineret, sed poenam sustinens, etiam animo maiorum expectatione fortius, nisi reddidisset, torquebatur. Deducuntur interim pignora sancti, comitante populo archam Domini, in voce exultationis et confessionis epulante. Preerat tunc monasterio Sanctae Mariae dominae nostrae quod dicunt Novum venerabilis Wolvereda virginum Dei mater et abbatissa, que huic spectaculo intererat et psalmorum cantica in codice recitabat. Hanc Gero accivit et cum reverentia in libro sanctum dentem deposuit, complacuitque martyri quies in acerra thuris Davitici, factumque est unum idemque[h] momentum, dentem posuisse et passionem. Demonstrastique, Ihesu bone, quanta martyrem tuum diligentia velis tractari, huiusque rei precium esse a gehenna liberari. Posita sunt autem debito fidelium honore ossa beatissimi Maurini in oratorio sancti
Oct 13. Benedicti sub die 3. Id. Oct.

5. Magnis maiora, gloriosis succedunt gloriosiora. Thiedo, post datus episcopus[4], tunc in monasterio Sancti Severini custodis officium administrabat. Is non dissimili devotionis affectu de sancti mar-

a) admirari 1. b) Maurini *edd.* c) *sic edd.;* ordinabat 1. 2. d) conferre 1. e) aggatis *corr.* abbatis 1. f) prelibasse 1. g) *e corr.* 1. h) idem *post corr.* idemque 1.

1) A. 965–969, Iul. 18. 2) Coloniensis, sedit 969, post Iul. 18. — 976, Iun. 28. 3) i. e. presbyteri. H.-E. 4) Cameracensis c. a. 973–976; cf. Gesta ep. Camerac. I, 92, SS. VII, p. 438: *Tetdonem . . . . Coloniensis aecclesiae sancti Severini prepositum;* Dümmler, 'Otto I.' p. 498, n. 1. H.-E.

tyris corpore quod occurrit latenter tulit sibi suisque domi profuturum. Cum iam nox esset, in familiariori[a] loco posuit. Ecce in diluculum cum locus ipse tum proxima queque tantae suavitatis completa sunt fraglantia, ut evidens esset, caelos eam distillasse gloriam. Res nova, miraculum illustre! Ingredientes et egredientes caelesti communicantur beneficio, sed latet causa. Quod in Maurino Deus operatur sentitur, nil tamen ipsius ibi scitur. Libet hic paululum immorari et in miraculo aliud miraculum demirari. Usum hic cum natura odor perdidit. Nam, cum subito processerit, post duas aut tres horas more solito non recessit nec cum integro die aetatem equavit, sed fere 7 solibus sine exemplo senuit. De agris, de plateis curritur, irruit alter post alterum, facturi quique per se ipsos insolitae novitatis fidem. Rumor et odor vero nituntur, causa neque etiam opinatur. Datur tandem gloria Deo, gloria martyri. Res namque nobilior de commisso redditur. Thiedo aperuit verbum emissum patri monasterii, in cuius tuitione est martyr, alter post alterum, quisque[b] notum quasi novum nuntiat. Is, sicut est divini timoris et amoris adprime scientia eruditus, sciens, quia omnia quecumque voluit Dominus fecit, animum fidei dedit et totus[c] animi organis alleluia sonuit. Placuit tamen ei duos suae congregationis fratres mittere, quatinus et eos in cultum sancti excitaret et filiorum relatione suum suorumque animos indulcaret. Profecti ergo, non solum ut dicta eis sunt invenerunt, sed secum fratribus non modicas odoris detulere reliquias. Putares ipsos affectus et secum quoquo ibant circumferre aromata. Venerabilis autem monasterii rector magnitudine gaudii et dulcedine animi demum attractus, descendit, divino animum nectare pavit et grata vicissitudine tura[d] laudis Deo litavit. Folcmarus quoque reverendus antistes et ipse adveniens, rumorem auxit et honorem ampliavit. Sanctas namque cum suo odore reliquias in altario beati Severini locavit et iunctos in caelo in terris sociavit.

6. In semet ipso quoque idem antistes expertus[e] est, quanti sit apud Deum meriti Maurinus emeritus miles. Superveniente namque sacratissima paschalis gaudii sollempnitate, vehementi oculorum dolore 967. Mart. 31. coepit fatigari. Vir autem venerandus flagello divinae admonitionis aequo quidem animo membra substravit, sed merore amplius deficiebat, ne forte nobilis Colonia sine episcopali officio sanctum perageret pascha. Mart. 28. Quinta autem feria, quam indulgentiae diem nominant, vix magno imbecilli hominis et devoti animi conflictu pontificalia administravit, et usque ad lectum langor invaluit. Sed dum Maurinum animo reducit, consilium presul invenit. Denique patrem monasterii, in quo martyrium sancti[f] floret, secreto accivit, cui langoris sui inclementiam paucis aperuit[g]: 'Semper quidem', inquit, 'christiani animo divina desideranda est correptio, quae semper filiis sit in salutem. Caro enim attrita conscientiam purgat, spiritum emaculat. Ecce[h] devotus porto flagellum, quod misit Dominus; sed vides, quantus populosae civitatis in aecclesia concursus, vides, quantus de remotissimis etiam regionibus, festivitate invitante, confluxerit populus, quos omnes in iudicium mei sine fructu laboris, sine exortatione sermonis, sine viatico benedictionis in sua dimitto. Nascitur tamen mihi quedam securitas, quod, si quid de memoria sancti Maurini ad me delatum fuerit, mihi quoque quam omnibus impendit misericordiam non denegabit'. Tum discessum est. Die autem facto qui dominica passione colebatur illustris, dentem beati Mart. 29 martyris egrotanti prefatus abbas ad lectum mittit antistitis. Comitatur sanctum pignus[i] caelestis medelae munus[k]. Nuntiatis enim monachis, assurgit sacerdos venienti in suo pignore martyri, quasi audiens: *Surge et ambula.* Matth 9, 5 cf ib 9 20. Depressis alta reverentia luminibus, dentem admovit, et quod mulier euangelica tactu fimbriarum Domini accepit, se accepisse exultavit. Subito enim dolor omnis fugiebat, ante sanctum stare non poterat. Sic, inclite martyr, aecclesiae episcopum perdonasti et Regis tui pascha honorasti. Die autem sancti[l] paschae cum inter missarum sollempnia pro iucunditate festi presul verbum faceret, Mart. 31. sermonis ductu ad salutis suae migravit auspicem. Stupentibus cunctis, quibusdam vero gaudentibus, Maurinum vere sanctum, Deo[m] carum, quecumque voluerit impetrare a Deo compotem, libera voce pronuntiavit, morbi sui inclementiam, sed in adventu sancti subitam edocet fugam. Pontificali deinde statuit edicto, ut dies passionis eius honorabilis celebrisque inter nobiles anni festivitates numeretur. Similitudo autem quedam dubii animi Thome sanctissimi Meginhero cuidam, nomine et officio noto, oborta est, quod scilicet martyr et nomine esset obscurus et, excepto epitaphii[n] verbo, scripturae testimonio careret. Pontifex autem testis sui sententiam fixit, quique dentem sanctum curatorem suum dum advixit ita coluit, ut in modico pignore totum se martyrem habere confideret.

7. Interea siccitatis flagello universa laborabat regio. Ad nota ergo presidia sancta confugit Colonia precibusque et sacrificiis instabat iniqui sereni redimere malitiam. Procedebant letaniae, exibat clerus, prodibat sanctimonialium chorus, et longa populorum examina sanctae crucis vexilla et sanctorum martyrum deducebant suffragia. Sed divina sententia, forte quia fidem et patientiam in populo suo quesivit, spatio duorum fere mensium pluviam suspendit. Erat autem videre mori pro ventura spe anni. Squalebant arva pulvere, et flavi sulci ad aquas hiabant. Superveniente autem sacratissima beati Mau- Iun 10 rini passionis die, ecclesiae beatae memoriae Dei genetricis et semper virginis et sanctissimi caelorum clavigeri senatorius clerus et diversae conditionis populus duce Meginhero — nam episcopus aberat — ad memoriam sancti cum letaniis descendit. Denique promptus[o] iam dubium ponere animum, pro angustia temporis idem Meginherus ad martyrium populo missas facit. Ventum est ad sermonis[p] sui ordinem, convenientia pro tribulatione dicta sunt. Cumque sermonis virtute cor populi erigeret, haec

a) famamiliariori *corr.* familiariori 1. b) quique *post corr.* quisque 1. c) totius *edd.* d) iura 1. e) compertus *post corr.* expertus 1. f) s. fl. *bis scr., sed semel del.* 1. g) apper. *h. l.* 1. h) dš *add., sed del.* 1. i) non *add., sed del.* 1. k) pignus *ead. m. corr.* munus 1. l) *sic* 1. m) Deum *corr.* Deo 1. 2. n) ephit. *corr.* epit. 1. o) promotus *corr.* pronotus 1. p) semonis 1.

ita subintulit: 'Ecce', inquit, 'misit Dominus verbum in terra, quod non viderunt patres nostri. Ecce enim populosa civitas iterum atque iterum ad deprecandam faciem Domini mittit senes et iuvenes, mittit pueros et virgines coetusque infancium et lactantium nitidos, omnem clerum et universum populum; et non est, qui exaudiatur. Et quae est sub nostro sole civitas hac nostra locupletior sanctorum? Ubi apostolorum patrocinia sic presentia? Ubi tot in unis cubilibus martyrum milia et tot aurea virginum agmina? Ubi sic presentes confessores et episcopi, qui genuerunt hunc populum Domini? Apud quos rugiebant demones[a], quorum presentiam portare non poterant, nos pro anima et patria supplicantes audire dissimulant. Sitit dura tellus, languet omnis regio, et iuxta Ieremiam *non recordatur Dominus scabelli pedum suorum in ira furoris sui*. (Ierem. 2, 1) O inclita Domini castra, armate animos perseverantia et experimini vim facere clauso caelo! Erigere in fide, miles Dei, et nubem, ne transeat, oratio oppositam vel Maurino scinde patrono! Si hunc Dominus fatiscenti[b] revelavit subsidium seculo, donet hodie hanc nobis quidem misericordiam[c], martyri autem suo gloriam, ut, sicut hodie pro se hic martyr sanguinem suum fudit, ita pro eo terris benedictionem pluviae Dominus fundat'. Dixit et salutarem hostiam immolatum ascendit, et ecce in serenissimo aere Helyas noster nubila contraxit; tonitru omne celum mugiit sicque largissimam pluviam dedit, ut per aliquot horarum spacium qui convenerant extra locum exire non possent. Sicque unius dubitatione salus facta est patriae. Mira dicturus sum: multis postea annis iussi sunt celi legem pati et annuum cursum observare huius diei, ut annua pluvia hoc tanti beneficium signi ad memoriam revocarent; unde et martyrem vulgus nominat sanctum pluvialem[d], nos autem aeterna misericordia dicimus liberalem.

8. Quia coepi, loquar opera Domini. Puero cuidam morbus quem dicunt varicum densa visum caligine obnubuit[e] et oculorum munus extinxit. . . . . . . Coloniae natus et educatus, facie sed et genere notus, cognatos et affines gaudio et totam civitatem miraculo et martyris complevit preconio.

9. Theusburg[1] nomen est villae. Hic ante aliquot annos inguinaria Dei permissu debachata est pestis et non paucos inopina morte soporavit. Inter alios presbiterum aecclesiae provisorem morbus invadit, qui hoc consilio mortem distulit. Qui se familiarius curabant rogat, ut amicorum et parentum subvectione Coloniam veniat, 'ad memoriam', inquit, 'martyris, qui ibi recens revelatus, signorum virtute coruscat' . . . . Ita dum civitati appropiat, clementius egrotat; ubi autem ad memoriam sancti ventum et oratum est, et sibi et omnibus in prefata villa eodem morbo laborantibus integerrimam sanitatem fidei auro optinuit.

10. Longum est ire per singula, quomodo virtutibus iustus ut palma floreat. . . . . . .

11. Geronem quendam, sacerdotio et officio clarum, ita gravissimus languor perculit, ut vita in confinio mortis palpitaret. Iam ei pollices, iam lingua ligabatur, cum puerum cum argento ad nostrum medicum mittit et, ut pro se celeriter et fideliter faciat membris morientibus, exposcit. Ivit, rediit et dominum, paulo ante cum morte agentem, in lecto residentem invenit et comedentem . . . . Age ergo nunc, pater inclite, pater pie, age cum iudicibus seculi causas nostras, ut et in terris digne te veneremur et ibi quandoque desideratam tuam faciem contemplemur, ubi epularis et cum angelis delectaris gloria et aspectu Agni, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

a) doemones 2. b) faticenti 1. c) misericordia 1. d) pluialem 1. e) *sic* 1; obnubit 2.

TRANSLATIO S. ALBINI MARTYRIS.

ED. L. DE HEINEMANN.

Inter annos 983—991.[2] *Theophanu imperatrix corpus cuiusdam martyris Albini Roma Coloniam transferens, in S. Pantaleonis monasterio recondidit. De cuius martyris vita ac passione cum nihil certi notum fuisse videatur, eum*

1) Duisburg. 2) Regnante Ottone III. imp. (v. infra p. 688, l. 1) et ante ipsius imperatricis mortem a. 991, Maii 16 (cf. Necrol. S. Pantal.: 17. *Kal. Iun. obiit Theophanu imperatrix, que sanctum Albinum a Roma translatum nobis contulit*). Intra hos annos bis Theophanu ex Italia in Germaniam reversa est, a. 984. et aetate a. 990 (cf. Giesebrecht, 'Kaiserzeit' ed. 5. I, p. 624. 649), quibus duobus terminis translatio nostra ascribi potest. Equidem a. 984. maluerim, cum hoc anno imperatricem in Rheni partibus commorasse constet; cf. Giesebrecht l. l. p. 624—626. Quibus offendunt quae leguntur in charta Theoderici abb. S. Pantaleonis d. a. 1330, Maii 26, Acta SS. Iun. IV, p. 172: *hinc est, quod nos peccatores, licet indigni, tanti patroni gloriosi martyris sancti Albini militis primi in Britannia martyrium passi, cuius reliquiae primo a beato Germano episcopo a Britannia in urbem Romanam et postea per imperatricem Theophaniam, imperatoris Ottonis tertii matrem, a Roma Coloniam ad nos translatae trecentis et quinquaginta annis apud nos sunt reconditae* etc. Quae cum ex Translatione ipsa hausta esse videantur, temporum definitionem minus accuratam non est cur magni faciamus.

Albanum celeberrimum illum Angliae protomartyrem fuisse, quem a Germano episcopo Autisiodorensi saec. V. Romam deportatum esse, ex Beda falso coniecerunt, excogitarunt. Quam falsam de s. Albino martyre relationem[1] *secutus sive ipse eam effingens, auctor saec. XI. medii*[2], *qui Coloniae vixit*[3], *duarum illarum translationum historiam conscripsit, quarum primam ex Bedae Historia ecclesiastica compilavit, alteram ex 'maiorum relatu' enarrasse videtur.*

Quod opusculum exstat in codicibus 1) *Guelferbytano Aug.* 76, 14, *membr. fol. min., saec. XI, fol.* 48'; 2) *Dusseldorpiensi saec. XII. ex. aut XIII. in. et* 3) *Bruxellensi nr.* 329—341, *saec. XV. Cf. supra p.* 683.

Iam circa a. 1470. *Historia s. Albani martyris s. l. et a. typis expressa est, in qua Translatio nostra adhibita esse videtur*[4], *eandemque novit G. Henschen, qui Commentarium scripsit historicum de s. Albino Acta SS. Iun. IV, p.* 172 *sq., ex codice Treverensi S. Maximini. Integrum opus nuper typis in lucem prodiit in Analect. Bolland., Catal. codd. hagiographic. p.* 196. *ex codice Bruxellensi.*

L. de H.

ITEM RELATIO, QUOMODO SANCTI[a] ALBINI PRECIOSI MARTYRIS RELIQUIAE AD NOSTRUM TRANSLATAE SUNT MONASTERIUM.

Quia karitas non inflatur nec sapit superbę, ab exiguitatis[b] nostrae tantillitate fraternitas vestra (cf. 1. Cor. 13, 4.) non detrectavit requirere, si quid forte quomodocumque caperemus de preciosi martyris Albini translatione. Unde quicquid vel maiorum relatu vel ex librorum annalium serie potuimus colligere, curavimus vobis insinuare. Nec dedignemini, quesumus, vel unam ariditatis nostrae stillam fluentis vestris infundi, cum ex inundatione vestra nos opus habeamus inrigari[c]. Caritas enim cum omnia vincat, et in hoc nostrae prevaluit verecundiae, ut imperiti presumamus peritissimis scribere. Preelegimus vero ingenioli nostri scribendo periculum facere quam de re excellentissima requisiti vacare. Nos ergo comperta paucis absolvimus, vos autem, de paucis gnari multa cogitare, castigatius examinate quae dicimus.

1. Cum[5] igitur diu Britannia[d] heresi infecta Pelagiana a fide aberraret catholica, quasi pro caelestis irae vindicta vicinis traditur ferienda, a quibus variis et miserandis cladibus per multum tempus est affecta. Quapropter epistolam lacrimis erumnisque plenam mittunt ad Aetium, tunc orbis Romani patricium, nec impetrant auxilium. Tandem igitur resipiscentes et, quia pro perfidia celitus inpugnantur, cognoscentes, imperantibus Martiano[e] et Valentiniano, sub presule Romano Simplicio, a Gallicanis episcopis apostolicae fidei defensores querunt Germanumque Autissiodorensem[f] et Lupum Trecassinum suscipiunt. Confirmant sacerdotes fidem catholicam verbo veritatis, comitantibus miraculorum signis. Bellum etiam Saxonum, Pictorum atque Scotorum[g] contra Brittones cunctis[h] viribus susceptum divina retundunt virtute, ubi Germanus dux belli factus, non tubae clangore, sed cum alleluia totius exercitus in excelsum elevata voce hostes in fugam vertit inmanes. Confirmatis in fide sana Brittonibus, reditumque iam properantibus ecclesiasticis sacerdotibus, pro benedictione quoque susceptis sancti martyris Albini reliquiis[6], cum tendentes Romam adtigissent Ravennam, a Valentiniano imperatore suscepti sunt honorifice. Sancto autem Germano ibidem ad Christum migrante, predicti martyris reliquiae Romam delatae, maxima veneratione sunt habitae, usque quo monarchiam Otto tercius optinuit, qui, defuncto patre, puerulus adhuc cum matre Theophanu regni gubernacula administravit. Quae diva augusta Sancti Pantaleonis monasterium

a) eiusdem pr. 1, 3, *ubi* Relatio de passione sancti Albini martyris *praecedit.* b) exiguitate 2. c) imitari *corr.* inrigari 1; irrigari 2. d) Brittan 2. e) Martiniano 1. f) Autisiod. 2. g) Scottorum 2. h) iunctis 3.

1) S. Albanum in Britannia mansisse neque a Germano episcopo esse translatum, ex Beda, Hist. eccl. I, c. 18. satis elucet. 2) V. infra p. 688 l. 18: 3) Romam ipsum auctorem adiisse, apparet ex his verbis: *Romaeque ab apostolicae ecclesiae edituo eadem ipsi percepimus.* 4) A. 1502. Coloniae opus repetitum est hoc titulo: 'De inclyti et gloriosi protomartyris Anglie Albani, quem in Germania et Gallia Albinum vocant, conversione, passione, translatione et miraculorum choruscatione'. Neutrum exemplar vidimus. 5) Quae sequuntur ex Bedae Hist. eccl. 1, c. 13. 15. 17. 18. 20. 21. excerpta sunt. 6) Econtra Beda, quem hucusque auctor secutus est, in Hist eccl. I, c. 18. tradit: *B. Albanum martyrem acturi Deo per ipsum gratias petierunt* (sc. Germanus et Lupus). *Ubi Germanus omnium apostolorum diversorumque martyrum secum reliquias habens, facta oratione, iussit revelli sepulcrum, pretiosa ibidem munera conditurus, arbitrans oportunum, ut membra sanctorum ex diversis regionibus collecta, quos pares meritis receperat caelum, sepulcri quoque unius teneret hospitium. Quibus depositis honorifice atque sociatis, de loco ipso, ubi beati martyris effusus erat sanguis, massam pulveris secum portaturus abstulit* etc.

summo honore coluit et regali munificentia sublimavit sanctorumque reliquiis premunivit, quia, depositis membris corruptibilibus, ibidem diem Domini expectare statuit. Hec igitur, a presule Romano predicti martyris reliquiis impetratis, Italiaeque finibus translapsis, cum transitum conaretur, in Alpibus summis equus exuviarum sanctarum baiulus[a] repente corruit et per preceps devolutus in montis radicibus substitit[b]. Qui cum imperatricis et omnium qui aderant merore maximo quereretur et iam minutatim disruptus aestimaretur, sanus et incolumis repertus est in vallibus imis, inlesis etiam ubi reliquiae virtutum sciae recondebantur scriniis. Gratiarum igitur actione pro miraculo viso celebrata, iter acceleraverunt prosperoque cursu Mogontiacum venerunt. Ubi licet eiusdem sedis antistes[1] augustam cum memoria martyris venerabiliter excepisset, donariis quoque non spernendis honorasset, verebatur tamen, et auctoritate regia et martyris memoria recens adducti, cognatione vocabuli, sui martyris Albani gloriam extenuari; nam uterque eorum vocabatur Albanus. Hunc ergo nostrum martyrem Albinum vocari, obnixe rogavit et cum optimatum regni consilio simul et auxilio impetravit. Sic imperatrix devota demum voti compos Coloniam venit et in loco quo veneratur adhuc sacrum pignus deposuit umbraculumque capitis sui superposuit sibique post obitum ante ipsum altare, sicut hodieque cernere licet, sepulchrum constitui[c]
1049. iussit. Postea vero cum letaniae sollempniter cum sanctorum reliquiis Coloniae celebrarentur, et apostolicus Leo simul et imperator Heinricus cum eiusdem sedis presule Herimanno presentes haberentur[2], hunc de quo agimus proprium suum martyrem a Romanis appellari audivimus Romaeque ab apostolicae ecclesiae edituo eadem ipsi percepimus.

Hec sunt quae ex maiorum relatione memoriae nostrae non exciderunt et passim in annalibus reperta ad exaranda caetera nos animaverunt. Vos ergo, quia et figulus fossorem luti necessarium habet, opem nostram rusticanam nolite spernere, sed artificum more ex informi materia pulcherrimum vas elaborate[d]; simulque valete!

a) *sic* 2. 3; baratus (?) 1. b) subsistitit 1. c) construi 2. d) elaborare 1.

1) Willigisus. 2) A. 1049, mense Iun.; cf. Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 83.

EX VITA KADDROAE ABBATIS WALCIODORENSIS.

ED. L. DE HEINEMANN.

Qui Kaddroae ex Scotia oriundi, tum secundi Walciodorensis, postea S. Clementis vel S. Felicis Mettensis abbatis Vitam iussu Immonis abbatis, ut videtur, Walciodorensis[1] *conscripsit auctor incertus*[2], *quamvis viro illi familiaris non fuerit neque gestorum eius quidquam sciret praeter audita*[3], *tamen, non ita multum a Kaddroae aetate remotus*[4], *opus composuit ad cognoscendam monasteriorum in Lotharingiae provincia reformationem saeculo decimo peractam haud inutile.*

Quare hoc loco, omissis quae in prioribus capitibus de sancti nativitate eiusque in Scotia et Anglia itineribus narrantur, Vitae alteram partem, paucis praetermissis, damus, usi editione in Act. SS. Mart. I, p. 474—481. *ex ms. Hubertino parata, quam recudi fecit Mabillon, Acta V, p.* 489—501. *Iam antea autem Colganus, Acta SS. Hiberniae I, p.* 494 *sq. eandem Vitam publici iuris fecerat. Excerpta quaedam, scilicet c.* 32—35, *Vitae Deoderici episc. Mettensis sunt annexa SS. IV, p.* 483—484; *quare ea nunc repetere noluimus. L. de H.*

Venerabili in Christo patri Immoni . . .[a] omne bonum in summo bono. Cum me tibi, pater, obedire sponderem, tale quid imposuisti, quod, nisi ad ultima quaeque promisissem, digne recusarem. Iussisti enim, ut aliquid de actibus felicis viri Kaddroe describerem, quasi aut disciplinarum quippiam consecutus sim aut ita viro illi familiaris fuerim, cum neque ingenium suppetat neque gestorum eius aliquid sciam praeter audita. Huc accedit, quod me rusticum inter rhetores verba cogis facere: materia aliquibus profutura stili grossitudine multos offendet. Verum quoniam inter nos schedulam te comprimere promisisti, parui ut potui. Si autem incurrerit manus aliquorum, stilum excusabit materia, quae licet inter aemulos, sicubi forte fuerint, omni carebit invidia, cum et ipse bono animo acceperim, si quis eam in melius commutatam augmentaverit. Ceterum in situ insularum et nomine regionum minus nos reprehendat, ne inertiam alterius monstrando suam insipientiam ostendat, legat potius historias, ut nos vera dixisse cognoscat. Hic et aeternum, pater beate, vale!

. . . .

19. Turbatis omnibus, Kaddroe moeror invasit, irruensque nox clauserat diem, et ipse moerore et ieiunio confecta membra in lectum compulit. Assistens ergo vir eum ita affatur: 'Hi', inquit, 'omnes qui tecum sunt mare transire non poterunt, ne tibi in via Dei, quam intrasti, molestiam inferant. Nepotem itaque tuum et aliquos secum redire suade, et tunc mari emenso, ulterior te laetum ripa excipiet'. Exurgens igitur, visionem sociis retulit et iuvenem dictum, dato vehiculo et sumptibus, redire praecepit;

a) Reimanno *ecgraphum Boll.*; Ousmanno *Colgan.*

1) Cf. epist. ad Immonem abbatem. Duos hoc tempore illius nominis abbates fuisse, quibus opus suum auctor forte dedicaverit, Mabillon l. l. p. 487. commemorat, Immonem scilicet Walciodorensem, quem a. 991—995. hoc monasterium rexisse, Hist. Walciodor. c. 38, SS. XIV, p. 523, narrat, et alterum Immonem Gorziensem, qui ad annum 1006. coenobio dicto praefuerit. Cum Schultze, 'Forschungen zur Gesch. d. Klosterreform' p. 51, n. 3. Immonem Walciodorensem praetulerim. 2) Bollandianum ecgraphum eum Reimannum nominabat, Colganus nomen Ousmanni in suo legit. 3) Cf. epist. ad Immonem abbatem. 4) C. 29. de iuvene a Kaddroe sanato: *atque adhuc testis est factae in se clementiae.*

sicque solventes navim, plenis velis portum Boloniensem appulsi sunt, et per terram iter agentes, Parronam monasterium[1] advenerunt; ibique domnus Kaddroe Domini clementiam et beati Fursei merita implorat, ut sibi commorationis locum ostendat. Nocte autem veniente, adest ei in visu beatus Furseus. Quem cum ille, quis esset, inquireret, nomen edicit, se ab eo invocatum venisse pandit et, ut locum mutare debeat, praecipit. Non longe erat matrona Hersendis[2] nomine, nobilitate et opibus inclyta, sanctae devotionis ardore plena. Et quia erat sterilis, si quos inveniret sanctae peregrinationis viros, suscipere cogitabat eisque benefacere propter nomen domini Salvatoris[3].

20. Audito itaque peregrinorum adventu, mox adest exorans et suadens, ut ad se dignentur venire. Qui cum se locum a seculo eis paratum dixissent quaerere, ubi labore manuum suarum viventes Domino possent servire, gavisa illa, ostendit eis locum in silva Theorascense sacrum beati Michaelis ex nomine[4]. Quem cum habilem suae voluntati dilexissent et, a matrona ecclesia ampliata domibusque constructis, manerent, communi consilio — erant enim tredecim — statuere, ut domnum Kaddroe sibi dominum et patrem eligerent. Ad quod cum nullo modo cogi posset, coniunctis secum aliis, Machalanum[5], virum summae bonitatis et suae socium peregrinationis, ut sibi imperare debeat, efficiunt. Ibique diu sic habitantes, matronae praedictae beneficiis aliti sunt. Interea devotionis desiderio crescente, monasticae religioni coeperunt aspirare. Unde cum voluntate Dei domina illa Machalanum Gorziam, scilicet disciplinatui venerabilis Agenaldi[6], Kaddroe vero Floriacum, ubi Erkembaldus, vir magnae religionis, praeerat, direxit. Ambo ergo quod cupierant assecuti, Machalanus apud patrem Agenaldum monachum professus est, Ian. 25. Kaddroe vero die conversionis Pauli apostoli apud Floriacum coram domino Erchembaldo habitum et animum monachalem induit.

21. Emenso itaque tempore, saepe dicta matrona Gorziam misit, omni affectu domnum Agenaldum orans, ut Machalanus ad locum olim electum posset regredi, reversusque locum, quem susceperat, gubernabat. Erat autem locus supra Mosam fluvium prisco vocabulo Walciodorus nominatus[7]. Huc illum advocans, monasticum ordinem instituit domnumque Kaddroe a Floriaco reductum, omni conamine renitentem, praepositum ordinavit. Multi non fluxerant dies, cum videret Machalanus utriusque loci curam vires suas excedere, salubri consilio multorum petitionem sibi iungens, domnum orabat Kaddroe, ut nomen patris in loco Walciodoro non recusaret suscipere. Expavit homo stupore vehementi, et ultra quam credi potest reluctans, abnuit. Illis autem insistentibus, ne pro humilitate scandalum fratribus faceret, rege tunc, post augusto, Ottone cogente, vix acquievit, ut susciperet nomen abbatis[8].

22. Praeconio igitur sanctae conversationis nomen eius longe lateque crebrescens, multos ad agonem sanctae regulae advocabat. Gaudebant multi ex naufragio seculi portum monasterii contingere. Inter quos ad Christum nobilis Girerus nomine confugiens, militiae cingulum solverat, et monachum professus, in monasterio militabat. Moris est monachorum sibi sub caritate devote invicem servire. Unde iste cum socio suo coquinae officio iussus fuerat insudare. Quod cum libenter exciperet, ut aliquid operis ageret, cultrum qui propter iacebat arripuit, moxque spiritu nequitiae se admiscente, manum suam feriens, gravi vulnere cruentavit. Currens ergo et ad patris Kaddroe vestigia provolutus, dampnum quod fecerat, manum cruentam ostendens, indicavit. Cui pater compassus, super locum vulneris signo crucis edito, ad officium iniunctum abire praecepit. At ille cum benedictione discedens, recedente dolore, manum subito miratus est pristinae redditam sanitati, reversusque, pro adepta sanitate gratias referebat; sed vanae gloriae inimicus, ne cui diceret, imperavit.

23. Praedicta praeterea matrona sancto ardens desiderio, exceptis his quae commemoravimus locis, locum quendam Bucceleum[9] nomine a fundamentis in honore beati Petri erexerat atque ad Deo serviendum virginum chorum ibidem aggregaverat; inter quas spiritus erroris unam praesumpsit et agitabat. Ut fera igitur corripitur et in vincula conicitur. Causa extitit, qua pater Kaddroe locum visitaret. Occurrunt cum gaudio et susceptum patrem venerantur atque inter cetera sororis infortunium pandunt,

1) Péronne.

2) Uxor Eilberti comitis, qui cum illa a. 944. monasterium Walciodorense fundavit; cf. diploma Ottonis I. imp. d. a. 946, DO. 81, et Hist. Walciodor. c. 14, SS. XIV, p. 510.

3) Cf. DO. 81: *et cuidam nobili viro Eilberto nomine assensum preberemus de rebus sui iuris monasterium edificare in honore sancte Marie semper virginis in loco qui dicitur Walciodorus, ubi iam dictus vir et uxor sua Hersuindis in religione ferventissima susceperant quosdam Dei servos peregrinationis gratia a Scotia venientes et sub regula sancti Benedicti vivere cupientes.*

4) St.-Michel-en-Thiérache. Cf. diploma Rodulfi episc. Laudun. d. a. 945, Febr. 3, Mabillon, Acta V, p. 909: *Processu denique temporis quaedam matrona nomine Hersendis per assensum Herberti nostrae ecclesiae archidiaconi, cui idem erat oratorium (sc. Michaelis in Terascia) iure beneficiario collatum, divina inspiratione compuncta, prout melius potuit, restaurare libenter studuit. Ubi causa orationis ad eumdem oratorium confluentibus diversarum partium populis, laus et honor Dei omnipotentis et venerabilis memoria beati Michaelis archangeli adeo crevit, ut etiam homines Hibernicae regionis mare transnavigantes ad nos causa peregrinationis, loca in quibus commorari deberent uspiam perquirentes, ad praedictam matronam angelico ductu, ut credimus, pervenerunt.*

5) Antea abbatem Walciodorensem; v. Hist. Walciodor. c. 37, l. l. p. 522, ubi tamen Machalano falso tertius abbatis locus assignatur. Cf. Malcaleni elogium historicum ap. Mabillon, Acta V, p. 548–551.

6) Eginoldus abbas Gorziensis ab a. 933—959, Aug. 18. sive 19; cf. Dümmler, 'Otto I.' p. 302, n. 2.

7) Waulsort; cf. supra n. 3.

8) Quo anno hoc factum sit, non satis constat, fortasse a. 946, cum Otto I. Remis commorabat et Sept. 19. Walciodorense monasterium confirmabat; St. 138; DO. 81.

9) Bucilly, de quo v. Hist. Walciodor. c. 10, l. l. p. 509.

utque captivae subveniret, precantur. At ille audiens graviter doluit et contra antiquum hostem fidei scutum arripuit. Interea, sole ruente, dies clauditur, et ei stratus, in quo quiesceret, in domo iuxta ecclesiam ab ancillis Dei praeparatur. Sene itaque quiescente, sano consilio misera adducitur et in domo illa ponitur. Spiritus autem nequam, se poni quo nolebat, dolens, cellam clamore per os puellae compleverat; cum pater Kaddroe excitus et inquietudine commotus increpansque spiritum: 'Discede', inquit, 'funeste, discede et plasma Dei agitare desiste'! Mirum dictu! Vix vir Dei verba compleverat, et spiritus impurus, dato rugitu, per foedas corporis partes fluxu ventris expulsus, foetore intolerabili cellam replevit. Quid est, maledicte diabole, tu super astra caeli tuum exaltares solium, qui super terram loquentem ferre hominem non audes, vermem et cinerem futurum? Bene tibi contigit, ut, qui gloriabaris tuo consilio hominem deceptum a patria exulare, peregrinorum a pervasis sedibus Verbi eiceris potestate.

24. Rumor igitur ubique nomen eius detulerat, et de virtutibus viri omnes gentes narrabant. Adalbero praesul nobilis nobilem Metensium[1] nobiliter gubernabat cathedram. Cumque e diversis partibus multa ad eum perferret fama, huius quoque viri nomen detulit, et ut erat amator religiosorum, venerabiles viros Agenaldum et Ansteum[2] ad se advocatos de viro interrogavit et, quomodo ad eum perveniat, inquirit. Venerabiles iam igitur dicti viri, desiderio domni pontificis rescito, saepe virum Dei super eo alloquuntur. Sollempnis erat dies, qua beati martyris Gorgonii agebatur festiva memoria, et undique Sept. 9 confluentibus populis, ipse quoque homo Dei Kaddroe advenerat. Nacti itaque locum, ei praesulis voluntatem exponunt, et suas preces ante eum prosternentes, ut secum dignaretur manere, exposcunt. Sed quis eorum non diligeret in terris societatem, qui in caelestibus castris iam meruerant aeternam dignitatem? Precibus ergo supplicantium evictus, consentit et locum non longe ab urbe Metensi positum et multorum sanctorum corporibus et reliquiis inclytum, sed tunc iam ad nihilum redactum, suscepit commendatum[3].

25. Et quia, ut iam diximus, curam susceperat animarum, quosdam secum a Walciodoro adduxit et his qui remanserant secundum voluntatem illorum patrem praefecit; qui licet postea a via rectitudinis exorbitaverit[4], non multum ad illum pertinuit, nam Dominus, cum per Ezechielem de non conversis impiis loqueretur, ait: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, audies ergo ex ore meo* Ezech 3,17. *verbum et annuntiabis eis ex me. Si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus a via sua* ib. 3, 19. *impia, ille quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Suscepti igitur loci curam agebat, [quem[a] ut ex] ruinis cineribusque elevaret, ut poterat, satagebat. Visitabatur in dies a civibus, accurrebant viri cum mulieribus, quibus ille, ut erat in Domino diffusus caritate, verba vitae, consilium animarum studebat impertiri. Quis enim ad eum moestus venit et laetus non redivit? Quis eius bonitatis suavitate non usus est? Clericorum, monachorum virginumque chori hunc ut patrem colebant, venerabantur, amabant. Quo enim illorum in via salutis scandalizante, dolore compassionis non ustus est? Sollicitudo illi quanta erat pro periclitantibus et infirmantibus cura? Dampno alterius illum affici putares, cum gaudio alieno velut proprio tripudiaret.

26. Interea contigit, ut Walciodorum visitaret, et labente tempore beati Gorgonii martyris annua Sept. 9. remeabat dies, utque ipse occurrere posset, cum Vultmaro[5] Gandensis coenobii cumque Aledrando[6] Gemblacensis monasterii abbatibus repedabat. Iamque Brieum[7] castrum praeteribat, et maturius quam senex soleret ad epulum suadebant. Quibus cum vir Dei non consentiret, forte locum amoenum herbis aquisque irriguum peragrabant. 'Si', inquiunt, 'hinc ieiuni eximus, aquae penuria diutius ieiunabimus'. Ad quos Dei homo conversus: 'Fratres', ait, 'scriptum est: *Vae terrae cuius rex est puer, et cuius principes mane* Eccl 10, 16. *comedunt.* Aquae hic et ubique in manu Dei sunt, qui timentibus se nihil promisit defuturum'. Consentiunt inviti et aliquantisper eunt ieiuni. . . . . . .

28. Praeterea loci commissi causa exigebat, ut comitatum adiret ac Fredericum tunc ducem[8] alloqui deberet. Qui cum a viro Dei in designato loco quaesitus et inventus esset, venienti cum omni humilitate exurgens, ut servo Dei occurrit. Viro autem sancto se officiosissime resalutante, cum in mutuis amplexibus ruerent, putans homo Dei se aliquem suorum sequi, baculum, quem manu gerebat, retro

a) *haec uncis incl. apud Boll., in codice defuisse videntur.*

1) I, sedit a. 929—964, Apr. 26. 2) Abbas monasterii S. Arnulfi Mettensis a. 945—960, Sept. 1; v. Vita Iohannis Gorz. c. 66—68, SS. IV, p. 355 sq. Cf. de eo Mabillon, Acta V, p. 285—287. De Eginoldo v. supra p. 690, n. 6. 3) S. Felicis, postea S. Clementis monasterium Mettense, quod quo anno Kaddroe regere coeperit, certius definiri non potest, sed a. 953. iam abbas huius monasterii commemoratur; cf. chartam, quae affertur in Gallia christ. ed. 2. XIII, p. 867. 4) Haec respicere videntur ad Godefridum abbatem Walciodor., quem propter tyrannidem et superbiam expulsum esse, Hist. Walciodor. c. 39, l. l. p. 523, narrat. Temporum ordinem suo more parum servans, Historia laudata Godefridum illum post Immonem, Machalani, qui Kaddroem in regendo monasterio secutus esse narratur, successorem, a. 995. abbatem institutum esse refert. Econtra ex nostro auctore primum Machalanum, deinde Kaddroem, tum (a. fere 974) Godefridum Walciodorensi monasterio praefuisse apparet. 5) Womarus abbas Blandiniensis et S. Bavonis a. 953—981; Ann. Bland., SS. V, p. 25; cf. Ann. Gand., SS. II, p. 188. 6) Inter Gemblacenses illius temporis nullus huius nominis abbas occurrit, fortasse auctor Aletrannum abbatem Laubiensem indicare vult, qui a. 960—965, Nov. 3, hoc monasterium rexit (Folcwini Gesta abb. Laub. c. 27, SS. IV, p. 69). 7) Briey in territorio Mettensi (Messin). 8) Lotharingiae superioris a. 959—984.

porrexit. Quem cum nullus esset qui susciperet, per fenestram lucebat, ut solet contingere, radius solis, qui videlicet ruentem baculum, velut elementum aliquod solidum, suscepit et sustinuit, ut videres elementa ipsa Kaddroe velle famulari. Quid vero mirum, si amico Dei creaturae serviant, cum eius inimicos terrae semina pascant, quae caelis veniens pluvia nutrierat? A saepe dicto etiam loco, Walciodoro scilicet, Metim pergebat et secum iuvenem, quem ipse nutrierat, comitari iusserat. Qui cum fere in medio itineris oculum graviter dolere coepisset, ab eo signo crucis super se edito, dolorem mox sanus effugisse laetatus est. . . . . . .

30. Humilitatem in eo laudare necesse non est, pro qua iam Dei consecutus est gratiam. Quantae sobrietatis fuerit, nulli mandamus sermoni, quia stilus materiae victus succubuit. Parcitas eius frugalitatis raros forte imitatores habebit, patientia ei ultra humanum modum fuit. Ceterum caritas, quae est iuxta
Col 3,14. apostolum vinculum perfectionis, tanta in eo resplenduit, ut, nisi videris, non credas. Ut autem ex hac aliquid sub exemplo dicamus: Iohannes abbas Gorziensis coenobii columna in templo Dei cuius mortem, sicut nescio quis ait[1], Poenos gemuisse leones montesque, ferae silvaeque loquuntur — gravi inaequalitate corporis correptus, lectulo decubabat. Et quia erat vir inenarrabilis abstinentiae, aridis cibis, ut solebat sanus, imbecilles artus, cogente spiritu, excruciabat. Pater Kaddroe, hoc audito, caritate ducente, Gorziam pervenerat, et nesciente homine, quod cum ecclesiae filiis reddere posset, carnium scilicet edulium parari iusserat, et veniente hora refectionis, posita est coram eis mensula. Cumque
cf 1. Cor. 13,5 illatos cibos Iohannes horreret attingere, sciens Kaddroe, quia caritas non quaerit quae sua sunt, qui iam olim parcitatis amore saltem ovum non contingere statuerat, carnes suscipiens, comedebat. Quod cum vir Dei Iohannes vidisset, iam non valens eius iussui contraire, infirma membra, quoad convalesceret, refocillavit. Quid ergo? Nonne caritati Christi in hoc quoque Kaddroe deservivit? Inde ad monasterium reversus, rigore abstinentiae contra spirituales nequitias scutum recepit.

31. Est locus Metis sacer nomine beati Petri, in quo multitudo virginum Domino pro posse suo servit. His praeerat mater nomine Helvidis omni actu et conversatione ab ipsis cunabulis pene incomparabilis[2]. Sub huius beata cura quaedam erat domina occulta daemonis infestatione vexata, quae, ubicumque eam apprehendebat, in terram elisa, stridens dentibus et spumans arescebat. Contra hanc igitur nequam spiritus infestationem iam dicta illarum sororum mater auxilium beati Kaddroe invitat. Qui paratus omni petenti se tribuere, cum domino Udone, qui ad se tunc venerat, ad locum vadit. Cum vero in virgine erroris spiritus non posset cohiberi, medicus ille in Deo fisus, ad lectum patientis cum illo familiari suo in crucis nomine accessit. Et quia id genus inimici nonnisi in ieiunio et oratione valet eici, ut Kaddroe ieiuniis et orationibus armatum vidit, ab ancilla Dei exiens ingemuit et eam ultra repetere non templavit.

. . . .[3]

1) Verg. Ecl. V, 28. 2) Eadem esse videtur, quae in diplomate Ottonis I. d. a. 960, Iun. 3, St. 272; DO. 210, confirmationem monasterii S. Petri Mettensis continente Hauwidis dicitur. 3) C. 32 35. v. SS. IV, p. 483.

EX HISTORIA RELATIONIS S. WALARICI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Corpora ss. Walarici et Richarii Arnulfus I. comes Flandriae, comitatu Pontivo potitus, a. 952. *ex monasteriis Legonaensi et Centulensi ad S. Bertinum transtulerat. Nepos vero eius Arnulfus II. comes, cum terra Pontivensi et Boloniensi cedere coactus esset, Hugoni duci Franciae, qui monasteria illa restituere studebat, precibus vel minis impetranti, corpora utriusque sancti a.* 981. *reddidit, quae ad monasteria sua reportata sunt. In utroque monasterio de hac re relationes conscriptae sunt. In monasterio Legonaensi nempe monachus quidam paulo ante medium saeculum XI*[1], *ut videtur, historiam relationis s Walarici et miracula eius post relationem facta litteris mandavit. Quem libellum G. Henschen, Acta SS. Apr. I, p.* 23—27, *et Mabillon, Acta V, p.* 557—562, *ex codice S. Walarici saec. XI. ex., ut huic videbatur, exarato ediderunt. Ex quibus editionibus excerpta quae comites Flandrenses attingunt damus, eadem fere quae Bouquet, SS. R. Gall. IX, p.* 147 *sqq., exhibuit.*

Iam pridem in monasterio Centulensi Ingelramnus vel Angelramnus scholasticus et monachus, postea (ante a. 1022*) abbas eiusdem monasterii (†* 1045*), opus metricum in quatuor libellos distinctum de vita et miraculis s. Richarii composuerat*[2], *quorum in quarti libri*[3] *cap.* 1. *translationem s. Richarii breviter narravit*[4]. *Denique Hariulfus monachus l. IV, c.* 22—24. *Chronicae Centulensis,*

1) Extrema miracula Theodino abbate quarto post restaurationem monasterii abbatiam regente facta narrat. De hoc vero abbate ita auctor loquitur, ut vix eius tempore scripsisse mihi videatur, cum neque epitheton ullum ornans nomini eius apposuerit neque alio modo hunc superstitem tunc fuisse indicaverit. Tempore vero Bernardi abbatis, successoris Bernardi, tres libri de vita et miraculis s. Walarici a monacho quodam eiusdem coenobii metrice compositi sunt, qui testibus Mabillonio, Acta V, p. 556, et Henschenio, qui Acta SS. Apr. I, p. 28. tertii libri fragmenta quaedam edidit, iam illum libellum legit et quae illo narrata sunt metrice reddidit. Hic vero poeta scribit, miraculum extremo capite historiae relationis narratum tempore Bernardi abbatis factum esse. Quae cum ita sint, historia relationis quoque tempore Bernardi conscripta esse videtur. Hunc vero paulo ante medium saeculi XI. abbatiam rexisse, coniiciendum est, cum a. 1052. Wazo abbas S. Walarici, quem Bernardo successisse credunt, a. 1052. in Bovonis Inv. S. Bertini c. 18, supra p. 533. occurrat. 2) Quod Fulberto praeceptori suo, a. 1017—1028. episcopo Carnotensi dedicavit. Cf. Hariulfi Chron. Centul. IV, 8, Dachery, Spicil. IV, p. 555; prologum libri, Mabillon, Acta II, p. 201, cui inscribitur: *Ingelramnus scholasticus Fulberto episcopo.* Sed ipse auctor scribit: *Fulberto praeceptori et domino Ingelramnus*, unde illam inscriptionem postea praemissam, hoc opus potius ante episcopatum Fulberto collatum (a. 1017) compositum esse coniicio. Sane falso Hariulfus IV, 1. scribit, Fulbertum iam episcopum litteris Ingelramnum instituisse. 3) Edito Acta SS. Apr. III, p. 459; Mabillon, Acta V, p. 563. 4) Quartus liber his verbis incipit:

Hactenus antiqui retinet quae pagina libri
Carmine prout valui cecini miracula sancti.
Hinc ea complectar proprius quae vidit ocellus.

Non certo vero inde concluderem, Ingelramnum iam a. 981. translationi s. Richarii, quae post haec narratur, interfuisse; ideo tantum hoc loco illud dictum esse puto, quia praecedentes duo libri miracula iam saec. IX. conscripta continent, abhinc auctor antea non conscripta narrat, inter quae sane sunt quae ipse vidit.

quam a. 1088. composuit[1], *fusiorem narrationem de ablatione et relatione s. Richarii inseruit, in qua carmen Ingelramni adhibitum est. Eandem G. Henschen, Acta SS. Apr. III, p. 457—459, ex codicibus Rubeae-vallis et Centulensi, qui eam separatim exaratam continebant, edidit; sed illuc potius ex Hariulfi libro transsumpta quam antea conscripta et ab hoc integra operi suo inserta videtur. Haec vero cum Relatione s. Walarici ita convenit, ut nesciam, num Hariulfus hanc legerit*[2] *an similem narrationem prosaicam iam antea in Centulensi monasterio compositam adhibuerit. Quae capita ex prioribus editionibus sumpta (Dacherii Spicil. ed. 1. t. IV, p. 521 sqq.; ed. 2. fol. t. II, p. 324 sqq.) appendicis loco subiunximus.* *O. H.-E.*

1. Anno nongentesimo octogesimo primo incarnationis Filii Dei relatum est corpus sancti confessoris Walarici in pagum Wimnacensem[a], in locum qui dicitur Legonaus[3], ubi ipse vivens regularem vitam duxit, et relatum est a pago Teroanensi, a monasterio scilicet Sancti Bertini, in quo longo tempore iacuerat. Qualiter vero ibi fuerit translatum et inde in Legonaum locum relatum, futurorum memoriae tradere curamus. . . . . . .

Regebat monasterium Sancti Walarici supra mare situm in pago Wimnacensi quidam clericus Herchemboldus nomine, qui cum debuisset canonica institutione de virtute in virtutem conscendere et sibi subditos ad caelestia provocare desideria, vulneratus corde diabolico mucrone, coepit animo tractare, qualiter Wimnacensem pagum et Legonaum locum privaret sancti patris Walarici corpore. Adiit itaque Arnulfum Flandrensis regionis principem[4] ditissimum, cui prodidit mentis dolosae conceptum, ut expleret tantae nequitiae votum; cui praefatus princeps ait: 'Cum multis huius mundi divitiis, o Herchembolde, affluam, unum est quod cupio, ditari sanctorum corporibus, ut a me impensis ditentur honoribus, et ego eorum sanctis intercessionibus caelorum merear innecti civibus. Et cum haec cordis revolvo arcana sacratissima, beati Walarici corpus habere peropto, si adest auxilium tui ingenii nostrae voluntatis proposito'. Cui respondit clericus: 'En consiliator adero et adiutorium praestabo'. Et princeps: 'Satis', ait, 'meo facies desiderio, si adimpleveris quod opto. Noscas itaque me plurima illi exhibiturum famulamina, cumque a me ditari gaza non minima'. At ille: 'Si hanc habere margaritam quaeris, de quibus a te donabor gazis?' 'Nemo', inquit princeps, 'in mihi commissa regione te praecedet opum ditatione, auri quoque et argenti innumerabili munere'. At ille: 'Adimple quod promittis, et ego tibi deferam corpus sancti'. Sicque factum est, ut quod optavit principis humilitas perfecit clerici cupiditas.

2. Illis siquidem diebus isdem princeps praefatus litem non modicam cum rege[5] habebat. Vallatus
948. etenim catervis militum fretusque, ut erat praedives, suorum auxilio, Monasteriolum castrum[6], quod prope finibus eius situm est, regi auferens, sibi usurpavit[7]. Igitur, ut praemisimus, accepta a comite pecunia, praefatus proditor festinat implere quod promiserat facere, sumensque secum exercitum principis, cum eo venit clam ad monasterium Sancti Walarici. Sicque everso castro, depraedato populo, interfectis
952. multis viris cum feminis, detulerunt corpus sancti Walarici in locum qui dicitur Sithiu[8], ubi requiescit beati Bertini venerabile corpus. Sicque Wimnacensis pagus et Legonaus locus, peccatis populi praepedientibus, privatus est tanto pignore, videlicet beati patris sui Walarici corpore.

3. His ita peractis, orta est inter fratres dubia quaestio de corpore praefati confessoris, utrum ipse esset, an ossa saecularis viri ibi essent delata. Tunc consilio abbatis et monachorum delatum est in capitulum in quo iacebat beatus Walaricus scrinium. Expleta itaque lectione regulae, et finito sermone a monasterii patre, ab eo 'Benedicite' dicitur, et a fratribus 'Dominus' respondetur. Tunc abbas subiungit: 'Dicitur, fratres, a vobis hic requiescere corpus sancti Walarici; quod utrum verum sit, sciendum est a nobis. Aperiatur locellus, et si ibi sit corpus, videamus'. Laudatur a fratribus quod ab abbate dicitur. Cumque hoc vellent opere complere et locellum aperire, subito est[b] ab eorum oculis ablatus angelicisque manibus evectus est et super altare positus. Quo facto, stupore fratres attoniti, a

a) Wimmac. *Hensch. semper.* b) ab eorum oc est *Hensch.*

1) Quam vero postea usque ad a. 1096. continuavit. 2) Quod quidem facile crediderim, sed Hariulfus reliquos quos adhibet libros ad verbum exscribere solet, cum hac vero nullum verbum congruit. 3) St.-Valéry-sur-Somme. 4) I. a. 918—964. 5) Contra Ludovicum IV. regem Arnulfus quidem saepe antea cum Hugone duce rebellaverat, anno vero 947. a parte regis stetit et cum eo frustra Monasteriolum castrum Rotgarii comitis obsedit; quod cum sequente anno 'favente Hugone' caperet, neutram partem adiuvisse videtur; certe Monasteriolum non regi abstulit, quod is non possidebat. 6) Montreuil-sur-mer, ad fluvium Canche. 7) Cf. Flodoard. Ann. a. 948, SS. III, p. 395. Iam a. 939. Arnulfus comes Monasteriolum ceperat, sed mox perdiderat. Cf. v. Kalckstein, 'Gesch. d. Französischen Königthums unter den ersten Capetingern' I, p. 215 sqq. 8) Quod a. 952, Aug. 24. factum est, ut Folcwin., G. abb. Sith. c. 108, SS. XIII, p. 630, tradit. Hariulfus III, 22 (infra) scribit, corpus s. Walarici cum s. Richario in Monasteriolum castrum primo translatum esse. Quod num verum sit, dubito. Certe Folcwinus dicit, sanctorum corpora ex monasteriis in quibus sepulta erant Sithiu deportata esse

capitulo egressi et oratorium ingressi, viderunt super altare locellum in quo iacebat corpus sancti Walarici, et lacrimis profusis, coeperunt cantare: *Te Deum laudamus*, vocibus excelsis. . . . . . .[*]

4. Qualiter ad proprium locum relatum fuit corpus beati Walarici, audiat conventus fidelis populi. Nam Deo proprium est peccantibus misereri et aures suae pietatis eorum praebere clamori. Certe cum pietate iudicat et post maestitiam laetificat quos corripit et castigat. Recordatus est ergo populi sui et misertus est plebi Wimnacensi super absentium patris sui tam graviter dolenti. Illo itaque in tempore, mortuo Ludovico rege, sublimatus est in solio dignitatis paternae Lotharius rex, in nullo inferior patre; 954. sub cuius dominio inclitus dux Hugo gubernabat strenue partem Francigenae patriae, in divino cultu devotus, Dei et sanctorum cultor humillimus. Hic cum moraretur in Lutetia urbe Parisiorum, quadam nocte, cum esset sopore depressus, eum beatus Walaricus per somnium his verbis est affatus: 'Quid agis?' Quem intuens dux, tremens multumque pavidus, respondit: 'Vigilo; sed, quis sis, penitus ignoro'. Tunc sanctus Walaricus: 'Blando alloquio te alloquor et obnixe precor, ut nomen meum retineas et quod postulabo impleas. Ego nempe sum abbas Walaricus, quondam vivus et post defunctus, incola super maris litus; nunc quoque, mutata patria, in alia terra cum sancto sacerdote Richario detineor captivus. Sed nunc annuente Deo advenit tempus, ut ad proprias sedes et carissimas suboles redeamus. Dignum est, ut populus olim nobis commissus de nostro laetetur reditu, qui tempore tam longo tristatur abscessu. Et cum me in meam reduces ecclesiam, proice ab ea clericorum spurcitiam et aggrega in ea regularem catervam. Scis etenim Monasteriolum castrum a comite Flandrensi violenter Francorum dominatui subreptum et subtractum. Et ut noveris me certa dixisse, te illic adire, et castrum absque capitali dampno mortisque ullius detrimento praedico recipiendum fore. Accelera petitionem nostram! Per nostras enim orationes rex efficieris Galliae, et postea heredes tui usque ad septimam generationem possidebunt gubernacula totius regni[1]. Tunc dux expergefactus et de visione certus, congregavit exercitum non modicum, tendens ad Monasteriolum castrum; et ut a sancto praedictum fuerat, ita patrata cuncta monstrantur. Is autem qui ad servandum castrum ab Arnulfo relictus fuerat turpiter fugiens, locum cum victoria cessit duci et suis. His peractis, laetus dux et de visione certior redditus, coepit cogitare, qualiter sanctos Dei ad propria loca posset reducere. Accepto itaque consilio a viris religiosis et optimatibus suis, legatos ad Arnulfum Flandrensem comitem[2] direxit et, ut sanctorum corpora redderet, humillime expetivit. Quibus Arnulfus respondit: 'Ego non eos a suis sedibus avulsi aut huc adduxi, sed, antequam mihi cederet monarchia, ab avo meo translati sunt in hanc terram, in qua nunc venerantur et honorantur et excoluntur'. Haec audientes nuntii, celerrimo gressu sunt reversi, et quae ab Arnulfo audierant in mandatis referunt duci eisdem verbis. Continuo dux, congregata multitudine sui 981. exercitus, iter arripuit versus fines patriae Flandrensis. Cum autem venisset in confinibus regionis illius, et hoc audiisset comes Arnulfus, lacrimabili voce ait suis primatibus: 'Heu mihi misero pretiosa corpora duorum sanctorum perdituro!' Continuo accersitis nuntiis, precatoria verba dirigit, mandans duci, ne dux longius veniat: 'Neminem nostrum noceat; corpora sanctorum reddam. Non sum dignus eorum praesentia, qui, dum advixero, eorum tristabor absentia'. Tunc dux annuit precibus comitis. Hinc idem comes iussit ex argento purissimo fabricari locellum, in quo beati Walarici collocavit corpusculum; scriptique sunt in capite scrinii hi duo versiculi:

[*]) *Odo monachus Fossatensis in Vita Burchardi comitis Parisiensis c. 10, a. 1058. conscripta (Duchesne, Hist. Franc. SS. IV, p. 121 sq.; Bouquet, SS. R. Gall. X, p. 356) de ablatione et relatione s. Walarici haec narrat:*

Eo igitur tempore, dum Francorum regnum optima pace a Roberto glorioso rege gubernaretur, et ecclesia Dei pacis concordia repleretur, subito idem regnum maligna conturbatur adversitate. Unde accidit, ut quidam huius seculi ventosa nobilitate praedives Arnulfus vocitatus, comitatus officio insignitus, contra domnum Robertum insurgeret[3], cuncta quae eius ditioni subiecta fore videbantur incendio concremaret et ea mala quae inferre poterat in omnibus adhiberet. Qua discordia praevalente, et diaboli saevitia praeeunte, coenobium Sancti Walarici adiit, incendio cuncta quae potuit concremavit atque ipsum corpus confessoris Christi proprio 952. dominio subdidit. Qua de re tristitia magna repleti monachi, tanto carentes patrono, celeri gressu regem Francorum[4] adeunt, poscentes, ut eis succurrere dignaretur. Qui eis praesentiam sui exhibere non valens, domnum Burchardum exorando deprecatur, ut eis sua vice succurreret et eis corpus sanctum quo valeret iuvamine reddere faceret. Venerandus vero Burchardus comes illuc adveniens[5], de Dei gratia corde confidens, comitem Flandrensem adiit, regia profert 981. verba et eum exorando deprecatur, quatinus confessoris Christi membra, quae iniqua cupiditate sustulerat, voluntate et misericordia Dei praeeunte, solo restitueret proprio. Qui eius precibus assensum praebens, pacem fecit cum rege et Francis, et quod a tanto comite petebatur celeriter adimpletur. . . . . . .

1) Falso prophetatus est s. Walaricus, per plures multo generationes Capetingi regnum Franciae tenuerunt. 2) II. a. 964—988. 3) Hic tempora et personae nimis confusa turbataque sunt. Non Roberti regis (a. 996—1031), sed Ludovici IV. tempore a. 952. haec facta sunt; et ab Arnulfo I. comite Flandrensi corpus s. Walarici ablatum, ab Arnulfo II. restitutum est, quos auctor confudit. 4) De Hugone duce, nondum rege, agitur et de re 29 annis post corpus ablatum gesta. 5) Burchardum comitem Parisiensem relationi s. Richarii affuisse, etiam in Hist. relationis eius c. 5. traditum est, ubi et idem miraculum narratum est, quod Odo infra refert. Hic vero falso contendit, Hugonem ducem non ipsum relationi interfuisse.

Interius sanctus requiem capit hic Walaricus.
Arnulfus praepotens pretio caelestia sumens.

981. 5. Hoc itaque expleto opere, accipiens corpora sanctorum, cum nimio dolore supradicto duci occurrit citissime. Cernens dux venientem Arnulfum cum sanctorum corporibus, profusis lacrimis, poplitibus flexis, cum omnibus militibus suis gratias Domino egit, quod sanctorum corpora recipere meruit. Hinc pacifice dux et comes ab alterutro divisi, Arnulfus Flandris rediit, dux sanctorum corpora propriis sedibus restituenda asportavit. Referunt gratias summo Patri Wimnacenses et Pontivii[a], laeti recipientes patres, quorum praesentia per multa annorum spatia fuerant immunes. Recedunt Flandrenses tristes, tam splendidis margaritis extorres. . . . . . .

APPENDIX.

RELATIO S. RICHARII [EX HARIULFI CHRONICAE CENTULENSIS LIBRO III].

22. Ablatio sancti Richarii ab Arnulfo Flandrensi.

Postquam igitur, peccatis exigentibus, divinae iustitiae placuit, ut per manum paganorum, quorum princeps fuerat Guaramundus, Francia vexaretur et, dirutis multis sanctorum locis, Centulensis quoque ecclesiae honestas et gloria maxima ex parte deleta est, multa per Galliam admodum confuse gesta sunt, dum, deficiente principatu regio, ceteri proceres vel populi tanquam filii Belial viarum suarum pravitates exercent. Nempe, si qui ducum vel comitum potentiores erant, circumquaque manus inicere et vicinas sibi provincias vastare sibique subicere non cessabant. Regnum quoque sibi usurpare moliebantur. Ex
948. his Arnulfus comes Flandrensis multa inepta agere coepit, captoque Monasteriolo castro regio[1], Pontivam provinciam propriae ditioni subegit. Hanc itaque fraude ut perplura solebat adeptus[2], transtulit hinc sanctum patrem Richarium, cupiens tam nobile lucrum cum quibusdam sanctis propriae regionis habere. Eo etiam tempore sanctum corpus beati[b] Gualarici abstulit et in Monasteriolo[c] castro una cum sancto beatissimi Richarii corpore servari praecepit[3]. Post aliquot annorum curricula Fulchericus[d] monachus, qui post Gerbertum clericum clericorumque abbatem[4] Centuli monasterii rector erat, adiit memoratum castrum, locutusque cum aedituo, qui sanctorum corpora asservabat, clanculo impetravit cum maximis exeniis[e] et infinitis precibus, ut sibi carus patronus redderetur. Designata itaque nocte Fulchericus equum conscendit et, toto quiescente populo, foribus ecclesiae adstabat expectans. Custos autem ille valde formidans dominorum animositatem populique furorem — nam incredibiliter hic[f] noster sanctus ab omnibus venerabatur et amabatur — egressus ecclesiam[g], his Fulchericum affatus est verbis: 'Ego quidem tuis precibus et Domini victus timore sanctum tibi Richarium reddam, sed, si rescitum fuerit me illum distraxisse, procul dubio periculum vitae meae incurram; unde necesse est, ut, te cum sancto recedente, ego quasi ad furtum debeam exclamare, ut tali arte ignorantiam possim simulare; tu vero cum sancto Dei fugam celeriter inibis. Sicque sanctum suo loco restituens, temet ipsum quoque servabis'. His ita compositis, ecclesiam intravit, gloriosum sancti corporis lectum accepit. . . . . . . Haec vero sancti relatio parum valuit, cum eum Centulenses diu habere non licuit. Nam Arnulfus idem qui primo iterum sanctum sibi vindicavit et, tanquam cautior factus, non iam in Pontiva patria, quam quandoque perdere
952. metuebat, sed in fidentiori loco sibique vicino, hoc est in monasterio Sancti Bertini, reposuit[5] simulque

a) Pontivi *Mab.* b) *deest Hensch., ubi* Walar. c) c. M. *Hensch.* d) Fulcherius *h. l. Dach.* e) xeniis *Dach. ed.* 1. f) ab o. hic n. s. *Hensch.* g) ecclesia *Hensch.*

1) Cf. supra p. 694, n. 5. 7. 2) Haec ex Angelramni abbatis Mirac. S. Richarii metricis IV, c. 1. sumpta sunt, Mabillon, Acta V, p. 563, qui haec de ablatione et relatione sancti corporis narrat:

Ingenio validus, magnis opibus quoque fultus
Arnulfus patriam possedit marchio nostram.
Hanc etiam fraude ut perplura solebat adeptus,
Transtulit hinc sanctum, cupiens tam nobile lucrum
Cum quisdam sanctis propriae regionis habere.
Hic iam longaevus deponens tegmina carnis,
Filius ut nati iussit fieri suus heres,
Praesentabat avum qui proprio nomine tantum. —
Post regem primus regni tunc iura tenebat
Vir humilis cunctis, cunctis pius atque benignus,
Filius Hugonis Magni, dux inclytus Hugo,
Postea regali qui sublimatus honore
Rexit Francorum miro moderamine regnum.
Hic graviter tolerans fraudem supra memoratam,
Restituit patriae quaecumque erepta fuere.
. . . .
Relliquias sancti posthaec mandat sibi reddi.
Accipiens cuius praecepta puer memoratus,
Efficitur maestus, tanto pretio cariturus.
Sed reputans, si despiciat, non esse salubre,
Reddidit invitus, veritus, ne forte coactus.

Arnulfus II, quem puerum vocat, a. 981. adolescens plus viginti annorum fuit. 3) Hoc et sequentia valde dubia sunt; cf. supra p. 694, n. 8. 4) De quo Hariulfus III, 21. plura tradit. 5) Quod a. 952, Aug. 29. factum est, ut Folcwin., G. abb. Sith. c. 108, SS. XIII, p. 630, tradit. Etiam in codice Centulensi, ex quo Mabillon Angelramni abbatis Miracula S. Richarii metrica edidit, in margine legebatur nota (Acta V, p. 563, n. a.): *Anno Domini* 952. *ablatum corpus et* 4. *Kal. Septemb. beati Bertini coenobio illatum,* quae haud dubie ex Folcwini loco laudato sumpta, forsan ab Hariulfo adscripta est. Hunc enim apud S. Bertinum Folcwini librum quondam legisse, facile est demonstratu.

sanctum Gualaricum[a], ubi longiore[b] tempore quam Monasteriolo fuit. Longo itaque tempore monasterium[c] Centulense tanti patris caruit[d] praesentia, agente iam dicti comitis Arnulfi potentia.

23. De abbate Ingelardo.

Tandem placata Divinitas et suorum precibus inclinata, decrevit glorioso reditu patrum filiorum pectora relevare, quae[e] diuturnis gemitibus gravabantur pro eorum sublatione. Verum Flandrensi Arnulfo dudum morte praerepto, et eius potestatis herede nati[1] filio substituto, dicto similiter Arnulfo, hierarchiam 964. Francorum absque titulo regii nominis disponebat filius Hugonis Magni dux inclytus Hugo; qui cum graviter ferret patriam hostili acerbitate demolitam, nec minus indignaretur, quod et sanctorum corpora et caetera quae ecclesias venustant fraude factiosorum sublata forent propriis locis, et ad haec in melius commutanda animum sedulo praepararet, quadam nocte quiescenti ei affuit visio ex praecepto caelesti, quae illum, repulsis dubietatis obstaculis, animavit perficere, quod pio quanquam, sed tamen timido corde facere disponebat. Beatus igitur Gualaricus per visum ei assistens, ex Dei mandato talia verba profudit: 'Quid hic', inquit, 'facis?' Ille[f], hoc percepto sermone, quisnam esset, coepit interrogare. Et sanctus: 'Ego sum', ait[g], 'Gualaricus Legonai quondam monasterii abbas et Dei praecepto haec tuis sensibus veni inferre. Venerabilis confessor et coram Deo clarus sacerdos Richarius una mecum ante hos annos extat captivus, et dolo Arnulfi longe a nostris diu manemus sedibus pulsi. Iam Deo placet, ut te ministro obtineatur teque iubente noster regressus, ut de nostrorum corporum visu praesentiaque nostrorum moesta refocillentur corda servorum, et ut ii[h] nostra laetificentur relatione, qui nos post Deum gaudent habere pios patronos. Id celerrime[i] age locaque nostra clericis aufer atque in ea, ut prius erant, monachos stude sub regulari norma unire; quodsi haec imples, promitto tibi ex Dei iussu per sancti pia merita Richarii et mea[k] prece, te fore[l] regem, prolemque tuam Francigenarum stirpemque tuam regnum tenere usque ad septem successiones'. Inclytus igitur dux volens ocius perficere Dei praeceptum per sancti vocem sic intimatum, accitis consiliariis, inquirit, quonam modo posset invenire idoneum hominem, cui Centulense[m] coenobium posset committi ad relevandum. Huic inquisitioni intererant quidam qui noverant satis huius provinciae habitatores, quique Hugoni tale feruntur dedisse solamen: 'En', inquiunt, 'Corbeia retinet virum nobilitate valde insignem, cui, putamus, quod digne satis possit committi opus quod dicis; nam parentibus nobilibus et militia inclytis valde fulcitur; qui cum in eiusdem loci vicino et in ipsa provincia maneant, propinquo suo in Dei opere laboranti auxilium ferre non denegabunt. Audiens haec inclytus dux tamque[n] salubri consilio congratulans, misit e vestigio viros honestos, qui ab abbate Corbeiensi super iam dictum[o] monachum factam deprecarentur non retardari electionem. Illo annuente, vocatur elegans iuvenis Ingelardus, quem adhuc eo tempore ferunt scolis inesse, quique ea[p] ipsa die vel hora subdiaconatus perficiebat ministerium. Deductus ergo in praesentiam ducis, accepit curam atque laborem, quo se instante repararetur quantum valeret haec abbatia. Inde ex more abbas sacratur, atque accepta fratrum ac militum caterva, Centulam venit. Sane domnus ille sancti Richarii relator Fulchericus abbas sub die 8. Iduum Novembrium transierat[q] e saeculo; cuius suggestu et hortatu aliqui clericorum monachilem[r] ordinem susceperant. . . . . . .

24. Relatio sancti Richarii.

Monasterio igitur ex parte restaurato habitaculis[s] religioni congruis, coepit praefatus dux perquirere, quomodo quod adhuc restabat perfici posset, ut sanctus Dei confessor Richarius proprio loco restitueretur. Sapienti vero consilio usus, dirigit legatos in Flandriam, mandans[t] Arnulfo comiti, ut sancta sanctorum corpora propriis sedibus reddat. Quod ille audiens et tantis carere nimis[u] aegre ferens, primo abnuit, dicens, non a se reddi debere sanctos, quos ipse non abstulisset. Reversi nuntii obedire nolle comitem duci insinuant. Tunc ille, coacta in unum militum manu fortissima, illo ire decrevit quo sancti 981. erant, volens per semet inde[u] sublatos ad loca propria reportare. Arnulfus autem[v] advertens non prospere sibi cessurum, si contra Francos iustos iniustus agat conflictum, lacrimis humectus, misit legatos duci Hugoni, orans, ut patriae[w] nullam ferat vastationem, dirigat tantum optimos viros, qui sanctos Dei recipientes vadant in[x] pace. Fecerat Arnulfus comes beatissimis confessoribus lecticas argenteas, ubi cum honore corpora[y] eorum sancta condiderat; in lectica vero gloriosissimi patroni nostri Richarii tales ab eo versiculi exarari iussi sunt:

Arnulfi comitis quaquaversum facta sciatis,
Quae solitus Domino fecerat ipse pio,
Istud[z] Richario lectum qui condidit almo,
Collocavit ei membra pudica sui.

Mittuntur igitur[a] viri insignes[2], recipiuntur sancti a nostris gaudentibus et piis lacrimis atque laudibus Deum magnificantibus; subsequuntur ab illis dolentibus et prae nimia tristitia voce in altum elata[b]

a) Galar. *h. l. Dach. ed.* 1; Gualarium *ed.* 2. b) longiori *H.* c) hoc mon. *H.* d) pr. c. *Dach.* e) qui *H.* f) Et i *H.* g) inquit *H.* h) hi *H.* i) celer *H.* k) meas preces *H.* l) pr. t. f. r. *H.* m) coen. Cent. *H.* n) tamquam *H.* o) dicto monacho *H.* p) ex *Dach. ed.* 1. q) e sec. tr. *H.* r) monachalem *H.* s) et hab. *H.* t) mandens *H.* u) *deest H.* v) A. animadvertens *H.* w) n. patria *H.* x) cum *H.* y) e. c. *H.* z) Istum *H.* a) ergo *H.* b) elevata *H.*

1) Balduini iunioris a. 962. defuncti. Haec quoque ex Angelramni carmine sumpta sunt. 2) Burchardus comes, ut Odo refert (supra p. 695, n. *), et forte Orlandus vicecomes Wimnacensis, quos cum corpore s. Walarici fluvium Summae miraculose pervadasse, traditum est in Hist. relat. s. Walarici c. 5.

981. eiulantibus. Cumque iam ab Hugone duce et ab[a] omnibus qui longiuscule expectabant videri potuerunt, quis voces emissas prae gaudio, quis dulcium profusionem lacrimarum affatim queat explicare? Magnitudo quippe gaudii clamoribus modum abstulerat, dum laetitia pro sanctorum reditu concepta in singulorum cordibus fervens se ipsam vix caperet. Acceptis ergo beatorum corporum amantissimis capsis, nostri parumper subsistunt. Post hoc primores populi et qui bonae mentis habebantur iurare a duce rogantur, quod de sanctis corporibus nihil subtractum nihilque esset[b] mutatum. Quod cum illi mente libera et animo hilari perfecissent, sumptis sanctorum corporibus, ad propria festinare cum modestia coeperunt. Fama autem tam felicis regressus ut provincialium corda concussit, extemplo prosilierunt omnes, uterque sexus, communis conditio, iuvenes cum grandaevis, monachi cum clericis omnisque pro-
Iun. 2 fessio obviam ruunt; seque putabat criminis reum qui non occurrisset. Mense Iunio, die secunda beatus
Iun. 3. Gualaricus suo loco reconsignatur[c]. Nostratis autem patris regressus in sequentem lucem procrastinatur. Mense iam dicto saeculis ternum diem fundente inclytus Hugo accepit sanctum, per unam leucam scapulis suis nostrum asportans[d] patrem beatum, pedibusque nudis madidusque fletu venit ad templum; Christi amicum sui altaris sedi imponit[e], interim choris populoque cuncto gratias Deo laudesque Christo vociferante. Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 981, indictione 9[f], 3. Non.[g] Iunii haec beatissimi patris Richarii relatio[h] facta est. . . . . . .

a) *deest H.* b) m. e. *H* c) cons. *H.* d) apport *H.* e) imposuit *H.* f) nona ind. *H.* g) Nonas Iulii *H* h) f. est rel. *H*

EX VITA ET MIRACULIS S. ADALBERTI EGMONDANI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Theoderici II. comitis Hollandiae, qui monasterium Egmondanum opulentius aedificaverat et, monialibus remotis, monachis tradiderat, filius Egbertus archiepiscopus Treverensis (a. 977—993*) monachis Mediolacensis monasterii, quod possidebat, cum mandasset, ut Vitam et Miracula Adalberti Egmondae ab antiquo culti conscriberent*[1]*, hi iussum exsequentes*[2]*, de vita quidem Adalberti nihil compertum habebant, nisi eum Willibrordi socium ex Brittannia advenisse et Egmondae sepultum esse. Paucis igitur ex Baedae Hist. eccl. Angl. et Alcuini Vita Willibrordi praemissis, s. Adalbertum consuetis laudibus communibusque cantilenis celebraverunt, quadam fabula tantum adiecta, in miraculis vero de primis comitibus Hollandiae et de Egmondani monasterii fundatione quaedam tradiderunt, quae in aliquanto pretio sunt, cum abundantioribus fontibus huius terrae penitus careamus, eaque etiam posterioribus rerum Hollandicarum scriptoribus*[3] *usui fuerint. Memorabile est, iam per hoc totum opusculum a.* 985. *circiter compositum sermonem syllabis enunciata terminantibus consonis exornatum esse.*

Cum codex manuscriptus huius opusculi nobis praesto non fuerit, excerpta quae damus ex editionibus sumenda erant. Quorum prima Surii, qui Hist. SS. prob. III, p. 816—825 *(ed.* 2. *p.* 925 *sqq.) id mutato et (c.* 11—25*) breviato sermone exhibuit, penitus negligenda est. Mabillon, Acta III,* 1, *p.* 631 *sqq., c.* 11—25. *ex codice Carthusiae Coloniensis*[4] *edidit. Integrum libellum primus G. Henschen publici iuris fecit Acta SS. Iun. V, p.* 97 *sqq.*[5]*, quem I. Ghesquierus, Acta SS. Belgii VI, p.* 661 *sqq., recudi fecit.* *O. H.-E.*

1) V. libelli epilogum. 2) *Haec . . . Medelocensis coenobii excudere cucullarii* sunt verba eorum in epilogo, sed quin uni auctori potissimum hoc opusculum attribuendum sit, vix ac ne vix quidem dubito. Auctor vel auctores procul dubio quondam in Hollandia et Egmondae commorati sunt, cum situm loci bene noverint (c. 12. 14. *fons . . ., qui usque in hodiernum diem . . . extat;* c. 17. 18. *tellus haec . . . egena lapidum* etc., alibi) et c. 18. dixerint: *quae temporibus iunioris Theoderici . . . nos ipsi vidimus declarata miracula.* Unde G. Henschen, Acta SS. Iun. V, p. 95, bene coniecit, monachos quosdam Egmondanos ab Egberto Mediolacum translatos esse. 3) Dico Librum traditionum S. Adalberti (vide v. Richthofen, 'Die älteren Egmonder GQ.' p. 40 sqq.); Chron. Hollandiae (Egmondanum), ap. Kluit, Hist. crit. com. Hollandiae I, 1, p. 31; Ioh. Gerbrandum a Leidis in Annal. Egmondanis; Ioh. de Beka; Cron. de Traiecto et Cron. de Hollant, ap. Matthaeum, Vetera Anal. V, Willelmum Heda. 4) Eodem quo Surius usus est. 5) Hic p. 96. de subsidiis suis monuit: *Nos integram damus, qualem nacti sumus descriptam manu Ioannis Vlimerii, qui . . . . anno* 1571, *quando* 26. *Augusti scriptioni isti commodavit operam, rector seu pater erat sanctimonialium Amstelodamensium. Adiungebatur historia parva eiusdem Vitae, sed aut ex priore extracta, aut aliunde perperam aucta, ideoque omittenda. Sequuntur Miracula XII. seculo patrata* (alii tomo huius collectionis reservata) . . . . *Simile exemplar integrorum actorum intelligo Alkmariae in curiosa antiquorum mss. bibliotheca servatum penes nobilem virum D. Adrianum Westphalen, qui nobis scripsit, codicem suum pertinuisse ad collegium S. Benedicti Cantabrigiae in Anglia exaratumque notari anno* 1136. *manu Osberti monachi de S. Claro.* Tria exemplaria

1. Quomodo sanctus Egbertus Northumbrorum episcopus, Dei respectu patriam deserens, in Hiberniam migraverit, illoque sanctus Adalbertus eum secutus fuit cum plurimis.

Legimus in ecclesiasticis historiis[1], Egbertum caelesti afflatum desiderio, patriam, parentes omnemque frequentiam cognatae nobilitatis reliquisse atque studio peregrinationis et ardore vitae remotioris in Hiberniam secessisse; ubi cum uberiori profectu virtutum et sanitatum evidentia se plurimis notabilem exhiberet, contigit divina opitulatione, ut sibi multos sectatores efficeret. Certatim ergo ad eum tam Anglorum quam Scotorum convolabant examina, eius sub disciplinatu gestientium vivere deliberatione voluntaria; quibus sanctus Adalbertus ut generosior apis adiunctus, artioris vitae instituta non segniter, uti post patuit, est adorsus. Actus quippe suos ad exemplum pii praeceptoris dirigebat et ut mundum animal, quidquid boni auditu perceperat, ore ruminabat. Non plausibili scientia favorabiliter distendebatur, sed effectuali exhibitione indesinenter augmentabatur; sicque divinorum artam viam percurrens mandatorum, in brevi potitus est spatio caelestium latitudine virtutum.

2. Quomodo sanctus Egbertus ad lucrandos Germaniae populos ire caelitus sit inhibitus et pro se sanctos Willibrordum et Adalbertum destinavit.

Interea[2] vir Domini Egbertus, cotidianis in Deo pollens successibus, parvipendebat suae solius saluti prospicere, sed pro insitae sibi benignitatis affluentia pluribus aestuabat in commune prodesse, maxime ut, quos adhuc constabat infectos naevo paganitatis, per opem sanctae praedicationis ad salubritatem conduceret christianitatis. Audiens itaque Germaniae populos infidelitatis errore cunctis tenacius irretitos, utpote qui ob ferocitatem sui divini verbi fautoribus usque in id temporis erant pene inaccessibiles, induxit animum eo tendere, si quos, cooperante gratia superna, ex filiis perditionis posset filios reconciliationis efficere. Cumque huic expeditioni insisteret operosius, divino oraculo, ne efficeret, est inhibitus. Vir autem sanctus nec valens nec volens Dei ordinationi refragari, elegit quos pro se destinaret et sanctitatis merito et eruditionis efficacia tanto idoneos operi, misitque primo Wigbertum sincerissimae conversationis presbyterum; qui diu multumque cum barbarico rigore desudando luctatus, inconvertibilem horrescens perfidiam, infecto negotio est reversus. Sed vir prudentissimus, optime sciens de Dei misericordia numquam desperandum, alios ministros ad eiusdem praedicationis subrogavit officium, virum scilicet apostolicae gratiae Willibrordum presbyterum clarissimumque Christi confessorem, de quo praefati sumus, Adalbertum[3] cum decem aliis[4] eodem fidei calore ferventibus, adeo ut aliqui eorum post multiplices initi certaminis agones martyrii palmam adepti sint; alii post conscensum ac nobiliter moderatum summi pontificatus gradum in pace quieverunt.

3. Quomodo sanctus Willibrordus cum sociis ad Frisiam a Pippino[a] sit directus.

His[5] ergo christianae religionis propagatores sacraeque fidei propugnatores tam patris iussione quam propria deliberatione ad opus inhiantes euangelii, spatiosi maris transmeantes pericula, divinae pietatis auspicante regimine, optato portui sunt omnes gratanter expositi; adeuntesque strenuissimum ducem Pipinum, cum omni veneratione ab eo sunt suscepti ac omni tempore hospitalitatis honoratissima commoditate tractati. Quorum adventus causas ac piae intentionis tenorem ut cognovit, ad nuper armis acquisitam Frisiam Christo per eorum ministerium acquirendam suo munimine fultos, auctoritate roboratos, continuo destinavit. Nec multo post, cum iam egregii rationabilium novalium agricultores, iactis seminibus, sui laboris viderent fructificare incrementum, annuente fraternae unanimitatis assensu,
696. cum coniventia praedicti principis sanctum Willibrordum Romam dirigunt, ab apostolico ad archipraesulatus ordinem promovendum. Quo adepto, ad coeptum opus revertitur, episcopalisque sedis praerogativam in Traiecto castro sortitur. Quae vero eius vitae qualitas fuerit, vel quo sudore in praedicationis erogatione certaverit, quibus quantisque miraculis coruscaverit, liber gestorum eius luculenter scire volentibus aperit; nos enim haec pauca ad attestationem virtutum sanctissimi patris nostri Adalberti praelibavimus, qui his omnibus efficiendis comes et cooperator extitit indeficientissimus; dehinc articulum eius specialitati, prout Dominus concesserit, accommodemus.

a) a P. *des. H.*

saec. XVI. et XVII. recenset S. Muller, 'Lijst von Noord-Nederlandsche Kronijken' (Utrecht 1880) p. 7. De codice olim Egmondano vide v. Richthofen p. 222, cuius supplementum de Vita Adalberti demum in manus nostras venit, cum haec editio prelo subiaceret.

1) Baedae Hist. eccl. Angl. III, 27. V, 9.

2) Sequentia ex Baedae Hist. eccl. V, 9. 10; V. Willibrordi auct. Alcuino c. 4. 5, Jaffé, Mon. Alcuin. p. 43 sq.

3) Alb. Thijm, 'H. Willibrord, Apostel der Niederlande, Dt. Ausg.' p. 198 sq., hunc putat fuisse eum Adalbertum, quem Willibrordus moriens abbatem Epternacensem reliquisse et qui eandem abbatiam c. a. 744—777. rexisse dicitur in Catal. abb. Epternac., SS. XIII, p. 738, eundemque qui *Aldbercht de Aefternache* dicitur in Epist. Bonif. nr. 114, Jaffé, Mon. Mogunt. p. 280 (occurrit etiam in diplomate spurio Pippini Reg. Imp. I, nr. 65). Moll, 'Kerkgeschiedenis der Nederlanden' I, p. 127, n. hoc negat. Mabillon, Acta II, p. 631, hunc potius putat eundem esse, qui *Aldbęrcht diaconatus officio fungens* in Epist. Bonif. nr. 124, l. l. p. 294, occurrit; quod vero minus probabile est, cum hic Aldbęrcht in Brittannia vixisse videatur (cf. Hahn, 'Bonifaz und Lul' p. 103, quem has quaestiones non tetigisse miror). Equidem cum Thijm sentio negante Adalbertum Egmondae sepultum esse. Ecclesiola enim s. Adalberti Egmondensis antiquitus monasterii Epternacensis fuit; cf. v. Richthofen p. 237.

4) Haec ex verbis Baedae V, 10: *erant autem numero* 12.

5) Hoc caput ex Baedae Hist. eccl. V, 10, 11; V. Willibrordi c. 6, l. l. p. 44, compositum est.

4. Quomodo sanctus Adalbertus omnium perfectioni virtutum studuerit.

. . . .

5. Quomodo sanctus Adalbertus Eggoni promisit, se tunc a patria reversurum, cum pomi grana ab igne revirescerent.

Saepius tamen in Hecmunda[1] loco vocato mansitabat[2] huiusque recessibus importunitatis frequentiam aliquantisper declinabat. Ubi inter plures, quos fama virtutum eius attraxerat, quidam Eggo vocabulo ad eum veniens[3], in brevi eius familiaritatem adeptus, eius inhaesit contubernio attentius, in tantum ut vir Dei Adalbertus eius frequentius uteretur hospitio, et felici recompensatione eius metebat carnalia, cui seminabat spiritualia. Ad roborandum quoque huius caritatis tenorem filium eius de sacro fonte suscepit. . . . . . .

7. Quomodo consummatus in virtutibus Adalbertus[a] ex hac vita migraverit.

Igitur de virtute in virtutem proficiens, quod feliciter coepit felicius consummavit, et immarcessibilem sui agonis percepturus coronam, tenebrosam praesentis seculi convallem lacrimarum mutavit cum paradiso deliciarum. Christo itaque Iesu, cui fideliter inhaesit, 7. Kalendas Iulii sanctissimam animam reddidit, Iun. 25.
in cuius praesentia laetus decantabat: *Sicut audivimus ita et vidimus*. Ibi credimus eum et optamus Ps. 47, 9.
nostrarum miseriarum memorem et quantum supernae pietati viciniorem, tanto relevandis nostris incommodis efficaciorem. Corpus autem beati viri Adalberti a fidelibus tunc temporis, qui eius exequias procurabant, diligentissime conditum ac humanitatis more terrae mandatum, sanctae resurrectionis praestolatur edictum. Supra quod construentes ecclesiam, in quantum rudes adhuc talium rerum poterant, eius frequentabant memoriam. Sed Normannicae irruptionis impetu ipsa ecclesia saepius diruta ac quaeque circumposita atrocius sunt devastata.

8. De eo quod oratorium sancti Adalberti a servis Dei numquam sit derelictum.

Verum Dei ordinatio, ut, qualis meriti esset sanctus Adalbertus, cuius reliquiae ibi servabantur, ostenderet, ita providit, ut numquam deesset qui inibi debitam servitutis congruentiam impenderet. Nec mirum, si humanis honorabatur excubiis, qui cotidie miraculorum fulgurabat insigniis, quae tam numerosa sunt, ut, si ea per singula describere temptemus, non modo difficultatis, sed etiam impossibilitatis anfractus incurreremus. Quocirca necesse est morem teneamus cuiuslibet amoena vireta adeuntis, qui eligendorum dubius specie florum, eatenus temperat appetitum, ut satisfaciat usuali delectationi, non excessuali succumbat oneri. Hoc quoque nos oportet uti meditullio, ut compendiosa recitatio tam studiosis quam fastidiosis sit geminae alternationis morigeratio. Ceterum de fide dictorum astruenda non multum nos laboraturos speramus, cum satis absurdum sit in fidelibus scrupulum generari, unde Deo auctore incredulos pristino renuntiasse constat errori. Proinde hoc iam satis dictum; nunc redeamus ad propositum.

9. Quomodo mulier Escwar per sancti Adalberti merita pastum[b] invenit.

Mulier quaedam Escwar[c] sancti Adalberti se devovit servitio, credens suae viduitatis angustias eius defensionis relevari solatio. Quae cum per multos annos devotis institisset obsequiis, accidit piratas his in partibus advectos omnem circumquaque regionem devastasse incursu hostilitatis. Possessionibus itaque depraedatis, possessoribusque in captivitatem redactis, praefata vidua sola relicta, quid ageret, quo se verteret, ignorabat omnimodis. . . . . . .

10. De eo quod in sancti viri oratorio brevior primo trabs[d] longior ceteris post eminebat.

Procedente tempore presbyter quidam Amalathus nomine, officii sui timoratus executor, angelico admonetur oraculo, quatenus in resarciendis dirutis ecclesiae sanctissimi patris, omni posthabita dilatione, insisteret. . . . . . . Idem autem locus sanctissimo pignore consecratus, quoniam littori maris videtur contiguus ac per hoc piraticae infestationi patet expositus, non est silentio praetermittendum, quam potenti miseratione meritis sancti viri hac molestia sit frequenter exemptus. Nam barbari multoties eidem appropinquantes ac pene applicantes portui, interventu nubis caelitus obiectae prospectum perdentes, suae perversitatis conatibus visuntur elusi. Cuius assiduitate miraculi congruum nomen eidem videtur inditum, ut Hecmunda dicatur, quasi locus ab irruptione incursionum mundatus hostilium; unde factum est, ut non solum a christianis, verum etiam a paganis non mediocriter frequentaretur, in tantum ut oblationibus crebris suae devotionis exprimerent instantiam. . . . . . .

12. Qualiter arenosae congestionis mons ab oratorio eius sit dimotus.

Alio quoque tempore res miranda satis evenit. Ex marinae siquidem tempestatis eruptione continua, sicut his cognitum est qui maris vel viderunt vel inhabitant contigua, plurima littoris arenarum

a) ex hac v. sanctus Ad. *H.* b) partum *edd.* c) Eswar *h. l. H.* d) trabes *Mab.*

1) Egmond (prov. Nord-Holland). 2) Adalbertus. 3) Etiam in Ann. Xant., SS. II, p. 220, ad a. 694. legitur: *Sanctus vero Adalbertus in loco qui dicitur Ekmunda usque ad tempus exitus sui apud quendam Eggonem mansit et plurimorum corda ad fidei salutem erexit*. Sed haec pars Annalium Xant. in codice, qui eos continet, olim Egmondano, a monacho Egmondano saec. XII. suppleta est. Ab hoc igitur hanc notam ex hoc capite additam esse, non Ann. Xant. auctori deberi, apparet. Cf. Bonnell, 'Die Anf. d. Karol. Hauses' p. 149 sq. — Nomen Eggonis haud dubie ex nomine loci Egmond (quod est 'aquae ostium') exortum est, et nulla fide digna quae de eo hic traduntur.

subvehitur copia, quae perurgente vi ventorum tantis cumulatur acervis, ut montibus videatur altissimis coaequari. Huiuscemodi denique perfusio nimis proxima sancti viri quodam tempore consedit oratorio. Quo dum forte Roricus barbarorum rex appulisset, cunctis sibimet obsequentibus indixit, ut ocius ab aedificio sacro montem arenosum dimoverent. Quod cum mane sequenti fuisset universis implere placitum, invenerunt praefatum arenae montem per sanctissimi Adalberti merita, quantum iactus lapidis emitti potest, longius esse secretum, clarescente supernae bonitatis affluentia, quae, quantum apud se dilectus suus valeat, etiam viro[a] incredulo manifesta praebuit indicia.

13. Quomodo sanctus Adalbertus cuidam feminae Deo sacratae in somnis apparuit et[b], ut eius corpus de tumulo levaretur, monuit.

Apparuit amabilis Christi confessor Adalbertus in somnis cuidam sanctimoniali Wilfsit nomen habenti, denuntians, ut pretiosissima sui corporis ossa, quae more ceterorum profundius sub humo recondita tenebant, eminentius elevata cunctis in conspectu locarent, scilicet ad devotionem fidelium efficacius incitandam et meritorum eius interventionem praesentialius obtinendam. Et ne fidem quivis forsitan ambiguitatis offendisset scrupulus, trinis feminam praefatam dignatus est certificare visionibus. Quae ne stringeretur inobedientiae reatu, Theoderico[c] primo comiti[1], qui locum eundem, sicuti nunc posteri eius retinent, proprietatis iure possidebat[2], haud segnis intimatrix per somnum sibi revelata suggerere properabat. Ille vero, sicuti semper in illis quae religionis sunt promptus et officiosus extitit operator, ita in exequendis his quae sanctimonialis retulerat velox fuit executor. Paratis ergo quaecumque fuerant tali operi congrua, sancta levari fecit pignora.

14. Quomodo salubris fons sub sarcofago viri Dei repertus fuerit, et quod miracula in sancti corporis deportatione[d] claruerint.

Tunc subtus sarcofagum repertus est fons mira limpiditate perspicuus, qui usque in hodiernum diem ad recuperandam sanitatem inclusa spe multis extat idoneus. Apertoque locello, pallium, quo sancti corpus velabatur, ut requiescentis vivacitas apprehenderetur, ab omni corruptione putredinis immune conspiciebatur[e].

15. Quomodo Theodericus[c] comes ligneum construxit oratorium et illuc sanctum deduci fecit thesaurum.

Praedictus vero comes in loco qui Hallen[3] nuncupatur ex ligni materia construxit oratorium, constitutaque die, qua fidelium unanimis devotio convenire potuisset, illuc sanctum deduci fecit thesaurum. In quo venerabili deportationis officio quot sanitatis impotes reformarentur, non parvo colligi potest numero. . . . . . .

16. Quomodo Sigifridus sit punitus et post poenitentiam liberatus.

Certatim autem laborantibus in praefati constructione oratorii, Sigifridus quidam nomine, fervorem sociorum imitari dedignatus, omni membrorum mobilitate et officio est destitutus. Qui postquam, salubri poenitentia motus, in cognitionem sui pervenit, recepto sine mora vigore, totius corporis contractione caruit.

17. Quam mirabili studio comes Theodericus a fluvii periculo sit liberatus.

Accidit quoque brumali tempore, dum cuncta fuissent aspero frigore constricta, supranominatum comitem Theodericum vehiculo residentem trahi super cuiusdam profundissimi lacus terga glaciali rigore contecta. Verum, sicut huiuscemodi saepe[f] constat periculosa meatio, iam fere media contingentibus, dum glaciei tenuitas non aequipararet ponderis impressionem, letiferam sui minitabatur rupta voraginem; unde cunctis tremore fugatis, comes relictus est solus. Qui cum humanum penitus deesse videret auxilium, ad expertum crebrius beati Adalberti totis suspiriis confugit patrocinium; per cuius interventum celerem meruit impetrationis obtentum. Nam, quod mirum est dictu, ubi fundus vix credibilis habetur, summotenus pendentem lympha sorbere non valuit, cinguli tantum usque finitima lambere praesumpsit. Sic nempe tam ipse liberatus exivit periculum, quam cuncta quae vehiculo imposita ferebantur sunt liberata.

18. Quomodo iunior Theodericus[c] construxit lapideam basilicam, removens sanctimonialium vitam et instituens monachicam.

Nec sunt memoriae subtrahenda, quae temporibus Theoderici[c] iunioris[4], praedicti videlicet comitis filii, nos ipsi vidimus declarata miracula. Is enim paternae devotionis ferventissimus aemulator in honore sancti confessoris Christi Adalberti lapideam basilicam non sine magna construxit difficultate, quippe cum tellus haec arenosa, tenuis exilitate, nimium sit egena lapidum et calcis oportunitate. Pignus quoque sancti corporis inclusum sarcofago eleganti fabricae decoravit artificio; et ne quid ei in praemio futurae beatitudinis deesset perfectae remunerationis, cultores monasticae observantiae inibi Deo vacare constituit[5], quibus etiam ad cotidianum victum de reditibus suis sufficientiam praebuit. Nam patris eius

a) vitae *M.* b) *deest M.* c) Theodor. *M.* d) depositione *H.* e) conspiciebat *M.* f) *deest H.*

1) Hollandiae. 2) Cf. diploma Karoli Simplicis datum a. 922, Iun. 15, apud v. Richthofen, 'Die älteren Egmonder GQ.' p. 29, quo rex *Theoderico quasdam res, ecclesiam videlicet Ekmunde cum omnibus ad eam iure pertinentibus* concedit. 3) Qui posthac ex abbatia ibidem fundata dictus est Egmond-Abdye prope castrum olim comitis Egmond op den Hoef. 4) II. comitis Hollandiae, a. 988. defuncti. 5) Nota in codicibus Chron. Hollandiae ad a. 985. haec exstat, SS. XVI, p. 443: *Idem Theodericus*

institutione sanctimonialium prius ibi vita florebat, sed ob imminentem saepius Fresonicae[a] feritatis molestiam ad observantiam propositi sui facultas eis minime suppeditabat.

19. Quomodo Theoderici iunioris filius Egbertus nomine, Trevirensis post archiepiscopus, febrem per beati Adalberti merita effugit.

Hic itaque tam eximiae liberalitatis comes genuit filium Egbertum nomine[1], quem divini timoris intuitu clericatus fecit delegari sorte. Qui dum iam in adulta aetate subdiaconatus ministerio fungeretur, quodam anno sequente die palmarum valida vi febrium est invasus, cuius acerbitate usque ad festivitatem sancti viri, quae est septimo Kalendas Iulii, graviter est vexatus. Cum vero sacrae festivitati fiducia Iun 25. meritorum piissimi confessoris cum ceteris interesse decerneret, ita penitus ab omni adversa valetudine est absolutus, quasi numquam ab ea fuisset pulsatus, et laetus ob tantae pestis evasionem ad missarum sollempnia ministerii sui obsecutus est devotionem. Hic denique est Egbertus, qui post archipraesulatus a Deo sortitus infulam, tam vivacissimo religionis ardore quam moderatissimae libramine discretionis Trevirensem rexit ecclesiam[2].

20. De restitutione visus Erlinde.

Fuit eidem comiti filia carissima nomine Erlinda[3], quae diu unius oculi est usu frustrata. Sed quomodo tantum confessorem non sentiret sibi placabilem, quem patris sui sedulitas tot munificentiis fecit debitorem? Recepit ergo visum, plus gaudens ex restitutionis beneficio, quam si numquam naturali careret officio.

21. De Wolmari presbyteri illuminatione.

Fuit item de gente Anglorum presbyter quidam nomine Wolmarus, qui per viginti annorum revolutionem nullam potuit penitus habere visus hilaritatem; unde, multis sanctorum locis peragratis, Romam quoque pervenit, ut ademptae lucis receptu potiretur. Verum superna pietas, quae per apostolicum meritum crebris et multifariis est modis patefacta, huius viri sanitatem ad declaranda sancti Adalberti distulit patrocinia. Nempe dum Romana reverteretur ab urbe, attrahente fama curationis multorum, Egmundam studuit adire, veniensque saluberrimi fontis ad locum, quem supra memoravimus[4], sub sancti corporis locello repertum, postquam oculos suos trino liquoris lavacro refovit, serenissimo lumine donatus abscessit.

22. De plurima languidorum reformatione, et quod adversus daemones maximam vim beati viri merita habent.

Moderno quoque tempore plurimi caecorum, claudorum aliisque aegritudinum varietatibus debilitati per efficacissima sancti Adalberti merita ad integram vegetationem sunt reformati; quorum nomina sive numerum colligere supersedimus, ne per verbosam stili vagationem legentibus forsitan quamlibet ingeramus fastiditatem. Sed hoc certissimae fidei commendandum, quod, cum locus hic sit fecundus incomparabili languentium medicatione, praecipue tamen gaudeat daemoniacorum liberatione. Nam quisque[b] huc venerit huiuscemodi captivatus amentia, integerrimae redemptionis gloriabitur obtinentia. Nam cur non declinent daemones potentiam confessoris cum Christo triumphantis, cuius ineluctabile certamen experti sunt in carne militantis?

23. De Ruoschini comitis filio curato.

Extitit etiam comes urbanus quidam Ruosckin habens vocabulum, cuius mansionis haud procul a beati viri monasterio constabat habitaculum. Hic divino praemonitus instinctu, filium suum illuc divinis obsequiis mancipandum atque regularibus institutis devoverat imbuendum. Postea vero, dum tam supernae aspirationis immemor quam propriae sponsionis extitit praevaricator, puer in immensam decidens invalitudinem, a cunctis irremediabilis habebatur, donec ad altare sancti viri regulari oblatione traditus absolveretur, evidenter insinuans, paternae defraudationis perfidiam languoris sui fuisse causam. Felix nimirum, cuius momentanea aegritudo tam paternae temeritatis correctio quam sempiternae suae salutis fiebat occasio.

. . . .

25. De eo quod pallium, quo sancti viri corpus diu velabatur, post exustionem oratorii incombustum sit repertum.

Oratorium quoque celeberrimi patris, minus iusta custodum vigilantia conservatum, bis incendii depraedatione est devastatum. Sed qui non dormitans neque dormiens conservat Israel, sic negligentium cf Ps 127,3. punivit iniuriam, ut meritorum sancti inibi requiescentis declararet eminentiam. Nam cunctis illic depositis flammarum violentia favillatenus crematis, solum pallium, quod sacratissimum corpus velare meruit, remansit expers huius exustionis. . . . . . .

a) Frison. *H.* b) quisquis *H.*

sanctimoniales, quas pater eius in Egmunda instituerat removens, monachorum vitam, que usque hodie ibi observatur, instituit. Quod vero a. 985. factum esse, neque eo loco dicitur nec facile credendum est, immo aliquot annis antea factum videtur.
1) Cf. Gesta Trever. (rec. B. C), SS. VIII, p. 169.
2) A. 977—993. 3) Haec monialibus in Egmondensi monasterio et eisdem posthac, ut Ioh. a Leidis, Ann. Egmond. ed. Matthaeus p. 9, scribit, a patre suo in Bennebroek transpositis abbatissa praefuisse dicitur. 4) C. 14.

26. De quodam patricida ligato et per merita sancti Adalberti liberato.

. . . .

Haec de vita et virtutibus opinatissimi confessoris Christi Adalberti Medelocensis[a] coenobii[1] excudere cucullarii, iubente serenissimo eiusdem monasterii domino supra nominato, videlicet summo praesule Egberto, qui rerum honestarum et ad divinum cultum proficientium sollertissimus et indefessus eminet procurator. Cuicumque igitur libellus hic in manus venerit, non hebetis ingenii crassitudinem, non incultae rusticitatis attendat absonitatem, nec arguat eos temeritatis, qui imbecillitatem virium non trutinarunt ad immensitatem ponderis, quia maiori se subicit periculo, qui inobedientiae noxam non pertimescit, quam qui propriae possibilitatis modum obauditionis intuitu pensare negligit[b]. Ergo quidquid incoctum deprompserit scribentium tenuitas, hos roboret praecipientis auctoritas. Et sicut non cernitur, a quam despectabilibus personis, sed quam nitidum et pretiosum sit quod defertur aurum, sic in hoc opusculo non inde dictantium spernatur ingenium, sed [consideretur[c]], quam laudabilis et Deo acceptabilis beati Adalberti fuerit vita, quam tot virtutum fulgoribus superna clarescere fecerit gratia. Nulla denique sana meditanti provenit iactura, si linguam eius foliorum exuberatio non adumbret, cum mens ipsius malorum odore et sapore dulcorata pinguescat. Discat ergo legentis animus scribentis imperitiae compati, si sancti Adalberti confessoris vitam, quam pia curiositate appetit, desiderat imitari. Ex radice namque fraternae condescensionis sancti iustius anima pullulaverit ad intuendam sublimitatem Creatoris; unde misericordi nos attendens exauditione, tam clementissimus pro nostris reatibus interventor quam promptissimus angustiarum tribulationis nostrae sit relevator, ipso annuente, qui de supernis caelorum sedibus veniens, miserorum effectus est consolatio, Iesus Christus dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat unus et verus Deus per infinita seculorum secula. Amen.

a) Mediolacensis *H.* b) *reliqua omisit Mab.* c) *suppl. H.*

1) Mettlach ad fluvium Saar.

PASSIO ADALBERTI EPISCOPI PRAGENSIS.

Duabus sancti Adalberti Vitis SS. t. IV. editis iam tertia addenda est[1], *illis ut videtur antiquior, sed etiam multo brevior, quippe quae, ut manu posteriore inscripta est, nihil fere nisi passionem eius describat, de vita anteacta paucis tantum verbis referens. Quod abbreviatori cuidam adscribendum esse, sunt qui censeant*[2], *sed vix causis sufficientibus potest probari. Auctor, certe Slavus natione, sive Bohemus sive Polonus, fortasse in monasterio Meseritz degens*[3], *non multo post Adalberti mortem, etiam prius quam alii duo sancti viri biographi, hanc narrationem conscripsisse videtur ex eorum fortasse relatu qui Adalbertum comitati sunt, iis additis quae de translatione capitis et miraculo tunc facto tradebantur*[4]. *Omnia non parum ab aliarum vitarum relationibus, quae ne inter se quidem conveniunt, recedunt*[5], *neque harum auctores nostram habuerunt, alibi vero lecta esse videtur*[6].

Exstat in unico codice Monacensi *nr.* 18897, *olim Tegernseensi, qui varias continet sanctorum Vitas, postea demum hoc volumine conpaginatas. Sex folia parvissimae formae hac explentur Vita, saec. XI. neque eleganter neque sine mendis scripta; nonnulla eadem manu, alia post demum emendata, aliquoties ita ut genuina lectio secundum grammaticae regulas vel ut narratio clarior redderetur sit mutata; ubi illam restituere fas duxi. Vitam ediderunt Giesebrecht ('Neue Preussische Provinzialblätter', ser.* 3, *t. V, et inde separatim emissam, Regiom.* 1860*), et Bielowski*[7] *(Mon. hist. Polon. I, p.* 153*), qui parvum scripturae specimen adiecit. Postea repetita est tam inter Scriptores rerum Prussicarum (I, p.* 235, *paucis additis codicis lectionibus II, p.* 411, *n.), quam inter Fontes rerum Bohemicarum (I, p.* 231*). Nunc codicem denuo quam accuratissime describendum curavi et quantum fieri potuit quae diversae manus correxerunt distinxi. In res ipsas inquirere non meum fuit.*

1) De codicibus postea repertis v. Kętrzyński, in 'Altpreuss. Monatsschrift' VI, p. 36; VII, p. 677; Zeissberg, 'Polnische Geschichtschreibung' p. 22 n. 2) Kętrzyński, 'Altpreuss. Monatsschrift' VI, p. 47, cui assentit Lohmeyer, 'Z. für Preuss. Gesch.' IX, p. 6. 3) Ita Giesebrecht loco infra laudato. Monacho Germanico librum Slavi abbrevianti nonnullas nominum formas, *Adilburc*, *Pulslawus*, attribuit Kętrzyński l. l.; de Germanico ex veteri carmine hauriente cogitavit Brandstäter, ibid. I, p. 330. 336. 4) c. 3: *ut fertur; perhibetur.* 5) Quod Giesebrecht accuratius exposuit. 6) Quae in historia Mediani-monasterii leguntur (v. p. 707, n. 2) non ex hac sumpta sunt. Sed codex Casinensis Vitae a Iohanne Canapario scriptae quaedam habet quae prope ad eam accedunt, ut Giesebrecht p. 17. monuit, qui etiam locum codicis Ultraiectensis a Bollandistis visi attulit; de alia vita posterioris aetatis v. Zeissberg p. 22, n. 4. Num Martinus Gallus, rerum Polonicarum scriptor, hanc passionem laudaverit, c. 6, SS. IX, p. 428, valde dubium videtur, cum in libro a se viso de itinere Ottonis III. ad sepulchrum Adalberti 'propensius' agi dicat, in hac nihil de eo legatur. Tale caput Giesebrecht postea additum, Kętrzyński ab epitomatore omissum censet; utrumque valde incertum. 7) Codicem iam a. 1856. descripsit et paulo post imprimi fecit; 'Hist. Z.' XVIII, p. 392.

*Adieci vero brevem narrationem de translatione corporis sancti Adalberti, certe posterioris aetatis foetum, sed ab aliis huius rei historiis diversam, et ex traditione quadam Gnesnensi ortam. Edidit eam ex codice saec. XV, quem in bibliotheca privata Prussiae occidentalis invenit, V. Cl. de Kętrzyński, 'Altpreuss. Monatsschrift' VII (*1870*), p.* 698, *quem secutus sum. G. W.*

f. 1 (288)

[PASSIO[a] SANCTI ADALPERTI MARTIRIS].

1. Sanctus Adalpertus, primis Sclavorum natalibus, Slawinihc patre et Adilburc matre editus, prahcticae virtuti inherens theoricaeque desudans, ascendendo succrescit, donec pubeda vixdum episcopale in Praga[b] conscendit culmen. Sedis quoque suae aeccleseam pastorali regimine, ut dignum erat, quinque annorum per curricula regens, intra semet ipsum tam glorianter sese in populo haberi detestando ac de hac gloria exui ambiens, Romam pedetemptim aggressus est, ultra mare concupiscens exulari[c]; sed ab apostolico retardatus est. Incolarum autem [suorum[d] p.] eiulatio spem suam abesse condolens, Willi- (f. 1') gisum Magontiensem archiepiscopum pro reditu patris sui interpellabant, *uti auctoritate sua eum revocaret. Suscepta enimvero hac epistola, vir Domino plenus voluntati suorum remeando satisfecit. Paulisper in adventu suo eos demulcens, itemque[e] eodem anno, paucis secum sumptis, Romam regrediens, Iohanne papa consentiente, in monasterio Sancti Bonefacii[f] monachico induitur habitu, tribus tantummodo annis cum his moratus fratribus. Ottone igitur tertio imperatore urbis Romanae excęlsa menia ingrediente, inibi sanctum virum inveniens, ut ad Saxoniam exiret, multipliciter et humiliter exoratus est. Cesaris peticionem haud renuens, voluntatem suam implevit. Saxonica tellure in brevi recedens, (*f. 2) in Polaniam[g] regionem cursum direxit, *et ad Mestris[h. 1] locum divertens, coenobium ibi construxit, monachosque quam plures congregans, Aschricumque[i] abbatem eos ad regendum constituit, qui postea archiepiscopus ad Sobottin[2] consecratus est; in quo loco aliquantisper moratus est.

997. 2. Post hec videlicet, sumpto baculo, paucis se comitantibus, latenter[k], quasi fugam moliens[l], Pruzae se intulit regioni. Ubi quoque Cholinun[3] appropinquans, venerat in quoddam nemus civitati propinquum, satis venustum[m], in quo erat planities iocunda; (Apr. 22.) eodem[que[n]] die vigilia erat sancti Georgi martiris. Cespite hoc aprili considens, con- (*f. 2') gressoribus *suis Radim[o] et Bugussae[4]: 'Conveniens mihi', inquid, 'videtur, quatinus hoc gramine pulchro pernoctemus[p] [et[q]] vespertinales nocturnalesque laudes rerum Creatori suoque militi persolvamus ac eo propitiante, orto sole, officiis missarum peractis, civitatem prout[r] venimus ingredimus[s]. Frater autem eius Radim, mutato nomine Gaudentius dictus, qui postea archiepiscopus[5] effectus: 'Quid nobis agendum est', aiebat, 'quoniam esuriendi inopia lassi sumus'? 'Obtice, frater', presul infit; 'noli contristari, Deus providebit suos; voluntas tua mox saturabitur Domini providentia'. Officio vespertinali[t] finito, ipse ab eis (*f. 3.) paululum recedens, *silvaticos per campos vagando tantum attulit eis fungorum herbarumque copiam atque dulcedinem, uti variorum ciborum superhabundantia se vesci qui aderant (Apr. 23.) congauderent. Lucifero, excussa nocte, assurgente astro, qui tunc erat canendus insegnis[u] insistebat imno[v]. Prius enim quam quintam oróscopos[w] tangeret umbram, sacrum celebrabat officium, eoque finito, abstracta tantum casucula, reliquo episcopalis vestimenti ornamento indutus, comitatu cum parvo urbem quae Chólinum vocatur inpavidus adiit. Erat enim ante

a) *alio titulo eraso, manu saec. XI/VXV. scr. c.* b) Pragra *corr.* Praga *c.* c) ari *in loco raso c.* d) suorum p. *superscr. c.; Pragensium vel provincialium intelligi censet Giesebr.; cui assentire non possum.* e) que *eadem m. superscr. c.* f) Bonefacii *post corr.* Bonifacii *c.* g) olaniam *in loco raso c.* h) Mestrys *corr.* Mestris *c.* i) Ascricum *corr.* Aschricum *c.* k) *e corr. c.* l) molliens *corr.* moliens *c.* m) *e corr. in loco raso c.* n) que *post add. c.* o) m *e corr. c.* p) s *e corr. c.* q) *post add. c.* r) *vocabulum* (Et?) *erasum c.* s) ingredimus *post corr.* ingrediamus *c.* t) vespernali *post corr.* vespertinali *c.* u) insegnibus *corr.* insegnis *c.* v) immo *corr.* imno *c.* w) oróscopus *corr.* oróscopos *c.*

1) Meseritz recte Giesebrecht intellexisse videtur. Perperam Bielowski legit *Mestr f.*, quod Kętrzyński ex *Montis-ferrei* corruptum censet. 2) De hoc loco non constat. Archiepiscopus fuit Ungariae (Colo-czanus?; cf. Gams, Series episcoporum p. 371). 3) Varias de hac urbe sententias v. Zeissberg, 'Poln. Geschichtschreibung' p. 21; Cholinum ex *Cholmum* depravari potuisse, ut voluit Brandstäter l. l. I, p. 337, non negarim. 4) i. q. Bogusław. 5) Gnesnensis.

introitum portae illius profundum specus longitudinis non parvae, ita tenebrosum, quod is 997 qui foris et intus erat non videri, sed *audiri ab altero potuit. Presul vero venerandus f. 3'. audacter accedens ferulaque sua postes portae, ut episcoporum mos est, pulsans: 'Aperi', infit, 'ianitor! Angelus regis gloriae intraturus[a] est; ipse rex dinoscitur virtutum omnium, cuius freno et potestate regitur machina caeli et terrae'. Urbanus custos: 'Quemquam intromitti noster mos non est', respondêre fertur, 'sed regrediens, in eminenti qui urbi preminet te ostende tumulo[a*], ut, quis sis, [pre]videaris[b]; tunc demum, primâte iubente, intrandi licentia haud tibi denegabitur'. Haec dicenti adleta[c] Dei oboediens, in praemonstrata *se *f. 4. videndum presentavit altitudine. Viso sancti Dei vultu, custodum unus terribiliter mirum alto clamore vociferavit, atque [mox[d]] more irascibilium âpum quasi tumultuantis populi quicquid virorum ac mulierum inerat concurrere. Improbi quoque facto agmine unanimiter circumvallantes sanctum Dei, quis sive unde esset, ammirati sunt. Unus videlicet ex eis, cui antea cognitus erat, eum esse, qui populum aquaria submersione pessumdaret, loquebatur: 'Nosque simili modo perdere venerat'. Quid est verbis morandum? Non densior grando sata conterendo *furit[e], quam armata lapidibus manus caput suum penitus con- *f. 4'. terendo saevivit[f], nec furori nimio ante pepercit, quam[g] mitram villosam, qua pro pilleo usus est, penitus dilacerabat. Circumfusus proprio undique cruore, inmobilis docendo perstetit[h], donec limphâta gens[i] lapidandi viribus defecerat et martirem sanctum ultimum claudere sperabat diem. Weihtahc almus maioris triumphi gloriam sibi esse paratam agnoscens, regrediebatur, memoriam defunctorum vigilias canendo cęlebrans, orationes usque ad dicendas pervenit; interdum, elevatis ad collum digitis, stolam humeris applicavit. Bugussa vero subdiaconus suus retro respiciens, octo viros post se properantes contemplavit; quod mox pio presuli palam fecit. Ille molliter ridens, ab inceptis non obticuit orationibus. *Subitoque in illum irruentium[k] unus extensa dolatura capitali eum martiri- *f. 5 zavit[l] sententia. Corpus [vero[m]] truncatum corruit in terram, spiritus autem polorum intravit gloriam. Asseclae videlicet eius in fugam conversi, proximae latibulis se servandi causa dedere silvae. Trucidatores nefandi, elevato capite, fixere illud in altum sudem, reliquum corpus amni prope fluenti inmersere, invidentes coruscantem populo lucere lucernam. Interea quoque, dum hec agebantur, caput de sude oracula aeternae[n] eructuabat vitae. Ast ubi homines nefandi velle suum in sanctum Dei perfecere[o], notae urbis claustro sese intulere.

3. Viatoris[p] cuiusdam, ut fertur, gressus iuxta semitam fluenti[s amnis[q]], quo hec contingebant, situs erat, qui *caput fixum cernens, de sude depositum abdidit[r] in pera. *f. 5'. Pulslaique ad civitatem Chnazina[1] vocitatam concitato cucurrit tramite. Stansque coram principe, rem sancti martiris omnem sicut noverat ordinaliter exposuit, abstractoque de pera capite, in medio manifestavit. Quidam procul dubio super inpositi sceleris reatu ferreo compede per crura inretitus, qui sequenti mane decollaturus[s] erat, contemplato sancti martiris capite, catenam de cruribus dissilire[t] gaudebat. Qui per merita testis Dei a proscripta liberatus est poena[2]. Hoc primum perhibetur esse suum signum. Hanc insoliti virtutem signi ammirantes, in quorum presentia beati martiris[u] passio peracta est, *advenere *f. 6. veroque testimonio que viator retulit confirmavere. Pulslawo quoque, tante sanctitatis[v] cupidus, pecunia sua viatori data, ipsum emit caput sanctum, ac misso magni thesauri pondere, nuntios suos cum discipulis sancti Adalberti ad redimendum reliquum corpus direxit. Mira res et[w] inaudibilis! Sex dies corpus almum in flumine, cui inmerserant, requievit, septimo autem [die[x]] piscino more defluit ad ripam, ubi inveniebatur; tribus videlicet[y] diebus caput in sude fixum ab aquila, ne ab ullo volucrum tangeretur[z], custo-

a) urus *e corr. c.* a*) cumulo *c.* b) videaris *post corr.* previdearis *c.* c) adl. *corr.* athl. *c.* d) *in marg. ead. m. add. c.* e) fuerit *c.*, fuerit — penitus *et alia manu in superiore margine* conterendo *suppl. c.* f) saevit *corr.* saevivit *c.* g) quam — dilacerabit *corr.* dilacerabat *ead. m. in loco raso c.* h) perstetit *ead. m. corr.* perstitit *c.* i) *una vel duae litterae erasae c.* k) irruentium (?) *post corr.* irruens ex illis *c.* l) z *e corr. c.* m) *post add. c.* n) eterne *post corr.* ęternę *c.* o) perficere *corr.* perfecere *c.* p) *e corr. ead. m. c.* q) fluenti (?) *post corr.* fluentis amnis *c.* r) adidit *ead. m. corr.* abdidit *c.* s) decollaturus *post corr.* decollandus *c.* t) *e corr.* (diss:lere) *c.* u) marī, ris *in marg. post add. c.* v) s *post add. c.* w) *e corr. in loco raso c.* x) *in marg. suppl. c.* y) vidlicet *ead. m. corr.* videlicet *c.* z) tangetur *ead. m. corr.* tangeretur *c.*

1) Gnesen. 2) Cf. Lib. de s. Hildulfi successoribus c. 19, SS. IV, p. 92, ubi narratur, quendam ad Medianum monasterium venisse, olim ferreis circulis constrictum utrumque brachium, *quorum alter in Palona deciderat apud reverendum beati martyris Adelberti sepulchrum.*

ditur[a.1]. Pulslawo[b] prefatus, dum a preeuntibus sanctum cadaver venire cognosceret[c], cum infinita se comitantum frequentia[d] obviam iens, condigno honore suam deportari fecit in f. 6'. urbem ac in basilica*, quam Misico, bone vir memoriae, Domino fabricaverat[e], reverenter collocavit, ubi Deo prestante assiduis virtutum in dies floret signis.

a) custoditur *post corr.* custoditum *c.* b) Pullawo *corr.* Pulslawo *c.* c) et *e corr. c.* d) frequenta *post corr.* frequentia *c.* e) frabricaverat *post corr.* fabricaverat *c.*

DE TRANSLATIONE SANCTI ADALBERTI.

Hoc autem quod de beati Adalberti corpore postea factum est, sicud, nonnullis illius provincie, in qua nunc requiescit, habitatoribus referentibus, reperimus, ymmo traditum literis vidimus, supprimere non debemus. Denique truculentissimi viri beati interfectores pertimescentes, ne, si corpus ibi sepeliretur, virtutes ad tumulum fierent, que ad se plurimum mentes allicerent, et ob hoc cristiani pariter fierent, inito consilio, hoc in undosum profundumque pelagus proiecerunt. Quo facto, quidam naute nocturnis horis per idem pelagus navigantes a summo celo usque ad aquam, ubi sanctum corpus natabat, columpnam ignis splendidissimam protensam viderunt[2]. Stupefacti igitur tanti visionem prodigii formidare vehementer ceperunt, quatenus ad cognoscendam rem, pro qua signum mirabile apparebat, ire minime trepidarunt. Cumque ad locum apropinquassent, cernunt corpus multis vulneribus saucium[a] atque recenti totum sanguine cernunt cruentatum. Quia igitur quid fuerat minime ignorabatur, inteligunt, illius esse corpus, qui inter illos fuerat nuperrime trucidatus, et credentes, eum maximi esse meriti, quem Deus celi tali signo ostendere voluit, mox elevato, illum de gurgite ad terram navigio perduxerunt atque quodam in loco sepulture diligentissime tradiderunt, hoc tamen suis compatriotis[b] prodere minime voluerunt, ne rursus simili modo furentes sanctum Dei nihilominus sepultura privarent.

Hec audiens iam dictus Otto augustus, letus efficitur, quod scilicet sanctus Dei Adalbertus suo desiderio esset[c] potitus; sed anxit et solicite cepit cogitare, qualiter eius sanctum corpus possit aquirere. Igitur, congregato exercitu, petit Poloniam[3], deinde suos legatos misit ad Prussiam, per quos Prussorum duci promisit immensam pecuniam, si ei sancti Adalberti redderet sacras reliquias. Dux vero promisse illectus aviditate pecunie, strenue cepit exquirere, sicubi apud illos is qui petebatur vir sanctus humatus esset. Cumque sibi innotuisset, quo in loco sepulcrum haberet, gratulabundus imperatori[d] per nuncios delegavit, ut, si pecuniam quam promiserat dare vellet, corpus quidem quod exigebat ipsi reddere[e] paratus esset. Quid multa? Multo auro argentoque corpus coemitur, cui nimirum nullum poterat conferri talentum, caputque abscisum ac[f] sanguine aspersum cilicium[g] imperator[d] compos voti consequitur. Cumque Gneznam, que in extremis Polonie finibus sitta[h] est, allate fuissent sacre reliquie, imperator[d] una cum episcopis et sacerdotibus et[i] qui secum aderat clero, cuncto se committante[h] exercitu, precedentibus crucibus et euvangeliis plenisque[k] aromatum turibulis, reverenter ac suppliciter, devotus ac festinus occurit[h]; Deum laudancium ymnosque pro tantis collatis celitus beneficiis voces canencium undique resonabant. Et cum vellet augustus totum corpus secum[l] deferre, cives Gneznenses, sed eque[m] Polonie cuncti provincie habitatores audacter obstabant atque constantissime reclamabant, dicentes: 'Hic exordium predicacionis eius gentibus fuit, hic primum per eum idolorum cultura repulsari et christianorum fides infidelium mentibus cepit infundi, hic apostolatus eius dignitas prius cepit pollere, ac per hoc hic eius corpus iure sepulcrum debet habere'. Quid multa? Tandem atque[n] instancia hominum devictus cessit. Partem tamen non minimam reliquiarum sibi retinuit atque postea quam plures in honore martiris construxit ecclesias, quas nimirum eius reliquiis decoravit. Constructa est autem ibi publicis impendiis in honore beati Adalberti basilica, in qua sacratissimum corpus eius humatum est, multis ostensum miraculis.

a) sacrum *ed.* b) compatritis *ed.* c) esse *ed.* d) impar. *ed.* e) redire *c.*; cedere *ed.* f) at *c.* g) celic. *ed.* h) *ita c.* i) et eum q. *c.* k) plerisque *ed.* l) suum *ed.* m) surdeque *ed.* n) *ita c.*; *fort.* atqui; prece tandem a. i. *ed.*

1) Similiter, sed triginta dies, codex Casinensis, SS. IV, p. 595 n. Sed tres dies habet codex Ultraiectensis, a Bollandistis adhibitus, ib. 2) Similem narrationem cod. Casinensis v. SS. IV, p. 595. 3) Aliter rem narrant Miracula S. Adalberti, SS. IV, p. 615.

fol. 22 — 22

Incipit passio sanctorum
Benedicti et Iohannis.
ac sociorum eorundem.

QVEM
RES LOQVITVR
beneuenisse: sanctus iste de bene
uento uenit; quem finis cantat
bene isse, et bene uixisse.
BENEDICTVS ab infantia
xpo philosophari cepit. Habens bonum ingenium sacras litteras didi
cit, habens castos mores pueritiam feliciter expleuit. Cum uero iam adultus
fuisset, sollicitudo parentum errauit, et dum expectare amantibus longum
uidetur, quod in sua potestate non erat, ab episcopo terre presbyter ordinatur. In qua or
dinatione cum oblata esset pecunia, per congruam penitentiam ipse post
satisfecit. Qui non solum [illegible] canonicus laudabiliter uixit, sed dei spiritu tactus
seculum cum suis pompis dereliquit toto animo. Adhuc in adolescentie annis
albe continentie manus dedit; seruans uirginitatem nimio zelo, cuius
nouerat esse singulare premium celo. Cum autem deo placuit ut mona
chus esse deberet, ad monasterium sancti saluatoris in periculo maris
ferum regulam matrem inuenit; cuius duro impio et amaro seruicio
eo libens colla subdidit; quia hanc nutricem dei seruorum magna dul
cedine sequente cognouit. Exinde tunc monachos admirabili

fol. 44.

quod sibi somnus seruiuit. aut cum sit in firmis conscientie. ad maiorem autem sug
gillationem. quod deus nouos sanctos coronauit ualde gaudet. secundum illud: Dimissa sunt
illi peccata multa. quoniam dilexit multum. Frater autem ille iuuenibus adhuc in hac
terra sanctis, et ab eis missus ad apostolicam sedem. quando cum licentia uenit. iam feliciter
inuenit rem pactam. scilicet per martyrium eos euolasse ad celum. quibus ergo quem
Benedictus iste, pro sua bonitate et nimia caritate. fratrem meum appellare sole
bat. dudum eis nescientibus apostolicam licentiam accepisse. Cum autem mira reddito
ris talia circa sanctos essent operata. iterum rediens frater ille romam. cum martyrium
eorum ibi nuntiaret. ipso interrogante papa, procul dubio iussit eos in loco sanctorum
martyrum haberi et honorari. Cum autem me girouagum nusquam uidisset. cum per
hoc ipsum interrogare et martyrium eorum renuntiare rursum romeus esse cepis
set. qui discordia magna cum rege saxonum erat. dum timetur ne in dampnum sui
ipsius illorum cursus foret. cum satis bono Vngero episcopo in itinere comprehenditur. — a a
et missus parthenopoli. in monasterio sub diligenti custodia tenetur. Inter
uaga quod. umbra noctis angustiam hoc cum dulcem caperet somnum apparuerunt sibi
sancti uiri uelut geminum sidus. Iohannes et Benedictus ualde increpantes. cur
staret. qui sine uoluntate et in horrida reclusione ibi plures dies mansit.
Unum inquiunt duorum quem diuisisti in monasterio perdidisti. si citius non ueneris al
terum cuius perditur. Intellexit frater quod non bene esset de loco sancto. ubi duos clericos
posuit. quod donec ipse rediret. diligenti studio ibi seruirent. et non dubitans se
celitus adiuuari. cum a sanctis dictum est ut cito ueniret. arrepta fuga captans
nocturna silentia. inter medium densorum hostium. sine querela domum sanus uenit.
secundum illud: Raphahelis: ego eum ducam et reducam sanum. Unus er
go duobus domi relictis clericis. ut fit sepe hoc tempore. de quo dictum est.

BRUNONIS VITA QUINQUE FRATRUM.

ED. REINHARDUS KADE.

Codex Vitam quinque fratrum Poloniae continens, de quo reperto iam prius breviter egi[1], *a patruo meo magno Antonio Krüger, illustri chalcographo Dresdensi, ante annos ut opinor quadraginta a viro doctissimo Northusen, thesauri rerum vetustate ac raritate notabilium ibi praefecto, emptus, in possessione parentum meorum Suerini Megalopolitanorum versabatur et per quinque fere lustra in cista quadam cellae neglectus iacebat, dum tandem in vetustum illud monumentum animum meum intendens Vitam quinque fratrum invenirem. Quas res iam antea leviter in transitu attingens, de codice manuscripto, ut in dissertatione mea*[2] *pollicitus sum, nunc accuratius exponam.*

Codex membr. in quarto (18 × 14 cm.) foliis 166 constat. In partes tres est dividendus, quas circiter saec. XV. uno volumine comprehensas esse, ex integumentis ligneis corio inductis colligere possumus. Qua re folia antea multo maiora a bibliopego praecisa atque imprimis partis primae superiores et extremi margines nimis resecati sunt. Quin etiam plures literae initiales, quarum decem et septem sive maiores sive minores extant, laesae sunt, contextu tamen nullo loco corrupto. Codicis partes tres integrae sunt conservatae. Eius vero quatuor extrema folia, quorum trunci adhuc cognoscuntur, excisa sunt, quae literis non inscripta fuisse videntur. Ubi antea vel quorum in manibus codex versatus fuerit, explorare mihi non licuit[3]. *Scidulae quaedam, quarum altera valde extrita, quae res in libro inessent, indicasse videtur, altera notam numeri 44 praebet, tergo integumenti inhaerent. Duae fibulae ex orichalco factae librum comprimunt.*

1. Prima pars ex centum et decem foliis, quae tredecim quaternionibus et uno efficiuntur ternione, constat atque legendarium sive passionale exhibet. De tempore quo ortus sit hic liber litera initiali Q, quae folio 22. Vitae vel Passioni sanctorum fratrum praecedit, instituimur. In dextro huius literae angulo, quae multis in cochleam retortis ornamentis e rostro draconis cuiusdam exeuntibus atque diversis coloribus picta est, nota numeri 1204 Arabico quem dicunt more minutissime scripta invenitur (v. specimen adiectum). Notae similitudinem habent magnam cum illis, quas Guil. Wattenbach e codice Ratisbonensi, nunc Monacensi[4] *edidit. Sub eo numero ab eadem rubricatoris*

1) 'N. Archiv' VIII, p. 365 sq. 2) De Brunonis Querfurtensis Vita quinque fratrum Poloniae. Lipsiae. 1883. 3) Coniicere licet, codicem eum esse qui a. 1789. in monasterio *Eberacensi* asservabatur, continens Vitam Benedicti et sociorum eius; Serapeum 1845, p. 185. G. W. 4) Lat. nr. 14733, SS. XVII, tab. II. ad p. 184; cf. 'Anl. z. Lat. Palaeogr.' ed. 3. p. 87.

manu signum quoddam positum est, quod saepius in codicibus invenitur. Cui simillimum in codice bibliothecae civitatis Lipsiensis Rep. II, 51[1] *et in precatione exeunte illis carminibus quae 'Merseburger Zaubersprüche' vocantur postposita*[2] *apparet. Hoc sigillo, cui quae vis insit, Sievers se nescire fatetur, Müllenhoff iure 'per Iesum Christum dominum nostrum' significari docet. Circuli sane parvuli, qui infra illam abbreviationem conspicitur, vim atque sensum explicare non possum. Quamquam secundi numeri nota* 3 *fortasse pro* 2 *legi potest, cum eiusdem perparvula lineamenta facillime confundantur, atque dubium videri licet, num iam primo saeculi XIII. lustro numeri qui dicuntur Arabici in frequentem usum venerint, tamen primam hanc codicis partem non saec. XIV, sed ineunte saec. XIII. scriptam esse, et figuris et omni habitu literarum apparet. Hanc partem non unus quidem scriba exaravit, sed complures manus inter se valde diversas internoscimus, quae diversis intervallis succedunt, ita ut aliae interdum magnum paginarum numerum compleverint, aliae non multum scribendo contulerint. Inter ceteros, qui ubi plurimum* 22 *vel* 24 *vel* 28 *paginas inscripserunt, unus scribarum praestat, qui folia* 51½ *accuratissime exaravit. Hic solus et s. Wenceslai et nostram quinque fratrum historiam totam nitidis literis exscripsit. Numerus versuum in unaquaque pagina medius est inter viginti quatuor et viginti octo.*

Vitas quatuordecim, quae parte in prima continentur, iam antea recensui[3]. *Quare nunc ea monuisse sufficiat quae ad res Germanicas pertinent.*

Fol. 1—21: *Praefacio et Vita sancti Godehardi episcopi. Eadem quae SS. XI, p.* 196 *sqq. edita est sub titulo: 'Vita Godehardi posterior auctore Wolfhero'. In numero codicum B hic et propter nomina in praefationis initio mutata et propter res alias, quas infra profero*[4], *referendus est.*

Fol. 21—49′: *Brunonis liber quem edimus.*

Fol. 55′—81′: *Vita s. Columbani abbatis (Bobiensis auctore Iona). Exhibet codex locum interpolatum, quem Mabillon omisit, cuius particulam Surius praebet. Praefatio autem deest*[5].

Fol. 81′—84′: *Passio s. Kiliani episcopi et martiris ac sociorum eius. Vita haec est prior illa breviorque (Canisius, Lect. antiq. III,* 1, *p.* 180; *Mabillon, Acta II, p.* 991—993; *Acta SS. Iul. II, p.* 612—614). *Vita ineunte duae enuntiationes occurrunt, quae e Vita Kiliani posteriore assumptae sunt.*

Fol. 84′—87′: *Passio s. Constancii*[6]. *Hanc legendam, quam nusquam impressam inveni, eandem esse atque cuius acta ex ms. monasterii Bodecensis canonicorum regularium in Westphalia breviora se habere Bollandus, Acta*

1) Vide W. Arndt, 'Schrifttafeln', tab. 49.

2) Cf. E. Sievers, 'Das Hildebrandslied' p. XXVIII. Halle 1872; vide etiam Müllenhoff et Scherer, 'Denkmäler' ed. 2. p. 24. 314.

3) 'N. Archiv' l. l.

4) Cum familia enim codd. A recte nomen auctoris Wolfheri et abbatis Hersfeldensis Albwini indicet, familia codd. B, nominibus mutatis, loco Wolfheri Arnoldum, loco Albwini Meginhardum interpolat. Noster etiam codex literam *M* praebet sicuti ceteri codd. B, mirabilem tamen in modum pro Arnoldo literam *T* substituit. Quae quidem propinquitas cum codd. B et consensione lectionum evidentius affirmatur, quarum nonnullas commemorem: c. 4. *Christianus Bataviae;* c. 33. sicuti in codicibus B deest. Cum aliae Vitae libri nostri et s. Columbani (5) et s. Kiliani (6) et Wenceslavi (10) optimas lectiones sequantur, haec Godehardi Vita valde est mendosa. Multa ex voluntate omissa (capp. 8. 9. 16. 17. 21. 23. 24), oratio ad libitum traducta et conversa. In prima parte usque ad cap. 5. codex ad similitudinem lectionum codicis Gothani (B 5), quem necessitudine artiore cum codicibus A coniunctum esse constat, quam proxime accedit. Secunda parte usque ad finem similitudo inter lectiones codicum Rottendorfiani (B 4) hodie latentis et Reginae Sueciae B 4^b et nostri libri in oculos incurrit.

5) Etiam Vitae caput 30 (Mab. 1 = Sur. 16. extr.) nostro codici deest sicuti Mabillonianae editioni.

6) Inc.: *Victoriosas sanctorum mart. passiones.* Expl.: *Passus est igitur b. Constancius 4. Kal. Februarii.*

SS. Ian. II, p. 1153, *dicit, verisimile est. Etenim verba illis subiuncta etiam nostro libro insunt:*

Post multorum annorum curricula, regnante Deo nostro et Ottone serenissimo inperatore augusto in tota Italia, translatum est corpus sancti Constancii martiris de Perusina civitate et per Reginoldum episcopum in metropolim Saxoniae Magadeburch 2. Kal. Decembris perlatum. Eodem die alia quinque sanctorum martirum corpora, videlicet Herculani, Eusebii, Latini, Sabini et Exuperancii per prenominatum episcopum eidem civitati sunt allata et ab Adelberto archiepiscopo cum honore suscepta et in ecclesia sancti Stephani prothomartiris collocata.

Fol. 94—104*: Prologus et Vita s. Ventizlavonis gloriosi ducis ac martyris. Hic liber 'radix et fundamentum omnium, quae postea de Venceslai vita prodierunt' (SS. IV, p.* 211*) Pertzio docente Gumpoldi est episcopi Mantuani. Codex noster, quamquam auctoris nomen, quod Guelferbytanus numero* 11, 2. *signatus solus indicat, non exhibet, tamen optimis codicibus adiiciendus est*[1].

Fol. 104—106: *Passio ss. Sisinnii, Diocletiani et Florentii. Prol.*: Passiones sanctorum . . . ita a nobis sunt scribendę. *Vita inc.*: Sergius Terrentius urbis prefectus Lucinam *(perperam; Surius:* Protinam*) etc. Forma huius Passionis quamquam in universum cum illa a Surio II, p.* 136. *edita congruit, tamen quod ad dictionem spectat ab hac multis partibus abhorret, neque ultima verba usquam legi, quae hic exhibere iuvat:*

Post hęc multorum evolutis spatiis annorum corpora sanctorum Sisinnii et Florentii iussu Ottonis serenissimi imperatoris, qui tunc temporis omnem Italiam suis imperiis florentissime gubernabat, inde ablata et per Dodonem[2] ępiscopum in Magadeburg metropolim Saxonie, quam idem imperator summo studio coluit et construxit, translata; Adalberto vero primo illius sedis archiępiscopo sancte ille reliquie unâ cum corpore sancti Victorini martyris 18. Kal. Septembris venerabiliter sunt suscepte et in ecclesia beati Stephani protomartyris cum honore debito reposite.

Hoc loco et alio supra exscripto collectionem hanc sive in usum Magdeburgensis ecclesiae sive a clerico eius factam esse, probari videtur. Hic etiam confessorum apud Slavicas gentes pro christiana religione occisorum Vitas ut colligeret adduci potuit.

Ex tertia parte affero fol. 166'. *carmen precationis Latinum quod 'N. Archiv' X, p.* 186 *sq. edidi. Omnibus his longe praestat liber Brunonis hucusquei neditus, qui ad Vitam Adalberti ab ipso conscriptam et illam celebrem Heinrico II. datam ępistolam*[3] *iam accedit*[4].

Quamquam quidem prologi titulus indicat vitam vel Passionem s. Benedicti et Iohannis sociorumque esse tantummodo 'editam' a Brunone episcopo[5],

1) Textum enim non correctum et pro posteriore tempore iam emendatum, sicut Bruxellensis nr. 9289 et Pragensis, sed integrum perbonumque praebet. Cuius rei testem baud dubium habemus caput 15, ubi verba *cuius* (Tutonis) *dyocesi tota subcluditur Boemia* recte, aeque ac in codice Guelferbytano, inveniuntur. Vitium quoddam monendum, quod capite 11. ineunte perperam *socrus* pro voce *aviae* legitur. Quod vocabulum et in Guelferbytano et in Bruxellensi codicibus deest. 2) Vide Thietm. II, 10; Ann. Magdeb. a. 973. 3) W. Giesebrecht, K. Z. ed. 4, II, p. 689—692; cf. Wattenbach, GQ. ed. 5. I, p. 331, n. 2. 4) Trithemius, De viris ill. II, c. 85. dicit, eum scripsisse *et nonnulla alia, quae ad manus nostras non venerunt;* et idem SS. eccl. c. 336. praeter alia libros duos commentariorum in Genesim Brunonem scripsisse refert; quae vero, ut Arnoldus Wion animadvertit, Brunonis Signiensis sunt. 5) Ita Bruno se ipsum in sua epistola appellat: *cuius* (Heinrici II) *sancta persuasione episcopus sum* (v. Giesebrecht, K. Z. II, p. 689. 691). Id quidem optimi fontes confirmant: Thietmar. VI, 58; Wipertus de praedic. Brun., SS. IV, p. 579; Annal. Weissenb. a. 1009, SS. III, p. 70 (Annal. Capit. Cracov.); Gesta epp. Magdeb. c. 14, SS. XIV, p. 389 (ibidem vero c. 10, p. 383; c. 15, p. 394. dicitur archiepiscopus); itemque Annal. Magdeb., SS. XVI, p. 156. 164, modo episcopum, modo archiepiscopum, P. Damiani vero, Annal. Quedlinb. a. 1009, Annal. Saxo archiepiscopum eum appellant. — Gfroerer, 'Gregor VII.' VI, p. 49; Cohn, 'Heinrich II.' p. 99; Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 331; Giesebrecht l. l. p. 104; Vogel, ap. Herzog, 'Realencycl.' s. v., de archiepiscopo Brunone loquuntur. Vide quoque infra c. 4; Giesebrecht l. l. II, p. 577; Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' t. II, p. 268, n. 3; H. v. Zeissberg in 'Wiener Sitzungsber.' t. LVII (1867), p. 350, n. 2.

qui et Bonifacius dicitur, tamen Vita quin et concepta sit ab eo ipso, dubitari non potest; neque vocabulum illud medio aevo aliud significare solet. In utraque Vita, s. Adalberti et quinque fratrum, necnon et epistola saepius eandem sententiarum verborumque conformationem, easdem personas eosdemque testes vivos occurrere, eorundem poetarum Latinorum notionem apparere, iam alibi exposui[1]. *Tales mutuationes, quae etiam inter Brunonis Vitam Adalberti et epistolam non inauditae sunt*[2], *multaque alia, etiamsi parvula, ex comparatione Vitarum emanant, quae ad eundem auctorem, non ad imitatorem quendam spectant.*

Brunonem anno 1004. *medio e Germania ad gentes convertendas itineri se tradidisse constat*[3]. *Postquam apud Stephanum regem usque ad annum* 1007. *extremum commoratus*[4], *ad regem Russorum Wladimirum venit, mensis unius*[5] *tempore circumacto, ad Pezenegos se contulit, unde in Poloniam circa annum* 1008. *medium ivit. Quo itinere et ad locum martyrii*[6], *ubicumque terrae Polonicae erat, venisse videtur, ubi a testibus superstitibus de rebus multisque fratrum adversis certior factus, ut martyrum Vitam scriberet, impulsus est.*

Alia regione, alio tempore, forsitan in Ungaria, antequam in Polonia a. 1008. *medio moraretur, Brunonem vitam fratrum auditu compertam scribere coepisse non sentio, quia multas res, quae ad congregationem fratrum ipsam pertinent, nusquam alibi nisi ipso loco martyrii cognoscere poterat. Tum autem Brunonis verba, quibus de* his Slavonicis terris *c.* 12. *et de viventibus adhuc in* hac *terra c.* 21. *loquitur, eam opinionem excludunt. Hisce nimirum verbis non illa elocutio demonstrativa*[7] *in parte libri prima adhibita conferenda mihi videtur, quam Bruno memoriam temporis praeteriti tamquam praesentem animo contemplatus usurpat. Itaque Vitae origo inter annos* 1008. *medium et* 1009. *ineuntem, quo Bruno die* 16. *Kal. Mart. decollatus est*[8], *ponenda est. Neque longum intervallum temporis inter epistolam ad Heinricum imperatorem datam et Vitam fratrum ut statuamus oportere crediderim, utrum opus prius sit ortum, decernere non ausus.*

Quae cum ita sint, hanc Vitam a nobis repertam pretiosum esse antiquitatis monumentum omnes agnoscent, quippe quod non solum de monachis paganorum conversioni intentis, sed etiam de terris Slavorum et, quod maximi est momenti, de Ottone III. multa referat fide digna. Nam anonymi Passio quinque fratrum, quae in codice Trebonensi[9] *habetur, et ille sermo qui in codice regio Bruxellensi nr.* 8941.[10] *invenitur, hoc libro in lucem prolato, iam nullius momenti sunt.*

1) Diss. p. 8 sqq. 2) Cf. V. Adalb. c. 10, l. cum epistolae loco l. l. p. 692, l. 4. 3) Vide Gesta epp. Halb., SS. XXIII, p. 89; Thietm. VI, 58, L. Giesebrecht, 'Wend. Gesch.' II, p. 20, n. 3. 4) Vide epist. p. 689, l. 23. 5) Ibid. p. 689, l. 26. 6) C. 13, fol. 39': *et ut hodie videndum.* 7) C. 2. *hic* (Pereo), *in hac palude.* 8) Indiciis de anno martyrii inter se differentibus (vide diss. p. 14, n. 1) Thietmarum sequor. 9) Nunc Pragensis bibl. univers. XIII. D 20, saec. XIV, f. 194—198'. ('Archiv' X, p. 669); vide Bonav. Piter, Thesaur. absconditus. 1762. p. 169. Eademque brevis Passio exstat in codice Pragensis univers. I. C 25, saec. XIV, f. 20'—23, apographo praecedentis. Alia in codice monasterii Raygern l. 6, saec. XV, f. 217 ('Archiv' X, p. 659. 692). 10) Cf. SS. IV, p. 581. Haec alia a G. Henschenio ad Vitam quinque fratrum scribendam collecta eidem codici sunt inserta: a) Vitae sanctorum 8 (corr. 5) fratrum Polonorum (e Miechow et Cromer). b) Passio quinque fratrum ex pergameno Bluburensis prope Ulmam coenobii Passionali decimo circa a. 1480. elegantissime per Fr. Bertholdum Krafft manuscripto collata curiose 1648 (e Cosma). c) Ex historiarum Camaldulensium parte posteriori per Augustinum lib. primo cap. 14. d) Le vite de' santi Giov. e Benedetto . . . Raccolta . . . dal R. P. Don Tommaso Mini. Fiorenza 1605. e) Officia propria sanctorum quorum memoria per archidioecesim Bohemiae . . . colitur. 1663. Pragae (e Cosma). f) Homilia quinque fratrum (in margine legitur: 'accepimus a Gamans').

Iam de tempore quo fratres martyrium passi sunt quaedam sunt monenda, cum, annalibus inter se de anno repugnantibus, et veteres scriptores et viri eruditissimi adhuc in contrarias distrahantur sententias[1].

Petrus Damiani[2], *quamquam annum ipsum celat, 'septimo vero anno' monachos ad Romanam urbem unum socium misisse et per eum praedicandi licentiam petiisse, memorat; sed hoc procul dubio falsum est, indeque*[3] *recentiorum scriptorum errores nati. L. Giesebrecht*[4] *monachos, Italia anno* 1002/3. *relicta, in Polonia septem annis peractis, anno* 1009/10. *mortuos putabat*[5]. *Sed hanc sententiam epistola Brunonis reperta evertit, quae a.* 1008. *scripta eorum interfectorum mentionem facit. Zeissberg iter monachorum in Poloniam esse susceptum a.* 997. *credit*[6], *quam in similem fere opinionem, itinere monachorum in annum* 998. *reiecto, Gfroerer iam antea inclinavit. Alii, ut Roepell, Bielowski*[7], *Grünhagen*[8], *Dudik, eo magis inclinant sententiae, ut martyrium in a.* 1008. *ponatur. Hirsch et Zeissberg primi de a.* 1003. *pronunciabant, et hic quidem opinionem eam, optimis annalibus Cracoviensibus et vetustis et brevibus, annalibus capituli Cracov., Polonorum II, Kamenzensibus, Mechoviensibus, S. Crucis Polonicis comprobatam, quam certissimis tunc argumentis firmare conabatur*[9]. *Nunc res quomodo recte se habeant, ex Vita facile elucet.*

Toto illo anno, *quem a.* 1001. *esse apparet*[10], stetere adhuc fratres in heremo *c.* 2, *fol.* 26. *Tum autem, cum Otto tertium a die* 20. *mensis Nov. ad diem* 12. *mensis Dec. Ravennae commoraretur*[11], *monachos illos in Poloniam direxit*[12]. *Hiemali igitur tempore* 1001/2, cum caesar contra ... Romuleam urbem non dextro omine iter ageret *c.* 7, *ultra Alpes viam secabant. Sclavonicam linguam cum intelligere didicissent, neque vero Bruno licentiam desideratam praedicandi iis in Poloniam portaret, Benedictus — id quod ignoravimus — hieme (fol.* 35') *a.* 1002—1003, *rectius fortasse a.* 1003. *ineunte itineri se tradidit et Pragam aggressus est, unde fratrem unum, quem missum et Petrus Damiani commemorat, Romam transmisit. Qui frater se rediturum esse inter dies festos omnium sanctorum et diem s. Martini promisit. Eodem die fratres eremitae interficiuntur; et annus martyrii e diebus c.* 31. *annotatis iam potest definiri. Nam in feriam quintam hebdomadae ille dies s. Martini incidit a.* 1003. *Fratres igitur post Italiam relictam duobus annis nondum peractis necati sunt.*

Nunc de loco martyrii paucis inquirere liceat.

Scriptores Bohemici posteriores Cosmae fere omnes oboedientes non multa nova aut, si quid novi, addunt falsa. Dalimil fratres ipsos vocat Bohemicos locumque martyrii silvam Polonicam sive Bohemicam perperam indicat[13]. *Annales*

1) V. quae diss. p. 17. de variis veterum scriptorum testimoniis collegi. Omitto annales apud Mizler III, p. 181, qui annum 1002, et annales Polonorum I, III, IV, qui annum 1005. indicant, omitto chronicum principum Poloniae (Stenzel I, p. 56), quod perperam annum 1025. profert, reiicio glossema ad Annales Kamenzenses ad annum 1003, quo verba inveniuntur: *Alibi dicitur, quod illi heremitae adhuc vivente s. Adalberto martyrizati sunt.* Praetermitto Cosmam Pragensem et fere omnes posteriores Bohemiae scriptores, qui annum 1004. tradunt.

2) Vita Romualdi ed. Caietanus II, p. 450; SS. IV, p. 850.

3) Iam Bielowski, Mon. Pol. I, p. 329, dubitabat.

4) 'Wend. Gesch.' II, p. 19.

5) 1008. Pabst, ap. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' II, p. 383, n. 4.

6) 'Sitzungsber. d. Wien. Akad.' l. l. p. 310.

7) l. c. p. 227, n. 2.

8) 'Reg. zur Schles. Gesch.' p. 5.

9) l. c. p. 310.

10) Diss. p. 19.

11) Stumpf, Reg. nr. 1271 sq.

12) Verba quae sola repugnare videntur c. 3, fol. 27: *Imperator hoc nimium vult, ut praecedas ante eum in regionem Sclavorum* circumspectis rebus quominus stricte accipiamus impedimur. Iam mense Iunii a. 1000. Otto in Italiam e Polonia reverterat, priusquam tres viri Romualdus, Benedictus, Bruno Romae in Aventino inter se congressi sunt. Eorum autem congressio, si felicissime cesserit, ante autumnum (fol. 23') a. 1000. certe non fuit. Ante Ottonem igitur in Poloniam ire Benedictus non potuit. Itaque libere interpretandum, ita ut credamus, imperatorem iterum Poloniam, qua in regione adhuc stabat sententia eius c. 3, visitare in mente volvisse.

13) C. 37, SS. R. Bohem. III, p. 75.

Gradicenses fratres nominant 'Boleslavenses', quod Dobneri Monumentis hist. Boem. III, p. 63. *nixus dictum esse puto, quod corpora quinque fratrum a.* 1046. *Boleslaviae (Altbunzlau) sunt condita*[1]. *Zeissberg non apte illam vocem e voce 'Polonienses' corruptam esse vult*[2]. *Annales Kamenzenses, qui cum numerum 'quinque' fratrum, tum locum martyrii 'Kasimiriam' nominatim praebent, cum Chronico princip. Polonorum*[3] *et annalibus S. Crucis congruunt, qui eiusdem nominis locum ostendunt. Inter veteres Polonorum scriptores Dlugossus p.* 182. 253. *et eum secutus Miechow eo progrediuntur, ut heremitis locum, ubi nunc oppidum Kazimierz in Maiori Polonia fere decem miliaria inter meridiem et solis ortum Gnesna ab urbe situm est, traditum esse a Boleslao dicant. Alii viri eruditissimi hanc urbem Kazimierz ad Vistulam fluvium in terra Lublinensi sitam putabant, Stenzel*[4] *Kasimiriam in Silesia non longe ab urbe Leobschütz sitam intelligendam esse censuit.*

Zeissberg, cum dux, cognita nece fratrum, die adveniente iam cum numerosa populi multitudine ad heremum festinasse dicatur ideoque non longe afuisse videatur, Gnesnam urbem a Petro Damiani, qui de nomine tacet, significatam esse, iniuria opinatus est[5]. *Sed praeter alia quaedam, quibus, ut hanc opinionem refellam, commoveor, haec inprimis e Vita referam. Primum quidem verba, quibus Bruno locum martyrii memorat, ad Gnesnam spectare mihi non videntur, quod ille locus non aliter nisi 'villa' vocetur c.* 15. *eiusque incolae 'villani'. Quam vocem quamquam a scriptoribus medii aevi ad urbem significandam nonnumquam adhiberi non nescio, tamen ad Gnesnam, iam tunc praecipue post archiepiscopatus fundationem anno* 1000. *praeclaram atque metropolim, referenda mihi non videtur. Accedit, quod ad exequias corporum habendas 'terrae episcopus' arcessitus est*[6]. *Si enim Gnesnae sancti interfecti essent, episcopus praesens adfuisset, neque Posnaniam ob eam rem nuntius mittendus fuisset, nec certe, si illud concedere vis, duobus sive tribus diebus opus fuisset*[7], *ut eventus ad contiguam urbem, quae non plus* 40 *milia passuum abest, nuntiaretur. Graviora sunt verba c.* 16, *quae ad bellum Heinrici II. contra Boleslaum a.* 1005. *gestum revocare cogimur*[8], *quo anno Saxones ad Posnaniam progressi sunt. Cum villa quaedam, quam exercitus in illo itinere ascendebat*[9] *sive expugnabat, a Brunone dicatur eademque ad occidentem versus a Posnania ut sita fuerit oporteat, facile de urbe aliqua, quam Thietmarus, priusquam Heinricus II. Posnaniam accedit, commemorat, cogitatur. Profectum esse, ait VI,* 20, *regem et usque ad abbatiam quae Mezerici dicitur pervenientem annualem ibi Thebaidae legionis festivitatem (Sept.* 22*) complere et, ne monasterium hoc ac absentium mansiones monachorum aliquam a suis pateretur molestiam, prohibere studuisse. Apud eam villam Meseritz et abbatiam aut a Iordano (a.* 968—1001*) aut ab Ungero secundo fundatam, quae in provincia Posnaniensi seu Polonia Maiori iuxta Obram fluvium sita est, sanctos de vita decessisse, iam doctus Polonorum vir Szainocha*[10] *opinatus est. In illam urbem seu locum*

1) Neplacho a. 990; quintus, sc. Christianus, in ecclesia Olomucensi a. 1128. sive 1130; cf. Dudik II, p. 144, n. 2. 2) l. c. p. 311. 3) Stenzel, SS. Siles. I, p. 56. 4) l. l. I, p. 56, n. 5) Vide diss. p. 26 sq. 6) C. 13, fol. 42. Ungerus Posnaniensis (1001 — 1012, Iun. 9); cf. Thietm. IV, 41. 43. 7) C. 13, fol. 42: *tercio die.* 8) Neque enim prior ulla multarum in Poloniam expeditionum iis verbis significatur, quia ante a. 1005. nullus Germanorum exercitus in fines Poloniae ipsius ingressus est. Neque post a. 1005. usque ad hiemem anni 1008, qua in media Vitam esse scriptam vidimus, Saxones in Poloniam ingressos esse, historici ullam iniiciunt mentionem. 9) C. 16. 10) 'Bolezlaw Chrabri' p. 126. Tantum vero abest, ut eiusdem causis, quas Zeissberg incertas iure vituperavit (l. c. p. 336), commotus in eadem sim sententia, ut iam antea libri Szainochae ignarus verbis ipsis Thietmari et Brunonis nostri confisus in eam opinionem inciderim.

ei proximum omnia bene cadunt. Tertia die ordo rei gestae ad Ungerum Posnaniam perfertur. Meseritz[1] *abbatia fere* 12 *leugas Germanicas a Posnania urbe, proxima episcopatus sede, abest, cuius dioecesi erat subdita. Si multorum palustrium et fluviolorum, qui illam regionem percurrentes commercii celeritati obstant, rationem habuerimus, intervallum trium dierum ad mortem fratrum promulgandam longius non decernemus. Hanc urbem ab exercitu Saxonum vere ascensam esse, verbis Brunonis bene respondet. Kasimirias autem neque illam in Silesia neque ad Vistulam neque in Polonia Maiori sitas intelligi posse opinor, cum exercitus Saxonum illa in expeditione a.* 1005. *ad ullam earum urbium aggressus non dicatur.*

Denique de itineribus Brunonis, praecipue ex Italia in Germaniam factis pauca addamus promissi memores[2].

Brunonem, qui, Benedicto et Iohanne iam inter a. 1001. *ex. et* 1002. *in. in Poloniam profectis, interea voluntate Ottonis retentus in Pereo remanebat, mors amici Rothulfi stimulare coepit, ut Romam iret*[3]. *Tamen ipsi via non patuit, cum maxime in Italia superiore brevi post mortem Ottonis apparatus belli exsisterent. Atque praesertim cum Frithericus archiepiscopus Ravennas in regis Heinrici II. fidelitate maneret, Brunoni Ravenna venienti grave erat viam celeriter ad effectum ducere. Nihilominus non post multos dies (c.* 10*) ante a.* 1002. *medium, ut opinor, Romam venit, ubi a papa Silvestro II.*[4] *paganos adeundi licentiam impetravit. Postquam nonnullos menses Romae est moratus, eum hieme a.* 1003/4. *Alpes, ut in Germaniam tenderet, transcendisse, L. Giesebrecht et Zeissberg*[5] *dicunt, qua de re iam Hirsch*[6] *addubitabat. Primum e narratione Petri Damiani, qua illi utebantur, non plane elucet, Brunonem migrationem suscepisse hiemali tempore*[7]. *Sed hoc ipsum concedatur, tamen annus itineris hac nunc Vita adiutrice rectius designandus erit. Dicit enim auctor fol.* 36: Benedictus nunc notat culpam meam, qui cum prope essem . . ., eum videre nolui[8]. *Quae omnia, praecipue se prope fuisse, tam certe affirmare non potuit, nisi sanctis adhuc viventibus, ante igitur a.* 1003. *extremum, Italia relicta, aut in via erat aut in Germania iam versabatur. Accedit, quod Benedictus iter Pragam fecit a.* 1003. *ineunte. Si fere eodem tempore, quo Benedictus Pragae erat, Bruno Ratisbonae morabatur, aliquo modo se prope tunc fuisse profiteri ei licuit. Iter igitur a.* 1003. *ineunte aut, si illud Petri Damiani comprobamus, hieme* 1002/3. *evenisse persuasum mihi est*[9]. *Quam ob rem tamen, licentia a papa accepta, ante consecrationem suam a Taginone Merseburgi a.* 1004, *Febr.* 2. *factam tamdiu*[10] *in Germania tardaverit, cur non prius ad papae iussionem implendam ab Heinrico rege benedictionem episcopalem petierit, equidem nescio, nisi forte timebat, ne hac petitione et consilio ad Boleslaum eundi, qui post conventum illum a.* 1002. *Merseburgensem hostis erat*[11], *Heinricum incommode interpelleret.*

Anno peracto consilium pristinum gentium convertendarum a. 1004. *repetiit.*

1) Huius oppidi nomen Polonicum Miedzyrzecz 'inter flumina' valet. Meseritz enim inter Pachlitz et Obram flumina situm est. Unde cap. 10, ubi de itinere Benedicti ex Italia in Sclavonicam terram *inter montes, flumina et valles* facto dicitur, de loco martyrii significari, aliquis suspicari posset. 2) Diss. p. 31. 3) Gfroereri sententiae A. KG. III, 3, p. 1576. et 1542. plane sunt refutandae. 4) Cf. Gesta epp. Halb. p. 89; Giesebrecht, 'Wend. Gesch.' II, p. 19, n. 3; Hirsch, 'Jahrb.' II, p. 267 n.; aliter SS. IV, p. 578. 5) l. c. p. 350, n. 3. 6) l. c. p. 207, n. 5. 7, C. 27: *nudis semper cruribus et plantis adeo intolerabilem frigidissimae regionis tolerabat algorem.* 8) Cf. fol. 33': *Ratisbonam iam nactus.* 9) Prope temere ad veritatem accedunt Acta SS. Iun. VI, p. 222: 'Mansit Romae aut saltem in Italia illo anno et sequenti 1002. fere toto'. 10) Gesta epp. Halb.: *aliquamdiu.* 11) Thietm. V, 10; Ann. Quedlinb.

At rebus in peiorem partem mutatis, ad Polonos vel ad Borussos ire ad tempus destitit et Nigris Ungris euangelium portare coepit. Hoc consilium neque ad finem esse adductum neque Brunonem Pezenegorum quartam partem, quibus nomen Nigrorum Ungrorum erat, tetigisse, ex epistola intelligimus. Itaque pro 'Nigris Ungris' *Vitae c.* 10, *fol.* 33', *melius* 'Ungris' *tantum legi crediderim. Quae sequuntur verba*: sinistro opere et i. h. *omnino cum illis ex epistola de Ungris depromptis:* ubi diu frustra sedimus *bene cohaerent*[1].

Codicem, quem iteratis curis evolvere licuit, quam accuratissime exprimendum curavimus, pauca quae irrepsisse videntur menda tollentes; sermonem Brunonis nimis contortum locis ex aliis eius libris allatis illustrare conati, de rebus ab ipso narratis pauca annotavimus. *R. Kade.*

f. 21

INCIPIT PROLOGUS IN VITAM VEL PASSIONEM SANCTORUM BENEDICTI ET IOHANNIS SOCIORUMQUE SUORUM EDITA A BRUNONE EPISCOPO[2], QUI ET BONIFACIUS DICITUR.

cf. Ps. 69,6. Adiuva[a], Deus, ut magna parvus ingenio narrare valeam; surgat verbum, ratio et sensus; loquens loquatur os meum sancta sanctorum, qui post album cor et opus bonum acceperunt purpureae passionis aureum finem! Nec nunc damnes, Ihesu bone, quod iusticiam istorum nominare audeo, qui occidentium me scelerum[b] stercore mortuus canis dudum feteo et in peccatorum meorum crasso luto, heu me! sordida sus delectabiliter iaceo. Si pauper ingenio, nullus in actu, male bona dico, ignoscite, queso, iudices, quorum quadam extrema karitate ductus, hoc presumo. Monstrum ego dissidentium morum si canere *f. 21'* nequeo optima, vel latrare volo. *Damnatio est, videns et sciens sancta ut silentio preteream. Et certe, dum intingimus quae loquimur in calamo mentis, interim non mala cogitare nec operari vacat[c]. Interdum minus iuvat bona dicere; semper autem dictare plurimum iuvat. cf. Num 22, 28. 30. Si asinus loquitur potencias et misericordias Domini, cur homines non loquantur, quos per cf. Es 11,6 prophetam in spiritu parvulus puer minat, monens salutem habentibus sollicitudinem recte vivendi?

Misimus prelocutionis spem; eamus iam ad rem! Nunc opus est digito Dei. Veniat cf. Ps. 118,73 verbum de caelo, auxilium a Domino, qui fecit caelum et terram, plasmans una manu peccatorem et sanctum. Iube mihi, Domine, benedicere, iube et benefacere! Da et adiuva, restitutor innocentiae, ut bene dicam et bene agam, et custodi in finem valde misero mihi peccatori, Redemptor eterne mundi, meliorem vitam! Exaltare cornu salutis, Deus noster! ib. 148,14. 17,3 Tu super me adtende! Fac et festina! Auxiliator hominum, benigne Ihesu, dic, Deus meus, iuva, misericordia mea! Ita dic: 'Complens complebo opera mea, perverse peccator, circa te, ne timeas plus iusto! Post certas hyemes ego desiderata redemptio tua vita comite venio ad te'. Ergo, quia in manibus nunc est candida et odorifera vita sanctorum martyrum, succurre tuo more tu propter bonitatem tuam, Domine, succurre ad utraque, semper salutare Dei, qui omnipotens es! Da vires bene loquendi, o utinam et bene operandi! neque irrideant ib. 24,3 me inimici mei edificare cepisse, cum me viderint in multitudine misericordiae et veritate salutis tuae, pie Galilee, ad calcem pervenisse. Itaque Petrus apostolus[3] tuus et martyres loquantur pro me. Salvator magne, in periculo maris miserans miserere propter te[4]! Fac ib. 34,3 finem angustiae meae! Dic animae meae: 'Salus tua ego sum'.

a) *litera A initialis venuste picta. Titulus et prima vox minio scripti c.* b) *inter* scelerum *et* stercore *vocabulum erasum c.* c) vaiat *corr.* vacat *c.*

1) Hoc loco librum Polonica lingua scriptum praetermittere nolo, quamquam ex Germanorum investigatorum arbitrio pendet, 'Kazania niedzielne i świąteczne w języku łacińskim i czeskim z początku XVgo wieku . . . . przez Władysława Wisłockiego'. 'Rozprawy i sprawozdania z Posiedzeń Wydziału Filologicznego Akademii Umiejętnosci' (Cracoviae 1875) III, p. 297. 2) V. supra p. 711, n. 4. 3) Cf. infra c. 3. 7; Hirsch, 'Jahrb.' II, p. 264, n. 1; Zeissberg, 'Zeitschr. f. österr. Gymn.' 1868, p. 92. 4) Cf. epist. Brunonis ap. Giesebrecht l. l. p. 690.

INCIPIT PASSIO SANCTORUM BENEDICTI ET IOHANNIS AC SOCIORUM EORUNDEM. f. 22

1. Quem[a] res loquitur bene venisse, sanctus iste de Benevento venit, quem finis canit bene isse et bene vixisse. Benedictus ab infancia Christo philosophari cepit. Habens bonum ingenium, sacras litteras didicit; habens castos mores, puericiam feliciter explevit. Cum necdum adultus fuisset, sollicitudo parentum erravit, et dum expectare amantibus longum videtur, quod in sua potestate non erat, ab episcopo terrae[1] presbiter ordinatur. In qua ordinatione cum oblata esset pecunia, per congruam penitentiam ipse post satisfecit; qui non solum inter canonicos laudabiliter vixit, sed Dei spiritu tactus, seculum cum suis pompis dereliquit toto animo. Adbuc in adolescentiae annis albae continentiae manus dedit, servans virginitatem nimio zelo, cuius noverat esse singulare premium caelo. Cum autem Deo placuit, ut monachus esse deberet, ad monasterium Sancti Salvatoris in periculo maris situm[2] regulam matrem[3] invenit, cuius duro imperio et amaro servicio eo libens colla subdidit, quo hanc nutricem Dei servorum[4] magna dulcedine sequente cognovit. Exinde inter monachos admirabili *vita micans, ita intra paucos annos crescere potuit, ut etiam per con- *f. 22 sensum de abbate heremiticam vitam singulari[b] cella ducere non prohiberetur, quamvis indomitus fervor, quem in eo Spiritus sanctus accendere cepit, infirmitatem fratrum et tepidam conversationem pati non dimitteret et propter[c] desertum petere coegisset. Ergo dimissa terra nativitatis suae, montem[d] illum adiit, de quo dictum est in carminibus gentilium[5]:

Vides ut alta Senacteis stet candida nive?

Ubi etiam quondam pius Silvester[6], dum vim persecutionis fugeret, lectionibus vacando latitabat. Post, vocante bono nuncio, cum leticia rediturus et extra spem magnam Romam cum rege Constantino baptizaturus intravit[7]. Eo monte, ceu recordari possum ipso dicente, districtam vitam et austeram abstinentiam tribus ferme annis ita duxit Benedictus, ut pene eum nulla temptatio preteriret; quem postea ipse laudare solebat abbas suus et cum clementia et amore revocare curavit. Cui etiam non longe a monasterio cellam posuit, in qua cum quadam dulcedine, quam dat suis amatoribus sine invidia Deus, eandem heremiticam[e] vitam levius et gloriosius egit.

2. Erat autem in Monte Cassino quidam nobilis senex nomine Iohannes[8], qui cum duce Veneticorum[9] desideranti monachicam vitam meliora delectatus, regna terrarum cum diviciis proiecit, monachicum vero habitum tanta perfectione assumpsit, ut sub spirituali 977. patre[10] militans ab ipso inicio heremiticam vitam assumeret[11]. Sed patre monasterii[12] mortuo, cum dux Veneticorum habitum quem accepit in Dei servicio *terminasset, ille *f. 23 997. supradictus senex Iohannes iuxta iam dictum montem ita, ut gloriosus habebatur in virtutibus, solitariam vitam tenere satis egregie perseveravit[13]. Huius sacro collegio sepius iungi Benedictus iste consuevit et, ne in suo arbitrio erraret, vivere in cella non stulte cogitavit. Senex vero Iohannes humilitatem custodiens[14], dum salutem doceret, vite consilia et caelestia verba, quae sibi dabat, de discretione et perfectione magistri Romaldi[f] descendere

a) *litera Q initialis venuste picta;* Q. r. l. *literis maiusculis scr. c.* b) singularem *fort. corr.* singulari *c.* c) hoc *inserendum recte censet Wattenbach.* d) *literae septem* Sirapti *(p e corr.), verbis* montem — gentilium *suprascriptae montem Soracten (hodie Monte di S. Silvestro) significant, medio aevo Siraptim plerumque dictum.* e) heremicam *c.* f) Romali *c.;* Romald. *ubique scriptum in c., uno tantum loco (p. 718, n. b) posterior manus correxit* Romuald.

1) Benedictus cum a. 1001, p. 719, puerilis, c. 13, p. 784. aetate iuvenis dicatur atque Brunonis circa a. 970. nati esset aequalis, ab Aione (—982. vel 985) sive ab Alfano (983. vel 985—1001) archiepiscopo Beneventano ordinatus videtur esse; cf. Annal. Benev., SS. III, p. 175. 2) Cf. Vit. Iohannis Gorziensis c. 34, SS. IV, p. 346. 3) Cf. Brunonis Vit. Adalberti c. 24: *mater regula* (Benedictina). 4) Ib. c. 13: *Romam, nutricem sanctorum filiorum.* 5) Horat. Carm. I, 9, 1. 6) Silvester I. papa; v. Vitam eius apud Surium 31. Dec. 7) Cf. ibid. c. 9: *haec cum dixisset* (Constantinus), *quam primum qui beatum Sylvestrum in monte quaererent et eum ad ipsum adducerent cum omni reverentia.* 8) Grandenicus; cf. Vit. Romualdi c. 5, SS. IV, p. 848. Comites praeter illum erant Marinus et Romualdus. 9) Petro Urseolo I; cf. ibid. et Ioh. Chron. Venet., SS. VII, p. 26 sq. 10) Guarino abbate Coxanensi; cf. Vit. Urseoli c. 6 sqq., SS. XXIX, p. 18 sqq. 11) Cf. Vit. Rom. c. 5, SS. IV, p. 848. 12) S. Michel de Cusan, dioeceseos Perpiniacensis. 13) Cf. Vit. Romualdi c. 15: *per triginta fere annos quamdiu vixit sancta conversatione permansit.* 14) Vit. Rom. c. 15: *mira humilitas.*

fatebatur, dicens: 'Hic', inquit, 'Romaldus primus nostrorum temporum non propria pre-
sumtione, sed secundum Collationes patrum heremitarum[1] per pulchra sublimia humilitate
magna vivit et, quae est recta via, nos instruxit'. Exarsit iuvenis Benedictus, dum sepe
Iohannes magistrum Romaldum laudaret, et mirabatur, quod, qui magister in hac vita esse
potuit, se habere magistrum fateretur. Hic tamen Romaldus bonae erat etatis[2] et in illa
provincia mirae et inauditae virtutis. Non post multos dies quem pietate nulli secundus[3]
rex Otto[a] ultimus vi ab heremo traxit et in Classi abbatem posuit[4]. Videns sibi quietem
et puritatem defecisse hic ipse Romaldus, pastoralem virgam in conspectu imperatoris
proiecit, hoc faciens, ne forsitan se perderet, qui alium lucrari non potuit; et ab his qui
se familiarius cognoverant longius secedere temptavit, ut in amico secreto saltem se solum
salvaret, qui propter inquietudinem secularium in illo monasterio nullum lucrum animarum
facere meruit[5]. Nec mora; unde fons et origo regularium monachorum surrexit, ad
Cassinum similis fugienti venit[6]. Cui ad sui causam non parva occasio veniendi hec erat,
ut longo tempore non visum Iohannem collegam presentia visitaret et colloquio animaret.
*f. 23'. Cuius inter *cetera bona hec singularis virtus agnita est, ut nec ipse loqui nec audire posset
verba detractionis loquentem. Ut fama venit Romaldum, patrem rationabilium heremitarum,
qui cum lege vivunt, venisse, quasi cui bona fortuna se sponte obtulit, de loco suo Bene-
dictus simpliciter Romaldum querere, ascenso equo, festinavit. Quo invento, ab eius latere
amplius avelli non potuit, eo arcius diligens eum, quo, quibus parcere non novit, de suis
viciis increpare eum et castigare severissime ex industria procurabat. Gratulatur Bene-
dictus, tandem se invenisse magistrum, nil credens iustum, nil sanctum, nisi quod ille
diceret, mortificans cum imperio voluntates et ambulans cum desiderio iuxta monita asperi
preceptoris. Hunc Benedictum ita laudavit magister Romaldus[b], ut in ieiuniis et vigiliis
quasi saxum esse affirmaret; et propter innocentiam obedienciae et castitatem morum, in
quibus teste Deo delectabiliter ambulavit, merito eum mihi et omnibus mirabiliter pre-
1000. dicavit. Mox ut autumnus venit, qui morbos generare solet, abbas Romaldus sic gravem
infirmitatem incurrit, ut vix mortem declinaret[7]. Cui, donec recuperaretur, invicta bonitate
inter ceteros servientes Benedictus ad voluntatem servivit. Inde, ut sanitas rediit, recol-
ligens iter, egram Romam intravit[8]. In cuius fido servicio humilitatis et obedienciae
cf Iob 14, 2. aurem flos ipse, vir desideriorum Benedictus coniunxit. Nam cui gratia perfectionis ad-
hesit, quomodo abeuntem senem dimittere posset? Qui, pro cuius inexpleto desiderio omne
durum et amarum non sensit, Dei amore totis ossibus arsit. Cum ergo Romam veniret et
*f. 24. de sancto Adalberto, *ad quem orationis causa perrexit[9], Otto imperator, religionis amator,
ex studio reverteretur, falso gaudio, sed magno tripudio Quiritum receptus est[10]. Eius vero
ingressum ingens tempestas secuta est et, quae misero presagio malum quod futurum erat
prenunciavere[c], insolenti inundatione repentina pluvia et maiore periculo horrisona tonitrua
surrexere. Ergo abbas Romaldus, qui, cum ad multa loca quasi vagus vadat, semper tamen
filios congregat in digito Dei[11], ablatis duobus, quorum amor tetigit viscera cesaris, quorum
unus vocabatur Benignus, alter Thomas[12], cum leticia grandi ad auream[d] heremum[13] Deo
servire regressus est. Ceperunt florere in illa heremo studia christianae phylosophiae et,
descendente Spiritu sancto, virescere corda fratrum ac in timore Dei folia virtutum et
poma sanctitatis producere. Movet invidiam diabolus quieti servorum Dei, quia Roma, cui
prope stat hec heremus, dedignata non sic promerentem benignum cesarem Ottonem, dum
1001. repudiaret, pro verecundia Ravennam petere coegit[14]. Sed, ne heremum visitaret, quomodo
bonus cesar se abstinere posset, in cuius mente contemptus seculi multos dies iacebat, et
amor Dei plus quam in aliquo monacho virtutem habebat? Nunc media nocte, nunc clara

a) *hoc et alia nomina literis uncialibus scripta sunt.* b) *altera manu corr.* Romualdus *c.* c) prenunciavit *corr.* prenunciavere *c.* d) aureum *h. l. c.*

1) Ioh. Cassiani in praef. 2) Mortuus dicitur Romualdus a. 1027, 120. annum agens; cf. Vit. Rom. c. 69; natus est c. a. 950. 3) V. Aeneid. argum. I, 2 (Riese, 'Anthologie' p. 1). 4) Cf. Vit. Rom. c. 22. 5) Cf. ibid. c. 23. 6) Cf. ibid. c. 26. et diss. p. 19, n. 4. 7) Cf. Vit. Rom. c. 26; Chron. mon. Casin. c. 18, SS. VII, p. 640. 8) Cf. Vit. Rom. c. 23. et 26. 9) A. 1000, Mart. 15; cf. Thietm. IV, 28; Ann. Hildesh. et Quedlinb. a. 1000; Vit. Meinwerci c. 7. 10) A. 1000, Nov. 1. 11) Cf. epist. Brunonis l. l.; Vit. Adalb. c. 11. 12) Illi an iidem sunt, qui postea (c. 3) *suae linguae alumni* nominantur? 13) Cf. Vit. Rom. c. 26: *Cum his igitur omnibus Romualdus ad Pereum, ubi dudum habitaverat, rediit* etc. 14) A. 1001, Febr. 15—Mart. 25.

die solitarios visitare venit; hoc tamen in Dei silentio et, quod spirituales res crescere facit, 1001. sub fidei silentio preciosum animal[1] ita egit, ut extra quos ipse tali labori[a] dignos socios iudicavit, quamvis iter regis difficile lateat, nemo facile hoc in palacio[2] sciret. Sed secundum illud: *Ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae,* non valentem et non[b] volentem *f. 24'. Matth. 24, 28. latere regem sequntur[a] populi[3]. Turbata est valde vita contemplativa; et dum ille ad nos, aut nos vocamur ad illum[4], ad nihilum redacta heremus perdidit ordinem suum, sicut et tunc ipse Romam et olim Roma perdidit mundum. Erat autem sponsio regis, ut, quae non amans sine fructu possedit, pro desiderio Ihesu Christi regno et diviciis sponte careret; et quia adversa, quae ad salutem dirigere solent homines, instabant[c], coram certis testibus in conspectu Dei et angelorum mentem[d], quam dudum habuit, verbis patefecit, ut in ore duorum et trium testium stet omne verbum: 'Ex hac hora promitto Deo et sanctis eius: post tres cf. Deut. 17, 6. 19, 15 annos, intra quos imperii mei errata[e] corrigam, meliori me[f] regnum dimittam et, expensa pecunia, quam[g] mihi mater pro hereditate reliquit, tota anima nudus sequar Christum'. Unus adstantium, quem senectus et longa virtus fari coegit, voce duorum discipulorum abbas Romaldus respondit: 'In hac voluntate permaneas, o rex, et, si incerta vita hominis hoc tempus non dabit tibi, tu tamen ante oculos eius factum habes qui scit[h] quae ventura cf. Es. 41, 22 sunt et qui exterius opera iudicat interius secundum hominum corda[5]. Huius rei gratia fratres ex heremo, qui essent ferventes spiritu, in Sclavoniam dirigere gloriosus cesar cogitavit[6], ut, ubi pulchra silva secretum daret, in christiana terra iuxta terminum paganorum[7] monasterium construerent, essentque tripla commoda querentibus viam Domini, hoc est noviter venientibus de seculo desiderabile cenobium, *maturis vero et Deum vivum *f. 25. sicientibus aurea solitudo, cupientibus dissolvi et esse cum Christo euangelium paganorum. cf. Phil. 1, 23. Interim, ut duplum bonum esset hic, ubi tercium esse non potuit, in inicio de nostra heremo[8] ad salutem plurimorum sancta voluntate cenobium construere aggressus est[9], quamvis pro peccatis nostris hoc opus in contrariam partem laberetur, dum — ut in fine apparet — et heremum perdidit et monasterium non fecit[10]. Plerique videntes quae fiebant, avariciam patris Romaldi esse dicebant et scandalizabantur in eo, nescientes pensare eius caelestem animum, qui et in bono opere salutem imperatoris intendebat et in monasterii utilitate animarum lucrum aucupabat. Qui Romaldus, cum esset vir contemplator et vere servus Dei, hoc mirabile in suis moribus habuit, quod displicere hominibus per studium querebat, tunc se magnum existimans et virtutem suam custodire se posse cogitans, cum salvo animo talem rem egit, unde infamiam, opprobria et detractiones hominum in se convertere posset. Huius recta cogitatio, cum iuvenem Benedictum adeo dilexisset propter eius perfectionem et pulcherrimas virtutes, tam nobis in heremo quam in novo monasterio, quod cesar cepit edificare, abbatem ponere sua sententia decrevit[11]. Romaldus enim, custos humilitatis, ne plus corporum abbas esse videretur quam animarum, quem certantium fratrum cohors necessarium habuit, cum hoc ipse nollet, quod fratres volebant, ut esset illorum abbas, abbatem ponere[i] necesse habebat. Neminem vero ad hoc opus — ut in discernendis personis *spiritus Dei ipsi inerat — meliorem invenit quam Benedictum, de quo dictum est: *f. 25'. 'In cuius pectore cogitationes caeli civitatem posuerunt, in cuius moribus virtutes regnum Dei tenuerunt'. Cui rei cum leti fratres consentirent, ut eis Benedictus constitueretur abbas, ipse pro custodia humilitatis nil de se presumens, dixit: 'Valde durum est, ut ille animas iudicandas suscipiat, qui suam ipsius custodire nescit. Illi[k] ad animas regendas et aliorum actiones corrigendas procedere debent, quos et morum gravitas et etatis maturitas et diuturna sanctitas atque temperata discretio idoneos reddit'. Ac per me[12] indignum, qui illius amplexibus, ut caelestia discerem, una cella adherere iussus sum, monuit imperatorem, ne se fieri abbatem pateretur. Ita irrita vota patris Romaldi fecit voluntas puerilis Benedicti, et alius quidem abbas consecratur, tantum similis Benedicto, quantum argento[l] et

a) *sic c.* b) *delendum videtur.* c) instrabant *radendo corr. c.* d) mente *c.* e) mea *add., sed del. c.* f) meo *c.* g) qui *altera manu corr.* quam *c.* h) fecit *c.* i) penere *c.* k) Ille *corr.* Illi *c.* l) arena *ex Sap. 7, 9 forte supplendum est.*

1) Cf. Vit. Adalb. c. 13: *divinum animal.* 2) Rectius in Classensi monasterio b. Apollenaris; cf. Vit. Rom. c. 25. 3) Cf. Fantuzzi, Mon. Rav. III, p. 17; Stumpf nr. 1254. 4) Nota versum hexametrum. 5) Cf. Vit. Rom. c. 30, p. 853. 6) Cf. ibid. c. 28. 7) Cf. c. 10. 13. 8) Cf. p. 718, n. 13. 9) Cf. ibid. c. 30: *Imperator Otto monasterium ibi ad honorem S. Adalberti . . . construxit.* 10) Bruno fortasse dicere vult non verum monasterium factum esse. 11) Hoc de sequenti Romualdi consilio nihil apud Petrum Dam. legitur. 12) Brunonem.

1001 cf. Sap. 7, 9. Iob 41, 21.

lutum adpropinquat auro[1]. Post palam facta culpa, cum surrexisset ira magistri, in conventu nudus flagellatur tam ille, qui in hac parte pro humilitate erravit, quam ego, qui hoc libenter monui imperatorem, ne Benedictus fieret abbas. Ego autem, quem pro privilegio amoris 'frater meus' appellare solebat[2], inter horas beato Benedicto suggerebam, ut in Sclavoniae[a] partes causa euangelizandi perrexisset, asserens, me ipsum in hoc opus esse paratum. 'Infestus', inquio, 'locus et inimica palus hec est[3]. A minimo usque ad summum quis iam hic[3] non infirmatur? et ita, ut proprie Dei signum sit, in tanta infirmitate ne quis moriatur. Qualia, queso, in cella opera manus eius faciunt, cuius pedes, cum venerit[b] dominica, sacram communionem in ecclesia querere *non poterunt? Qualem sane lectionis fructum capiunt vel qualem orationem sensus eius mittunt, cuius egra membra[c] de lecto se levare nequeunt? Iam nec ieiunium secum habet, quem infirmitas in potestate tenet; ceteris expers virtutibus, si se illa armarit, quae tunc necesse est, solam pacientiam habebit. Quin potius, antequam sine causa moriamur in hac palude, eamus illuc, ubi utrumque agamus. Nunc, cum voluntas fert philosophantes in heremo, non timeamus mori, ut, cum res postulat, euangelizantes paganis non timeamus mori pro Christo. Ne dicas: "Superbia est peccatoribus querere martyrium", cum etiam multi non baptizati, fornicatores et idolatrae perceperint gratiam hanc, maxime cum nos in hac parte non queramus sanctitatem, sed remissionem peccatorum; quoniam in baptismo lavantur[4], in martyrio vero omnia extinguuntur[d]'. His et huiusmodi verbis illectus, hoc cepit velle vir ille valde benedictus; cuius itineris gratia ad ceteram humilitatem noluit abbas fieri, in quo ordine, si stabile opus esset, cenobitis et heremitis talis ille multum prodesse posset. Ergo toto illo anno, quo non semel turbati et multum de palude infirmi facti, stetere fratres[5] in illa heremo, ubi rex Otto, homo bonae voluntatis, suo sancto precioso Christi martyri Adalberto rotundum oratorium columnis marmoreis pulcherrime construxit, in cuius opere centum libras expendit[6].

*f 25. — cf Luc. 2, 14.

3. Volens autem cesar vindicare iniuriam suam in superbia Romanorum — quod iter utinam numquam cepisset, in quo contra sanctum Petrum multum peccavit! —, quia in via erat, dedicationem huius basilicae in manu multorum *episcoporum honorifice fecit. Ibi cum nil preter solitum sequens populus heremum adimpleret, suae linguae duobus alumnis[7], quorum laqueos et scandala, quia cari erant corde, ferre non poterat, non absque tristicia patris Romaldi ad secretiorem heremum, ubi, ablata populi frequentia et inquietudine parentum, sub suo discipulo[8] militarent, vix abeundi licentiam impetravit; quamvis nec ipsi iuvenes nec rex bono animo, qui licentiam acquisivit, nec discipulus[8], imperfecto amore qui nos recepit, hoc peccatum impune peccarent. Ita relicta heremo[e], cum eum discipuli perdunt, et ipse discipulos magister Romaldus perdidit; quem via maris, ut ibi gigneret novos filios, in patriam Hystriam portavit[9]. Forte infirmus iuxta paludem, quae solet evomere periculosas et fortes febres, qui horum omnium nil sapuit, longe intra silvam[10] sedebat ad focum in frontispicio cellae vir Dei Benedictus. Quem quasi dimidium animae meae[11] aggressus sum, qui quamvis occasionem haberem, quae infirmis animis haud parum nocet, magno meo vicio magistrum reliqui. Agnita re, vir sanctus inquit: 'Magnum saltum fecisti, frater meus. Et, cum duo unus homo esse debeamus, hoc me nesciente fecisti, quod magistrum relinqueras, cum, eo perdito, talem non liceat invenire. Et quamvis durum sit mihi magistrum relinquere, te abeunte utique ego hic non stabo'. Reticuit Benedictus; et post parum voce quieta: 'Da mihi', inquit, 'calceos, et abeamus hinc'. Et iterum dixit: 'Numquid de communi desiderio, de antiqua illa voluntate aliquid remansit? Ubi est regis nobile decretum et in confessione Christi absconditum *consilium, quia pro amore aeternae vitae omnia sponte dimittere coram angelis Dei promisit? Que quia libenter tenere voluit, in die mortis etiam invitus homo amittit. Ubi est relinquere regnum sapienti[12] et, deposito

*f 26'. — *f 27.

a) Scavonię *c.* b) venerint *corr.* venerit *c.* c) membar *corr.* membra *c.* d) extinguntur *c.* e) heremus *c.*

1) Cf. Vit. Rom. c. 30. 2) Cf. c. 4. 3) i. e. apud Pereum; diss. p. 15. 4) Cf. Vit. Adalb. c. 31: *peccata, quae lavantur in baptismo, extinguuntur in martyrio.* 5) Videlicet Benedictus et qui infra nominatur Iohannes. 6) Hac significatione illud supradictum monasterium designari non putarim (Equidem aliter sentio. G. W.). 7) Cf. supra p. 718, n. 12. 8) Abbas, discipulus Romualdi (cf. Vit. Rom. c. 30), novo monasterio praepositus. 9) Cf. Vit. Rom. c. 30: *Romualdus ad civitatem Parentium transfretat.* 10) Cf. ib. c. 16: *ubi est ecclesia b. Martini quae dicitur in Silva.* 11) Cf. Horat. Carm. I, 3, 8: *animae dimidum meae.* 12) Cf. ib. c. 25, p. 849.

regio honore, ad sanctam civitatem Ierusalem[1] monachum velle fieri et in abdita heremo, 1001.
quam nescit via nec homo, velle philosophari?' Respondi ego filius negligentiae, quem,
qualis eram, ipse Benedictus multum amavit: 'Inperator[a] hoc nimium vult, ut precedas
ante eum in regionem Sclavorum; in ea, quam nosti, adhuc stat sentencia sua. Nec dubites,
quin vita comite ego te sequar, quem, donec videam, quo sua res se vertat, nunc in hac
terra egra voluntas imperatoris tenet'. His verbis de silva ad ecclesiam[2] regressi, inveni-
mus imperatorem de prandio surrexisse, qui ad offensum propter separationem discipulorum
magistrum solita humilitate introivit; et bonum Iohannem[3] et, quantum apparet oculis homi-
num, meliorem Benedictum in Sclavoniam mittere propter[b] spem facile impetravit. Iste
Iohannes, solo capite minor Benedicto, ultra ceteros heremi incolas maior fervore Dei et
altior humilitate excrevit, homo tranquillus et temperatis moribus, ita ut aliquis eum vix
irascentem videret; vanae gloriae proprius hostis, gravitatem morum hilari facie celans,
docta sapientia et innata pacientia annos vincens, talem gloriam habens de uno oculo ceco[4],
quem olim amiserat cecantibus variolis, quasi qui tres haberet pro uno. A puero meliora
eligens, voluptatem pro hoste tenuit, *laborem non fugiens, contra carnem et sanguinem *f. 27
magnum certamen inivit. Conversatus in monasterio[5] sine querela, inter fratres incultos
animos domuit, inconpositos mores proiecit. Abbati[6] suo acceptissimus, hoc quod egit
humilitate condivit, benignus et paciens Dei et proximi didicit fervere pulchra caritate.
Ita in brevi adolevit et, postquam in consuetudinem venit, omne amarum, omne difficile
libenter pati dilexit pro Ihesu Christi amore secundum illud apostoli: *Mihi vivere Christus* Philip 1,21.
est et mori lucrum, et secundum psalmistam: *Pax multa diligentibus Ihesum*[c], *et non est illis* Ps 118,165.
scandalum, et iterum: *Cor*[d] *meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum.* ib. 83, 3.

4. Ergo defluo amne[7] Ravennam venit[8], onerata carina portans iuxta regium latus
bonos et malos, populum monachorum. Ibi magno studio et amore Christi viam Benedicti
et Iohannis preparans imperator, omnibus necessariis rite ordinatis, sanctos par fratres,
quibus nullus similis remansit, ultra Alpes in Sclavoniam direxit. Tunc — quod sine lacrimis
promere non possum —, dum nox adesset, adhuc in crepusculo lucis, quia eum artius
amavi, cum eo dolens amplius ambulare caelestia cepi; fateor, mihi misero dulce collo-
quium erat. Nec tacendum, quia me, quem 'frater meus' pro signo amoris appellare sole-
bat[9], prophetans quod pro meis peccatis futurum erat, 'domne episcope' multocies eadem
karitate vocabat. Et hoc non negligenter, valde metuendum est, quia, cum, sicut virtus
culpam, sic sepe culpa soleat generare virtutem, quod me spiritus vagationis cogitare vel
suadere iussit, illum spiritus sanctitatis, me relicto, in Sclavoniam[e] direxit secundum illud
psalmiste: *Longe a peccatoribus salus.* Ps. 118, 155

5. *Cuius Benedicti in visu noctis, quando solet sopor occupare homines[10], episcopus[11], *f. 28.
qui eum presbiterum consecravit, ita ut inundaret, multo oleo venerabile caput visus est
unxisse. Et iterum visus est nescio a quo calicem salutarem accepisse et uno tractu totum
ebibisse. Que duo desiderabilia unus versus canit: *Inpinguasti in oleo caput meum, et calix* Ps 22, 5.
tuus[f] *inebrians quam preclarus est.* Et, cum essent ventura, prophetiam et rerum salute[g]
similia pro nihilo computans, hoc beatus Benedictus nullis se credebat cogitationibus, quia
homo Deo dignus per Spiritum sanctum doctus fuit spem ponere in solo Domino, qui ex
nihilo fecit omnia, quae creavit in salutari suo[12]. Sed qui in eius amplexibus ex diversa
parte sanctis osculis morabar, per totam viam, qua cum eo miser gradiebar, inter cetera
multa, quae extrema visio loqui precepit, hec una sententia adherebat in ore mei pectoris —
cui utinam nunc 'dominus meus' clamare dignus essem! — tunc: 'Dulcissime', inquio, 'frater
meus, rogo te per communem spem Ihesum Christum, virginis filium, memento, quod me
tecum et te mecum habere nosti. Cum oras aut psallis, semper precare et obsecra Deum
vivum, ut, quod dedit ambobus, desiderium unum perficiat propter nomen suum, nec prius

a) *ita h. l. c.* b) preter *emendandum videtur. H.-E.* c) *Vulgata:* legem tuam. d) cori *c.* e) Scavoniam *c.* f) *Vulgata:* meus. g) *locus ut videtur corruptus.*

1) Cf. Vit. Adalb. c. 13. 2) Sive s. Adalberti sive b. Martini; cf. Vit. Rom. c. 16. 3) Fantuzzi, Mon. Rav. I, p. 13, 1001, Apr. 4: *et alius Iohannes monachus similiter et eremita.* 4) Cf. c. 13. 5) Scil. Classensi. 6) Romualdo. 7) Padi fluminis meridionali quadam parte. 8) Otto. 9) Cf. supra p. 720, l. 4. 10) Vit. Adalb. c. 12: *quando altus sopor solet occupare homines*; cf. c. 13. 11) Beneventanus; cf. c. 1. 12) Cf. somnia s. Adalberti (Vit. Adalb. c. 29. 31).

1001. moriamur, quam et tu et ego peccator videamus in misericordia Dei felicem diem, scilicet fuso sanguine per rationem, in digito Dei[1] remissionem omnium peccatorum. Non longe Luc. 11, 10 ab eo scriptum est: *Ille in nomine Ihesu petit, qui animae suae salutem querit*. Hoc pignus amoris ego peccator sancto reliqui, hoc iniungens et inculcans sanctis auribus eius, quomodocumque mundus vertat se, pone sequi procul dubio promisi. Inter hec admonet, ut *f 28' linguam Sclavonicam discerem; hoc solum *beatus Benedictus diligenter commendans admonebat et iterum admonuit, ne sine licentia apostolica venirem. Tali soliloquio rapitur ab oculis meis dominus meus Benedictus, ultra numquam vita laboriosa a me videndus; et eunt gemino sidere accipere regnum Dei et nobilem fortunam in terra Sclavorum vir Dei cf Act 2, 3. Iac 3, 6. Benedictus, qui ardet amore Ihesu ut lingua in igne, cui una et simplex in eternam vitam intentio solo et puro amore sapientiae Dei, et missus a Deo homo Iohannes, qui, quamvis non talem sanctum haberet in amore Christi fervorem, tamen gravis erat, sensibus paciens, moribus se cito non mutans et se ipsum in potestate habens, minoris ingenii circa res interiores, maioris circa res exteriores; bono animo et tardo incepto, non tamen desinens, nisi perfecto; quantum ad mores optimos pertinet, vere famulus Dei.

6. Ergo ultra Alpes longo anfractu viam secantes, ubi indulgentes tanto labori viae finem fecerunt, sicut et multos[a] tales pertransierunt, ignotae linguae provinciam Polanorum, invento seniore cui nomen Bolizlao[2] erat — quod interpretatum 'maior gloriae' sonat[3] —, intraverunt; qui cum solus ex omnibus nostri evi raram avem martyrem Adalbertum et in predicationem mittere[4] occisumque in suo regno collocare meruisset, secundum consuetudinem gratissimo animo et magno desiderio servos Dei suscepit; exhibensque illis omnem humanitatem, in quieta heremo qualem huic vitae congruum locum ipsi invenerunt *f 29 divite voluntate[5] edificavit et vitae necessaria sine labore *ministravit.

1001-2. 7. Eadem tempestate supervenientis hiemis cum cesar in viribus regni[6] et electo exercitu virorum fortium contra Romuleam urbem[7] non dextro omine seculare iter ageret, 1002. moritur sine filiis, eheu! Otto pius; mortuus est, dum minus putatur, magnus imperator in angusto castello[8]. Cum plura bona fecisset, hac in parte erravit ut homo, quia oblitus Rom 12, 19 est Dominum dicentem: *Mihi vindictam*[b], *et ego retribuam*, non dedit honorem Deo et, qui cf Eccl 7, 33 clavem gerit alti caeli, eius precioso apostolo Petro, secundum illud: *Honora dominum tuum sanctum, Israel.* Nam, cum sola Roma ei placeret, et ante omnes Romanum populum pecunia et honore dilexisset, ibi semper stare, hanc renovare ad decorem secundum pristinam dignitatem ioco puerili in cassum cogitavit. Nec longe queras exemplum[9], sed in Ps 93, 11 psalmista invenies: *Cogitationes hominum vanae sunt.* Peccatum regis hoc fuit. Terram suae nativitatis delectabilem Germaniam iam nec videre voluit; tantus sibi amor habitare Italiam fuit, ubi mille languoribus, mille mortibus seva clades armata currit. Cadunt[10] circa latus eius capellanus, episcopus, comes; serviens quam plurimus moritur, miles non unus et populus optimus; furit gladius sanguine nobilium, multa[c] sudans morte karorum, cor cesaris atrocissime vulnerans. Non iuvat inperium nec egrae diviciae nec exercitus ille, *f 29' quem ingentem frustra congregavit; hasta et acutus gladius non eruerunt eum *de manu mortis, quae sola nescit honorare reges[11]. Erat autem bonus cesar in non recto itinere, cogitans destruere ingentes muros maximae Romae; cuius cives quamvis sibi pro bonis mala fecissent[12], ipsa Roma tamen a Deo datum apostolorum domicilium erat[13]. Nec sic nativa terra et desiderabilis Germania ad amorem ei venit; verum Romulea tellus, morte suorum karorum pasta, adultera pulchritudine adhuc melius placet. Enimvero more regum antiquorum et paganorum, qui suam voluntatem difficile relinquit, inveteratae Romae cf Act 8, 30 mortuum decorem renovare supervacuo labore insistit. Legit et non intellexit; solet enim amor transeuntium rerum cecare mentes hominum; quia, qui mentiri non potuit, cum esset

a) *sic c.;* multas *legendum videtur.* b) *Vulg.:* vindicta. c) *fort. legendum:* nobilium multo sudans, morte karorum cor *etc.*

1) Cf. supra p. 718, n. 11. 2) I. filius Miseconis. 3) Cf. Thietm. IV, 28. 4) Ad Borussos; cf. Vit. Adalb. c. 24. 5) Ibid. c. 24: *dux quamvis . . divitem voluntatem haberet.* 6) Cf. ibid. c. 10. et Brunonis epist. l. l. p. 691. 7) Cf. Thietm. IV, 29. 30; Vit. Burchardi c. 8; Vit. Bernw. c. 23; Gest. epp. Camerac. I, 114. 8) Paterni; cf. Thietm. IV, 31; Vit. Romualdi c. 30; Burchardi c. 8; Meinwerci c. 7; Ann. Quedlinb. a. 1002. 9) Cf. Vit. Adalb. c. 21: *nec longe quaeras exemplum.* 10) Cf. Ann. Einsidl. a. 1001, SS. III, p. 144. 11) Vit. Adalb. c. 12: *non adiuvat honor regis, fit victima mortis* (Horat. Carm. II, 3, 24). 12) Cf. Thietm. IV, 30: *et vulgus . . . malum huic pro ineffabili pietate restituit.* 13) Vit. Adalb. c. 12: *apost. domic.*

plenus Spiritu sancto, omnium iustorum sanctissimus pater Benedictus per prophetiam interrogatus ita respondit: *Roma non erit capta a gentibus, sed in semet ipsa marcescet*[1]. Postposita veridica sentencia, frivolo conamine ire cepit, qui et tunc eam novando illuminare et paulo post destruendo capere varia cogitatione vanissime concupivit. Nec longum ingrati Romani beneficiis a cesare illis persepe exhibitis, obliti montem pecuniarum, quas frustra, amans, sed non amantes, plena manu quasi fudit in abissum, indignantes volentem extra preeuntium regum consueta sedulo stare apud illos, pietate plenum cesarem cum suis linguaticis[a. 2] prope occiderunt. Quod quia clemens Deus adhuc noluit — *a miserae dilectae *f. 30 Romae! — cum verecundia expulerunt; et quia furor bacularium[b] nimia insolentia surrexit, vix incolume vita ad nobile castellum Sancti Petri, humiliato cesare, exivit[3]. Hunc dolorem 1001. alta mente repositum[4] heu! pro peccatis tunc ulcisci venit[5], quando eum hora, qua non putavit, pro pena delicti mors armata invenit. Nam quod plerumque in illis potestatibus quibuslibet licet — vel potius hoc putatur licere quod non licet — comminatus est iurans et vehementer affirmans, non se posse cessare a periculo proposito, donec videret obprobrium civitatis, et fieret ultio de inimicis suis. Et dum ira, quam mundus dat, festinat, quam autem Deo promisit, conversio tardat, contra honorem boni imperatoris et bonum differendo perdidit et malum, irritatus opere, sola cogitatione adimplevit, sicut dictum est: 'Homo cogitat, Deus ordinat'[6], et: 'Ve homini, qui vult bonum et cicius non facit, quia mox perdit illud'; quamvis mortis amaritudo, quae non suo tempore venit, satis acerbe piavit, quicquid pueriliter in hoc deliquit[7]. Similiter conversionis firmissima meditatio coram cunctis 1002. maioribus, quorum gemino agmine plena domus erat[8], cum iaceret in extremis, pura confessio suorum scelerum delicta iuventutis purgarunt et super nivem animam dealbaverunt, cf. Ps. 50, 9. secundum illud: *Penitencia aboleri peccata indubitanter credimus, etiamsi in ultimo vitae spiritu peniteat amissa, et publica lamentatione peccata prodantur*. Nam et lacrimarum spissas guttas in terram proiecit omnesque secum flere coegit coram collectis sanctorum reliquiis, quibus intererat, in qua Ihesus, Dei filius, passus est, *vivificae crucis magnum lignum. Cum *f. 30' timore et exultatione carnem et sanguinem Domini accepit[9], quam ex hora tantae infirmitatis, quasi ex qua tota salus pendet, cotidie sacram eucharistiam sumere devota mente curavit. Post, cum numquam in articulo mortis ingenium perderet, suavi anhelitu, ut orbaret plurimos sauciaretque sodalium animos, sub misericordia semper sperata Salvatoris expiravit. Eheu mors amara! mors immatura, quae in universa terra sat florum collegit tunc temporis nec unum pulchriorem accepit. Cuius formosa persona, species digna imperio ita obsessa est maculis[10], ut, qui se videntes saciare non potuerat et qui pascebat oculos videntium se, omnem priorem amisit decorem, ut non amaret aliquis eum tunc, sed etiam horreret. Ita, incolumi Roma, dum ipse pro pena criminis illesus non exiret, raptus in caelum, ne malicia mutaret intellectum illius, adhuc in lumine iuventutis mortem subiit cf. Sap. 4, 11. temporalem, quia utique, ut talem haberet regem, noster hic reus non dignus erat mundus. Quem si vivere liceret in adultam etatem, ubi Pitagorica littera monstrat dextrum ramum[11], si non fefellit opinio, qualem hominum oculi meliorem non viderunt, rectus et exoptatissimus imperator esset. Sed multo melius quod voluit et permisit Deus, cuius iudicia, cum sint semper sancta, nobis, qui sumus peccatores, merito sunt incerta. Dicunt autem qui presentes fuere, quod tanta suavitate moriens emisisset spiritum, ut nihil differret, nisi quasi dormiens exhalaret. Ex qua tranquilla vocatione secundum sentencias sanctorum doctorum ad beatam requiem et lucem *viventium animas fidelium intrare, amota dubietate, *f. 31. fiducialiter credimus. Quem etsi pena purgatoria interrogat, tam ex eius operibus quam

a) liiguaticis *corr.* linguat. *c.* b) *sic c. pro* baculariorum.

1) Cf. Gregorii M. Dial. II, c. 15: *Cui* (Totilae) *vir Domini respondit: Roma a gentibus non exterminabitur, sed tempestatibus marcescet in semet ipsa*; cf. Horat. Epod. XVI, 2. 2) i. e. popularibus. Cf. Vit. Bernw. c. 24: *nonnulli quoque regis amicorum iniuste perimuntur.* 3) A. 1001, Febr. 16. Cf. Thietm. IV, 31: *imperator de porta cum paucis evasit.* 4) Cf. Verg. Aen. I, 26: *manet alta mente repostum.* 5) Mense Decembri; cf. ibid. et Gesta epp. Camerac. I, 114. 6) Vide epist. Brun. l. l. p. 691; cf. c. 13. 7) Cf. Thangm. Vit. Bernw. c. 37; Adalboldi Vit. Heinr. c. 1. 8) Cf. Adalbold. c. 3. 9) Cf. Thangm. c. 37. 10) Cf. Thietm. IV, 31: *pustellis interiora prementibus et interdum paulatim erumpentibus;* Wilmans, 'Jahrbücher' p. 243. 11) Cf. Persii Sat. III, 56 sq.:

Et tibi quae Samios deduxit littera ramos
Surgentem dextro monstravit limite callem.

Cf. Thietm. II, 2, n. 89; Sigeberti Vit. Deoderici c. 1; Gesta archiepp. Salisburg. c. 1; Vit. Godehardi prior. prol., SS. XI, p. 169.

1002 ex bono desiderio, quod habebat, libentissime colligimus, quia Otto vivus, Otto eternus in paradiso Dei est humilis servus sanctorum et, qui numquam peccaverunt, vere filius angelorum[1]. Quamquam nil virtutis in conspectu Dei plus putetur habere, utpute[a] delicioso adolescente uxore non fruente, quamvis lubrica caro in aliquam vanitatem eum traxisset[2], vigiliae tamen, saccus et ieiunium, quibus pollebat, munda elemosina, sana lectio et dulcis oratio, quibus latebat, semper ad misericordiam Redemptoris[b] sursum levabant. At cum nil [Eccli. 34,28.29.] valet, sicut scriptum est, unus edificans, alter destruens, unus orans, alter maledicens: vera mente — quod negare non est salubre —, sicut et qui placere plus Deo desiderant et infirmi non possunt, copiosa vanitate multum erravit; hoc tamen non nocuit, eo quod sibi in omni re displicuit, secundum hoc: *Non parvus accessus ad beatitudinem Dei cognitio infelicitatis suae.* Et divina clementia suam infirmitatem confortante, meliora volebat, qui etiam tria maxima bona, quorum unum ad salutem sufficit, monachicum habitum, heremum et martyrium toto desiderio ardebat. Non enim parva spiritualia aut pedetemtim minutimque caeleste iter carpere deliberabat, qui summam potestatem et maximam gloriam tam subita mutatione relinquere magno animo cogitabat; quamvis, ut sepe sibi obiectum est, quam ipse virtutem putabat, valde Deo displicens vicium erat; quod humana fragilitate alienum, non suum officium agebat, dimittens legem et iusticiam, quam pauperibus et regno [*f 31.] ministrare positus erat, et prope, quantum ad rem pertinet, raro *regalia fecit et quae ad se pertinebant minus; semper monachorum spiritualia querebat; humilitas autem maxima in eo erat, tuta fides et munere larga manus[3], quod nemo sana mente plurimum profuisse negat, hoc seculum mente et amore non habitavit et in magno amore Dei, quasi non haberet [cf. Hebr 13,14.] hic manentem civitatem, futuram toto desiderio inquisivit. Huc accedit, oculis hominum imperatorem esse, intus vero in corde ante oculos Creatoris presentem monachum portavit; ita voluptuosis rebus, quae in interitum hominem trahunt, auro, argento, regno et regalibus [cf. Matth 5,29.] deliciis frustra suprasedit, similis ei qui proiecit. Videtur autem in morte eius compleri vaticinium Cymanae Sibillae, quae de Salvatoris adventu, de redemptione et iudicio temporali cum plura vera cecinisset, inter Romana fata, ubi de regibus loquitur, de isto cesare Ottone ita loquitur[4]: *Rex in purpura natus ante portam civitatis in terra moritur non sua.* Quod est simile rei veritatis, quia rebellante terra et clausa civitate[5] mors intonuit imperatoris. Hic est Otto, monachorum pater, episcoporum mater[6], humilitatis et clemenciae filius, religionis et karae fidei albus famulus, dives bonae voluntatis et pauper cum fine virtutis, sine differentia prodigus in terrena utilitate, vincens peccata de iuvene carne, karitate caelestium spreta patria, dulce decus[7] aureae Romae, invisum funus brevi ira Dei supra se, longo luctu hominum post se, certa salute animae suae, melius vivens in Christo Ihesu.

8. Sanctorum autem virorum Benedicti et Iohannis, pro cuius amore et salute tantae peregrinationis laborem sumsere, ut ferit aures audita mors cesaris, infinita angustia [*f 32.] accrevit cordibus eorum. Cuius inter cetera bona hec nobilis consuetudo erat, *quamvis pro iuventute viros vanos vel saeculares adamaret, plus adamare solebat homines bonos et amare quemque, quanto meliorem noverat, studebat, si laicus, si clericus, maxime si servus Dei erat[8]. Cuius mortem nullus maiore luctu planxit quam Bolizlao, cui multa bona pre ceteris facere rex puer frustra in desiderio habebat, scilicet apud quem sancti viri Benedictus et Iohannes in heremo stetere[9]. Qui supradictus Bolizlao, si fidem habet, ante omnes maiorem memoriam animae eius in corde tenet.

9. Post obitum vero imperatoris in sua viscera conversus christianus mundus, ad prelia et opiniones preliorum exestuavit in potestate, sicut mare in tempestate, quod

a) *ita constanter c.* b) ris sursum levabant *alio atram., sed eadem manu in loco raso c.*

1) Vit. Adalb. c. 27: *Otto . . frater angelorum.* 2) Haec verba ad Crescentii viduam Theodoram (Stephaniam) vel ad Mariam Aragoniae comitissam, de quibus multa fabulose narrantur, spectare mihi videntur; cf. Wilmans, 'Jahrb.' p. 245 sqq. 3) Cf. Thietm. IV, 31: *quia tempore eo non fuit ullus largior.* 4) Hoc vaticinium hucusque ignotum videtur. De Iesu Christo et de extremo iudicio multa in vaticinio Sibyllae Tiburtinae leguntur, Oracula Sibyllina ed. Ioh. Opsopaeus Brettanus (Paris. 1599) p. 515 sqq. 5) Cf. Thangm. c. 34, n. x. 6) Vit. Adalb. c. 22: *Dei servorum matrem Bolizlavum.* 7) Cf. Horat. Carm. I, 1, 2; Ovid. Ars am. III, 113. 8) Cf. Vit. Adalb. c. 20. 9) Cf. Vit. Rom. c. 28.

numquam plus fuit, peccatorum nostrorum exigentibus meritis, quam est hodie[1]; et 1002 sedentibus in pace omnibus paganis impugnantibusque impune christianos, ceperunt pugnare inter se christiana regna iniquo odio, sevo et infatigabili prelio. Sed vulnus super vulnus, super magnam tristiciam hec maior tristicia mihi accrevit, quod propter dispendia pacis[2] et nullam requiem bellorum non patuit mihi via eundi Romam, acquirere licentiam euangelizare paganis. Mirantur ergo iam sepius supradicti sancti[3], quam ob rem, accepta licentia, non venirem. Increpatur negligentia, cur moram facerem, cur non timens incurrerem mendacium, hoc inverecunda fronte ita firme promitterem, quod implere negligerem; hoc sepius dicentes, se eo loci venire nec cogitasse, nisi ego suasissem et animum imperatoris talia implere fecissem; sua terra[4] plures et pulchras solitudines esse, in quibus solitariam vitam ducere possent; non ea causa talem laborem subisse, ut ignota terra in heremo stare delectasset; verum, quod magna bona creat, euangelizare paganis angelicum quesissent commodum, intrare horrisonum paganismum; maxime flos iuventutis *Bene- cf. Iob 14, 2. *f 32' dictus, qui vim pati regnum caelorum nimio fervore melioris vitae coegit, valde volens omne bonum. Non maiorem laborem mundus armis pugnando habuit, quam ipsi sancti curarum alternationibus cogitando habuerunt — quamvis ibi inter mundanos vanitas et superbia, hic autem in cordibus sanctorum Deus et veritas causa fuere —, hoc solum timentes, ne, priusquam in Dei servicio legitime militarent, per nullas magnas tribulationes, per quas oportet intrare in regnum caelorum, ingloriam et inutilem vitam finirent; 'sicut conversionem imperatoris mors media crudeliter interfecit, quae opera bona claudit, ita nos, quibus vita superstes est, ne dormiamus, admonet'. Sic loquntur[a] affectusque movebant gaudentium animorum. Omnibus vero votis, ut testatur discipulus[5] eorum, qui adhuc vivit, adventum meum expectare ceperunt, qui apostolici oris venerabilem licentiam ferre debui, et cuius excitatio nobiles spiritus detulit eo loci. Me autem reum criminis et immundum conversationis, ne venire dignus essem, multa peccata tenuerunt, eo quod mala mea et plura mala, et bona mea infirma et mixta viciis fuerunt, iuxta illud: *Manus ad manum* Prov 11, 21 *non erit innocens malus.* Et psalmista: *Inquinatae sunt viae illius in omni tempore.* Et Ps. 10, 5. quamvis tunc, ubi in heremo steti in Latina terra, parum boni fecissem, locum tamen cito dimittere recte timebam, iuxta illud: *In quocumque loco sederis, cito ne dimittas.* Quamvis etiam nec unam salutem invenisset mecum iocans diabolus, tunc aliis promittebam; sed tamen nunc desiderium monet, ne sedeam, nunc miseria tenet, ne eam, valde timens timenda, ne inganniret me diabolica cogitatio, si maiora sperans cellam dimitterem — et vacuus viam reliqui — et, quas quesivi, nihil diviciarum invenirem in manibus meis, sicut scriptum est: *Sunt viae, quae videntur hominibus rectae, quarum finis *usque ad profundum inferni dimergit,* Prov 16, 25. *f 33 et secundum illud: *Vir in laboribus laborat sibi et vim facit perdicionis suae.* Luc 10, 15. cf Prov. 16, 26.

10. Accidit interea, ut una die, qui consilium querere et fratres visitare ambulavit, quidam spiritu ductus ad meam cellam veniret eique[b] inter illa quae interrogare venit indignum facinus miserabili querimonia narraret: 'Nuper', inquit, 'in Armenia[6] insurrexere totus populus contra unum nobilem virum, quem nosti, monachum Rothulfum, eo quod velut homo sapiens secundum seculum adiuvit Leonem episcopum[7] de palacio, qui contendens pro fidelitate regis et suo questu multam pecuniam adquisivit in illo comitatu. Non profuit arrepta fuga pervenisse intra sancta sanctorum; ceci ira[c], pleni demone, non solum inter confessionem, sed de ipso altari sancti Gaudencii latitantem foras traxere, et non contenti simpliciter interficere, primum manus et brachia amputarunt, post pedes et crura frustatim, ut canes solent, totum corpus dilaniaverunt'. Ad hec ego ultra quam credi potest conterritus: 'Heu me!' inquio, 'nonne alio die sedimus ad unam mensam, et nil minus cogitantes quam mori, uno pane, uno pisce pasti sumus? Mihi quoque multum ad cor carus

a) *ita c.* b) *ita c.*; mihique? c) *eadem manu suprascr. c.*

1) Vide diss. p. 14 sqq. 2) Propter rerum Italicarum perturbationes, quas Harduinus haud multum post Ottonis mortem electus (1002, Febr. 15) rex Langobardorum movebat; cf. Thietm. V, 16. 21. 3) Vide infra: *ut testatur discipulus eorum.* 4) Italia. 5) Barnabas? cf. c. 12, p. 728, n. 13. 6) Eadem res relata est in Mirac. s. Rophilli c. 5, Analecta Bolland. I, p. 115, unde apparet, *Arimino* pro *Armenia* esse legendum. Nobilis vir Rothulfus cum *comite Rodulfo, filio quondam Rodulfi, in civitate Arimino* (Fantuzzi, Mon. Rav. I, p. 225, a. 1001, Ian. 28) num conferendus sit, in medio relinquo. 7) Episcopum Vercellensem (a. 999—1026) et logothetam sacri palatii; cf. Vit. Adalb. c. 20.

1002. erat, quamvis contra legem secularibus negociis militaret; et quia eadem karitate me dilexit, cf. Iob 7,1. inventa occasione, Deo eum lucrari cogitabam. Quid facimus, frater? Vere milicia est vita hominis super terram. Ecce hodie qui nobiscum sunt et vivunt tolluntur de medio; et nec sic expavescimus et, quasi numquam sit relinquens nos, misere amamus hanc non stantem vitam cum amara dulcedine pereuntium rerum'. Illo autem abeunte qui ista retulit de monacho occiso, stimulare me talis cogitatio cepit: 'Ultra quid stas?' inquio. 'Iam nullas *f. 33'. necte moras[1], arripe viam; Salvatorem euangelizando melius *morieris in pagana terra, quam hic aliqua die sine fructu in hac infirma palude[2]'. Iterum ergo negligens, quem impia mora turbavit, hoc responsum dedi animo meo, quo novis cogitationibus respondere mihi vir sanctissimus iste Benedictus in usu habebat: 'Non tibi credo', cantans illud de pro- Es. 28,10. 13. pheta: *Expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.* Non post multos tamen dies[3] animatus salutaribus preceptis abbatis mei[4], cupido animo et tardo crure Romam veni, ubi ab ore apostolici papae[5] euangelizandi licentiam impetravi. Et post multos labores de grandi via maris et terrae Reinesburch veni, quae antiquo nomine vocabatur Radix-bona. Ibi tum, quia bella non parcebant et via plena erat hostium, a regione Sclavorum, ubi sancti par fratres adventum meum multa molestia expectabant, equum[a] itineris[6] deflexi, et de promissionis fallacia et de peccato fraternae deceptionis nec memoriae umbra in corde meo remansit. Et dimissis Pruzis, quo propter novum sanctum Adelbertum occisum iustior me causa duxisset, Nigris Ungris[7], quo tunc versus in partes orientis navim conscendi, sinistro Ps. 131,4. 5. opere et infirmo humero[b] euangelium portare cepi, hec dicens in corde meo: *Non dedero somnum oculis meis nec requiem timporibus meis, donec inveniam Christum*[c]; cui vita hominis dies et nox tota vacare debet; cui propter nocturnos timores, qui hominis dulcem salutem furantur, plus quia valet cor, tota mens et album opus semper cum adiutorio Dei ardere debet. Non enim scio, si post modicum tollat me Factor meus. Vere, sicut scriptum est: ib. 21,2. *Longe a salute mea,* quia iam prope erat, quod servos suos[8] viriliter agonizantes dominus cf. Matth. 7,6. Deus clemens remunerari voluit, et me canem ad sanctos et me porcum ad margaritas *f. 34. *venire dignum non erat, non iniuria, quia nolui venire ad eos qui me expectaverunt cum cf. Ps. 17,27. tanta tribulatione, tot dies, tot noctes, cum sanctis sanctus, cum electis electus, quin potius esse ut miser et miserabilis sarabaita[9] in propria voluntate et spinosus hypocrita in vana cf. Prov. 5,9. gloria, dedi alienis honorem meum et annos meos crudeli; dumque mihi est voluptas pro lege[10] et placet errare post mundum in desideriis meis, qui preparatus sum multis dominis servire, ne me inveniret querenda salus Dei, abii vagus in viam cordis mei, iuxta illud: Ps. 17,27. Iob 24,20. *Cum perverso perverteris;* et iterum: *Dulcedo illius vermis, et obliviscatur eum*[d] *misericordia eius,* quod est iuxta perversorum merita periculosum. At[e] non sic ille caelicola Benedictus, tenax veri et memor promissi, acceptis decem libris argenti[11], quibus tam forte iter explere posset, me, qui ad eum venire nolui, per se divina bonitate tactus visitare venit. Unus autem illorum, quem novicius fervor in heremum duxit, qui in servicio caelesti et in sana doctrina locum custodire debuit, id est iam sepe supradictus Iohannes, sedebat domi, minus fervens desiderio euangelizandi, plus paciens. Non enim se ligabat talibus causis, qui tranquilla et equa mente quicquid evenit ferre solebat, expectans voluntatem de celo et miserans illam sanctam beati Benedicti inquietudinem, quam vulnerata karitate anima eius in multo dolore et currente sudore per viscera misericordiae gerebat. Vix, credo, inter electos Dei de fervore Ihesu Christi umquam talem et numquam maiorem aliquis potest videre, quam hic Benedictus fuit, de quo agitur; qui nulli placere in vita sua

a) equm *c.* b) humore *corr.* humero *c.* c) *Vulgata:* inv. locum Domino. d) *deest Vulgata.* e) Ac *c.*

1) Vit. Adalb. c. 24: *inde nullas moras nectit.* 2) V. diss. p. 15. 3) Vit. Rom. c. 27: *Cum vero post diuturnam eremiticae conversationis vitam ad praedicandum iam ire disponeret, Romam primitus pergere studuit et ab apostolica sede consecrationem archiepiscopatus accepit.* — Sed veram solitariam vitam (Thietm. VI, 58) Bruno ab a. 1001. in Pereo insula sub Romualdo magistro ducebat; ab a. 998/9. eum monachum fuisse in monasterio S. Bonifacii Romae, locus Vitae Romualdi c. 27 (SS. IV, p. 578, n. 44) satis dilucide docere videtur; cf. Zeissberg, 'Wiener SB.' l. l. p. 348, n. 3. 4) Non Romualdi, qui ante fratrum in Poloniam abitum profectus erat in Histriam in tres annos. Nescio an fuerit ille Venetus a Petro Damiani (c. 41) commemoratus. 5) Silvestri II. 6) Cf. Vit. Rom. c. 27: *equo quidem vehebatur.* 7) Cf. epist. Brun. l. l. p. 609: *Audivi enim de Nigris Ungris* (cf. ib. p. 689; Ademar. III, 31; Acta SS. Iun. VI, p. 221). 8) Benedictum et Iohannem. 9) Cf. Regul. Bened. c. 1. Monachus nulla regula approbatus. 10) Cf. Regul. Ben. c. 1; Vit. Adalb. c. 15. 11) Cf. c. 11. 13.

querens nisi domino Deo, numquam habebat requiem, priusquam, in se quantum erat, de- 1002.
votissime compleret, quod quamvis durum et asperum esset, placere sciebat in oculis Dei
secundum illud: *Non enim facio animam* **meam preciosiorem quam me*[1]. Ita et tunc nocte Act 20, 24. *f. 34'.
ac die hec erat sola eius cogitatio, quomodo euangelizandi licentiam acquireret aut, acquisita
licentia, me inventum visitasset. Huius rei gratia illa beati Benedicti sancta precordia plena
tribulationis et angustiae, sine misericordia doloris, sine mensura temporis traxere gemitus
et suspiria. Et cum ille alter sanctus, id est beatus Iohannes, divinis iudiciis humiliter
flectens colla, sapientia morum omnia pacienter sufferret et dono Dei domitum animum
facile refrenare posset, ut, quia non potuit esse quod voluit, vellet quod esse posset, hic
solus Benedictus fluctuabat et impaciens temporis luctando et male vivendo secum
pugnavit, ne fraudaretur a sancto desiderio et ne in purpurea spe perderet auream rem,
propter quam patriam dimisit, ubi pluribus prodesse posset, et ignotae linguae terram inter
montes, flumina[a] et valles exulando ingenti labore intravit[2], iamque Sclavonicam[b] linguam
intelligere et satis bene loqui[3] paratum habebat; et in quo consilio ambo erant, decrevit
sibi tondere totum caput[4], vestem sumere virilem, qualem seculares gerunt, ut paganorum
oculos aspectu mulceret, ne, dum novitate vestium primo cursu exhorrerent, nec ad se venire
aliquibus locum dedissent, et, quod ita esse potuit, habitu corporis nec veste diversus, eo
facilius locum predicationis inveniret sicque [eos[c]] cum occasione et, qua ubique necesse
est, cum discretione ad viam salutis dirigere posset.

11. Ergo de loco suo, ubi tunc in vasta heremo pulcher agricola proficiens sedebat,
post me, toto desiderio animi quem querere volebat, *leto incepto raptam viam secat, *f. 35.
donec, dimissis post tergum Polanicis terris, lacerae Boemiae contiguos fines tetigit
maximamque urbem huius regionis quondam nobilem Pragam novus hospes subiit. Hac
civitate, quem, dum[d] importunis secularibus caelestia amat, ut insontem ovem[5] diverso
servicio funestus frater[6] occidit, multa misericordia signorum suam sanctitatem loquens 935.
rex eius terrae Wentizlavus martyr iacet. Hac etiam in urbe, qualem nunc invenire nusquam
fas est, episcopus prefuit preciosum animal[7], quem quia audire noluit iniusticia impiorum,
sacrilegis moribus in fugam verterunt[8] et in aurea Roma, quam hortum sancti Petri de- 989.
siderantes peregrini appellant, monachicum habitum sumere pium Adalbertum coegerunt[9]. 990.
Rursus contra suam voluntatem pro utilitate pastoris reverti coactum[10], cum promissa 992.
morum correctio nulla sequeretur, bonam fugam arripere secunda vice coegit[11], donec tercio
vexatum[e] malis illorum operibus, ad eius maiorem leticiam[12]: 'Nolumus te episcopum' 994, 5. 996.
palam vocibus dixere[13]. Sed quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, cf Rom 8, 28.
iustum Adalbertum non contristavit quicquid ei acciderat. Dum Christum paganorum 997.
auribus ingerit, interficitur septem vulneribus[14] ad novam gratiam et multam gloriam
modernorum temporum episcopus et melior monachus, pulchro loquente vultu vir angelicus,
desiderabili martyrio preciosus ille Adalbertus. Post cuius felicem triumphum, qui ex ore
sana monentis et sancte viventis verba episcopi non hauserunt, nunc mutuis dextris sua
corpora laniantes, se invicem occidunt; et ex illa hora, qua eius insontes fratres capite
truncarunt[15], in sua viscera irato ferro parcere nec sciunt nec queunt. Tandem sero
penitentes, quia, quem volentes nunc habere non possunt, tunc nolentes ceu contrarium
operibus suis profugum *fecerunt; sicque mali christiani non sponte sancto bona mini- *f. 35'.
stravere, dum suo pastori paganos[16] adire licentiam dedere, ubi predicando portans vitam

a) *legendum esse:* inter flumina, montes *etc. fort. suspicari licet; v. praef. p.* 715, *n.* 1. b) Scav. *corr.* Sclav. *c.* c) *supplevi; deest c.* d) dudum *radendo corr.* dum *c.* e) *ita c.; fortasse* tercium vexato.

1) Cf. Brun. epist. l. l. p. 689. 2) V. diss. p. 29. 3) Vit. Rom. c. 28: *cum iam loquelam terrae plene cognoscerent.* 4) Cf. c. 13, p. 729. 5) Cf. Gumpoldi Vit. Vencezlavi, SS. IV, p. 211; Vit. Adalb. c. 21. 6) Bolezlaus I. dux. 7) Cf. supra c. 2, p. 719, n. 1. 8) Cf. Ioh. Canaparii Vit. Adalb. c. 13: *amplius* (Pragae) *stare timuit;* Brunonis Vit. Adalb. c. 11. 12. 9) Cf. Ioh. Canapar. c. 16: *In monasterio SS. Bonifacii et Alexii* (hodie S. Alessio in monte Aventino sito) *monachilem habitum. . . accepit;* Brun. Vit. Adalb. c. 14. 10) Cf. Brun. Vit. Adalb. c. 15; Ioh. Canapar. c. 18; Cosm. Prag. c. 38, a. 1004. 11) Cf. Ioh. Canapar. c. 19. 12) Brun. Vit. Adalb. c. 22: *non minus laetus efficitur* (Ioh. Canapar. c. 26). 13) Ib.: *Qui antehac paganicis operibus in fugam vertunt, ecce palam verbis 'Nolumus te' dicunt.* 14) Ib. c. 32: *Septem donis ditavit te Christus . . . . septem lanceis confossus.* 15) Cf. Annal. Gradic. a. 995: *fratres s. Adalberti Lubic sunt interfecti, quorum nomina Zobebor* († Sept. 1004; cf. Thietm. VI, 9; Brun. Vit. Adalb. c. 21: *Zebizlovus*), *Zpitimir, Probrazlau, Portu, Caslau;* Brun. Vit. Adalb. l. c. 16) Borussos.

Ps. 115, 15. eternam, accepit ab eis mortem temporaneam, de qua canitur in laude iustorum: *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*[1]. Ad hanc tunc sontem Boemiam et suam dirutam metropolim cum iustus iste Benedictus intraret, voluit pedester viam arripere, ut, quia ubique viam bella non dabant, eo facilius, quo sine equo esset, laboriosius ad me, quem dulce
1002/3. et vere diligebat, perveniret. Erat autem hiems magna bellorum[2], et totis lacertis movebatur, et propterea iter erat invium, ut nec ipsis nunciis, quibus antiquissimo iure securitas eundi sancitur, aperta via nisi cum periculo pateret[3]. Hac de causa, qui primo in hoc opus argentum letus Bolizlao dux dedit[4], ne moveret pedem beatus Benedictus in tam sevo discrimine dissidentium rerum et incideret in hostem[5], magno conamine eum impedire studebat; et carere tam iusto homine timor fuit. Cogitur enim amans talia sperare, qui ante contristare sanctum quam se frustrare tanto patrono cencies potuit. Itaque videns Benedictus intercisum iter, quod dilectio mei pulchra ratione imperabat — nil preter solitum —, multum tristis esse cepit, testatus, quantum de me curasset, quem quia visere non licuit, amarissime flevit. In luctu deducens divisiones aquarum, humectat tristem vultum largo flumine[6] ob considerata opera sua, quorum culpa in talem rerum angustiam deveniret, ut
f. 36. nec diu expectatum desiderium[7] domum veniret, nec hoc ipsi *foras querere liceret; merito se talia pati, inquit, qui incautus fuit, nil in futurum prospexit, et relicta terra, ubi plures lucrari posset, querens quod non invenit, sua propria perdidisset et nil prodesset; quod bona intentione ad illam regionem[8] venit, ubi nullo amore sequentium fratrum labor suus appareret, et quod hostes haberet, et habere bonum desiderium prope iaceret, secundum
Rom. 7, 18. illud: *Si recte offeras et non recte discernas, peccasti;* et iterum: *Velle mihi adiacet, perficere autem bonum non invenio;* et: *Cepisse multorum est, ad calcem autem pervenisse paucorum.* Nunc irascitur seniori Bolizlao, qui illum dimittere nolens, qui nulla timeret, bellorum et hostium supervacuam occasionem obiecit[9]; nunc notat culpam meam, qui cum prope essem et promissionis debitum reddere possem — quod verum erat —, tunc temporis eum videre nolui[10]. Nam sicut semper peccatoribus invisus est aspectus sanctorum, quando[a] magistrum caelestem videre vellem, qui contemptus, soluto freno post meam voluntatem velocius equo cucurri? Qui si[b] decrevi interesse spiritualibus officiis, ut tamen non carerem secularibus commodis, sic ut[c] ambiguo servicio colerem Ihesu Christi amorem, ut tamen odio non haberem decipientem mundum, secundum illud: *Senatorem perdidisti, monachum non fecisti*[11];
Eccli. 2, 14. et iterum: *Ve peccatori ingredienti terram duabus viis,* et: *Nemo potest gaudere cum seculo et regnare cum Christo*[11].

1003 12. Ergo sanctus Benedictus multifariis doloribus querelam cordis eiciens, cum sat ploraret, nimia tristicia affligens cor suum, quia opera sua effectum non habuerunt, vacuus ad fratrem Iohannem redit. Unum vero fratrem[12], qui caelestium amore delectatus tunc sub illorum magisterio in heremo militavit, nunc vero eidem sacro loco abbas studio
*f. 37. spiritualis disciplinae preest[13] — *quia huius fratris iter dux Bolizlao non prohibuit —, ad unam consolationem in tanto tedio caelestium incendiorum pro acquirenda apostolica licentia, que est mundi domina et mater ecclesiarum, Romam transmisit, hoc iniungens et superponens ad eius sollicitam obedienciam[14], ne preteriret vocare me, cuius instinctu has Sclavonicas terras visitaverat, et me invento, si haberem licentiam, de magna via cito veniret, si non haberem, peteret a me aliquem socium itineris Romam eundi pro acquirenda licentia, ut ceptum iter peracgeret. Et quia, sicut de certis breve est amanti, ita de incertis longum sperare timenti[15], ut recens dolor suae magnitudinem amaritudinis plus temperaret,
Nov. 1. quando veniat missus, diem mittens prescribit, scilicet aut in memoria omnium sanctorum
Nov. 11. redeundi primas inducias, aut in festo sancti Martyni postremas haberet, oblitus, credo, propter instantem necessitatem et vim dolorum, quia secundum regulam[16], qua vixit, nihil

a) *fort.:* quomodo. b) sic *emendandum videtur. H.-E.* c) sic (sicut) *c.*

1) Cf. Brun. Vit. Adalb. c. 31. 2) V. diss. p. 15. 3) Cf. Thietm. V, 16; Adalbold. c. 17. 4) Cf. c. 10. 5) Cf. Vit. Rom. c. 29. 6) Cf. Verg. Aen. I, 465: *largoque umectat flumine vultum.* 7) i. e. Bruno. 8) Poloniam vel hoc loco Bohemiam fortasse. 9) Cf. diss. p. 14. 10) Cf. praef. p. 713. 11) Sententiae unde sint sumptae nescio. 12) Cf. Vit. Rom. c. 28: *unum ad Romam urbem . . . mittunt.* 13) Barnabas? Cf. Dlugoss. ed. Przdezky p. 187: *Post haec in cella de novo constructa abstinentiis . . . intentus (Barnabas) iussu et ordinatione regis Boleslai fratribus et sociis suis appositus est;* cf. infra c. 21. 14) Cf. Vit. Rom. c. 28: *Iniungunt etiam nuntio.* 15) Cf. Lucan. Phars. II, 15: *liceat sperare timenti.* 16) S. Benedicti c. 3.

monachus definire debeat, sacra Collatio patrum imperio dixit. Rapit viam discipulus a 1003. beato Benedicto missus de rudi heremo et, quia me nusquam vagum invenit[1], pro cuius ignavia longum desiderium in tribulationem venit, apostolicae iussionis ut ille licitum quereret, recte Romam tetendit.

13. Ipse vero Benedictus, ubi recreat amarum animum, reversus ad dulce desiderium, more solito vitam agebat, accingens se ut vir amaritudine presentium, omni autem desiderabili et precioso solatio sequentium bonorum. Cui inter multa bona unum solum bonum, inter tot pulchras beatitudines, quae animos mortalium capiunt et accensos in vanum currere cogunt, una sola beatitudo, videlicet timor Domini sanctus animum eius cum potestate *possedit, sciens in media tribulatione invocare Deum vivum, obponens *f. 37 contra damnandum cupiditatis appetitum abrenunciationis perfectum contemptum mundi; ut cui preter se nulla debetur possessio in terra, nil quod non est Deus concupiscere in terra novit, habens ante oculos memoriam gloriosae[a] aeternitatis, quae est vita sapientis, noctem quoque manentis sine fine supplicii beatitudinemque regni futuri semper mente revolvens, quam gignit dux itineris ad caelum, aurea discretio et meditatio omnium virtutum. Tota illa estate usque ad ingenuum festum omnium sanctorum sederunt firma mente in oratione Nov. 1. et ieiunio, expectantes illud apostolicum: *donec virtute induamini ex alto.* Tanta autem erat Luc. 24, 49 concordia sanctorum illorum fratrum, ut quicquid unus vellet alter etiam nolens vellet in cella, in opere, in veste, in vita, in oratione; quomodo unus volebat, alter nec parum discrepare propter amorem fraternitatis et periculum voluntatis curabat. Una mente tam in prosperis nihil nisi Deum diligere scientes, tam mores quam vitam componunt, quam orationibus, quibus mundam animam ornant; sicut scriptum est: *Erat omnibus cor unum et* Act. 4, 32 *anima una,* et secundum psalmistam: *Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres* Ps. 132, 1 *in unum.* Ubi ergo frustra expectatus ad Romam et post me missus frater ad destinatum diem[2] non venit, sancti fratres Benedictus et Iohannes, qui nil amant huius seculi, pro salute animae iterum turbantur, secundum illud: *Corpus*[b], *quod corrumpitur, aggravat* Sap. 9, 15. *animam*[c], *et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem.* Et propter nimium amorem ad salvam felicitatem caelestis Imperatoris non pensantes humanarum rerum incertum exitum, increpant moras karae legationis iam duplo dampno duorum fratrum, mei et alterius post me missi, quos *nesciunt si in hac carne umquam videre debent; quod et accidit. *f. 37' Accusant peccatum suum pro causa damni missi fratris, invocant divinam misericordiam pro remeatione sui et mei, scientes loqui: *Quoniam tu es pacientia mea, Deus meus, misericordia mea.* Ps. 70, 5 Laborantes itaque amaro tedio servi Christi, hec inter se laudabili querimonia conferre ceperunt: 'Si enim homines laborant ob pereuntium rerum commoda, cur nos libentissime non laboramus pro adipiscenda rerum caelestium veritate?' Hec querela, hec collatio sacra in vexatione spiritus illorum numquam remissionem fecit, quocies se castis corporibus videre, quocies ad loquendum convenere, qui sinceris affectibus animorum semper simul fuere, quare ego prior non venissem, ut eis promissum habui, nec post me missus cum diu optata licentia veniret: 'Quantum tempus', inquiunt, 'huius rei gratia in vanum consumsimus, Sclavonicae[d] linguae idioma superfluo sudore paravimus, ut[e] incognitis paganis melior pateat ingressus ad salutem; parcentes rasorio, dimissae barbae misericordiam nobis fecimus, qui totum caput radere parati sumus[3]. Cum, manente bona intentione, nil noceat vestis mutata, indumenta similia ad ritum gentilium indifferenter sumere statuimus, credentes in pagano populo, dum socium esse credit, quem discordare a suo ritu non videt, sic locum predicationis, sic racionale martyrium nobis patere, nec interesse, qua occasione quis ad bonum deducatur et ad salutaria dirigatur. Ecce quam nihil proficimus, quia apostolici verbi sacra licentia, cuius arbitrio tota pendet harum rerum cogitatio, non dignatur ad nos peccatores venire. Vere, *quia non in finem oblivio erit pauperis,* Ps. 9, 19 *paciencia pauperum non peribit in finem.* Erant autem sub magisterio alii duo carnales fratres, unus nomine Ysaac, *alter Matheus[4], in heremo sedentes; et qua pulchra similitudine *f. 38. nobilium patrum purpurea proles prodiit de Latina terra, de Sclavonica dualitas surrexit; horum duorum fratrum sorores in monasterio inter numerum virginum Deo militarunt.

a) gloriosam ęternitatem *corr.* memoriam gloriosę ęternitatis *c.* b) *Vulgata:* corpus enim, quod. c) am *abscis. c.* d) Scav. *corr.* Sclav. *c.* e) et *c.*

1) V. diss. p. 21. 2) S. Martini, Nov. 11. 3) Cf. c. 10, p. 727. 4) Cf. infra in hoc cap.

1003. Ipsi vero, cum essent fratres secundum carnem, meliores fratres secundum spiritum esse
ceperunt. Interea impii quidam latrones decem libras[1], quas dantem seniorem Bolizlaum[a]
dedisse noverunt, auferre sacrilego consilio spiravere, ut in densis tenebris, dum nox amica
sceleris occultum facinus adiuvaret, omnes Dei servos in illa silva occiderent et pecuniam,
quam apud illos inveniri stulte cogitarunt, inter se cum licentia dividerent[2]. Hoc perversis
latronibus perverse cogitantibus, accidit, poscente ratione festi diei, ut sancta vigilia largi-
Nov. 10. tantis[b] et boni Martyni ritu christiano per orbem terrarum memoriale Dei nocturnas cantare
et salutare Dei missam celebrare illi sancti monachi, amatores videlicet veri et inconcussi
boni, confluxissent; hoc ipso vespere — sicut serviens ille testimonium fert, qui pro eorum
servicio illa vespera in villa ambulavit — tantum tedii, tantum meroris tunc in ipsa vespera
de supradictis causis habuere, quantum non amplius umquam. Canunt antiquum[c] elegos[d]
solita et superflua querela: Frustra, sua derelicta, sub alio sole alienam terram intrasse,
cum multo sudore ignotam linguam parasse, quibus, ut intrarent cum Christi armis con-
turbare profundum paganismum, nulla vestigia venientium fratrum, nulla signa apostolicae
Ps. 76, 10 obedientiae venire dignarentur, iuxta hoc: *Numquid obliviscetur misereri Deus aut continet*[e]
in ira sua misericordias suas? Gerentes[3] salutarem tristiciam et corde insitum dolorem,
non eo quod molles et desides nil, sicut nos miseri, utilis laboris fecerint, sed quod non
*f. 38'. tantum, quantum accinctis et perfectis viris convenit, in spiritualium lucrorum *iocundo
1. Cor 4, 9. studio ad voluntatem certare suffecerint, secundum illud: *Spectaculum facti sumus mundo*
et angelis et hominibus, ut delectaret videre legitimum cursum bonorum cursorum currentium,
quare locum non haberent predicando suscitare ad vitam christianitatis mortuos paganos;
putantes tanto plus misericordiae invenire in conspectu Christi, quanto plus propter eius
amorem inventarum animarum ei advexissent; sub qua munda occasione, cuius donum est
cf Eccl 3, 13 cf Prov. 4, 2 omne bonum, si calicem salutaris dignatio Dei offerret, libenter sumentes, non tam pecca-
tum hominum quam lucrum volentes animarum, ardenter volebant, tanto acceptiores Christo
regi esse cupientes, quanto pro eius amore nullo[d] parcant labori. Sed o altitudo diviciarum
sapientiae et scientiae et misericordiae Dei! Illi nescientes quod futurum erat, propter
tardum nuncium pusillanimitate defecerunt et pre angustia spiritus gemebant, quibus,
etiamsi tunc acquisita apostolica licentia adesset, necdum tamen felix martyrium tam prope
foret, cuius inestimabili ardore cor eorum ardebat; sed bonus Deus eis nescientibus ipse
paravit, qui ex hominum malis multa bona facit et, desiderium animae eorum ut tribuat,
Ioh 14, 13. 14. quemadmodum pollicitus est petentibus in nomine suo, numquam mentitur sanctis suis,
Habac. 2, 3 secundum illud: *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet et non tardabit;* et iterum:
Es. 49, 15 *Numquid mater potest oblivisci, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego*
ib. 54, 7 *tamen non obliviscar tui;* et rursum: *Modicum dereliqui te et in miserationibus multis con-*
Ps. 60, 4. *gregabo te, dicit dominus Deus, spes sanctorum et turris fortitudinis eorum, qui fecit valde*
Cant. 5, 10 Ps. 67, 36. *bona, optimus in omnibus operibus, maxime pulcher, rubicundus, mirabilis Deus in sanctis suis.*
Ergo intempesta nocte quiescentibus illis, cum altum fessa membra carperent soporem[4],
*f. 39. venerunt impii anhela malicia *et cassa nequitia, quibus ad novum facinus cor salit, iecur hiat,
labia tremunt, nares flant[5], precordia sanguinem trahunt, ora calorem mutant, pedes festinant,
et dentes sonant, vox repressa silet, stulta ira ardet, tenens arma manus sudat, rapax inventi
avaricia ridet. Aderant facili bello canes ad sanguinem, lupi ad predam; volentes nocere, coacti
prodesse, frustra querentes sibi bonum, in conspectu Dei magnum malum fecerunt; venerunt
cf Iob 24, 14. nocentes, ut fur nocte, corporibus innocentum sine causa claudere diem vitae. Et quidem
pecuniam pro magna via agenda Benedictus accepit, sed mox, ut impeditum iter vidit, qui
numquam in animo suo reliquit avari spem nummi, absque retractatione principi reddere
procuravit. Mali autem christiani, dum, de qua dicitur: *Hec est oculus eorum in universa*
terra[6], pecuniam invenire credunt, quod iam pagani pro religione tarde solent, iustos
Ps 61, 11. libenter occidere facili mente nec timent nec tardant, contra illud: *Nolite sperare in iniquitate,*
et diviciae si adfluant, nolite cor adponere. Unus autem ex profana multitudine, que ad
miserum facinus preciosae mortis expiravit, quasi dux itineris, et maiorem partem pecuniae

a) Bolizaum *c.* b) largidantis *c.* c) antiqum *c.* d) *sic c.* e) contin *c., quod forte* continebit *cum Vulg. legendum. H.-E.*

1) Cf. c. 10. 2) Cf. Vit. Rom. c. 28, p. 852. 3) Sequentia — *nullo parcant labori* infra c. 31. fere ad verbum repetita leguntur. 4) Cf. Verg. Aen. IV, 522. 5) Cf. Plaut. Cist. II, 3, 10. 6) Unde sit sumpta sententia, nescio.

sperans, qui eos bene cognovit et alia hora in eorum servicio ministrare iussus fuit[1], ante [1003.] eos cum occultato gladio armatus intravit. Prius vero quam intraret, ne ad novum scelus sacrilegum cor expavesceret, benedicente Satana, duos calices ebibit, et portans in sinistra candelam et hastam in dextra, repente ante evigilantes sanctos terribili facie funestus carnifex stetit. Elevaverunt se usque ad medium corpus sedentes parum suavi lecto fratres, et, quia necessitas frangit legem, et frangere silentium maior *causa hospitum licentiam [*f. 39'.] donat[2], sicut semper in ore et corde illorum Christus erat: 'Ceperunt', inquit ipse carnifex, [cf. Rom. 10,8] qui percussit eos, postea penitens, 'nescio quid inter se ad aurem susurrare' — quod utique persolvendo capitulo monachorum conveniens versus erat: *Preciosa est in conspectu Domini* [Ps. 115,15] *mors sanctorum eius*, quoniam illorum preciosa mors instabat, et pro instanti periculo nostra existimatione *Confiteor Deo* esse potuit —. 'Ast ego', inquit carnifex penitendo hec narrans, 'mortua mente stupefactus sto; volo occidere et expavesco nefas'. Postquam quod voluere susurratum habuere, Iohannes, filius pacientiae, qui plus bene sciens linguam amborum voce supervenientibus responsa dare solebat, cito per martyrium sanctificandus, loqui cepit, dicens: 'Amice, ad quod venisti, et quid vult novi armatus populus iste?' Attonitus percussor, qui nunc bona malefecisse valde penitet, respondit: 'Dominus terrae Bolizlao misit nos sine misericordia ligare vos'. Subridens illa sancta facies dixit: 'Numquam senior bonus, qui propter Deum multum nos amat, talia precepit. Quid frustra mentiris, fili?' Carnifex respondit: 'Verum occidere vos volumus. Ecce causa, pro qua venimus'. Et sanctus Iohannes ait: 'Deus vos adiuvet et nos!' Ad illud verbum pallidus parricida statim evaginavit gladium crudelem et percussit duobus vulneribus illud sanctum corpus, quod in vita, quamvis non sit gloriosum, cecantibus variolis unum oculum, gesserat tercium vulnus. Consequenter et superiore parte preciosam margaritam, felicem Benedictum, dum ad alios festinat, uno magno ictu percussit in media fronte, ita ut altus cruor angulares parietes leto flumine purpuraret et, ut est hodie videndum[3], circumquaque saliendo pulchris maculis domum coloraret. Non autem frustra erat, quod proximi ad mortem, de qua scriptum est: *Moriatur anima mea morte* **iustorum*, plus solito tristiciam [Num. 23,10. *f. 40.] habebant, si redemptio nostra, ipsa salus, sancta misericordia, Deus propinquans ad passionem, quam inestimabili caritate in salutem hominum pro perditis inclite celebravit, suis dilectis sequacibus tedere et mestum se esse fateretur. Verbum in principio, in cuius [Matth. 26,37. Ioh. 1,1.] manu est anima omnis viventis, cum eum vicit clemencia, ut ferret nostra crimina: *Tristis* [Marc. 14,34] *est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Et ut certa amittantur[a]: qui novo martyrio misera tempora beavit, sanctus Israelita[4], vere bonus Adelbertus, cum audire et occidere dedignati Pruzi[5] eum a finibus expellerent suis, pro infortunio illo cepit infinita tristicia laborare[6] et, quare, ne eos lucrari posset, imprudenter veniret, se ipsum increpare. Testimonio illorum qui secum fuere[7] numquam mestos animos deiecit, donec post tergum venire non sponte sua maliciam[b] iubente Deo verterunt ei in optimam partem. Sic et nunc, quorum paulo ante ultra mensuram tristicia excrevit, dum sanctus amator fidelis hominum Deus habundantia pietatis dare solet, supra quod petimus aut intelligimus, foris querendum domi dedit desiderio animae eorum optatum martyrium; quod cum precipitatione incaute invenire sicuti est periculo plenum, ita cum orationibus querere est sanctum et salutare. Unus autem Ysaac nomine ex duobus[8], qui de Sclavonica terra et lingua in sacra professione beatos magistros Benedictum et Iohannem sectati sunt, ut erat ordine tercius, homo corpore robusto, non suaviter expergefactus: 'Adiuva Deus, adiuva Deus!' voce super vocem ingeminat, nobilem clamorem secundum hoc: *Turris fortissima nomen Domini; ad ipsum fugiet* [Prov. 18,10.] *iustus et salvabitur*. Et cum quasi ad orationem surgere vellet, in mediis cruribus iratum ensem et, sicut scriptum est: *Ubi amor ibi oculus, ubi dolor ibi manus*, cum quasi pellem [cf. Iob 2,4]

a) ammitt. *corrigendum. H.-E.* b) malicia *c.*

1) Nihil hac de re nec latrones fuisse christianos apud Petrum Dam. et Cosmam legitur. A Petro *quidam vero regis agnoscentes consilium* commemorantur, quae verba Hirsch, 'Jahrbücher' I, p. 503, non recte distinxisse videtur, scribens: 'einige von des Koenigs Begleitern'. Aeque iam Dobner ad Hagec. a. 1004. 2) Cf. Regul. Benedicti c. 6; Cosmas: *Numquam locuti sunt ad invicem, nisi venientem ad hospitem . . .; . . . quia iam per dimidium annum nihil fuerant ad invicem locuti.* 3) V. diss. p. 15. 4) Cf. Ioh. Canap. c. 26: *verus Israhelita.* 5) Cf. Brun, Vit. Adalb. c. 25. 6) Ib. c. 26. 7) Alter presbyter Benedictus, alter dilectus et a puero sibi comes frater Gaudentius (Radim) erat; vide Vit. Adalb. c. 28; cf. ib. c. 32: *Aiunt qui in illo agone fuerunt.* 8) Isaac et Matthaeus; v. p. 729, l. 50 sq.

1003. pro pelle manus elevaret, *non parcentem alteram plagam inreligiosis[a] manibus accepit.
*f 40' Ipse vero Ysaac desiderabilem finem expectatae mortis, iubente Christo, qui est salus omnium
in se credentium, domum advenisse admirans, quia deponit per martyrium, quod homo
portat, supercrescentium peccatorum magnum pondus, testatur leticiam cordis huiuscemodi
verbis: 'Bene', inquit, 'nobis, qui tam bonam noctem et sic felicem horam, quam numquam
Ps. 12, 6. pro nostris meritis meruimus, sola misericordia Salvatoris invenimus', iuxta illud: *Exultabit
cor meum in salutari tuo; cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.* Et rursum dixit: 'Benedicat
Rom. 12, 14. Luc 23, 34. vobis Dominus, quia bene nobis facitis', secundum illud: *Benedicite persequentes vos et
ignoscite illis; non enim sciunt quid faciunt.* Hoc cum dixisset Ysaac, tercio iugulatus expiravit.
Inpii autem, cum illos se benedicere audirent, quibus male facere hoc solo animo venerunt,
tanta bonitate, benigna illa et tranquilla pacientia confusi more suo, post tempus tedere et
penitere ceperunt, ita ut dicerent: 'Ve nobis! quid operis egimus, qui tales homines, qui
gaudent occidi et inusitato more hominum interfectorem suum benedicunt, occidere veni-
mus? Sed iam aliter nequimus nunc agere, nisi ut omnes occidamus; ne palam fiant scelera
nostra, et digna pena inveniat nos auctores, perficiendum est quod cepimus'. Nam quod
proprium miseriae hominis, quia expectans[b] ab alto Deus; non enim in conspectu eius tantum-
modo transitoriam corporum vindictam expavescebant, animarum vero sequentem intole-
Hebr 10, 31. rabilem penam nec parum pensabant, de qua dicitur: *Horrendum est incidere in manus Dei
omnipotentis.* Porro Matheus, novitate rei perculsus, frustra se foras in fugam dedit; qui
venit iuxta ecclesiam confossus lanceis, ubi quasi ad orationem iacet prostratus toto corpore
ad terram. Cristinus autem, coquus[c] illorum, cuius frater illa vespera in villam ambulavit[1],
Luc 17, 34. secundum illud: *Unus assumetur, et unus relinquetur,* defendens se cum ligno, quos occisos
*f. 41 nescit, fratres frustra *in adiutorium vocat, quia corpore mortui non audiebant. Qui supra-
dictus Cristinus, sicut interfectorum servicio amabilis et grata persona inhesit, super quatuor
occisos sanctos impio vulnere quintus interfectus accrevit magno illius beneficio, de cuius
cf Ioh 19, 34 quinto vulnere in latere salutis, per quae[2] remittuntur peccata hominibus, exivit sanguis et
cf Matth 20, 14. aqua; qui vult dare bonus novissimo sicut et primo; per cuius misericordiam unusquisque
salvatur, non propter proprium meritum. De hoc vero quod cogitaverunt invenire pecuniam
ad maiorem tristiciam nil invenientes, diviserunt inter se ferro parati, scisso missatico para-
mento, quod sancti viri cum optimis libris, quorum nil tetigerunt, de Latina terra dono
imperatoris secum adduxerunt; pallium de altari tulerunt, in quo erant reliquiae, et totum
cereo panno involutum iuxta parietes ecclesiae incensum igne apponunt, ut, tota ecclesia
ardente, omnes mansiunculae in parvo claustro cum sacris corporibus ad cinerem combure-
rentur, et non dicatur: 'Latrones aut viri sanguinum', sed: 'Casu accidente ipsi sibi hoc fecere[3]'.
At aliter Deus, aliter homo cogitat[4]. Aecclesia non arsit; corpora sanctorum in pace
sepulta sunt, et auctores mali, iubente Deo, latere non possunt, frustra neminem vivum
relinquentes. Sera tandem penitentia ducti, ceperunt fugere maiore impetu quam venere;
qui ad cumulum damnationis malae conscientiae ex hora qua, occisis sanctis, foras egressi
sunt dulcem melodiam et vocem cantantium intus sonantem audierunt[5]. Cui rei verum et
forte testimonium reddunt; nam in illo monasterio quae possunt necessaria libenter servire
parati sunt. Ita non bene preliato duello, impii fugam fecerunt; et martyrum animae[d],
quorum egregia vita insperata salute bonum finem fecit, innocentes et recti aeterno et vero
*f 41' Deo Ihesu Christo presentati erant. Omnes autem aliter quam *ad somnum iacerent in illa
occisione mutati sunt, quamvis, excepto puero Christino, nemo reluctari operam dedit, sed
de morte preciosa gaudium erat singulis in Spiritu sancto. Matheus, maliciam fugiens,
iuxta ecclesiam iacuit; Christinus, innocentiam defendens, in medio foro iacebat; Ysaac, ad
novam causam surgens et tercio uno ense prostratus in longum, veniam petebat; Iohannes,
de lecto in terram procumbens, imitatur modum super genua orantis. Solus Benedictus,
divae cohortis primicerius[6], sicut dormiens iacebat, gloriose moriens spiritum Domino red-
didit, ita ut, peracto scelere, cum venirent ipsi occisores videre, mirantes, si adhuc viverent, qui
in Dei carminibus indesinentes voces deintus sonare audiebant, sanctus ille Benedictus cucullam

a) *forsan potius* in relig. *legendum. H.-E.* b) *i. e.* spectans. c) coquus *c.* d) *ita c.; fort.* animi.

1) Cf. p. 730, l. 9 sq. 2) Sc. vulnera. 3) Cf. Vit. Rom. c. 28. 4) Cf. c. 7. 5) Cf. Vit. Rom. l. c.: *et dulcissima angelicae cantilenae non desiit suavitas resonare.* 6) Cf. Dlugoss. p. 183: *Ben., qui senior pater inter eos habebatur.*

capiti imposuisset et mutato latere ad parietem converteret, qui cum illis omnibus mortuus [1003.] erat. Unus autem carnificum, qui aperto hostio intus prosilivit, timens infectum facinus, et illis viventibus evenire periculum prodicionis, nam et gelida membra manu palpans et vagis oculis pallida ora inspiciens, numquam nec tenuem auram de flante spiritu invenit; [cf. Verg. A. III, 217. IV, 278.] nimirum quia, in cuius virtute magnus sanctus Ariopagita Dionisius[1], canentibus angelorum melodiis, amputatum caput propriis manibus portavit, in eius misericordia pusillus iste sanctus Benedictus post mortem mutare latus et, ne a regula[2] detectum caput discreparet, cucullam roseo capiti ponere potuit. Surgente purpureo die[3] super egros mortales usque ad altam [Nov. 11.] horam, qua clausam curtem[a] viderunt, nullus ex venientibus villanis adpropiare ausus est, donec, admirantibus cunctis, quid intra fecissent, quorum nec unus temporis spacio egressus est, quidam, traiectis per spinosam sepem errantium oculorum spiculis, in medio curtis videbat Christini cadaver iacens. Hic erat innocentum innocens minister; puer eorum necessitati gratanter servire solebat, quem propter fidem *et karitatem sanctorum fratrum clemens [*f. 42.] Deus ad plena gaudia simul coronari permisit. Nec mora, ad ingens spectaculum certatim festinant stupefacti villani; nec tamen presumunt inlota manu et incesto corde tangere corpora sanctorum, nisi nunciantes ubique peccatum noctis in lucem producunt; et quia tandem tercio die[4] hoc potuit episcopo terrae[5] nunciari, clericorum et sanctimonialium, [Nov. 13.] utpute in rudi christianismo, ad sanctorum innocentum felices exequias satis convenere et, unde silva sat dabat, preparatis ligneis sarcophagis, intus in ecclesia, quantum bis quatuor duum hominum locus capere posset, iuxta preceptum episcopi grandem fossam fecerunt. Senex vero Vungerus episcopus[6], dives de bona voluntate, cum ad sanctum locum pervenisset, salutares hostias et officium orationis cum clericis superimplevit; ad sanctorum corpora manibus et corde suplex intravit. Et tunc e quibus preciosa gemma, aureum sidus [cf Eccli. 45, 13.] et dulce decus[7] ceterorum, ille dux Benedictus, cuius cum Deo luctans fervor numquam dimisit, donec quos martyrio baptizavit omnes manu Domini benedixit, secus principalem[b] angulum, in dextra parte introeuntibus domum, aversus in latere ad parietem iacebat, in quam partem, peracto martyrio, felix mortuus cum magna delectatione[c] se vertebat. Cuius nobile caput meridiem, venerabiles pedes aquilonem respexere, quarum parcium de diverso vento in Canticis canticorum ita scriptum est: *Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum,* [Cant. 4, 16.] *et fluent aromata illius;* hoc est: 'Recede, diabole, et veni, sancte Spiritus, reple animam meam, ut appareant suave olentes virtutes eius'! Ceteris autem cum eo occisis situm corporis casus aut oratio variavit; et — quod super aurum optimum — caput eius electum non solum rubeos parietes coloravit, sed etiam sancti viri cucullum plenum sanguine invenerunt, secundum illud: *Lavit in vino stolam suam *et in sanguine pallium suum.* [Gen. 49, 11. *f 42'] Porro episcopus cum orationibus et antiphonis, ut oportet, in timore Dei sanctorum corpora usque ad locum sepulchri prosecutus est. Quorum bis bini[d] in uno monumento[8] secundum ordinem posita ea die sepulta sunt, qua redemptio nostra, filius Dei, in sepulchro requievit[9], postquam [Nov. 13.] passione sua perditum mundum redemit et sua morte mortem nostram salutare Dei occidit. Medio autem loco florem iuventutis nobilem Benedictum et pullum gloriae egregium Iohannem, dictante iusticia, posuere, quibus alios duos[10] in fine circa latera iungunt, quos sancti servicii novos et albi martyrii dignos alumnos gratia Dei fecit, apte secundum illud: *Virtutes medium locum tenent, discipulis autem omnis laus in fine canitur.* Puerum vero Christinum, ministrum sanctorum, quia talem sanctitatem non habuit et cum ligno se defendere voluit, foras in claustro posuere, secundum illud: *Non iungas bovem cum asino,* hoc est: [Deut. 5, 21.] 'sapientem cum stulto'. Quem supradictum Christinum non longe post de illo sepulchro educentes, ita ut sicut vivus omnino nil fetoris emisisset, totum integrum invenere. Tanta autem pluvia in revelatione eius corporis repente secuta est, ut extra solitum inundaret, et seculares, qui in claustro laborabant, de labore fugerent; quem monachi suis manibus tractare digni, sicut nec vita, ita nec sepulchro separatum intra ecclesiam[e] suorum seniorum

a) curtam *c.* b) principale *c.* c) delectione *c.* d) *sic c. pro* bina. e) ecclesia *c.*

1) Cf. Vit. Adalb. c. 19. et diss. p. 9. 2) V. Regul. Benedicti c. 55. 3) Cf. Verg. Aen. II, 268; Vit. Rom.: *adveniente autem die.* 4) V. diss. p. 29. 5) Ungero infra nominato. 6) Episcopus Posnaniensis; cf. Thietm. IV, 28. VI, 43 (Ann. Quedlinb. a. 1012); infra c. 21. 7) Cf. Horat. Carm. I, 1, 2. 8) Cf. Dlugoss. l. c.: *Sanctorum autem corpora . . . omnia quinque in una tumba recludi fecit,* postquam Gnesnam translata sunt. 9) i. e. sabbato, post festum s. Martini scilicet, Nov. 13; cf. supra l. 17. 10) Isaac et Matthaeum.

1003. Rom. 10,12 ordini apposuere, secundum [illud[a]]: *Non est distinctio Iudei et Greci; servus ac liber, omnes in Christo unum sumus.* Apertis autem tumulis sanctorum monachorum cum ministrum apponerent, post tantum tempus nullum corporibus cognatum fetorem sanctorum dulces carnes emisere, quem[b] peccatorum putres carnes etiam prima die densa nebula ministrare solent.

14. Nec tacendum: extrema nocte quando fecerunt vigilias, cum duo pueri salubrem psalmodiam cecinissent, qui cum fratre medius iacet, sanctus Iohannes convertit se in aliud *f. 43 *latus. Alius puer pre timore exterritus, foras se in fugam dedit, alter vero, qui nunc in monachico habitu eiusdem ecclesiae diaconus est[1], partem angelorum videns, psalmos canendo perseveravit; ita contigit, ut, quod prior Benedictus in occisione egit, in aliud latus se vertendo in lecto, hoc Iohannes perageret in sepulchro. Multa autem signa et celestia beneficia pro meritis sanctorum dat ibi larga Divinitas[2], quorum facta ibi congregatione hoc primum fuit.

15. Sabbato quodam post factum mandatum[3], quod divinam caritatem in memoriam reducere animabus monachorum solet, in conspectu omnium fratrum, quam nemo hominum ibi posuit, clara luce candela ardere visa est ad tumulum eorum. Quod et post diverso tempore multociens visum est, ut evidenter appareret, in qua luce ante faciem gloriae Dei et gaudio caelestium animae illorum clarescunt, qui vivere in terra viventium oculis mortalium cum luce testantur. Et si forte parum adusitatum videtur quod de ardente candela factum est, adhuc referam aliud miraculum de lumine sanctorum; cuius rei prope tot testes sunt, quot iuxta stans villa homines habet.

1005. 16. Cum illam villam[4] regis Saxonum[5] exercitus magnus et validus ascenderet, et, quin[c] tota provincia periclitaretur, nemo fere dubitaret[6], in medio noctis, qui longa luce per totam curtem aspexit et integra hora manens stetit, videtur super illam ecclesiam quasi circulus ingens et splendidus.

Nov. 18 17. Similiter volvente anno ab octavo die martyrii eorum visa similis res lato lumine super ipsam ecclesiam lucens in vacuo aere, ut ex priore signo eorum protectione protectam terram homines intelligerent, quam sine effectu cogitatae perdicionis illesam reliquit exercitus regis, ex posteriore autem signo luminis testimonium eorum sanctitatis claresceret, quorum patrocinia, si devoto animo querantur, de illo monasterio, *f. 43' ubi[d] sub pauperie[e] mundae sepulturae *caelestis thesaurus iacet, cum misericordia super totam terram venire non dubitantur.

18. Alia hora, qui iuxta ecclesiam erant dormientes monachus et laicus, ambo exterriti, audierunt inter multam lucem et timorem voces cantantium, et vox legentis audita est euangelium Dei vivi, cuius Matth 25,21. finis est: *Intra in gaudium Domini tui.*

19. Erat unus qui nunc illi ecclesiae diaconus servit[7]; qui cum, longa infirmitate arida ossa excoquente, ligatis ossibus ad ecclesiam non posset venire, nocte, cum caperet somnum, venerunt ad alium fratrem, trahentes secum splendorem caelestem, sidereos vultus, pius Benedictus et felix Iohannes: 'Increpa', inquiunt, 'fratrem Stephanum, quare tot dies ad ecclesiam non venit. Quare piger iacet et lectum artius amat? Surgat et cum fratribus ad opus Dei vadat'! Cui hec visio nocte apparuit, sequenti die illum ambulantem vidit, qui altero die ex diuturna infirmitate prope mortuus erat. Eratque mirum vigilanti, quia sic cito salutem dederunt dormienti, cum ad vocem iussionis clementium medicorum celeri sanitate domum orationis intraret, quasi numquam perderet faciles vires laboriosi corporis. Ubi aperte loquendo apparet, quam presentem salutaris misericordiae vultum omni eorum necessitati apportet, qui in suorum ib. 6,33 servorum honore facto[8] monachorum die ac nocte Deo serviunt, secundum illud: *Querite primum regnum Dei, et hec omnia adicientur vobis*, hoc est: 'quaecumque vobis necessaria sunt'.

20. Nam quanti[9] demoniaci et quot modis per eorum digna merita sint liberati, gratias Deo! nec certa scientia pre multitudine, nec certus numerus est.

21. De catenis autem ferreis et ligneis compedibus nunc sano, nunc fracto ferro et, ubicumque est, soluto qualicumque vinculo, quantos illi per suam bonitatem liberant, nos pro nostra pigricia dicere piget, ut liquido appareat, quantam[f] curam illi immortales habeant, quibus sine tristicia dati[g] celerem *f. 44. salutem prestant, specialius autem eorum curam gerant, *qui sibi comminus serviunt aut, cum sint infirmae Luc 7,47. conscienciae, ad maiorem animae suae salutem, quod Deus novos sanctos coronavit, valde gaudent, secundum illud: *Dimissa sunt illi peccata multa, quoniam dilexit multum.* Frater[10] autem ille, viventibus adhuc in hac[11] terra sanctis, et ab eis missus ad apostolicam sedem, quando cum licentia venit, iam feliciter invenit rem peractam, scilicet per martyrium eos evolasse ad caelum; quamvis ego, quem Benedictus iste pro sua bonitate et nimia caritate 'frater meus' appellare solebat[12], dudum, eis nescientibus,

a) *supplevi, deest c.* b) ĝ *c.* c) quia *c.* d) *eadem manu post suppl. c.* e) paupe *c.* f) quanta *c.* g) *sic c., quod corruptum videtur.*

1) Stephanus; v. c. 19. 2) Vit. Rom. c. 28: *tunc . . . et nunc ibi fiunt ex divina virtute prodigia;* epist. Brun. l. l. p. 691: *et sub divino terrore multa miracula faciunt.* 3) Mandatum quovis sabbato septimanae fieri iubetur in Regula S. Benedicti c. 35. 4) Meseritz, ut opinor; vide praef. p. 714 sq. 5) Heinrici II. 6) V. diss. p. 28. et epist. Brun. l. l. 7) Stephanus infra nominatus; cuius iam supra c. 14. mentio facta est. 8) = more. 9) = quot. 10) V. c. 12, p. 728, n. 13. 11) V. diss. p. 15. 12) Cf. supra c. 2, p. 720; c. 4, p. 721.

apostolicam licentiam accepissem. Cum autem misericordia Redemtoris talia circa sanctos esset[a] operata, iterum rediens frater ille Romam, cum martyrium eorum ibi nunciaret, ipso interrogante, 1003—1004. papa[1] procul dubio iussit eos in loco sanctorum martyrum haberi et honorari. Cum autem me gyrovagum[2] nusquam vidisset, cum propter hoc ipsum interrogare et martyrium eorum renunciare rursum Romeus[3] esse cepisset, quia discordia magna cum rege Saxónum[b] erat[4], dum timetur, ne in damnum sui imperii illorum cursus foret, cum satis bono Vungero episcopo[5] in itinere comprehenditur, et missus Parthenopolim, in monasterio sub diligenti custodia tenetur[6]. Inter vagas quoque umbras noctis angustians homo cum dulcem caperet somnum, apparuerunt sibi sancti viri velut geminum sidus Iohannes et Benedictus, valde increpantes, cur staret, qui sine voluntate et in horrida reclusione ibi plures dies mansit: 'Unum', inquiunt, 'duorum[c], quem dimisisti in monasterio, perdidisti; si citius non venis, alterum eris perditurus'. Intellexit frater, quod non bene esset de loco sancto, ubi duos clericos posuit, qui, donec ipse rediret, diligenti studio ibi servirent; et non dubitans, se celitus adiuvari, cui a sanctis dictum est, ut cito veniret, arrepta fuga, captans nocturna silencia, inter medium densorum hostium sine querela domum sanus venit, secundum illud de Raphahele: *Ego eum ducam et reducam sanum.* Tob. 5, 15

22. Unus igitur ex duobus domi relictis clericis, ut fit sepe hoc tempore, de quo dictum est: *'Erunt homines se ipsos amantes, et refrigescet caritas multorum,* levitate percussi animi captivus ductus, *f. 44'. Matth 24, 12. quia amor parentum eum vicit, sacrum locum sine timore reliquit. Et cum iam leto animo ad patrios lares propinquare cepisset, cruentis faucibus hians lupus obliqua via contra se furendo et currendo venit, cuius horrore sanguis fugit, vox hesit[7], gressus sunt ligati, omnia membra tremuere[d], stetere come[7], et errantes pedes nutare ceperunt. Vicinum interitum attonitis visis cernens, iam sua voluntate tunc staret, unde paulo ante fugere dulce habebat, ea videlicet mente, qua homines, qui timent tonitruum, vel quibus improvisa mors nulli parcens curvo anfractu incumbit, mallent bona, quae non fecere, meliora fecisse et, cf. Verg. A. XI, 52 f. quos non subigerunt[e], maiores labores pro amore Dei subisse libenter vellent; quamvis iam sero divisa mente hec et ima sorte promittunt. Tandem puer bono magistro lupo et prosperrima adversitate doctus, intus in archano cordis, ubi omnem hominem pensat videns Deus, si de manu bestiae et sanguineo ore ingentis monstri inlesus exiret, unde fugitivus fuit, amplius numquam egrederetur — sine deliberatione visae melioris rei ad felicia limina sanctorum martyrum letabundus remeavit —, non semel appellatis suorum patronorum[f] propiciis nominibus, tota devotione promisit. Parcunt, qui amant; qui periculo prodesse, non occidere sciunt: maiori cursu, quam veniret, redeuntem [reddunt[g]] lupum a suo servo, ut mireris imperia martyrum sentientem, inrationabile animal, secundum illud: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Rom. 8, 31. et:

Dic, ubi sunt naturae[h] tuae post talia leges?[8]

Nec mora, qui fuga lapsus ad reversum patrem culpam emendare revertitur, sicut maior de adiutorio sanctorum gaudet, sic iunior, ereptus de lupo, de suo reditu sanctorum tale miraculum narrat. 'Dum', inquit, 'ad dulces parentes[9] fugerem et nil minus quam hoc sperarem, media via mihi valde securo eunti rapax lupus occurrit; et cum iam prope perditionem *vitae meae starc exanimis non dubi- *f. 45. tassem, clamavi ex toto corde ad patrocinia sanctorum, amoto dubio, me reversurum; et sic salva facta est vita et anima mea'. Sic uno tempore diverso ordine convenit gaudium, cum filius sanus redditur cf. Gen. 32, 30 patri in gloriam gratiae Filii Dei vivi, non longe ab eo quod scriptum est: *Omnes cognoscent me a* Ier. 31, 34. *minimo usque ad summum;* et: *Sicut anima patris, ita et filii mei*[i] *est.*

23. Sepultis igitur sanctis, presbiter, qui ibi dimissus est hora operis Dei missas facere, domo, qua occisi sunt, cum suis pueris manducare et bibere et in leticia humana noctem ducere cepit. Tunc quasi tonitruum caeli aut terraemotus in circuitu domus ingenti fragore tonans sonitus venit. Primum cf. Verg. A. IX, 5 8 quorum cor labefecit, et sanguis in precordia fugit, parum repressa voce, iocantes pueri silentium tenuere; et X 452 mox pro nihilo ducentes oblitum timorem, utpute sequentes peccantem presbiterum, ad suam voluntatem rediere; et ecce, quasi indignante Deo impiam audaciam non timentium, inebriando se lasciviam sequi, verba vana et risum moventia loqui[10], ubi paulo ante propter letos exitus terrestrium rerum angeli verba caelestia cecinere, repentino impetu prior percussio redit, quae periculoso crepitu terribilem penam minatur; insuper, quasi quae non posset sufferre contumeliam eorum, qui non timerent falsam in ea facere vanitatem, ubi Deus complevit suam veritatem, ipsa domus a terra se elevavit, et ima deserens et in aera vacua parietes alta suspendens, recedere minabatur. Hoc primum signum sanctitatis eorum post sepulturam fuit.

24. Alia die dominica homo novicius Moyses, presbiter vetulus, euntibus ex more fratribus ad pacem, quia ordinem confudit, qui accedere non sapuit, custos ecclesiae[11] stans iuxta sanctorum sepulchrum, de eius incontinentia subrisit, qui proprie morbus esse solet indisciplinatorum fratrum. Mox acri dolore confixus, *quasi acuto ferro in corde percussus, revolutis cruribus, cepit retrorsum labi, putansque suo *f. 45' cultello vulnerari, dum circuit et nil periculi se habere sentit, tandem fatente gemitu reversus ad sanum sensum, intellexit se peccasse Domino in presencia sanctorum; quia utique, cum sit diabolicum irridere

a) *ita lego G. W.;* esse *c.* b) *in loco raso c., ubi in marg. duae literae* a a. c) eorum *corr.* duorum *c.* d) tremere *corr.* tremuere *c.* e) *sic pro* subierunt *c.* f) patronum *c.* g) *supplevi, deest c.* h) natura *corr. Watt.* i) mea *c.*

1) Iohannes XVIII. 2) V. Regul. S. Bened. c. 1; cf. c. 12. 3) = Romipeta. 4) Scil. Boleslai ducis Polonorum cum Heinrico II. Anno 1004. in. haec gesta sunt. 5) Cf. c. 13, supra p. 733. 6) Cf. Vit. Rom. c. 29. 7) Cf. Verg. Aen. II, 774. III, 48. 8) Versus unde sit sumptus, nescio. 9) Vit. Adalb. c. 2. 10) Cf. Regul. Bened. c. 4. 11) Fortasse Andreas; de quo c. 25: *qui claves habuit.*

monachum, facile ridere omni loco grave peccatum est[1], maxime cum orat quis aut psallit in conspectu angelorum coram domino Deo, qui cum de caelo ad terram humanum genus salvare descenderet, sepe, quia flevit, nusquam, quia risit, scriptum est.

25. Quidam frater Andreas — post preciosam eorum mortem compunxit Dominus cor eius, ut, abiecta propria voluntate, ad ipsorum monasterium confugeret; quod, consecrato abbate[2], dominus terrae[3] feliciter edificare cepit[4]. Ibi integro anno veste laicali simpliciter ambulans, cum in sacro loco morari cor ardens haberet, quadam nocte in cella sibi deputata somnum capiens, quasi ablato coopertorio aliquis eum vigilare fecisset, subito exilivit aperta fenestra; cum lata lux tota claustra inluminaret, magnam hanc visionem videre promeruit. Stetere sancti fratres et paulo post ambulare cepere: beatus Iohannes ante humilem Benedictum portans magnum lumen in dextera manu et in sinistro brachio quasi librum, et in medio digito pependit thuribulum ingens, unde scandens vapor aromate plurimo tota claustra adimplevit. Intrant ecclesiam, sonante aperto hostio. Ille autem Andreas, qui claves habuit, ablatos sibi a magistro et magistrum cum ipsis intrare credidit; ex visione vehementer expavit. Dumque querens eos[a] circa se eos[a] inveniret, alio timore plus timere cepit, et abscondens sub densis vestimentis tremencia membra, proiecit se in somnum. Venere iterum splendido vultu et candido ut nix amictu germana caritas fratrum
*f 46. *alloqui dormientem, eodem lumine et aromate, quo apparuere vigilanti; quem primo ad abbatem mittunt; post, monente Benedicto, ad ipsum seniorem his verbis sermocinari iubent: 'Iam', inquiunt, 'satis apparuimus etiam et secularibus viris in multis signis et portentis; quare non creditis nobis? Homines nunc ferreo, nunc ligneo, nunc rupto, nunc sano vinculo per Dei potentiam et misericordiam liberavimus, et, si non reverentia Dei, tamen causa novitatis liberos dimittere in primitivis signis oporteret, quos ille[5] in dira custodia tenet. Similiter viros[6], qui quamvis non bono animo occisis nobis hec bona dedere, [non[b]] illis nocere, uxores et filios cum substancia eorum non disperdere, sed, ut possint habere penitentiam et vitam convertere, eos in aeternum Dei servicium ad sanctum locum[c]. Nos in tuam gloriam voluntate huc venimus et in tua terra superhabundantem misericordiam benigni Salvatoris invenimus; omni etiam humilitate necessaria nostra nobis in carne ambulantibus ministrasti; comple bonum, quod cepisti, in finem; fac quod diximus in libertate catenatorum et in misericordia nostrorum homicidarum. Si in aliis locis facis, hoc sit in tua providentia; ut autem loco, quo in dominica noster erit conventus, iuxta cellam factam fiat[d] ecclesia, sit nostrae peticionis iniuncta obedientia. Si nostrae voluntati honorem servaveris, scias, te in vita eo maiorem consequi gratiam apud Deum, quo, qui pro te cum amore intercedimus, viciniores sumus ante eum'. His dictis, somnus discessit ab oculis eius, et illi in ecclesiam et ab ecclesia utique in caelum. Ne putaret, se causa dicere ludicri, quem[5] minus iam credere vidit, talia seniori
Ps. 26, 1. innotescere abbas non permisit, secundum illud: *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor*[e].

26. Alia autem hora, cum iam monachus factus esset ipse frater Andreas et quadam die per
*f 46'. necessitatem loci terram foderet, clara die ad instar tonitrui magnus *sonitus[f] factus est, et subito iuxta eum ambulantes vivi sancti apparuere. Qui cum, relicto rastro, pre timore semivivus ante pedes eorum staret, increpatus, cur iussum non faceret, eisdem verbis quae audierat in somnis, pretermisso abbate, iterum mittitur ad supradictum seniorem Bolizlaum. Hoc ne negligat, valde admonetur; qui, ut ipse interrogatus confitetur, extra quod auribus audivit nil omnino novit. Et cum loqui vellet, qui quo loco stat
Eccli. 15, 9 insueta anastasi nescit, sanctae manus obiectae vetant, ne loquatur, utique quia non est speciosa laus in ore peccatoris, et valde nocens est, ut vir pollutis[g] labiis loquatur cum spiritibus sanctis. Dicunt ei iterum: 'Aperiatur ecclesia; si fratres volunt canere missam, nos audimus'. Nesciens iste homo, ubi essent, quos putat audire post tergum loquentes, cum se retorqueret, vidit ambulantes quosdam hospites, qui ob hoc ibi venerunt, ut missam audirent; vix in se redit; et visis supradictis secularibus hospitibus, sancti viri nusquam comparuerunt. Festinus inde, seclusis ianuis, ecclesiam intrat et, quorum quasi pedum retro altare ambulantium audivit, toto corpore ad sanctorum corpora pronus incumbit. Post hanc terribilem visionem presbiter Cristophorus albis se induit et, quia more solito suavissimus odor non solum ecclesiam, sed etiam tota claustra adimplevit, cum magno Dei timore sacrae missae sollemnia compunctus peregit. Qui ad hoc fatebatur, pre spisso fumo aromatum intercipi halitum et multum laborare intercepto spiritu, donec missam finiret. Rursum quasi tonitruo magno sonante aperiri piramidem[7] de sepulchro sanctorum, ita ut levaret se tectum, vidit.

27. Quadam die cum fratres ad mensam refectionis hora sederent, relictus est frater in ecclesia nomine Paulus, qui genuflexiones faceret; qui et hanc ipsam visionem videre promeruit, quam supra-
*f 47. Prov 3, 32. dictus custos ecclesiae viderat Andreas, secundum hoc quod de *invisibili Deo scriptum est: *Cum simplicibus sermocinatio eius.*

28. Similiter, ut bonitas Dei hominibus manifestaret, quam accepta erat vita eorum in conspectu suo, unde opera manuum facere manus sanctorum consueverunt, iuncus et corbes, ubi omnia ardebant,
Ps. 16, 3 in medio igne posita inconbusta apparuerunt, iuxta illud: *Igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas.*

29. Ungrorum de terra veniens quidam novicius[8] bonae qualitatis secundum multiplex obedire et magnae puritatis secundum simplex vivere, intempesta nocte vidit lucem magnam velut sol totam

a) *sic c.* b) *supplevi, deest c.* c) *quaedam deesse patet. H.-E.* d) faat *corr.* fiat *c.* e) t. *c.* f) *bis scr. c.* g) pollutus *c.*

1) Cf. Regul. Bened. c. 4. 2) Cf. c. 12, p. 728, n. 13. 3) Boleslaus. 4) Hac de re nihil relatum est. 5) i. e. Boleslaus. 6) Homicidas sanctorum; cf. Vit. Rom. c. 28. 7) i. e. ciborium corporibus sanctorum plerumque impositum. 8) Antonius infra nominatus.

ecclesiam illuminantem audivitque suavissimam vocem et subtilem cantantium *Osanna pium*. Simul etiam tantum odorem, ut per tota claustra aromatizans fumus discurreret, de plena ecclesia exeuntem aspexit et aspiciendo se peccatorem talia percepisse, ita ut se absconderet, ingenti pavore expavit. Hoc autem omnes fratres, maxime qui primus hoc loco stetit, utilis frater Antonius et, de quo dictum est[1], simplex Paulus cum lacrimarum inundatione testantur. 'Nunc', inquiunt, 'quia multi venimus, non est talis gratia apud nos; tunc autem quasi in paradiso nec manducare nec bibere quantum incedere ac manere in sancto loco sola delectatio et desiderium erat. Timiama autem', inquiunt, 'opere peccati iam non videmus'. Tunc die ac nocte sine intermissione ubique suavissimo odore, ita ut videri posset, spissus fumus aromatum non solum in ecclesia, sed et per tota claustra discurrebat.

30. Homo quidam duro ferro inclusus cum magna necessitate positus periclitabatur, qui non parum refrigerii interim obliviscentibus dolorem prestat afflictis, apta ad suum officium nocte dulcis sopor eum oppressit. Visitatur celitus et increpatur, cur non surgeret; qui apparuere duo quasi unus, cito surgat et post se *veniat, sancti fratres iusserunt. Quo ingemiscente, cum se non posse dicit[a], *f. 47'. inclinantes se sancti viri, ferrum tetigere, quod ad lenem tactum caelestium digitorum stare nescit, et sanae catenae, quae longe resiliunt, cum potestate foras exierunt. Fugit somnus ab oculis eius; ille liber movet currentes pedes, ubi manifesto corpore videt precedentes sanctos. Quem, sicut nos in caelo, cum orant pro hominum salute, ita nunc in terra cum solvunt de corporea necessitate, ante se ambo boni mittunt et, ut monasterium eorum, ubi gratias agat, nemine sequente, securus vadat, letam obedientiam iniungunt, secundum illud: *Dominus inluminatio mea et salus mea; quem timebo?* Ps. 26, 1.

31. Notandum, quod, quocies signa facientes hominum oculis se manifestarunt, relictis tribus, duo tantum semper apparuere, utique quia, quam solam genuit gratia Dei, de ceterorum tota gloria bene viventium et melius desiderantium horum duorum in caput est meritum[b]. Martyrizati sunt autem sancti, qua die bonus Menna, loquens Grece inaudita mirabilia, martyrium subiit, et Martinus, confessor Domini Nov. 11. preciosus, gemma sacerdotum, qui innumeris signis et beneficiis Galliae pariter[c] sine improperio merita sua, Ihesum Christum, vitam angelorum, amatorem hominum, quem in terra parte vestivit[2], in caelo totum accepit. Ea die, qua magno et inaudito triumpho ascendit mirabilis Deus in caelum[3], quando terrae captivitatem captivam duxit, missa pace leta angelorum et, quae iam non moritur, redempta salute perditorum hominum; ipsa die, qua calicem salutaris, solam spem vacuae miseriae, corpus et sanguinem redemptio redemptis tradidit, et in qua Creator caeli et terrae pedes discipulorum lavit[3], relinquens exemplum mundae caritatis multo privilegio celsae humilitatis: hac die in caritate Dei passi sunt

Duo cum tribus et tres non sine duobus.

Isti sunt duo fratres Iohannes et Benedictus spiritu et veritate, quibus stat virtus non in quantitate *temporis, sed in mensura fervoris; multa mortificatione se cum viciis et con- *f. 48. cupiscentiis stetere parum in monasterio et plus in heremo. Pares obedientia et humilitate, dispares pacientia et caritate, etate iuvenes, mente senes; uno studio aeternorum colentes preciosam fraternitatem; odio mundi et diviciarum custodes virtutum; gerentes[4] salutarem tristiciam et cordi insitum dolorem, non eo quod molles et desides nil, sicut nos vere miseri, utilis laboris fecerint, sed quod non tantum, quantum accinctis et perfectis viris convenit, spiritualibus causis ad Mariae optimam partem certaverint. Timentes, hoc esse iusticiam Ihesu et iram Dei, quoniam non secundum illud: *Spectaculum facti sumus mundo, angelis et hominibus,* 1. Cor. 4, 9 ut delectaret videre, legitime certandi locum non habuerint, qui volentes et currentes bonum cursum invenire digni non fuerint, sicut scriptum est: *Non volentis neque currentis, sed miserentis Dei est.* Rom. 9, 16. Volebant suscitare ad vitam christianitatis mortuos paganos, putantes tanto plus misericordiam[d] invenire in conspectu imperatoris, quantum in eius servicium, pro quarum amore non pepercit unigenito Filio, plus inventarum animarum advexissent. Sub qua munda[e] occasione, cuius donum est omne bonum, si calicem salutaris dignatio Dei offerret, libenter sumentes, non tam peccatum hominum quam lucrum animarum ardenter volebant, tanto acceptiores suo Regi, quantum[f] pro eius nomine nullo parcunt labori. Cum maiorem tristiciam haberent, insperata salute venit Deus, et illi, qui quiescentibus fessis animabus brevi labore ingerunt nolentes sine fine eternum quiescere, dum inhumana voluntate ferro non parcunt, inquieti hospites nescientes adduxerunt cum parva amaritudine tanta dulcia, quae nec numerum *nec finem habent, quae malis omnem ab- *f. 48'. sentiam, bonis omnem presentiam dabunt. At, ut nihil deesset gratiae Dei et ut nihil ex omnibus quae illorum erant vacaret ad gloriam eorum, novicii discipuli adhuc et coquus[g. 5] eorum cum ipsis omnes innocentes occisi, qui nullo questu et lucro huius seculi, sed in

a) *sic* (dīc *c.* b) *verbum quoddam, sive* collectum *sive* positum *seu simile deest.* c) *locus corruptus,* aperit *forte legendum. H.-E.* d) misericordiae *supra p.* 730. e) in unda *c.* f) quanto *p.* 730. g) coqus *c.*

1) Cf. c. 27. 2) Cf. Sulp. Sev. Vit. Martini c. 3. 3) i. e. feria quinta. 4) Quae sequuntur iam supra c. 13, p. 730. leguntur. (Haec a Brunone post addita crediderim, ut laudes martyrum quasi epilogo celebraret. G. W.) 5) Christinus; cf. c. 13, p. 732.

servicio Dei tota intentione steterunt cum suis senioribus, diu optatum acquisierunt; ita, quod foris ingenti labore temptabant, domi in propriis sedibus ad ritum optantis sponte advenit; et non laborantibus in via, sed pausantibus in lecto larga manu caelestis gratia cf Ps. 118,156. affluxit. Vere, quia misericordiae Domini multae nimis, cuius gratiae sunt mores boni super milia auri et argenti, cuius iudicia iustificata in semet ipsis canuntur in carminibus ib. 18,10 11. angelorum 'desiderabilia super aurum multum et dulciora super mel et favum'. Ambo christicolae hec in vita desideraverunt; ambo caelicolae cum suis omnibus desiderantes in morte perceperunt; ambobus senectus non diuturna nec numero annorum computata, sed etas senectutis vita immaculata. Horum prior Benedictus, maliciam quasi venenum execratus, numquam detraxit nec detrahere permisit. Sive culpabilis sive non, ut obiecta culpa frater se defenderet, egre ferre solebat. Contentionem autem sicut nec facere, ita 1 Cor 3,3. etiam numquam audire potuit, iuxta illud: *Ubi contentio et zelus inter vos est, nonne carnales* 2 Tim. 2,24. *estis?* et iterum: *Servum Dei non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes.* Cum vita sanctorum narratur, hoc singulare verbum in ore Benedicti erat: 'Bene hic fecit sua; videamus, quomodo faciamus nostra, quia unusquisque onus suum portabit'. Similiter in adversis et prosperis monasticae conversationis, quae est vita caelestis super terram, quicquid evenit, *f. 49. et quando de Latina terra ultra montes accipere *regnum Dei ambulavit, loquens semper Ps. 110,2. de psalmista: *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius,* hoc proverbium veritatis in memoriam nobis reliquit. Hoc quoque aliter Iohannes dixit: 'Cum nil domino Deo placeat nisi puritas, nequaquam nobis imperitis tanta dampnatio est, si vagamur in psalmis, quantum doctis est, qui possunt et intelligere nolunt, iuxta illud: *Sciens et non faciens, iudicium est illi*'. Et hanc brevem regulam a magistro Romaldo accepit, quam custodire in vita ipse multum sollicitus fuit: 'Sede in cella quasi in paradiso; proice post tergum de memoria totum mundum, cautus ad cogitationes, quasi bonus piscator ad pisces. Una via est in psalmis; hanc ne dimittas. Si non potes omnia, qui venisti fervore novicio, nunc in hoc, nunc illo loco psallere in spiritu et intelligere mente stude, et cum ceperis vagari legendo, ne desistas, sed festina intelligendo emendare; pone te ante omnia in presentia Dei cum timore et tremore, quasi qui stat in conspectu imperatoris; destrue te totum et sede quasi pullus, contentus ad gratiam Dei, quia[a], nisi mater donet, nec sapit nec habet quod comedat'. Hic denique prior Benedictus, miles in monasterio, maior in heremo, plus temporis quam alter frater, id est Iohannes, militare Deo cepit ferventi desiderio, preteritorum laborum stipendiis fratrem sine invidia vincens. Quamvis autem Iohannes maiorem pacientiam haberet, nunc inter fortunas mundi, cuius nulla cura est, nunc inter adversa et prospera spiritualis vitae auream utique mediocritatem[1] plus possideret[b]. Ille utique Benedictus rerum spiritualium erat; iste autem Iohannes pulchre loquens temperatis cf Matth. 22,40. moribus fit affabilis et homo conveniens erat. Ille quoque Benedictus, in qua tota lex pendet *f. 49'. et prophetae, maiore caritate *Deum dilexit et proximum; iste vero Iohannes molli animo et stabili opere amplius vultus in diversa non mutavit. Ambo boni; qualis peior, sat optimus ipse erat; uterque, Benedictus et Iohannes, martyrio consummatus, in brevi explevit tempora multa; placita enim Deo erat anima eius. Iohannes namque nutricius pacientiae et sanctae spei; Benedictus vere benedictus, et iste bene natus Iohannes, eo quod recte timeant Dominum; mansueti et humiles corde, habitare in se fecerunt Spiritum sanctum, cuius Es 11,2. verba sunt, sicut os Domini locutum est: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos?* Ita, quia caritate se non separaverunt, humiles ambulaverunt, veritatem fecerunt, bene vixerunt, melius finierunt; sibi alleluia habuerunt, nobis kyrieleyson dimiserunt. Prestante, qui propter se bona creavit, vivo Deo, et qui nostra mala suo sanguine redemit, Ihesu Christo, filio Dei, qui nos recte loqui docet et bene vivere facit, Spiritui sancto Dei, sicut erat, est et venturus est, semel *Salutem* loquens, ter *Rex gloriae noster Deus!* per immortalia secula[2] desiderabilium seculorum. Amen.

a) qui *emendandum videtur. H.–E.* b) possideræ *c.*

1) Cf. Horat. Carm. II, 10, 5. 2) Cf. Vit. Adalb. c. 34: *immortalia secula seculorum.*

DE CALAMITATE ABBATIAE SANCTI MARTINI TREVERENSIS.

Monasterium Sancti Martini Treverense corpore sancti Magnerici insigne saeculo IX—XI, ut cetera Lotharingiae coenobia, varia habuit fata, modo laicis in beneficium datum, modo saltem praediis spoliatum. Quorum aliqua Eberwinus abbas saec. XI. ineunte in fine Vitae s. Magnerici retulit, edita SS. VIII, p. 208[1]. *Partim eadem, praecipue vero quae postea, Heinrico II. regnante, infausta monasterio contigerant in appendice eiusdem Vitae, quam continet codex bibliothecae T r e v e r e n s i s nr.* 1413, *saec. XI, narrata sunt. Haec etiam ab Eberwino scripta*[2], *immo ipsius manu exarata esse, statuit V. Cl. F. X. Kraus, qui primus ea edidit ('Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande' XLIV, p.* 168—171*). Sed neque liber auctoris autographon agnosci potest, neque quidquam Eberwinum abbatem scriptorem indicat, immo, ubi res ab hoc relatae tanguntur, eae alio modo narrantur. Certe tamen non parvae sunt auctoritatis, in prima iam Gestorum Treverensium recensione c.* 30 *(SS. VIII, p.* 171*) ad verbum fere descripta. Codicem in usus nostros diligentissime contulit V. Cl. Loersch, professor Bonnensis.* *G. W.*

Hac igitur praemissa dira excommunicatione apostolici viri[3], qui vicario functus officio (p. 31) apostolorum principis Petri, meruit quoque similiter sortiri sententiam ligandi, nulli dubium constat, ligatos et dampnatos fore, qui consensu vel actu seu quolibet modo sanctuarium Dei, bona videlicet aecclesiae sancti Martini, velut hereditario iure non timuerint invadere, invadendo miserabili et inrecuperabili despoliatione annullari[a]. *Isti siquidem maiores poenas (*p. 32.) solvent in anima quam Ananias et Saphira in corpore, qui in Actibus apostolorum proprii (Act 5.) census fraude notati leguntur exspirasse. Si enim hos pro denegatione suae proprietatis tam valida dampnat mortis sententia, quanto magis iudicabit reos ultio divina qui sibi usurpasse videntur aecclesiae bona. Verum ne id lateat posteris et etiam scire cupientibus, quibus bonis idem locus sit destitutus, summo Arbitri[a] et omnibus eius fidelibus taliter revera[b] contigisse conquerentes gemendo exponimus. Illis temporibus, cum Heinricus, qui et Claudus[4], sceptra regni teneret, atque Leudulfus episcopalem cathedram Treverensis aecclesiae gubernaret[5], quidam prepositus Sancti Paulini fuerat Adelbero nomine, cuius erant castella Sareburch, Berincastel et Rǒthiche[6], qui divitiis admodum pollebat et ingenuitate. Hic aecclesiam sancti Symphoriani, quam tunc monachi Sancti Martini possidebant, sibi cupiens vendicare,

a) *sic c.* b) cont. rev. *corr.* rev. cont. *c.*

1) Non hoc Eberwini opus in charta Benedicti VII. a. 975. (Reg. pont. nr. 3780; cf. SS. VIII, p. 209, n. 13) laudari potuit, sed potius antiquior Vita. 2) Non in ipso codice, ut Kraus dicit, sed in schedula illi adiecta recentiore manu scripta a quodam id asseritur, auctoritate fulto praelati K. de Sachs, qui historiam diplomaticam monasterii S. Martini scripsit. 3) Benedicti VII. charta (n. 1) in codice p. 28. praecedit. 4) Nota primum huius agnominis testimonium, quod inde in Gesta Treverorum transiit; cf. Bresslau, 'Jahrb. Heinrich II.' t. III, p. 363. 5) A. 994—1008. 6) Saarburg, Bernkastel, Rüttgen (circ. Diedenhofen).

qualiter hoc efficeret, laborabat tota animi intentione. Consuetudo namque fuit in festo *p. 33. sancti Symforiani partem aliquam eorumdem monachorum *cum suo apparatu illuc convenire et tempore competenti divinas inibi laudes celebraturos commanere. Tali ergo sollempnitate completorio finito, cum monachi iam terciam partem noctis quievissent, subito validus clamor oritur rusticorum; nam ruptis funibus, molendinum unum in aliud impegit sicque transeundo aliquibus aliis suum abstulit consistorium. Illi itaque fratres incendium fore vel tale aliquid pertimescentes, apertis ianuis, foras se proripiunt et in huiusmodi spectaculis[a] aliquantisper subsistunt, cum subito subintrat episcopus sanctorum patrocinia quaesiturus. Adest supradictus praepositus A[delbero], orationes suadet adbreviari, clamitans, modo perditionem loci illius posse cognoscere, de quo ipse sibi solitus esset frequentius intimare. Quid plura? Consilio inito, cruces, pallia, libros et omnia inde auferunt et per fideles nuncios ad Sanctum Paulinum dirigunt. Illis vix egredientibus, intrantes monachi, dampnum quod factum fuerat quemlibet interrogantes referunt, sicque, licet mesti, matutinos persolvere non neglegunt[b]. *p. 34. Mane autem facto, quasi harum ignarus advenit episcopus, et *inter missarum sollempnia fratribus rem gestam excommunicando investigare suggerentibus, ille multum eos inculpans, induciis dilatabat, quasi id certius inquisiturus. Interea sepedictus praepositus aecclesiam pecunia cum suis appendiciis sibi vendicavit eamque cum consensu episcopi Sancto Paulino, quamdiu ibi praefuit, iniuste optinuit; depraedatis itaque circumquaque sepius proclamantibus, usque dum ad extrema vitae deductus est episcopus. Qui, licet sero, tamen penituit, quod erga sanctum Martinum deliquit, multum conquestus, se errore viri esse deceptum, et quod illi inepte concesserat, cum quamtotius convalesceret, devotus spondet sancto redditurum. Sed morte praeventus, quod promiserat non est assecutus. Unde videat et decernat omnium ius diligentium coetus, si iuste vel canonice locus noster suo hereditario iure sit privatus, cum uterque apud Deum et homines et canonica censura credatur diiudicatus, emptor supplantatione fratrum subsidia usurpando, venditor unius aecclesiae alteri interdicta concedendo.

1008. Igitur Liudulfo viam universae carnis ingresso, Heinricus imperator Meingaudo electum[c] *p. 35. a clero *et populo episcopatum dedit eumque intronizandum Treverim direxit. Quod videns supradictus Adelbero praepositus, palatium asyle[c] Trevirorum occupat eique resistere totis viribus parat, indignum ferens, quod eadem dignitas sibi denegata fuerat. Meingaudus autem, utpote rudis et nondum roboratus, promittendo et dando adiutores adquirit, inter quos Ravingerum de Madelberch et Ődelbertum de Stalle internuncios et consiliarios eligit eisque de proprio Sancti Martini ad 60[1] mansus, donec in proximo aliud eis beneficium daret, praestitit. Constituit etiam, ut, quot annis eorum usui cederetur vestituram[c], idem tres nummos de unaquaque hoba aecclesiae solverent, insuper et traditoriam decimam dare non neglegerent[d] de villis quorum[c] haec sunt nomina: Besilich[2], Hunwinkele, Girste. . . . . . .[e] cum suis appendiciis, donec rursus redderetur monachis. Quod utique in praesens dilatando non sine querimonia remansit. Non solum autem haec, sed quicquid de episcopatu videntur habere nostrum fuisse liquet antiquorum verissima assertione.

*p. 36. *Est aecclesia cum villa Cardiniacus[3] dicta in ripa Mosellae, non longe hinc posita, quae etiam cum suis appendiciis Sancti Martini taliter dinoscitur esse hereditaria. Siquidem arbor fraxinus[c] in atrio aecclesiae ipsius, quod[c] multi nostrorum viderunt, steterat, sub cuius frondibus marmorea columna altitudinem et latitudinem unius pedis concavum demonstrarat. Nov. 11. Singulis ergo annis consuetudo erat hominum loci illius, ut in festo sancti Martini huc convenientibus[c], censum suum huic marmori infundendo, tunc demum profiterentur persolvisse, cum cumulum nummorum nudatus ensis potuisset eradere. Quam violentia huius sedis episcopi Ruoperti et suorum successorum iniuste nobis subtractam Deo conquerimus atque omnibus eius fidelibus.

Ad Welenum[4] sunt 6 mansus et ad Cumbun iuxta Looncamp[5] 11 mansus et dimidius. Ad Muncele villam[6] 2 mansus. Ad Eweson mansus unus. Ecclesia de Osanna[7]. Ad Rore[8]

a) spectacul *c.* b) negglegunt *c.* c) *ita c.* d) negglegerent *c.* e) *spatium 30—33 vocabulis vacat.*

1) Ita Gestorum recensiones B et C; 80 A. 2) Besselich, Hinckel (?), Girst; cf. Görtz, 'Mittelrhein. Regesten' I, p. 299. 3) De cuius situ non constat. 4) Wehlen prope Bernkastel. Haec aliaque locorum nomina ex indice 'Mittelrh. UB.' addito indicavi. 5) Lonkamp, ibidem. 6) Monzelfeld. 7) Osann, circ. Wittlich. 8) Fortasse Wingerohr, ibidem.

iuxta Selcheim 7 mansus. Ad Vastrau[1], quod est vallis, 4 mansus. Ad Figele 14 mansus et 1 ad Mercelich[2]. *Ad Biedenburch[3] 8 mansus et aecclesia in media villa. Inter Luvische[4] *p. 37. et Riniche[5] 16 mansus. Quorum summa est 80 mansus et duae aecclesiae. Haec utique Sancti Martini fuisse, certissime scimus, sed taliter amisisse, ignaros breviter docebimus. Abbate Albrico ipsius loci, admodum industri viro, naturae cedenti[a], monachis depulsis, Heinricus, qui tunc pontificabat[6], cuique sibi manum melius implenti quaedam ex istis concessit allodiis, sicque aliquos villanos clericos inibi divinis deliberavit servitiis. Quod sepius dum esset factum, id est modo exeuntibus monachis, modo intrantibus canonicis, in huiusmodi intervallis praenotata distributa sunt bona, ut diximus, ab episcopis quibusque avide petentibus ea[b] Dei inimicis. Taliter enim, ut praefati sumus, iste locuples[c] locus est adnihilatus et omnibus transeuntibus in sibilum factus.

Sed, cum omnipotens Deus commemoratam mutationem tam indiscretam vellet solita pietate stabiliri, *nec diutius canonicos immorari, contigit tale signum 4. Non. Iul., quod est *p. 38 Iul. 4. in ipsa translatione sancti Martini. Nam aurora surgente, cum quisque de latibulo suo aecclesiam intrasset, ymnosque matutinales vix somnolenter canere coepissent, subito inter eos apparuit vir veneranda canicię, mediocris staturae, atque episcopali baculo quemque potenter increpans, cogebat exire. Aiebat enim ingeminans, percutiendo tardius exeuntes: 'Exite ignavi! Martinus monachus fuit, non canonicus'. Illis ita recedentibus, alterum longa infirmitas corripuit, alterum subita mors invasit, sicque locus deinceps arbitrio monachorum subiacuit. Unde nimirum contigit, episcopum Theodericum[7] gratia renovandi locum Benedictum papam Romae adivisse et super hac re consuluisse atque kartam suprascriptam ad 975. confirmationem bonorum loci istius detulisse[8].

Ergo nos qui haec scribimus ammonemus vos, o filii aecclesiae, expergiscimini et Deum piumque patronum sanctum Martinum precibus pulsate, insuper et aures principum vel iudicum assiduis querelis *lacessite et filios hominum iuste iudicare implorate, matri[d] aecclesiae *p. 39. ut iniuste ablata restituantur, ne in novissimo ante tribunal Christi consentientes cum raptoribus rei de taciturnitate iudicentur.

a) *sic c.* b) ea *corr.* ea *c.* c) locuplex *corr.* locuples *c.* d) *duae litterae erasae.*

1) Fastrau prope Longuich. 2) Fortasse Merkloch. 3) Fortasse Bitburg. 4) Lörsch prope Treverim. 5) Reinig, ibidem. 6) A. 956—964. 7) Qui sedit a. 964—977. 8) Cf. quae ex Eberwini Vita s. Magnerici edita sunt SS. VIII, p. 209.

LIBELLI IN HONOREM WILLIGISI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI SCRIPTI.

Willigisi celeberrimi archiepiscopi, qui sub Ottone III. et Heinrico II. magnas in imperio agebat partes, Vita aegre caremus. Qui vero in ipsius laudem et honorem scripti sunt, alter libellus non multo post eius mortem compositus, alter saeculo et dimidio fere posterior, quamvis de rebus ab eo gestis plane fere taceant, hic omitti nequeunt.

I. 'Morales archiepiscopi consuetudines' describere a Richardo abbate Fuldensi, qui annis 1018—1039 *sedit, rogatus est sodalis sive Fuldensis sive Moguntinae ecclesiae, qui Willigisum bene noverat, ab eo, ut dicit, in liberalibus artibus educatus, ipsique propter 'impensam misericordiam' coniunctus. Ideo gratissimo animo virtutes eius celebrat et sermone culto certe nonnulla memoria digna de viro in ecclesiae Germanicae fastigio posito refert. Quae diu latuisse, non possumus quin miremur. Editus quidem est libellus hic iam a.* 1675. *'ex vetusto ms. bibliothecae cathedralis Paderborniae', a Gamansio S. I. descriptus, Moguntiae typis Christophori Küchleri impressus, in* 8⁰ *minori*[1]*, sed liber ita rarus, ut unicum tantum exemplar Bruxellis apud Bollandianos servatum innotuerit. Ex quo Dr. F. Falk novam paravit editionem in ephemeride 'Der Katholik' XLIX*, 1 (1869)*, p.* 224 *sqq., quae non satis percrebuit, cum etiam solertissimorum collectorum*[2] *oculos fugerit. Nunc hanc repetere coacti sumus, et codice et veteri editione destituti; sed rarissime tantum de vera lectione dubitandum erat, pauca in verbis scribendis corrigenda. Capitum divisionem institui.*

II. Medio saeculo XII. Heinrico archiepiscopatum Moguntinum tenente, ut Willigisi memoria celebraretur, ipseque sancti venerationem adipisceretur, Moguntina ecclesia optavit, quem in finem Officium compositum est, in festo eius die celebrandum. Quo praeter antiphonam et sequentiam quatuor continentur lectiones, tres quae Willigisi virtutes amplis verbis exponunt, quarta, qua miraculum ipsius merito anno 1147. *factum narratur. Praecedunt epistolae fictae archiepiscopi, prima Hartmanno praeposito, altera Heinrico archiepiscopo*[3] *inscriptae, quae opusculum commendare et quasi eius iussu susceptum innuere volunt. Et fortasse Hartmannum illum, primum S. Stephani, post etiam S. Martini praepositum maiorem, eundem procul dubio qui, Heinrico archiepiscopo deposito, inter Arnoldi adversarios recensetur*[4]*, si non libri*

1) V. accuratam libri descriptionem, quam dedit Corn. Will, 'Katholik' 1873, p. 715 sqq.

2) Dico Wattenbach et Potthast.

3) Qui cognatus s. Willigisi, nescio quo iure, in nota a Bodmanno servata dicitur; v. Stoewer, 'Heinrich I. Erzb. v. Mainz' p. 5. De s. Willigisi Officio breviter agit p. 31.

4) Vita Arnoldi, Jaffé, Bibl. III, p. 629: *in cuius fabrica omnem hanc iniquitatis cudebant monetam;* idem in charta Friderici I, ib. p. 643. nominatur. Saepius tam Adelberti II. (tum praepositus S. Stephani), Marcolfi et Heinrici archiepiscoporum quam postea Arnoldi chartis subscripsit.

scriptorem[1], *auctorem tamen habere licet, quo agente Officium sit compositum. Sed Willigisi memoria Moguntiae tunc plane deleta videtur fuisse. Nam lectionibus tribus nil nisi verba inania effunduntur, ita ut praeter fundata ab ipso monasteria, duo Moguntiae, tertium in Thuringia, scriptor ne minimam quidem eius vitae gestorumque cognitionem habuisse neque libellum supra memoratum legisse videatur. Quare aegre quidem et nonnisi Willigisi nomine inductus a me impetravi, ut has pagellas minoribus litteris expressas repeterem, ex quarta pauca de miraculo anno* 1147. *facto excerperem. Editum est Officium libro illo a.* 1675. *impresso, quem A. G. Volusius curavit*[2]. *Quo e tenebris vix emerso, factum est, ut codex coaevus, summa diligentia exaratus, picturis ornatus, olim S. Stephani Moguntinensis, in bibliotheca Moskaviensi repериretur, mox diligenter a W. Guerrier (a.* 1869*) luci datus. Quamvis editio princeps ex eodem codice manasse videatur, nonnumquam tamen lectiones discrepant, quas V. Cl. Will diligenter enotavit ('Katholik'* 1873, *p.* 721*), sed minus recte tamquam meliores commendavit. Equidem praesertim* 1*) editionem Moskaviensem secutus,* 2*) varias Volusii lectiones addidi.*

Iisdem libris quod dicitur Epitaphium Willigisi continetur, etiam in aliis historiae Moguntinae libris traditum, olim, ut asseritur, circa turrim S. Stephani positum, sed ubique valde depravatum, neque fide satis dignum, vix ante saeculum XIV. confectum[3]. *Quare id, cuius duas recensiones Will Regestis Moguntinis inseruit, repetere nolui. Neque huius loci est discutere quae saeculi XIII. et XIV. scriptores de Willigisi origine singulisque actis memoriae tradiderunt.*

G. W.

LIBELLUS DE WILLIGISI CONSUETUDINIBUS.

Venerabillimo sancti coenobii Fuldensis abbati Richardo, vitae moralis amatori studiosissimo. Morales consuetudines venerabillimi archipraesulis Willigisi scribere rogatus, dignis petitionibus digne parere curavi, maxime cum esset indignum, ut fieret memoriale talis viri scriptorum ignavia taciturnitate neglectum. Quamvis enim debilitas ingenii memet inde deterreret, spes tamen obeditionis dignae vires mihi quodammodo promiserat satisfactionis implendae.

1. Sed quid primitus laudemus in illo, dignoscere nequeo, nisi concludam affirmatione veridica, ut forent omnia sua laude dignissima, in quantum sunt humana laudanda. Revera quidem fide, castitate morumque gravitate tantum caeteros praecellebat, ut non solum superiorem, verum etiam nullum haberet prorsus aequalem, et clarissima luce virtutum merito videretur vitae honestissimae speculum; quod egomet in illo vidi atque persensi, non dubito viva voce fateri. Si non erat ille maxima laude laudandus, non fiet unquam laudabilis ullus, quia virtutum clarissimis gemmis gemmatum fuit in illo decus pontificalis honoris. Septem enim gradus, quos exterius ascendit, cum septiformis gratiae gradibus interius ascendere studuit et in ara cordis immolare Deo sacrificium laudis. Unde domus sua in tempore suo moveri non potuit, quia non super arenam, sed supra petram posita fuit; cf. Matth. 7, 24–25.
illudque euangelicum feliciter in eo fiebat impletum: *Dum fortis armatus custodit atrium* Luc. 11, 21
suum, in pace sunt omnia quae possidet. O quam firmo tutamine atrium suum custodivit, qui se suosque non ferro, immo consilio maturo defendit et fortitudinem quam habuit zelo iustitiae sciebat consilii temperamento mollire! Insuper quidquid obstabat, virtute patientiae atque prudentiae superare curabat. Unde, quamvis gloriosus videretur potentia regni, gloriosior tamen potentia videbatur ingenii, gloriaeque suae laus lucidissima indignae

1) Will, 'Katholik' l. l. p. 720. codicem mox recensendum ab Hartmanno conscriptum dicit ('Das ... Manuscript, welches den Dompropst Hartmann ... zum Verfasser hat'); quod vix probarim. 2) Non Gamans, ut Falk putaverat; v. Will l. l. p. 720. 3) Schnaase quidem iam c. a. 1135. hoc scriptum putavit; cf. Ossenbeck, De Willigisi vita (Monast. 1859) p. 67 n.

oblivionis occasu nequaquam vesperabit in saecula. Illum namque facient nova semper memoriae luce diescere, quicunque illum temporaliter degentem videndo meruerunt agnoscere. Nec subtrahunt illi debita laudis, quicunque conversationis eius consuetudines agnoscunt unquam veridicae relationis indiciis. Inde quidem possunt exempla vivendi honestissima sumere qui student honestissime vivere, maxime autem illi qui pontificali sunt honore sublimati. In divinis quidem et humanis lineam semper rectitudinis tam tenacissime tenuit, ut sua sponte nunquam aborbitaret a tramite iustitiae. Tam etiam oculosae discretionis fuerat, ut nec falleret nec falli posset et nunquam modum excederet, qui perfectioni congrueret. Verax enim erat in eloquiis, efficax in consiliis, oculosus in iudiciis, fortis in adversis, temperans in prosperis; inter prospera et adversa medium arripuit, in quo periclitationis offendiculum timere non habuit. Nec unquam aborbitavit a tramite, quem sapientiae stella solet ostentare. Constans erat facie, sed multo constantior mente; parcus verborum, sed in tantum commendavit haec experientia rerum, ut maior fides esset ipsius [cf Eccl 3,1.] sine dubio verbis quam aliorum iuramentis innumeris. Cum omnia tempora tempus habeant, vices temporum aptas apte servabat, et quod perfectioribus perfecte placuit, perfecte semper [cf. 1. Cor. 9,22] studiosus exercuit. Discretis igitur atque perfectis operibus fiebat omnibus omnia factus, ideoque memoriale suum merito non derelinquetur in saeculum.

2. Nocturnis horis, ut poposcerat tempus, erat matutinum, debitum quoque divinae servitutis sic diurnis complevit in horis, ut semper ante tempus meridianum perficeret debitum divinae laudis officium. Post, si negotio rei publicae sive propriae causae necessariae vacabat, studio lectionis studiosissimus inerat cibisque dulcissimis Sacrarum Scripturarum se suosque pascebat. Interim cotidie triginta pauperes custos capellae suae cum cibo potuque solebat certo reficere; his refectis, tredecim pauperes cum optimis cibis et potibus ipse refecit singulisque denarios propria manu distribuit; mox ad mensam venit, [cf 2 Cor 9,7.] et ut hilarem datorem decuit, omnibus advenientibus quod corpus exigebat copiose et liberaliter dabat. Tempus quoque quod inter mensam et vesperam restabat honestissimo pariter exercitio degebat; item inter vesperam et completam eiusdem honestatis non excessit pro certo mensuram. Post tempus completae noluit plus una vice tantummodo bibere, statimque dormitum ibat, et dum vigilabat, nil ultra lectionem audire volebat.

3. Dulcedo totius melodiae sibimet erat dulcisonus auditus Sacrae Scripturae; audiens auditu continuo, quae meditabatur in lege Domini die ac nocte, dabat fructum suum in tempore suo. Veritas, quae novit omnia, sciat, quod pro tali fructu die noctuque cogitabat, et in praesenti scriptura eiusdem cogitationis clara cernuntur indicia. Me enim aliosque permultos liberalium artium fructu honestissimo fecit esse fructiferos, hisque promotionibus plurimi sunt pontificalis honoris dignitatibus praelati, plures etiam praepositurarum suarum honore gratissimo sublimati. Interdum quoque suis erat honor praeposituræ suae carior cum moderato labore quam pontificalis dignitas laborum cum gravissimo pondere. Sua quidem moderata beneficia cumulavit fides eius integerrima et benefica, ut suis moderata sufficerent, et de supervacuis moderate curarent Remunerator certissimus omnium reddat illi cum magnifica pietate magnificam partem misericordiae mihimet impensae! Insuper dignetur misericorditer reddere, quod paterno more omnibus suis solebat fidus atque benevolus esse, et quod per assiduae lectionis honestaeque moralitatis exemplum honestissimum vitam non cessavit honestare multorum. Certe illud propheticum in illo est [Ps. 36,29] veraciter impletum: *Iustus hereditabit terram et inhabitabit in saeculum saeculi super eam.* Ecce iustus ille iuste hereditavit terram, quia omnigenae probitatis exempla, relinquens terram, reliquit in terra, quae non marcescent in saecula. Immo in beatae posteritatis pectore viridescent semper foecundissimo semine; sive enim vivamus, sive temporaliter mortui simus, per litterationes tamen nostras praeclara eius semper manebit hereditas. Unde quia mansuram hereditatem habet in saeculo, hereditatem quoque certae mansionis [Matth 25,34.] habebit in caelo, quia ex merito hereditatis praeclarae dignus est audire: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Istum auditum audire [cf Ps 111,6.] debebit et ab auditu malo non timebit; dum enim vixit, distantiam horum duorum audituum subiectis praedicavit, bonos ad bona cum altero mulcens, cum altero malos de malo deterrens. Quinque etiam talenta sibimet credita felicissimo sunt lucro duplicata, et per meritum lucri duplicati intrare merebitur gaudium Domini. Praedicator enim erat egregius, fidelis et prudentissimus servus, quem constituit Dominus super familiam suam, ut daret illi in tempore tritici mensuram. Iuxta capacitatem audientium sciebat qualitatem formare

sermonum[1] et alimentum doctrinae sapientiae sale condire; prudentiae[a] talis inaestimabile meritum magnificae fidei cumulavit augmentum, quae ipsum stabilivit omniaque sua firmissima stabilitate firmavit. Unde quod promisit verum fuit; quod dedit stabile permansit, moveri non potuit more arundinis, vento levitatis. Beneficia quae dabat certa permanserunt, quasi hereditario iure gaudebant susceptores illa suscepisse. Cras et cras idem ipse erat qui fuerat, et crastina vicissitudo mutare illum non valebat in animo. Erat severus exterius, sed dulcis et mitis intrinsecus, solitus semper oleum cum vino miscere, ut delinquentes posset temperato medicamento sanare[2]. Quantum nimietas noceat, discretionis suae virtus imitanda sciebat, ideoque dum, ne quid nimis fieret, caute praeviderat, salubriter sibimet commissa servabat. Non necesse illi erat adhibendis terroribus; terror erat maximus eius stabilissima virtus; gravitas morum terrorem fecit sine dubio maximum, quem proprii et extranei habebant timendo et amando venerari; timor enim talis amatoribus virtutis causa constabat amoris.

4. Qui cum caeteros potentia facultatis et scientiae videretur longe praecellere, certius tamen intelligentiae oculis agnitae inter ipsos humiles videbatur humillimus, et maior erat humilitas sua quam potentiae suae magnitudo magnifica. Ideoque servitores sibi commissos nequaquam nominavit servos; immo memor quod dixit Dominus ad Petrum: *Pasce* Ioh. 21, 17
oves meas, familiam ecclesiae sibi commissae cum honore solebat habere. De rapina etiam noluit vivere neminemque spoliare, sed tamen non fuit ditior illo de acquisito lucro iustissimo. Quod prudenter acquisivit, stulte non perdidit, sciens utrumque, et ubi deberet acquirere et ubi dare. Inde erant omnia sua sine dubio plena, sed plenior largitatis eius procul dubio gloria, quia quidquid gloriose congregavit gloriosius largiendo distribuit. Unde hoc? nisi quod cum consilio et prudentia minimae res crescunt, sine consilio et sine prudentia maximae dilabuntur[3]. Ideo, quia cum consilio et prudentia omnia sua ordinatione cauta disposuit, multum dedit, multum et habuit, dandi et habendi discretio maximo sibi fiebant honori et utilitatis augmento. In omni circulo loca sua peragravit tempore certo, et in singulis delectatio manendi sibimet erat aequalis, ideoque usum ab illis sumpsit aequalem et copiam in illis reservavit eandem. Pauper esse non potuit, qui sub eius potestate aliquid habuit, quia in modico quod ab illo susceperat satis abundanter habebat, quandoquidem fidem suam veracem esse cognoverat. Servientibus sibi parum erat opus admonitoribus ullis; satis illum admonuit servientium experta fidelitas propriaeque fidelitatis integritas. Amatores virtutis, qualiter honesta moralitate deberent vivere, docuit in re, non ore, lingua magis morum quam lingua verborum. Quasi etiam firmissima columna constabat immobilis, subnixus undique virtutis firmissimis adiumentis, ideoque inter prospera et adversa nutare[b] nullo modo potuit, quem virtus perfecta sustinuit. Si, ut humana sunt, interdum fiebat commotione aliqua turbatus, mox mox turbationem hanc compescuit prudentiae atque patientiae virtus, quia non cessavit ad sancta orationis et elemosinarum arma festinare necnon cum suis maturique consilii adiumentis se suaque defendere. Unde illum expugnare non potuit adversitas hostium, quem non expugnavit hostilitas vitiorum. Murum mentis virtutum scutis circumposuit in ordine suo, ut unaquaeque suimet victrici manu resistere posset opposito, et vitiis nulla fieret intrandi prorsus occasio.

5. Unde modulum excedit scientiae meae, ut possim laudes eius scribendo proferre; veruntamen ex parte prolationis huiusmodi penes virtutis amatores dignus est perpetua celebritate venerari. Quid plura? Memoria sua sit benedicta, et ex virtutum laude magnifica magnifice sit benedictus in saecula! Benedicat illum, quidquid optet esse benedictum! benedictionis atque quietis praestet illi felicissima dona, qui est benedictus et superexaltatus in saecula, Iesus Christus dominus noster!

Omnis dicat 'Amen', tuimet qui, Christe, levamen
Poscat adesse sibi regni de parte superni;
Postulet et requiem lector sibimet quoque dulcem,
Sic[c] compos dulcis mereatur et esse quietis.
Finis in hoc pacto[d]! Lector venerande valeto,
Sitque valere tuum simul hinc per tempora longum,
Ut pia scriptori deposcas praemia Christi!

a) prudentia *ed.* b) mutare *ed.* c) Sit *ed.* d) p. sit *ed., quod metro repugnat.*

1) Cf. Gregor. Regula pastor. III, prol.: *Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum.* 2) Cf. ibid. II, 6. 3) Sallustium Iugurth. c. 10. auctor imitatur.

EX OFFICIO S. WILLIGISI.

[I. Cor. 2, 9.] Ego Willigisus conservus tuus et fratrum tuorum Hartmanno meo gaudium quod nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quod preparavit Deus diligentibus se. Frater mi, compertum habeo, quia me diligis ex animo, et ego amore tui langueo. Multiplices ago gracias, quoniam vultus tui serenitas illuminavit habitationis meae tenebras. Beneficia collata memoriae[a] sunt commendata. Opera misericordiae scripta sunt in libro vitae. Unde pro merito rei bene gestae dabitur tibi gaudio nostro interesse. Verumtamen tuis viribus labor quidem restat exiguus, quem licet explere valeam, tibi potius iniungere malueram, quem me esse[b] alterum iudicaram[c]. Ad te, frater mi, sermo. Redde nomen meum celebre in medio ecclesiae. Opera quae ego facio in Domino nota fac populo. Fac, ut [Matth 10,41] propter mea merita et tua[d] per monita me recipiat ecclesia. Nam 'qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet'. Si votum meum perfeceris, honorificabit te pater meus, qui est in celis.

Quae fert hic scripta, nequaquam sunt malo ficta.
Quae fert hic scripta, res est, non fabula ficta.
Nuncia sunt vera, fidei sunt omnia plena.
Vero fonte cadit quicquid rerum peraravit[e].
Nuncius est notus, in nostra negotia totus.
Si quibus erravit, illi correctio stabit.
Si nimis adiecit, brevitas tua commoda presit[f].
Si minus, adiunge[g], quod opus sit, planius ungue!

Venerabili et dilecto fratri Heinrico sancte Magontine sedis digno episcopatu Willigisus Dei misericordia id quod est, quae sursum sunt sapere, non quae super terram. Non sum immemor beneficiorum, quibus, non oblitus mei et fratrum meorum, operatus es in nobis opus bonum. Nam beneficia ecclesiae a predecessoribus his qui militant adversus animam pessundata, divina inspirante gracia, tui curiosi et perspicacis animi industria ecclesiae restaurata, quasi ab exilio ad patriam sunt relegata. Preterea laborantibus meis rerum inopia tua paterne subvenit copia. Quae infinitae misericordiae et pietatis opera, nostrae dilectionis pignora, immensa Deus cumulabit gracia. Cepisti bene, melius desine! Nam, [cf. Iac 1,22.] sicut novit tui discretio, multo pluris est operis boni consummatio quam quae precedit inchoacio. Munusculum, quod a benignitate tua peto, prestare potes continuo. Imple desiderium meum, et vives in eternum. Procedat ex tua et sanctorum patrum industria, quatinus nomen[h] et scriptum meum tum per tua monita, tum propter mea, si qua sunt, merita suscipiat ecclesia. Promitto enim omnibus pie de me sentientibus, sed precipue primatibus: si fueritis verbi factores et non auditores tantum, recipiet vos in eterna tabernacula, cui est laus et honor et perennis gloria per infinita secula.

Prima lectio.

Noverit, fratres dilectissimi, vestra floribus virtutum tanquam margaritis ornata discretio, quoniam, [cf. Eph. 6, 6.] si servus, non servus ad oculum, vel certe villicus villicationis racionem redditurus non defraudaverit dominum suum, grande atque preclarum utriusque[i] extat meritum. Rursus agricola sedulus et frequens circa ministerium, perarato vomere et perfecto, non parce seminans semen suum, si forte, ut assolet, in tempore messis fefellerint arva colonum, nimirum piget eum omnium quos impendit laborum, ac in merore positus non invenit requiem spiritus. Quanto igitur studiosius et rectius beato et glorioso Willigiso patrono assurgat cum laudibus fidelis cleri concio, et cum psalmis ac canticis, cum sincera devocione mentis et corporis honor congruus deferatur, et pro meriti debito digna sibi referatur graciarum accio! Qui cum huius mundi naufragio crebro quateretur, divina cooperante gracia, virtutum gradibus conscendit ad culmen pontificatus, non tantum hauriens ab excelsis gradibus honorem precii, quantum illis decoris infundens proprii. Hic itaque famulus Dei humilis tum prosapia, tum per merita virtute pollebat et sapientia, qua illuminata ecclesia celesti coruscat patria.

2. lectio.

Sanctus igitur Willigisus divina gracia plenus devotissime vixit Deo, ieiuniis et orationibus eius oblectabatur animus et bonis quibus vacabat operibus. Dilectus Deo et hominibus, vir factis egregius, erogavit sua pauperibus. Sicut de spina pullulat rosa, sic vir Dei velut oliva fructificavit in ecclesia. Quanto lucifer preluminat stellis, tanto vir Dei lucidior lucifero claritudine sanctitatis, huius sanctitatis meritum, odorem spirans suavissimum, redolet ad Dominum et floret in conspectu eius ut lilium. Quis linguis loquens hominum digne depromat pontificis meritum et tanta insignia virtutum? Sane vix sapiens et callens iugi et pervigili mentis cura queat investigare, investigatum enucleare, enucleatum stili officio [cf. Matth. 25, 35. 36.] exarare. Eximiae et ineffabilis pietatis homo semper intendebat operi bono, nudos operuit, infirmos [ib. 5, 3.] atque beatos pauperes spiritu in sua suscepit, vinctos mendicitate victus pietate solvit, dispersos collegit, indoctos docuit, errantes correxit, incredulos ad Deum[k] convertit. Mandata Dei conferens in corde suo [cf. Ezech. 34, 16] diligenter observabat, viduas et pupillos iustificabat. Quod infirmum fuit consolidavit et quod egrotum sanavit et quod confractum alligavit et quod abiectum reduxit. Fuit hic et est omnibus speculum et

a) s. m. 2, *ubi* comm. *deest.* b) *deest* 2. c) iudicarem 1. d) p. t. m. 2 e) r. ille paravit 2. f) poscit (*al. lect.* praeste) 2. g) a. tu q. s. pl. ungue 2. h) n. m. et scr. 2. i) utrique 2. k) Dominum 2.

exemplum vitae per bona opera et verba, quae procedebant ab eo rite. Cuius sanctitatis merito per diversa mundi climata divulgato, quique infidelis declinavit et quievit ab errato ac per ipsius bonam famam conculcavit ac sprevit gloriam vanam. Exemplum enim boni de bono fideles quique[a] acceperunt et per artam viam, quae ducit ad celestia regna, feliciter pervenerunt. cf. Matth. 7,14. Et quia meminerat vocationis Regis superni dicentis: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ante constitutionem mundi.* Matth. 24,35 36. *Esurivi enim, et dedistis michi manducare, sitivi, et dedistis michi bibere, hospes eram, et collegistis me* et[b] cetera, idcirco haec et his similia vir Dei opera misericordiae propensius agebat. Sciebat enim, quicquid consolationis Christi pauperibus impenderet, totum hoc ad ipsum a quo bona cuncta procedunt pertingeret[c]. Dicit enim: *Quod uni ex fratribus meis fecistis michi fecistis.* ib. 40. Si quid preter spem vel meritum insolenter accidit — maxime enim simplices et recti ac timentes Deum ab infidelibus persecutiones patiuntur —, equo et patienti animo ipse onus suum portavit. Meminerat enim, quod Dominus locutus est: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum.* ib. 5,10. Meminerat, quod vox veritatis clamat: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Luc. 21,19. Quid plura?

Ut radius solis it[d] pre sequiturque sororis,

sic vir et amicus Dei quodam privilegio et quadam prerogativa, quod commune est aliis, non inproprie sibi vendicat nomen confessoris. Hic igitur sacro plenus eloquio non abscondit verbum sub modio, sed protulit in medio. Quod divina cooperante gratia non suffocatum a zizania, centuplum crevit in area Semen enim, quod in terram bonam cecidit, multum fructum protulit, cf. Matth. 13,23. unde beatorum animae ex salubri ammonitione optata et perpetua fruuntur requie.

3. lectio.

Presciebat secreti Conscius, antequam vir Dei in lucem sit proditus[e], quod esset verbi minister idoneus et in serendo providus. Predicavit Christum corde credendo, predicavit Christum[f] ore confitendo. Sic igitur promissum Domini fideliter adeptus est. Dicit enim: *Qui me confessus fuerit coram* Matth. 10,32. *hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo.* Contulit itaque Dominus sibi plebem, in qua seminavit semen, et agri cultura respondit labori proferendo plura. Nam filiorum animae, percepto patris semine, creverunt uberrime. O magnum viri meritum, qui tantum ecclesiae peperit fructum! O magni patrocinii civitas, quam iacentem erigit, morbidam curat, egram sanat pontificis almi sanctitas, et pro cuius excessibus Deum assidue profusis orat fletibus ut bonus pastor pro ovibus. Felix et vere beatus, in cuius manu ut virga Aaron fronduit, immo frondet hodie eius presidio pontificatus. O res digna memoria! O vir laude dignus per omnia, qui pro Dei reverentia duo in Moguntia condidit monasteria[1] cum summa vigilantia! Recte et vere iste potuit domino[g] racionanti cum servis respondere: *Domine, duo talenta* ib. 25,22 *tradidisti michi, ecce alia duo super lucratus sum.* Merito audire, accipere et consequi meruit illud Domini congratulantis et dicentis: *Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te* ib. 23. *constituam; intra in gaudium domini tui.* Illo[h] quoque in cunctis provido[h], multa insignia devotus optulit sancto Martino, per quod eius concivis fieri promeruit. Obtinuit iste meritis, ut lumen restituat cecis, claudis incessum, levans[i] pondere pressum. Magnum beati et gloriosi Willigisi meritum, magnum premium, quod recepit[k] Christum dominum.

Quid illud, fratres karissimi, quod, postulante divina gratia, cum surrexisset pastor bonus in ecclesia, et pontificium et Romanum imperium, regnante Ottone Romano imperatore augusto, cum ipsius adiutorio qui summus Rex et Pontifex est sollerter amministrabat? Quid illud, quod una persona duo amministrabat officia? Onus ipse portabat regis et onus [ipse[l]] in se portabat pontificis. Mirabilis Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis! Nimirum idcirco et[f] regnum et sacerdotium regebat, ut, hiis convenientibus in uno, longe lateque sermo Dei curreret et in toto orbe terrarum fructificando proficeret. Omnium rerum oppulentia maxime sui temporis suppetebat, et pax in orbe tranquilla manebat.

Quicquid famulus Dei possidebat, totum hoc in cultum Dei vertebat. Domine, iste sanctus dilexit decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae. cf. Ps. 25,8 Dignus est pastor bonus, ut amplectatur ab ovibus, et mercede sua dignus est operarius. cf. Luc. 10,7 Et si non eadem mensura qua mensus est ovibus, saltem mensura minori qualicunque, quantum possimus[m], remetiamur ei. Pontificis memoria nos erigat ad superna, cuius beata anima celesti coruscat patria. Cuius sacrum corpusculum adeo candens ut lilium repositum in loculo refulget ut sol in clipeo. Huic devotissimo occurramus obsequio, queramus [nobis[l]] medicum, et inveniemus doloris remedium. Quem decoravit Dominus signis et virtutibus, quae pro meriti debito magna facit Deus in populo. Sed quoniam[n] confessoris Domini atque pontificis opera bona fructus boni comitantur — qui enim seminavit de benedictionibus, de benedictionibus et metet — 2. Cor. 9,6 delibando fructus dulces cibos capiemus.

Prius autem, fratres karissimi, quia res mira, res sancta, immo res omnino divina est de qua agitur, veniam peto, petendo genua flecto, flectendo voveo, vovendo vehementer exopto, ne de genere, ne de persona, ne de scientia, ne de moribus, ne de ordine aut conversatione aut divitiis mecum coram

a) quisque 2. b) et c. *des.* 2. c) pertingere 2. d) prae te (*alia l.* it prae) 2. e) editus 2. f) *deest* 2. g) cum d. rationante 2. h) *ita* 1. 2, *et idem in antiphona legitur, ubi eadem verba repetuntur; quod Wattenbach emendandum putavit:* Ille . . . providus; *sed etiam alio loco in codice legitur:* Sancto Willigiso divina gracia pleno, devotissime vixit Deo. i) levem 1. k) recipit 1. l) *deest* 1. m) possumus 2. n) quomodo 2.

1) Sancti Martini et sancti Stephani; v. Will l. l. p. 119. 126.

Exod. 20,7. iudice contendatis. In nomine enim Domini, quod iuxta secundum mandatum nemo accipiet in vanum, licet sit id de quo agitur preter usitatum et solitum naturae cursum ac contra ordinem rerum, nichi-
Prov. 29,11. lominus tamen accedit ad verum. Sed quia stultus simul totum[a] profert spiritum, ne idem videamur incurrere vitium, singula quaeque[b] suum decenter capiant locum.

4. lectio.

1147. Aug 3. Anno igitur dominicae incarnationis millesimo centesimo 47, tercio vero Non. Augusti, cuius mensis decursus humanae conditioni minus idoneus, immo gravis, inportunus, iners et pene ineluctabilis est, anhela febris quendam de consortio fratrum — quisquis est, novit ille qui omnia novit — celeri gradu corripuit et quibusdam invisibilibus vinculis contra votum ac propositum deprehensum tenuit. . . . . . . Cumque paululum revixisset spiritus, frequenter cepit invocare nomen beati atque gloriosi Willigisi confessoris Domini, quatinus dignaretur ipsi esse subsidio et solvere eum ab eo quo tenebatur infirmitatis vinculo. Cepit etiam tacitus rem secum volvere et revolvere, quidnam esset, quod ovis non recognosceret pastorem vel debitum pro merito non inpenderet honorem. Nondum enim tantae auctoritatis et tanti nominis extitit ante ostensionem gloriae et virtutis, quae[c] Deus non nostris, sed suis meritis revelavit nobis. . . . . . .

Anno igitur dominicae incarnationis prenotato, cum frater ille infirmitatis vinculo detineretur . . .
Aug. 19. 14. Kalendarum Septembris, medio primae feriae decurso noctis spatio, sanctimoniales, pulsato signo, matutinales horas celebrabant, similiter et contemplativi divino officio studiose vacabant. . . . . . .

Aug 24. Anno igitur dominicae incarnationis prelibato, 9. vero Kalendarum Septembris, in ipso fere clarescentis diei exordio septimae feriae, cum matutinalium horarum amore et desiderio incessanter incalesceret animus, eger ad sacrum locum iter arreptum agebat. . . . . . . Cumque beati Bartholomei festum celebre immineret, et rerum ordo deposceret, ut universus chorus organorum resonaret, quoniam vacabat locus, accessit eger ille simpliciter, nil magnum, nil mirificum, nil divinum sperans accipere. . . . . . .

Quid illud, fratres karissimi, quod in cunctis omnipotentatus Dei operibus, quae divina amministrante gracia breviter perstrinximus, si fideliter et diligenter attendimus, magnum ac[a] preclarum ac ineffabile sacramentum animo concipimus? Sanctae enim et individuae Trinitatis misterium in singulis habet locum, in singulis tenet principatum.

Primum quidem, quod hic beatus homo pontificali fulgens honore, in sacerdocio, in Romano, ut paulo ante diximus, inperio, tercio decoratus est eterni Regis solio.

Habet locum in diversi generis ordine et professione. Alia enim[d] est professio sanctimonialium, alia contemplativorum[e], alia canonicorum. Quibus tribus professionibus maxime et precipue benedicitur et sanctificatur Dominus. . . . . . .

Habet locum, ubi in conspectu Dei florent, nitent, redolent eius numquam marcida, eius semper virentia et recolenda tria beneficia, quae sunt, ut res subiecta oculis innotuit: duo domus Dei luminaria quae struxit in Moguntia, et tertium luminare, quo magna ex parte illustratur Turingia, videlicet in loco qui comuni et usitata lingua Gicheburch[1] apellatur. Neque tamen illa digna memoria quae sancto Martino devotus obtulit insignia silentio sunt pretereunda. . . . . . .

a) *deest* 2. b) quoque 2. c) quam 2. d) est enim 2. e) contemplatorum 2.

1) Jechaburg; cf. locos a Will l. l. p. 137. collectos.

EX MIRACULIS S. VERONI AUCTORE OLBERTO ABBATE GEMBLACENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Anno 1004. *sanctus quidam eousque ignotus parocho villae Lembecae prope Bruxellas se visione manifestavit; cuius ossibus, ut evenire solebat, facile inventis et sollemniter elevatis, fieri non potuit, quin multa sequentibus annis miracula meritis s. Veroni — hoc enim nomen sancti ex reperta tabula innotuit — patrarentur; quibus commotus Raginerus IV. comes Hannoniae circa a.* 1015. *corpus novi sancti in monasterium S. Waldetrudis Montensis castri, sedis comitum Hannoniensium, transferendum curavit et ab Olberto abbate Gemblacensi (a.* 1012—1048*), doctissimo viro*[1], *quem Sigebertus Gemblacensis aliique multis laudibus extulerunt, petiit, ut illa miracula litteris mandaret*[2]. *Cuius precibus obsequens, Olbertus inter a.* 1012—1020.[3] *libellum de miraculis s. Veroni sermone dictis Vergilianis et syllabis finalibus consonis exornato conscripsit; inter quae pauca bella Lotharingica saeculi XI. ineuntis attingunt. Cum de vita illius sancti ne minimum quidem compertum haberet, qua de causa memoria eius evanuisse ipsi videretur, exposuit.*

Anno 1636. *Georgius Galopinus monachus S. Gisleni hunc libellum ex codicibus S. Gisleni et S. Waldetrudis Montensis edidit, quam editionem nobis non visam I. Bollandus, Acta SS. Mart. III, p.* 845—850. *recudi fecit; unde excerpta nostra sumpsimus, cum nullus codex ms. huius libelli nobis innotuerit. Iacobus de Guisia vero eius prologum, cap.* 1—3. 21. *integra, reliquorum excerpta vel argumenta Annalibus Hannoniae XIV*, 45—48, *ed. de Fortia IX, p.* 422—436, *inseruit; quibus collatis, paucas lectiones ab editione Galopini variantes invenimus*[4].

O. H.-E.

1) Vide de eo Sigeberti Gesta abb. Gemblac. c. 24—46, SS. VIII, p. 535—542; librum Panegyricum, ib. p. 557—559; Sigeberti Chron. a. 1008. 1012. 1014. 1027. 1048; eiusdem De SS. eccl. cap. 142; Anselmi Gesta episc. Leod. c. 70. 71, SS. VII, p. 232—234; Ruperti Chron. S. Laurentii c. 13. 32, SS. VIII, p. 267. 273; Ann. S. Iacobi Leod. a. 1012. 1048, SS. XVI, p. 638; Reineri Vita Reginardi c. 10, SS. XX, p. 574. Olbertus fuit monachus Lobiensis, discipulus Herigeri abbatis eiusdem coenobii et Fulberti episcopi Carnotensis, condiscipulus et amicus familiaris Wazonis episcopi Leodiensis, Baldrico quoque et Wolpodoni episcopis Leodiensibus consuetudine coniunctus, praeceptor Burchardi episcopi Wormatiensis, quem in congerenda canonum collectione adiuvit, inter viros re litteraria praeclarissimos nominatus et magni aestimatus.

2) V. Mirac. prol.; Sigeb. G. abb. Gemblac. c. 43, p. 541, ubi: *cantum etiam de eo* (s. Verono) *melificavit*, Olbertus enim artis musicae peritissimus fuit. Cf. Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. II, p. 128. 140.

3) Inter a. 1018—1021. Olbertus praeter Gemblacensem abbatiam monasterium S. Iacobi Leodiense regendum suscepit (cf. Sigeb. G. abb. Gemblac. c. 35, p. 538), in prologo vero se tantum Gemblacensium abbatem dicit.

4) Quaedam sive a Iacobo sive ab eius editore corrupta non annotavimus.

Comiti[a] Raginero[1], comitum nobilissimo, Olbertus Gemblacensium[b] nomine, non merito, abbas devotae orationis et fidelis servitutis munificentias.

Gaudeo, comitum nobilissime, super benivolentia tua, quae lucet in te divinitus accensa. Aetatem enim transiens moribus et curarum seculi fortiter excutiens pondus, quae sunt ecclesiasticae religionis amplecteris devotus. Bona, mi dilecte, tua intentio, quae intendit malum vincendum in bono; ideoque iussionis tuae sarcinam recusare non audeo, qua precando praecipis, ut miracula sancti Veroni commendem scripto. Ad quod faciendum non me scientiae praesumptio, sed impulit huiusmodi trepidatio: Timui peccatum esse tot Domini beneficia silentio subtegere et timui praeceptorum tuorum contemptor existere. Quae lector quilibet examinans iuste, ne irascatur mihi, precor, dum invenerit bona descripta male. Haec enim, etsi aliud non possunt[c] esse, sapientibus haec quandoque melius scripturis vel memoriae nutrimenta poterunt esse. Vale, comitum venerabillime[d]!

1. Quibus causis contigit vitam sancti Veroni non haberi.
2. De admonitione sancti Veroni et visione presbyteri Humberti.
3. Quomodo et nomen sancti et dies natalis eius inventus sit.
4. De muliere caeca cum candela illuminata.
5. De sex mulieribus candelas apportantibus.
6. De quatuor mulieribus caecis.
7. De contracto nativitate sancti Iohannis erecto.
8. De muto et surdo curato.
9. De quodam contracto nomine Engramno.
10. De languido divinitus sanato.
11. De cuiusdam ancilla a paralisi curata.
12. De caeca post euangelium illuminata.
13. De insana sanitati restituta.
14. De homine in pede a paralisi curato.
15. De cera in terram mutata.
16. De clerico a capitis dolore sanato.
17. De homine a dolore tibiae curato.
18. De muliere, cuius manui adhaeserant herbae.
19. De muliere a paralisi curata.
20. De comite Ratbodo a febribus liberato.
21. De translatione corporis sancti Veroni.

1.[e] Creator et Redemptor generis humani dolens diabolica fraude ad inferos retrahi, quos cum mortis triumpho revocaverat ad ardua caeli, moderamine dispositionis suae inenarrabili oleum lenitatis et vinum adversitatis mundo cotidie infundit aegrotanti. Nunc pro qualitate vitae ipsum laetis exhilarat, nunc tristibus maestificat. Inde est, quod in figura huius regulae manna[f] dulcedinis cum virga asperitatis in arca testamenti Moysen[g] iussit ponere[2]. Unde qui Galliam Belgicam et Germanicam diabolico instinctu ab eius viis saepe aberrantem et contra se recalcitrantem frequenter afflixit et in conculcationem exterorum fieri permisit, suae animadversionis sententiam in hoc mundo voluit illi[h] infligere, ut viri sancti, quasi aurum purgati, splendorem caperent lucis perpetuae, et iniusti, ut fenum tectorum arefacti, incendia subirent mortis aeternae. Hoc afflictionis flagellum exercuit per Hunnos et Wandalos, non tantum ad internitionem hominum, sed et[h] ad destructionem multarum civitatum iusto[i] iudicio missos. Qui propter scelera in Deum et in sanctos eius irremediabiliter commissa pene totam Galliam subverterunt urbesque eius a seculo famosissimas solo straverunt, annales temporum Vitasque caelestium virorum combusserunt igni notitiasque multorum subtraxerunt orbi. Unde nunc maximarum urbium ruinas tantum cernimus et vix nomina[k] in memoria habemus; miracula sanctorum sentimus, quorum ortus et vitas soli Deo notas esse credimus. Nec longa interiecta temporum mora, iterum gens Gallica, Domini piissima abutens patientia, qua ad poenitentiam ipsorum provocabat corda, pro cicatricibus scelerum ultra modum incretis iterum ferrum sustinuit divinae animadversionis. Nam post civilia et intestina seditionum bella inter Rainfredum et Karolum, Pipini ex Alpaide filium, habita, quibus sanctarum ecclesiarum et sanctorum virorum venerabilia abolita sunt monumenta, gens ab aquilone advolans Normannica, saepedictae Galliae efferaliter invasit finitima, subruit urbes et villas, populata[l] est congregationes et ecclesias. Latitabant sancti[h] in quibus poterant diverticulis inglorii, sepeliebantur sine titulo[m] monumenti. Sic quondam Assyrii, Domini permittente iustitia, Hierosolymorum exciderunt moenia, sic regum et iustorum multa dissipaverunt memorialia[n], quae se non habere sancta nunc tristatur ecclesia. Inter praedictas itaque Galliae tempestates multi sanctissimi effloruerunt viri, quorum in conspectu Domini vita et mors pretiosa extitit, quos antiquitas pigra nobis, ut dignum fuerat, litteris non commendavit, aut commendationem occasio

a) *Iac. de Guisia XIV*, 44. *rubram praemittit:* Prologus in Vita sancti Veroni, et primo de recommendatione Ragineri comitis Montensis. b) Gemblacensis *Iac.* c) possint *Iac.* d) nobilissime *Iac.* e) *Iac. XIV*, 45. *rubram praemittit:* Incipit Vita sancti Veroni, et primo quod Gallia Belgica et Germanica cladibus variis perpessa fuit. f) mannam *Iac. c.* 45. g) Moysi *Iac.* h) *deest Iac.* i) Dei *add. Iac.* k) nominum memoriam *Iac.* l) depop. *Iac.* m) tumulo *Iac.* n) memoralia *Iac.*

1) IV. (Longicollo) comiti Hannoniae († 1039). 2) Auctor sequitur Gregorii M. Regul. pastor. II, 6, non vero ad verbum.

invida[a] subripuit. His, ut conici datur, temporibus vir extitit sanctus, Veronus ex nomine vocitatus, cuius genealogiam et vitam quia occasio quaelibet invidendo sustulit, miraculis specialibus ipsum nobis Dominus commendavit, ut, si taceat littera, clamet ipse per miracula ad tumulum eius mirabiliter ostensa. Nec ratum esse ducimus silentio praeterire quae eius meritis voluit Dominus miracula ostendere, ne et ipsi taciturnitatis et socordiae inveniamur rei, qui in[b] antecessoribus has imputamus crimini.

2. Igitur cum, divina disponente providentia, Austrasiorum regnum percepisset Henricus, Ottonis 1002.
tertii successor consanguineus, diversis coepit[c] Lotharingia periclitari cladibus. Attenuavit eam fames 1006.
angustissima[1], attrivit eam principum contentio valida, insurrexerunt in eam extremi hominum Morini[2], Balduino[3] principante, qui Valentianas ditioni subdiderunt suae. Sed Dominus, humanae miseriae inspector benignissimus, pietatis suae ianuam illi aperuit et aliquantae consolationis remedia tribuit. In pago denique Brechbatensi[d], quem fere totum vastaverant Nordmanni, villa est non modica supra Sainam[e, 4] fluvium posita, a collimitaneis Lembeca[f, 5] vocitata. In huius[g] ecclesia beatus diu iacuerat Veronus, miraculis quidem coruscans pluribus, sed pro vitae meritis non honorifice tractatus. Hic anno
incarnationis dominicae millesimo quarto manifestare se dignatus est hoc modo. Erat ibidem presbyter 1004.
Humbertus[h] nomine secundum modernorum hominum vitam non spernendus; huic crebro apparens per visum, tandem illi monumenti sui designavit locum iussitque, ut aliis faceret notum. . . . . . . Coeperunt deinde tumulum venerari, quem antea parvipendebant pedibus calcari.

3. Interea invalescentibus Lotharingiae tumultibus, de quibus supra[i] pauca perstrinximus, praefatus 1007.
rex Henricus, multo suorum exercitu comitatus, ad compescendos quorundam incompositos motus[6] ipsam Lotharingiam est ingressus. In quorum adventu populi timentes sancti viri corpus male tractandum esse, aggerem terrae effoderunt de tumuli superficie, ut expeditius et facilius, si necessitas ingrueret, ad loca tutiora possent efferre[k]. Aderat presbyter praedictus[7], cui in visione idem praedixerat sanctus, quod infra sui[l] sepulchri septa nomen suum et depositionis diem esset inventurus, rem tacitus considerabat promissique effectum desiderabat. Qui diligentius intuens sepulchri interiora, laterculum iacere vidit iuxta beati viri ossa, in quo sculptum reperit, Veronum dictum fuisse et tertio Kalendas Aprilis ab hoc seculo migrasse, Dominique[m] propitiante clementia, qui sanctos suos inenarrabili semper magnificat gloria, regis exercitus per illa non[n] transivit loca; ideoque ibidem immota sancti viri remanserunt ossa. Vulgatur fama ubique, et miracula a Domino per eum[o] facta in populi continuantur ore. Fit concursus diversorum et maxime aliqua infirmitate detentorum.

4. Erat in villa Felluyo[p, 8] dicta quaedam puellula ab ipsis cunabulis oculorum lumine privata, quae quorundam manibus ad eius sepulchrum adducta, ferens quae pro posse suo paraverat candelae opsonia, ante sancti viri sepulchrum longa trahebat suspiria. Tunc ab eius precibus non avertit aurem, qui ex corde fideli petentibus eam semper accommodat facilem, reddidit oculorum eius orbibus luminis aciem, quam petebat, Veronum ingeminans per noctem perque diem; sed et candelam, quam in manibus tenebat, sine totius ignis fomite divinitus accensam vidit radios flammivomos evomere. Uno eodemque momento Dominus sanctum suum duplici glorificavit signo. Exoritur in ecclesia clamor ingens populi,
qui a diversis partibus collocatus aderat ibi. Nam tertia dies erat rogationum, in qua pene tota villa Maii 14?
convenerat ad missae obsequium, tundentesque pectora pugnis, dant laudes Deo in excelsis, qui semper
est mirabilis in sanctis suis. Locant fundamenta maioris ecclesiae, quae congrua videretur tanti viri cf. Ps. 67, 36
meritis; a multis impenditur subsidium quaerentibus beati viri patrocinium. Famaque ficti verique tenace[9] hac et illac discurrente, nuntiantur haec Erluino, tunc pontifici Cameracensis cathedrae[10]; qui diligenter investigans rei rationem, comperit non esse, quam putabat, phantasticam delusionem, sed
Domini in sancto suo magnificam maiestatem. Dum haec divinis disponuntur auspiciis, 1008?

Annuus exactis completur mensibus orbis.[11]

Augmentabatur cotidie devotio populorum, incrementa sumens ex frequentatione miraculorum.

5. Venit et vir quidam a villa Culica vocata, quem Rangarium vocabat cognatio propria, nec a contubernio suorum solus, sed collegio sex mulierum candelas portantium comitatus. . . . . . .

6. Est in praedicto pago Brechbatensi villa a praefata Lembeca non longe semota, dicta a maioribus
Mafla[12]. . . . . . . Aderat enim plebs non parva, quippe quae ab opere vacabat in pentecoste sancta. . . . . . . Maii 16?

7. Interea nativitas supervenit sancti Iohannis baptistae. . . . . . . Iun. 24.

8. Iam sol fervidus leonem igne perurebat et Augusti Kalendas populis invexerat. . . . . . . Aug. 1.

9. . . . Engramnus[q], in partibus Sambrae fluminis circummanentium elemosinis sustentatus, ad saepedicti sancti tumulum votis suspirabat omnibus. Qui gestatoriae sellae et quorundam fretus subvectione,
sacratissimam sollempnitatem paschae in diu desiderata ecclesia sancti Veroni meruit celebrare. . . . . . . 1009? Apr. 17?

a) *sic Iac.*; invidiae *ed.* b) *deest Iac.* c) incepit *Iac. c.* 46. d) Brachat *Iac. semper.* e) *sic Iac.*; Sammam *ed.* f) Lembecca *Iac.* g) eius *Iac.* h) n. H. *Iac.* i) p. s. *Iac. c.* 47. k) perferre *Iac.* l) sep. sui *Iac.* m) Domini quoque *Iac.* n) *deest Iac.* o) ipsum *Iac.* p) Fellino *Iac.* q) Ingrann. *Iac*

1) Cf. Ann. Laub. et Leod. a. 1006, SS. IV, p. 18; Alpert. De divers. temp. I, 6, SS. IV, p. 704. 2) Cf. Verg. Aen. VIII, 727: *extremique hominum Morini.* 3) IV. Barbato comite Flandrensi. Cf. Gesta episc. Camerac. I, 114, SS. VII, p. 451; Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 396 sqq. 4) Senne. 5) Lembecq-lez-Hal, a Bruxellis meridiem (et occidentem) versus. 6) Contra Balduinum IV. comitem Flandriae; cf. Hirsch l. l. II, p. 10, n. 2. 7) Humbertus. 8) Feluy, a Nivelles meridiem et occidentem versus. 9) Cf. Verg. Aen. IV, 188: (Fama) *tam pravi fictique tenax quam nuntia veri.* 10) A. 995—1012. 11) Verg. Aen. V, 46. 12) Maffles prope Ath.

1009? 10. Erat etiam in pago Brechbatensi, castello Marcha[1] dicto homo quidam nomine Olgerus. . . . . . .
Aug. 1. Parent domestici, deponentes eum ante diu desideratam tumbam Kalendis Augusti.

11. Erat etiam in villa vulgo Ascia[2] dicta homo quidam Abbo nomine dictus, temporalium rerum affluentia propemodum praeditus, cui erat ancilla sibi satis cara, sed morbo paralisi non mediocriter
Iun 24. gravata. Hanc cum aliis domus suae familiaribus ducens secum, nativitatis sancti Iohannis baptistae die non sine donis saepedicti sancti visitavit tumulum. . . . . . . Anni vero solaris revoluto circulo, cum iam
1010? Iun. 24 Phoebi radiis grave cancri sidus[3] diem nativitatis sancti Iohannis restitueret mundo, praedictus paterfamilias ad praedictam tumbam cum praedicto rediit mancipio. . . . . . . Tradidit ergo illam sancto Verono, ut eius tantum semper vacaret servitio. . . . . . .

12. . . . . Mulier etiam erat in villa Wesclar nuncupata, Alwera dicta. . . . . . .

13. Erat nihilominus in pago Brechbatensi, villa Somaco vocitata quaedam muliercula Ollendis nomine dicta. . . . . . .

14. In pago quoque Brecbatensi, villa castello Ghislengin[4] continua homo erat Saruguardus nomine. . . . . . .

15. Hinc a partibus Flandrensium homo quidam orandi gratia Nivigellam[5] venit, votoque perfecto, per sanctum Veronum ad sua rediturum esse promisit; ubi ceram denario emptam recondidit in pera, promittens eam se oblaturum in sancti Veroni ecclesia. Sed, diabolo, humanae salutis persecutore saevissimo, suggerente, votum parvipendens, ceram intulit domui propriae, ut in alios usus eam posset insumere. . . . . . .

16. In portu quoque eorundem Flandrensium nomine Gandavo quidam clericus erat. . . . . . .
1010? Apr. 5? Hic audiens a multis sancti Veroni miracula, destinavit ad eius pervenire limina, quartaque feria maioris hebdomadae, quae est ante coenam Domini, cum oblationibus quas habere potuit ad diu desideratum sepulcrum pervenit sancti. . . . . . .

Apr 9? 18. Sic Dominus militis sui merito nocte suae resurrectionis mortalibus propalato, in die quoque eandem noctem subsequente, quae in caelis et in terris dies est gloriae, noluit eum apud homines inglorium remanere. Nam ipsa die ad eius sedem populosis confluentibus turbis, tam pro laetitia diu desideratae sollempnitatis quam pro spectaculo mirificatae in infirmitatibus virtutis quaedam illuc puella a portu Brosella[6] dicto advenerat. . . . . . .

19. . . . In eisdem partibus alia erat muliercula . . . . . Spem quoque suae concipit salutis, para-
Apr. 16? toque munere pauperculo, sed divite voto, octavis paschae saepedicto se praesentat loco. . . . . . .

20. His ita sancti meritis mirabiliter gestis, quotquot cuiuscumque modi morbo adveniunt gravati, celeri per eum restituuntur sanitati. Quendam denique comitem Ratbodum[a, 7] nomine dictum febris anhela vexabat, cuius sub gelidis vita periculis ardebat,

Alternusque calor frigus letale coquebat.

Qui eadem quam praescripsimus hebdomada ad sancti se contulit limina, ubi tam cruciatus se obsidente morbi sui aestu, quam spontaneo mactatus gemitu, piam sancti aurem ad suam inflexit precem. Quid plura? Postquam tantum patronum meretur, quid de eius salute ambigitur? Igitur ut pervenit petitio eius ad sanctum et sancti ad Dominum, igneus ardor abiit, totisque extincta medullis fonte latentis aquae violentia flammae cecidit. Sic, qui cotidianis febribus laborabat antea, nec raras sensit postea. Haec autem fuit causa, lector benivole, qua et infirmantium et locorum, a quibus venerint, nomina curavi subscribere, [quia[b]] Phariseorum sequaces quosdam non dubitavi esse, qui quaedam benefacta aut omnino non esse, aut in malam partem semper invidendo curant invertere, et membra non dissidentia a capite diabolo, quorum deberent miracula honore venerari maximo, quaerunt deterere ore venenato. Ideoque, ut facile horum repellatur cavillatio, singula sancti huius miracula propriorum nominum firmavi titulo. Hisque breviter ut omnibus aliis transcursis, stilum nostrum, licet male acutum, reflectamus ad narrationis textum.

21. Igitur cum, volventibus annis, diabolus pacis statum disturbaret[c] et praelia et seditiones inter principes Lotharingiae male seminaret, contigit eiusdem instinctu et Brechbatensium partes intolerabiles tolerare seditionum oppressiones[8], et in tantum diaboli suggestione furor excreverat[d] seditiosorum, ut nec manus temperarent ab ipsis aditis sanctarum ecclesiarum. Quae mente pertractans comes Raginerus, Ragineri itidem comitis filius, Roberto[e] regi Francorum ex sorore[9] nepos dilectus, coepit mente provida timere, ne saepedictus sanctus Veronus, a Domino sic magnificatus, in conculcationem fieret tam rabidorum insaniae. Nam villa Lembeca[f], in qua eius tumba erat, munitionis nulla habebat obstacula et saevientibus erat pervia. Timebatque Domini inenarrabile iudicium, qui ad dampnationis suae cumulum

a) Radb. *Iac.* b) *suppl. ed.* c) perturb. *Iac. c.* 48. d) exarserat *Iac.* e) Roberti regis *Iac.* f) Lambecca *Iac.*

1) Marcq (arr. Mons, cant. Enghien). 2) Assche, a Bruxellis occidentem versus. 3) Boethii Phil. Consol. I, c. 6. 4) Ghislenghien, inter Ath et Enghien. 5) Nivelles. 6) Brüssel. 7) Hunc Galopinus recte putat esse II. comitem Namucensem, qui in G. epp. Camerac. II, 5, SS. VII, p. 468, modo Rotbertus, modo Rotbodus dicitur; ubi eum a. 1013. Lamberto comiti Lovaniensi, patruo Ragineri, belli socium fuisse traditur. Etiam in Mirac. s. Gengulfi § 15 (infra) Radbodus nominatur, ubi a s. Gengulfo cum febri liberatum esse narratur. Cf. de eo H. Bresslau in 'N. Archiv' VIII, p. 596. 8) Galopinus hoc a. 1012. factum esse putat, sed forsan potius hoc loco de bello a. 1015. agitur, quo Godefridus dux Lotharingiae cum exercitu iussu Heinrici regis Brabantiam invasit contra Lambertum comitem Lovaniensem, patruum Ragineri. 9) Haduidi, filia Hugonis Capeti, uxore Ragineri III.

etiam sanctos suos tradit impiis ad conculcandum, ut omnia percurrant flagitia omnia passuri supplicia. Igitur consilio a sapientibus sumpto, deliberavit supradictum sanctum inferre monasterio, quod praesentia sanctae Waldetrudis honoratum situm est in monte Castri-loco[1]. Accitis itaque sibi clericis scientia et religione eruditis et aliis, in quibus noverat fervere cultum religionis, pedibus in maximo frigore discalceatis et vestibus tantum laneis retentis, decimo quinto Kalendas Februarii ingressus est humillimis humilior Ian. 18 ecclesiae limina, in qua iacebant sancti Veroni ossa; quae summa tractans veneratione, palliis honorifice posita, ad montem Castri-locum studuit ferre. Quibus appropiantibus occurrit processio clericorum, sanctimonialium et laicorum, laudes Domini devota mente acclamantium. Exultant in adventu tanti patris, collaudant Deum in eius[a] mirabilibus gestis. Alter alterum honoribus et munificentiis quaerit praevenire et, pectora pugnis tundentes, collaudant Deum humili devotione. Sic sanctus Domini Veronus in monasterio locatur honorifice, quo ad laudem sui miraculis eum illustrat pietas Deitatis aeternae, regnans ac[b] moderans omnia per infinita seculorum secula. Amen.

a) *sic Iac.; deest ed.* b) et *Iac.*

1) Mons. Cf. F. Hachez in 'Annales du Cercle archéol. de Mons' IV (1863), p. 232 sqq.

VITA ADELHEIDIS ABBATISSAE VILICENSIS AUCT. BERTHA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Bertha, parentibus Frumoldo nobili viro et Eveza, Sicconis comitis filia, in territorio Coloniensi[1] *orta, soror Wolfhelmi abbatis Brunwilarensis, iam parvula coenobio Vilicensi tradita est*[2], *ubi monialis facta, vix iuventutis annos egressa*[3], *a.* 1056. *exeunte vel sequenti anno*[4] *Vitam Adelheidis primae abbatissae Vilicensis monasterii, quod Megengoz, pater eius, a.* 986. *fundaverat, postea etiam coenobio S. Mariae in Capitolio Coloniensi praefectae conscripsit. Berthae nomen quidem in codicibus huius libelli non invenitur, sed habemus testem Conradum in Vita Wolfhelmi c.* 25[5], *qui:* Exstiterunt, *ait,* huic beatissimo viro *(Wolfhelmo)* . . . sorores sanctimoniales duae, quarum . . . . altera vero Berta nuncupata, litterarum plurimum emicuit scientia. Haec vitam beatae Adelheidis, primae Vilecensis abbatissae, eleganti satis admodum stilo conscripsit et plurimum religionis vel scientiae suae fructum in eodem loco dereliquit. *Quae cum Adelheidem vivam non vidisset, a monialibus quibusdam maioribus natu, praesertim vero ab anu Engilrada, cubicularia Adelheidis, materiem narrandi accepit (c.* 2*), quae etiam ea haud parvi momenti narravit quae c.* 3. *de prosapia Adelheidis leguntur*[6]. *De fundatione Vilicensis coenobii praeter ea quae ore tradita accepit etiam ex privilegiis imperatorum et pontificis retulit. Itaque cap.* 1—4. *quaedam vere historica memoriae tradidit, ceterum laudibus virtutibusque sanctae praedicandis miraculisque narrandis studet. Libellum prompto stilo, ut Conradus aeque censet, conscriptum et per omnes partes syllabis consonis more saeculi illius exornatum celeberrimo Annoni, paulo antea archiepiscopo Coloniensi constituto, dedicavit*[7].

Quem, cum hucusque mutilus et mendosus haberetur, integritati suae restituimus ope codicum:

1) ***Bruxellensis*** *nr.* 98—100, *membr., fol. maximi, saec. XIII. in., partis*

1) In pago Ribuariensi, ut tradit Conradus in Vita Wolfhelmi c. 2, SS. XII, p. 182, qui haec omnia retulit. 2) Vit. Adelh. c. 2. ipsa nutrimento monialium Vilicensium in robur praesentis animi et aetatis se pervenisse dicit. 3) Ex cap. 2 (ubi: *perveneram in robur presentis . . . etatis*) apparet, eam parvulam monasterio Vilicensi traditam esse, Adelheidem vero circa a. 1010—1020. defunctam iam non vidit. Frater eius Wolfhelmus demum a. 1091. obiit. 4) C. 3: *Henrici nuper defuncti imperatoris*, qui a. 1056, Oct. 5. obiit. 5) V. ibid. de Frumoldo fratre et Oswenda sorore eius. 6) C. 2: *quae et mihi regalem prosapiam sui progenitorum . . . . retulit.* 7) Quod hucusque ignorabatur, cum in edito prologo *N. archipraesuli* pro *A. archipresuli* legeretur; qua littera Annonem indicari facile intelligitur, cum libellum paulo post obitum Heinrici III. imperatoris conscriptum a moniali Vilicensi ad eius dioecesanum pontificem directum esse appareat (c. 1: *si pro malis nostris omniumque tibi subditorum . . . sustines laborem*).

magni cuiusdam legendarii[1] *acta sanctorum mensium Iunii—Septembris continentis, inter quae f.* 220—223'. *Vitam Adelheidis.*

2) Bruxellensis nr. 1638—1649, *chart. saec. XV—XVI, olim monasterii Corsendoncani*[2], *quem olim iam a Bollando adhibitum V. Cl. E. Ouverleaux in usum nostrum contulit. Caret prologis; mutilus uno loco et mendosus est, paucissimis vero locis veras lectiones servavit, ubi* 1 *menda habet.*

Integrum codicem editorum solus Surius habuit, qui vero suo more 'stilo passim mutato' hoc opusculum Hist. SS. prob. ed. 1: *VII, p.* 92—99 *(ed.* 2. *II, p.* 886 *sqq.; ed. Aug. Taurin.* 1875. *II, p.* 132 *sqq.) edidit, altero prologo ad moniales Vilicenses (cap. 2) omisso. Bollandus, Acta SS. Febr. I, p.* 715—721, *codice* 2 *usus*[3], *quantum licuit, sermonem autenticum restituit, primum prologum ex Surio sumpsit*[4]. *Eius editionem Mabillon, Acta VI,* 1, *p.* 138—148, *recudi fecit.* *O. H.-E.*

INCIPIT[a] PROLOGUS IN VITAM SANCTAE ADELHEYDIS VIRGINIS.

Domno A.[5] archipresuli venerando, cunctis Christi cultoribus pro merito bonitatis amando, pauper, vilis et peccatrix illa, indigna vocari sui ancilla, presentis vitae post tedia eternae beatitudinis premia. Confortata[b] exemplo Abrahae patriarchae Deum familiari allocutione sepius convenire audentis, adiciam adhuc loqui ad te dominum meum, fidum imitatorem ipsius Dei omnipotentis, humillime clementiam tuam implorans, ut pro eius nomine, qui innumeris divitum donariis pretulit duo erea minuta viduae, eneum hoc opusculum gratum tuae dominationi sit munusculum, hocque ammonearis, ut mei pauperculae orata implere non obliviscaris, quatinus pro te intercedente sancta virgine, cuius merita hic habentur descripta, omnia tuae humanae fragilitatis deleantur delicta.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA.

1.[c] Patrem dominumque te, presulum dignissime, nuncupantes et in Christi vice pro modulo nostrae possibilitatis venerantes, sicut illi dicimus, cuius te vicarium fatemur: 'Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam', ita et ad tuum honorem, post[d] quem referimus quicquid laude dignum gesserimus. Et merito. Nam, si pro malis nostris omniumque tibi subditorum nunc emendando, nunc defendendo sustines laborem, iure pro bonis quoque nostris Deo adiuvante peractis mereberis honorem. Sic pius ille magister, cuius vicem geris, discipulos suos seorsum quidem stultos et tardos corde ad credendum vel aliud tale quid dicebat, coram reprehensoribus autem eorum spicas vellentes vel alia his similia facientes invicta ratione defendebat. Hinc igitur animata, meum hoc opusculum tuae dominationi offero munusculum. In quo quidem quaecumque fuerint corrigenda, cum piis quos asciscere volueris emenda. At vero, si quis invidia stimulatus ea voluerit reprehendere, supradicti more magistri studeas defendere, ut, cuius vicem geris, normam quoque fideliter imiteris. Quodsi quis opus indigens emendatione iudicet non posse munus esse tam venerabili personae, respondemus, quoniam, etsi pro calami rusticitate eidem operi timetur, in materia tamen utilitas magna continetur, ac per hoc, quod stili contemptibilis abicit vilitas, munus gratissimum efficit materiae grandis utilitas. Igitur ut utilitatem

a) *prologus et capp.* 1. 2. *des.* 2. b) Confortato 1. c) *numeri capp. des.* 1. 2. d) p. q. r. q. *alio atram. in loco raso* 1.

1) Cuius reliquae partes sunt Bruxell. nr. 206. 207. Cf. Anal. Bolland., Append. p. 23 sqq.; ubi p. 108. saeculo XIII (non, ut p. 23. legitur, saec. XII) attribuitur, ut etiam Bethmann, 'Archiv' VIII, p. 486, censuerat, et vere litterarum formae magis hoc quam XII. saeculum indicant; sed, quoniam saepissime ę scriptum invenitur, codicem non post a. 1220. exaratum esse, apparet. Cf. supra p. 362. Codicis 1 retinuimus rationem scribendi, praeterquam quod in casibus primae declinationis ubique *ae* posuimus, licet codex modo ę modo *e* habeat. Capitum divisionem ex hoc codice novam instituimus. 2) Vide de eo 'Archiv' VII, p. 379 sq. 3) Etiam vero alterum codicem vel alterius fragmentum eum habuisse patet, quod non commemorat. 4) Alter (cap. 2) ex codice 1 suppletus est Anal. Bolland. II, p. 211 sq. 5) Annoni Coloniensi a. 1056—1075.

aperiam, quam hanc promitto continere materiam, ieiuno quidem sermone, sed pinguia gesta me pronuntio scripsisse, videlicet calamo quo potui sanctae matris Adelheidis vitam expressisse. Quam quoniam Dominus inter electos suos sine cessatione populo suo suffragantes annumeravit, idque signis et virtutibus evidentissime manifestavit, quibus meritis hoc sanctitatis culmen attigerit, primum quidem tibi, deinde cunctis Christi fidelibus nosse proderit, quibus omnibus sive per hunc sive per alium stilum tua[a] prudentia prospiciat, ne materiae huius, de qua agitur, memoria deficiat, noritque, quod nondum defecit, nobis non promerentibus Dei clementia fecit; pro quibus ut tu quod tuum est facias, suppliciter age Domino gratias, qui, cum esset Deus, homo fieri dignatus est, vivens et regnans cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti paraclyti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

2. Salubre documentum necnon et dulce nutrimentum vestrae maternitatis, quibus perveneram in robur presentis animi et etatis, hoc exigunt a me, hoc procul dubio, o domnae matresque venerandae[1], me vobis faciunt debere, ut, si forte in me parvi cuiuslibet boni scintilla sermone vel opere declaratur, vestris non inmerito laudibus asscribatur; unde et nunc inprimis largitati muneris divini, deinde et vobis censeo non inmerito asscribi, quod votum animi diu deliberatum nunc tandem effectu operis gaudeo esse confirmatum. Nam vitam et virtutes celeberrimae virginis sanctae Adelheydis litteris commendavi, quia has silentio tectas oblivione deleri nefas putavi. Haec igitur ut invicta veritatis tuerentur ratione, partim vestrarum eius adhuc in carne viventis doctrina vel exemplis instructarum usa sum assertione, partim et cuiusdam mulieris, eius scilicet cubiculariae fidelis, nomine scilicet Engilrada, vos, ut ipsae melius nostis, etate longe transcendentis et ob hoc melius uberiusque omnia ad memoriam reducentis, quae et mihi regalem prosapiam sui progenitorum et plura retulit insignia meritorum. Quae omnia postquam meae tantillitatis stilus diligenter exaravit, haec eadem verax testis presentis evi curricula feliciter consummavit. In quo plane datur intelligi, quod hanc plenam dierum ideo in hoc seculo tamdiu durare disposuit divini consilii inscrutabilis altitudo, ut eius testimonio tanta virtutum mundo innotesceret claritudo. Testis enim mihi erat conscientia, quod mea ad hoc opus nequaquam assurgere quivisset insipientia; attamen id non virium presumptione, sed potius humili subire temptaveram devotione, ut, si forsan quisquam fidelis hoc postmodum elegantiori stilo elucidare voluisset, omnem rei veritatem sibi prescriptam invenisset. Hoc enim opus nullo dictaminis fulcitum lepore, ne vestrae auctoritatis censura contempnendum iudicaret ob vilitatem mei, videlicet non inmerito despicabilis personae, offerendum decrevi quibusdam probabilibus viris, liberalium artium scientia satis peritis, a quibus sepe legendo et relegendo probatum, dignum in[b] publicum afferri ab illis est iudicatum. Verumtamen, priusquam publicetur, ad sinus vestrae pietatis confugio, quia adhuc nec vestrarum nec alicuius, si tantum caritate dictante fiat, emendationem refugio, humillimę rogans, ut, si stilus in hoc incultus, nullo dictaminis genere fultus, vel presumptuosa mei reprobatur temeritas, descripta rerum saltem approbetur veritas, et si, repulsa peccatis, non consortio vestri, scilicet filiarum eiusdem beatissimae matris, huius mei laboris promerente emolumento, vel ultimae parti ancillarum asscribi merear, vestri oraminis fulta interventu.

3.[c] Inchoandi[d] operis Spiritus sanctus[e] assit exordio, qui operatus est quicquid boni a quoquam ceptum vel perfectum est a mundi exordio, ut hoc etiam[f] perficiatur amministratione suorum donorum, in quibus consistit initium et finis omnium bonorum. Considerata autem nostrae parvitatis imperitia, trepidamus tanti operis temptare initia. Perspecta vero divini muneris largitate, mens nostra non formidat, quia, testante euvangelio: Ioh 3, 8. *Spiritus ubi vult*[g] *spirat;* quem ut huic calamo asspirare[h] speremus, in sanctae matris nostrae Adelheydis meritis fidutiam habemus; cuius laudabilis vitae seriem litteris commendare conamur nos humiles eius ancillae, orantes, ut fomite sancti Spiritus flamescant in nobis naturalis ingenii scintillae. Sed[i] nunc inprimis competens videtur, ut eius summae nobilitatis tangatur genealogia, quam ipsius nominis prodit ethymologia, deinde presentibus et futuris ad edificationem eius sanctae conversationis scriptis innovemus memoriam,

a) tua p̄dentia 1. b) impubl. 1. c) *incipit* 2, *ubi praemissa rubra:* Incipit Vita sancte Adelheydis virginis, cuius festum agitur ipso die sancte Agathe virginis. d) Inchoati 2. e) sancti gratia 2. *Sur.* f) opus *add.* 2. g) sp. v. *corr.* v. sp. 1. h) asp. *corr.* assp. 1. i) Cum inpr. 2.

1) Moniales Vilicenses alloquitur.

Deique in ea mirantes virtutem, ipsi referamus gloriam, qui, ut apostolus testatur, omnia 1. Cor. 12, 6. in omnibus operatur. Pater eius comes illustris Megengoz[a] cognominatus[1] sapientia, nobilitate, divitiis, exceptoque[b] regimine et prenomine regni, ut rex suo tempore magnus inter principes habebatur et nominatus. Mater vero Gerbirg nuncupata, eque illi nobilissimo germine propagata, filia exstitit ducis cuiusdam nomine Godefridi[2], tunc temporis magni et incomparabilis viri. Huic enim [nobili[c]] matronae fuerunt quatuor fratres, prestantissimi inter universos illius temporis primates; quorum unus paterno nomine et honore sublimatus[3], obiit[4] heu! legitimae uxoris et liberorum iucunditate numquam letatus. Alter vero donatus posteritate nobilissimae prolis[5], attavus fuit Henrici nuper defuncti imperatoris 1056 Et universos perspicuos primates, quibus adhuc Theuthonica Frantia nobilitatur[d], a duobus reliquis fratribus lineam nobilitatis traxisse vero testimonio comprobatur. Duo[e] vero prenominati tantis mundanae gloriae nitentes splendoribus, studebant etiam ante[f] Dominum fulgere variis virtutum floribus, et ideo ad augmentum tanti honoris donati sunt adoptione unius masculae prolis, cui humanitus impositio[g] aviti nominis[6] et divinitus collata est dignitas eiusdem virtutis et ominis. Quatuor enim[h] filias genuerunt; quarum binas spe posteritatis nuptum[i] tradiderunt; quae ambae et maritali potentia et omnium bonorum et divitiarum illustres exstiterunt affluentia. Ex quibus una nomine Irminthrudis[k, 7] avia erat Henrici magnifici ducis[8] et Adhelberonis[l] Metensis episcopi[9], Friderici[m] ducis[10] fratrumque suorum[11], magnorum scilicet huius temporis virorum. Altera vero Alverad[n] nominata similiter suae posteritatis preclaris incrementis erat donata[12]. Reliquae vero binae Coloniae mancipatae[o] sunt servituti et legi divinae[p]; una[13] in monasterio sanctae Dei genitricis Mariae[14], quae tanta promovebatur industria morum, observantia regularis imperii, ut digne constitueretur domna et mater illius monasterii. Haec vero, de qua nobis est sermo, in monasterio sanctarum virginum subiit suave iugum Domini secundum regularem institutionem sancti Iheronimi[q]. In qua dulcis presignabat infantia, quantae probitatis ventura[r] etas exornanda esset prestantia. Nondum enim transcensis annis puellaribus, cepit devotę versari in phylosophiae laribus; cuius institutione postquam se recognovit[s] animal rationale, pervigili studio laborabat refici sapientiae şale; quod Dominus, qui non improperando dat omnibus affluenter, fieri permisit, quia in posterum hoc multis profuturum previdit. Tali namque nutrita alimento, tantae probitatis et virtutis[t] cepit crescere incremento, ut annos adolescentiae morum gravitate transcenderet illamque senectutem actu et habitu in se pretenderet[u], quae, ut habetur in scriptis, talibus prophetae commendatur dictis: *Senectus* Sap. 4, 8. *venerabilis non*[v] *diuturna neque numero annorum*[w] *computata.* Interim cum Godefridus, frater eius, processisset in robur virile essetque elegantiae ac strennuitatis mirae, imperatorem Boemios[x] cum exercitu adeuntem est comitatus[15], honorifica suorum milicia omnique 977? bellico apparatu heriliter stipatus; ubi factus belligerator insignis et fortis, meruit excipere[y] victoriam gloriosae mortis; cuius cadaver a suis, licet multo laboris sudore, tamen ad

a) Megengor 2 *semper.* b) que *superscr.* 1. c) *deest* 1. d) notabiliter et 2. e) Duo — et ominis *des.* 2, *pro quibus haec habet:* Prefati igitur coniuges Megengor et Gerbirg. f) a. D. *alio atram. in loco raso c.* g) impositi *corr.* impositio 1. h) *deest* 2. i) nuptui 2. k) Remyntrudis 2. l) Atelver. 2. m) et Fred. 2. n) Alverat 2. o) nuncupate 2. p) *alio atram. in loco raso* 1; divina 2. q) Iherominі 1. r) futura 2. s) cogn. 2. t) cepit virt. *corr.* v. c. 1. u) procederet 2. v) nec 2. w) *deest, manu s. XVI. ante* num. *suppl.* 1. x) Bohemos 2. y) accip. 2.

1) De quo cf. praecepta Dipl. I, O. I, nr. 226. 320. 321; Stumpf, Acta imp. nr. 224. Neque vero in his neque in infra laudatis comitis titulus ei tribuitur. 2) Filia fuit Gozelini, soror Godefridi comitis Virdunensis, Arduennae et Hannoniae, qui hic cum patre confunditur. 3) Godefridus I. dux Lotharingiae inferioris a. 1012—1023, filius Godefridi comitis, nepos, non frater, Gerbirgae. 4) A. 1023. vel 1024. 5) Hunc fratrem Gerbirgae Heinricum, ut creditur, dictum coniiciunt ex hoc loco patrem fuisse Iudith, uxoris Ottonis ducis Carinthiae, avi Conradi II. imperatoris. 6) Godefridus videlicet filius Megengaudi et Gerbirgae vocatus est, ut infra dicitur. 7) Cuius uxor fuerit, non constat. Filiam eius ignoti nominis Friderico comiti Mosellacensi nupsisse, ex hoc loco cognoscitur, cum eius filii fuerint fratres qui hic dicuntur. 8) Bawariae a. 1042—1047, defuncti a. 1047. 9) III. huius nominis a. 1047—1072. 10) Lotharingiae inferioris a. 1046 1065. 11) Giselberti comitis Lucemburgensis et Theoderici. 12) Ignoratur, cui nupserit. 13) Infra c. 6. Berthrada dicta. 14) In Capitolio dicto. MAB. 15) Cum Otto III. in diplomate infra (p. 758, n. 7) laudato dicat, monasterium Vilicense cum consensu Ottonis II. imperatoris constructum esse, ex iis quae sequuntur elucere videtur, Godefridum in secunda expeditione Bohemica a. 977. occisum esse.

patriam, Deo gratias! reductum est cum honore. Hac namque adversa [prefati[a] coniuges] 1. Cor. 7, 31. tacti fortuna, recordati[b] sunt, quod, teste apostolo, preterit huius mundi figura, ceperunt[c] uti mundo tanquam non utentes, toto desiderio ad celestem patriam tendentes, quam carentem fine sciverunt[d] numquam posse interire. Omnium igitur rerum quae huic filio defuncto rectae distributionis sorte ceciderunt Deum heredem[e] fecerunt, ut meliori recompensatione[f] hereditatem meruisset in paradiso deliciarum[g], qua immatura[h] morte preventus caruit in hac convalle[i] lacrimarum. Tunc in loco qui dicitur[k] Vilika[1] templum honorabile Domino erexerunt[l] a fundamentis, illud decenter ditantes[m] prediorum vel mancipiorum sublementis[n]. Amboque incolomes et sani decreverunt propter Christum disiungi a lege coniugali, quibus tamen meliori spiritus coniunctione[o] et equali cepti operis colligatis cura erat cor unum et anima una. Ille enim propter frequentiam suorum et exterorum, quae[p] illi ut regi semper ingruebat, quasi spetietenus mundo inserviebat, predia sua lustrando et presidendo, Christique gratia mediante, omnia prudenter ac[q] iustę disponendo. Si quando vero, populo paululum remoto, aliqua quietis invenit otia, haec vertere studuit in honesta negotia, allocutione usus capellanorum, ut per eos Theutonice exponerentur lectiones voluminum divinorum; quas ideo tam ardenter audire[r] expetivit, quia preceptum Iacobi apostoli factis Iac. 1, 22. implere concupivit: *Estote factores verbi et non auditores tantum.* Illa vero illustris matrona, prorsus a multitudine populi semota, stabilis mansit in loco edificandi monasterii, accelerans opus structurae instantia prudentis magisterii semperque intenta servituti divinae, ieiuniis et[s] orationibus invigilabat nocte ac die. Haec enim faciendo non est dubium, quin pre- 1. Tim. 5, 5. celleret viduas, illas videlicet[t], quas merito continentiae apostolus appellat veras, quae post mariti mortem faciunt ex necessitate virtutem, quam et haec fecit non defuncti mariti necessitate coacta, sed igne[u] divini amoris intrinsecus tacta. Tunc in predicto loco adunata virginum sodalitate[v], a quibus divina excolerentur servitia, filiam a monasterio redimentes sanctarum [virginum[w]] prediis, tradiderunt illi[2] curam regiminis. Tunc namque prudens dispensatrix constituta in magni Patrisfamilias domo, cepit augeri omni studio et opere bono, maternamque subditis adhibens curam, fideliter in tempore[x] suo erogavit tritici mensuram. Tunc exultabant in Domino pii parentes, tantum suae prolis sibique subditarum virginum profectum videntes, cupientesque eas adhuc excellentiorem arripere viam, rogabant, ut, mutato habitu, monachicae conversationis subirent vitam. Haec, quia adhuc iuvenis cultum[y] vestium suae religioni congruentium, ut ipsa asseruit, multum concupivit, humili responsione illorum petitioni contraivit, affirmans, Deum non querere coacta servicia, sed quae voluntarii cordis[z] simplex offert[a] munditia. Cuius humile responsum attendentes, salva pietate, animum revocabant ab incepta voluntate. Tunc rebus satis decenter ornatis, 987. locum[b] illum tradiderunt manui[c] imperatoris[3], tercii scilicet Ottonis, ad perpetuam tutelam regiae defensionis. Qui gratia eorum[d] dilectionis locum[b.4] illum absolvit ab omni iugo secularis[e] districtionis, donans libertate[f] secundum legem et constitutionem monasteriorum Ganderesheim, Quidelenburg[g], Asnithe[5], ita scilicet, ut nullus iudex vel advocatus inde umquam exigeret servitium aut in eiusdem loci confiniis ageret placitum, nisi quantum placuisset abbatissae vel congregationi sibi commissae; et ut in perpetuum[h] libera frueretur potestate abbatissam sibi eligere in ipsa sororum sancta sodalitate. Cuius libertatis donatio ut in perpetuum rata foret et firma, dabantur testamenta domni apostolici[6] et duorum imperatorum, scilicet Ottonis[i.7] et[s] Henrici[8], manuscriptione ac sigilli impressione con-

a) pr. coni. *des.* 1; *quae verba non autentica, sed a librario suppleta videntur; cf. p.* 757, *n.* e, *ubi eadem verba suppleta.* b) dati — figura *alio atram. in loco raso scr.* 1. c) ceperuntque 2. d) scierunt 2. e) f. h. 2. f) comp. 2. g) scilicet sorte id est parte *superscr.* 2. h) matura 2. i) valle 2. k) V. d. 2. l) erexit 2. m) *deest* 2, *ubi:* pr. v. m. cumulans. n) *sic* 1. 2; supplementis *Boll.* o) coniunctioni 2. p) qui 2. q) et 2. r) aud. exp. quia *alio atram. in loco raso scr.* 1. s) *deest* 1. t) *deest* 2. u) d. am. igne 2. v) sedulit. 2. w) *deest* 1; s. v. red. 2. x) tempre 1. y) cultu 1. z) corde 2. a) affert 2. b) i. l. 2. c) manu 2. d) earum 2. e) *sic* 2 *et dipl.; deest* 1. f) libertati 2. g) qui dicitur delenburg 2. h) imperp. 1. i) Octonis *h. l.* 1.

1) Vilich (circ. Bonn). 2) In bulla Gregorii V. (n. 6. laudata) legitur: *abbatissa . . . Azela, quae ei prima praeesse videtur;* quae alia forma est nominis Adelheidis pro Adela. 3) Tunc regis; quod Andernaci a. 987, Ian. factum est; cf. bullam et praeceptum n. 6. 7. laudata. 4) Sequentia ex diplomate Ottonis III (n. 7. laudato) sumpta sunt. 5) Essen. 6) Gregorii V. datum a. 996, Maii 24, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 3863; Lacomblet, 'Niederrhein. UB.' I, p. 77, nr. 126. 7) III. datum a. 987, Ian. 18, Lacomblet I, p. 74, nr. 122 (St. 902). 8) II. datum a. 1003, Febr. 26, Stumpf, Acta imp. nr. 33 (St. 1348).

firmata; quae adhuc apud nos retinentur[a] custodia fideli, ne posteros lateat veritas[b] huius rei. Et non multo post domna Gerbirg[c], perseverantia catholicae fidei omniumque[d] bonorum operum Domino veniente vigilans inventa, ipso vocante, est rebus humanis exempta[e,1], c. 995. nimirum donanda illius beatitudinis premio, quod vigilanti servo Dominus promittit in euvangelio.

Tunc matre orbata nobilissima[f] proles, ad Deum, quem a primeva etate dilexit, ardentius suos convertit mores; et quod utroque parenti de mutando habitu prius contradixit, tunc statuens ante oculos mentis, salubri compunctione tacta est gratia Dei[g] omnipotentis, et qualiter ad monachicam[h] religionem pervenire posset, secum reputabat omnibus momentis. Sapientia vero, quae in mente sua habitationem fixit, ne hoc tam subito inchoaret, interdixit, monens, ut necessarios virium sumptus computaret in secreto mentis, si forte sufficere posset ad subeundam regulam beati Benedicti, ne his[i] deficientibus caderet in opprobrium euvangelici dicti: *Hic homo cepit edificare et non potuit consummare.* Nam Luc. 14, 30 cotidianae refectionis hora, spretis carnibus ceterisque variis et exquisitis alimentis, monachilis edulii tantum contenta est alimentis, insciis tamen cunctis circumsedentibus, excepta una sororum, quam bonae conversationis merito probatam consciam[k] habuit secretorum. Lineis etiam indumentis foris nitebat ad oculos hominum, subtus autem ad carnem laneae vestis asperitate sè afflixit propter Dominum[l], edomans corpus nobilis et mollis naturae ad sufferendam institutionem legis durae. Cum enim necessarios virium sumptus per unum annum ita laborans computaret eosque ad peragendum laborem inchoati operis sufficere speraret, tamen non suis confisa meritis, sed gratia Dei, diu deliberatum animi votum confirmavit effectibus rei. Tunc vocata venerabili abbatissa et prioribus de sanctae[m] Dei genitricis monasterio[2], humili devotione illarum sese subdidit magisterio, ut per illarum doctrinam monachicae conversationis inveniret viam; suadens subiectis[n] materna pietate, ut hanc eandem non dubitarent secum intrare. Hoc quibusdam illarum nolentibus, sed retro post seculum abeuntibus, illa vehementer condoluit, quia more apostoli omnes sicut se ipsam esse voluit. Has autem, quas Dei suique caritas, ne abirent, irretivit, 1. Cor. 7, 7 tam mirando salutis exemplo preivit, ut, quamvis ceteris preesset nomine et dignitate magisterii, se[o] ipsam tamen plus[p] omnibus strinxisset omni difficultate regularis imperii, et alias, ne forte corruissent, ieiunando et orando sustentare curavit, zeloque[q] iusticiae mox orta cepit amputare vicia, ne crescentis sanctae religionis suffocarent inicia[r]. Nam et maternam in[s] corde servans caritatem et foras exercens[t] iudicii severitatem, materno affectu flagella exteriori adhibuit[u] homini, ut spiritus salvus fieret in die[v] Domini; zelum autem rectitudinis semper temperare curavit spiritu mansuetudinis, quia illud sua recoluit maternitas[w], quod iusticia, si modum excedit, sit severitas. Sepe enim correptione peracta, ut mater clementissima compassione pia in animo tacta, sic allocuta est provectae aetatis sorores, quas sui alloquio dignas sancta religio et compositi effecerant mores: 'O quanta miseratione moveor super filias meas, quia gravi flagello afflixi[x] eas! Ob quod rogo et ammoneo, ut vestrarum piae[y] ammonitiones vel consolationes illis adhibeantur[u], ne forte habundantiori tristicia absorbeantur[z], quin potius a pravitate correctae, Dei meaeque filiae efficiantur electae'. O quam suavia verba et benigna, eterna[a] memoria non inmerito digna! Sic sic miscens tempora[b] temporibus, blandimenta terroribus duris et obstinatis, secus apostoli preceptum arguendo[c], increpando, obsecrando tamdiu instabat[d], quousque animas illarum 2. Tim. 4, 2 a peste viciorum sanabat.

4. Domnus itaque Megengoz post obitum coniugis supervixit trium annorum spatia, adauctus[e] in omni bono Spiritus sancti gratia, ad celestia tendens, sapientia et iusticia duce, Domino vocante, in loco qui dicitur Gellere[f,3] migravit[g] ex hac[h] luce[i,4], ab eo coronandus procul dubio, pro[k] quo legitime hic c. 998. certavit pervigili studio. Eadem vero nocte sui obitus beatae filiae suae in stratu quiescenti et[l], ut ipsa asseruit, nec aperte vigilanti nec integre dormienti visus est quidam astitisse eiusque auribus dulciter cantando[m] verba prophetae[n] fudisse: *Ecce quomodo moritur iustus, et nemo percipit corde. Viri iusti* cf. Es. 57, 1 *tolluntur* et cetera. Cumque facto mane hanc visionem sororibus venisset nuntiare, nondum completo sermone, nuntius superveniens, eum ex hoc seculo migrasse nuntiavit. Cuius exequiis a filia peractis, studio religiosi apparatus in proprio monasterio una cum coniuge est honorifice sepulturae mandatus; qui postmodum in somnis apparuit cuidam sororum illius monasterii, quasi glorificatus potentia et decore regalis imperii. Quem cum diutius intuita miraretur et, an ipse esset domnus Megengoz, percunctaretur, ille responsione tali illam[o] hilariter cepit affari: 'Hoc mihi[p] nomen erat adhuc corporali mole gravato, nunc vero Megengaudus[q], vocabulo in melius mutato, quia absolutus vinculis peccatorum, gaudio perhenni fruor in consortio patriarcharum et omnium beatorum. Tunc nobilissima virgo, defuncto patre,

a) retinent̄ 1. b) h. r. ver. 1. c) Gerburg *h. l.* 2. d) que̋ *post superscr.* 1. e) excepta 1. f) beatissima 2. g) omn. Dei 1. h) monasticam 2. i) iis 2. k) conscientiam 1. l) Deum 2. m) sancta 2. n) subiectus 1 o) semet 2. p) *deest* 2. q) zeloque — vicia *des.* 2. r) *e corr.* 1. s) s. in c. 2. t) exsercens 1. u) exhib. 2 v) diē 1. w) patern. 2. x) affixi 1. y) pia 2. z) absorbentur 2. a) eternę a 1. b) temporibus tempora, terr. bland. 2. c) *alio atram. in marg. suppl.* 1; incr. obs. arg. 2. d) stabat 2. e) ad. — gratia *des.* 2. f) Gelrie dic. 2. g) ad Dominum *add.* 2. h) hoc 1. i) *alio atram. in loco raso* 1. k) pro — studio *des.* 2. l) *deest* 2 m) haec *add.* 2. n) prophetica 2. o) h. c. i. 2. p) n. m. 2. q) Megengaudius *Sur.*; vocor *add.* 2.

1) In bulla Gregorii V. laudata iam mortua dicitur, Megingozo etiamtunc superstite, qui infra c. 4. tribus annis post eam defunctus esse dicitur. Gerbirg igitur circa a. 995. obiit. 2) S. Mariae in Capitolio Coloniensi, ut Mabillonio videbatur. 3) Geldern. 4) Cf. n. 1.

libera rerum suarum potita facultate, summo nisu cavebat, ne aliqua occasio[a] necessitudinis obstaculum fieret his[b] incedentibus semitas rectitudinis, memorque preceptorum sancti Benedicti pii patris, factis implevit nomen vel officium matris, quaeque necessaria victus et vestitus voluntarie prebens eis[b], ne forte in aliquo pateretur[c] detrimentum gregis. Hiemis tempore, matutinorum officio completo, dormitorium repetens cum ordine sororum, lectulos puellarum visu diligenter lustravit et[d] pedes singularum, donec[e] calori redderentur, piis manibus[f] ipsa fricavit. Nam et infirmas sorores secus precepta regulae non solum prudentibus et sollicitis sororibus commisit, sed et ipsa, nulla causa intercipiente, cotidie revisit, et ante lectulos singularum[d] humiliter flectens[g] genua, manibus capita clementer erexit cibosque ac potus dulciter ad os porrexit, et tam largiter fletibus nobiles perfudit maxillas, acsi ex proprio utero genuisset illas. Huiusmodi vigilantia pastoris a secularibus curis oves expeditae, tantis excreverunt profectibus regularis vitae, ut his fierent virtutis exemplum, quae prius in eis huius religionis posuerunt fundamentum.

5. Cum autem[h], adiuvante Domino, tam decenter ordinasset interiora necessarioque mentem Matth. 6, 33. extendisset ad exteriora, memor dominicae exhortationis, scilicet: *Querite primum regnum Dei, et haec omnia adicientur vobis*, regnum Dei quesivit cum ipsis exterioribus, fidem spemque habens de recipiendis maioribus. Nam ex possessionibus monasterii curtem unam Domino singulariter delegavit, ex cuius annuis fructibus vel reditibus 15 pauperes vestiri et cibari perpetualiter[i] mandavit, quibus et annuatim instante dominico natali 15 solidos statuerat dari. Alios etiam 15 pascendos instituit ex interioribus sumptibus monasterii, quibus annuo tempore quadragesimali prescriptam pretii computationem[k] dari et per annum in festivitatibus apostolorum 12 solidos et in singulis diebus ieiunii quatuor temporum tres tantum nummos cum plena ceterarum rerum erogatione. De hac constitutione sepe[l] convenit unanimitatem sororum, ne umquam solvi paterentur temporibus sui successorum[m], veraciter illis predicens, si quando huius[n] constitutionis fieret infirmatio, utriusque[o] felicitatis procul dubio illis afforet imminutio. Quod nunc ideo litteris commendatur, ne umquam per evum oblivioni tradatur.

6. Quodam igitur tempore, cum pene omnis mundus affligeretur inopia acerbae famis, comperta tanta[p] eius[d] largitate, famelici undique ad ipsam confluxerant quasi ad sinum matris, et per plateas et exitus viarum multi semivivi iacentes exspectabant solitam dispensationem sui elemosinarum. Super quorum necessitatibus misericordia mota, singulis consulere curavit devota, quia sanis et valentibus solidum cibum, id est panem et lardum erogavit, minus vero valentibus ministravit holera aut legumina carne curiosę decocta; tumidos autem et pene desperatos vita recreavit sorbellis mixtis aqua, modica etiam farinula vel[q] sagina, hoc summa procurans diligentia, ne cibis nimia aviditate sumptis periclitarentur corpora alimentis diu carentia. Hanc namque lampadem bonitatis[r] coram hominibus fecit lucere ad gloriam celestis Patris. Sed in absconso, nesciente sinistra, tantum ad largitatem elemosinarum porrecta erat dextera, ut sepe, dum ad[d] clamorem pauperum nummos ad manus[s] non habuisset, clam extrahens caligas in sinum pauperis misisset. Haec et alia quae in absconso, Patre suo celeste[t] vidente, faciebat, summo nisu ab omnibus videri cavebat; quae si[d] per singula tangere nostra temptasset[u] narratio, nimirum in infinitum procederet ratio[v]. Quapropter in[w] ea Dominus vere sententiam con- ib. 13, 12. firmavit, scilicet: *Omni habenti dabitur, et habundabit*. Habens enim Dei et proximi caritatem, tantam utriusque hominis meruit felicitatem, ut exterius terrenarum divitiarum bonis, interius spiritualibus[x] virtutum polleret donis[y], quibus[z] instituit, auxit et firmavit sanctam religionem et scolas[a] divini servitii, quae semper fuerunt summa cura sui[b] officii. Has cum frequenter[c] ingressa moveret de arte grammatica questiunculas, si qua forte suae questioni congruenti responso[d] obviavit, mox illam maternę deosculando[e] aliqua mercede donavit et spe sui profectus perfusa est spirituali leticia. O caritas[f] magna cunctisque aure percipientibus miranda, quae numquam refrigerata, bono zelo semper estuavit, quia in eo, Deo cf. Matth. 24, 12. gratias! iniquitas non habundavit. Interim predicta sorore eius Berthrada in Christo feliciter obeunte, archipresul sanctus Heribertus[1], sciens hanc matrem nostri[g] septam omnium virtutum[h] munimine, voluit, ut defunctae sorori succederet in regimine[2]. Sed illa totis viribus renitebatur seque tanti honoris indignam fatebatur. Cum vero[i] imperatori[3] Aquasgrani[k] tunc commoranti nuntiatum fuisset, quod neque iubenti neque petenti episcopo consensisset, eam[l] inperiali potentia vocabat defunctaeque sororis honore[m] sublimabat. Mox annuente Domino declaratum est in metropoli civitate Coloniensium, quid prius operaretur in obscuro[n] tugurio Vilikensium, et iudicio[o] eiusdem archipresulis sapientia et[p] religione omnique sanctitate cunctis sui ordinis decernebatur incomparabilis. Quapropter venerandus antistes tanto amore illi[q] est colligatus, ut eius consiliis pareret in quacumque divinarum rerum ordinatione eamque summa excoleret veneratione. Erat enim inter eos tam mira caritas Deoque grata familiaritas, ut in omnibus operibus bonis unius esse[r] viderentur moris; et ideo non potest dubitare omnis homo, quin et nunc

a) occasione 2. b) iis 2. c) paterentur detrimenta greges 2 d) *deest* 2. e) et d. 2. f) i. m. 2. g) g. fl. 2. h) igitur 2. i) perpetuis temporibus 2. k) commut. 2. l) conv. s. 2. m) successarum 2. n) huiusmodi 2. o) uti usque 2. p) *post superscr.* 1. q) et 2. r) pietatis 2. s) manum 2. t) *sic* 1; celesti 2. u) temptaret 2. v) *sic* 1. 2; oratio *Boll.* w) D. in ea 2. x) spiritualium 2; poll. v. d. sp. 1. y) bonis 2. z) que 2. a) scolam 2. b) *alio atram. in loco raso* 1. c) fr. ingr. *alio atram. in loco raso* 1. d) responsione 2. e) oscul. 2. f) carita 2. g) nostre matri septem 2. h) similem *add.* 2. i) ergo 2. k) Aquisgr. 2. l) eamque, que *erasum* 1. m) honori *corr.* honore 1. n) curo tug. Vilic. *(sic h. l.) alio atram. in loco raso* 1; Vilik. tug. 2. o) ind. 1? 2. p) *deest* 2. q) est i. 2. r) v. e 2.

1) Coloniensis a. 999—1023. 2) Monasterii S. Mariae in Capitolio Coloniensis scilicet; cf. c. 3. 3) Num Ottoni III, an Heinrico II, ignoratur.

habitent in una eademque eternitatis domo. O felix in illis diebus Colonia Agrippina, in cunctis rebus bene ordinata lege divina, dum iste studiosissimus imitator Petri, doctor ac rector exstitit populi et cleri, et haec talis ac tanta virginum choris prefuit religione sancta! Haec igitur venerabilis virginum domna et mater, quam in pauca fidelem supra multa constituit celestis[a] Pater, exemplo veri pastoris geminato [cf. Matth 25,23] ovili intente invigilabat, omnibus momentis illud euvangelistae sepe iterans in secreto mentis: *Cui multum donatum est, multum queretur ab eo.* [Luc. 12, 48.] Verumtamen illis quas in Vilika Domino parturiens lacte salutaris doctrinae nutrivit singularitatem quandam materni[b] affectus impartivit. Quod nulli mirum videtur, quia quod carius acquiritur, carius et possidetur. Nam omnis nitor Coloniensis gloriae has numquam potuit eius auferre memoriae, quin semper doleret corporis presentia eis aliquamdiu abesse, quibus[c] spiritu tamen omni[d] hora consuevit adesse. Si quando vero filiae matris reditum meruerunt, acsi ipsum Deum[e] presentem vidissent, exultaverunt, quia ut pullos sub alas congregat gallina, sic omnes ad se traxit karitate ac benignitate mira. Vultum, habitum omnemque singularum[f] qualitatem diligenter previdit et, si quem[g] necessariarum rerum defectum ea absente paterentur, diligenter perquisivit. Vere haec[h] erat pastrix et non mercennaria, quia numquam patiebatur gregi deesse vitae utriusque necessaria. Plerumque[i] enim clam, celleraria[k] et ceteris sororibus insciis, promptuarium ingressa, vinum, carnes, pisces aliaque multa sibimet ipsi furabatur, quae distribuit puellis minoris etatis sororibusque[l] imbecillitate gravatis, ut, si quid in constituta annona defuisset, hoc suo memorabili furto suppleri potuisset.

7. Quod ideo furtim fieri decrevit, quia Patris sui in absconso videntis retributionem delegit[m], et quia de prodiga dispensatione rerum a suis frequenter arguebatur[n]. O furtum non inmerito laudandum, presentibus et posteris iure perpetualiter[o] memorandum, quod cum humano iudicio maximum decernatur vicium, admiranda virtus facta est per maternae caritatis officium! et[p] per quod multi vadunt ad tormenta, per hoc illa virtutum et premiorum[q] meruit incrementa. O gemma virginum pretiosa, quae omnium[r] virtutum splendore tam magna ante[s] Deum extitit et gloriosa, ut adhuc conversatam in huius mortalitatis peregrinatione Dominus clarificaret virtutum operatione! Si qua enim sororum, quia, ut scriptum est[1]: *Non omnes possumus omnia*, cantanti choro sonorae vocis non congruebat armonia, correpta vel alapis percussa a pia matre, per[t] omne tempus sequentis vitae delectabili vocis donata est claritate. Eodem modo et[u] sepe increpabat longa egritudine aliquos[v] laborantes, quod[w] inutiliter tempus vitae expendissent manibus non operantes; qui[x] mox post verba increpationis a Domino meruerunt gratiam salvationis. Cellerariam[y] enim aliquando vinum de cupa producentem festinanter per nuntium accersivit; quae in obedientia[z] nesciens moram, eius presentiam velociter adivit, ore cupae non obfirmato, sed duciculo secum in manibus asportato. Quod cum in semet[a] reversa attendisset[b] et de effusione vini ultra quam credi possit[c] timuisset, procuratrix sancta illam confortans pietate materna, clementer prorupit in huiusmodi verba: 'Nolo, soror, contristeris[d] ob eventum huius rei, quia hoc dampnum recuperabile erit per virtutem et gratiam Dei; verumtamen, quid actum sit, videndum eamus et, sive prospera sive adversa occurrerint, Domino gratias agamus'. Quo[e] cum pari sollicitudine venissent et nec in[p] una saltem gutta dampnum vel diminutionem vini[p] invenissent, celleraria humiliter provoluta pedibus matris, hoc memorabile factum imputabat merito suae sanctitatis; sed illa e contrario hoc divinae potentiae suaeque potius asscribendum iudicans obedientiae, interdixit, ne hoc divulgaret, quamdiu presens vita eius corporis artus vegetaret. Illa vero nefas esse iudicans hoc divinae virtutis inditium silentio tegi, quibusdam sororibus secretius indicavit pro laude Dei. In his enim et in omnibus quae fecit per illam Dominus semper refugit mundi extolli favoribus, mente revolvens nimis esse[f] periculosum laudare felicitatem navigantis per hoc mare magnum et spatiosum, cum animus in dubio semper hesisset, si forte ad optati portus stationem perventura fuisset. Sed Pater noster celestis, qui cuiusque operis in absconso perpetrati conscius probatur et testis, hanc lucernam sub modio latere noluit, sed super caudelabrum [cf. Matth. 5, 15.] positam splendore bonitatis multis lucere voluit. Quae tamen[g] clarius mundo illuxit, postquam eam Dominus a dubio huius navigii ad certitudinem portus perduxit. Sed cum Dominus, qui, teste Scriptura, [ib. 16, 27.] reddit unicuique iuxta opera sua, ipsam pro meritis vellet remunerare, cepit paulatim viribus corporis deficere, sed solitis virtutum studiis proficere, quia ut[p] voce Domini ad apostolum dicitur: *Nam virtus* [2. Cor. 12, 9] *in infirmitate perficitur.* Appropinquante igitur obitus sui die, cura debitae provisionis revisit monasterium sanctae Dei genitricis Mariae, et in festivitate sancti Blasii martyris post vespertinalem cenam correpta [Febr. 3.] est periculoso dolore gutturis, quem[h], post completorium lectulo reclinata, signis innotuit cuidam sorori Yda[i] nomine, quam in monasterio proprio regulariter educatam semper[k] secum solebat habere. Quae sperans nichil esse periculi, secura revisit fomenta lectuli. Ipsa vero sciens se hoc resolvi dolore, pervigilem duxit noctem timore mortis, quae iusto eque et impio timenda constat, quia est amara et fortis. Quod nulli mirum videatur, quia ipse Dominus appropinquante morte tristabatur. Quapropter in stratu sustinere non valens noctis moras petensque monasterium, orando prevenit[l] matutinales horas, sicque

a) celis 2. b) interni 2. c) que t. sp. 2. d) *alio atram. in loco raso* 1. e) pr. D. 2. f) singularem 2. g) que 2. h) V. enim p. 2. i) Plerique 2. k) celleria ceterarumque sororum promptuaria 2. l) et sororibus 2. m) elegit 2. n) tale furtum fecit *add.* 2. o) perpetuo commemor. 2. p) *deest* 2. q) meritorum 2. r) animi 2. s) a. D. *des.* 2. t) p 1. u) ut 2. v) aliquas 2. w) quia 2. x) que 2. y) Cellarar. 2. z) obedientie 1. a) ipsam *add.* 2. b) attenderet 2. c) posset 2. d) ut contr. 2. e) Quod 1; Que 2. f) per. esse *corr.* e. p. 1. g) tum 2. h) que 2. i) *sic* 2; .ia. 1; *nomen omisit Sur.* k) sec. semper 2. l) prevenire volens 2.

1) Verg. Ecl. 8, 63.

Febr. 4. virtute qua potuit insistendo servitio Dei, missam sibi celebrare[a] fecerat in ipso crepusculo surgentis diei; in qua se dominici corporis et sanguinis sacramento munivit, sanctumque Heribertum[b] de se suisque conveniendum adivit[c]; qui ipsa narrante de morte eius certificatus, ultra quam credi possit, est mente consternatus, dolens se in morte eius ab ea separari, cui in vita indissolubili caritate consueverat alligari. Adhuc tamen firmiter retinens maternae intentionis fidem, suos[d] qui aderant in Vilika dilexit usque in finem; quibus per nuntium innotuit, se modice[e] tantum infirmari, ne illos[f] immoderato merore contigisset tribulari[g], rogans, ut quantocius eam venirent visendum. Quod heu! nescii[h] imminentis miseriae in crastinum decreverunt differendum[i]. Quo dilationis intersticio sancta illa anima carnis ergastulo resoluta, gaudia paradysi, ad quae vivens infatigabiliter suspiravit, perhenniter cum Christo victura, gaudens intravit[1]. Quod cum[k] in Vilika suis nuntiandum supervenisset legatus, quanti tunc gemitus quantique interius et exterius omnium essent[l] luctus, piget hac[m] reminisci materia, quia magis flere libet quam[n] aliquid plus dicere de tanta calamitatis miseria. Sed maximum huius desolationis[o] forte credebant remedium, si[p] saltem eam defunctam in hereditarium digni fuissent suscipere monasterium; et ideo episcopalem adeuntes presentiam, sepius numero pedibus provoluti[q], ipsius lacrimabiliter inquirebant clementiam, ut concederet corpus aput illas humari, a quibus semper obtabat se numquam separari. Qui previdens in Spiritu sancto, quid Dominus in[r] proximo per illam esset operaturus, contra haec ad tempus inorabilis[s] mansit et durus; et postea eorum[t] fletibus victus, monente Domino, misericordia[u] movebatur super afflictos[v], et tandem reddens corpus multis lacrimis exoratum, sic eos[w] allocutus est,
Febr. 5. largiter[x] fundens ploratum: 'Si corpus [sanctae[y]] Agathae virginis, cuius hodie festivitas colitur, habere meruissem in presentia, teste Deo, nulla mihi inter hoc et istud esset differentia, quia non est dubium, quin[z] anima eius pretiosa sit apud Deum'. Tunc concessa Vilikensibus secum[a] asportandi corporis licentia, ipse Deo dignus pontifex cum utriusque sexus ordinibus et tocius urbani populi subsecutus est frequentia. Et sancto corpore navi locato cum religiosi apparatus honore, nondum appositis remis, sursum contra impetum aquae velociter tendebat[b] absque remigii labore. Qua mira divinae ostensionis virtute Dominus Colonienses intelligere voluit, quod suas in Vilika eius sancto corpore orbari noluit. Tunc exequiis rite celebratis, et anima, ut[b*] non est dubium, exultante[c] in paradisi pratis, ab ipsa educata filia suae sororis[2], Deo volente, successit in[d] locum honoris; quae omni probitate omnique elegantia vultus et staturae in se pretendebat claritudinem[e] nobilis naturae.

8.[f] His ita[g] digestis, aggrediamur insignia miraculorum, quae[h] per illam Dominus mundo innotuit virtutibus manifestis, laudum officia persolventes illi, cuius munere promeruit, si[i] quid sibi operata est digni[k]. Ante tricesimum sui obitus diem pauperibus infra claustra monasterii confluentibus ad elemosinam, quidam cecus cum ipsis illo venerat ad manifestandam divinae virtutis gloriam; qui negligentia[l] sui ductoris incaute offendens in lapidem, quo tumulus claudebatur, corruit toto corpore prostratus, sed mox eius meritis surrexit visu[m] donatus. Quo facto sopita modernae desolationis tristicia, in omnibus tabernaculis nostris sonuit leticia. Huic enim gaudio mox maius gaudium successit, quod funditus[n] omne abscidit dubium, quod in priori signo corda aliquorum oppressit.

9. Mulier quaedam, edentis vermis ulcere in cruribus graviter vexata, ambulare nequivit, nisi vix baculo sustentata. Quae in visu ammonita, ad sepulchrum disposuit venire, ubi eius interventu gaudia sanitatis meruit invenire. Cuius eventum rei cum haec eadem propalasset in laudem Dei, altera quaedam derogavit[o] illi quasi mentienti; quae non multo post correpta est a diabolo. Qui multis divinorum verborum exorcysmis exire constrictus, virtutes Christi, quas per virginem suam[p] operatus vel operaturus erat, tandem confessus est victus. Et cum mulier traheretur ad sepulchri locum, cum nimio vomitu exiens, possessam reliquerat domum. Divulgatis itaque his aliisque pluribus signis et virtutibus divinis, tantus concursus populi factus est ex longinquis mundi partibus, quantus ex vicinis; quibus[q] pene claustra monasterii tam parva fuerant facta, ut multum disturbari videretur quies sororum sanctae religioni condecenter[r] apta. Eadem enim beatissima[s] adhuc vivens in corpore, memor precepti[t] Domini, quo in novissimo loco recumbere iussit ad nuptias invitato homini, rogavit, ut, si quando a mundo transiret, Domino vocante, non in sacratis[u] locis, sed infra claustra monasterii tumularetur. Sed Dominus respiciens humilitatem ancillae suae, quia potens est in dominatione omnis creaturae, quasi dixisset: 'Amica ascende superius, et erit tibi gloria', hanc honorificę infra muros monasterii receptam cum ceteris sanctis suis eterna fecerat celebrari memoria.

10. Dehinc magis ac magis ubivis[v] crescente signorum fama, illo tendens omnis qui vel egritudinis[w] vel alicuius molestiae laborabat plaga, quasi certissimum suae liberationis confugium eius frequentare

a) celebrari 2. b) Hereb. 2. c) audivit quia 2. d) suas qui erant 2. e) modicum 2. f) illas 2. g) turbari 2. h) nescie 2. i) differndum 1. k) dum 2. l) esset 2. m) rem. de hac 2. n) *e corr.* 1. o) dissolutionis 2. p) si — monasterium *des.* 2. q) provolute 2. r) improx. 1. s) inexorab. 2. t) earum 2. u) motus *add.* 2. v) afflictas 2. w) eas 2. x) f. l. 2. y) *deest* 1. z) quia 2. a) asp. s. 2. b) ascendit 2. b*) *deest* 2. c) exulante 2. d) hon. in l. *corr.* in l. hon. 1. e) claritudine 1; claritatem 2. f) De miraculis *in marg.* 2. g) itaque 2. h) per que 2. i) quidquid s. 2. k) digne 2. l) negligntia 1. m) visui 2. n) o. f. 2. o) i. q. m. derog. 1, *ubi* quedam illi *alio atram. in loco raso.* p) Dominus *add.* 2. q) bus p. cl. *alio atram. in loco raso* 1. r) decenter 2. s) abbatissa 2. t) precepto 2. u) sacris 2. v) ubique crebrescente 2. w) egr. vel *des.* 2.

1) Quo anno obierit, non constat; post annum vero 1003, quo in diplomate Heinrici II. supra (p. 758, n. 8) laudato occurrit, ante a. 1023, quo Heribertus mortuus est. 2) Ida sive Itta vocatur Gallia chr. III, col. 771, sed falso, confusa videlicet cum Yda supra p. 761, l. 52. dicta et cum Ida, filia Ezzonis com. palatini, cuius soror Mathildis postea abbatissa Vilicensis facta est (Brunwil. Act. c. 8, SS. XIV, p. 130).

non cessaverant tumulum. Inter quos venerat quidam nobilis, pro penitentia cuiusdam[a*] criminis ferreis nexibus apostolica auctoritate ligatus; a quibus post multa sanctorum perlustrata limina inibi tandem meritis illius ita[a] evidenter est relaxatus, ut dissolutorum proculque dissilientium vinculorum tinnitus omnium tunc in[b] monasterio consistentium perculisset[c] auditus. Veneranda igitur abbatissa materterae[d] suae docta[e] pietate, hunc absolutum per aliquantum temporis magnae humanitatis tractabat officio una cum germano fratre, qui proximum tanquam se ipsum diligens caritate non ficta, licet innocens, exceptis vinculis, per omnia communicato labore fratris emendavit delicta. Cumque, adhibito sibi tantae pietatis fomento, emortuae manus vel brachia pristini vigoris reviviscerent incremento, adiutos[f] caballis vel vestimentis repatriare[g] permisit magna hilaritate mentis. Ad vincula etiam[h] sancti Petri, nostri[i] scilicet Aug. 1. spetialis patroni, cuius hoc cenobium dicatum[k] est honori, quidam paraliticus, aurium vel[l] oculorum officio privatus, ad sacrae virginis[i] tumbam sanitati est donatus.

11. Si quis pauperum aliquam illi oblationem non ex habundantia[m] facultatis, sed ex intentione promptae obtulit[i] voluntatis, per eius fidissimum[n] interventum deinceps tocius necessariae rei meruit augmentum. De quo ne dubius maneat quisquam fidelis, illi proponimus profectum cuiusdam[i] pauperculae mulieris, cui haec fidissima[o] remuneratrix apparens[p] nocturna visione, ut sibi ex proprio labore albam afferret, potenti ammonuit iussione. Quod cum se[q] implere non posse respondisset propter nimiae paupertatis impedimentum, fortiter coegit, ut surgens diluculo a vicinis in nomine suo petisset[r] supplementum. Quae cum nil morata, sed, facto mane, cives suos rogando sacrae virginis curasset implere mandata, tanti[s] illi data est copia lini, ut non solum albam, verum[t] etiam necessarium indumentum operaretur sibi. Quam postquam ad sepulchrum detulit[u], tanta totius necessariae rei augmenta promeruit, ut per omne tempus vitae suae revolutione temporum anniversaria bovem aut porcum vel alia quaelibet illo detulisset donaria. Haec enim aliaque innumera miracula, quibus eam tunc temporis Dominus fecerat choruscare, nostrae tantillitatis stilus nequit singillatim exarare; de quibus quaedam tantum, quae[v] nostris temporibus facta visu et auditu probavimus, non reticere conamur, ne culpae[w] silentii subiacere videamur[x].

12. Unicus cuiusdam mulieris filius octo annos etatis totidemque gerens infirmitatis, excepto lingua et visu, omnium menbrorum erat[y] destitutus usu. Cui sanctissima virgo in somnis quadam nocte visa est astitisse omnesque nervorum contractus[z] resolvisse. Cumque ex hac menbrorum solutione magna vociferari cepisset exclamatione, omnes in domo quiescentes nimio stupore perculsi, lectulo eius advenerunt, omnibusque[a] naturaliter compositis menbris et erectis, eum velut exanimem invenerunt. Hic enim post unius horae spatium in semet reversus, quid sibi visum esset, circumstantibus innotuit; seque quantocius cum oblatione ad tumulum sacrae virginis deferri, patrem matremque instanter ammonuit. Qui de sanitate filii gaudentes, in parando oblationem moram[b] nescierunt, sed, puero animali imposito, ipsi festinanter ambulando iter carpserunt. Tunc Deus, qui in[c] sanctis suis est vere mirabilis, ipsis iter cf. Ps 67,36 agentibus occurrere permisit infortunium mali lacrimabilis, ut, dum ex hoc sublevarentur, mira opera eius eo plus manifestarentur. Cuiusdam igitur[d] fluminis pontem transeuntibus, iumentum gestans puerum de ponte prosiliit et una cum puero aquis inmersum per unam fere horam nusquam comparuit. Cumque irremediabiliter dolentes[e] de filii perditione eiulatum emitterent ex nimia[f] cordis contritione sanctamque[a] Adelheydam[g] clamarent impiam et crudelem nulliusque[h] meriti apud Deum, subito viderunt iumentum una cum sessore suo ad litus pervenisse illesum. Tunc eiulatu flentium mox verso in hilarem vocem gaudentium, ceptum peragentes iter, in festivitate sancti Gereonis, dum sonaretur primum signum[e] Oct. 10. matutinalis officii, Vilikam venerunt. Qui mox in ipso introitu mirabilia Dei propalaverunt. Quae cum publice predicarentur, ipso die sanctae sodalitatis caterva gloriam Deo concinebat[i] ymnis spiritualibus melodyae.

13. Quidam etiam[e] a diabolo captivus ad eius tumulum est liberatus, qui, quotquot annos supervixerat, pro inditio suae sanitatis censum illo detulerat. Quid plura? Omnibus signis et virtutibus, quibus, excepta resuscitatione mortuorum, ullum[k] sui electum Dominus mirificavit, eam[l] etiam mundo manifestavit. Ipsi laus et gloria per infinita seculorum secula! Amen.

a*) capitalis *add.* 2. a) tam 2. b) im 1. c) percussit 2. d) matertare 2. e) audita 2. f) adiutis 2. g) rapatr. 1. h) eius 2. i) *deest* 2. k) dedic. 2. l) atque 2. m) fecit *add.* 2. n) fideliss. 2. o) fidi *e corr.* 1; fidelissima 2. p) apparuit 2. q) illa *add.* 2. r) peteret 2. s) tanti — detulit *des.* 2. t) sed *Boll.* u) detulisset *Boll.* v) quae — facta *alio atram. in loco raso* 1. w) culpa 1. x) censemur 2. y) d. e. 2. z) retractus reliquisse 2. a) que *superscr.* 1. b) *superscr. ante* oblat. 1. c) est in s. s. 2. d) enim 2. e) *deest* 2. f) anima cordisque 2. g) Adelheidem 2. h) que me *alio atram. in loco raso* 1. i) concinnebat 1; canebat ymnum spiritualis 2. k) illum sibi el. 2. l) et. hanc mundi 2.

MIRACULA S. WALDBURGAE TIELENSIA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cum Adalboldus episcopus Ultraiectensis (a. 1010—1026*) ecclesiam S. Waldburgae oppidi Thiel ad Vahalim siti reparasset et canonicos saeculares ibi instituisset, anonymus quidam canonicus vel praelatus*[1] *eiusdem ecclesiae libellum de miraculis s. Waldburgae recenter Tielae perpetratis circa a.* 1022.[2] *conscripsit et epistola praemissa Adalboldo episcopo dedicavit. Paulo post, cum apographum huius libelluli Immoni tunc diacono Wormatiensi, fratri Alperti rerum scriptoris celebris*[3], *daret, aliud miraculum, epistola ad eundem Immonem praemissa, addidit. In epistolis dedicatoriis quaedam notatu digna inveniuntur, reliqua levissima sunt.*

Exstat libellus in unico codice B r u x e l l e n s i *nr.* 7917, *mbr., fol., saec. XIV —XV, post alteram Vitam s. Waldburgis*[4], *inscriptus* Alius liber. *In ultimo codicis folio legitur:* Pertinet ad librariam domus sancti Ieronimi in Traiecto, *qui postea fuit Bollandistarum S. I. Antwerpiensis. Unde G. Henschen Miracula edidit Acta SS. Febr. III, p.* 546—548, *quae repetimus, paucis omissis, mendis codice reviso sublatis*[5]. *O. H.-E.*

I[a].

1.[b] Cum scribere cogitarem quaedam miracula, quibus dominus noster Iesus Christus per merita sanctae Waldburgae ecclesiam suam misericorditer nostris temporibus illustrare dignatus est, tu, presulum spectantissime[c] Adalbolde, menti meae occurrebas dignus eo munere, ut tuo nomini scripta sacrarem, quia numquam quidquam tam commode aut facete[d] dici vel scribi potest, quin id omnium opinione propria virtute superes. Nota[e] est[e] enim cunctis tua excellens sapientia, summaeque vir virtutis et consilii ubique predicaris. Omnium quoque iudicio non solum domi, sed etiam in castris imperialibus prestantissimi et sollertissimi hominis officia exercere comprobaris. Si cui tamen haec, quae de te dicimus, dubia fortasse videntur, respiciat Traiectum diversis[f] operibus a te auctam et ornatam ibidemque novum monasterium Sancti Martini miro ingenio a te fundatum et ordinatum et mira celeritate paucis annis pene ad perfectionem perductum[7], ut haec non videantur aedificando constructa esse, sed quasi optando subito ibi constitisse, sciatque de te nichil omnino assentationis proferri posse. Unde, si quid imperite dilatravi[g], sub tuam correctionem et defensionem conferre decrevi, credens illud tua auctoritate defendi et nobilitari. Sed si adhuc quisquam est, qui tuae amplissimae prudentiae derogare conetur, videat etiam locum nostrum in Tiele iam divinis rebus florentem et, de quo me locuturum promisi[h], a superioribus episcopis omnibus solatiis destitutum, a te uno pia consideratione pene ad pristinum statum restitutum[8]. Predia quoque ab invasoribus diu retenta, quae religiosi viri ad cultum Dei illuc tradiderant, restituisti. Ex quibus rebus facile colligitur, quia terrena commoda non[i] quaeris, sed soli Deo placere studeas. Quod vero scripturum me promisi, ita gestum est.

a) Alius liber *titulus in c.* b) *numeri capp. des. c.* c) *sic c.;* spectat. *Henschen.* d) facere *c.* e) *superscr. c.* f) diver|| *in extrema linea c.* g) *ita c.;* dilatavi *Henschen.* h) p̄misi *c.* i) no *c.*

1) Lemmate alteri epistolae praemisso utraque epistola custodi ecclesiae S. Waldburgae tribuitur, cuius in prima epistola aliquoties mentio fit, ita vero, ut hic vix auctor libelli haberi possit. Auctorem praelatum fuisse illi ecclesiae, ex miraculo alterius libelli coniici possit. 2) Cum ecclesia cathedralis 'paene ad perfectionem perducta' esset (I, 1), quae a. 1015. exstrui coepta, a. 1023. dedicata est. Post cladem Lotharingis a Frisonibus a. 1018. illatum (II). 3) Cf. Alpert. De divers. temp., prol., SS. IV, p. 700. 4) Cf. supra p. 537. De codice v. 'Arch.' VIII, p. 507. 5) *Ae* et *oe* pro *e* in codice ubique scripto restituimus, reliqua ad litteram codicis expressimus. 6) Ex sequentibus excerpta sunt quae Ann. Egmund. a. 1027, SS. XVI, p. 446, de eo referunt *(cuius excellens — placere desideravit).* 7) Ecclesia cathedralis S. Martini dedicata est a. 1023, Iun. 26; Ann. Egmund. l. l. Fundamentum eius iactum est a. 1015, ut referunt Chron. de Traiecto, Matthaei Vet. aevi anal. V, p. 324; Ioh. de Beka ed. Ultraiect. 1643. p. 37; cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' III, p. 259. 8) Cf. Ann. Tiel., SS. XXIV, p. 23: *Hic* (Adelboldus) *ecclesiam Tylensem reparavit, statuens in ea octo canonicos seculares, excepto preposito et decano, in qua prius residebant canonici regulares.*

2. De daemonioso.

Erat quidam ex Britannia conductus a mercatore in navim suam; hic veniens ad Tiele, arreptus est a daemonio; quem nimis furentem dum sui eum verbis compescere conarentur, insiliens in eos, manibus omnes dilaniavit. Postea vero, dum furias eius ferre non possent, comprehenderunt et in corium bovis, quod lingua Britanniorum hudisac[a] vocatur, inligaverunt. Tum vero in tantum dibachatus est, ut mirum in modum circa brachia, ubi lora eum constrinxerant, magnitudine ovorum tumores excrescerent. Post paucos autem dies sui familiares in vecte eum afferentes, attulerunt ad ecclesiam sanctae Waldburgae. Forte ibi custos ipsius monasterii ante portas constiterat; cognoscens autem causam eorum, ut illum in ecclesiam introferrent, iussit; qui miser summo clamore, ne id fieret, prohibere moliebatur. Illi tamen hominem introferentes, posuerunt super gradus, ut iussum est, ante altare. Et vespere iam incipiente decantari, tum vero voce horribili, se ipsum infra corium discerpens, maiore vi miser saevire coepit. Denique ubi ad completorium ventum est, iam saniori mente, ut nobis visum est, quievit et immobilis iacens usque ad horam alterius diei primam sic permansit. Convocavit itaque[b] custos ecclesiae fratres, et missa pro infirmo celebrata, et psalmis congruis cum letania decantatis, traditum est ei corpus et sanguis Domini. Quae postquam gesta sunt, nobis astantibus, purgatus daemone, solutus est, et prostratus aliquamdiu in oratione, surrexit et secundum illud[c] euangelicum tulit grabatum Ioh. 5, 9.
suum et ambulavit in domum suam. Per omnia benedictus Deus, qui in sanctis suis tanta mirabilia etiam in nostris diebus operari dignatur!

3. De quodam tremente.

Alius etiam de villa Wisebadon[1] in finibus Magontiae nomine Martinus miserabili aspectu venit ad sanctae virginis monasterium. Tremebat enim toto corpore in tantum, ut ad omne opus inutilis videretur et neque satis commode incedere vel sedere aut stare valeret. . . . . . . Hic apud nos fidelium elemosinis circa ebdomadam sustentatus est. Sexta vero feria adveniente, is in ecclesia sanctae Waldburgae primo mane iuxta chorum sedebat, cum repente ex ore illius et naribus erumpens sanguis stillabat. Tum illi qui circa altaria erant orantes, audito eius humili clamore, accurrebant, nosque, percepta tanta benignitate Dei, convenimus et illum, qui antea omnibus membris concussus erat, sanum et quietum sedentem invenimus; qui postea nullam laesionem corporis sustinens, in monasterio ipso per annum pro accepto beneficio serviebat. Nos vero, advolantibus vicinis, in ecclesia magnis vocibus in commune Deum laudavimus, qui suo pio respectu et meritis sanctae Waldburgae nos laetificare dignatur.

4. De quodam peregrino.

In confinio Gallorum et Aquitanorum episcopis ea consuetudo est, ut ad poenitentiam vocatis lapides magni ponderis cum circulis ferreis ad collum suspendant, ut ventrem hominis ferro circumdent sive brachia itidem ferreis circulis circumligent, et litteris facinore eorum commendato, per diversa mittant loca, ut per hanc poenam erubescendo gravius affligantur et ad perpetrandum tale scelus terrorem ceteris incutiant; paricidarum[d] vel aliorum horum similium ea poena est. Talium peregrinorum unus[e] ad nos venit et brachia predicta poena circumligata attulit; sed circulus qui dexterum brachium ambiebat, ut ipse et qui cum eo erant attestabantur, ad oratorium sancti Othelrici[2] dilapsus est, sinistrum vero adhuc ferro impeditum gestabat. Hic ipse cum uno die sicut sepius suffragia sanctae Waldburgae imploraret, ante missam venit et iuxta chorum stetit. Cumque sic aliquantisper staret et oraret, circulus de brachio iussu Dei solutus in terram ante pedes eius decidit, et circumspitiens, quod ipsi acciderat cum ingenti gaudio ipse miratus est. Ille vero ferreus circulus ob monumentum tanti signi in aquilonari parte eiusdem monasterii in muro defixus usque hodie dependet[f].

5. De muliere manipulum portante.

Parva est insula Them habens villam nomine Lecbne, in qua habitabat mulier quaedam quae vocatur Berchta[g]. Haec in sacratissima festivitate sancti Bartholomei apostoli, dum sui segetem in Aug. 24.
horreum recondendam domum carro deducerent, obviam procedebat et se manipulos in quoddam tectorium, quod barbara lingua barg vocatur, iactandos preparabat. Cumque iam manipulum manibus comprehendisset, utraeque manus manipulo mox adhaeserunt, et articuli in eo quod comprehenderant ita sunt innodati, ut sine sectione nullo modo divelli possent. Expavit mulier, et ipsa sua infelicitate, quid sibi accidisset, cunctis innotuit. Ducta est itaque a suis familiaribus per ecclesias; tandem venit ad portum Tiele, ad monasterium sanctae Waldburgae manipulum portans accessit. Obtulit se predicto custodi, quid illi esset agendum, flens humiliterque sibi intimari precabatur. . . . . . . Surrexit ita mulier sana, et maritus eius cum aliquibus vicinis suis adveniens et videns uxorem illaesam, benedixit Deum; qui acceptam cum magno gaudio reduxerunt[h] in sua. Haec ab illo custode et a multis visa tibi, illustrissime presulum, descripta sunt, ne aliter referentibus quam acta sunt credas.

II. INCIPIT EPISTOLA EIUSDEM CUSTODIS AD IMMONEM DIACONUM.

Si amicos ad iudicia vocari[i] liceret, te, nunc diaconum Wormatiensem, iam dudum iustis vinculis ad carcerem reciperem sive cippo constringerem, ita manifeste in furto, te ipso indice[k], deprehensus es,

a) *ita coniecit Wattenbach, GQ. ed. 4. I, p. 313, n. 1*; hudifac *c.* b) ita *post corr.* itaque *c.* c) illum *c.* d) paricidorum *c.* e) intus *c.* f) dependit *c.* g) Bereheta *c.* h) redierunt *c.* i) iud. nunc diac. Worm. voc. lic. te iam *c.*; voc. lic. te iam d. nunc diac. Worm. *Henschen*; n. d. W. *forsan in codice autographo post in marg. suppleta erant.* k) iud. *c.*

1) Wiesbaden. 2) Augustae Vindelicorum.

quia, sicut ipse michi scripsisti, omnia conclavia mea et angulos cellulae meae ita perscrutatus es, ut nichil relinqueres intactum. Tandem impegisti in illas litterulas, quas de miraculis beatae Waldburgae scripseram, quasque occultas esse volueram, ne sermo rusticioris linguae aures[a] dissertorum offenderet. Matth. 7, 7. Sed quia quaerenti dominica voce promittitur invenire, tibi ignosco, et hoc furtum non ad vicium, sed ad virtutem sanctissimae intentionis imputatur. Non enim aurum aut argentum, quae prima imperitis hominibus videntur[1], quaesisti; quae si quaesisses, forte vanum laborem quaerentis fortuna[b] eluderet. Sed innata est piis quaedam sollicitudo sanctarum scripturarum, quae non per plateas nimia curiositate currit, sed intra domicilium studiosarum mentium collocata subsistit; quam tu quoque cum Daniele sortitus es, qui in aula ditissimi et potentissimi regis nutritus, non divitiae, non aurea domus, non continuus reginae aspectus ab intentione sui studii revocabant[c], quin, semper Dei sui memor, in parvo Dan 9, 23. tugurio solarii in tantum se orationibus et scripturis exerceret, ut etiam ab angelo vir desideriorum iure appellaretur. Tu quoque desiderio sanctae scripturae cum illo adductus, petisti in litteris tuis, ut ea tibi mitterem, quae de beatae Waldburgae miraculis scripta ediderim. Denique in hoc tuis quoque sodalibus pergratum me facturum confirmasti et maxime Werinbaldo[d], quem tibi carissimum denunciasti; michi utique propter hoc, quod tibi est carus, non poterit esse nisi dilectissimus. Et quia nunc presens es, accipe quae petisti et defer tuis certe et meis in Christo [fratribus[e]], eo tamen pacto, ut non in publicum illa efferatis, sed infra claustrum vobis reservetis. Unum autem, quod a me pretermissum est — quamquam et alia, antequam ego ad locum venirem, facta sunt —, quia tam studiosum te tuosque consodales video, referam.

Santwichem[2] villa, quam a Tyele flumen[3] dividit, quae[f] tibi quoque nota est: in hac erat vir habens uxorem speciosam et honestate vitae laudabilem nomine Vulgod, quae sive illud dixerim illusionem[g] daemonum sive frenesim paciebatur. Quidquit tamen horum esset, certe sanae mentis non erat et verba peregrina humanae sobrietati sine intermissione loquebatur. Cibum neque potum, nisi coacta, capiebat, sompno quiescere non poterat. Hiis incommodis tota familia fatigata, vir eius maestus venit ad nos, casum suum indicans, rogitabat, ut aegram visitaremus. Quo cum venissemus, illa torvis oculis in nos intenta, vix nos cognoscebat, quia plerumque hominum notorum sive etiam familiae cognitionem amittebat. Commiserati eius vexationem, fecimus eam flumen transferri et ante altare sanctae Waldburgae poni. Post paucos autem dies orationibus et meritis sanctae virginis pristinae sanitati est restituta, magnumque gaudium non solum nobis fecit, sed etiam suis domi attulit. Si testem huius signi habere cupis, fratrem tuum[4], an ita se res habeat, interrogabis, qui hanc, marito suo in illa miserabili caede Fresiorum[h, 5] interfecto, duxit uxorem.

a) aure *post corr.* aures *c.* b) fortua *c.* c) *suppl.* eum. d) nuerinbaldo *c.* e) *deest c.* f) *forte delendum.* g) illus. dem. *in marg. alia manu suppl. c.* h) Fres. *corr.* Fris. *c.*

1) Cf. Sall. Iug. c. 76: *aurum argentumque et alia quae prima ducuntur.* 2) Zandwijk. 3) Vahalis. 4) Cf. SS. IV, p. 700, n. 26. 5) A. 1018, Iul. 29, in clade, qua exercitus Godefridi ducis Lotharingiae et Adalboldi episcopi Traiectensis a Theoderico comite Hollandiae victus est. Cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' III, p. 100 sqq.

BERTHOLDI NARRATIO QUOMODO PORTIO S. CRUCIS WERDEAM PERVENERIT.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Bertholdus, qui petente Theoderico abbate monasterii Werdensis ad Danubium (occurrit a. 1135—1171*)*[1] *libellum de translatione particulae sanctae crucis in Werdeam conscripsit, in chronicis huius monasterii a conventuali G. Beck saec. XVII. ineunte compositis*[2] *monachus Werdensis fuisse, a.* 1118. *in Terram Sanctam et Constantinopolim migrasse, in hac urbe de legatione Manegoldi, qui a.* 1028. *inde sacrum illud transportavit, requisivisse et inde libellum illum ad Theodericum abbatem misisse dicitur*[3]. *Quae vero ibidem afferuntur tam ridicule efficta sunt*[4], *ut iis nullam omnino fidem habendam esse censeam, licet omnes hucusque eadem sine ulla dubitatione acceperint. Etiam reliqua omnia quae ex eodem fonte de Bertholdo referuntur, praesertim eum post Theodericum abbatem monasterium Werdense rexisse*[5], *plane reiicienda videntur, ea sola pro*

1) Cf. Steichele, 'Das Bisthum Augsburg' III, p. 843. Inter a. 1100—1110. hoc monasterium, quod antea a monialibus incolebatur, monachis ex S. Blasii in Nigra Silva monasterio accersitis datum est; ib. p. 832. 2) Quae nunc in bibliotheca principis de Oettingen-Wallerstein adservantur (cf. Steichele l. l. III, p. 828). 3) Ut ex his chronicis refert Königsdorfer, 'Geschichte des Klosters zum heil. Kreutz in Donauwörth' (Donauwörth 1819) I, p. 27. 66 sq. 4) Königsdorfer l. l. p. 66 sq. ex eisdem haec affert: *Dort, zu Konstantinopel, hat er sich beym neuen Patriarchen Theodoro angemeldet, daselbsten Kundschaft gemacht, und sich wegen seiner langen raiss, gegenwarth und werbung genuegsam erklärt, deme alsdan der Patriarch zur loblichen intent bei Ihr May. Joanne, dem neulich vom Vatter Alexio declarierten Kaiser, aller gueter will, firschub und anlass erbotten, ja entlich im werk dermassen geleistet worden, das ihme Bertholden ausm Archiven, protocollen und arcanis scriptis, fastis, annalibus, pandectis, von Mangold Grafen von Kieburg sater Grund seiner encomien, ritterlichen Thaten etc. firgelegt und abzuschreiben verwilliget worden.* Königsdorfer addit: *Ausführliche Nachrichten hievon befanden sich in den vielen von Berthold hinterlassenen Handschriften, besonders in seinem sogenannten Pilger-Büchlein, dessen unser Chronist auf eine Art Erwähnung thut, als wäre es seiner Zeit noch vorhanden gewesen.* Apud me quidem constat, illos multos libros manuscriptos et illud 'Pilger-Büchlein' nusquam nisi in phantasia patris Beck exstitisse. Nam quae ex his didicisse contendit omnia falsa esse patet. Hic Bertholdum de egregiis actibus Manegoldi Constantinopoli requisivisse nimis ridicule narrat, at ipse Bertholdus omnia quae tradit a Theodorico abbate auditu se accepisse, in prologo scribit et iucundas fabellas de Manegoldo narrat. Nusquam vel minimo verbo Bertholdus prodit se in transmarinis partibus degisse, Constantinopoli se scripsisse, ubi res quae narrat gestae sunt, sed ex Ekkehardi chronico et ex bulla Leonis IX. monasterio Werdensi data quaedam verba transscripsit, ut H. Bresslau, 'Forschungen' X, p. 608, monuit; quae eum in archivo Constantinopolitano invenisse aut secum eo portasse, vix quisquam sanae mentis contendet. Immo nemo dubitabit, quin P. Beck ineptias suas ex verbis Bertholdi prol.: *Postquam nuper a vestra dignitate . . abscessi* et ex eo, quod idem de rebus Constantinopolitanis referat, coniecerit. Sane etiam mirum nimis esset, si abbas monacho in partes transmarinas peregrinanti libellum conscribendum mandasset. Denique Theodoricum iam a. 1118. abbatem fuisse, quo anno Bertholdus Constantinopolim migrasse dicitur, probari nequit. Quo argumento nisus Bresslau l. l. p. 608. Bertholdum dixerit rerum Byzantiacarum bene gnarum fuisse, me latet. 5) Königsdorfer l. l. I, p. 66 sqq. Neque in chartis neque in aliis antiquis monumentis Bertholdus abbas occurrit, qui nonnisi ideo insertus

veris habenda quae ex Bertholdi libello patent, eum videlicet medio saec. XII. vixisse, quondam in monasterio Werdensi, ut probabile est, moratum esse, cum vero libellum istum scriberet, alius loci Suevici monachum extitisse[1].

Iis quae auctor de legatione Wernheri episcopi Argentinensis et Manegoldi Constantinopolitana narrat quaedam vera et haud spernenda insunt, plurima vero fabulosa, multa dubia sunt[2]*; quae omnia prompto et facundo sermone exposita sunt.*

Libellum exhibemus ex codice chart. fol. saec. XV, f. 201—203, *quem Hartmannus Schedel olim suo libro impresso, nunc* **Monacensis** *bibliothecae publicae Incun. fol. nr.* 255. *insuit, satis bene exarato; cuius rationem verborum scribendorum etiam secuti sumus, praeterquam quod* ae *pro* e *in codice ubique scripto restituimus, exceptis iis vocibus, in quibus* ae *saeculo XII. iam non scribebatur, et quod* ci *pro* ti *in codice semper positum non ubique quidem recepimus. Ex eodem codice hoc opusculum primus edidit de Oefele, SS. Bavar. I, p.* 332 *sqq., cuius editionem partim Grandidier, 'Hist. d'Alsace' I, probat. p.* CCXXVI *sqq., integram C. Königsdorfer, 'Gesch. d. Klosters zum h. Kreutz in Donauwörth' I* (1819), *p.* 384—392, *repetierunt*[3]. *Apographum saeculi XVIII. codicis Schedelii editioni Oefelii multo praestantius exstat in codice* **Monacensi** *Lat. nr.* 1374 *(Bav.* 374*), chart. fol., f.* 75—77*'.*

O. H.-E.

QUOMODO PORTIO VIVIFICAE CRUCIS WERDEAM PERVENERIT.

Domino Theoderico Sanctae Crucis in Werde[4] abbati venerando Bertholdus frater obedienciam et orationes. Postquam nuper a vestra dignitate maiori quam parvitatis meae mensura exigeret caritate dimissus abscessi, imperatum a vobis michi negocium sepenumero ipse mecum pertractans, nulla, qua id effectui dare possem, velud rei dignitas exigit, astipulante fiducia, presertim cum et corporis incommoditas et ingenii[a] exiguitas plurimum obstiterit, non attemptare quidem potissimum factu[b] fore putavi. Parva enim ingenia magnae et graves plerumque opprimunt materiae. Sed quia vestrae dignitatis imperio non obtemperare quocumque modo scelus credidi, litteris, ut a vobis accepi et ingenii mei paupertas dedit facultatem, qualiter portio vivificae crucis Christi, quae apud vos habetur, partibus nostris a Grecia allata sit, significare curavi, hiis quidem qui calumpniandi et subsannandi[c] habent usum et [cf. Ps 130,1.] qui ambulant in magnis et in mirabilibus super se materiam dicendi proponentes, vobis[d] autem, qui in virtute Dei custodimini et non in vobis, sed in cruce domini nostri Ihesu Christi gloriamini, reddentes [cf. Osee 14,3.] vitulos labiorum nostrorum.

[Ekkeh. a. 1025.] 1. **Igitur** Conradus ex regni primoribus unus, sed regno ante per rebellationem adversus, **postquam** 80. quinto loco ab Augusto, anno Domini 1025. regnum suscepit et regnavit 15 annos[5], filio suo regiae nobilitatis [1027.] mulierem matrimonio copulare volens, communicato cum suis consilio, Constantinopolitanum ad regem nomine Romanum[6], ut filiam suam[7] suo nuptui traderet filio[8], mittere decrevit; sicque factum est, ut

a) in genuy *c.* b) factum *apogr.* c) subsanandi *c.* d) *sic corr. Königsd.;* Vos *c.*

esse videtur, quia inter a. 1171. et 1194 (vel 1188? Königsdorfer p. 69) nullus abbas Werdensis commemoratur (Steichele l. l. III, p. 845), et nullus alius monachus Werdensis eius temporis auctori chronicorum notus erat. 1) Cf. prol.: *portio vivificae crucis quae apud* **vos** *habetur* etc. 2) Cf. H. Bresslau in 'Forschungen' X, p. 606—613. et 'Jahrb. Konrad II.' I, p. 234—236. 271—275; Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' I, p. 13 sq.; v. Giesebrecht, 'KZ.' ed. 4. III, p. 636. 3) Quaedam 'ex ms. S. Crucis in Donauwerth' narravit Coelestinus abbas S. Emmerami, Ratisbona monastica (Regenspurg 1752) I, p. 246. 4) Donauwörth. 5) Falsissime auctor postquam Conradus 15 annis regnaverit quae ipse narrat gesta esse ex Ekkehardo exscripsit, immo a. 1027. 1028. haec facta sunt. 6) Immo Constantinum VIII, cui Romanus successit (cf. infra p. 770, n. 1. 2). Hoc falsum nomen et quaedam verba sumpsit auctor ex bulla Leonis IX. papae (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 4207) ap. Steichele, 'Das Bisthum Augsburg' III, p. 829: *pro portione sanctae . . . crucis* . . . (Manegoldo) *ab autocratore Constantinopoleos nomine Romanos dono data, cum ad eum missus esset ab imperatore Chuonrado, ut filiam suam nuptum traderet eius filio.* Quod Bresslau, 'Forsch.' X, p. 608, recte animadvertit, nullo vero iure coniecit, hunc locum postea insertum esse, qui potius verbis c. 3 *(negocium pro regis filia)* et 6. autenticus et genuinus certissime probetur, eiici nullo modo possit. 7) Theodoram coniecit Bresslau, 'Konrad II.' I, p. 235. 8) Heinrico III.

tantae tamque fidelis agendae causa legationis Wernherum Strazpurgensis ecclesiae pontificem[1], Mane- 1027. goldum quoque de Werde[2] nuncios destinaret. Hic vir, iam dictus scilicet Manegoldus, quantae dignitatis genere et rerum opulencia, quae prima mortales existimant, suo tempore fuerit, heredum suorum nobilitas nostris nichilominus temporibus manifestis declarat indiciis. Fuit etiam magna vi[a] animi et corporis efficax, strennuus, facundus et ad omnia sollertissimus. Hii mores viri, haec immota secta militis: servare modum finemque tenere[3].

2.[b] Imperatum sibi tandem iter aggressus, suae tantae tamque laboriosae haut ignavus provisor viae, ut sui potens foret atque liberiorem sui gerendi negocii haberet facultatem, de publico et familiari sumptam[c] errario[d] ingentem secum abduxerat pecuniam, ne forte inopia[e] faciente in alienam respicere cogeretur mensam et, dum vita eius in cogitatione victus esset, causae suae minus opis conferre potuisset. Verum ut ad id quo tenderant loci perventum est, qui essent, et quae causa subegerit ignotas temptare vias, exponentes digno cum honore, utputa Romanorum imperatoris nuncii, ineundi quoque federis nuncium ferentes, ab eo ad quem missi fuerant Constantinopolitano rege suscipiuntur. Multum vero temporis super legatione sua illic suspensi fuerunt[f], Deo pro nobis aliquid melius providente, ut, dum illorum 1028. frustraretur negocium pro regis filia, meliori dote per portionem vivificae crucis Christi, quae Grecis aliquando visa est stulticia, ab illis per illos ad nos translata partes nostrae ditarentur.

3. Interim Manegoldus noster prudenter ubique se gerens, non immemor virtutis paternae, tametsi[g] peregrinus et advena, ciborum apparatu multiplici vestiumque cultu non modico quasi regiam ostentans liberalitatem, gloriose inibi victitabat, nichil tamen ad tam solempnes actus regis illius facultatum usus, quamquam sepe multa offerendo illi largiri voluisset. Hinc quoque factum est, ut regi carus et regalis curiae ministris foret acceptus, in commune prudenciam viri cuncti mirarentur. Rex quoque non sediciosae voluntatis sentencia, sed ut[h] admiratam amplius illius experiretur[i] prudenciam, publicam et omnibus communem aperte[k] forensem lignorum illi interdici iussit emptionem, ut, dum materia sublata usibus ignis caruisset, quanam arte amicae iniuriae obviare vellet, scire potuisset. Nec mora, philosophus noster[l] indoctus elementi virtutem insequitur, naturam rimatur, et in quo duplici ex causa virtutem ampliorem fore persensit, in escam hoc illi contradidit. Nam nuces comparari precepit atque lignorum vice ignem ex hiis ad usus necessarios fieri precepit[4]. Verum et preter id quod necessitatis[m] ratione fieri oportuit, ut popularium rumore publicatus amplius tamquam foret in re aurum possidere putaretur, pro ferramentis, quibus equorum plerumque pedes munire usus est, auricalcum illorum ad formam ductum ungulis equorum affigi precepit, ut, mentita materia coloris ymaginatione, aurum quod non fuit esse putaretur. In argumentum quoque fidei, ne forte opinantium falsata mens verum experiretur, unum ex hiis de auro fieri atque in suo loco aegre affigi iussit, ut in motu equi modica elevatura relictum, facile ubi voluisset abiceretur, ibique repertum dubiae rei, veruntamen non sine eius dampno, faceret fidem; quod sic quoque factum est. Sed veniamus ad causam.

4. Itaque palacium regis callidus explorator ingressus, eundem regem mane et vespere tabula et gemmis et auro, sicut est hodie, decenter ornata benedici conspexit, religionem illic inclusam non ignorans. Contra spem in spem, non aurum aut gemmas, sed caelestem illic inventum concupivit thesaurum[n], illoque omnem petitionem suam transtulit, quo se pre omnibus Greciae[o] diviciis non sine magnae cultu iusticiae, si optinere posset, ditari maluisset. Cum ergo die quodam familiari regis pollicitatione ad aliquid ab eo postulandum animus eius provocaretur, tunc iam petitionis suae, quam pro tabula facere dudum ante decreverat, aptum adesse tempus existimans, satis cauta primum insinuationis forma benivolenciam eius sibi conparans, ut, quamquam non volens, quod petebatur prestare cogeretur, ac sic tandem proloquitur: 'Non contemptus causa, optime imperator, nichil a te tuorum postulare hactenus volui, sed quia multis a rege meo diviciis [donatus[p]] et nullius opum indigus, non petere, sed magis ad illius honorem distribuere mea paratus[q] fui. Veruntamen, ne tuae non paream dignitati, pro re modica maiestatem tuam interpellare, si modo te asseras michi quae rogaverim prestiturum, decrevi'. Nec mora, voluntatis eius imperator nescius, quicquid[r] ille postulaverit promptissima se oblaturum continuo spondet voluntate. Hiis ille promissis animatus: 'Tabulam', inquit, 'qua caput tuum frequenter benedici considero, ut pro munere largitas tua michi tribuat, deposco'. At ille inoppinatae petitionis verbo quasi iaculo percussus, obstupuit et obstinatius petitioni eius reluctando, nulla hoc ratione fieri posse, ut regale et investitura regni Grecorum cuiquam daretur, asseruit. Econtra Manegoldus: 'Non', inquit, 'te principem tantae gentis tamque imperiosae potestatis decet fallere et quae distinxerunt labia tua non implere'. Sicque petita dare negantem congruis frangens responsis, aegre[s] tandem tabulam et sanctae crucis portionem illic inclusam obtinuit[5]. Sed sepenumero dictus rex, ne tanta penitus privaretur benedictione,

a) in *c.* b) *nulla capitum distinctio c.* c) susceptam *apogr.* d) *i. e.* aerario, *ut edd. habent.* e) in opiam *corr.* inopia *c.* f) fecerunt *c. et edd.* g) tam̄ et si *c.* h) ad declaratam *add., sed del. c.* i) experieretur *c.* k) *sic correxi;* apud *c. et edd.;* atque *coniecit Bresslau, 'Forsch.' X, p. 609, n. 3.* l) non *suppl. Königsd. (falso).* m) necessitates *c.* n) thez. *h. l. c.* o) gracie *c.* p) *deest c., suppl. Oef.* q) sum *add., sed del. c.* r) quitq. *c.* s) tab *add., sed del. c.*

1) In synodo Francofurtensi a. 1027, Sept. 23. 24. Wernhero hoc negotium iniunctum esse, coniecit Bresslau, 'Konrad II.' I, p. 234. Vide de hac legatione Wiponis G. Chuonr. c. 22. 2) De quo vide Steichele l. l. III, p. 694 sqq. 827 sqq. 3) Cf. Lucan. Phars. II, 380 sq.: *haec duri immota Catonis Secta fuit: servare modum finemque tenere.* 4) Haec fabula a compluribus auctoribus de aliis viris narratur; cf. Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. II, p. 16 sq. 5) Tabula adhuc superest, excepto superiore operculo, cuius tamen imago exstat. Vide imagines apud Königsdorfer I, p. 33. 36; cf. Steichele l. l. III, p. 838 sq.

simulque gentis suae super ligni veneratione metuens animadversionem, ut requisitus inde verius affirmare potuisset, duas sibi particulas excipiens reservavit, ceteras illi contradidit; siquidem pridem omnes duodecim fuere. Itaque vir mirae prudenciae diu desideratum tandem adeptus thesaurum, quia secum in partibus illis retinere non integrum credidit, quomodo cautius ad propria mittere posset, deliberare cepit. Siquidem scrinium artificio consueto fieri precepit, sed partem illius inferiorem duarum coniunctione tabularum composuit, quarum medio cavatura pro quantitate metalli facta, caelestem illic includens abscondit[a] thesaurum; sicque naturali vacuitate vasculi datis sibi muneribus repleta, per servos suos ad propria transmisit. Ipse vero cum aliis suae legationis viris precipuis illo remansit.

5. Interim rex ipse Constantinopolitanus febre corripitur et, ingravescente doloris magnitudine, paucis interpositis diebus exspiravit. Continuo enim ut exactori suo lignum vitae, se ipsum tanta privans benedictione[b], contradidit, sentenciam mortis accepit[1]. Sed, quo id occulto Dei factum sit iudicio, excutiendi nichil nostra interest. Illo autem defuncto, in locum inde mortui alius[2] eligitur, et sicut legum exigunt iura, innovandi regni et novi regis confirmandi causa regalia omnia perquiruntur. Non inventa autem sepenumero dicta iam tabula, quae illorum[c] insigne fuit regalium, Manegoldus in causam ponitur, captivus tenetur ac furti reus accusatur; nam, quia solus cum solo rege frequentius[d] egisse et foribus palacii familiarius assedisse visus ab illis fuerat, artium quoque eius non nescii, sola illum suspicione impetunt, sed non falso opinantes, rem tamen penitus ignorabant. At ille conscius sibi, ne[e] cui forte notabilitatis[f] signo subiectus deprehendi potuisset, constanter se gessit ac impositae sibi fraudis malum forti a se animo[g] submovit. Illi vero acrius suam persequentes iniuriam, res illius familiares in domo perscrutati ac nuncios quos premiserat insecuti sunt. Sed cum[h] arte predicta illusi nichil utrobique[i] suorum reperissent, et illos ut ceperant abire permittunt et iniuriarum cum illo agere conquiescunt. Considerans autem qui tunc creatus fuerat rex legationem Manegoldi, quam pro filia predecessoris sui egerat, patre defuncto, iam irritam fore, cogitavit sororem suam[3] in illius locum substituere, ac proinde Manegoldum et suos ampliori quam prius veneratus est honore et, si suae in hac parte faveret voluntati, magnis se eum remuneraturum fore donis promittebat. At ille[k] suum determinatum esse videns negocium et optatis potitus, nichil sibi ultra in Grecorum facultatibus residuum fore existimans, natale vero solum tantum affectans, quo quasi tutiori presidio regis illius per ignotas terras frueretur ducatu, placita super petitione sua illi dare verba satagebat.

6. Interim vero dum de se, amplius autem pro eo quem ante suos premiserat caelesti anxius tenetur thesauro, in visu noctis dicitur ad eum: 'Si felici rerum eventu agere et prospero ad patriam remeare cursu desideras, omnipotenti Deo vove ecclesiam in villa partium tuarum quae dicitur Wenndingin[l, 4] in honorem sancti Emmerammi, cum optata salute fines tuos attigeris, constructurum te fore. Exemplar autem huius fabricae sit tibi capella, quam hic cernis, sancti N., quae transpositis partibus suis formam crucis considerantibus se premonstrat'. Qua visione ille stupefactus, sed de laboris sui periculo relevatus, predicto Strazpurgensi episcopo Werinhero, comiti suo, quod viderat insinuare curavit. Episcopus autem relatae sibi visioni non credens, levitatem vero fidei illius in hac parte irridens, vulgari illi iocando sermone respondit, ita dicens: 'Si', inquit, 'cum te haec vidisse contigit, sedem galli tenuisses, inhonestae ruinae proximus fuisses'. Nocte vero insecuta, cum se Manegoldus sopori dedisset, audivit vocem iterato de ecclesiae constructione ut prius se ammonentem, et ut vera se astruere non dubitaret, in argumentum fidei hoc quoque illi inferebat: 'Quo me vera tibi dicere non ambigas, scito eum, qui te pridem irrisit, episcopum tercia die moriturum'. Ille vero de ruina comitis sui amplius stupefactus, quamquam tristem de illius interitu nuncium ferret, maluit tamen eum premonuisse quam inopinatae cladi improvise subiacere. Unde quod viderat modestius illi insinuabat. Episcopus autem sompniorum fantasiis non se facile illudi posse affirmans, febre corripitur ac die tercia, ut sibi predictum fuerat, exspiravit[5]. Igitur Manegoldus de se tam certo in episcopo constante presagio factus securior, votum, unde premonitus fuit[m], pro itineris sui prosperitate Deo vovere non distulit ac sic, magnis a rege illo honoratus muneribus, a Grecia cum suis discedens, nuncios, quos cum sancta cruce premiserat, alacriter prosecutus, patriae suae cum pace restitutus est. Decebat enim, ut, qui lignum salutis et pacis tanta devotione ferebat, pacem et prosperitatem haberet, nec illi foret Sathan aut occursus malus, qui id detulit, in quo dominus noster Ihesus Christus principatus et potestates tenebrarum harum devicit, qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen[n].

a) th. absc. *corr.* absc. th. *c.*; th. incl. absc. *apogr.*; th. absc. *edd.* b) benedicōne *c.* c) illiorum *corr.* illorum *c.* d) frequecius *c.* e) nec *c.* f) nobilit9 *c.*; notabiliter *edd.* g) amovit *add., sed del. c.* h) eum *c.* i) ut'bique *c.*, ubique *edd.* k) sue *add., sed del. c.* l) Wend. *apogr.* m) pro iternis *add., sed del. c.* n) Dat. 1122. *ex arbitrio add. Kömgsd.*

1) Constantinus VIII. a. 1028, Nov. 11. defunctus est. 2) Romanus Argyrus. 3) De sororibus Romani vide Bresslau, 'Konrad II.' I, p. 274, n. 2. 4) Wemding (circ. Donauwörth). 5) Obiit a. 1028, Oct. 28. aut 30 (cf. Steindorff, 'Heinrich III.' I, p. 14, n. 1) aliquot diebus igitur ante Constantinum imperatorem, cuius obitus supra c. 5. relatus est.

MIRACULUM S. SEBASTIANI.

S. Sebastiani reliquiae in monasterio Suessionensi S. Medardi anno 826. *reconditae sunt*[1], *iisque adscribebatur, quod praedium Donchéry ad Mosam situm Gozeloni Lotharingiae duci in beneficium concessum abbatiae sit restitutum. Cuius rei narratio a coaevo, ut videtur, auctore calamo data in codice exstat ecclesiae cathedralis* Treverensis *F.* 93, *saec. XII. inc., f.* 189′. *et* 190, *ex quo a.* 1862. *a V. Cl. W. Arndt descripta est. Iam antea vero Duchesne (Hist. Francorum SS. IV, p.* 155—157*) eandem, longiore ingressione auctam, 'ex codice veteri Atrebatensi, in quo habentur liber de translatione corporis s. Sebastiani*[2] *et alia ad Sanctum Medardum Suession. pertinentia' luci dedit, cuius editionem repetivit Bouquet XI, p.* 455. *Primo vero patet aspectu, introitum illum post esse additum, cum sermo valde sit dissimilis, oratio ad festum sancti celebrandum accommodata, praeterea tam de villa Donchéry quam de Franciae rege Heinrico et Gozelone duce bis eadem ita referantur, ut haec uni auctori minime tribui possint.* *G. W.*

Agente in sceptris regni Francorum glorioso rege Henrico, serenissimi Roberti regis* filio, veritatis voce completur quod dicitur: *Omne regnum in se ipsum divisum desolatur.* Enimvero tunc temporis Luc. 11,17

Naturae rerum mutatus solvitur ordo.

Quorundam perfidia totius regni Franciae perturbatur monarchia, perturbatione confunditur non minima. Utilitas rei publicae neglegitur, ecclesiarum facultas ubique minuitur, fas et nefas alternis vicibus corrumpitur, leges et iura corruptionis ordine depravantur; iniquitas praevalet, aequitatis iudicium et iusticia silet. E vestigio subsequitur divinae ultionis gladius: fames et gladius ubique grassantur, pestilentiae et clades

*) *Ex Roberti regis Vita ab Helgaldo scripta unum tantum locum afferre debemus, quem exscripsi ex cod. Vaticano regin. Christm. nr.* 566, *f.* 7′, *procul dubio auctoris autographo. Edita est a Pithoeo, Hist. Franc. SS. coaet. p.* 59 *sqq.; Duchesne, Hist. Franc. SS. IV, p.* 59 *sqq.; Bouquet X, p.* 96 *sqq.* Fuit idem rex sapientissimus litterarum, cuius[a] prudentissimo cordi erant [insita[b]] a Deo data perfecte sapientiae dona. Nam[c] a piissima matre scolae Remensi traditus, domno Gerberto ad erudiendum est datus, qui eum sufficienter liberalibus instrueret disciplinis, ut in omnibus Deo omnipotenti complaceret virtutibus almis. Factumque est. Is quippe Girbertus pro maximo suae sapientiae merito, quae toto radiabat in mundo, donativo regis Hugonis munere pontificium adeptus Remense, non multis annis illud adornavit splendide in his quae forent necessaria ecclesiae sanctae. Eo namque derelicto, Ravennatium factus est rector ab Ottone III, de quo ad apostolatum Petri apostoli sanctissimi festinus conscendens, multa in eo virtutum operatus est insignia, et precipue in elemosina sancta; quam[d] fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cetera de se letus et hilaris ita in R littera lusit[3]:

Scandit ab R. Girbertus in R., post papa viget R.

Hoc aperte demonstrans, quod hii tres episcopatus honores, quos professione regularis vitae patris Benedicti monachus factus suscepit, rexit, tenuit[e], huius R litterae signo in capite sunt declarati. In addiscendis vero artibus hic vir Dei humillimus domnum Ingonum[f] collegam habuit, quem abbatia Sancti Martini Masciacensis remuneratum, post abbatia Sancti Germani Parisiacensis inclitum, seculo reddidit, ut decebat tantum virum.

a) *sequentia,* 6 *lineis erasis, in marg. scripta, iam partim abscisa;* cui *c.?* b) *sic edd.; abscisum c.?* c) *ita edd.;* Nam a pi *iam non satis perspicua.* d) .q. *c.* e) et t. *edd.* f) Ingonem *edd.*

1) Cuius rei narrationem ab Odilone scriptam v. supra p. 377 sqq. 2) Non supra p. 378. allato, sed alio quodam, qui iam non Atrebati adservatur. 3) Cf. Sigeb. Chron. a. 992, SS. VI, p. 353.

incessanter prosequitur. Ea tempestate Gozelo[a] dux quidam duellionum Galliae gerens apicem potestatis amplissimae, spectabilis et ipse genere, nobilium spectaculis et iudicandis negociis videbatur praeminere. Quid multa? Tandem honestum et utile respuitur, auri sacra fames[1] invehitur. Dux et iusticiae minister spoliatur iusticia, quia diligitur pecunia. Rebus suis ecclesia praesens exuitur, adversitatibus premitur, ut oppressa gloriosius exaltetur eorum interventionibus, quorum triumphis clarescentibus haec dies sanctificata constare videtur. Ad tam pulchrae festivitatis spectaculum sparguntur semina lacrimarum. Interea germinent[b] fructum gaudiorum, ut suavius fulgeret delectabili odore virtutum. Rebus suis, ut dictum est, spoliata gemit ecclesia, quia hereditatis suae portione privatur non minima.

Est igitur locus super Mosam fluvium situs nomine Doncherius[2], Karoli regis Francorum, Romanorum quoque imperatoris[3], liberalitate donatus ad partem sanctuarii huius. Hanc amplissimae possessionis sedem dux ille, cupiditatis suae desiderio satisfaciens, cum omnibus appendiciis et cunctis mobilibus et immobilibus, et ad integrum percurrens, descriptionem quoque rerum faciens, tandem factus sacrilegus, in suam singulariter redegit potestatem. In causam negocii eius assiduis precibus imploratur Deus noster, refu-
cf. Ps. 9, 10. gium et virtus, adiutor in oportunitatibus. Deponuntur corpora sanctorum de suis sacris cubilibus, ad nudum terrae prosternuntur cum singultu cordis et gemitibus.

1031. Post[c] mortem gloriosissimi Francorum regis Rotberti[d] regnante Heinrico, filio eius, cum
iam in regno bene profecisset et curam[e] rei publice iusto moderamine disponeret, aliquot
1037. iam evolutis annis, contigit obire sui[f] palatii primum consulem Odonem[4]; cuius filii Theude-
baldus[g] et Stephanus, cum paterni honoris dignitatem ad integrum possidere cuperent, et
discordantibus animis arma corripere contra regalem potentiam multo vallati milite nullo
modo formidaverunt. Rex autem ea[h] quae pater in pace possederat suo dominio multa
vendicans, inter caetera, pre nimia animi perturbatione abiecto aequitatis iure, de possessione
monasterii[i] Sancti Medardi Sanctique Sebastiani, qui[k] illorum ditioni subditus erat, famo-
sissimam possessionem quandam super Mosam fluvium sitam, quae Donchredus[l] nomi-
natur, palatio suo servituram propriis ministris delegavit. Quam demum a fundis rerum et
frugum opulentiam regalibus palaciis exuberantibus subministrantibus longe positam con-
siderans, cum eius minime reditibus ad usus proprios egeret, neve videretur sanctorum
predia nisi ulciscendi furoris causa suo dominio vendicasse, duci cuidam Lothariensis regni
nomine[m] Gozeloni in beneficio possidendam contradidit. Qui nullo timore[n] Dei correptus,
temere suscepit quod de sanctuario Dei iniuste ablatum noverat. Comperta igitur abba[o, 5]
monasterii prefatorum sanctorum tanta regalis potentiae violentia, quae sibi commissae
aecclesiae illata erat, cum omni congregatione[p] monasterii gaudia mutans in luctum et
cf. Iob 30, 31. organum Deo servientium in vocem flentium, nimio animi[q] merore est affectus. Ignorans
autem, qua parte se verteret, quo super tantam violentiam iusticiam expeteret, utpote quem
et regalis indignationis censura premebat et advocatorum nulla spes sublevabat, omnipo-
tentis Dei cum omni congregatione expetit[r] auxilium, qui nunquam derelinquit[s] sperantes
cf. Ps. 9, 10. in se et indefessus est[t] adiutor in oportunitatibus, in tribulatione. Inito ergo consilio[u]
cum fratribus, fieri disposuit, unde et rex terreretur de iniusta donatione et qui sanctorum
res possidendas susceperat de temeraria susceptione. In luctu[v] et gemitu se cum fratribus
constituens, aecclesiam cui deserviebat divinis privavit officiis et sanctorum corpora, quae in
condigno sibi[w] loco condita erant, quasi rerum suarum damnum[x] secum gementia humi pro-
stravit, quatinus[y] omnipotentis Dei misericordia et afflictae subveniret aecclesiae et sanctorum
suorum reliquias aliquando cum sui nominis glorificatione, rebus restauratis, in proprio
recondere[z] faceret honore. Evoluto denique anni curriculo, cum sanctorum res prenomi-
natus dux secure et quasi hereditarias possideret, contingit paschalem solemnitatem dominice
resurrectionis omnibus christicolis[a] solemniter recolendam suo occurrere in[t] tempore.
1039. Imperiale vero edictum[6] ducem illum, ut curiae suae interesset apud palacium quod Neomai[b]
appellatur, vocavit. Proficiscente autem eo cum omni suo apparatu et iam propinquante
Apr. 11. quo ibat, nocte quae caenam dominicam precessit, dum ad vigilias matutinorum [in[c] mona-
sterium Sanctae Mariae et Sancti Servatii Traiectensis] celebrandas, christiana monitus[d] reli-

a) Gotzelo *ed.* b) *sic ed.* c) *incipit c.* d) Rodberti *ed.* e) iura *ed.* f) p. s. *ed.* g) Teutboldus *ed.* h) eis *ed.* i) s. M. m. et s. Seb. *ed.* k) *ita c. et ed.* l) Doncheredus *ed.* m) *deest ed., ubi* Goscel. n) D. t. *ed.* o) abbas *ed.* p) m. c. *ed.* q) est an. m. aff. *ed.* r) expetiit *ed.* s) dereliquit *ed.* t) *deest ed.* u) cum fr. c. *ed.* v) g. et l. *corr.* l. et g. *c.* w) sub *ed.* x) damna *ed.* y) quamvis *ed.* z) recedere *c.* a) christianis *ed.* b) Noviomagum *ed.* c) *haec desunt c.* d) ammonitus *ed.*

1) Verg. Aen. III, 57. 2) Donchéry inter Sedan et Mezières (dép. Ardennes). 3) III; cuius rei praeceptum datum est a. 887, Iun. 23; Bouquet IX, p. 361. 4) Comes Blesensis et Campaniensis, a. 1037. in pugna Barensi occisus. 5) Richardus. 6) De Conrado II. sermo esse videtur, qui a. 1039. pascha Neomagi celebravit; v. Bresslau, 'Jahrb. Konrads II.' II, p. 334.

gione, surrexisset, peractis matutinorum solemniis, et extinctis secundum aecclesiasticum morem candelis, obtenebrata omni domo, ad orationem se rogaturus Deum pro[a] peccatis suis prostravit. Qui cum oraret, arreptus a[b] somno, vidit in mentis excessu hos sanctos, Sebastianum et Gregorium ad dexteram[c] ac[b] Medardum [ac[d] Gildardum] ad levam, quos precedebat [et[d] quos sequebatur] multitudo albatorum[e] cum crucibus et caereis. Audivit autem eos inter se conquirentes[f], quid de eo facerent qui res suae aecclesiae[g] a rege non aequo iure iam tunc moderamina rei publicae disponente accepisset et iniuste[h] eas ut a parentibus relictas[i] possideret. Conquerentibus[k] autem eis inter se, quid de eo ageretur, beato papa[l] Gregorio precipiente, sanctus et[m] invictissimus martyr Sebastianus eum asta quam tenebat cum quadam severitate percussit. Quo ictu expergefactus, sanguinem per nares et os gliscentem[n] a corpore suo sensit, et convocatis sociis sui[o] itineris, qui ei more solito adhaerebant, innotuit eis lamentabili clamore, quid audisset vel vidisset. Quid vero passus esset, sanguis[p] ab ore et naribus defluens testabatur. Causam vero tam severe apparitionis possessionem[q] illam intellexit esse, quam a rege iniuste[r] acceperat et iniustius possidebat. Accepto denique ibi divino [instinctu[s]] suae[t] salutis consilio, terram aecclesiae sanctorum, cui iniuste subtracta fuerat, devotus possidendam in perpetuum reddidit, temeritatem suam duriter accusans et sanctorum merita ubique predicans. Hoc modo possessio sanctis reddita est, et aecclesia quod tristis amiserat[u] Deo disponente gaudens recepit. Sanctorum denique corpora, quae[v] humi prostrata [diu[s]] iacuerant, cum summa veneratione et nominis Dei glorificatione [12.[d] Kal. Maias] in[b] condigno honoris[b] sui loco restituta sunt, et divinae laudis preconia, quae diu in eadem aecclesia siluerant, cum laudibus et ymnis Deo gratias referentibus fratribus[w], insonuerunt.

(Margin: 1039. — Apr. 20.)

a) p. p. s. *des. ed.* b) *deest ed.* c) eius d. *ed.* d) *haec desunt c.* e) beatorum *ed.* f) querentes *ed.* g) tenere *add. ed.* h) iuste *ed.* i) relicta *c.* k) Conquir. *ed.* l) Gr. p. *ed.* m) s. m. inv. *ed.* n) elicientem *c.* o) i. s. *c.* p) test. s. ab o. et n. d. *ed.* q) possessionis *c.* r) et i. *ed.* s) *deest c.* t) sal. suae *ed.* u) admiserat *c.* v) qua *c.* w) fratres *c.*

MONUMENTA MONASTERII S. WINNOCI BERGENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

EX VITA ET MIRACULIS S. WINNOCI.

Precibus fratrum coenobii S. Winnoci Bergensis admotus ignotus quidam clericus, ipse non monachus huius monasterii[1], *Vitam antiquiorem*[2] *patroni eorum saec. XI*[3], *certe non multo post medios huius saeculi annos, in elegantiorem sermonem, syllabis consonis verborum enunciata terminantium et versibus immixtis ornatum, transscripsit. Ipse quaedam de corpore sancti in ecclesiam Bergensem a Balduino Calvo comite a.* 900. *translato et nonnulla miracula addidit, ex quibus pauca excerpta exhibemus.*

Deinde paulo post a. 1070.[4] *Drogo*[5] *presbyter et monachus Bergensis, qui iam puer parvulus eidem monasterio traditus fuerat*[6], *aliquot annis post a.* 1058, *nescimus quid acturus, in Danamarchiam profectus erat*[7], *iam antea Translationem s. Lewinnae*[8] *et quondam extra monasterium positus Vitam Oswaldi regis*[9] *ad fratres Bergenses ediderat, triginta capitula de miraculis s. Winnoci suo tempore factis prompto, sed prolixo nimis et verboso sermone conscripsit. Ex quibus quae Balduinum V. comitem Flandriae eiusque uxorem tangunt paucaque alia excerpsimus, usi tribus codicibus, qui Vitam Winnoci supradictam eique subiectum libellum Drogonis continent.*

1) *Audomarensi nr.* 716, *t. VIII, membr. fol. max., saec. XII. ex. — XIII. in., tomo magni legendarii Claromariscensis Vitas sanctorum mensis Novembris continente*[10].

1) Prol.: *a fratribus cenobii S. Winnoci, quorum caritate non parum iocunde refrigeratus sum, ... suggestum accepi, ut vitam et actus . . . . patris novo stilo ex veteri sumpto cuderem.* Coniici quidem possit auctorem fuisse Bovonem episcopum Saxonem, quem a. 1058. 'multis diebus' in coenobio Bergensi moratum esse, Drogo in Transl. s. Lewinnae c. 12. et Mirac. s. Winnoci c. 22. tradit, sed quo id probabilius reddam, non habeo. 2) A monacho S. Bertini conscriptam, editam 'Mémoires de la Société des antiquaires de la Morinie' V, p. 200 sqq.; a Ghesquiero, Acta SS. Belgii VI, p. 432—435, non integram. 3) A. 1022. demum monasterium S. Winnoci, canonicis eiectis, a Balduino Barbato fundatum est (Ioh. Longus 36, 2, SS. XXV, p. 780), post hunc annum igitur, quoniam 'fratres coenobii' auctor alloquitur (n. 1), ante Drogonis Miracula vero, de quibus mox dicam, libellum compositum esse, apparet. 4) Post obitum Rumoldi abbatis († 1070) eum scripsisse, ex cap. 20. et ex eo apparet, quod hunc, cui alterum libellum suum de translatione s. Lewinnae dicaverat, nusquam alloquitur. C. 18. rem a. 1067. factam narrat. 5) Sic audit nomen in lemmate codicis nostri 1 et in auctoris epistola Translationi s. Lewinnae praefixa; formae *Drago* in codice nostro 2 et *Draco* in codice Compendiensi a Mabillonio lecto corruptae sunt. Hunc Drogonem cum episcopo Taruennensi falso a quibusdam confusum esse, demonstratum est Acta SS. Iul. V, p. 612. Quod vero ibid. Iul. II, p. 362 sq. contenditur, auctorem Vitae Godelevae Drogonem fuisse monachum S. Andreae Brugensem, minime mihi persuasum est, immo eum nostrum Bergensem fuisse, multo probabilius videtur. Cf. de eo 'Hist. littér.' VIII, p. 11—17. 6) Mirac. c. 1. 7) Ib. c. 22. 8) Infra p. 782 sqq. 9) Acta SS. Aug. II, p. 94 sqq. 10) Cf. 'Archiv' VIII, p. 416.

2) *Bruxellensi nr.* 7461, *membr. fol. max., saec. XII. ex. — XIII. in., parte magni legendarii Valcellensis Vitas mensium Novembris et Decembris continente, p.* 1—22[1].

3) *Bruxellensi nr.* 9120, *membr. fol. max., saec. XII. ex. Hic quoque tomus est cuiusdam legendarii magni, quod ubi scriptum sit, non constat*[2]. *Vita et Miracula Winnoci f.* 54—62. *reliquis duobus codicibus multo mendosius exarata leguntur*[3].

Utrumque libellum, nonnullis capitibus Drogonis omissis, Mabillon, Acta III, 1, *p.* 303 *sqq. ex codice Compendiensi nostri* 2 *simillimo edidit. Vitae partem primam iam antea Surius, Hist. SS. VI, p.* 121 *sqq., publici iuris fecerat; integram supplevit Mosander t. VII, p.* 809—817. *Fragmentum eius dedit Bouquet VII, p.* 379 *sq.* *O. H.-E.*

EX VITA WINNOCI.

INCIPIT PROLOGUS IN VITA SANCTI WINNOCI CONFESSORIS[a], CUIUS[b] FESTUM COLITUR OCTAVO YDUS[c] NOVEMBRIS.

Cum titulos olim maiorum copia honestaverit dicendi et fortia facta veterum in posteros non parum gloriose transmiserit, eo etiam exemplo plerique quos nostra aetas habet affectati, sanctorum facta virorum vel dicendo vel scribendo caelo nisi sunt aequare. Sic Severus Martinum, Fortunatus Hilarium, sic alii alios conscripsere eosque in ornamentum aecclesiae dedere. Cumque in dicendo nil minus a magnis oratoribus effecerint, nullo modo tamen, ut sine detrimento maiestatis eorum dixerim, virtutes sanctorum scriptis aequare valuerunt[d]; et ne derogationis in tam preclaros aecclesiae Dei oratores arguar, idem ipsi una mecum sentiunt minus esse[e] meritis sanctorum omne quicquid dixerint. Nec mirum. Ad quorum enim nutum[f] creatura Creatore disponente naturam interdum ignoravit, et elementa vim visa[g] sunt pati, in eorum laudibus oratorum linguam succubuisse parum est. Haec iccirco diximus, ut tanto scribenti mihi ignoscatur[h], quanto a magnis oratoribus minus habet ingenium, et coram quibus, ut ita dicam, nostra sordescit oratio. Sed, ne me scribentem temeritatis accuset, quicumque ille est, causas scribendi precognoscat, et tunc[i] demum vel accuset vel ignoscat. Nam a fratribus cenobii Sancti Winnoci, quorum caritate non parum iocunde refrigeratus sum, non sine confusione, fateor, mei suggestum accepi, ut vitam et actus memorabilis, quem prefatus sum, patris novo stilo ex veteri sumpto cuderem, Ciceronis linguam in ore rustico querentibus. Quid enim? Satis michi[k] timebam patribus non parere[l] vicemque eis quibus multa debui non reddere. Et quid agerem qui multa debui, exactus quod non habui? Hinc caritatem, hinc imperium illorum considerans, inter utrumque positus, caritati vicem, imperio obedientiam debui. Cumque diversus has in partes egre spiritum traherem et conatus sum posse quae non habui posse, venit in mentem os[m] prophetae calculo de igne altaris sublato emundatum et, quod mirabilius est, Es. 6, 6. 7. os asinae in verba distinctum. Proinde sanctus hic, quem laudare compellor, facile habet in apertione Num 22, 28 sqq. oris mei gloriosus fieri, qui, cum voluit, mutorum[n] linguas absolvere promptum habuit. Et quamvis parum gloriosum[f] sit divina humanis laudari[o], habet tamen devotio sancta laudis suae[f] premium, negligentia periculum. Devotionis enim est pie laudare, negligentiae non laudare. Et licet non sit speciosa laus in Eccli. 15, 9. ore peccatoris, de negligentia tamen iudicabitur, si non conatur utcumque mereri, ut laudet[p]. Precibus ergo patrum confisus, aggrediar opus quod iniungunt, obediendi scilicet devotione, non scribendi presumptione. Cumque extremam manum operi dedero pensumque operis patribus reconsignavero, si quid manus nostra erraverit[q], iubentibus magis quam obedienti lector imputare habebit, quia facile potiorem me in hoc opere scriptorem admittere potuerunt. Quia ergo non piguit eos magna iubere, nec me pudebit magnis parere, quamquam futuro operi longe viribus impar sim[r].

EXPLICIT[s] PROLOGUS.

INCIPIT VITA SANCTI[t] WINNOCI CONFESSORIS CHRISTI.

. . . .

a) abbatis 3 b) cuius — Novembr. *des.* 2. 3. c) Kalendas, *manu s. XV. corr.* Ydus 1. d) voluerunt 2. e) s. mer. esse 3. f) *deest* 3. g) iussa 3. h) cognosc. 3. i) tum 3. k) tim. michi 3. l) parerem 3. m) hos 3. n) multorum 2. o) laudare 3. p) mer. laudare 3. q) erravit 2. 3. r) sum *corr.* sim 3. s) E. pr. *des.* 3. t) *haec rubra deest* 1; V. eiusdem, cuius festum est VIII. Idus Novembris 2.

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 504; supra p. 424. 2) Cf. ib. p. 526; supra p. 418. 3) Recentia apographa Vitae Bruxellensia nr. 18893. et 8934. I. Heller b. m. evolvit, quorum lectiones penitus negleximus. Exstant praeter hos alii duo codices: Bergensis saec. XII ('Archiv' XI, p. 530; Pruvost, 'Chronique et Cartulaire de l'abbaye de Bergues-St.-Winnoc' I, p. XVIII sqq.; qui ex eius apographo quasdam particulas imprimi fecit; quo codice omnia opuscula Drogonis de Winnoco, Lewinna, Oswaldo, etiam duo sermones eius in festo s. Oswaldi legendi, continentur) et Atrebatensis nr. 462. saec. XIII ('N. Archiv' II, p. 317).

11. De quodam viro meritis beati viri post ruinam illeso.

Virtus virtutem comitatur, et adhuc in sancto suo Deus glorificatur. Neque silentio est pretereundum, quicquid in sancto Dei est iocundum, quamquam aetas veterum[a] plura nobis invideat et pauca de plurimis futurae aetati perspicua faciat. Gerardus quidam[b] comitatum gerens Deo sanctoque Winnoco adeo[c] erat devotus, ut impensas magna ex parte de collaboratu proprio pro restaurando sancti viri administraret oratorio[1]. Sed hanc boni viri industriam humani generis inimicus vidit et amica sibi zelotipia invidit, fraudisque suae commentis coeptum opus parat impedire, quod invidus non potuit non invidere. Nam cuidam, qui consummando operi deserviebat, precipitium ex alto dedit, quem vitam finisse, ipsa ruina suspicabile fecit. Sed virtus sancti fraudem elusit inimici. Nam post horam ita meritis sancti incolumis surrexit, ut non solum nulla precipitii damna sentiret, sed promptius quam solebat ad coeptum opus rediret; sicque ex hoc miraculo stupor simul et gaudium accrevit in populo.

12. De prefati illustris viri Gerardi donatione calicisque[d] vitrei conquassati redintegratione.

Postquam fama tanti miraculi ad prefatum illustrem Gerardum pervenit, magis magisque ipsum in amorem sancti accendit, adeo ut illum pro ea quam habebat devotione patrimonii sui donaret largitione. Cum omni namque integritate Spirliacam[2] ei villam dedit, sumptuum etiam copiam adiecit pro construendo eodem in loco in honore sancti viri oratorio. Cui operi honestius maturando fratres de coenobio sancti viri evocantur, atque industria eorum ad plenum omnia formabantur. Vita enim eorum doctrina et virtutibus egregia erat, ideoque ad sententiam eorum facile omne opus processerat. . . . . . .

13. De reliquiis sancti viri per incuriam perditis[e], sed meritis eiusdem mirabiliter inventis.

Dies rogationum advenerat, populus cum crucibus et reliquiis et cambuta[f] sancti longius processerat, sed tardius solito monasterium repedaverat. Sed cum circa reliquias[g] sancti negligentius quam oportuit ageretur, negligentia merito damnum meretur. Nam a fronte cambutae[h] particula auri cum reliquiis cecidit atque inveniendi se vestigia nulla reliquit, tantique perditio thesauri usque mane latuit. Mane autem facto, capicerius[3] aecclesiae damnum rei publicae primum expertus, incredibili timore diriguit remque fratribus retulit, si forte huiusmodi damno conscientia alicuius subvenire posset. . . . . . .

15. De piratarum intra fines Flandriae[i] irruptione sacrique corporis eius translatione.

Karolus cognomine Calvus Francorum in sceptris[k] imperium agebat, Balduinus[l], eiusdem gener, monarchiam Flandrarum gloriose pollebat, vir, cuius ingenio et militia nil in viris clarissimis preciosius unquam habuit Flandria. Cui ex occasione fortissimi animi cognomen accessit Ferreus; milite enim multo et militia de hostibus triumphare non parum erat strenuus. His diebus mucro divinae animadversionis de vagina sui eductus circa marina maxime loca ulciscendi[m] frena laxavit; merito enim sui erroris populus terrae id promeruit. Nam regio[n] Danorum satellitem funestum de sinu suo evomuit, qui quaeque circumcirca gladio, igni absorbuit, maximeque in Flandrarum atque Mempiscorum[o] confinio incredibili desevit exterminio. Unde contigit sacrosanctum corpus beati viri de loco propriae quietis Woromholt[p] efferri[q] et ad Sithiu in aecclesiam beati Audomari transferri[4]. Visum est enim commodum illo ire declinatum pestis huius incommodum. Quo in loco immensa aetate non infimo Audomaricolis honori fuit, donec pestis prefata Dei miseratione sopita quievit.

16. De castri Bergas constructione sacrique corporis beati viri illo translatione.

Successu interea temporum surrexit in Flandria optimum inter milia caput Balduinus[l] cognomine Calvus[5],

Famam cum rebus peperit cui plurima virtus.

Hic a progenitoribus Flandriae monarchiam sortitus, tum facile habebat obvium sibi suisque consultum ire, tum et[b] ingenio et armis divina humanaque iura ex aequo librare. Qui suspicione irruptionis adversae partis, quae iam post longum furorem vix quieverat, ductus, fines Flandriae facile usque ad id temporis accessibiles[r] et pervios hosti castris munierat omnique in reliquum impugnationi clauserat. Tunc etiam locum Bergas[6] dictum presidio placuit munire, quod munitioni omni circumquaque esset patriae; ubi etiam aecclesiam construi fecit, quam titulis confessorum Christi Martini atque Winnoci insigniri fecit. Animo insuper quiddam honeste utile et utiliter honestum concepit, quod tam honeste quam utiliter

a) in eternum 2. b) *deest* 3. c) ita 3. d) calicis et 3. e) perditi 3. f) cambuca 2. 3. g) s. rel. 3. h) cambucę 2. 3. i) irr. intra f. Flandarum 3. k) septri ag. imp. 3. l) Baldewinus 2 *plerumque*. m) ulciscenda 1. 2. n) regia 2; regina 3. o) Menpisc. 3. p) Woromolt *plerumque* 3. q) offerri 3. r) et p. acc. *corr.* acc. et p. 3.

1) Wormholtensi cellae (Wormhoudt, a Bergues meridiem versus), cui Winnocus praefuerat et ubi sepultus erat; de qua auctor c. 3: *Adiacet eadem possessio super fluviolum qui dicitur Pena* (Peene), *Taruennensium Flandrarumque confinio, pingue satis solum et fertile frugum.* 2) Eperlecques (cant. Ardres) prope Watten. 3) Is est sacrae supellectilis custos, quem nostrates vocant 'le Chevecier'. MAB. 4) Cf. Chron. Normann. a. 846, SS. I, p. 533; hoc vero minime a. 846. factum est; quod nec eo loco dicitur. 5) A. 879–918. 6) Bergues (S. Winnoxbergen).

opere perfecit, sacrosanctum[a] videlicet corpus beati Winnoci illo transferre, ut Flandria ulterius secura laborum tanto gauderet protectore. Tenebat ea tempestate sceptra Francorum rex Karolus, quem dolo captivaverat Heribertus. Quem prefatus Flandrarum monarches adiens — habuit enim apud ipsum plurimum posse —, consilium animi sui regis roboravit consilio et magnificavit privilegio[1]. Nam mox ut animum regis super prefati loci mentione[b] convenit, proprii sese voti compotem invenit, quia super eodem loco privilegium regale facile optinuit affectusque sui effectum auctoritate regia promeruit. Tunc demum Sithiu[c] perrexerat ire, quo iam, ut[d] diximus, timore[e] hostili sacrosancti Winnoci menbra contigit[f] transferri. Et licet arte qua poterant obnitentibus Audomaricolis, sacrosanctum corpus abstulit et ad locum Bergas, quo destinaverat, transtulit; quem iam regali et privilegio et munificentia, ut diximus, adeo ditaverat, ut eum Flandria honestam sui partem hodieque habeat. Acta est haec translatio a Balduino cognomine Calvo anno humanati Verbi nongentesimo, Karoli regis ab Heriberto 900. Virmandorum postea capti anno octavo, indictione tercia.

17. De sacrosancto[g] corpore eius ad locum pristinae quietis Woromholt[h] deportato, et de caeco illuminato.

Fidelibus sane Deo sanctoque Winnoco devotis convenit sacrosanctum corpus sancti ad pristinae quietis locum Woromholt quotannis[i] deportari, cum natale precursoris Christi annuus indicit cursus Iun. 24. celebrari, quamquam[k] nostra aetas ad deportandum illud morem gerat, cum adventum Spiritus sancti aecclesia sollemniter celebrat. Deportandi[l] illo, quo diximus, sacri corporis dies illuxit, plebs non modica, invitante merito sancti, undecumque confluxit, visura gloriam Dei in gloria sancti sui. Nam in magno grege confluentis eo populi quidam Adelbertus[m] cum uterino fratre suo Tanchrado[n] pars erat populi, cum fratre, inquam, a primis cunabulis caeco; caecitas enim penae aequeva sedecim iam annos in homine aequaverat. . . . . . .

18. De caeca illuminata.

Aliud non dissimile huic miraculo non dissimiliter cernentibus fuit spectaculo. Quaedam mulier emporio Furnensi[2] orionda, rebus paupercula, utroque oculorum lumine orbata erat; cui dum caecitas triennio consenuisset, eamque medicorum manus eisdem ipsis rebus quae inopi fuerant exhausisset, sed nil remedii attulisset[o], animo induxit sanctorum loca peragrare longeque[p] melioribus medicis salutem expectare. . . . . . .

19. De[q] reo meritis[r] suis captivato, sed meritis sancti liberato.

Quendam ex familia Woromholtensi, quae sancto viro attinebat, rei publicae prefectus captivatum loris astrinxerat. Ubi cum omnem salutis spem exhaustam haberet, hoc unicum remedii credebat in[s] invocatione huius sancti dies noctesque perpetuare et ab eo ereptionem sui expectare. Et ecce prima vigilia noctis cernit adesse senem magno fulgore nitentem.

Hic nitet, ille stupet, prorsus uterque silet.

Cumque aliquandiu in hoc lux, in illo stupor, in utroque esset silentium, cum sene lux abiit, captivo ereptio venit. Nam vinculis manuum pedumque expeditus, libertate eundi quo voluit potitus, claustris apertis, egreditur, viam quae ducit[t] Woromholt ingreditur. Nec mora, nec requies, ad prefatum locum festinato[u] pervenit, ereptori suo gratias dedit, ereptionis suae ordinem cunctis palam fecit. Testabatur etiam sibi profugo prosperos ad votum successus arrisisse, nec feram nec hominem — quod facile nocturnis profugis timori esset solet — obvium habuisse.

20. Item[v] de quodam captivo meritis sancti erepto.

Aliud alio tempore nec dissimile miraculum hoc auctore gestum ex scriptis futura aetas habeat manifestum. Adalardus quidam erat non infimum ex familia prefati confessoris caput. Villam vocabulo Suivesela[3] mansionem habebat, famulos ipse famulus plures possidebat[w]; quorum plerique fugam[x] noctu capere, Bononiam parant tendere. Erat tunc temporis eisdem Bononiae partibus quidam Mirolfus, pravi potens, recti impotens, rebus pauper, alieni appetens. Qui prefatos fugitivos facit sibi captivos, avaricia et ipse captus, servans eos cismarinis vendendos negociatoribus. Adalardus, quem prescripsimus, suos e vestigio insequitur fugitivos, eos apud Mirolfum repperit captivos; virum convenit, suos publicis legibus repetit. At ille insanire, Adalardum aeque famulis concaptivare, vinclis pedicisque damnare, postremo omnia quae reorum sunt in ipsum intentare.

Sed magis ille reus quam qui sine crimine lesus.

Nocens ille vincla, innocens iste preces ingeminat, preces, inquam, quibus beati Winnoci nomen interdiu noctuque frequentarat. . . . . . .

a) *deest* 1. b) mentionē 3. c) Sithyu *h. l.* 3. d) ut d. *des.* 3. e) timores hostilis *corr.* timore hostili 2; timor hostilis 3. f) coegit tranferri 3. g) *deest* 2; sancto 3. h) *deest* 2. i) quod annis deportare 3. k) quaquam 3. l) et dep. 3. m) Adalb. 3. n) Tancrado 2; Thancrado 3. o) attulisse 3. p) a *post add.* 1. q) Aliud miraculum *rubra* 3. r) m. s. *des.* 2. s) *deest* 3. t) W. d. 3. u) p. f. 3. v) *abhinc rubrae des.* 3, *spatiis vacuis relictis.* w) possed. 3. x) n. f. 3.

1) Quod non exstat. Cf. de his chartam Balduini V. comitis datam a. 1067, Maii 27, ap. Pruvost p. 58. 2) Furnes. 3) Sysseele (arr. Bruges, cant. Oedelem).

21. De muliere a nativitate caeca coram lipsana sancti illuminata.

Sanctum hunc in artubus suis defunctis[a] vivere, plura adhuc documenta sunt, quamquam compendii gratia ad finem festinet[b] oratio. Annuus indixit[c] recursus sacrosanctum corpus sancti Worombolt deportari, cum adventus Spiritus sancti sollemniter solet celebrari.

Adcurrit populus, properat sine nomine vulgus.

Habebat enim summe festivum patrocinia sancti ire comitatum. . . . . . .

Haec de viro sancto dicta sufficiant, quamquam signorum ipsius materies omnem stilum exsuperet, miraculisque eius omnis sermo inferior sit. Nec credi non debet in artubus suis defunctis ipsum adhuc vivere, cui[d] olim in terris viventi Christus fuit vivere.

Pro nobis oret, sub quo patre Flandria floret,
Ac me scribentem te respiciatque legentem!

EXPLICIT[e] VITA SANCTI WINNOCI CONFESSORIS.

a) defuncti 3. b) sustinet 1. c) induxit *radendo corr.* indixit 2. d) cui — legentem *alia manu in loco raso* 3. e) *haec des.* 1. 3.

EX MIRACULIS S. WINNOCI AUCT. DROGONE.

PROLOGUS[a] DOMNI DROGONIS[b] VENERABILIS SACERDOTIS ET MONACHI IN MIRACULIS SANCTI WINNOCI ABBATIS[c].

Sepe et multum quivis mortalis se exercitationi alicui sive studio dedere debet, ut quodammodo fugiendo quid mali nitendoque aliud quid utilis vitium[d] posthabeatur, virtutisque clarae bonive summa sequatur. Nam ociositas vitiis iungitur, studium vero officii omne virtutis est, maxime scriptitando aut lectitando quaeque utilia, unde virtus animi clarescit, nitescit, floret. Id siquidem huius officii dedito exercitationi quod proferimus patet, cum utrumque inde eveniat, et vitium caveatur, et virtus animi, fama boni, claritudo scribendi modo augescat, modo floreat manendoque dilatetur. Istud dignae rationis idque ratae orationis tandem me, quanquam indoctum, ad scribendum compulit, ut et posteris digna relatu legenda pro posse relinquerem et ut nonnullius salutem utilitatis primo mihi, dein multis providerem. Nec id[e] quidem coepti meae temeritati sive audaciae quivis prudens lector asscribat, cum quisque suae utilitatis commodum quaerat. Nam id quidem fatuitati ac negligentiae deputatur, si quis salutem suam negligat. Verum etiam crebro adhortatu caritas et dilectio meorum fratrum me scriptum venire coegit, ut partim visa, partim audita stili officio commendarem et mira dictu, digna relatu, summa oratu posteris relinquerem. Tandem, antequam orationis principium ordiatur, lectorem submonitum volo, ne credat, non dicat, nec lacerando haec, detrahendo mihi proferat me falsa descripsisse, cum nulla alia nisi partim visa, uti dixi, partim audita a probatissimis et dignis memoria viris affirmem me posuisse. Verum si quid a gramaticae artis regula deviat, si quid ab arte exorbitat[f], quod sit dictum aliter quam fore huius regula deberet, veniam det, oro, et meminerit communis fragilitatis, et quia mortalis nunquam in eodem statu permanet. Verum id quidem actenus[g]. Omnipotens Deus, parens rerum, conditor omnium, oro, mentem scribentis regat, qui omne sua sapientia gubernat. Omnipotentis Dei providentia nil in terris quod mirum visu sit sine re agit, ita dico, quando insolitum aliquid accidit. Verum de profundissima mente illius difficillimum est disputare, periculo fit ultra quam mortalis rei defectus fert altissima rimari sive inquirere. Quapropter, cum id insolitum evenit, quod portenti aut signi causa videtur mortalibus, reprehendendo vitam, castigando sese, penitendo errati quivis emendetur; fortassis enim is arguitur sceleris, vult Deus, ut penitendo corrigatur. Suis signis visibilibus Omnipotens laudetur, mirabilis in sanctis suis predicetur, si quid est errati, uti est in nobis, corrigatur, quod minime quidem sui est mortalis fragilitas haud inquirat. Id siquidem tantum iccirco protuli, quia nonnulli mortalium imprudentes rerum, ignari dispositionis Dei, minime animadvertunt, cum insolita hoc tempore visibiliter accidunt. Iamiam haec nobis occulta, Deo autem notissima relinquantur, et initium nostrae orationis, propter quam venimus, ordinando reponatur.

EXPLICIT PROLOGUS.

1.[h] De[i] caeca nata meritis beatissimi confessoris illuminata.

Ante non multis annis quam puer parvulus ad propositum sanctae religionis venissem[1], id quod primo dicturus sum contigit, quodque virtute suae bonitatis meritisque[k] beatissimi confessoris Winnoci Omnipotens[l] operari voluit. Adveniente alta pentecostes sollemnitate, solito more[2] multi mortalium Worombolt[m] dictum locum convenere, inter quos puella nomine Malguera deducta aliorum auxilio convenit. . . . . . .

a) Incipit prol. 2; *prologus deest* 3. b) Dragonis, a *e corr.* 2; Draconis *Mabillonii cod. Compend.* c) mir. eiusdem 2. d) post v. habeatur 2. e) q. id 2. f) exhorb. 2. g) *post corr.* hact. 1. h) *numeri cap. des.* 1. 2. 3. i) *rubrae des.* 3, *spatiis vacuis relictis.* k) que *deest* 3. l) Deus *add.* 3. m) Worumholt 2; Woromoholt *h. l.* 3.

1) Drogo vix post a. 1035. natus est, cum circa a. 1065. Translationem s. Lewinnae conscribens presbyter consecratus sit, non multo post a. 1045. igitur coenobio Bergensi traditus esse videtur. 2) Cf. Vit. c. 17. 21.

2. De caeco nato ad tactum loculi[a] viri Dei illuminato.

Quidam puer Bergensis villae vix unius anni aetatem habens, iam me puero, tercia feria ebdomadae pentecostes, a matre caecus natus, uti eadem affirmabat, in monasterium Bergense cum candela deportatur[b]. . . . . . .

3. De caeca puella ante sanctum[c] sancti altare illuminata.

Quidam vir, eiusdem villae incola, prolem feminini sexus quatuor annorum aetatem habentem in paschali ebdomada feria quarta caecam cum candela detulit, quam etiam super[d] sanctum altare ponere fecit. Post hoc autem, ante altare nuda humo ut iaceret, suasit et, ut talem aetatulam oportebat, minitando iacere indixit. Iacuit tandem minas patris timens, verum haud diu quidem. Nam subito velox surrexit, ad suum longe stantem genitorem cucurrit, genua illius[e] amplectens. Pater filiam suscepit gaudens, quam ilico sciscitatus est, an videret. 'Video', respondit parvula. Ille[f] autem volens probare, utrum id verum foret, ostendebat quaedam rerum. Verum quae nomina natura rebus indidit aperte astantibus protulit. Et mirum relatu! rebus, quas minime quidem antea[g] viderat, nomina dabat, unamquamque nomine separatim monstrabat. Eadem hora Athela[h, 1] Flandrensis comitissa orationibus vacans in templo aderat. Laudantes equidem super hoc miraculo audivit, quid illud quidem esset, nosse volens, inquisitum misit. Refert nuntius factum Dei virtute signum. Illo festina advolat, cernit miraculum, inquirit verum, Omnipotentem laudat. Preterea haud parvi precii pallio sanctum donat, gaudens redit, merita sancti omnibus predicat.

4. De caeca nata in deportatione sacri corporis illuminata.

Mos habetur mortalibus Bergensis pagi, ut octabis[i] pentecostes, die scilicet qua sanctae Trinitatis, unius ac veri Dei, commemoratio recordatione recolendo celebratur seu celebrando recolitur, deportari ossa venerabilis patris Winnoci, utriusque sexus sequente multitudine, deferrique[k] donorum vota, quae promiserint oppressi quacunque valitudine. Deportabantur more solito cum maximo tripudio huius sancti pignera, precedebat[a] ac sequebatur laudantium Dominum multitudo maxima. . . . . . .

5. De servo capitis dolore caecato patrocinio sancti illuminato.

. . . . . . Vicedominus Bergensis pagi, bonus vir ad comparationem eorum qui hodie aere fruuntur, utuntur vita, vivunt, nomine Erkanboldus[l] erat, cui coniunx vocabulo Alswildis[m], bonae memoriae femina, lecto iungebatur. His denique erat servus nomine Raingerus, qui ob longam infirmitatem capitis perdiderat viatici facultatem luminis. Nec mirum videatur, quod interdum apponam aliquorum nomina pro testimonio, aliquorum taceam, quia nonnulla occurrunt memoriae, nonnulla[n] vero menti recordationique excidere. . . . . . .

7.[p] De iuvene contracto per merita piissimi[o] patris sanato.

. . . . . . Paratur vehiculum, ad locum iam dictum itur, relinquitur miser ante ostium monasterii[2]. Ibi non multis diebus iacuit, quem edituus nomine Letfridus victu sustentavit. . . . . . .

9. De sene longo tempore caecato ad nutum sancti illuminato.

Alius iam provectae aetatis vir iamque pene[q] senex nativitatis exordia, parentes progeniemque habens ex Bergensi pago, nomine Isquinus iam longo tempore luminis facultate caruerat. . . . . . .

14.[r] De matrona surda a sancto Dei curata.

Solet quivis mortalis, cum minime abundat huic substantia, et cogit sui valitudo seu vitium corporis, quamquam sit altus[s] sanguine, locum mutare, ne sibi suisque dedecori habeatur. Quaedam matronarum adacta simili necessitudine substantiae, tum vitio sui — surda enim quam multis annis extitit —, dimisit locum, suos, viciniam, querens, ubi posset actitare vitam. Casu itaque devenit ad Athelam Flandrensem comitissam. Quae postquam cognovit hanc huiusmodi, secum detinuit, benigne largita est corporis necessitatem. Et quia gnara habebatur operum, magis[t] diligebatur, colebatur. Ipsa vero placere illi et omnibus manibus queritans, iniunctum[u] sibi opus sollerter studiosequè peragebat; quapropter haud immerito quidem multis placebat. . . . . . .

15. De brachio ligati soluto meritis sancti, confracto ferreo circulo.

Ligantur pro male admissis quorundam mortalium membra circulis[v] ferreis, ut sit hoc tormentum seu haec poena presentis vitae remedium criminis, sit salus animae, ut, dum pro peccatis torquentur, humilitate sive sui recordatione meliorentur, admissaque crimina deleantur. Quidam huiusmodi brachium ligatus ferro iniunctamque poenitentiam ducens[w], iam multis annis provincias, patrias peragrabat, patrocinia sanctorum devote quaerebat, ut sibi suis meritis auxilio forent, ut tandem Omnipotens ei subveniret, pietate moveretur[x]; qui iam diutino ac sevo tormento quot diebus torquebatur[x], stringebatur ferro, angebatur animo. . . . . . .

a) *deest* 2. b) portatur 3. c) *deest* 2, *ubi* alt. sancti. d) p. s. s. a. 2. e) *deest* 3. f) Illæ 3. g) ante 3. h) Adhela 2; Atela 3. i) octavis 2. k) et ferri 2. l) Erkenb. 1; Eramboldus 3. m) Alsuuidis 3. n) nonnulli 1. o) pii 2. p) *hic liber III. incipit cod. Berg., ubi Vita est liber I.* q) *deest* 1. r) *cap. XV. hoc est* 3, *novo cap. XII. interposito.* s) altius 2. 3. t) mage 3. u) manibus *iterum add.* 3. v) f. c. 3. w) *deest* 3. x) subvoveretur 3. y) torquebatur *corr.* torqueretur 3.

1) Uxor Balduini V. 2) Bergensis.

16. Item de brachio Aquitani eque laxato, piissimo Dei confessore invocato.

Alter[a] eque quidem pro commisso crimine ligatus ferro — fratricidium enim admiserat —, Domini misericordiam[b] ipsiusque sanctorum patrocinia querens, ad eundem locum venit. . . . . . .

17. De abbate Sancti Amandi exaudito meritis sancti.

Antiquus hostis quos quit arte nefanda ad casum trahit, ut sui similes efficiat, quos sua calliditate circumvenerit. Semper quemque maioribus[c] male admissis occupat, ut[d] tum maxime mortalis perditum eat[e], quando irritaverit Creatorem. Scit enim tunc insolubilibus cathenis suum teneri, cum Creator rerum merito manum subtraxerit. Subtrahit Omnipotens auxilium, cum in servos suos quivis iniquus iniusticiam machinatur seu hereditatem horum invadendo, sive pravae actionis circumvenit negotio. Quidam potens hereditatem Sancti Amandi iniuste invaserat suique iuris ditioni subdiderat. Abbas[1] ipsius loci potestati eius haud in sua quibat resistere, tamen sepenumero hunc ipsum adibat[f], super ea re illi loquebatur, suadebat, hortabatur hunc[g], ne iniusticiam Deo et sancto suo faceret, ut ab incepto desisteret, modo precario, modo iram Domini minitans, monebat. At ille nec mitibus dictis, ne quidem duris movebatur sive flectebatur, oratu responsove non huius abbatis nec aliquorum ammonitione, non suasione, ne hortatu quidem mitior reddebatur. Quapropter comitem Balduinum[h, 2] idem[i] abbas adiit, super nequam viro iniusticiam iniuriamque clamitans. Verum comes potentem militem offendere nolens, primo negotium protrahebat, tum, ut ita dicam, abbatem dulcibus verbis lactabat, ad ultimum vero, cum is[k] hunc ipsum crebro adiret, obtunderet verbis, adeo importunum iratumque sibi reddidit, ut super hoc amplius admittere auditum comes negaret, quin etiam subiratus huic palam clamque minitari. Cumque iam pene[l]
cf. Ps. 117, 8. 9. desperaret, nec ullus consilii apud se locus foret, ait suis: 'Melius est confidere in Domino quam[m] in homine, melius est[l] sperare in Domino quam in principibus. Hic enim corda regum quo vult convertit. Adhuc unum quiddam temptabo; quo temptato, quidem aggrediar comitem, et si quidem id frustra conatus fuero, vel frustratus spe omni, invitus etiam quiescam. Audivi et legitur[3] et verum habetur, quia sanctus Winnocus confessor de progenie clara regum ortus sit, quin etiam vulgo fama est, quod regis filius. Sive hoc sit, sive illud, sive[n] utrumque, temptabo illius pietatem, adiutorio Dei confidens ac precibus eiusdem, adibo comitem; attamen venientem Bergas operibor[o], ubi requiescit idem preciosissimus confessor'. Dum premeditatus talia firmaret, affuit qui diceret: 'Si necdum comes[p] Bergas venit, ventura luce veniet, et ibi quivis eum querens repperiet'. Quid plura? Venit abbas Bergas, ubi iam acto triduo comes morabatur. Noctem illam, quamquam lassus, quamvis fatigatus aetate, in oratione
Ib. 71, 2. perpetuat. Mane autem facto, terram ante sanctum Winnocum petiit: *Deus, iudicium tuum regi da, et*
ib. 98, 4 *iusticiam tuam filio regis!* dixit huicque versui: *Honor regis, iudicium diligit,* addidit. 'Tu autem an sis qui diceris, mihi hodie tuo iudicio apparebit'. Ad ultimum silentio movens labia, quesivit licentiam, et sic festinus comitis adivit curiam. Venienti fores aperiuntur, antequam hic veniens 'Benedicite'! diceret. Verum est enim illud cuiusdam sapientis: *Cor regis Dominus in manu tenet et quo vult id ipsum vertit.* Iam retinentem gressum comes abbatem compellat, alodium sancto reddit, ne quis vim amplius fecerit, auctoritate suae censurae interdicit, prohibet. Tum tenere sua abbatem imperat. Verum postquam per multa verbis feruntur, comes dicti factique poenitens, ad ultimum huc evasit: 'Quem sanctorum', inquit, 'ad adiutorium tui, priusquam huc ad me venires, invocasti, cui te tuaque commisisti?' 'Sanctum', inquit, 'Winnocum oravi, ut mihi amore beati Amandi, cui in caelis coniungitur, succurreret, hunc deprecatus sum; hic preces meas audivit easque, ut scio, ad effectum perduxit'. 'Ita habetur', inquit ille. 'Nam nullo modo id esse posset, nisi is quidem divina virtute ad id facti me ipsum promovisset. Nam mihi ratum in animo fuit, nusquam iureiurando flecti sententiam'. Haec sicsic vera esse, ita evenisse renarravit abbas Malboldus multis astantibus. Laus tibi et gloria, omnipotens Deus!

18. De caeca nata suffragio sancti illuminata.

1067. Maii 17. Die ascensionis Domini, quo vexilla ampli triumphi intulit caelis, quidam vir pauper, dives fide, detulit filiam caecam natam cum candela, quam posuit super sanctum[q] altare. Tum uterque iacuit haud quidem diu humi stratus. Verum pater fundebat lacrimas, cum lacrimis orationem, cum subito clausi orbes[r] aperiuntur, sanguinis rivuli per genas fluunt. Id cernens genitor, filiam manibus ab humo elevat, brachiis attollens imponit, ad stantes in choro festinat. Ibi erat Drogo Taruanensis episcopus[4], abbates nonnulli, inter quos aderat Alardus[s] tunc temporis abbas Sancti Vedasti[5]. Mirum dictu[t], mirum visu! Stabat patratum signum omnibus, unde laudabatur, glorificabatur omnipotens Deus.

20. De fratribus ante sacrum corpus divinitus in terram corruentibus.

Postquam novus loculus fuit auro gemmisque comptus, uti decebat tam preciosissimi ossa confessoris, dignum duxit venerabilis abbas Rumoldus[6], quemadmodum vir prudens gnarusque consilii, in-

a) Aliter 1. b) misericordia 3. c) male admisis maior. 3. d) uti 3. e) erat 3. f) adhibat 3. g) huic 3. h) Baldewin. 2. i) ad. id. abbas 3. k) ille 2; hunc is *corr.* his 3. l) *deest* 3. m) confidere *iterum add.* 3. n) seu 3. o) *sic codd.* p) B. c. 2. q) *deest* 2. r) orbis *post corr.* orbes 3. s) Adalardus 3. t) mirum patratum *add. h. l.* 3.

1) Malbodus seu, ut infra vocatur, Malboldus a. 1018—1062. 2) V. Insulanum a. 1036—1067. 3) Cf. Vit. Winnoci posteriorem c. 2. 4) A. 1030—1078. 5) Quam abbatiam uno tantum anno 1067—1068. rexit; Gallia christ. III, col. 380 sq. Unde apparet, quo tempore hoc factum sit. 6) Circa a. 1033—1070; a. 1070. eum obiisse scribit Ioh. Longus 37, 4, SS. XXV, p. 783; a. 1068. vero Catal. abb. saec. XVII. ap. Pruvost l. l. p. 64.

quisitum iri, quid infra vetustum lateret loculum, quid et quomodo repositum, an totum ibidem reconditum, an aliquid de corpore deesset. Eo siquidem recluso, repperit et alterum duris ferreis circulis supra infraque ligatum, clavis ferreis eque quidem firmum, quod humana vi[a] haud facile auferri posset. Quo viso, non[b] protinus fuit ratio[c] hunc derepente recludi, verum triduano ieiunio providentiam[d] Dei omnipotentis pietatemque sancti patroni primo deprecatum iri. Hoc itaque triduum ieiuniis et orationibus continuatur. Postea, eo transacto, abbas et aliqui fratres boni testimonii assunt, quin etiam aurifex cum armamentis venit. Aptat manus, ferrum leva tenens, dextera ferrum admissum circulo percutit, ictum ictui[e] addidit. Cum vero tercio omni corporis vi totoque conatu ictum daret, omnes astantes letaniasque cantantes una in terram cecidere. Malleus ferreus, quem manu tenebat aurifex, hac versus septentrionem in parietem ictum dedit, alterum vero parietem[f] versus meridiem percussit. Morula autem una transacta, surrexere, divinae virtutis rem erga se actam cognoscentes. Hoc signum caelestis virtutis non valuit celari, quamquam hi pariter firmarunt silentio tegi. Nam quidam frater iuxta ostium[g] contiguum altari per foramen introspiciens, ferrea instrumenta hac illacque ferientia, abbatem fratresque cadentes et iacentes vidit; quae omnia, multis annis supervivens, etiam cum lacrimis affirmavit.

21. De primo sacri corporis loculo, quod honore non caruerit congruo.

. . . . . . Postquam in novo loculo cum digno honore preciosissima confessoris ossa fuere recondita, primus loculus in aecclesia super unum altare ponitur, nec primo honore funditus caret propter sancta ossa, quae in eo multis annis condita fuere.

22. De persona demone purgata, particula ligni sacri loculi eius capiti imposita.

Eo in tempore accidit, ut quidam episcopus nomine Bovo[1] a Saxonia Bergas veniret, ibique multis diebus detinendo morabatur[h. 2]. Qui etiam multotiens querebatur, quod ne quidem providentia Dei licuit interesse sanctae translationi. Nam iam[i] dudum et notus sibi erat locus, et memoriam sancti crebro faciens, adiutorem sui et reddendo volebat et volendo reddebat. Ut primum licuit[k], tum autem libuit parare reditum ad propria, abbatem, qui tunc temporis regebat Bergense coenobium[3], convenit, orationibus se sancti fratrumque humiliter committens, licentiam accepit; sed et particulas quasdam[l], quas valuit auferre, secum tulit, ex quibus unam in sinum amore sancti confessoris misit, alias vero inter suas secretas res collocavit. 'Si minime quidem', inquit, 'aliquid de tanto confessore mecum tollere merui, saltem partes hae loculi, quo tot annis venerata sunt ossa, erunt mihi pro ossibus pignera'. Haec dicens, iter arripit[m], ad propria festinat. Hamaburgensis est locus super Albim validum latumque amnem situs. Ibi eius hospitium erat, illo festinus tendebat. Etiam Albim navi transierat, dignumque ducebat non primum quidem diverti ad hospitium, quam oraturus intraret templum. Mira res et vehementer stupenda tunc contigit. Daemoniacus ligatus loris in templo tenebatur, pro quo triduanum[n] ieiunium concives[i] in commune[o] primum fecerant, ut a diaboli potestate solveretur. Sacerdotes aderant, letanias cantabant, clerus stabat orans, populus *Kyrie eleyson*[p] decantans. Positus in exorcizata aqua, uti mos est, tenebatur. Adiurabat diabolum sacerdos, ut pervasum hominem relinqueret. . . . . . . Cum episcopus Bovo templum intrat, clamare daemon per os obsessi hominis multotiens iterando: 'Winnocus, Winnocus, Winnocus me eicit'. . . . . . . Evenit mihi, qui[q] haec quoquo modo cudo, ut in Donamarchiam[r] irem et casu per Hamaburgense oppidum redirem. Interrogavit nos[s] prepositus eius loci, qui et unde essemus, cognovit enim propter dissonantiam linguae esse incolas alterius patriae; respondimus nos Flandrenses[t] fore. Sciscitatus est eque quidem de quo loco, addidimus: 'Bergensis locus dicitur, ubi preciosissimus Christi confessor Winnocus requiescit'. 'Ipsius amore bene venistis', ait, 'eius honore benigne[u] vos hospitio suscipiam et omnia necessaria vobis impendam'. Benigne suscepit, necessaria largitus est, et postea omnia haec ordine narravit, quae superius prelibata sunt. . . . . . .

23. De facta pluviae inundatione pro sacri corporis deportatione.

Siccitas, venti uredo, solis calor omnem Flandriae terram constrinxerant, quapropter arva his indurata segetes hominibus, gramina animalibus negabant. Super his homines sibi providentes, consilium sive auxilium querentes, presentiam sancti Winnoci petere[r], id est ut per aecclesias patriae deportaretur, si forte eiusdem meritis pluviis terrae irrigarentur. Ut primum commune consilium affuit, sancti pignera deportantur, divinum auxilium deprecatur. . . . . . .

24. De fratribus gravissime egrotantibus, allato sancti corpore convalescentibus.

Alio tempore dum deportarentur huius sancti reliquiae simili necessitudine, dumque abesset totius autumni tempore, febris Bergensis coenobii nonnullos invasit, quam mors nulli parcens subsecuta est. Unus post alium lectulo decidebat, nec mora abstractus luci plangebatur. Nuntius mittitur, pervolat, refert omnem congregationem cito interire, ni sancti pignera cum festinatione ad proprium locum refe-

a) vis h. f. auferre 3. b) v. oportunus (*corr.* oportuna) fuit 3. c) der. racio hunc *corr.* r. der. h. 3. d) providentia 3. e) dedit *add., sed del.* 3. f) parietæm 3. g) hostium 3. h) moraretur 2. 3. i) *deest* 3. k) *deest* 2, *ubi* lib. t. a. l) *post superscr.* 3. m) arripuit 3. n) i. tr. 3. o) communem *corr.* commune 3. p) Kyrrieleyson 2; Kyrieleyson 3. q) qui h. *des.* 3. r) *sic codd.* s) episcopus *add., sed del.* 3. t) Flandranses 1. u) vos ben. 2; ben. ospicio vos 3.

1) Hunc fuisse apud me constat episcopum illum incertae sedis, de quo Adam Brem. III, 70, SS. VII, p. 367, refert, qui 'multas per orbem transisse provincias', ab Adalberto archiepiscopo Hammaburgensi fotus esse dicitur. Nullus alius episcopus Saxo huius nominis illo tempore extitit. 2) Quem a. 1058. in Bergensi monasterio moratum esse, scribit ipse Drogo, Transl. s. Lewinnae I, c. 12 (infra). 3) Rumoldum.

rantur. Festinabant[a] fratres, reditum optabant, plangentes adeo mesti super his qui obierant. Iter trium dierum uno perficitur, in domum, in qua infirmi fratres iacebant, sanctus deportatur. Hic vicinus morti amiserat loquelam, ille raucum sonabat gula ac pectore, nec iam supererat his ulla spes vitae. O mira velocitas sanitatis! Antequam reportaretur, antequam de loco moveretur, qui sustentabatur scapulis manibusque suorum, oculos aperuit, sudore quidem quodam subtili caelitus concesso sanitatem testabatur[b]. Altero vero die lectis resident, tercio autem adeo sani efficiuntur, ut nec signa infirmitatis in eis ulla monstrarentur. Adhuc siquidem supersunt nonnulli qui[c] haec videre.

25. De fratribus nullam post precipitium lesionem habentibus.

Vidimus quosdam monachos laicos[d] de fastigio templi huius[e] cecidisse, verum nil periculi vitae in casu suo passos fuisse. Nam monachus quidam vocitatus Eilbodo, cum casum passus fuisset, confestim in pedes stetit.

26. De latomo cadente, gratia sancti casum eque suum ridente.

Alius similiter latomus nomine Rodgerus[f] in die parasceue ab altitudine templi cecidit et protinus surgens et se ipsum mirando[e], nobis circumstantibus[g], casum suum letus risit. Ea ipsa hora comes Balduinus[h] per chorum transiens, territus sonitu et fragore lignorum, inquisivit, quid illud esset. Dicitur, quia ibi cecidit vir et nichil periculi passus est vitae. In argumentum fidei adducitur sospes qui ceciderat. 'Qui haec', inquit, 'et huiusmodi operatur, credendus est, quod vivat in caelis, et quia intercedere ac supplicare Deo queat pro peccatis[i] nostris'.

27. De serviente meritis sancti nulla ruinae dispendia sentiente.

Refert etiam et quorundam aliorum eque quidem casum huic inserere paginae. Cocus fratrum nomine Squaboro, dum cum aliis operaretur, casum passus est de summo fastigio templi, et post eum magna congeries lignorum cecidit. Accessimus, vidimus, et ecce arridens[k] nobis surrexit. . . . . . .

a) Festinantes 2. b) testabantur 3. c) *superscr.* 3. d) *post superscr.* 3. e) *deest* 3. f) Rogerus 2. g) circumast. 2. h) Baldewinus 2. i) n. p. 3. k) n. arr. 3.

EX DROGONIS TRANSLATIONE S. LEWINNAE.

Idem Drogo presbyter ac monachus Bergensis, qui Miracula s. Winnoci composuit, iam ante haec, inter a. 1060—1070.[1] *iussu Rumoldi abbatis et a fratribus admonitus amplum libellum de translatione s. Lewinnae conscripsit, cuius ossa monachus quidam Bergensis a.* 1058. *ex ecclesia quadam Anglica furatus ad Bergense monasterium deportaverat. Hocce opusculum in duos libros divisum est, quorum priore auctor iucundissimo sane ac copiosissimo dicendi genere ac concitato sermone, magis ea ratione qua nostri aevi poetae in fabellis narrandis uti solent, quam qua ceteri huiusmodi libelli conscribebantur, translationem narravit*[2]. *Quem legens quidem plus delectationis quam utilitatis capies, sed vix indicare poteris aliud saeculi XI. monumentum, quo tanta alacritate mores ac cogitationes sermoque communis inferiorum hominum, nautarum maxime, depicti sunt. Altero libello Drogo ossa nuper apportata per oppida vicosque Flandriae circumlata esse, ut nova sancta plebi innotesceret, narrat et miracula in hoc itinere facta prolixo sermone exponit; ex quo paucissima tantum, plura ex priore libello excerpta exhibemus, usi prioribus editionibus duabus, Mabillonii videlicet, Acta VI,* 2, *p.* 112—126, *ex codice Bigotiano parata, et I. B. Sollerii, Acta SS. Iul. V, p.* 613—627, *qui ex codice Bergensi*[3] *mbr. saec. XII, olim S. Winnoci, multa emendavit, multa alia vero vitia superaddidit. Cum codice hoc uti nequiverimus, ex utraque editione nostram paravimus*[4]. *O. H.-E.*

1) Quo anno Rumoldus abbas defunctus est. 2) Extremis libri I. capitibus 15. 16. quaedam de vita s. Lewinnae narravit, ipse vero confitetur c. 3, nihil de ea compertum haberi. 3) De quo vide supra p. 775, n. 3. Exstat praeterea apographum Cheltenhamense nr. 4010, saec. XVIII ('Archiv' VIII, p. 763). 4) Verba singula eodem modo quem in Drogonis Miraculorum s. Winnoci codicibus reperimus scripsimus. Capitum divisionem Mabillonii retinuimus.

EPISTOLA DROGONIS PRESBYTERI[a] AD VENERANDUM[b] ABBATEM RUMOLDUM.

Domino ac venerabili abbati Rumoldo[1] peccator Drogo, presbyter et monachus, aeternum natura degentis gloriae munus. Verae dilectionis exhibitio in tantum vim suam ostendit, ut, si alius hortatu quis rem arduam et sibi visu gravem aggreditur, facilis factu suscipiendo incipiendove[c] videatur, ac paulatim eam[d] exercendo, non solum facilis, verum etiam delectabilis magis magisque diatim habeatur. Id ipsum, mi venerabilis pater, quod dico in me ipso probavi, cum tuo iussu crebraque adhortatione meorum fratrum rem gravem nimiumque[e] mihi difficilem suscepi, id est ut, qualiter sancta ossa venerabilis Lewinnae[f] virginis et martyris ab Anglia in[g] Flandriam sint delata, scripto posteris relinquerem; quippe qui non mihi adeo videbar sciolus nec ad id componendum satis idoneus, atque propter id cedens meque super his repremeditans[h], cum veluti me metirer, visum est mihi dignum actu, ut prudentioribus hoc opus elucidandum dimitterem. At, dum mecum[i] haec reputarem, mihi tale quid in mentem venit, quod detergens omnem controversiam, ipsam vacillantem mentem ad opus incipiendum adegit. Nam, si quis me prudentior id operis aggrederetur et in eo laboraret, premium et fortasse bonum ab optimo Creatore ferret, ego autem expers huius essem, quin etiam pro abscondito talento poenas solverem[k]. Huic vero secundum illud quidem est, quod aliqua intercapedine temporis mihi timebam, ne oblivioni traderetur adventus virginis, a summo Opifice dispositus, et ne ab eodem arguerer huiusce criminis reus. Haec ergo duo primum me adegerunt post tua iussa, optime pater, tum meorum fratrum dulcis in[l] Christo mihi caritas suasit, ut ad medium proferrem translationem eiusdem virginis pro posse meo secundum id quod verum fuit et iuxta id quod ego ipse a multis auditu didici, non solum a fratre nostro sepenumero mihi adiurato, cuius adminiculatione eius ipsius translationis series summaque peracta est, verum quidem ab aliis qui interfuerunt, quemadmodum verius inquirere potui. Quod si quis falso compositum fictitiumque credit, super hoc Deum[m] verum iudicem illius malesanae menti[n] ponimus, qui fidei premium statuit et incredulitati merito poenam reddit. Te vero, beatissime pater, admoneo, quem litteralis ad plenum imbuit profunditas et divini dogmatis dirigit firmitas, ut aliquandiu[o] nostro operi aures, studium intentionemque, omissis ceteris omnibus quae tibi nunc temporis exercitio sunt[p], adhibeas, et ubicumque gramaticae arti dissonant corrigas, minusque lucentia tuo adaucto clareant, atque superflua tollantur, ne prudentem lectorem impediant.

EX LIBRO I.

3. . . . . . . Ex his una fuit celebris memoriae diva Lewinna virgo et martyr, conservatrix virginitatis, amatrix pudicitiae. De huius vita martyriove perparum[q] cognitum nobis nostro habetur in tempore, vel propter incuriam scriptorum, vel quia etiam periit scriptum. Verum, qualiter ab Anglorum terra Flandriam delata sint eius sanctissima ossa et in loco qui Bergas dicitur honorabiliter recollocata, haud tacebimus; quod quia[r] providentia Domini suaque voluntate actum sit, cognovimus. Id siquidem primus libellus continebit; secundus vero miracula, quae propter eius merita facere dignatus est omnipotens Dominus, declarabit. Nunc autem tempus videtur congruum, ut orationis ordiamur principium.

4. Venit in mentem cuidam monacho, vel providentia Dei, quae omnia providet ac disponit, vel 1058.
quia laetificaret suos spirituales fratres sui postliminii reditu, ut pararet iter suum ad Angliam, quod
isdem ibi[s] esset notus regi[2], reginae[3], eque[t] nonnullis principibus patriae. Quod cum satis sibi spectatum
fuit, dispositis omnibus, petiit mare Balgerus[4]. Nam id nomen quidem erat illi monacho. Igitur[u] Apr 17.
intravit mare, euro impulsus est. Hic autem navim sibi vendicavit, donec appropinquarent[v] portui qui Dovere dicitur, nam hunc portum erat monacho voluntas subeundi; ceteri vero alterum portum maxime petere volebant gratia mercis, quam navi vehebant. Verum enimvero aquilo vela undasque sibi vendicavit et tenorem sui flatus die tota, nocte quoque sequente, die vero secunda tenuit. Sed nautae periti maris, veniente nocte, ne qua periculosa saxa vel etiam loca incurrerent, anchoram iecerunt, quae unco
arenis[w] herens, suo more cursum navis tenuit, ac, usquedum illucesceret, eodem loco navis stetit. Tum[x] Apr. 18.
siquidem veniente die, se ipsos hortantur, vela pandunt, coeptum iter tenent. Cum siquidem ecce appropinquabat illis portus, cuius nomen, quia barbarum est[5], pretermittimus, quem subire cupiebant, sed vim maris, tum quoque brevia[y] timebant. Ventus vero, qui paulo ante a tergo incumbens moderatior erat, modo ex latere navim et armamenta navis impetebat. Frustra igitur suscepto labore, deficiunt; nesciebant, quid agerent, nisi quo ventus et undae vocabant iter tenerent. Rursus velivolant, velint nolintve, vento undisque aguntur, et ne graviora illis superveniant, timore impulsi Deum orant. Legunt duos portus, tercium quoque satis[z] cum periculo navis suique, quibus etiam voluissent succedere, si non naufragium sibi timuissent evenire. Unus autem gnarus locorum, navis magister scilicet, ceteros, qui

a) *deest Soll., aliud apogr. ab eo visum habebat:* domni Drog. b) *deest Mab., ubi* R. abb. c) *deest Mab., ubi* suscipiendove. d) ea *Soll.* e) et nimium d. m. *Mab.* f) Lewinae *Mab. semper;* Leuwinnae *h. l. Soll.* g) ad *Mab* h) repraemeditatis et v. me metiens *Mab.* i) h. m. *Mab.* k) luerem *Mab.* l) m. in Chr. *Mab.* m) Dominum *Mab.* n) mentis *Soll.* o) aliquando *Mab.* p) sint *Soll.* q) parum *Mab.* r) quidem Mab. s) *deest Mab.* t) atque *Mab.* u) Intr. ig. *Mab.* v) appropinquaret *Soll.* w) arenae *Soll.* x) Cum *Soll.* y) venti *Mab.* z) *deest Soll.*

1) V. supra p. 780, n. 6. 2) Eadwardo. 3) Edithae. 4) Iste iam a. 1038. reliquias ss. Oswaldi regis et Idalbergae ex Anglia in monasterium Bergense attulisse dicitur, Acta SS. Aug. II, p. 88. 5) Folkstone, ut videtur, quia proximus fuit portus a Dover occidentem versus navigantibus.

1058. sibi timebant et nonnullos melioris mentis timere faciebant, confortabat et, ut in tanto discrimine rerum confiderent, monebat. 'Duos', inquit, 'portus haud longe ab hoc loco certo scio, quibus succedere poterimus; si primus minime, sequens patebit nostrae voluntati, Deo auxiliante'.

5. Interim navis suis armamentis fertur, choris agentibus ducitur. O quam omnia ad votum patent his solis mortalium qui fidem habent! Ecce qui prius predictus erat portus accedit; hic monachus orare Deum omnibus precepit. 'Ut', inquit, 'portum salutis nostrae habere valeamus, omnipotentem Deum[a] in commune rogemus'. Vix completa oratione, mirabile dictu! plenis velis subito portum intrant, quem cunctis[b] depositis velis subire diffidebant. Vocatur vero idem portus Sevordh[1. c]. Non mirum videatur alicui, quod huius[d] nomen portus, pretermissis aliis supranominatis[e], describo, necessaria enim causa habetur, sicuti[f] in subsequentibus demonstrabitur. Verum digna nominis ethymologia, Sevordh[c] enim Teutonice dictum Latino eloquio Maris-vadum dicitur; et[g] re vera vadum, nam vadum fuit venientibus ad littus optatum. Ut nescientibus loquar, isdem portus tam arcti introitus est, ut vix binae carinae hunc ipsum iuncto latere valeant intrare. Hinc atque hinc bini scopuli versus caelum erecti declive[h] iugum demittunt[i]; quibus[k] omnis unda frangitur, cum eolica[l] rabies turbato freto tollitur. Ibi non anchora puppes alligat, non funis nutantes retentat, verum per se solae contentae stare, minime quidem timent eurum, non aquilonem, non africum. Hic nautae fessi rerum corpora recreant et tot tantaque discrimina laeti evasisse exultant. Verum post tanti gaudii epulas nox ruit ac caelum, terras, maria una[m] involvit. Itur dormitum; tum[n] sopor fessos omnium artus occupat. Mane vero facto, an aecclesia aliqua esset Apr. 19. propter, primum monachus coepit explorare, ubi posset divina mysteria celebrare. Dies enim dominicae resurrectionis erat, et ne expers mysteriorum nostrae redemptionis in tanta die foret, sollicitus precavebat. Cernit itaque a longe monasterium, pene tribus leugis[o] ab illo portu disparatum; unde adeo laetus efficitur, et uno tantum comite assumpto, iter accelerare aggreditur. Sed iam ferme in medio viae positum subitus quasi quidam defectus horrorque mentis invasit, quem pallor faciei illius prodidit[p], tum, ne in terram caderet, citius[q] uni petrae assedit. Hic comes videns eum pallore alteratum: 'Quid tibi est?' inquit. 'Cur tam repente mutatus est color tuus?' 'Nescio, quid mihi sit', ait. 'Videtur autem mihi veluti totus frigida sim[q*] perfusus aqua'. Et vires recipiens: 'Quam festine', inquit, 'properemus, hoc monasterium adeamus'.

6. Interea, dum is hortatur comitem, respiciunt pariterque vident quendam hominem obviam sibi venientem decoratum canitie, ut videbatur, gravis, vetulus, sed cum aetate quoque viridis senectus. Ac[r] prior monachus: 'Heus tu'! inquit, 'dic mihi te roganti verum, cuius sit hoc monasterium, quae ibidem habeantur reliquiae, vel in cuius constet dedicatum honore?' Ad haec ille respondit: 'Monasterium Sancti Andreae vides, cuius[s] honori habetur quidem dedicatum, sancta quoque Lewinna virgo et martyr ibidem corpore requiescit. Quae quanti sit et[m] cuius meriti, caelestis virtus per eam omni die ostendit. Rem tuae interrogationis habes. Visne aliud dicere?' 'Non', inquit. 'Vale'! ait. Et hoc dicens, coeptum iter perficere festinat; illi vero tendunt quo coeperant. Ventum est ad monasterium, Deum adorant, missas celebrant. Post expletum divinum opus intenta[t] mente cuncta templi illius oculis circumeunt, mira quaedam mirantur; et haec Dei quidem honori, sanctae quoque virginis Dei et martyris Lewinnae predicationi venerantur. Namque videbant inter cetera scedas membranarum parieti affixas et virtutes, quas per sanctam suam fecerat omnipotens Dominus, in eisdem esse descriptas. Et quia Anglice, uti apud ipsos mos[m] habetur, scriptae erant, minime quidem ab ipsis legi poterant. Ad haec itaque sibi demonstranda presbyterum huius[u] aecclesiae advocant, quid illud sit[v], quid huiusce significationis sit, sciscitantur. 'Virtutes huius sanctae virginis', inquit, 'hic sunt notatae, quas meritis eius patravit omnipotens Deus, ne queant[w] latere posteros, et ut haec ipsa honori et venerationi maneat apud[x] populos'. Tunc siquidem singula quaeque manifestabat. Hic multo tempore lumine oculorum caruit simulque diu ductoris amminiculo indiguit. Hoc in loco huic misero lumen corporale divinitus illuxit. Alter vero paralysi dissolutus huc delatus est aliorum manibus, mox domum pedes rediit sanus. Alius autem contractis nervis huc repsit, quoquo modo potuit, sed integram sanitatem se recepisse exultavit. Dum hic quoque advenit claudus, manifestae sanitati est restitutus. Quid plura? Quo morbo, qua infirmitate, licet incurabili, esset detentus quis huc adveniens, ilicet redditus est sanus et valens.

7. Igitur super his accensa mens fratris ardebat aliquid reliquiarum sibi tollere de sancto virginis corpore. Id propter scilicet seorsum manu ducit presbyterum, quem etiam ita convenit: 'Accipe quod vis', ait, 'a me, et da mihi reliquias de tanta virgine, vel os vel tale quid, quod nostro loco possit esse honori'. Tunc commotus animo huius insolentia, respondit: 'Papae, scisne quae loqueris[y]? An decet servum Dei id[z] velle, convenit dicere, oportet facere? Quamquam quis fatuus id illicitum vellet admittere, tu prudens, tu providus, tu servus Dei deberes tardare; qui enim videtur huiusmodi ut tu, haud aliter ac recta loqui debet, sed tu mihi videris alius; longe enim sonant verba tua ac[a] deberent. Neque enim qui tam illicito utitur sermone vita honestior est'. His itaque dictis, erubuit et, quod tale quid ab eo petisset[b], coepti poenituit. Et periphrasim faciens: 'Haud curo huiusmodi rem', inquit, 'alius

a) Dominum *Mab.* b) contis *Mab.* c) Sevordt *Soll.* d) n. h. *Mab.* e) supermemoratis *Mab.* f) sicut *Soll.* g) et re v. v. *des. Mab.* h) decline *Soll.* i) dimitt. *Soll.* k) queis *Mab.* l) colica *Mab.* m) *deest Mab.* n) Cum *Soll.* o) leucis *Mab.* p) prodit, cum *Soll.* q) citus *Mab.* q*) sum *Soll.* r) Ait *Mab.* s) eius *Mab.* t) intente c. *Soll.* u) eccl. h. *Mab.* v) fiet *Mab.* w) D. nequeunt *Soll.* x) nos *add. Soll., qui comecit* hos. y) loquaris *Soll.* z) v. id *Mab.* a) quam *Mab.* b) petiisset *Soll.*

1) Seaford comitatus Sussex.

sum ac tu reris; ludo, non serio dixi. Hoc unum tantum oro, quo valeat apud te mea[a] oratio, ut, dum 1058. hic commoratus fuero, sit mihi locus ante eam missas celebrare; liceat etiam hic interdum orationi vacare'. Tum[b] ille id reddidit responsi: 'Et tibi et omni mortali bene volenti[c] istic patet aecclesia, te propter minime eius claudetur ianua'. Sic sic tunc noster psalmista carmina[d] aeterno Regi ibidem crebro modulari, modulans iterare, nonnumquam limis[d*] oculis hac illacque despicere[e], interdum loculum, in quo condita erat sancta Dei, manu attrectare. Dum ergo sepenumero id ageret, invenit viam, qua poterat ad sancta ossa perveniri. Nam clavi ferrei scrinium eorum ossuum[f] in uno fine sua arte tenebant, ex quibus aliqui volvebantur, extrahebantur, et sic loculus eo in fine aperiebatur. Quod quidem cum casu fecisset, videt ossa rubeo pallio involuta. Verum territus subito pavore, ut prius erant, suo loco cuncta[d] restituit, recessit, oratum perrexit. Itaque reliquum diei in oratione ducit, quam sepe repetens, ut, si Deus sibi permitteret, et eius cuius ossa ibidem venerabantur velle esset, tempus, locum, consilium concederet sibi, quomodo id quidem posset fieri, ut a sese[g] tractarentur et[d] ad meliorem locum asportarentur, ubi suus maior honor[h] foret, digneque haberetur venerationi, quae eodem in loco, uti videbatur, ab omnibus esset neglectui. Noctis aeque quidem vigilias egit[i].

8. Sequenti vero die accidit, ut solus quoque remaneret, dicente sibi aedituo, ut monasterium et Apr. 20. cetera omnia optime servaret, seque velle alio proficisci et usque ad vesperam se sperare demorari. Ad haec ille respondit: 'Abi, mi amice, quo libet; adero, custodiam ut tu sollicitus servabo'. Igitur abiit ac omnia sub eius fide dimisit. Tum[k] ergo primum nactus occasionem vidensque se solum remansisse, totum quicquid erat suae fidei commissum, fidens coepti[l], audacius solito ad loculum accessit, elevare hunc ipsum conatus est. Sed, acsi terrae radicitus hereret, moveri non potuit, non elevari, non aliquorsum in latera flecti. . . . . . . Igitur bis conatus est, sed in hoc ipso nihil profecit[m]. Tandem novi argumenti ingenium reperit. Corrigiam unam sumit, collo suo circumligat summitatesque eius super loculum sanctae Dei ponit. 'Suscipe', ait, 'mi venerabilis virgo, me perpetuo servum. Tantum sine te moveri, sine abduci, sine ad melioris altitudinem ac venerationem tui honoris atque ad amplioris servitii devotionem deferri'! Ad haec tremens supplexque apposuit manum, ac[n] ilicet elevavit loculum. Unde gavisus est ac in Domino exultavit, hisque superioribus ista subiecit: 'Nunc nunc queo te elevare, possum accipere; sed equidem vereor, ne post haec mihi sis dedecori vel ad vitae meae perniciem, si inventus fuero nequam latro violasse loculum et rapuisse tui corporis thesaurum. Quocirca oro te, rogo te, quin etiam obtestor te per omnipotentiam sanctae Trinitatis, ut, si latere debet meum fidele furtum, mecum venias; sin autem, nullo modo te moveri sinas'. Postquam talia delatravit, id optimum factu ducens, orare perrexit et psalmos, quos necdum finierat, percantare satagit. Cumque centesimum quinquagesimum psalmum modularetur, versum hunc dicens: *Laudate eum in sono tubae, laudate eum in psalterio et cithara,* subito Ps. 150, 3. divinitus subobdormivit, cum ecce sancta virgo Lewinna sibi apparuit: 'Surge', ait, 'me accipito; me, inquam, comitem tui itineris habeto'. Ille vere evigilans, nec bene, quippe qui sopitus somno erat, visionem intelligens, adesse aedituum, qui iam abierat, putavit arguentem sceleris, quod mente concepit. Et hac illacque per aecclesiam discurrens et utrobique prospiciens, nullum videt, neminem mortalium reperit. Tunc tantus ardor mentis tamque magna cupido eum invasit, ut, si non[o] ilico eam tolleret, se ipsum insanire crederet. Primum oravit paululum, accessit, loculum reclusit, linteolo, quod ob id quidem paraverat, eam involvit. Verum mihi quidem videtur huic loco inserere rem dignam memoriae. Nam, cum primo eam tolleret a loculo, pallium ubi integerrimum habebatur disruptum est, perque scissuram quaedam ossa[p] minora cecidere; cui casui hic ipse invidens, cadentia tollebat et ceteris ossibus restituebat; ter reposuit, ter cecidere, ut patenter indicaretur, quid sui corporis reliquiarum videlicet ibidem vellet haberi, quo in loco martyrii palma finivit vitam, ubi corpusculum terrae mandatum est. Quapropter novo linteolo ea involvit, uti iam superius dictum est, hospitium venit, in una suarum[q] tabernarum collocavit. Indignus siquidem habebatur tantae virgini et martyri huius habitationis honor, sed hic quo tunc temporis minime quidem poterat esse aptior. Tunc vero per suum comitem hanc ipsam ad navim misit. Ipse autem in eodem loco remansit, quo funditus suspicionis occasionem tolleret, et ut quod fecit occultum foret, orationi vacans, donec, sole occidente, hesperus oriretur, et vices suas nox sibi vendicaret.

9. Quiescunt cuncta viventia terris, aequore, silvis, sed nullo modo elementa mundi quiescunt; nam[r] subito fragore intonat aether impulsus ventis, fragorem cadentes silvae dant, maria eolica rabie intumescunt, inquietantur mortales tectorum excidio, humiles populos sternit pavor, nautae illius navis, in qua erat sancta Lewinna, timent sibi; et quanquam cingerentur rupibus et altis scopulis, tamen ipse timor freti inquietabat eos, urgentur enim desuper pluvia, grandine, ventis. Hac igitur tanta rerum collisione adacti, invicem loquuntur. Mens enim hominis gnara presciave nonnumquam futura previdet et, quamvis nubili acuminis obtutu, tamen ventura prenoscit. 'Nescimus, quae[s] digna, quae sancta huc[t] noster monachus misit, iccirco enim haec intemperies, ista etiam tempestas caeli fit. Quid agendum est nobis? Peribimus cuncti hac ipsa tempestate, medio aequoris undis procellisque obruemur. Quid fiet in medio mari, cum in securo loco hic ventus nobis sit timori? At, si diu hic demorati fuerimus, et ventus durus et contrarius, uti nunc est, fuerit, quaeretur quod ablatum est, hic aut[u] nusquam reperietur. Tum quoque, si reperitur, capitibus plectemur, tum equidem navis et omnia nostra publicabuntur'. Unus

a) or. mea *Mab.* b) Unum *Soll.* c) valenti *Soll.* d) *deest Soll.* d*) binis *Mab.* e) disp. *Mab.* f) ossium *Soll.* g) se tractaretur et ad m. l. asportaretur *Mab.* h) f. h. *Mab.* i) agit *Mab.* k) Cum *Soll.* l) coepit *Soll.* m) Quid ageret, quo se verteret, nesciebat *add. h. l. Mab., quae Soll. ante* Igitur *habet.* n) at *Mab.* o) il. eam non *Mab.* p) m. o. *Mab.* q) t. s. *Mab.* r) nam — intumescunt *des. Mab.* s) q. d. *des. Soll.* t) quidem *Mab.* u) autem *Soll.*

1058 eorum rusticus rudis alios huiuscemodi[a] adhortans ait: 'In fluctus haec taberna[b] eat, undis sali longius abigatur, ne usquam reperiri queat'. Alter quidem sanioris mentis illius insolentiam compescuit omniumque metum verbis abegit: 'Si istud dignum est', ait, 'sanctum summumque religione, tanto magis sperare debemus huius sanctitate protegi, dignitate salvari, quam citius facilem auram, quin quoque prosperum reditum ad patriam'. His igitur[c] dictis confortati sunt animi eorum sperare e caelis opis divinae salutare auxilium. At noster fidelis fur, quin etiam latro bonus, insomnis ducebat noctem, constringebatur[d] mente, angebatur animo. Timor enim prefocabat mentem illius, aggravabat animum, ut ne quidem posset dilatare se consideratione nec metiri cogitatus[e] suos aliqua premeditatione; sed tantum labia movens, sanctae virginis opem, solamen, auxilium precabatur. Huius ergo formidini miserata est, orationem audivit, precibus annuit. Affuit enim, relevavit eius animum, abegit metum, confortavit, consolata est. . . . . . .

Apr. 21. 10. At transeunte nocte, iamque lucifero pellente tenebras, suda poli facies apparuit, prospera aura tenorem sui flatus habuit, quod persepe nautas ad aequor invitat et longa maris spatia penetrare factitat. Accito itaque comite suo, monachus iam sepe memoratus mare repedavit. Qui veniens, omnes paratos navigatum, iam diu ipsum operientes et adventum ipsius expectantes invenit. Ventis vela dantur, tum[f] carina undis fertur, dextra levaque eque tenduntur rudentes, navis etiam clavo suo imperiose deducitur; modo etiam celeuma[g, 1] canunt nautae, nunc aliquibus modis exultant, nunc ludus verbis agitur, nunc carum convitium obicitur. Sed dum iam transeunte media die adhuc incibati forent, unus alios submonuit: 'Cibum', inquit, 'capiamus, iam hora preteriit'. Alius huic contra respondit: 'Nil certe preter panes habemus, et hi quidem iam sunt duri, ad[h] comedendum dentibus iniqui. Est autem locus propter[i] abundans piscium, ubi hic monachus navim egrediatur, quantum sufficiat omnibus[k] mercetur. Nos interim[l] legemus inflexionem[m] hanc curvi littoris, post simul manebimus[2] adventum revertentis[n]. Huic enim egredienti nemo iniuriam faciet; at[o] alii nostrum exeunti[p] fortassis iniuria fiet, ubique[q] enim sunt homines iniuste iniuriam facientes'. Paret monachus consilio huius, egreditur, pisces emit, ad littus, ubi operiebatur, redit. At puppis longe a terra aberat; non enim littori appropinquare poterat. Iniquum est eo in loco mare altis ratibus, modo altum, modo breve habetur accedentibus; quapropter carabum sex nummis conducit, intrat, remis in ventum et undas navigare occipit. Verum natura quod difficile reddit, facile cedere haud valet[r] mortalium conamini; nam nequicquam obluctati vento et undis, redeunt. At socii id videntes, dant vela ventis. Et monachus super littus stans id intuens, pene fit exanimis. Conquerebatur remanens, quin etiam plorabat[s], dicens: 'Nunc nunc[t] abis, mi pia virgo, ego autem miser remaneo; indignus namque exto[t] tecum ire, tecum esse, tibi in carina servire. Vale, vale, inquam, vale, habeto prosperum tuae navigationis cursum et mihi modo remanenti, ut primum navigavero, impetra portum!' Et haec dicens, tamdiu ipsam carinam oculis est secutus, donec aspicientis[u] frustraretur intuitus. Invitus igitur remanet. At illi, donec cogeret eos vesper intrare portum, securi minarum maris, venti et nubium, navigant. Tandem veniunt ad portum, carbasa deponunt, laeti intrant, fatigata corpora procurant. Verum quosdam socios patriotas reperiunt, qui similis[v] mercis causa huc venerant, et quaedam quae secum detulerunt veneunt, quaedam quae secum vehant mercantur. Sed, dum se mutuo per umbras noctis recognovissent, invicem amicabili servitutis obsequio sibi student. Hic namque sibi[w] amicissimum compellat, alter dilectum amicum salutat, alius consanguineum osculatur, illi pacis munus offertur; invicem propinant quae habent pocula, tum communis fit omnibus coena. Insomnem[x] itaque noctem ducunt. Apr. 22 At lucescente die, qui hesterno venerant abitu accinguntur, sociaeque navis homines, ut secum navigent, adhortantur. 'Non possumus', aiunt, 'necdum paravimus quae cupimus, quoniam nostrae mercis quaedam adhuc restant, quae vendemus, et quaedam nobis mercari volumus; quocirca neutiquam quidem vobiscum ire valemus'. Et illi: 'Arbitratu[y] vestro fiat utique[z] vestra navigatio. At Balgerum monachum nostis, nostrum[a] compatriotam, nostrae[b] viciniae incolam?' 'Novimus optime uti vos'. Et illi: 'Res huiusce apud nos habentur', inquiunt, 'hic autem pedes subsequitur; credimus, speramus huc illum venturum; qui cum venerit, has suas res[w] reddite illi'. Id nempe dicentes, tradunt illius omnia, tabernam quoque et sanctae virginis ossa. Tum quidem[c] portum linquunt, tum etiam alas velorum pandunt; accipit navis auram, fugit terram.

11. Cum itaque invite remansisset frater super littus maris, quam cito potuit, ab eo conducta est alia navis; intrat, secutus est. Ut ergo prospere patriae accessit, navim qua vectus est ad Angliam in littore stantem[d] invenit; nec mora, nauclerum denique convenit, res suas, quin etiam tabernam sui secretum continentem requirit. Rem ergo omnem ordine pandit. 'Metuens', inquit, 'ne tibi molestum haberetur, si sine te a nobis tuae[e] res deferrentur, cuidam nostrae viciniae homini commisi et, ut eas, si ad eum venisses, tibi assignaret, indixi'. At ille pre dolore pene extra se positus: 'Perdidisti', inquit, 'me. Satius equidem emori malo quam ad horam carere tanti precii thesauro. Iccirco videlicet puppim egressus sum? Iccirco retro remansi, ut amitterem quod mihi[i] carum magis vita fuit?' Cumque vidisset eum super[f] huiuscemodi re[w] afflictum non modice[g] quidem, tum autem lamentari, sedare eius[w] animum

a) huiusmodi *Soll.* b) zaberna *iam abhinc semper Soll.* c) ergo *Mab.* d) tamen *add. Mab.* e) cogitans *apogr. Solerii.* f) cum *Soll.* g) celeusma *Soll.* h) ad c. *des. Mab.* i) *deest Soll.* k) nobis *Soll.* l) autem *Soll.* m) flex. *Soll.* n) exspectantes *suppl. Mab. non recte.* o) et *Soll.* p) exemplo *Soll.* q) ibique *Mab.* r) m. v. *Mab.* s) deplor. *Mab.* t) ex toto *Soll.* u) aspiciens *Soll.* v) simili *Mab.* w) *deest Mab.* x) N. it. ins. *Mab.* y) Arbitrio *Soll.* z) usque *Soll.* a) vestrum *Mab.* b) vestrae *Mab.* c) siquidem *Mab.* d) statim *Soll.* e) r. t. *Soll.* f) supra *Soll.* g) modico *Mab.*

1) Nautarum cantus; vide Ducange-Henschel s. v. 2) i. e. expectabimus.

coepit, lenire dolorem, mollire[a] tristitiae amaritudinem. 'Ne formides, ne desperes, ne iam quidem 1058. solliciteris; credo, satis est fidelis vir, cui commisi tua; quapropter fidens tui esto, ne inconsiderate quidem hoc eventu movearis. Ut spero, ut credo, propediem aderit, tum de tuis rebus laetaberis, tum quoque de tui infortunii temeritate versi in prosperitatem exultabis'. Igitur vix his sedatus est animus eius, vix tandem acquievit verbis illius. Igitur iam dies tercia transierat, et nauclerus[1] ad[b] votum omnia sibi Apr. 25. paraverat, cum carina fluctu veniente agitur, portum linquit; tum vela ventis dat, undis haud adeo tumentibus ducitur, reliquum diei prospera fortuna navigatur. Iamiam dies concedit sequenti sua tempora nocti, tum occidit hesperus, secundum noctis lucet sidus. Navita[c] puppis clavum tenet, rudentes amministrat, nunc hunc liberum reddit, nunc alterum sua arte sibi servire cogit. Verum post paululum caelitus somnus omnes invadit[d] preter hunc solum qui clavum tenebat, qui puppim regebat; tum[e] autem cum tanta prosperitate ea in nocte navigatur, tam dulcis tamque suavis aura velorum implet sinus, ut ne quidem navis nutaret, non hac, non illac, uti[f] fit, in latus versus aquam caderet. . . . . . . Iam sol Apr. 26. oceano erumpens radios terris spargebat, quosque operi studiisque laborum revocabat, cum ecce cuncti evigilant, tum surgunt e foris, ubi sese locaverant. Tunc rector navis hac voce socios compellat: 'Surgite, surgite!' inquit, 'satis supraque[g] quam debui omnes vos quiescere sivi, nimium temere huius noctis navigationem servavi vobisque parcendo solus omnium curam suscepi. Certo sciatis, numquam cum tanta prosperitate navigavimus, nusquam quidem ea securitate nec tam[h] recto nec[i] tam certo cursu per hoc aequor ad patriam venimus'. Dumque talia refert, portui propriae[k] patriae accedunt. Tandem carbasa deponunt, res navigationis solis remis agitur. Ossa beatae virginis in taberna collocata a nauclero domum deferuntur[l] ac in emiciclo[m] eiusdem domus locantur. Ecce autem nuntius adest, gaudii rem refert, dicens iam pridie portum intrasse eam puppim, super cuius adventu maximis curis frater ille afficiebatur. Ut huiusmodi fama implevit aures eius, pernix illo advolat[n], quae domus illius sit, interrogat. Verum postquam didicit, quae esset, adiit, intrat, sed minime quidem domi reperit. Rogat ergo familiam, ubi dominus domus sit[o], sed et coniugem interrogat, nam ea ipsa domi erat. 'Ignoro', ait, 'quo in loco nunc sit, verum tantum scio, paulo ante maris[h] petiit portum, ibi sui quadam utilitate volens convenire necessarium'. Et ille ad haec: 'Res meae ubi sunt', inquit, 'quas ab Anglia vir tuus detulit?' Et rursus: 'Male succedit mihi iam dudum omnis mea fortuna, nam haud secundum meum velle accidunt tempora; nam quicquid mihi evenit, id contrarium repugnat meae voluntati'. Tum illa respondit: 'Res tuae ubi sint, penitus ignoro; res autem cuiusdam monachi penes me habentur, quas ne cui traderem, abiens interdixit maritus'. 'Ego ipse', inquit, 'sum presens, de quo dicis, quia hic res cuiusdam monachi habentur. Trade ergo mihi eas!' 'Nullo modo', ait, 'in hoc assentiar verbis tuis; nescio enim, qui sis, et maritum timeo'. Ad haec ille inquit: 'Unum est quod volo mecum deferre, tabernam videlicet, quandoquidem mihi a te cetera negantur; quicquid vero aliud est hic apud te, pro arrhabone detineantur[p]'. 'Id fiat scilicet', illa inquit, 'ea[q] dumtaxat a me tibi[h] tradetur, ne, dum venerit maritus, factis me incuset, et audaciae arguar'. Tradidit itaque mulier quod vilipendebat[r], quod vilius inter ceteras res putabat; ille vero super omne aurum preciosius quidem caelitus signis exagitatus ducebat.

12. Suscipit[s] igitur illud famulique sui, qui secum ierat, collo suspendit; nam uterque pedes ierat. Amor enim et desiderium quod erga sanctae virginis ossa habebat, ut pedes iret, effecerat. Verum cum iam appropinquaret claustro, mittitur qui haec nuntiaret abbati suo[2]. 'Haec defert monachus noster, illo in loco vos operitur, mandat, ut cum digno honore suscipiatur'. At ille priorem loci, boni testimonii virum, misit aliosque una ire iussit. 'Vadite', ait, 'et caute agentes, primum videte, quid sit; quod si vobis dignum veneratione videtur, cum digno honore a vobis tractetur'. At illi extemplo parent eius dicto; veniunt ad[h] locum ubi monachus expectabat. Et prior: 'Optimum factu', inquit, 'habetur, ut videamus, quid istud sit, an sigillis signatum reperiatur, an forte, uti debet, hic carta inveniatur'. Ergo omnia recludunt, tum tria quidem sigilla inveniunt. Cernentes itaque sancta ossa tribus sigillis signata, Creatori omnium reddunt laudes. Igitur cum laudibus, cum ymnis hi qui missi erant revertuntur, cum exultatione mentis, cum alacritate cordis famulae Christi et eius virginis ossa ab ipsis deferuntur, donec ante ianuam monasterii veniunt. Preterea narrat prior loci quae invenerat, tribus gaudens manifestat sigillis autentice sancta ossa signata. Super his laetatur abbas eiusdem loci et omnis congregatio, omnis puer, iuvenis, senex exultant spirituali[t] tripudio. Et quia tunc temporis minime quidem paratus erat loculus, ubi ea ossa digna laude, plena virtutis, possent reponi, in bibliotheca cum libris pro tempore aliquantis diebus locantur, quoad digno honore aptus eis[u] loculus componeretur. . . . . . . Igitur componitur honori sanctae virginis loculus primo ligneis tabulatis, ubi[v] reponeretur, donec argento aurove conderetur[w], qui dignior eius religioni haberetur. Forte fortuna affuit, nam quidam episcopus ab oriente tunc temporis Bergis morabatur nomine Bovo[3], plenus Dei timoris et amoris, aetate grandevus, precipui moris vir, cuius faciem cum videas, quanti hominem dignum memoratu putes. Hic itaque talis ab omnibus accitus, adiunctus est sancto negotio, cuius consilio sanctae translationis dies statuitur. Dehinc quidem promittit sese interesse, eum[x] facturum iri, quicquid episcopalis ordo huius tantae rei debet servitio.

a) molliri *Mab.* b) o. ad v. *Mab.* c) Nauta *Mab.* d) invasit *Mab.* e) cum *Soll.* f) ut *Soll.* g) que *deest Mab.* h) *deest Mab.* i) r. tamque c. *Mab.* k) *deest Soll.* l) refer. *Mab.* m) emicidio *Mab.*; hemicyclo *Soll.* n) pervolat *Mab.* o) esset *Mab.* p) detineatur *Soll.* q) tua *Soll.* r) vilipendit *Mab.* s) Suscepit *Mab.* t) spiritu alii *Mab.* u) ei *Mab.* v) u. r. *des. Soll.* w) comeretur *Soll.* x) tum *Soll.*

1) Cui in portu Anglico res Balgeri servandae traditae erant. 2) Rumoldo infra c. 13. nominato. 3) Cf. Mirac. Winnoci c. 22, supra p. 781 (n. 1).

1058. 13. Dies adest, cuncta parantur quae sancto usui necessaria videntur, vinum optimum, quo lavarentur ossa, duo pallia ad involvendum; cum cereis digni boniqne testimonii astant fratres; tum quoque, uti mos habetur, letania primum agitur, deinde involuta pallio ossa denudantur. Denique, ubi primum sanctae memoriae episcopus ea vidit, dignam memoratu ceteris audientibus vocem emisit: 'Vere sancta ossa in terris digna honore, vere sanctae virginis martyrisque reliquiae'. Mox ipse cartulam sumit, aperit, legere precipit. Huius autem series talis habetur: *Hic est*[a] *corpus preclarae virginis Lewinnae, quae multis decorata virtutibus floruit sub rege Anglorum Euberto*[b][1] *nuncupato, quae postmodum et*[a] *sub eiusdem regis tempore martyrio vitam finivit, archipresule vivente nomine Theodoro*[2]. *Unde post multorum curricula temporum, Deo revelante, corpus eius ab Edelmo antistite*[3] *a terra est elevatum*[c], *magna populorum astante multitudine, sicque cum digno honore intra monasterium est collocatum.* Dum itaque haec legerentur, episcopus lacrimis pre gaudio perfundebatur, tantae orationis astipulationi annuebat, quin etiam vota laudesque omnipotenti Domino reddebat. Interim quidem vino abluuntur ossa, palliis duobus involvuntur, in loculo reconduntur; tunc clavis undique tabulae loculi[a] configuntur, ne qua fraude posset adiri, nec inde aliquid reliquiarum tolli. Acta siquidem est haec translatio anno incarnationis domini
Aug. 7. nostri [Iesu[d] Christi] millesimo quinquagesimo octavo, indictione 3, 6. feria[e][4], regente Henrico rege sceptrum regni Francorum, optimo autem comite Balduino[5] gubernante Flandriam, vivente etiam Drogone episcopo Taruanense, amministrante vero Bergense coenobium Rumoldo venerando abbate. . . . . . .

PROLOGUS[f] EIUSDEM DROGONIS AD EUNDEM VENERANDUM ABBATEM RUMOLDUM.

1. Tandem decursa serie translationis beatae[g] Lewinnae virginis, ventum est ad miracula, quae illius meritis dignata est operari Omnipotentis clementia. Quae tam numerosa tamque multa habentur, ut, si Maronis vel Homeri docta facundia afforet, fortassis victa multiplici taxatione narrandi moleve tenendi audita vel visa succumberet. Verum nos vel visa vel audita pro posse nostro dicendum venimus, eius precibus sanctum Spiritum nobis adesse orantes, ut eius ductu, ope, levamine dirigatur scriptoris oratio, deturque facundia narrandi et par copia dicendi, cuius sunt[h] facta providentia. Sed nos multa pretermittimus, ne superabundans materia legenti fastidio sit. Attamen, si cui displicent haec nostra, immo sancti Spiritus sanctaeque virginis, quae scribimus, et[i] si incredibilia illi videntur, fideles personas, qui viderunt quique presentes affuere, testes anteponimus, eorumque sub iudicio atque testimonii veritate haec nostra, qualiacumque sint scripta, firmamus. Veniat, veniat, accedet[k] auctoritas, ac inviolata permanebit veritatis puritas. Hinc prudentem ammoneo lectorem, veniam det, si aures illius nimium urbanas offenderit incultus sermo. His ergo omissis, maximum mihi habebitur, si vel facta dictis exaequentur. Quod ut possit fieri, mi venerabilis pater Rumolde, orationum tuarum solamen affer, tua auctoritate firma, sicque pendulum onus tuae sanctitatis sustinebit tabula. Novi, quod haud eque quidem ut actum est omnes animo ferent, novi, quam facillime in difficillimis causis livor iudicium ferat, et quia, quod hic sibi[a] difficile factu[l] putat, alterius benefactum retro rodendo dampnat. Quaeso igitur, extremam nostro operi communis negotii studiosus manum imponas, abundantia reseces, hiantia[m] suppleas, errata reprehendas, quatinus, pagina[n] dum factum narrat, sententia etiam firmo gressu currat.

EX LIBRO II.

3. Postquam episcopali auctoritate secundum id quod iustum fuit amminiculatum est ministerium translationis venerabilis Lewinnae virginis et martyris, summaque digne eiusdem peracta est, accidit, ut dignum actu nonnulli existimarent sanctam virginem per Flandriam deferendam, ut et notae fierent tantae virginis reliquiae, et in[o] eundo omnipotens Dominus, cuius foret meriti, declararet. Cumque Furnensi territorio ad aecclesiam Alverinkchem[p][6] nuncupatam ventum esset, suscepta est cum digno honore, tum etiam locata super sanctum altare. Ibi erat quidam nomine Bodera. . . . . . .

4. Post haec transeundo nonnullas aecclesias properatum est ad villam Letfingas[7] dictam. Venitur ad aecclesiam, ubi ab incolis nec suscipitur nec honoratur, quippe cuius nomen antehac ne quidem, uti[q] dicebant, illic audiebatur. Quod non modice quidem presentes contristavit, deque prosperitate coepti itineris desperare fecit. Attamen super altare ponitur, ibique, quid futurum foret, ab illis expectatur. . . . . . . Altera autem die undecim[r] bidentes detulit, grates[s] pro recepta sospitate solvens; et cum ad aliam aecclesiam festinarent[t], una cum ceteris gradiebatur, suam[u] auxiliatricem, per quam recepit sanitatem, portabat. Vocatur autem idem homo Boldredus, qui hodieque[v] sanus permanet mirabileque factum in se esse signum gaudet.

5. Deinde veniunt ad[l] villam Oldeburg[w][8] nuncupatam, ubi demonstravit pietas Omnipotentis, cuius meriti[x] forent ossa beatae Lewinnae virginis. . . . . . .

a) *deest Mab.* b) Tuberto *Soll.*; Eilberto *Mab.* c) levatum *Mab.* d) I. Chr. *des. Soll.* e) 6. Kal. Iul. *coniecit Mab., cum codicis hic locus legi nequiret.* f) *ita Soll.* g) sanctae *Mab.* h) facta fuit *Mab.* i) at *Mab.* k) accedit *Soll.* l) *deest Soll.* m) h. s. e. r. *des. Soll.* n) d. p. *Mab.* o) et intereundo *edd.* p) Fluerinckehem *Soll.* q) ut *Soll.* r) duodecim *Mab.* s) grata *Mab.* t) festinaret *Soll.* u) port. s. aux. p. q. r. s. *Mab.* v) que *deest Soll.* w) Oldeburga *Soll.* x) merita *Mab.*

1) Indicatur Egbertus rex Cantiae a. 664—673. 2) Cantuariensi a. 668—690. 3) Cantuariensi a. 914—923. Nominum formis hanc schedam non ab Anglosaxone scriptam esse probatur. 4) Die Iun. 26. hoc factum esse, demonstrare studet Sollerius, Acta SS. Iul. V, p. 61, sed 7. *Kal. Aug.* diem habet notitia apud Pruvost l. l. p. 49. 5) V. a. 1036—1067. 6) Alveringhem, inter Furnes et Loo situm. 7) Leffinghe, inter Nieuport et Oudenburg. 8) Oudenburg, a Brügge versus occidentem situm.

6. Inde interiacentia peragrando, venerunt ad aecclesiam Uutkerke[a, 1] dictam ore antiquo. Dum ergo altero die omnes eiusdem loci incolae ad eandem aecclesiam convenissent, et dum sacerdos post euangelium, uti mos est, sermonem faceret ad populum, subito extra atrium sanctificatae domus oritur ingens hominum tumultus. Fit concursus, undique tela rapiuntur, amicae parti auxilio quisque festinat. Ante altare forte iacebat contractus puer ferme[b] duodecim annorum, qui iccirco illo delatus erat, ut fidele auxilium sanctae Lewinnae imploraret; interim subito erigitur, paucis remanentibus et miraculum[b] cernentibus. Fama facti miraculi circumquaque eminus volat auresque omnium qui ad tumultum convolaverant[c] replet. Tunc denique quam citissime redeunt, tela deponunt. Velocior vero concursus[d] eorum fuit ad videndum patrati miraculi signum quam primum festinantium ad tumultum. Videntes igitur miraculum caelitus actum, ferocitatem animorum Deo submittunt, celebre nomen virginis laudant, meritum eius virtutemque eius[e] predicant. Sicque quod antiquus hostis volvebat ad suae preiudicatae dampnationis fraudem, Domini manus convertit ad sui nominis honorem.

7. Operae pretium est et illa inserere huic paginae, quae Omnipotentis providentia dignata est operari et mortalium oculis ostendere. Insula est dicta Walacra[f], opibus rerum, tum copiis etiam piscium[g] et alitum, tum copiis hominum robore fortium, tum equorum corpore prestantium ceterorumque animalium referta; ad eam itaque ventum est. Ibi erat quidam vir mortalium nomine Ramboldus[h] dualis infortunii infirmitate detentus. . . . . . .

9. Dum vero[i] feretrum Bruggas venit, cum maximo tripudio cleri plebisque suscipitur. . . . . . .

10. Est villa nuncupata Dodesela[2], in qua erat quidam homo nomine Eremboldus, cui tulerat canceris[k] ulcus coxae officium, ut nullo modo valeret incedere. . . . . . .

11. Verum postea ventum est ad aecclesiam Liswege[l, 3], ubi in lecto defertur quidam nomine Ramboldus, pustulae morbo morti proximus. . . . . . .

12. Deinde quaedam femina de territorio Bruggensi nomine Olsendis[m] in lecto defertur. . . . . . .

13. Haec in eundo et redeundo provida dispensatione omnipotentis Dei[n] peracta sunt. Nam et alia multa Rex gloriae meritis sanctae virginis peregit eo in itinere, quae omnino decrevimus tacere, ne quis[o] fastidiosus superabundanti invideat materiae. At nunc narrandum est unum, quod meritis beatae virginis dignata est operari misericordia Omnipotentis. In villa Bergensi quidam vir erat, cui binam prolem natura dederat; qui unam masculino[p] integram corpore ac omnibus membris vigere gaudebat, alteram femineo[q] artubus, membris totoque corpore[b] contractam dolebat. Hanc itaque dira sors protinus ab ipso ortu nativitatis ligaverat et, disiunctis artuum compagibus, coniunctis etiam membris ubi non debuerant coniungi, tenebat. . . . . . . Cum iam et illa induta foret suis eque vestibus, frater caram germanam alloquitur hisce sermonibus: 'Ecce, soror, sancta Lewinna exaudit multos se invocantes, plurima incommoda in melius commutat; exeamus domum, hortum nostrum intremus, hanc piissimam oremus, ut tui misereatur; credo equidem, aderit nobis, utrosque exaudiet et solitum solamen quemadmodum omnibus[b] nobis eque attribuet. Ego namque causa tui, usque dum vixero, hac in die caseo, butyro, ovis hisque similibus vesci cavebo, tu vero omni septima feria temet haud manducaturam[r] carnes spondens promittito'. Hoc itaque inter se firmato pacto, frater pro posse germanam post se trahit, hortulum intrant, versus templum Deum sanctamque Lewinnam adorant. Mira dicturus sum. Mox ibidem puella erigitur, et sine ope fratris domum intrat, quae[s] paulo ante attractu eius misere serpens exierat. Verum dum parentes domum redeunt, filiam incolumem reperiunt, exultant invicem magno tripudio; et dum sciscitantur utrosque, quomodo sanitati sit restituta, hoc tantum responsum audiere, quod sanctae Lewinnae interventu sanata sit. De voto autem quod inter[t] se uterque sancivit omnino ipsa hora tacuere, parentesque id voti latuit, donec una dierum, sexta feria scilicet, mater filio partem casei porrexit; qui noluit accipere, dicens haud esse sibi licitum illo die caseum comedere. Tum denique primum mater animadvertit, et illi interroganti id propter scilicet se nolle caseum comedere die illo respondit. Id denique miraculi signum cum omnis villa celebraret, ad aures comitissae Athalae[4] venit; quae mulierem cum utraque prole acciri precepit, et interrogans, omnia sic se habere cognovit. Sed et ego ipse, qui haec qualiacumque sunt cudo, dignum duxi inquisitum[u] ire, et pro miraculo caelitus facto gloriosum nomen omnipotentis Domini benedixi. Huius rei testis est tota Bergensis villa, quin etiam eiusdem villae omnis vicinia. . . . . . .

14. Nonnulli mortalium Bergensis pagi piae[v] religionis ardore tacti, quodam tempore Romam adiere; inter quos quaedam mulier cum viro aggressa est idem iter, plena fide[w] et digna relatu, uti postea apparuit, devotione; quae cum ad eandem urbem venisset sospes et valens, triduo ibi remansit[x]. Verum triduo transacto, nimia valitudine corpus gravari coepit, aestu febris atteri, adeo ut iam videntibus infortunium suae valitudinis[y] desperationi haberetur. . . . . . .

15. Quaedam matrona nuncupata Cilia de territorio Bergensi valida infirmitate detinebatur. . . . . . .

16. . . . . . Haec[z] pauca de multis decoloratus[a] vitiis rustico stilo compinxi et verbosior fortassis quam debui fui. Pia virgo, mihi, oro, veniam scelerum[b] impetra, quam in sinu suo caelestis continet gloria!

a) Uytkercke *Soll.* b) *deest Mab.* c) pervol. *Mab.* d) e. c. *Mab.* e) *deest Soll.* f) Walera *Mab.* g) p. et a. t. c. *des. Soll.* h) Remb. duabus inf. infirmitatibus *Soll.* i) v. f. *des. Mab.* k) cancri *Mab.* l) Liesieuege *Soll.* m) Obs. *Soll.* n) Domini *Mab.* o) quid fastidiosius *Soll.* p) masculini sexus *Soll.* q) feminae *Soll.* r) manducantem *Mab.* s) quam *Mab.* t) ut. i. se *Mab.* u) inquisiturum *Mab.* v) prae *Mab.* w) f. et *des. Mab.* x) mansit *Mab.* y) valitudini desperationis *Mab.* z) Hac *Mab.* a) decoloratis *Mab.* b) i. sc. *Mab.*

1) Uytkerke, a Brügge versus septentrionem. 2) Dudzeele, a Brügge septentrionem versus situm. 3) Lisseweghe, inter Dudzeele et Blankenberghe. 4) Uxoris Balduini V.

EX MIRACULIS S. GENGULFI AUCT. GONZONE ABB. FLORINENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monasterii Florinensis a. 1010. *circiter a Gerardo, postea a.* 1012—1050. *episcopo Cameracensi, et fratribus eius constructi hocce unicum exstat medii aevi monumentum historicum, in quo de fundatione eiusdem et praesertim de bellis a.* 1013—1015. *in Lotharingia gestis quaedam alibi haud tradita leguntur. Auctorem eius fuisse Gonzonem tertium*[1] *huius coenobii abbatem, nullus quidem illius aevi testis, sed Guill. de Hamaide monachus Florinensis ex antiquis suae abbatiae monumentis erutum tradit apud Fisen, Flores eccl. Leod. p.* 561. *Atque hoc cur in dubium vocemus, non modo nihil habemus, immo etiam pro vero accipiendum nobis videtur*[2]. *Gonzo fuit frater Wazonis episcopi Leodiensis*[3] *(a.* 1041—1048*), ab Anselmo maximis laudibus celebrati, discipulus Richardi abbatis S. Vitoni Virdunensis*[4], *monasticae religionis per Lotharingiam reformatoris celeberrimi; iam a.* 1049.[5] *coenobium Florinense rexit atque etiam a.* 1069. *eidem praefuit*[6].

Elucet, hunc libellum vivo Gerardo episcopo Cameracensi, ante a. 1050. *igitur, conscriptum esse*[7], *ex eo vero quod ipse auctor c.* 33. *narrat, opusculum iam olim inceptum, post multum denique tempus a.* 1045, *inter dies Sept.* 1—8. *eum perfecisse*[8], *recte statuere mihi videor.*

1) Vel quartum, si Richardum abbatem S. Vitoni Virdunensis, cui primo regendum traditum est, numeras. 2) Cum auctor hoc opusculum conscribere iussus est, monachus fuit, ut c. 33. apparet. Munere iniuncto vero per 'haud modicum' tempus omisso, cum id febricitans exequeretur, ecclesiae suae praelatus fuisse mihi videtur ex ea ratione qua in prologo alias ecclesias sorores alloquitur, porro ex iis verbis quibus monachi eum aegrotum alloquentes utuntur (c. 33), tum ex eo quod aedituum ecclesiae Osmarum 'monachum nostrum' vocet (c. 31), denique ex eo quod iam tunc opus olim susceptum, sed omissum, sua sponte, non iussu abbatis perfecerit. 3) Vide bullam Leonis IX. papae Gonisoni, ut ibi nomen scriptum est, abbati Florinensi datam, Miraeus, Op. dipl. IV, p. 4 (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 4317): *Memores etiam in hac tua petitione fuimus fratris tui domini Wazonis Tongrensis ecclesiae vigilantissimi pastoris.* Cf. Aegid. Aureaevall. II, 84, SS. XXV, p. 71, ubi nomen corrupte *Wenso* audit. 4) Vide Vit. Theoderici Andagin. c. 16, SS. XII, p. 46, ubi a. 1055. Gonzo abbas Florinensis occurrit et multis laudibus effertur. Eius etiam mentio fit Hist. monast. Walciodor. c. 55, SS. XIV, p. 532. 5) Huic enim anno vel 1050. ineunti bulla modo laudata tribuenda est, cum Gerardi episcopi Cameracensis ut vivi in eadem mentio fiat. Summus pontifex his blandis verbis abbatem alloquitur: *o Goniso abba, in quo, quia suum pleniter honorem monastica obtinet religio, mihi complacuit.* 6) Chron. S. Huberti Andagin. c. 23, SS. VIII, p. 581. 7) Vide extrema verba libelli (c. 37). 8) Eo anno quo Sept. 1—8. febricitantem libellum hunc se conscripsisse, auctor c. 33. narrat, nativitatem s. Mariae (Sept. 8) in diem dominicam incidisse dicit; quod inter a. 1025—1050. accidit a. 1028. 1034. 1045. Iam a. 1028. hoc opusculum conscriptum esse, vix quisquam contendet; reliquorum vero duorum a. 1045. multo probabilior videtur, si concedis Gonzonem abbatem illud edidisse, quippe qui, ut diximus, etiam a. 1069. et nescimus quanto tempore post hunc annum superstes fuerit, qui tertius vel quartus post a. 1010. hanc abbatiam rexerit. Mihi quidem verisimile videtur, Gonzonem a fratre Wazone episcopo Leodiensi (a. 1041—1048) abbatem factum esse, cum a. 1015. monasterium Florinense potestati episcoporum Leo-

G. Henschen hunc libellum ex apographo codicis Florinensis, quod Guill. de Hamaide patribus Bollandistis transmisit, Acta SS. Maii II, p. 648—655. *edidit. Qui codex cum periisse videatur*[1], *ni forte quandoque ex thesauro librorum Philippsiano emerget, ex collectione Bollandiana excerpta nostra repetere oportuit, exhibentes omnia quae alicuius vel levioris momenti videbantur.*

O. H.-E.

1. Gengulfi[a] meritis, o doctor Spiritus, adsis,
Aspirans menti, da linguam currere laudi
Et mea polluta tibi munda, sancte, labella!
Ut resones per me, Gengulfe, quae facis ipse,
Dic cordi: 'Sic, sic', elingui suggere: 'Dic, dic!'
Sunt a te, resonant per te, te cuncta redundant.
Te quoque posco, sacra[2], mihi Gengulfum, rogo, placa!
Et tu, sancte Dei, quem paucis scribere sumpsi,
Spiritui sancto scelerosum conciliato
Et tibi vel cunctis, offendi quos male, sanctis!
Nec indigneris, quod a tantillo refereris;
Fistula nam latices emanat plumbea dulces,
Nec depravantur bona, si a nequam referantur;
Nam tempus Christi fatur Sibylla futuri.
Non videat, quis dixero, sed quid dixero, quisquam.
Verborum phaleris simplex cum syrmate victis,
Praenoto rusticulus, quae dictet scriba futurus.
O miseris care martyr, mihi iam miseresce
Verbo, corde, manu peccanti semper et actu,
Veste cucullanti, heu! mundo morigeranti!
Valde infirmatus, per te sum, spero, levandus[3],
Te qualiscumque confidens ordior ecce.

2. Matribus ubique terrarum ecclesiis minima earum ecclesia Florinensis gratiam et pacem divinae maiestatis. Vita excellentiori reverentissimae ecclesiae matres, fide compari dilectissimae sorores, quaeso, magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in id ipsum, immense magnum Dominum, beatum apud nos Gengulfum magnificantem, magnificate mecum! Eius mirabile nomen, quod assidua miraculorum iocunditate exaltat sanctum suum, tripudiatim exaltemus cum gratulatione laudum! Huius beati Gengulfi cotidiana miraculorum apud nos insignia, quae, si adhuc viveret, ille velocissimus Thespis poeta[4] adscribere non sufficeret per singula, pauca tamen ex pluribus, principia multorum summatim referimus.

In pago Ardennensi, villa Geldina[5] sancti Gengulfi habebatur ecclesia, in qua eius sancti, sicut et ubique, mirificabantur lipsana; cui ecclesiae sacerdos nomine Reinoldus deserviebat, comes vero Godefridus de Griso-monte[6] hereditarii territorii iure eam possidebat. Exorta autem inter eos dissensione vehementi, presbyter illius abiens, sustulit secum reliquias sancti, deveniensque in villam nomine Villeriacum, retro altare ecclesiae in scrinio suo, nullo sciente, inclusit eas. Ibi anus quaedam erat, quae in offerendis oblationibus sacerdoti ministrabat. Huic tunc senex quidam visione persaepe assistens, importunabatur, dicens: 'Vade, dic Reinoldo, ut tollat me de illo in quo reposuit loculo!' Quae nesciens, quid esset, cum iam creberrima admonitio ei taedio fieret, presbyterum adorsa, inquit ei ioculabunda: 'Quem, quaeso, habes repositum, nescio ubi, qui tam importune se inde rogat tolli?'

3. Eo tempore Arnulfus[b, 7], Alpaidis et Godefridi Hainoensis pagi comitis[8] filius, Florinis[9] domina-

a) Gengulph. *ed. semper.* b) Arnulph. *ed. semper.*

diensium traditum sit. Quae omnia faciunt, ut a. 1045. praeferamus. 1) In nullo innumerorum codicum Vitae Gengulfi quos vidimus Miraculorum libellus invenitur. Gengulfi enim, qui tempore Pippini I. regis vixisse dicebatur, Vita fabulosa Varennis iam saec. X. conscripta est. 2) Scil. virgo Maria. 3) Vide quae c. 33. de se febricitante auctor narrat. 4) Ut Thespim velocissimum poetam diceret, nescio an adductus sit male intellecto celeberrimo versu Horatii Artis poet. (Ep. II, 3) v. 276: *Dicitur et plaustris vexisse poemata Thespis.* 5) Gedinne (arr. Dinant)? Henschen coniecit hanc esse Santgolfen villam Luxemburgensem. 6) Hoc quid sit, nescio. Forte nomen corruptum est ex Orsio-monte (Orchimont), ad quem comitatum villa Gedinne pertinebat (cf. Hist. Walciodor. c. 70, SS. XIV, p. 533). 7) Albricus a. 1002, SS. XXIII, p. 778 (cf. ib. a. 1031, p. 783), dicit eum *Arnulfum nobilem de Ruminiaco* (Rumigny, dép. Ardennes, arr. Rocroi) *qui fuit Alpaidis et Godefridi filius;* itemque *(de Rumiaco)* Aegid. Aureaevall. II, 59, n. *, SS. XXV, p. 63, ubi hic libellus exscriptus est. 8) Hic si est comes ille Virdunensis et Hanoniensis de Eenham dictus, Alpais eius pellex fuisse videtur, cum uxorem habuerit Mathildem de Saxonia. 9) Florennes (prov. Namur).

batur, qui tam prae militari severitate quam pro sibi dilecta religione ab omnibus reverenter formidabatur et formidolose reverebatur. Erant secum commanentes tres filii[1], non degeneres, sed iam tunc ut posse erat patrissantes et post eius obitum intentione mentis caelibes. Horum patri, quem diximus, Arnulfo de reliquiis sancti Gengulfi Reinoldus intimavit; quas Florinas deferens, in ecclesia sancti Mathei intra castrum eius rogatu reposuit. Quae dum essent ibi mensibus Martio et Aprili, et circa viciniam debiles et infirmi haberentur multi, quidam faciei ignotae ad singulos eorum in visione veniebat et, ut Florinas ad recuperandam sanitatem irent, monebat; qui et creduli confluebant, et sani redeuntes, hoc mirabile propalabant. Tunc sacerdos memoratus aperire coepit omnibus, quod sancti Gengulfi meritis
Maii 11. haec fierent et precibus, cuius ibi habebat ipse pignus. Appropinquante interea eius martyrii die, coepit idem sacerdos praefato Arnulfo supplicare, ut sibi liceret eam diem deportatis extra castrum reliquiis sollempnizare. Cuius petitioni a viro religioso ut annuitur, papilio in campi medio protenditur, duaeque altrinsecus scenae componuntur, ubi mirificum pignus componi disponitur.

4. Erat tunc in villa Rolceas[2] homo nomine Boso. . . . . . .

5. Videns autem religionis cultor Arnulfus, quod sanctum suum ibi honorari vellet Dominus, per-
1002? acta eius glorifica in tentorio celebritate, statim ecclesiam eius honori ipso in loco construxit, a Notkero[a] pontifice[3] consecrari fecit[4]; quam postea dominus abbas Werricus[5] amplificavit. Audiens vero praedictus Godefridus tot tantaque ibi miracula fieri dolensque ecclesiam suam seseque tanto honore privari, accersito blande et pellaciter Reinoldo sacerdote, gratiam interruptam festinat resarcire. Cui dans multa, promittens ampliora, hanc ab eo promissionis exegit fidem, ut reliquiarum sibi sublatum restitueret honorem. Qui sacerdos hac intentione dum Florinas tenderet, ut furtim reliquias easdem reciperet, in articulo huius inceptionis repentina correptus molestia corporis, morte non clauda in medio praeventus est itineris.

6. Intererat tunc Gerardus, praefati Arnulfi filius, Remensis[b] ecclesiae clericus reverendus[6], postea Cameracensium a Deo institutus episcopus[7], cuius salutari monitu omnia agebat pater suus. Hic a Remis multorum reliquias sanctorum deferens patri, ut eis ecclesiam construeret, suggessit illi. Cuius hortatu id facere deliberavit, sed vitae clausura praeventus, obiit; quique, Deo disponente, a filiis intra veterem ecclesiam sancti Martini sepelitur. Eius quam deliberaverat devotio de construenda ecclesia a filiis perfici quaeritur; sed, cuius nominative sancti ad honorem fiat, ambigitur. Sciebat Gerardus beatum Iohannem baptistam apparuisse devoto viro conquerentem, quod non fiebat sibi ecclesia sicut multis aliis sanctis in episcopatu Leodiensi. Subiit quadam die absque ulla occasione Remensibus clericis intentio, ut sanctorum suorum reliquias in eo, in quo diu erant, respicerent loculo. Ad hoc opus tremendum Ricardus, eiusdem ecclesiae religiosus tunc canonicus[8], postea multorum monachorum pater effectus[9], quaeritur, quaesitus contra easdem reliquias in crypta orans invenitur, inventus arcersitur[c], arcersitus hoc opus aggreditur, aggrediens singula oculis perscrutatur, perscrutans iuncturas pollicem sancti Iohannis baptistae cum breviculo inveniens, contemplatur, contemplans tam insperatum pignus miratur, mirans congratulatur; quod regresso a Florinis venerabili Gerardo, sibi in amicitia spirituali unico, intimavit; isque ei inpraemeditatus statim sic ait: 'Date mihi e iuncturis unam, et ego congregationem ecclesiasticam eius honori faciam'; quam mox ab eo ut impetravit, Florinas cum tanto thesauro tetendit.

7. . . . . Tunc diluculo surgentes et lucernam illam[10] admirantes, prosperato itinere Florinas
Dec. 25. pervenere. At religiosus Gerardus ecclesiam, quam devoverat, aedificare maturavit[11]; in qua nativitatem Domini supervenientem cum clericis suis celebravit. Et quia opus adhuc erat imperfectum et incultum, reliquias sacras recondit intra murum.

a) Nothero *ed.* b) Remiensis *ed.* c) accers. *h. l. ed.*

1) Godefridus et Gerardus episcopus Cameracensis. Tertius Arnulfus infra c. 22. et in diplomate spurio Heinrici II (St. 1558) occurrit. Occurrit etiam tertius frater Gerardi Eilbertus abbas S. Andreae Cameracesii et Maricolensis, sed hic forte ex alio patre. 2) Forte Roly (arr. Dinant). 3) Leodiensi a. 972—1008. 4) Albricus a. 1002, SS. XXIII, p. 778, scribit: *Ecclesia sancti Gengulfi in Florinis cepit per Arnulfum* etc. Sed hoc ex eodem fonte ac Aegid. Aureaevall. II, 59, l. l. hauriens, cui libuit anno adscripsisse videtur. Gesta ep. Camerac. III, 18, SS. VII, p. 470, aliter refertur, hanc ecclesiam ab Arnulfo imperfectam relictam, a filio eius Gerardo episcopo Cameracensi perfectam et, concedente Baldrico Leodiensi antistite, successore Notkeri, consecratam esse. Cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' II, p. 320. 5) Fuit decessor Gonzonis; quibus vero annis sederit, ignoratur. 6) Cf. Gesta ep. Camerac. III, 1, SS. VII, p. 465. Fuit propinquus Arnulfi archiepiscopi Remensis; cf. huius epistolam Baldrico episcopo Leodiensi inter a. 1008—1012. datam, qua corpus Mauri presbyteri et martyris Remensis Gerardo pro monasterio Florinensi se donasse scribit, apud Molanum, Natales SS. Belgii (Duaci 1616) p. 178 sq., ubi: *Fecimus cum proximo nostro Gerardo, Arnulfi filio, quod caritas monet.* 7) A. 1012—1050. 8) Cf. Vit. Richardi c. 2, SS. XI, p. 281; Hugo Flaviniac. II, 2, SS. VIII, p. 369. 9) Abbas scilicet S. Vitoni Virdunensis et viginti circiter aliorum reformator, qui et ipse Florinensem abbatiam postea institutam regendam suscepit; cf. Gesta ep. Camerac. III, 18, SS. VII, p. 470. 10) Miraculose inter ventos et pluvium ardentem. 11) Monasterium S. Iohannis baptistae Gerardus cum fratribus Godefrido et Arnulfo construxit; cf. Gesta ep. Camerac. III, 18; Vita Balderici ep. Leod. c. 5, SS. IV, p. 726; Anselmi Gesta ep. Leod. c. 31, SS. VII, p. 206; Albric. a. 1016, SS. XXIII, p. 781; Heinrici II. diploma spurium a. 1012, Miraeus, Op. dipl. I, p. 658 (St. 1558).

8. Erat tunc ibi homo quidam simplex nec seculo deditus nomine Amalricus, sancti Gengulfi servitio intentus, qui quadam nocte post matutinas vigilans et contra ecclesiam sancti Iohannis aspectans, videt columnam igneam a loco quo sanctae erant reliquiae in caelum usque protensam. Quod mane facto domino Gerardo fideliter retulit, isque mihi postea episcopus narravit. Ne cui autem illud videatur incredibile, quod de sancto Iohanne nullae praeter caput habeantur reliquiae, Ecclesiastica refert historia[1], quod eius sanctissima ossa cum igni imponeret Iulianus Apostata, duo monachi interfuerunt, qui furto laudabili articulos et minora quae poterant rapuerunt. Venerabilis vero Gerardus intelligens tam sancto sanctorumque summo summam ecclesiastici ordinis convenire religionem, canonicam, quam ibi prius 1010.
statuerat, eliminavit conversationem, monasticum substituens ordinem[2].

9. Sic in Florinis sanctus Gengulfus praecursoris Domini praecursor est factus; sic locus ille, cum esset antea aridus et cleri pauperculus, per sanctorum merita ad ubertatem terrae et monasteriales habitus est incrementatus. Hic itaque innumera sancti Gengulfi per merita facta sunt et fiunt miracula, quae tam prae sui inaestimabili frequentia quam prae scriptorum inopia magna ex parte excidunt a memoria; quorum ea quae scribo vel ipse vidi vel ab his a quibus sunt visa vel ab eis in quibus sunt facta veraciter audivi. Quae quoniam sunt plura et cotidie augmentantur et augmentabuntur, plurima succincta facilitate sunt transcurrenda, pro quibus factis vel fiendis sit Deo glorioso in sanctis suis laus honorabilis et honor laudabilis.

. . . .

13. . . . Puellula quaedam in quodam erat viculo nomine Ivio[3], Florinensi viciniae contiguo. . . . . . .

14. Puellus quidam nomine Arnulfus, in monasterio Sancti Iohannis quod est Florinis modo monachus, vermium comestione ita erat debilitatus, ut tam sibi quam ceteris videretur moribundus. Nam genarum et gulae ita vermes vivi invaserant loca, ut scatendo densim eorum visibiliter ebullirent capita. . . . . . .

15. Radbodus[4] Namurcensium comes audiens cotidie innumerabiles populos undique Florinas confluere et quaesita solatia reportare, coepit illos stoliditatis arguere, quod tanto studio hominem talem certarent requirere. Dicebat enim illum paganum fuisse nec posse omnino quemquam iuvare. Cumque pro hac falsissima sua opinione suos sibique vicinos, ne ad eum irent, minis coepisset deterrere, nec posset eos ita compescere, iussit vias diligenter observare et venientes, diris flagris impositis, quae portarent diripere. Ab huiusmodi malis operibus cum non revocaret animum comes incredulus, repente in eius sano corpore omnigena febris furibunde grassatur et usque ad eius medullas penetrans bachatur. Tum cerneres illum tali hoste prostratum, ardoribus excoqui, frigoribus congelari, dentibus stridere, manus contorquere, brachia cruraque huc illucque iactare, escas fastidire et reicere, noctes et dies insomnes ducere et omnia milleformis illius mortis genera importune sustinere. Sic iam morte vicinus, ita se incusare coepit gemebundus: 'Merito', inquiens, 'haec patior, iuste sic caedor, qui sanctum Gengulfum blasphemavi, qui eius homines flagellavi. Sed ecce toto corde credo, plena fide praedico magni eum meritum esse, horrendum esse eius iram incurrere, saluberrimum venerari illum et quaerere; unde meam culpam, quia eum offendi, profiteor. Si eo iuvante mortem evasero, emendaturum me polliceor; et qui ceteros ab eius veneratione compescebam, ipse cum donis meis, si ea acceptare dignetur, ad eum ut servus ad dominum veniam'. Quam eius miserandam humillimamque poenitudinem tam perfecta subsecuta est celeriter sanitas, acsi nulla eum attigisset infirmitas. Qui pristino incolumitatis statu revigoratus, Florinis ad sancti ecclesiam cum sui corporis pensa et aliis donariis, quae illuc devoverat, venit et palam omnibus se culpabilem reddidit et pro recepta sanitate gratias egit, sanctum Gengulfum pronuntians terribilem se spernentibus, pium et facilem poenitentibus. Postea filio suo[5] morte gravato, et pensa corpusculi ad eandem ecclesiam transmissa, de eius celerrima laetatus est recuperatione, et in omnibus adversis suis sancto Gengulfo semper solebat se commendare.

16. Herimannum comitem[6] comes Lantbertus[7] insequebatur; quo Florinis recepto, furialiter in se c. 1014.
ipso bachabatur; et quia dolebat ipsas Florinas tunc et semper suorum inimicorum aptas esse refugio, aggressus est omnia delere incendio. Unde nec sancti Gengulfi ecclesia ab eo est reverita, sed omnia atrii tecta sunt incensa propinqua et muro cohaerentia. Res mira et tribus pueris in camini medio positis simillima! Ecclesia in medio stabat, flamma furens circumquaque ardentium domorum circa ipsam et supra incumbebat; plumbum et stannum et quae intra ecclesiam erat cera nimio calore liquesce-

1) Rufin. XII (II), 28. 2) Sigeb. Auct. Gemblac. a. 1010, SS. VI, p. 391: *In cenobio Florinensi pro clericis, qui ad hoc usque tempus deserviebant ibi, monachi sunt constituti;* cf. Gesta ep. Camerac. III, 18. Gerardus hoc coenobium sicut et Altimontense ab eo cum Godefrido fratre restauratum Richardo abbati Virdunensi regendum tradidit. Cum vero hoc ipse Gerardus consecrasse dicatur, consentiente Baldrico episcopo (Vita Baldrici c. 5, SS. IV, p. 726; Gesta ep. Camerac. l. l.), hoc non ante a. 1012, quo ipse episcopus consecratus est, fecit. Iterum ipse a. 1026, consentiente Rainardo episcopo Leodiensi, ecclesiam S. Iohannis vel ampliatam vel reparatam consecravit; Sigeb. Auct. Gembl. a. 1088; Chron. S. Andreae Camerac. I, 21, SS. VII, p. 530. Primus abbas Florinensis post Richardum vel sub eo Benedictus institutus est; Aegid. Aureaevall. II, 59, n.*, SS. XXV, p. 63. 3) Yves, a Florennes occidentem versus. 4) De quo II. huius nominis vide supra p. 752, n. 6, ubi Olbertus, Mirac. s. Veroni c. 20, narrat, eum auxilio s. Veroni, ut hic meritis s. Gengulfi, febri liberatum esse. 5) Cuius nomen ignotum est. 6) Enhamensem et Virdunensem, filium Godefridi comitis. 7) I. Lovaniensis. Haec inter a. 1013—1015. facta videntur; cf. Gesta ep. Camerac. III, 5, SS. VII, p. 467 sq.

bat, nec tamen ipsam ecclesiam ignis, alias insatiabilis, denigrare poterat. Tunc hostes, qui ad tam nefarium incendii opus adstabant, hoc videntes, stupefiebant; qui revertentes, necdum a finibus illis exierant, et ecce equi ipsorum insanire coeperant et sibi infindentes[a] laniando excutiebant. Ipsorum quoque hominum plurimi, insania et membrorum dolore contorti, foede ad propria sunt reversi; qui intolerabili poena gemiscentes et dominium Florinense sibi inimicum pertimescentes, per amica silentia noctis Florinas furtim adibant, et sancto Gengulfo se peccasse fatentes, meliorati redibant. Quod factum laudabile fidelis custos ecclesiae, sicut dum gerebatur consentiendo sciebat, ita gestum fideliter referebat.

1015. Sept. 12. 17. Parvo post elapso tempore contigit eundem Lantbertum contra ducem Godefridum[1] in Florinis ad bellum venire[2]; et quoniam plures quam dux tunc bellatores habebat, procul dubio se victurum fore iactabat. 'En', inquit, 'hodie, sicut in meis viribus confido, si vicero, Florinis exitialem funditus interitum post victoriam parabo, nec etiam ecclesias excipere volo. Unde et vias, si vicerimus, praecipio anticipari, ne quisquam fugientium ibi possit recipi et contra nos illud munimen tueri'. His dictis, in bello congreditur et totis viribus praeliatur; nec credimus sanctum Gengulfum tunc dormitasse, cuius ecclesiam non timuit prius exhonorare et modo minabatur omnino evertere[3]. Sed sicut cito a facie venti deficit fumus, sic, illo mortuo, omnis eius moriendo et fugiendo evanuit exercitus.

18. Puella quaedam Rotsendis nomine caeca facta est meridiano tempore. . . . . .

19. Puer quidam Tietselinus nomine brachii dextri otio torpebat, quia illud gravissima paralysis iam diu invaserat; quem pater suus ante dominum suum nomine Godefridum, cuius erat servus, deduxit et tale infortunium coram eo deflere coepit. Cui cum dominus responderet se nescire, quomodo ei subveniret, a quodam sibi adstante clerico hoc audit continuo: 'Sancto', ait, 'Gengulfo detur, a quo, ut credo, curabitur'. 'Vos', inquit dominus ille, 'ex manu mea ecce illum apprehendite et sancto habendum deducite!' Quem is clericus statim suscipiens et brachium eius debile super altare sancti imponens: 'Hunc', inquit, 'audi, sancte Gengulfe, dominus suus tibi dat servum; quomodo tibi placet, habeas illum'. Mox ille brachium ad se sanum retraxit ac deinceps nullum in eo dolorem sensit. Quod factum omnibus mirabile percrebuit et ad laudes Dei et venerationem sancti Gengulfi multorum corda excitavit.

20. Clericulus quidam nomine Tiedboldus trans ecclesiam sancti Gengulfi quaedam iacula ioculando iaculabatur. . . . . .

22. Arnulfus, Arnulfi senioris filius[4], venatum ire debebat nec, in quem ascenderet, equum tunc praesto habebat. Sacerdos autem Sancti Gengulfi unum domi in atrio habebat, quem ab illo ut sibi commodaret postulatus, praestare nolebat. Unde ille iratior stabulum eius intravit et caballum presbytero invito eduxit. Tunc sacerdos imprecando ei talia: 'Tibi', inquit, 'et sancto Gengulfo conveniat de hac mihi a te facta iniuria'! Arnulfus vero praecepit, ut sibi ille equus interea pararetur, dum ecclesiam sancti oraturus ingrederetur. Ingrediens igitur, prostratus oravit, sed, oratione facta, resurgere omnino non potuit, iterum iterumque surgere nitebatur, sed quasi occultis vinculis ligatus detinebatur. Tandem reminiscens factae a se sacerdoti iniuriae et imprecationis ab eo illatae, pectus tundendo, terram osculando, culpam fatendo, corde et voce poenitendo, sic sancto Dei satisfecit; et eius iussu, immo precatu, equo reddito, statim surrexit et libere ad coeptum negotium exivit.

23. Mercatores Huyi[5] super flumen Mosam manentes ad forum quoddam erant tendentes. Transeuntibus autem eis per viam, quae erat prope ecclesiam sancti Gengulfi, alter alterum hortatus: 'Oratum', inquit, 'ad sanctum Gengulfum eamus'. Cui alter: 'A via mea', ait, 'propter hoc non divertam, ne tardius ad negotium meum perveniam. . . .' . . .

24. Erat in Florinis quaedam femina nomine Vulferada, quae a viro suo sibi irato graviter fuerat percussa; qua percussione nimia eius mandibula a loco suo distorta et avulsa, laxabatur. . . . . . .

25. In pago Laudunensi alia mulier fuit, quam similis aegritudo diu detinuit. . . . Ibi tunc sacerdos de Florinis aderat nomine Stephanus. . . . . . .

26. In villa quae Curcellis[6] dicitur mulier quaedam habitabat. . . . . . .

31. De vico cui nomen Bovinia[7] quaedam in praesenti adest puella nomine Grida, cui brachium ita adhaerebat lateri, et digiti eiusdem partis sic erant contracti, ut omnino omni vacarent opere. Quae a matre nuper sancto deducta Gengulfo, dato oblationis suae voto, ante eius altare pernoctabat, infirmitatem suam ei deplangebat. Iam autem appropinquante die, et custode ecclesiae, nostro scilicet monacho Osmaro nomine, matutinorum laudes decantante, coepit illa sudando, gemendo, angustiando voces emittere. Cui mater cum diceret quidem: 'Quid sic doles, filia[b]?' 'O mater', inquit, 'carissima, prae nimia sic clamo angustia, quia ecce sancti Gengulfi per meritum a latere meum disiungitur brachium'. Haec dicens, coepit brachium extra sinum paulatim extendendo extrahere et extrahendo pleniter extendere et palmam, extensis digitis, in terra porrigere. Erat tunc pentecostes celebritas sacra, in qua ex diversis

a) infid. *ed.* b) filias *ed.*

1) l. Lotharingiae inferioris, fratrem Herimanni supradicti comitis. 2) Cf. Gesta ep. Camerac. III, 9. 12, SS. VII, p. 469; Ann. Leod. et Laub. a. 1015, SS. IV, p. 18. Hunc locum nec v. Giesebrecht nec Hirsch et Bresslau, 'Heinrich II.' III, p. 26, respexerunt, cum ille falso apud Fleurus, Hirsch recte apud Florennes hanc pugnam commissam esse contenderent. 3) Eodem anno Gerardus monasterium Florinense Baldrico episcopo Leodiensi tradidit; Sigeb. Auct. Gemblac., SS. VI, p. 391; Vita Baldrici c. 5, SS. IV, p. 726; Anselm. c. 31, SS. VII, p. 206; Albric. a. 1016, SS. XXIII, p. 781. 4) Frater ergo Gerardi episcopi; cf. supra p. 792, n. 1. 5) Huy. 6) Courcelles inter Mons et Charleroi. 7) Bouvignes ad Mosam, prope Dinant.

partibus plebs confluens multimoda, sicut semper erat solita, sancti Gengulfi requirebat suffragia. Quae mane facto audiens ab ipsa puella rei gestae ordinem, in Dei et eius sancti laudem cum devoto corde extollit vocem. Sic itaque sanata, pluribus ibidem diebus morata, videntibus cunctis, potens erat filare et consuere quaeque necessaria.

32. Audita est res mira, sed modo audiatur mirabilior et iocunda. Haec eadem muliercula postquam domum rediit sana et ab universis vicinis satis est admirata, duo fratres, quibus illa ancillabatur, inter se coeperunt de ea litigare, dum familiam suam partientes, illam, quia utilior erat, alter alteri vellet subripere. Dum vero lis illa protenditur, puella ut prius contrahitur, et insuper obmutescens, ad omne opus inutilis redditur. Stupenda haec circumquaque vulgantur, ab universa vicinia catervatim curritur, et quia post sancti Gengulfi curationem a dominis suis mancipata sit, blasphematur. Quid plura? Cogente necessitate tantae infirmitatis et persuasu populi confluentis sancto Gengulfo ancilla traditur a senioribus suis. Tunc a parentibus et vicinis suscipitur, sancto Gengulfo perpetualiter habenda praesentatur, eius praestabili misericordiae commendatur, et confestim brachium, manus, loquela redduntur. Quam ecce sanam cotidiano operi insistere videmus et de eius iterata curatione Deum eiusque sanctum tam propinqui quam longinqui laudamus.

33. Ecce dum sancti huius beneficia aliis impensa refero, de memet ipso, quod mihi contulit, de pluribus unum subscribo. Iussus fueram[1] miracula eius denotare, sed ingenii mei paupertate vel rusticitate tam nobilia et urbana timebam deteriorare. Sed scriptorum inopia permanente, et miraculorum frequentia cotidie succrescente, aggressus sum hoc opus utcumque. Verum me forensibus iniunctae obedientiae rebus occupato et negligentiae torpore teporato, omiseram illud tempore non modico. Praesenti autem anno[2] a pentecoste usque ante mensem Augustum graviter langui, et cogente infirmitate, 1045. Maii 26 —Iul. quod intermiseram iterum incipiens, scripturum me promisi; convalescensque ab illo languore, praepeditus rursum cura forensi et, quod verius fateor, taediosus et tardioris, ut semper sum, studii ad omne opus utile, quod promiseram praesumpsi negligere, quasi iam securus de redeunte sospitate. Vix penitus morbus ille meritis illius a me noviter diffugerat, cum ecce, qua adhuc laboro, huiusmodi me pestis invaserat. Repente cum alio gravissimo morbo febres omnes cum suis omnibus viribus me vallant et, interiora quaeque et exteriora occupantes, suis frigoribus et caloribus confricando et conquassando et conterendo me graviter coangustant, cibum et potum et omnia corporis alimenta intercipiunt et, ut gravius saeviant, tertianis reditibus dolores mortis infligunt. Quid plura? Hac transacta dominica prae Sept. 1. oculis erat mors sola; iam desperaveram vivere. Ultra rogabam fratres assistentes perquirere viaticae unctionis oleum et reliquum talis exitus providere obsequium. Hoc solum votum, fateor, erat animi et petitio declamantis ad sanctos Domini, ut in futura saltem dominica, in qua deberet esse nativitas genitricis Dei, pro tantae diei patrocinio, in quo multum confidebam, timor protenderetur exitus mei. Sept. 8. Inter morticinos angores suggerunt mihi fratres assistentes: ‘Adhuc sancto Gengulfo quod iam vovistis firmius vovete et aquam in sanctis eius reliquiis perlutam bibite, nec impotens erit adhuc vobis succurrere’. Quae salubris aqua ut est citius nostra petitione allata, manibus illam sumens, culpabilem et voti reum me reddidi, et ante dies octo, si convalescerem, incepturum me quod omiseram devotissime promisi. Qua sitibunde hausta, cum hoc voto coepi meliuscule habere continuo. Coepit enim salutaris illa potio igneum in me furorem debellando calores[a] eius refrigerare et per sudorem extra medullas et ossa diffluxim propellere. Sic ex illa nocte, Deo gratias! per sancti eius meritum evasisse me gaudeo mortis periculum. Inde est, quod ecce promissionem meam infra dies octo reddo, quod in lectulo infirmitatis hebenti animo, tremula manu scribo; et hoc cogor, velim nolim, quia tanto districtori toties mentiri non ausim. Caveo enim illum offendere, quem expertus sum sic districte posse vindicare.

34. Mulier quaedam in pago qui Condrotium dicitur erat, quae per multum tempus caeca manebat. Hanc praesenti anno maritus suus ad sollempnitatem sancti Gengulfi conduxerat; quae usque ad Maii 11. altare eius, per manum viri tracta, palpando et offendendo pervenerat. Tunc custos eiusdem ecclesiae, monachus noster Osmarus nomine, sicut ipse mihi retulit, altari adstabat, qui et eidem petenti caput cereum super altare statim ponendum vendiderat. Quae, hac oblatione data, ibidem die illa est commorata. . . . . . .

35. Hoc eodem anno de vico Bovinia homo quidam servulum duodecim fere annorum contractum habebat; quem cunabulo constrictum asinoque impositum ad natalem eius adduxerat. Hunc brachiis accipiens altarique imponens: ‘Sancte’, inquit, ‘Gengulfe, istum tibi sub annuali censu trado; nec unquam, si ei subveneris, contra voluntatem suam meo coactus erit servitio’. Hoc dicens, manui eius denarium immisit et pro censu super altare iactare fecit. Quo facto, domum revertens, secum revexit; et post tertium diem, contractione dissoluta, puer ambulare coepit. Qui, postquam plenius convaluit, cum domino suo ad sanctum Gengulfum pedibus suis rediit et, gratiarum actione reddita, a domino suo reductus est ad propria.

36. In pago Faimenna[b] puerulus quidam quinque annorum a nativitate numquam ambulare nec loqui poterat; qui post nativitatem suam orphanus utroque parente relictus, pauperem fratrem habebat. Hunc ille frater suus ut potuit enutrivit, et operando manibus suis victum quaeritans, illum sustentavit. Quem quia secum circumferens pascebat, multis, quorum opera faciebat, oneri erat; plurimi etiam illum

a) colores *ed.* b) *forte* Falmenna *legendum; cf. supra p.* 437, *l.* 14.

1) Recte hinc Henschen concludit Gonzonem nondum abbatem, sed monachum fuisse, cum hoc facere iussus sit; sed vide supra p. 790, n. 2. 2) De anno v. supra p. 790, n. 8.

de opere suo repellebant, quia duos pro uno se non posse pascere dicebant. Qui postquam illum per plurima sanctorum loca deportavit, nec sanari vidit, ad sanctum Gengulfum attulit; et duabus ebdomadi-
Maii 11. bus ante festivitatem eius inibi demoratus, ipso festo adveniente ante altare posuit, dieque transacto, ad
Maii 13. hospitium suum reportavit. Die autem tertia post festum subito coepit contractulus ille per domum quasi puer unius anni gressum conari et sic paulatim de die in diem firmius eniti. Et pro sancti Gengulfi amore advocatrix nostra Gisla nomine illum postea de suo pascit et vestit et quasi mater fovet et enutrit; quem ecce pleniter sicut puerum ambulare cernimus et loqui audimus et pro magna eius simplicitate aliquando et congaudemus. Sic sanctus Gengulfus utrumque fratrem gemina pietate est consolatus, minorem de corporis alimento et membrorum erectione, maiorem de minoris compassione et baiulationis impeditione.

37. Quaedam etiam nonna nomine Bertrada Cameracensium urbis incolebat moenia, cuius oculorum aciem per quatuor annos ita penitus obduxerat caecitas, ut vix quidem minimam illi reliquerit visus scintillam. Haec circumquaque ducitur, ubi siquidem sanitatum remedia insignius per sanctorum merita frequentabantur. Sed incuratam revertentem spes voti frustrabatur. Quadam vero cum sopori commisisset artus nocte, cernit in oromate sanctum Gengulfum sibi assistere, orbes oculorum leniter humectantem benedictae aquae conspersione. Quod cuidam retulit clerico, qui hoc quoque annuntiavit domino nostro Gerardo, eiusdem urbis antistiti venerando[1].

EX VITA S. HUMBERTI MARICOLENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Humberti vel Choneberti rectoris monasterii Maricolensis dioeceseos Cameracensis, qui saeculo VII. vixit, Vitam medio fere saec. XI. monachus Maricolensis, ut videtur, composuit. Quam ex Vita brevissima eiusdem antiquiore[2]*, ut opinamur, ex charta donationis eiusdem, certe haud genuina, ex Vita Aldegundis auctore Hucbaldo*[3] *et Vita Amandi congessit, fabulis inanibus inventis et solitis verborum ambagibus auctam. Quae omnia nullius sunt momenti. His vero subiunxit auctor historiam brevem Maricolensis abbatiae, enarrans praesertim, quomodo eadem, eiectis clericis et introductis monachis, a Gerardo episcopo Cameracensi restaurata, et quae eius tempore (a.* 1012—1050*) gesta sint. Hanc narrationem, resecatis quibusdam miraculorum fabellis, exhibemus.*

Quam cum codice Valentianensi nr. 471, *t. V*[4] *(S.* 2. 25*), saec. XII, V. Cl. Cromback, bibl. Valentianensis praefectus, contulit. Annotavimus variam lectionem editionis G. Henschenii, usi codice antiquo collegii Bollandistarum Antwerpiensis et tribus apographis Maricolensibus, Acta SS. Mart. III, p.* 561 *—*567*, quam Iac. Ghesquierus, Acta SS. Belgii IV, p.* 146—161*, recudi fecit, et Iacobi de Guisia, qui Annalibus Hanoniae X,* 86—110*, ed. de Fortia VII, p.* 300—372*, hanc Vitam integram inseruit. Eandem fere partem quam nos damus etiam Mabillon l. l. p.* 802—806*. ex editione Bollandiana repetivit*[5].

O. H.-E.

1. Temporibus Hildrici, qui inter Francigenas monarchiam tenebat regni, sacerdos Domini egregius et confessor claruit emeritus, sanctus scilicet Humbertus[6]. Hic ingenuis ortus progenitoribus, nobilior

1) Ita abrupte desinit editio, ut quaedam deesse appareat. 2) Quam edidit Mabillon, Acta II, p. 801. 3) Acta SS. Ian. II, p. 1040 sqq. 4) Cf. Mangeart, 'Catal. des mss. de la bibl. de Valenciennes' p. 478; 'Archiv' VIII, p. 441. 5) Patres Bollandistae habuerunt etiam aliam Vitam aliquanto auctiorem, quae ipsis huic superstructa haud dubie recte videbatur, ex qua quaedam in notis subdiderunt. Haec vero in translatione Humberti (§ 18) desinebat, ea igitur quae alicuius momenti sunt non continebat; l. l. p. 559. Eodemque in termino desinit Vita brevior, quam Surius, Hist. SS. VII, p. 693 sqq. (Sept. 6), edidit. 6) Chonebertus nomen audit in charta donationis data anno 12. Childerici II, i. e. 675, Gesta ep. Camerac. I, 27, SS. VII, p. 412; Acta SS. Mart. III, p. 560. ex ms. Maricolensi sigillo munito.

patuit fide et moribus. Genitor quidem eius beatus Evrardus, genitrix vero Popita claram de stirpe Francorum originem duxere[1]. . . . . . .

2. . . . Locus autem quo vir venerandus natalem prodiit in lucem ipso suo nomine quoddam[a] mysticum sonat, si nascentis vitam diligentius consideres, dicitur enim Maceries[2]. . . . . . .

11. . . . Contemplatus itaque aptum sacris aedificiis locum secus alveum Sambre, quem priores ruricolae Maricolas[3] dixere, impetrata a Cameracensis sedis episcopo licentia, oratorium construxit[4], in quo iuxta rerum stipendiariam facultatem viros sub habitu monasticae conversationis constituit, qui per aliquot temporis[b] spatium ibi deservisse feruntur. Sed nostris quibusdam, incertum qua incumbente difficultate, an loci sterilitate an circummanentium[c] inquietudine, locus ille aliquo tempore absque cultus[d] monastici observantia vacabat[e]. Verum illo relicto, haud procul extruxit coenobium, quod ad nostra usque tempora superfuit, in quo clericos utriusque conditionis et gradus triginta constituit. . . . . .

13. . . . Licet igitur difficile, benigna tamen importunitate victum[5] inflexit[6], ut unam iuris sui villam ab eo susciperet, quam Liniacas[7] priores dixere, quae sita est in pago Hagnou et Templutensi, quam vir Dei privilegii inscriptione signatam et testamento roboratam stipendiariam in usus fratrum delegavit. . . . . . .

18. Post excessum beati Humberti praefati illius loci propinqui locum ipsum cum suis appenditiis rexerunt per[f] aliquot temporum curricula. His autem e mundo sublatis, abbatia sine rectore multis extitit annis. Quodam vero tempore venerabilis quidam sacerdos nomine Rodinus ad idem monasterium gratia orationis advenit. Capta autem occasione, fratres circumsteterunt illum, ut eis praeesse deberet, unanimiter postulantes. Quod cum humiliter refugeret et indignum tanti culmine honoris se[g] reclamaret, tandem illorum precibus infractus, Karolum[h] Magnum adiit, referens illi, quanta fratrum petitione astrictus ad regimen ecclesiae sollicitaretur[i]. Nihil inanis gloriae aut temporalis lucri gratia inductus, summae rei praeesse optabat, sed quia considerabat reatum obstinationis subterfugere se non posse, si utilitatem fratrum negligeret et ad respuendum hoc quod utiliter subire monebatur pertinaciter repugnaret, huius rei formidine actus, regis benevolentiam attrectandam aestimaverat. Nam et loci poscere videbatur utilitas, ut ea quae vetustate collapsa fuerant renovarentur; dari ergo sibi rogat[k], si videretur, praedictam abbatiolam[l] regendam. Audita itaque[m] rex fratrum petitione et viri non ignobili conversatione, acquievit voluntati eorum. Regressus igitur[m] venerabilis sacerdos ad monasterium cum alacritate a fratribus excipitur. Superveniente vero tempore contigit, ut nocte quadam, cum[n] se sopori dedisset, in somnis ab angelo moneretur[o], quatenus beati confessoris corpus transferret e tumulo, in quo annis[p] iam multis quieverat. . . . . . . Centesimus quinquagesimus tertius[q] annus depositionis eius fuerat, cum illud sacrum corpus ita illaesum et incorruptum inventum est. . . . . . . Levantes autem cum reverentia sanctum corpus, transtulerunt in ecclesiam, quam praedictus abbas[g] ampliatis aedificiis dilataverat.

19. Multo denique tempore abbatia tanto rerum facultatibus est imminuta, quanto secularis potestatis nutibus mancipata. Nam et hi qui ecclesiastici cultus officiis praeesse videbantur negotiis secularibus tanto liberius inhaerebant, quanto nullo rectoris freno cohercebantur. Porro, si quid pro sui absolutione viri religiosi ad communem famulantium usum contulerant[r], hi in usus proprios retorquentes, subditorum indigentiam[s] non adeo curabant; quae[t] autem ad sollemnem templi ornatum servabantur[t] vilis mercaturae impendiis[u] distrahebant. Unde factum est, ut Ottone imperante[v, 8], Heinrici quondam 946. regis filio, dum Fulbertus Cameracensis sedis illustris episcopus super huiusmodi querelam deferret, ille princeps catholicus abbatiam de manu Isaac, qui tunc temporis comitatus[9] dignitatem administrabat, receptam Sanctae Mariae Cameraci subiectam faceret et episcopali regimine moderandam destinaret[10]; quae usque in hodiernum ad eandem matris ecclesiae sedem spectare videtur. Verum res ecclesiae quae male ab externis tenebantur et[w] aut violentis invasionibus aut infaustis, ut diximus, clericorum con-

a) *deest ed.* b) temporum *Iac. c.* 95, *ubi* spatium *deest.* c) circumiacentium *ed.* d) m. c. *Iac.* e) vacavit *ed.* f) post *Iac. c.* 100. g) *deest Iac. c.* 101. h) M. K. *Iac.* i) quodque *add. ed.* k) rogavit *ed., ubi* si vid. *des.;* rogare videbatur *Iac.* l) abbatiam *ed.* m) ergo *ed.* n) dum *Iac. c.* 102. o) monetur *Iac.* p) m. a. i. *ed. Iac.* q) a. t. *Iac.* r) contulerint *ed.* — hi autem *Iac. c.* 103. s) indigentia *Iac.* t) quod . . . . servabatur *Iac.* u) comp. *Iac.* v) imperatore *ed. Iac. c.* 104. w) aut ex *Iac.*

1) Vide Vitam brevem, Mabillon, Acta II, p. 801. 2) Maizière-sur-Oise. In charta laudata legitur: *partem maximam de possessione nostra in villa nuncupata Macerias, sita in pago Laudunensi super fluvium Iseram, quam de avia mea Deo sacrata Audeliana quondam dato precio per venditionis titulum comparavi.* Sed iam in diplomate Caroli Simplicis a. 921, Dec. 25, Bouquet IX, p. 550: *in villa Macherias . . ., ubi s. Humbertus est ortus.* 3) Maroilles prope Landrecies. 4) In charta laudata: *monasterium quod vocatur Maricolas, quod vir illustris Radobertus quondam suo opere construxit, ubi ego ipse indignus peccator abbas praeesse videor;* sed in Gest. ep. Camerac. loco Radoberti *Huntbertus* legitur, ex qua falsa lectione quae hic traduntur orta videntur. 5) Humbertum. 6) Venator quidam non nominatus. 7) Linières (arr. Avesnes, cant. Landrecies); cf. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 184. A. 921. Carolus rex confirmat Maricolensibus *in villa Lideneicas super fluvium Helpram mansos octo.* 8) Tunc rege. 9) Cameracensis. 10) Cf. Gesta ep. Camerac. I, 71—73, SS. VII, p. 426 sq.; II, 32, p. 462, ubi traditur, Ottonem ex bello Gallico reversum, Cameracum venisse (a. 946, c. Oct., vel, ut Widuk. III, 2. scribit, antequam Galliam invaderet, c. Aug. eiusdem anni) et abbatias S. Gaugerici et Maricolensem Isaac comiti ereptas ecclesiae Cameracensi donasse. Diploma vero quo abbatia S. Gaugerici Fulberto traditur (Dipl. I, Otto I, nr. 100, p. 182 sq.) demum a. 948, Apr. 30. datum est; alterum de Maricolensi monasterio non exstat.

1012. ventionibus fuerant alienatae, nondum usque ad tempus Gerardi episcopi dirimi potuerunt. Hic quarto decimo[1] Heinrici gloriosi[a] imperatoris anno pontificale sceptrum adeptus, dum, lustratis diocesis suae finibus, per singulas ecclesias, qualiter divina ministeria[b] tractabantur, perquireret et ad hunc locum forte transitum faciens diverteret, repperit deformi[c] horrentem specie, semiruta aedificia, omnia dissipata, ut hinc hostilem exercitum transisse[d] putares. Tantae igitur desolationis causam percunctatus[e], cum didicisset maxime ex insolentia clericorum tantam rerum ruinam obortam, et ipse, inversos[f] eorum mores tum privatis tum publicis correptionibus increpitans, nequaquam ab errore pravae consuetudinis posset revocare, desperata correptione, eiecit illos a loco, substituens pro his ordinem monachorum[2], consultius eos arbitratus regularis disciplinae normam tenere et, si quid oriretur insolentiae, facilius eos[a] ad rectum duci. Renovato itaque atque ampliato monasterio, coepit possessiones ecclesiae, sicubi desertae[a] fuerant, restaurare.

20. Verum hi qui eiecti fuerant nequaquam suae offensionis culpam reputantes, sed melioribus indignantes, coeperunt quaerere oportunitatem, quomodo rebus amissis consulerent. Missa igitur speculatione, congruum nefariis studiis eventum reperiunt, quo templum solum offenderent et abbatem[3] deesse cum monachis, qui forte Cameraci pro certis[g] causis ecclesiasticis apud synodum illis diebus detinebantur[h]. Rapientes itaque tempus ad occasionem sceleris perpetrandi, coacta manu latrunculorum factaque irruptione, monasterium violenter intrarunt et, fractis scriniis, ex[i] ornamentis quae forte repererant[k] partem sustulerunt, dementes, ut[l] qui nec sacrilegas manus ab ipso confessoris corpore continuerunt. Sed et illud assumentes, ad remotiora saltus deserta transtulerunt, quo, si non alia mercede, saltem per hoc pateret eis recursus ad antiquum locum, aut certe in externam regionem venale deferrent. Sic ab illis depositum[m] per quosdam didicimus. Sed conclusit illos divina Dei bonitas, quae cuncta fortiter regit et suaviter disponit, ne patria tanto patrono destitueretur, nec prava voluntas effectus sui reatum[n] incurreret. Nam fideles episcopi, mox ut eis res innotuit, revocatis ab intentione clericis, receptum ei thesaurum reddiderunt, veniam clericis implorantes.

21. Instabat forte causa monasterii, quam prosequi abbas monasterii debuerat; nam clerici, de quibus superius mentio facta est, villam unam in pago Hagnou, quam Semerias[o, 4] vocant[p], cuidam militi pro census annui solutione donaverant, quae in manu Balduini marchisi[5] post obitum viri devenerat. Hanc repetitum abbas, si qua fieri posset, ire parabat. Unde post[q] quaesitum ab episcopo consilium statuit in pagum Flandrensium[r] beati Humberti corpus devehendum, ubi ipse Balduinus in locis maritimis pro rerum oportunitate se eo tempore continebat, arbitratus comitis animum ad benevolentiam posse inflecti, dum se hominem, quem iure mortalitatis sciret corruptioni obnoxium, a sancto Dei confessore requiri specie precantis conspiceret, quem postmodum indigeret habere precatorem[s]. Sicque factum est.

22. Translato itaque in praefatum pagum sanctissimo corpore, quid ad insigne virtutum eius emicuerit[t], silentio comprimi nefas esse iudicavi. Forte mulier in vico cui nomen Brugas[u] antiquitas dederat commanebat, quam omnis vicinia ex multo tempore sanguinis profluvio noverat laborantem. Haec rebus primum locuples, iam in eo fuerat, ut omnem pene substantiam suam in medicis consumpsisset.......

23. Reportatus a Flandrensibus finibus beatus Humbertus in urbem Cameracensem, diebus paucis quievit in ecclesia beati Martini, quae sita est extra murum[v], haud procul ab urbe .... Denique per aliquot dies beatus Humbertus quievit in basilica cuius supra mentionem fecimus.

Dignum interea visum est episcopo, hinc corpus eius submotum statui in ecclesia beati Andreae apostoli[w, 6], quam ipse construxerat, quatuordecim milibus ab ipsa urbe distantem, pro eo quod locus ille munitissimus est ad refellendos hostiles incursus. Sed et loci oportunitas tanta est, ut nulla eius pars sit fructibus infecunda, sed universa terra optima et ferax. Nam et spontaneos fructus soli ubertas ministrat et[x] est nemorum ferax et ideo dives pecoris[y] et abundans lactis. Terra solubilis et mollior ad exercitium culturae gratia et pulchritudinis[z] specie externis habitatoribus sui desiderium immittit, ut, relictis finibus suis, ad hanc una habitaturi e diverso conveniant. Aquae eius dulces haustu et ad potandum habiles, siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum alveus[7] recipit, quia arenoso littore circumcingitur[a]; genera piscium quam in alio flumine praestantiora sunt[w]. Hac tanta rerum oportunitate inductus et maxime propter frequentiam populi statuerat episcopus sanctum Humbertum eo

a) *deest ed.* b) mysteria *Iac.* c) deforis h. speciem *Iac. c.* 105. d) transire *Iac.* e) percunctans *Iac.* f) universos *ed.*; e. inv. *Iac.* g) *deest Iac. c.* 106. h) detinebatur *Iac.* i) et *ed.* k) repererunt *Iac.* l) dementesque nec *Iac.* m) *sic c. ed. Iac.; forte* dispos. n) reatus *Iac.* o) Seviercas *ed.* p) appellant *Iac. c.* 107. q) U. quaerenti ab *Iac.* r) Flandrensem *Iac.* s) pacatorem *Iac., ubi* S. f. e. *des.* t) emicuit *Iac. c.* 108. u) Brugias *Iac.* v) muros *Iac. c.* 109. w) *deest Iac. c.* 110. x) est et *Iac.* y) pecorum *Iac.* z) sp. p. *Iac.* a) unde et *add. ed.*

1) Immo a. 10. vel 11. eiusdem, 1012. 2) In diplomate a. 1033, Miraeus, Op. dipl. I, p. 57, nr. 46 (St. 2050) Conradus imperator dicit: *Abbatiam quoque S. Humberti in Maricolis, quam idem episcopus* (Gerardus), *expulsis inde inreligiosis canonicis, in priorem monachorum ordinem reformavit, praecipimus* etc. 3) Eilbertum, fratrem Gerardi episcopi, abbatem etiam S. Andreae Cameracesii monasterii a Gerardo fundati, qui a. 1047. obiit; cf. Vit. Popponis abb. Stabul. c. 7, SS. XI, p. 298; Chron. S. Andreae c. 9, SS. VII, p. 532. 4) Semeries (arr. Avesnes); cf. Duvivier l. l. p. 195, n. 5. 5) IV. Barbati a. 988—1036. 6) In Castello Cameracesii (Le Cateau-Cambrésis), quae a. 1025. dedicata est; cf. Chron. S. Andreae c. 13. 17. 19, SS. VII, p. 529 sq. 7) Selle.

loci exponi; sed reputans, quia ipse vir sanctus urbana conventicula et arva fertilia devitans, aridum potius solitudinis locum delegisset, timuit, ne ex occasione celebrioris loci pareret causam offensionis. Revocata igitur sententia, ad antiquam sedem remittendum existimavit; considerans autem, ne[a], veteris malitiae nondum satiato furore, contra sanctum locum aliquid clerici molirentur, convocatis vicinae regionis primatibus[b], ne quid insidiarum contra praefatum locum fieri paterentur, eos sacramento constrinxit. Repositus est igitur pretiosus Domini confessor Humbertus honorifice et cum magna plebis exultatione in loco suo, ubi corpus quidem illius incorruptibilem resurrectionis gloriam et adventum Redemptoris[c] expectat, spiritus vero in caelis optatae quietis visione et incomparabili cum sanctis fruitur aeternae felicitatis iocunditate. Ad quam nos eius interventu pervenire concedat ipse auctor humani generis Deus, qui pro nobis dedit unicum filium suum, dominum nostrum Iesum Christum, qui unus cum eo et Spiritu sancto Deus[d] vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

a) ut *Iac.* b) primoribus *ed. Iac.* c) resurrectionis *ed.* d) *deest ed*

EX MIRACULIS S. MARCELLI AUCT. URSIONE ABB. ALTIMONTIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monasterium Altimontense Hannoniae regente Ursione abbate (c. a. 1054—1079) cum reliquiae s. Marcelli papae, quae iam saec. VII. eo translatae esse ferebantur, inventae ac proinde miracula nonnulla facta essent, Ursio abbas duos libellos de s. Marcello composuit, quos Lietberto episcopo Cameracensi (a. 1050—1076) dedicavit; quorum primo vitam sancti papae ex Libro pontificali et actis sanctorum, quae ipse in prologo indicat, conscripsit, altero inventionem reliquiarum et miracula narravit. Ioh. Bollandus eos edidit Acta SS. Ian. II, p. 9—14, codicibus tribus, S. Gisleni, Claromariscensi, usus. Ex cuius editione quaedam fragmenta libri II. cum prologo opusculi recudimus, quae apte libello Maricolensi praecedenti subiunguntur. *O. H.-E.*

Domino suo Lietberto[a] vere episcopaliter episcopo salutem et prosperitatem frater Ursio, abbas nomine et baculo, non opere vel merito. Dignitas, summe pater, episcopalis, cui constat praeesse et prodesse ecclesiis et rebus ecclesiasticis, quanto aliquos maestificat suorum episcoporum elatione, tanto nos laetificat tuae humilitatis, religionis et nobilitatis praelatione. Respexit quippe Dominus ultima tempora nostra ex alto, dum filios ecclesiae, quos oppresserat pessima bellorum tempestas et desolatio, cotidie relevat tuae admonitionis et oraminis melliflua consolatio. Tu es enim pastor ovium, non aliunde ascendens in ovile, sed per ostium, tu subiectorum baculus, tu in ecclesia Christi et tui pastoralis oculus. [cf. Ioh. 10, 1.] Fructificando iuvenescit flos ecclesialis in tua senectute, quae, domitis stimulis, dormit cum perpetua [3 Reg. 1, 1 4.] Sunamitis virginitate, luxuriamque contempnens cum Berzellai, delegat eam adolescenti filio Maacha[b], [2. Reg. 19.] nec vult Iordanem transire. Proinde disponis ascensiones in corde tuo, in loco quem Deus posuit certamen [cf. Ps. 83, 6. 7.] vincentibus, scilicet in valle lacrimarum; ubi, quia praevius pater filiis insinuas iter praevium, videbis Deum deorum, et caro tua exultabit in Deum vivum. Nec desunt patrocinia sanctorum, quorum reliquiae [cf. Ps. 83, 3.] quiescentes sub alis tuis, conquisitae industria antecessorum, temporum quidem contumelia latuerunt diutius, sed tandem quibusdam in locis patuerunt feliciter novissimis temporibus, quorum omnium intercessionem mihi est orandum; de sancto autem Marcello papa et martyre tua licentia et benedictione breviter scribendum, cuius gloriosa apud nos manifestatio sedi tuae noviter contulit inaestimabilem gloriam, nobis vero peccatoribus momentaliter apud Deum indicibilem fiduciam. Cuius descriptionis te constituo iudicem, ut, quia gratia sui inter me et Deum te habeo sequestrem, in eo quod minus expectatione tua valebit ingenium meum habeam et defensorem, defensorem, inquam, tantae audaciae, utpote qui ausim opus meis viribus haud aequum suscipere, nisi insulsum sermonem meum salsura ingenii tui digneris mellificare. Terram quippe inhabito Naym, in valle Iosaphat, ubi peccatores iudicantur, semper [Luc. 7, 11. Ioel 3, 12.] Deum video. Sed quis immunis, quis alienus a peccatis? Nullus prior, nullus posterior, nullus medius, omnis homo reus. Et ego quis sum, ut enarrem iustitias Dei et assumam testamentum eius per os [cf. Ps. 49, 16.]

a) Lieb. *h. l. ed.* b) *sic cod. Gisl.;* Maatha *alii duo codd.;* Chamaam *Vulg.*

Eccli 15, 9 meum? Certe non est speciosa laus in ore peccatoris, sed laudare Deum iam aliquod est initium speciositatis. Quae vero maior laus Dei et gloria quam electorum suorum magnificentia, quos suae dignationis dignatur magnificare munificentia? Haec est enim, haec est devotio ecclesiarum diversis sanctorum meritis honestarum, prout placuit caelorum Regi disponere mansiones eorum. Quemadmodum enim
Ioh. 14, 2 multae mansiones in domo Patris, ita multae mansiones sanctorum in terris multaeque revelationes et scribendo revelatores eorum claritatis. Ego quoque, licet non delecter dictandi studio, sed affligar cotidie vivendi ergastulo, famae tamen consulendo domesticae, vitam patroni nostri, sancti Marcelli scilicet, gestis sanctorum martyrum Saturnini, Sisinnii[1], Cyriaci, Largi et Smaragdi[2] et ceterorum, quorum magister extitit, insertam, necessarium sentio singillatim excerpere et deinceps, quando et qualiter ad nos sit translatus et postea temporibus nostris manifestatus, aequum duco posteris litterare. In quibus omnibus, dignissime pater, non attendas comicam vernulitatem nec Meandrico sermone sirmatum[a] florariam orationem, quia doctrina Christi non constringitur regulis Donati. Iamque fiat proloquendi modus, ne, dum volo esse officiosus, fiam iniuriosus.

. . . .

1. Est locus super fluvium Sambram nuncupatum situs, a parte, non a toto — neque enim adeo eminens est — Altus-mons[3] dictus, quem illustrat coenobium famosae antiquitatis et, ut conici datur ex vestigiis antecessorum, antiquae nobilitatis. Siquidem metata ab angelo eiusdem templi mensura, Vincentius Madelgarius potenter laboravit in eius structura[4], qui dux Lotharingiorum[b], Francorum et Saxonum, in eodem loco postea est professus monachum, abiecta seculari militia, divinae pugnae se praebens monomachum. Cum quo etiam Dagobertus imperator locum excoluit, rebus et redditibus ditavit et ampliavit. Reliquiis quoque sanctorum, prout potuit uterque eorum, decenter muneravit et illustravit, ad quibus serviendum ter centum ferme monachos constituit. Inter quos sancti Vincentii intercessu et Martini papae concessu et Dagoberti regis conductu ab octavo urbis Romae miliario remotus sanctus
(2) Marcellus papa et martyr ad praedictum locum cum honoris gratia est translatus[5]. Ubi susceptus officiosissime, non est privatus per multum temporis officioso monachorum famulamine. Sed cum decidentibus aureis et argenteis temporibus successissent ferrea, opprimente fortuna orbem terrarum, felicitatis noverca, Riphei montes super Galliam emiserunt Hungrorum et Hunnorum tempestates et fulmina, a quibus desolatis ecclesiis, monachis et monialibus et clericis postliminio dampnatis, Altus-mons humiliatus, inter cetera factus est locus desolationis; fugatis denique cultoribus, tantae negligentiae est relictus, ut neque memoriam reliquiarum teneret notitia alicuius. Per successiones itaque temporum, per divisiones, dum sibi invicem succedebant, monachorum et clericorum[6], per dissensiones animorum et pervasiones militum reditus ecclesiae gallinaciis pedibus deducuntur ad nihilum. Sed cum redisset tempus miserendi
cf. Ps 101, 15 eius, quoniam placuerunt servis Dei lapides eius, respexit Dominus orationem humilium et non sprevit precem eorum[7].

(3) cf. Luc 8, 16 2. Latebat ibi lucerna sub modio, sanctus Marcellus scilicet papa et martyr sine alicuius venerationis titulo, per quem providente loco divina clementia, eius manifestatione ferrea misericorditer mollescunt tempora. Cuius manifestationis divinitus provisa occasio abbatis Ursionis extitit in regimine successio[8]. Idem denique coenobium Dei concessu suscipiens regendum, ea scilicet tempestate, qua inter
1054. Henricum imperatorem et comitem Balduinum[9] saeviebat tempestas bellorum, rem nimis attenuatam invenit, ut praescriptum est, processu temporum, decessu rerum et cotidiano incessu vel incursu vastatorum. Augebatur angustia, quia fratres appetebat inopia, nec sibi suppetebat succurrendi copia. Quid ergo ageret? Quo se verteret? Volutis et revolutis animo suis omnibus, nihil oculis occurrebat extrinsecus, quod posset obstare tantae necessitatis foribus. Vertit se ad interiora et, circumductis oculis, invenit scriniolum, in quo quiescebant sancti martyris Marcelli ossa, argento quidem fabricatum, sed inculto et absque ulla celatura. Aestuabat animo, quia latebat omnes, quid contineretur in scriniolo; reliquias tamen contineri nulla erat hesitatio. Vicit tandem quod vincere solet in rebus tam angustis, angustia scilicet, quae semper requirit solatia necessitatis, et disponente Deo, consilio sui et fratrum, meliorando reparaturus, suscipit, sed invitus, argentum; ita suos relevando ab inopia sanctus Marcellus
(4) protegebat qualicumque providentia. Abbas autem suspensus animo, longo interdiu conscientiae urebatur cauterio; ignorabat enim, quid spoliatum contineret scriniolum, et ideo non modicae offensionis metuebat se incurrisse periculum. Cuius offensionis timore loculum festinabat non post multum temporis renovare. Et quia volenti nihil satis festinatur, vix conquisito argento, fabricam aggreditur. Nondum expleta, ad
(5) episcopum Cameracensem Lietbertum egreditur et, qualiter res tractata sit, narrare aggreditur. Deinde quaesita et accepta licentia reserandi loculum, ut quod mortales latebat ad gloriam Dei proferretur in publicum, cum laetitia et benedictione redit monasterium. Nec passus aliquamdiu rem susceptam pro-

a) *sic cod. Gisl.;* firmatam *ed.* b) Lotharingiarum *ed.*

1) Horum gesta in Actis SS. ad d. 29. Nov. edenda sunt; cf. Surius, Hist. SS. ed. 1. VI, p. 612 sqq. 2) V. Acta SS. Aug. II, p. 332 sqq. 3) Hautmont, supra Maubeuge. 4) Cf. Vit. Vincentii § 19, Acta SS. Iul. III, p. 673; Gesta episc. Camerac. II, 35, SS. VII, p. 463. 5) De hac re nihil in Vita s. Vincentii. 6) Cf. Gesta episc. Camerac. II, 35, p. 463. 7) A Gerardo I. episcopo Cameracensi monasterium Altimontense, auxiliante Richardo abbate S. Vitoni Virdunensi, monachis a. 1016. restitutum est; cf. Gesta episc. Camerac. III, 6, p. 468. 8) Successit Everhelmo abbati, auctori Vitae Popponis Stabulensis, postea a. 1059—1069. abbati Blandiniensi, qui nescimus qua de causa abbatia Altimontensi se abdicaverat. 9) V. comitem Flandriae filiumque eius Balduinum VI. Hannoniae comitatu potitum, qui a. 1051—1056. contra imperatorem rebellabant; a. 1054. ipse imperator contra eos bellum movit.

crastinare, fratribus et sibi indicens ieiunium, diem constituit sine multa dilatione; dilatio autem diei sola fuit causa Deum orandi et exorandi, ne ad tantum thesaurum accederent imparati. Quo superveniente, albis et stolis induti ad locum accedunt quanta possunt apparatione, quanta debent veneratione, scilicet cum lacrimis et letaniis et maxima cordis contritione. Reserato autem loculo, lacrimae sine mora dupli- (6) cantur prae gaudio; tanta enim egreditur suavitas odoris, acsi starent in paradiso amoenitatis. Apparent ossa, nescitur adhuc cuius; pendent animi et oculi omnium in agnitione eius. Cum, repertis statim litteris, excluditur suspensionis eorum scrupulus; recitatae siquidem in auditu adstantium, commendant contineri sanctum martyrem Marcellum Romanae sedis episcopum, tempore Dagoberti, ut praedictum est, illuc translatum, sed temporum mutatione neglectum[1]. Quibus perceptis, gaudium reficitur singultibus et lacrimis, et loculus iterum clauditur cum magna diligentia obsecrationis et signationis. Disceditur; abbas ad episcopum regreditur, gratanter benedictionem petit et rem gestam ex ordine laetabundus exponit. Miratur episcopus et stupendo gaudet et, nisi auctoritas abbatis eum inclinaret, tantum thesaurum in eo loco latere vix introduci ad credendum valeret. Sed et etiam attestatio litterarum omnem submovebat incredulitatis scrupulum.

3. Statim itaque, quid agendum foret, inter eos tractatur; depositio sancti martyris in scrinio (7) noviter fabricato ordinatur, et nativitas sanctae Dei genitricis Mariae, quae est 6. Idus Septembris, dies Sept. 8. repositionis constituitur. Conveniunt multi, pars episcopum, pars comitem Balduinum[2] et comitissam[3] secuti, plures causa amoris sancti Marcelli, omnes vero in commune Dei et sancti martyris misericordiam oratuti. Ea enimvero die sancti Marcelli praesentiam ibi adesse, illius qui cuncta providet et disponit fuit manifestare. Denique repositis artubus sanctis in loculo sibi parato, communiter petitur a populo, ut extra templum sibi liceat sanctum martyrem precibus et muneribus venerari capaciori interstitio. Effertur, cum frequentia cleri et populi defertur et in atrio ante porticum templi super quadripodem locatur. Circumfluit populus et martyrem cum devotione frequentat; et licet vix alicui vacet eundi et redeundi locus, precibus tamen ubi potest petit et muneribus ditat. Crescit turba tumultuantium, densatur cuneus accedentium, nequaquam atrio capiente examina confluentium. Iamque circumstat totius praesentis populi multitudo, et admovente gradum pietate, caelitus arridet sancti martyris glorificatio.

4. Denique puella quaedam deducta ad locum a parentibus, ab ipsa nativitate muta, et surditate (8) feritatis auribus, coram sancto prosternitur in oratione. . . . . . . Curritur ad episcopum, ubi provinciam (9) sermocinandi ingressus, de passione martyris perorabat ad populum; et quasi nova nuntiaturus incedit unus post alium[a], interrumpitur oratio, et narratur martyris glorificatio. Deinde ducitur et puella et, vultu demisso puellaritatis gratia, in medio adstantium adstat, salutis suae lingua. Interrogata nomen suum, Willesendem se vocari absolute refert; et locum nativitatis requisita, Squilinum[4] sine hesitatione profert. Sed neque sic creditur. Presbyter Squiliniensis advocatus inquiritur, qui, bene prosequente testimonio parochiensium, eam semper surdam fuisse et mutam adstipulatur. O didascalicum doctorem ita figulinam ad gloriam sui imperfectam reformantem, ut utriusque officii momentaliter reciperet plenitudinem! Itaque repetita oratione, episcopus rem gestam apud populum cum lacrimis magnificat diffusius, pen- (10) dente ab eius ore comite cum suis optimatibus. Et instante hora missarum, iubet reliquias tam decenter glorificatas intro ferri monasterium, *Te Deum laudamus* gloriose imponendo hymnum. Quo finito, missa celebratur, celebrata populus cum benedictione episcopali dimittitur. Dies huius celebritatis episcopo fuit dies devotionis, et usque ad vesperum nullus alter cibus nisi in populo confirmando studium supplendae christianitatis. Intercapedinante etiam tantummodo noctis spatio, ad idem rediit officium nocti succedenti lucari heredio[5]. Sicque accepta licentia a sancto Marcello et apostolica benedictione, officiosus discedit cum laetitia et exultatione.

5. Crescente quoque deinceps fama gestorum et dulciter illabente non solum auribus, sed etiam (11) cordibus auditorum, rumor tandem rei gestae pervenit Gominiacum[6]. Erat ibi mulier quaedam Rathscendis nomine. . . . . . .

6. Quibus post alia gestis, amplius coepit crebrescere rumor apostolicae claritatis. Frequentant (12) vicini locum, honorant pro posse sanctum et votis onerant animum suum. Remotiores autem a loco, quia illuc eos convenire prohibebat multarum rerum impeditio, ut ad se martyris reliquiae deferrentur, una et eadem univit petitio. Quibus petentibus, et utilitatis ecclesiasticae quibusdam necessariis intercedentibus, quaeritur episcopalis licentia, a quo, ut cum honore perferatur et custodia, statim procedit pastoralis sententia. Orditur itaque monachalis, clericalis et popularis processio, et emittitur quasi imperatoria expeditio. Funduntur populi, procedunt arquites[7] pueri, ex omni parte videntur properare itinera ad gloriam sancti.

7. Aliquibus ergo vicis transeundo circumfertur, et sic Halcinio[8] infertur. Halcinium est villa omnium incolarum suorum commoratione numquam tantum magnificata, quantum uno et momentaneo sancti Marcelli transitu glorificata. . . . . . .

a) aliud *ed.*

1) A. 1070. Ursio abbas cum reliquiis s. Marcelli iam dedicationi ecclesiae Hasnoniensis interfuit; Tomelli Hist. Hasnon. c. 17, SS. XIV, p. 157; Sigeb. Auct. Hasnon., SS. VI, p. 441. 2) Balduinum V. 3) Athelam. 4) Écuelin, ab Hautmont meridiem versus (arr. Avesnes). 5) i. e.: Cum lux nocti heres succederet, die illucescente. Auctor vocem *lucaris* falso a luce, non a luco, derivatam usurpat. 6) Gommegnies prope Bavai (arr. Avesnes). 7) i. e. arcubus instructi; Ducange-Henschel s. v. 8) Haulchin prope Binche.

(14) 8. Deinde processu itineris Sonegia[1] extitit locus hospitalitatis; hospitalitatis autem gratia inter tantos hospites, martyrem scilicet et confessorem, provenit pulcherrima. Gaudebat sanctus Marcellus sui quondam translatoris[2] condigna susceptione; sanctus vero Vincentius martyris sui hospitalitate, quem olim ab urbe Roma translatum Altimontensi praefecerat ecclesiae tunc, quando per tales Deus parabat regnum in aeterna beatitudine. Quapropter exhibetur ei debita devotio, praemittitur devota processio; non parum
(15) quippe laetificabat et clericos tanti hospitis visitatio. Quem suscipientes officiosissime, erga suos exuberant omnimoda humanitate. Et quia laboraverant tota die itinerando, necessaria eis erat refectio. Nec desunt procuratores, iidem ipsi videlicet clerici in procurando hilares, sed, ut postea probavit exitus rei, in dando hilariores. Quibus profusis necessaria ministrare, provenerunt omnia plenissime, excepta[a] vini libatione, quae salebras relevando et curas expellendo hominum solet corda laetificare. Erat autem prae oculis duplex malum, quia nec aberat nec aderat vinum; quod si omnino scissent abesse, levius utique potuissent ferre. Forte enim, immo Dei dispositione, aberat tabernarius, nec aliquis domi remanserat praeter filiam eius, clausis et obseratis tabernae foribus. Cumque clerici fores vellent reserare, obstitit puella qua potuit contradictione. Sed Balduinus quidam parvipendens contradictionem eius, cum vim foribus inferre vellet laetabundus, subito resiliente sera, voluntatem eius praevenit sanctus Marcellus, per eum et per reliquos vinum suis propinans diffusius. Coenatur, dormitum itur, diluculo surgitur, matutini celebrantur, iter coeptum iteratur.

(16) 9. Post aliquot dierum pervenitur Namucum; ubi suscepti reverentia qua decebat sanctum, sanctus in ecclesia, ipsi e regione sortiuntur hospitium. Et quia illic de rebus ecclesiasticis patiebantur aliquam fraudem, pro quibus etiam videbantur assumpsisse coeptam itinerationem, rebus ecclesiae providentes imprimis, postea intenderunt usibus suis. Cumque seriis intenderent post cibum, et custodes pernoctarent ante sanctum, ardente lucerna languidius, Willebertus presbyter cuidam puero imperat, ut, emuncto lychno, candelam illustraret clarius. . . . . . .

(17) 10. Inde digressi, breviando iter coeptum ad propria sunt reversi. Confluunt in obviam sui et cum gaudio protectorem suum excipiunt ipsi. Ubi repositus cum debita veneratione, cunctis petentibus affuit pia protectione; requiritur a multis; inter[b] quos mulier veniens, vim inferebat sancto precibus et lacrimis. Erat autem de pago Cameracensi Dominica nomine. . . . . . .

a) excepto *ed.* b) in *ed.*

1) Soignies. 2) Cf. cap. 1.

EX TRANSLATIONE ET MIRACULIS S. FIRMINI FLAVINIACENSIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Paulo postquam in monasterio S. Vitoni Virdunensi a. 952. monachi a Berengario episcopo instituti sunt, corpus s. Firmini Virdunensis episcopi in hac ecclesia olim, ut ferebatur, sepulti sollemniter elevatum[1] *et aliquot annis post*[2] *in ecclesiam Flaviniacensem Tullensis dioeceseos, ad monasterium S. Vitoni pertinentem, translatum est. De hac translatione et de miraculis in itinere factis monachus quidam S. Vitoni*[3], *qui sacras reliquias in itinere translationis comitatus est*[4], *libellum haud exiguum composuit*[5]. *Quem Gestorum episcoporum Virdunensium continuator*[6] *et Hugo Flaviniacensis legisse videntur*[7].

Abhinc multis peregrinis ad ecclesiam Flaviniacensem confluentibus, multa miracula ibidem facta esse credebantur, de quibus a duobus auctoribus[8] *alter libellus compositus est. Quorum alter praepositus, ut coniicere licet*[9], *ecclesiae Flaviniacensis Fingenio abbatiam S. Vitoni regente*[10] *(† 1003), circa a. 1000. vel certe saec. XI. ineunte vixisse videtur, alter monachus Flaviniacensis*[11] *medio saec. XI.*[12] *capita 14—17. scripsit.*

Omnes hi tres auctores nimis verbosi sunt prolixisque ambagibus se dedunt, quare ex longis eorum narrationibus pauca tantum selegimus sumpta ex unica editione quam paravit Calmet, 'Histoire de Lorraine' ed. 2. III, probat. col. CCCXXXVII *—*CCCLXXII*, codice olim S. Vitoni, nunc bibl. Virdunensis nr. 1, mbr. saec. XII, usus*[13]; *quae quantum codice destituti valuimus emendare studuimus.* ***O. H.-E.***

1) Ante a. 959. videlicet; v. p. 805, n. 1. 2) Post a. 962; v. p. 805, n. 11. 18. 3) Transl.: *corpora sanctorum in gremio ecclesiae nostrae* (monasterii S. Vitoni scilicet) recondita. 4) Transl.: *rem gestam et a nobis visam;* Mirac. I, 6: *diversorium accepimus;* I, 7: *pervenimus . . . traiecimus fluvium . . . thesaurum . . . collocavimus* etc. 5) Iam ante a. 972, Dec.; v. infra p. 805, n. 3. 6) Cf. infra p. 805, n. 8. 7) Cf. infra p. 804, n. 2. 5; p. 805, n. 10. 8) Non ab uno auctore, ut Calmet putabat, hunc librum scriptum esse, sed a cap. 14. alterum auctorem reliqua addidisse facile apparet, qui, prologo praemisso, quae cap. 1—13. continentur (cf. p. 809, n. 4) *a nostris praedecessoribus lepide ac sufficienter digesta* dicat. Etiam stilus utriusque longe ab altero discrepat; alter dictis Vergilii et Persii, alter sententiis doctorum ecclesiasticorum et syllabis finalibus consonis, licet non ubique, sermonem exornare studet. 9) Ex cap. 6, ubi auctor dicit se quodam pallio pretioso ecclesiae Flaviniacensi donato 'saepissime divinis in cultibus' usum esse, Calmet recte coniecisse videtur, auctorem huius ecclesiae praelatum fuisse, praeterquam quod eum priorem dicit, cum praepositi huic ecclesiae praefuerint; cf. l. II, c. 15. — L. II, prol. dicit se precibus fratrum Flaviniacensium adductum esse, ut miracula conscriberet, et quae *ea tempestate vidimus aut a videntibus audire meruimus* se narraturum esse pollicetur. 10) L. II, c. 12. de Lamberto, Fingenii decessore, *qui tunc loci regimina gubernabat* inquit. 11) V. verba n. 8. allata et c. 14: *per ipsius specialis patroni nostri merita,* alia. 12) Post obitum Richardi abbatis a. 1046. defuncti, quem c. 15. *dignae memoriae* dicit. C. 17. iam Leonis IX. papae mentio fit, sed hoc caput forsan postea ab alio scriptore additum est. 13) Cf. 'Catal. des mss. des départ.' V, p. 424 sqq. Hi libelli in codice sunt partes collectionis, cui inscribitur: *Vita et historia sanctorum patronorum ecclesiae S. Vitoni Virdunensis.* Translationi s. Firmini praecedit: *Sermo legendus in festivitate b. Pulchronii episcopi,* ab eodem auctore, ut videtur, conscriptus; quare Translatio sine prooemio abrupte incipit. Cf. Calmet, 'Bibliothèque Lorraine' col. 52. Iam ante Calmetum Brower et Masen, Antiq. et Ann. Trever. I, p. 463 sq., de trans-

INCIPIT TRANSLATIO SANCTI AC BEATISSIMI PATRIS NOSTRI FIRMINI VIRDUNENSIS EPISCOPI.

Successerant equidem beatissimo patrono nostro Vitono Virdunensis civitatis episcopo viri egregii et illustres Pulchronius, Possessor et Firminus, actusque priorum et exempla non mutantes moribus, sed obnixe admodum subsequentes, sacerdotale propositum mira posterisque amplectenda religione decorabant; quorum actus et miracula, si dici par est, fabulose audita, praecipiti et indiscussa minus audemus temeritate describere. . . . . . . Ceterum corpora illorum in gremio ecclesiae nostrae[1] recondita et ab aliquibus vitae venerabilis fratribus visa candore et adhuc inviolata et indissoluta integritate carnis, si vera aestimamus, ostendunt, cuius apud Christum animae illorum meriti, quantaque, dum in corpore vixerant, bonitate et benignitate fuerint venustati. Deposuit autem corporis fabricam beatus Firminus confessor Christi appositusque est ad patres suos ex obliquo altaris beatissimi apostolorum principis Petri tertio Nonas Decembris[2]. Utique usque ad tempora Ottonis invictissimi augusti talentum pretiosissimum terra genitrix detinuit occultatum.

Defuncto[3] vero in Christo beatissimo Firmino, cives Virdunenses, uti qui tam memorandi pastoris destituti fuerant [regimine[a], turbam] civilem undique contrahentes, ut fieri solet ubi rectores desunt, et conducentes
Rom 13, 2. manum donativis, machinatione seditiosa, illud cuiusdam sapientis minime recolentes, ubi dicit: *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit,* regi Clodoveo[4], qui tunc temporis Francis praeerat, omni nisu et conamine resistere et rebellare conati sunt. Hoc dum volante fama ad palatia regalia pervenisset, beatissimi Firmini Virdunensis civitatis episcopi adprime discessum multis questus sermonibus, dein civium aegre audaciam ferens, antequam tutiora sibi castra munirent, armis sumptis copiisque hinc inde collectis, incolarum insidias et seditiosa initia destructurus, Virdunum adventare paraverat. Cumque, plurima suorum manu hostiliter conglobata, saltum Argonensem traiecisset, et[b] ad prata amoenissima, ubi Mosa colore viridi fluctuque placidissimo circumiectus rigat campos suos, castra ponere iussit. Et dum minis ac terroribus cives obstinatos nequaquam mitigare praevaleret, signa portis admoveri bellica, commotus animo, festinantius imperavit. Perventumque ad id erat, ut inclusos moenibus vi validissima impugnarent puberesque, qui se extra portam quasi audaciores ceteris praeferebant, necarent. Magna tamen vi defendentium pulsi, pacem interim pacti sunt, dum regi Euspitium presbiterum pro causa rerum innotescenda saluteque civium obtinenda dirigerent. Qui cum cor regium verbis placare sudaret et semet ipsum pro illis velut obsidem dederet, adeo crudelitatem regis iramque mitigavit, ut pro poena, quae civibus rebellantibus erat infligenda, pace reportata, veniam obtineret. Simultatibus igitur utrinque firma pace sopitis, rex cum omni suo comitatu ad propria cum gaudio repedarunt.

Multorum dein annorum post beati viri Firmini transitum per intervalla temporum regirante curriculo, Berengarius venerabilis episcopus, ex magnatum ortus prosapia[5], praesidebat ecclesiae Virdunensi[6], vir honestus moribus, vita castus, natura simplex, ipsos bonitate et simplicitate praecellens, quibus divitiis et potestate apparebat inferior. Qui dum sedi suae in omnibus consulere et nil quod religioni derogaret
951. pateretur abesse, in ipsa ecclesia[7] monachorum turmulas aggregavit[c], et de victu proprio victum illis amministrans, locum, ut inspicientibus liquet, Deo dignissimum, carum civibus bonisque omnibus amplectendum, quasi ex inopia opulentissimum praeparavit.

Contigit autem nocte quadam, dum aurora nocti finem daret, devotam Deo feminam nomine Eugeniam monasterii altaria, ut consueverat, circuisse. Dumque tumulo praedicti antistitis assisteret sanctosque multis precibus, ipsius cui astiterat inscia, provocaret, hiis eam ex infimis vocibus veris fertur assertionibus appellare: 'Eugenia, rem te dignam posterisque memorandam facis, si per me etiam orare disponis'. Quae dum, quis foret, percunctaretur, respondit: 'Firminus, dum corpore vehebar, insuper episcopus vocitabar. Tu dum me deteris et conculcas, de terra te editam et in terram memineris citius reversuram'. Hiis ipsa affatibus inopinatis etiam et inauditis admodum sauciata, pedem se illuc tunc tulisse penituit. Collectisque basilicae custodibus, incerta, quid sibi foret eventurum, locum e vestigio, quo praedicti membra quiescerent episcopi, patefecit. Mane primo[d] petiit civitatem, praesulisque cubiculum, quem pietate praeditum subditisque affabilem noverat, confidenter aggressa, quo locum sibi suum haec agendi permitteret, quidque sibi inter nocturna contigisset silentia, animum intenderet, precabatur. Episcopus mox his se intentum reddidit, praebensque viduitati solatium, visionem hanc non periculosam, sed ad aedificationem sibi congruam hoc evenisse praedicavit. . . . . . . Illucescente enim diei succedentis

a) r. t. *suppl., des. ed.; cf. Mirac. I,* 1*:* civilis turba. b) *delendum videtur.* c) aggregari *ed.* d) prima *ed.*

latione Firmini ex codice a Chr. Gobino S. I. excerpto vel transcripto retulerunt. 1) Monasterii S. Vitoni Virdunensis. 2) Cf. Hugo Flaviniac., SS. VIII, p. 327: *et soluta obsidione, sepultum est corpus eius sacratissimum ad dexteram altaris b. Petri, ubi per multa tempora delituit thesaurus hic delectabilis, a tempore scilicet Clodovei usque ad tempus Ottonis Magni.* 3) Haec de Virdunensium contra Chlodoveum I. rebellione ex Vita Maximini Miciacensis c. 4—6, Mabillon, Acta I, p. 582, sumpta sunt, multo tamen aliter et aliis verbis narrata. 4) Primo. 5) Eadem verba legis apud Hugonem Flaviniac., SS. VIII, p. 360, ubi etiam similes laudes eius. Berengarius fuit consanguineus Ottonis I. regis; cf. Köpke et Dümmler, 'Otto I.' p. 108, n. 2. 6) A. 940—962. 7) S. Vitoni. Quod a. 951. factum est; cf. Berengarii chartam a. 952, ap. Roussel, 'Hist. eccl. et civile de Verdun', probat. p. 2; Hugo Flaviniac., SS. VIII, p. 362 sq.; Gesta ep. Virdun. Cont. c. 2, SS. IV, p. 45; Ann. S. Vitoni, SS. X, p. 526; diploma Ottonis I. d. d. 952, Ian. 21, Dipl. I, nr. 140, p. 219 sqq.

aurora, gressu impigro una cum praenotata muliere se ad monasterium contulit et ante sepulchrum beati Firmini tota se corporis animique devotione prostravit, quidque sibi agendum foret de sublevatione corporis ipsius, tacita voluntate consuluit. Cumque, oratione consummata, surrexisset, convocatis religiosissimis qui utriusque ordinis assistebant clericis, quid[a] sibi ex muliebri sententia quidque inter orandum revelatum fuerit, palam omnibus patefecit, hoc affirmans operae pretium et id fore pietatis officium, quo talentum pretiosissimum, tamdiu ab humanis obtutibus sequestratum et tunc divina dictante sententia propalatum, terrae diutius, si sic animum inducerent, non esse sinibus[b] amplectendum, sed super candelabrum potius, quo tenebras sui luminis frangeret claritate, ponendum. Dumque omnes pari con- cf. Matth. 5, 15.
sensu eademque voluntate in episcopi sententiam concessissent idque velle ratumque fore confremerent, fidei praecinctus cingulo, una cum viris beatissimis primisque monasticae religionis inceptoribus, Ainaldo[c] Gorziensis monasterii abbate[1] et Humberto ipsius coenobii[2] fundatore, ad effodiendum corpus accessit. Quorum unus adhuc corporis velamine vix ossibus haerente contegitur[3], alter[4] iam exutus homine, in caelestium deliciarum plenitudine procul dubio gloriatur. . . . . . . Ibidem cum plurimis claresceret virtutibus[5], quia[d], inter alia sanctorum corpora locatus, cuius haec meritis fierent, nesciretur, hoc evidentiori consilio a praesule[6] monasterii pater expetiit, fratres secum petitores adhibuit, quo sacratissimum beati confessoris corpus pro tuitione civium et suarum amplificanda cognitione virtutum in villam Flaviniacum[7], regalem quondam fiscum[8], nunc praelibatorum fratrum usibus deputatum, in parrochia Tullensi, in comitatu Sanctensi[9] situm, unde etiam eum carnali editum prosapia [constat[e]][10], permitteret transferri; quod, ut condignum erat, obtinuit statimque se ad haec agenda salubri voto et devotiori conamine expedivit.

Sed dicendum restat, quid inter haec agenda contigerit. Quare maturandum estimo, quae et quanta quamque magnifica per illum in ipso Christus miracula patraverit, vestrae sanctitati et beatitudini propalare; ad quae digerenda non propensiori dictationis stilo nec rethoricae orationi dare operam neque vera figmentis falsare, sed rem gestam et a nobis visam et per viros nostrorum temporum clarissimos auditam, non obliquo et colorato, sed certo et infuscato percurrere sermone disponimus.

INCIPIUNT MIRACULA QUAE PER BEATUM FIRMINUM DOMINUS GESSIT, QUANDO SACRATISSIMUM CORPUS EIUS A VIRDUNENSI CIVITATE IN VILLAM FLAVINIACUM NUNCUPATAM TRANSPORTATUM EST.

1. Die sancto penthecoste[11], dum ab ecclesia beati Petri apostolorum principis corpus beati Firmini cum Virdunensium magna frequentia civium profectionem ipsius aegre ferentium portaretur, multique se tam sancto oneri portando supponerent, levissimo prosperoque successu Devam villam[12], quam Mosa abluit, properabant; et quia vicus ipse opulentus est, multa ad sanctissimum corpus populorum inde turba confluxerat. . . . . . . Mox, dum ab aliis compulsus abiret[13], quod antea grave visum est, onus levissimum elevatur et cum magno populorum concursu ad Booleiam[14] villam usque defertur. Ibi dum corporum consulentes lassitudini residerent vulgusque, quod a longe sequebatur, sexus promiscui expectarent, cervesiam a villico ad usus portitorum[f] pretio commutantes, falsam cognoverant sibi dari mensuram. . . . . . .

Inde cum maxima iocunditate populique laetitia Pauniacum[15] vicum asportatur. . . . . . . Hinc per Trundulas[16] progredientes, sanctimonialem quandam iam longis retro temporibus lucis huius claritate privatam grati luminis et insperatae visionis munere, populo, qui hinc inde multus convolaverat, astante, ditavit. His gestis, Fagum[17] protinus pervenitur; thesaurus ecclesiae hesterna nocte furtive abstractus ipsius meritis ubi sit repositus declaratur, idemque latrocinii perpetrator se esse qui deliquerat, acsi iudici id propulsanti assisteret, palam omnibus confitetur. Mane Tullum appropinquantes, Gerardus episcopus[18], qui eidem tunc temporis praesidebat ecclesiae, illud recolens euangelicum: *Qui recipit iustum* ib. 10, 41.
in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, beati viri corpus magna cum devotione suscepit et ad basilicam beati Apri confessoris Christi perduxit. Ibi noctem ducentes in oratione pervigilem, beatorum qui in unum convenere meritis pontificum, aurora prima rutilante, debilem a cunabulis puellam sanitati et virtuti integre repererunt, Deo gratias! restitutam. Monachi vero loci illius in Christi plurimum amore ferventes secumque diuturnam tanti patroni praesentiam exoptantes, quem cum honore debito susceperant, ad locum de-

a) quod *ed.* b) fin. *ed.* c) Amaldo *ed.* d) quare *ed. persaepe pro* quia, *compendio* ꝙ, *ut videtur, falso lecto.* e) *supplevi, deest ed.* f) portiorum *ed.*

1) A. 933—959, plerumque Eginoldus dictus. Elevatio igitur inter a. 952—959. facta est. 2) S. Vitoni, cuius primus abbas fuit. 3) Humbertus, qui a. 972, Dec. 4. obiit; Hugo Flaviniac., SS. VIII, p. 367. 4) Ainaldus, qui a. 959. obiit. 5) S. Firminus elevatus. 6) Wicfrido, Berengarius enim iam a. 959. episcopatu cessit. 7) Flavigny ad Mosellam fluvium (dép. Meurthe et Moselle, arr. Nancy); quam ne confundas cave cum abbatia Flaviniacensi Burgundiae. 8) Eadem verba in Gest. ep. Virdun. c. 2, l. l. p. 46, ubi hic libellus exscriptus esse videtur. 9) Le Saintois. 10) Cf. Hugo Flaviniac., SS. VIII, p. 327: *Hic* (Firminus) *Tullensi territorio ortus.* 11) Calmet, nescimus qua auctoritate nisus, translationem a. 964. factam esse dicit; quem Roussel l. l. p. 42. 156. sequitur; qui quod dicit Brunonem archiepiscopum Coloniensem elevationi et translationi interfuisse, nescio unde didicerit. 12) Dieue ad Mosam fluvium (arr. Verdun). 13) Homo quidam peccator. 14) Bilée prope St. Mihiel. CALMET. 15) Pagny-sur-Meuse, infra Vaucouleurs. 16) Trondes (dép. Meurthe et Moselle, arr. Toul). CALMET. 17) Foug (a Tullo versus occidentem). CALMET. 18) A. 963—994.

stinatum et a Deo sibi praeparatum inviti pertransire dimiserant. Ad Mosellam tamen cum ipso pervenientes, in ipsa traiectione fluminis hii flentes pro amissione subsistunt, ipsi qui advenerant pro susceptione laetantur. . . . . . .

Inde digressi, ad ecclesiam in supercilio montis positam, in honore sancti Martini dicatam[1], summa cum festinatione tendunt cum eis qui triduo desideranter de longinquis partibus sanctum ibi expectaverant. In qua cum prae nimia multitudine recipi non possent, ante fores ipsius basilicae, in vestibulo scilicet atrii, cum magna devotione pausandum constituunt atque in orationum officio se protinus fundunt. . . . . . . Quae mirabili dispensatione[a] miracula extemplo Tullensium pontifici a bonorum amatoribus sunt perlata atque ab ipso viscerabili pietate suscepta. Unde per religiosas suae urbis catervas caritate amplectenda offerri iussit caelorum Regi laudantium munera. Populosae igitur urbis genti quasi nova lux oriri visa est. . . . . .

2. Hinc prospero cursu diem post tertium ad amoena conveniunt prata circa Calyniacum[2], quae est villa Sancti Stephani Metensis, secus littus Mosellae sita. Ubi dum nimio caloris estu fessi requiescere vellent, stratis ibi vestimentorum copiis, beati viri feretrum cum devotione posuerunt et, aliquantisper renovatis viribus, resurgere monent, ut ad nocturnalem requiem festinare possent. . . . . . .

3. Sequenti die optatum receperunt iter, ut ad desiderata pervenirent celeriter. . . . . . .

5. . . . Matrona quaedam de vico qui dicebatur Rammon[3] nomine Goduydis, bonis semper moribus dedita, ut viri Dei sequaces in tanta fragilitatis passione fatigatos persensisset, accedens iuxta mandatum (2 Cor. 9, 7.) apostoli hylari vultu, proprium tabernaculum vini sui penetrat et, clavo vasculi subtracto, lagenam implet ac fratribus reficiendis propinat. . . . . . .

6. Hiis in via a Domino rite peractis, vespertino tempore diversorium accepimus in loco qui dicebatur Mansilis-Teutberti, non longe a designato beati viri loco quam duobus miliariis flumine Mosellae interiecto. In eodem vespertino tempore factum est insigne miraculum stultis hominibus non modice formidandum patroni nostri merito. Plebis multitudo villae quae dicebatur Lusda[4] sacerdotis sui decreto convenire decreverat ad sancti Firmini deprecamina, cupiens ei offerre communi devotione pro peccatorum remediis possibilia de laboribus manuum munuscula. . . . . . .

7. Dehinc altera die cum ingenti exultatione pervenimus circa Mosellae littus, in quo circumstabat partium multarum innumerum populi vulgus, cum quo traiecimus fluvium cum summis laudibus et celestem thesaurum in prato suae ecclesiae[5] collocavimus honore digno, extensis papilionibus. Diem quoque post tertium, eliminatis omnibus spurcitiis totius ecclesiolae, imponitur in ea, devoto grege populi comitante, (cf. Rom. 10, 18.) cum celesti iocunditate, et sic in omnem terram exivit sonus tantae laetitiae. . . . . . .

8. In tanto namque sibi praeparato ecclesiae beati Hilarii habitaculo adsunt omnibus eius misericordiae opera divina suffragia, qui variis detinebantur langoribus caelesti remigio. Nam quicunque in adventu tanti patroni claudorum, aridorum, caecorum omniumque morborum infirmitatibus vexabantur eadem nocte curari meruerunt. . . . . . .

9. Sed quia ad praedestinatum a Deo illi habitaculum properando maturavimus, velut nauta peritus, qui totis viribus diu desideratum laborat comprehendere littus, multa de gestis nostri patroni Firmini quae in Tullensi urbe per illum gesta sunt praeterivimus. Quod licet enarrare satis longum sit, quantum tamen brevitas concedit, ad eorum unum accedamus ac reliqua, quia non sunt silentio praetereunda, in posterum disserenda extendemus. Apud quam civitatem, quae alio nomine Leuchon[b] Greca appellatione signatur, quod Latina explanatione 'album' vocatur, fuit matrona quaedam habens in obsequium singularem privignam, quae continuis novercae servitiis valde praepedita, de propriis nec quippiam praesumere audebat nisi consuetudine furtiva. Unde futuram timens paupertatem, in textrili spelunca pannum linteum nocturnali tempore sibi sola texebat. . . . . . .

EXPLICIT LIBER PRIMUS MIRACULORUM BEATI FIRMINI VIRDUNENSIS EPISCOPI.

INCIPIT PROEMIUM LIBRI SECUNDI.

Gloria Salvatoris nostri Dei in omnibus hiis magnificentiis consona dignitate laudatur. . . . . . . Sic per aurea eorum[6] dogmata ex quadris lapidibus fulget nunc universalis sancta Dei ecclesia, pretiosis illorum margaritis virtute ornata. De quorum superlativo collegio assumptus est patronus iste noster Firminus e finibus suae nobilissimae sedis Virdunensium et transvectus in pagum Sanctensem, sanctae ecclesiae lapis angularis constitutus. Cuius virtutis robore tota ecclesiae fabrica constat firmiter com- (cf. Matth. 7, 25) pacta, quia[c] fundata est supra firmam petram voce dominica, quae[d], si omnis ventorum vis flaverit, nulla compage dissolvetur. Hanc piissima claritas aeterni Iudicis per memorata miraculorum insignia illustrare ita dignatus est, ut singulare confessoris sui meritum sic terrarum amplitudine protrahitur[7], ut usque ad Alpium cacumina[e] pinguissimae vallis Italiae celebrantur, et audita eius magnifica virtutum opera, concurrere properant qui variis languoribus cruciantur; parsque eorum in equis, in quadrigis et in lecticis, in carrucis advehebantur, et sic eius intercessionibus curari merebantur. Quorum ingens

a) facta *vel simile verbum supplendum videtur.* b) lenchon *ed.* c) quare *ed.* d) quam *ed.* e) acum. *ed.*

1) Ubi nunc villa Dommartin-les-Toul, in dextra ripa Mosellae. 2) Chaligny (dép. Meurthe et Moselle, arr. Nancy), ubi erat prioratus ad abbatiam S. Vincentii Mettensem pertinens. Auctor erravit, cum dixerit hanc villam S. Stephani fuisse. CALMET. 3) Ramonchamp (arr. Remirémont) vix recte coniecit Calmet. 4) Ludres (arr. Nancy). 5) Scil. Flaviniacensis, s. Hilario dicatae; cf. c. 8. 6) Euangelistarum. 7) Hic auctor coniunctionem *ut* saepe cum indicativo coniungit.

copia tam innumera excreverat, quae, nisi studiorum vigilantia ea tempestate pigresceret, onerifera librorum volumina nostris temporibus, quibus cingeretur pars domus, volverentur; ideoque plurima eorum soli Deo manent cognita, quoniam memoriis hominum fuerunt indigna. In quorum sollerti prudentia mirari non desinit nostra inertia, qua temeritate tam beati viri pretiosa gesta transiere inscripta[1]. Quo benignitatis amore fratres ibi divina excubantes praeventi, perurgere me coeperunt, quo de actibus sacratissimi patris nostri Firmini, etsi non plene, vel ex parte perstringerem quae ea tempestate vidimus aut a videntibus audire meruimus, ne tam praeclara memoria obscuritate ignorantiae clauderetur. Sed cum ingenii brevitatem mensura, immensitatem operis recognosco, ut pene sentitur aequale tam istud posse complere quam caelum tangere digito, hoc tamen sanctae reparationis negotium sciat universalitas tam praesentium quam etiam successorum non me praesumptuose aggressum, sed ne pariter videntibus atque audientibus verteretur in culpam, et districte periclitarentur in negligentiae ruinam, quam summopere cavendam ratum duximus, ne simili torporis titulo depungeremur, maxime cum herilis tuba talibus terribiliter clamat: *Serve male et piger, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, et ego veniens utique cum usuris* Luc. 19, 23. *exegissem illam, sed reposuisti in sudario.* Quod[a] autem de illo circumstantibus subinfert, cum gravi cf. ib. v. 20. gemitu audire praesumimus: *Auferte ab illo mnam et date ei qui habet decem mnas.* Nolite ergo huiusce ib. v. 24. operationis, rogo, perscrutari auctorem, ne forte in agnitione eius vilescant clara lumina summi sacerdotis. Non enim hic cantica heroum neque sapientum scias revolvisse dogmata fulcris verborum ornata atque sententiarum dulcedine delibuta, sed florentissima virtutum pignora humili compagine laboris exarata. Grandia quique locuturi

Exoptare student centeno gutture niti[2],

quibus modis sua pervaleant pompare figmenta seu carmina quaeque diabolica amplificare, quasi animabus profutura. Nos tamen divini eloquii cultores levamus oculos nostros in montes, de quibus huiuscemodi semper adepti sumus solamina, in quibuscumque cessit oportunitatis commoditas. Maiestas enim divina quos videt ad se toto corde devotos misericorditer nutrit et fovet, nihilque eis deest, de quibus fiducialiter sperant in eo. Communis futurorum posteritas legentium pro certo innotescat, cuncta superioris partis revolutione absque diminutione fore congesta, quae[b] manus Domini potentissima per summum sacerdotem suum Firminum ab exitu suae sedis Virdunensis usque ad beati Hylarii limina dignata est declarare magnifica. Abhinc reliqua subtili rimamur diligentia, dum vita miseros roget artus scribenda per succedentia annorum curricula. Quorum tanta praefulget miraculorum copia, ut in omnem terram exiit sonus cf. Rom. 10, 18. eorum, et in fines orbis terrae praedicantur tantorum magnalia. De quibus ingens latitudo scriptorum, proh pudor! ignavia demersa iacet in oblivionis abysso. Quam licet[c] misere sopitam, litteris tamen excitandam aggredimur, quia[d], si illa studiorum negligentia torpet, fama vero quovis gentium, ales monstrosa[3], quaepiam[e] vera, quaelibet falsa infamare non sompniat. Cuius stultissimum errorem fideliter contempnentes, novum onus arripimus, veridica legentes, in quo praesumptuosi operis negotio eius supplex deposco iuvamina, qui fonte eloquii humani asinina proluit labra, qui cum Filio et Spiritu sancto victor aeternus vivit et regnat in seculorum secula. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS OPERIS SEQUENTIS.

INCIPIT LIBER SECUNDUS DE MIRACULIS ALMI CONFESSORIS FIRMINI.

1. Noverit omnium sanctae ecclesiae communitas, quia, quotiescumque quorumlibet sanctorum patrocinia a legentibus revolvuntur, non sunt vilipendenda quasi vilissimarum rerum munuscula, sed quasi pretiosorum lapidum congeries flammivomo auro polita, quae curiosis hominum obtutibus noviter oppanditur. . . . . . . Qua piissima institutione divina gratia perfusus quidam pauperculus nomine Obertus, de villa Aon[4] ortus, exiguum munus lucernarum praecedens, ad sancti limina Firmini convolat devotus. . . . . . .

2. Fuit in partibus Burgundionum muliercula quaedam vidua de castro Visulfi[5] dicto suburbana, quam extenuaverat inimica paupertas. . . . . . .

3. . . . In vicinis enim partibus, loco qui dicitur Syravicurte[6] audivimus quendam fuisse virum Erembertum nomine dictum, qui filios de coniuge sua procreavit geminos. . . . . . .

4. . . . In conventione annua venerandae solemnitatis almi Firmini, quae ab incolis patriae quinto decimo Kalendas Maii colitur, convenit comes cum uxore sua religiosissima Folmarus nomine ab Elysatia[7], Apr. 17. natalibus praeclaris ortus, divitiis opinatissimus. Ut autem consequi mereretur effectum, quo convenerat, emaci prece[8], ditavit beatum patronum pallii pretiosi munere, quo ipse uti consueveram divinis in cultibus saepissime, quod tandem in thesauris servatur ecclesiae. Erat ergo ei servulus duodennis, generis sui sobole procreatus, a nativitate officio linguae privatus, quem secum, caterva militum stipatus, beato viro adduxerat curandum, quia[d] eum nimio affectu ut adoptivum amplectebatur. Nam in pondere corporis illius cerеam statuam libravit atque pro eo oblationem sancti confessoris arae imposuit alteramque panis et vini nec minus obtulit. Puerum autem legali sanctione ei contradidit, ut annuali observatione bis ternos nummos ecclesiae persolveret. Hiis denique digestis, cum fidelium suorum manipulo, quia iam

a) Quid *ed.* b) quia *ed.* c) Quamlibet *ed.* d) quare *ed.* e) quempiam *ed.*

1) i. e. non scripta. 2) Cf. Persii Sat. 5, 5. 6: *quantas robusti carminis offas Ingeris, ut par sit centeno gutture niti.* 3) Cf. Verg. Aen. IV, 180. 181. 4) Fortasse Bayon ad Mosellam fl. CALMET. 5) Vesoul. 6) Xiraucourt ad fl. Madon (arr. Nancy). 7) Forte Mettensis et Lunarensis. Alsatiae comitem huius nominis non inveni. 8) Cf. Persii Sat. 2, 3: *Non tu prece poscis emaci.*

summa villarum culmina fumabant, coenaturus diversorium petit, captivum sub domini sui remigio praesentis relinquens, quem misericordia Redemptoris humani, a quo bona cuncta procedunt, sopore gravi sepelivit usque in lucem matutinam. Qui cum clarum mane fenestras intrare videret et angustas lumine rimas extendere[1], novo gaudio succensus, properat laetis gressibus et, sancti confessoris feretrum ad se fortiter constringens uncis manibus, alta silentia rupit[2] et circumstantibus proclamat: 'O bonorum
Luc. 1, 46. expectatio! *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo, salutari meo.* Qui huius praeclarissimi ac beatissimi medici opitulatione insueta mihi eloquia posuit misericorditer in ore meo'. Post haec ducem suum clamitat, ut concitus veniat, verbis ingeminat, munera pro se data salva mercede conspiciat. Ad hoc grande spectaculum dominus cum uxore facto[a] convolat, qui eum a servitute fecerat liberum, ac se ipsum pro eo condonat servum, annuali constitutione persolvens sancto duodenarium censum.
cf. Ps. 67,36. Dantur ergo laudes Deo, qui se mirabilem et vere pium esse in sanctis suis monstrat universo mundo.

Apr. 17. 5. . . . Nam appropinquante patroni nostri festo, quidam bonae voluntatis vir economus nomine Theutbertus de Salniso[3] iniit consilium cum sacerdote suo nomine Harvyno, ut multum populi sibi commissi collectum gregem ad solemne conducerent cum maxima oblationum devotione, quibus sancti conventicula exornari mererentur, et eius subventionibus a malis omnibus liberarentur. Quorum benignos affectus ditavit mentes fidelium exornata[a] sacris muneribus, cum quibus unitate laetissima beati Gorgonii convenerunt propitiatorium Warigisi-villae[4]. In quo oratione terminata, desideratum iter resumunt, colligentes secum praeducem virum bene strenuum nomine Walefridum, qui eos per iter dulci modulatione laetificabat beati Firmini virtutibus, acsi verba sententiaeque eius currerent per dulcia librorum flumina; cui erat gratissima generis sui iuvencula itinere sociata, virginitate, ut aiebant, adornata. Haec namque paribus modulationis suae cantibus sub modulo reciprocae vocis paria *Kyrie eleison* dabat responsa, quod[b] nobis consono auditu piissima saepenumero effluxerunt lamenta. Cum tali ergo iocundissima societate ventum est ad portum transeuntium Mosellam, quem rapidissimo cursu transmigraturi erant; suspirabant vespertinis interesse. . . . . . .

Apr. 17. 6. . . . Cum enim revolveret solemnitas confessoris sui, contigit, ut quidam paterfamilias nomine Folcuinus cum coniuge sua vocabulo Alda ac manipulo familiae interesset venerationi tantae. Is fuerat nempe suprascripti[c. 5] comitis Folmari germanus; de quibus ita placuit beato viro, ut in ambobus glorificaretur celestis medicus, qui praestat cunctis quaeque vota poscentibus. Erat namque natalibus praeclaris exortus, divitiarum opibus locupletissimus, quem ardentissima vis febrium inflammaverat biduano typo per unius anni orbem igneis facibus; pro qua non modicam facultatis suae portionem in medicis perdiderat, viribus morbo totis perditus, etiam pro ea pene desperatus. Quem cum eius dilectissima coniux, haud obscuro loco creta, sic[d] contritum perpenderet, nimiis afficiebatur anxietatum doloribus, ita ut parili desperationis stimulo miserrime corriperetur. . . . . . .

7. . . . Matrona quondam fuerat in plagis Elysatii habens filium nimiae severitatis crudelem, qui Deum non timebat nec matrem reverebatur, sed etiam totis viribus malignitatis affligebat atque turpibus opprobriis crudeliter lacessebat et ei de naribus caninam litteram[6] assidue sonabat, insuper pugnis ac calcibus eam, miserum dictu! vexabat. . . . . . . Quid multa? Divina eum ultio protinus consecuta est . . . . Dum autem per suffragia sanctorum circumduceretur, ut ei salus propitiando renovaretur, frustra dabat precamina, qui prosperitati constitutus pro illicitis correptionum spreverat monita. Tandem ad limina beati clavigeri caelorum Romarici-montis[7] perducitur, ut ei aliquatenus qui potestatem tenebat ligandi atque solvendi compatiens propitiaretur. Petrus[8] . . . conservo suo atque vicino eiusdem fluminis[9] littore commanenti almo confessori Firmino tale antydotum curationis medicandum reservavit . . ., quia de sacrario suo Virduni sacrato[10] illum persenserat penes se transmigrasse, quod proprio subtectali sancto Romarico opus divinum distulit non agere. Designatum est viribus corporis captivo, ut ad tam sanctum hospitem se trahi cogeret, ut eius remedio perfrui mereretur, cui officium curationis iniungebatur. Ubi dum ante basilicam sancti curru vectus afforet, virtute qua poterat loqui ceperat, quae vix[e] intelligitur nisi a duce, quia[f] patria voce, Teutonica scilicet, ac tenero palato orationem ita supplantat. . . . . . .

12. Quidam pauperculus natali caecitate perfusus quondam mendicando in oratorio beati Firmini fuerat perductus. . . . . . . Huic grandi spectaculo domnus [dignus[g]] veneratione abbas Lambertus[11], qui tunc loci regimina gubernabat, intervenit, et miseriis captivi gravissime condolens, salubrem ei salutis portum repperit, ut in contritione cordis vestigiis sancti confessoris tamdiu provolvatur, ut eius obtentu propitio amissa reparentur atque commissa digne punirentur. . . . . . .

13. . . . In vicinis quidem plagis Sanctisi comitatus orta quondam fuerat quaedam puella, quae per orbem quindecim annorum a nativitate panem non comederat. . . . . . .

a) *sic ed.; quaedam corrupta vel omissa esse patet.* b) quae *ed.* c) su| praescripti *ed.* d) sit *ed.* e) *sic emendare conatus sum;* vir intelligit *ed.* f) quibus *ed.* g) *supplevi, deest ed.*

1) Cf. Persii Sat. 3, 1. 2: *iam clarum mane fenestras Intrat et angustas extendit lumine rimas.* 2) Cf. Verg. Aen. X, 64. 65. 3) Le Saunois, territorium circa flumen Seille. CALMET. 4) Varangéville ad flumen Meurthe (arr. Nancy). 5) C. 4. 6) Cf. Persii Sat. 1, 109. 110: *sonat hic de nare canina Littera* (scil. R). 7) Remirémont. 8) Cui ecclesia Romarici-montis dedicata erat. 9) Mosellae, ad quem fluvium Remirémont et Flavigny oppida sita sunt. 10) Videlicet de ecclesia S. Petri monasterii S. Vitoni. 11) De hoc nihil constat nisi eum ante Fingenium, qui a. 1003. obiit, abbatiam tenuisse; cf. Gest. ep. Virdun. Cont. c. 6, SS. IV, p. 47.

14. Sanctorum[1] Dei ammiranda miracula, quae a fidelibus et filiis sanctae ecclesiae visa sunt vel audita, cum ad posterorum agnitionem et utilitatem relatu verissimo stilo traduntur, honor ipsi mediatori Dei et hominum Iesu Christo sanctisque eius exhibetur, fides credentium magis ac magis proficiendo accumulatur, inimicus humani generis poenis aeternis plectendus confunditur, et Christus factor et redemptor, qui caput et corona omnium sanctorum est, in membris suis laudatur, magnificatur quotidie et glorificatur. . . . Ibi siquidem credimus sanctissimi viri patrisque Firmini annotata merita, cuius succincte conamur et aggredimur, prout possumus, commendare miracula, quae Deus per ipsius specialis patroni nostri praeclara merita operari dignatus est in Flaviniacensi villa, quando corporis ipsius gleba per revelationem divinam, ceu prothomartyris Stephani reliquiae[a] per Lucianum presbyterum inventae et per sanctum Iohannem[2] in sanctam ecclesiam Sion translatae fuere, haud secus huius membra in locum qui Mons-latronum[3] vocitabatur antea translata[b] sunt de sancti Hylarii ecclesiola. Et quoniam quae inibi gessit miraculorum insignia codice proprio a nostris praedecessoribus lepide atque sufficienter sunt digesta[4], parvitas et tenuitas ingenioli nostri operam dabit, prout ipse dederit, ad caetera. Enimvero ad hoc opus trepidi omnino manum extendimus, quoniam tantae materiae meritis et ingenio longe impares viribus fracti succumbimus, quam[c] uni ex antiqui temporis primoribus satis condignam esse perpendimus. Cui etiam, sicut gentilium figmenta conferunt, Homerus aut Tullius Cicero, de cuius laude dicit beatus Augustinus:

Tullius eloquii Romani maximus auctor,

si rediret ab inferis, non posset versibus includere omne ut gestum est opus divinae virtutis. Quanto magis ego solus homuntio, cui nec scientia praesto est, nec meritorum ulla suppeditat ratio nec ea quae in rebus excellentibus est valde necessaria docti sermonis oratio. Quid ergo, etsi indigni sumus, omnino tacebimus? Forsitan enim culpam incurrimus, si eius, de quo semper loqui digne possumus, virtutes et opera silemus. Vires enim, quas imperitia denegat, caritas subministrat[5]; quia[d] quanto quis humiliter intra[e] animam suam sese deprimit per ignorantiam, tanto sublevatur interius per Spiritus sancti gratiam, et auditoris animo utilius solet prodesse quod procedit exterius ex vera humilitate.

Igitur temporibus Henrici imperatoris[6] et domni Hermandi Leuchorum pontificis[7], postquam a Christo, firma petra, sanctus Firminus iure vocitatus de Virdunensi urbe et monasterio sanctorum apostolorum Petri et Pauli[8] Flaviniaco fuit translatus et in ecclesia sancti Hylarii cum digno honore positus, ubi etiam post multa annorum curricula quam plurimis miraculorum signis extitit gloriosus, duo fratres inibi cum omni honore ut decebat sancto deserviebant, ad quorum curam et diligentiam omnia pertinebant. . . . . . . Uni ergo ex ipsis Raynulpho nomine — solitus enim erat hic[f] sanctum assiduis deprecationibus prae cunctis sollicitare — intempesta nocte per visionem apparuit eique, pontificalibus vestimentis redimitus, veris assertionibus intimavit se frequentiam turbarum populique advenientis ferre non posse, tumultus etiam incognitarum vocum pari modo moleste ferre, ideoque iubere, quo praecepto quam citissime pareat: abbatem loci Richardum[9], omnibus bonis imitabilem, adeat, et[g] ut monasterium sibi in monte qui antiquitus Mons-latronum dicebatur pro posse cum adiutorio Dei construat. Qui primae visioni assensum minime praebens, sese in oratione ieiuniisque constrinxit Deumque et sanctum cum lacrimis exoravit, ut, si haec visio ex ipso esset, sua gratia atque misericordia praestaret, quatenus iterum ac tertio sibi per ipsum certissima fieret. Deus ergo, qui non spernit preces pauperum, sed protinus exaudit orationes eorum, petitionem servi sui non reppulit, sed ad unguem atque perfectionem usque perduxit. Sanctus namque Firminus, ut petierat, iterum ac tertio ipsi ceu sol radians in virtute sua apparuit et non solum illi, verum etiam quam pluribus per intervalla temporis, ut, dum plures testes idonei existerent, firmiora atque certiora nunciare valerent.

15. Igitur dignae memoriae abbas Rychardus, ardens sancto desiderio, fidens de Dei auxilio, cum consensu domni Haymonis Virdunensis episcopi[10] totiusque cleri eiusdem civitatis fratrumque omnium in coenobio Sancti Vitoni degentium supradictae visioni fidem accommodans, montem supradictum ab omni spurcitia immundiciaque purgare praecepit, ut, qui hactenus fuerat mons latronum et aliena diripientium, mons fieret virtutum suaque omnia relinquentium, et illud impleretur quod per Isaiam dicitur: *Et erit* Es. 2, 2. 3.
in novissimis praeparatus mons, domus Domini in vertice montium, et elevabitur super colles, et fluent ad eum omnes gentes, et ibunt populi multi et dicent: 'Venite! Ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Iacob, et docebit nos vias suas, et ambulabimus in semitis eius, quia[h] *de Sion exibit lex et verbum Domini de Ierusalem'.* Fundamenta ergo cum maximo gaudio et laetitia inprimis iaciuntur, omnes circumquaque manentes Dei clementia congregantur, auxilio et consilio assunt. Intentio omnium et fervens desiderium ad hoc deducitur, quo quantocius ceptum opus perficiatur. Interim ergo Deus et sanctus

a) reliquit *ed.* b) translatae *ed.* c) quod *ed.* d) quare *ed.* e) *sic conieci;* in terram suam *ed.* f) hiis *ed.* g) moneat *vel simile verbum supplendum videtur.* h) *sic Vulg.;* quare *ed.*

1) Sequentia alterum auctorem composuisse, apparet. 2) Ierosolymitanum episcopum; cf. Marcellini Com. Chron.; Fasti Idat. a. 415. 3) In quo videlicet prioratus Flaviniacensis aedificatus est, hodieque 1 km. fere a villa Flaviniacensi situs. 4) Intelligit libri II. capita 1—13; libro I. enim, quem designatum esse Calmet censuit, non miracula in ecclesia Flaviniacensi, sed in translationis itinere patrata narrata sunt. Librum I. Miraculorum hic cap. 15. gestorum titulo laudat. 5) Dictum Gregorianum; cf. supra p. 149, l. 21; p. 601, n. 7; p. 656, n. 1. 6) Secundi. 7) A. 1019—1026. 8) i. e. S. Vitoni. 9) S. Vitoni a. 1005—1046, celebrem monasteriorum reformatorem, cuius Vita SS. XI, p. 280 sqq. edita est. 10) A. 990—1024.

palam cunctis innotuit, non iam per somnium, sed apertis visionibus atque revelationibus, quam gratus sibi foret locus ante omnia secula ab ipso sibi destinatus. . . . . . .

cf. 1. Cor 4, 13. Nos vero, omnium peripsema, qui haec scribimus, similiter credimus, propter quod et loquimur. Tantis ergo revelationibus angelicisque visitationibus omnis populus exhilaratur, atque circa sanctum et mansionis eius locum, qui tantis ditabatur et honorificabatur per Christum, qui spes est omnium, dignitatibus, divinitus incitatus, operi coepto attentius insistebat, omnique conamine atque studio materiarum structura in altum consurgebat. Tandem, Deo iuvante sanctoque Firmino opem ferente, crux, quae[a] in honore sancti Iohannis euangelistae est consecrata, ad summam totius perfectionis est deducta. Quae tandem cum c 1025. consensu et licentia supra memorati Harmandi episcopi a Raymberto pontifice Virdunensi[1] benedicitur et ad servitium Dei perficiendum cum spirituali gaudio consecratur. Qua benedictione potiti, fratres Deo inibi famulantes omnium Salvatori gratiarum actiones referentes ipsumque totis intimis visceribus pro collato beneficio benedicentes, sanctum Firminum illuc cum clericorum populique magna frequentia ex ecclesia sancti Hylarii transferunt et cum opimis laudum praeconiis in novum ecclesiolae asylum necne refugium introducunt. Laus et gloria ab omni populo Deo defertur, multa lacrimarum flumina ob amorem sancti ab omni clero et plebe emittuntur, odore suavissimo omnes replentur, infirmorum atque languentium copia, quae ad hoc tam pulchrum spectaculum venerat, sospitati reddita sanatur, et consonis vocibus ab cf. Eph. 2, 4. omnibus Deus, qui dives est in misericordia, benedicitur, laudatur et adoratur. Omnium linguae Christum personant, omnium corda sanctum invocant, qui sua gratia et pietate tanta eos repleverat iocunditate per piissimi patris Firmini novam praesentiam miraculorumque multiplicem frequentiam.

Interim dehinc parvissimo interiecto tempore, dum pecunia cuidam fratri Odoni, qui etiam funda- 1. Cor. 3, 11. menta ecclesiae iecerat illudque apostolicum impleverat: *Fundamentum*, inquit, *aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus* — praepositus enim huius villulae existebat —, non absque nutu divino pecunia in marsupio ad operandum deesset, ipsumque tanti laboris iam nimium taedere coepisset, atque ab incepto opere fatigatus sese retraheret, cuidam pauperi nomine Randino, non iam per somnium, sed vigilanti sanctus, redimitus vestimentis pontificalibus, apparuit ipsumque, quid ageret, perquisivit. Qui cum respondisset se quidem vigilare omnipotentemque Deum pro criminibus propriis omniumque salute orare, ipsum insuper apertis oculis inspicere, sed, quis foret, prorsus ignorare,

Talibus alloquiis est usus pastor herilis:

'Firminus', inquit, 'episcopus ego sum, qui de Virdunensi regione translatus hanc patriam meo corpore et ossibus illustravi, et nunc Dei gratia in loco mihi ab ipso ante omnia secula praeparato atque praedestinato honorabiliter requiesco. Sed hoc valde me permolestat et tristitiam haud parvam accumulat, quoniam Odo monachus, huius potestatis praepositus, modicae fidei existens, de Dei misericordia et meo Num. 11, 23. merito atque adiutorio desperat, ideoque coeptum opus perficere dubitat. Numquid invalida est manus Domini, ut salvare non queat?'

Cui tandem pauper celesti plenus amore,

luminibus terrae defixis, inquit ovanter: 'Domine, non est mirum, quoniam opus est magnum, nulliusque adest solatium. Pecunia in marsupio defecit, et sicut homo terrore concutitur ideoque ab opere coepto revocatur'.

Hiis ita perpaucis praefulgens reddidit heros:

'Fidens surge citus et perfer talia iussus:

Non dubitet, non formidet, spem certam teneat, ab opere coepto non recedat, quia[b] misericordia Dei et meum adiutorium non elongat. In proximo enim adero ipsique praebens solatium, glorificabor ab omnibus pro collato beneficio. Bellum namque in hac regione Dei occulto iudicio futurum est in proximo, in quo multi corruent, et pro animarum suarum remedio equos et arma possidebo meosque horum divitiis et muneribus recreabo, fidem insimul eorum erga meum amorem reaccendam, quam diabolus extinguere conabatur per suam astutiam'. Haec dicens, sanctus ab oculis sese cernentis evanuit et ut sol lucens in virtute sua caelestia penetravit. Pauper ergo fervens et in Deo confidens, in terris die reddita, monasterium penetravit, fratres cum praeposito[2] evocat, seriatim cuncta edicit, ut in praeceptis acceperat. Cuncti sancto gratias referunt, visioni fidem accommodant; sed praepositus ut homo in nullo ad credendum movetur, quin etiam hominem stomachans a se repellit et affectum iniuriis cum irrisione lacessire non veretur. Et quoniam Scriptura testatur, quod nunquam est amor Dei ociosus, operatur enim magna, si est, secundo et tertio visio non deest e caelo pauperem increpando et miris modis terroribusque comminando, quo iterum pergat et ad fidem atque credulitatem animos praepositi convertat; quod nisi faciat, poenas pro tanto scelere quantocius luat. Insuper etiam praecepto edicit, quo stipulam, qua pars tecti cooperiebatur, quantocius evellat, quoniam valde indecens erat sibique contrarium et permolestissimum, ut stipula vel feno suae ecclesiolae cooperiretur fastigium. Quodsi verbis incredulus esset, inobediens neque praeceptis parens, ex improviso ventus superveniret vehemens, qui congeriem stipulae funditus evelleret et miro miraculo inobedientiam monachi redargueret. Quod et ita factum est. Dum enim mens dura nullo modo flecteretur, intempestae noctis silentio parvissimo flatu tenuissimi venti stipula hac et illac dispersa disperiit; bellumque die tertio exortum est[3], ubi multi ceciderunt, ut fuerat

a) cruxque *ed.* b) quare *ed.*

1) A. 1024—1039. 2) Odone. 3) De pugna a. 1037, Nov. 19. inter Gozelonem ducem Lotharingiae et Odonem comitem Campaniae prope Barrum castrum commissa coniecerim; cum, licet Flaviniacum a loco proelii multo distet, Tullensis regionis interfectorum Lotharingicorum arma et equi huic ecclesiae condonari potuerint.

a sancto praenunciatum. Quorum parentes sanctum diligentes locumque elemosina occisorum onerare[a] pro scelerum remissione praeoptantes, equos et arma cum corporibus ad ipsum deduxerunt, et prophetia necne promissio sancti Firmini est impleta, et adiutorium atque auxilium, quod promiserat, quamvis immeritis et diffidentibus, ad libitum exhibitum. Ex hoc tanto ferventius atque devotius operi cepto insistebant, quanto talem ac tantum adiutorem se habere cognoscebant, qui omnia et ad votum praeberet, non in aliquo servientibus sibi pro votis abesset. . . . . . .

Peccatis enim exigentibus, facta est fames magna in hiis regionibus, sicut legitur extitisse patriarchae [c. 1042.] Abrahae temporibus. . . . . . . Ob istiusmodi ergo, videlicet dirae famis[1], causam sacerdos de villa quae dicitur Curvi[2] cum suis parochianis in diebus penthecostes, ut moris erat, cum crucibus nequivit invisere sancti Firmini limina, ipsius famis cogente inopia, sed sicut beatus Abraham, qui fide salvus factus est — qui enim ex fide sunt benedicentur cum fideli Abraham —, pleni devotione et fide, sine [cf. Rom. 4, 16.] qua impossibile est Deo placere, differre decreverunt usque in nativitate sanctae Mariae semper virginis. [Sept. 8.] Qua superveniente, laeti et hylares cum muneribus advolant, monasterium cum laudibus et hymnis subintrant, eius feretrum nimia aviditate circumdant, flumina lacrimarum fundentes et pectora pugnis percutientes, eius auxilium expetentes et ut filii patrem piissimum desiderantes, eius in oscula ruunt.

It caelo clamorque virum nomenque beatum
Terque quaterque pii Firmini voce precantum.

Ergo post fusas preces ob remissionem peccatorum, post sancti sacrificii libationem et missae celebrationem causa pietatis a fratribus inibi commanentibus detinentur et, ut corpora reficiant, quamvis inviti et coacti, simul et addicti[b] ad prandium cum multis clericis qui convenerant invitantur. Sed, quoniam vini erat tunc temporis caritudo permaxima, ad fratrem Seybertum, cui apothecarum tunc erat custodia, quamvis cum timore, tamen de Dei et sancti fidentes misericordia, adveniunt et, ut turbis sitientibus meri propinet pocula, fratres exorant cum precibus. . . . . . .

16. Iniurium silentio praeterire dixerim[c] miraculum pergrande, quod veridica fidelium relatione per beati Firmini merita factum fuisse cognovimus. Quodam enim tempore tanta annonae et ciborum caristia evenisse dicitur, ut quam plures e populo famis inedia cruciati periclitarentur. Invalescente igitur famis angustia, contigit, ut pauperes, quibus minor aut nulla erat sustentiva pecunia, tum miserae egestatis coartati inopia, tum ultimae necessitatis contriti articulo, consternarentur animo et omnino deficerent, et sicut aquila fertur in praedam, cum eam vox pullorum stimulat ieiuna suorum, ita pauperum conglobatae congeries catervatim undecumque affluentium concurrebant apud Flaviniacum, instanter et anxie flagitantium, ut, quos angustia famis atque nimiae paupertatis cruciaret, fratrum inibi commanentium caritas pietatis intuitu sublevaret. . . . . . .

Multa et alia signa fecit Dominus per beati Firmini merita, quae non sunt scripta in libro hoc. Ad cuius laudem et gloriam pauca de multis brevi calamo perstrinximus, ipso cooperante cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

17. Praeterea silere absurdum censeo, quod, universo opere basilicae operoso studio, prout decuit, elaborato, a Brunone venerabili Tullensis ecclesiae pontifice[3] Idibus Novembris in honore beatae Mariae [Nov. 13.] necnon et sancti Firmini eadem basilica consecratur. Qui postmodum, meritorum exigente praerogativa, in Leonem nomine variato, dominae summae sedis Romanae summum pontificium est sortitus[4]. [1049.]

a) *forte* onorare (*pro* hon.) *emendandum*. b) *forte* adducti *emendandum*. c) *forte* duxerim *emendandum*.

1) De fame annorum 1041 1044. haud dubie dicitur; vide quae infra ad Mirac. ss. Ursmari et Ermini cap. 22. notavi. 2) Crévic ad rivum Sannon (arr. Lunéville). 3) A. 1026—1049. 4) A. 1049—1051.

EX EPITAPHIO ET MIRACULIS ODILONIS ABBATIS CLUNIACENSIS AUCTORE IOTSALDO.

Ut abbates Cluniacenses Odo et Maiolus saec. X, ita saeculo XI. Odilo etiam cum imperatoribus et papis Romanis familiaritate coniunctus erat saepiusque Italiae Burgundiaeque partes visitavit. Quare Vita a discipulo scripta non pauca continet quae huic collectioni erant inserenda[1].

De auctore Iotsaldo repetere iuvat quae Mabillon (Acta VI, 1, *p.* 632) *monuit: 'Monachus fuit Cluniacensis et beati Odilonis discipulus, cuius rei testem se ipse exhibet in operis praefatione, ubi se* Magni Odilonis nutritum magisterio informatumque beneficio *fuisse profitetur. Is ipse est, nisi fallor, Iosaldus, unus e quinque monachis, qui cum Odilone abbate et Roberto priore chartae Girbaldi cuiusdam anno* 1032. *subscripsisse reperitur. Iosaldus item et Ioserannus fratres nominantur in charta Bernardi et Adae, eorum patris et matris, quae regnante Roberto confecta est. Praeterea Iosaldus notarius plerisque archivii Cluniacensis chartis istius temporis subscripsisse legitur, quem a nostro alium esse non putamus, qui et idem videtur esse Iosaldus in indiculo veterum librorum Cluniacensis monasterii bibliothecae memoratus, ubi dicitur calamum adversus Berengarium haeresiarcham strinxisse, tempore Henrici Francorum regis; at excidit istud opus, aut certe ita incognitum latet, ut nemo hactenus aut ipsum viderit aut laudatum usquam invenerit. Denique Iotsaldum abbatem habemus, cuius epitaphium legitur exteriori muro veteris ecclesiae sancti Petri Cluniacensis affixum sub his verbis:* Hic iacet domnus Iodsaldus abbas. *Sed an his in omnibus monumentis unus et idem laudetur Iotsaldus, an diversi eiusdem nominis viri designentur, prorsus est incertum'.*

Opus in tres libros digessit, ita ut primo, quem Epitaphium vocari voluit, 'de moribus et animi virtutibus' Odilonis ageret, secundo res eo vivo miraculose actas narraret, tertio quaedam de miraculis post mortem factis traderet. Quae non ipse vidit[2] *a testibus coaevis se accepisse testatur*[3], *neque quicquam temere finxisse credendus est, sed ex saeculi illius indole res insolite vel mire gestas viro venerando tribuere non dubitavit, ab aliis narrata sine haesitatione libro intulit, quem Odilonis nepoti, Stephano episcopo, misit. Sermone usus est satis culto et nonnisi nimia verborum copia nonnumquam lectorem offendit. Duae vero libri recensiones exstant, paucis quidem locis diversae*[4], *sed, nisi fallor, ita institutae, ut ipse Iotsaldus hic illic quaedam postea mutasse videatur.*

1) Pars eorum aliaque de laude Odilonis recepta sunt SS. IV, p. 633, ubi de Odilone auctore epitaphii Adalheidae imperatricis agitur. 2) I, 10: *nobis qui videbamus valde mirantibus.* 3) Cf. I, 17. II, 1. 12. 13. 23. III, praef. 4) Vide II, 16. 19. 21. Hoc capite codices 3 et 4 primam operis formam servasse videntur, ab auctore postea mutatam. Nam alteri auctori haec vix tribuerim, cum aliis locis

Alteram, quam curis secundis recensitam putarim, continent:

1) *Codex Parisiensis nr.* 18304 *(olim S. Martini a Campis* 109*), saec. XI, fol.* 73 *sqq.;*

2) *Codex Parisiensis nr.* 13769 *(olim S. Germani* 1052*), saec. XII, fol.* 34 *sqq., fine destitutus;*

alteram, eamque, ut videtur, priorem

3) *Codex Parisiensis nr.* 2627 *(olim fortasse monasterii S. Dionysii, post Colbertinus* 1297*), saec XI. negligentius exaratus;*

4) *Codex Parisiensis nr.* 5296[c] *(olim Thuanus, post Colbert.* 2575*), saec. XII. inc., a ceteris eo diversus, quod librum in lectiones divisum exhibet.*

Cum his codicibus fragmenta quae praebemus diligenter contulit V. Cl. A. Molinier. Primum librum et reliquorum duorum partes exhibuerunt Bibliotheca Cluniacensis App. p. 1814 *sqq. et I. Bollandus, Acta SS. Ian. I, p.* 65 *sqq.; Mabillon vero tres codices nactus, Thuanum (=* 4*), S. Germani (=* 2*) et Crispeiensem, primus integrum opus luci dedit Acta VI, I, p.* 679 *sqq., Thuanum maxime secutus. Cuius editionem recudi fecit Migne, Patrol. Lat. CXLII, col.* 895 *sqq.*

Non multo post Iotsaldum vir celeberrimus Petrus Damiani alteram eamque breviorem Odilonis Vitam ab Hugone abbate, eius successore, rogatus composuit, sed nihil quod adderet habuit, ita ut ne Mabillon quidem eam repetendam duxerit. Paucissima in notis attuli. *G. W.*

EX LIBRO I.

6. . . . Principibus et potestatibus christianis secundum apostolicam sententiam in Rom. 13, 1 2.
nullo restitit, set ita amicabilem et officiosum se reddidit, ut tamquam alter Ioseph ab omnibus mirabiliter[a] amaretur et celebriter veneraretur. Concurrat in hunc amorem Rotbertus[b] rex Francorum; accedat Adheleida[c] mater Ottonum; veniat etiam[a] Heinricus imperator Romanorum; intersint[d] Chonradus[e] et Heinricus[f], videlicet pater et filius, cesares et ipsi nobiles invicti; quorum omnium amicitiis, officiis et imperialibus muneribus ita magnificatus est, ut sibi et illis cor unum et anima[g] fuerit. Quid etiam Stephanus rex Ungrorum sive Sanctius[h, 1] rex Hesperidum[i] populorum? qui quamvis eum presentialiter non viderint[k], tamen ad famam sanctitatis eius, intercurrentibus legatis et reciprocis[l] litteris, adstrinxerunt illum sibi beneficiis et copiosis muneribus, commendantes se humiliter orationibus illius et suffragiis[m]. . . . . . . Non pretereundi sunt etiam illi[n] domini sacerdotes et apostolici viri, Silvester, Benedictus, Iohannes et in ultimis piae memoriae Clemens, quorum gratiam ita promeruit, ut tamquam ex fratribus unus extiterit. . . . . . . Gaudebat Italia, cum Odilonis aderat presentia, et precipue familiaris sibi Papia, cuius prece et industria temporibus Heinrici[f, 2] et Chonradi[e, 3] imperatorum liberata est ab excidio gladii et periculo incendii. Letabatur etiam urbs Roma, mundi domina, tanti viri contubernio, frequentata sepius sanctorum apostolorum amore et desiderio. Officiales etiam et clerici sive monachi ita sibi adplaudebant venienti, ut tamquam de suis karissimum fratrem haberent amore vehementi. . . . . . .

9. . . . Erat enim eo tempore fames valida, quae sui magnitudine pene totas Galliarum sive Aquitaniae oppresserat provincias. . . . . . . Set tamen, ne silentio premantur omnia, tali[o] tunc temporis et deinceps per multos annos incumbente miseria, in usus pauperum confregit plurima vasa aecclesiastica et ornamenta insignia, inter quae etiam imperialem Heinrici[f] imperatoris coronam[4]; indignum iudicans talia denegare pauperibus Christi, pro quibus effusus est sanguis Christi. . . . . . .

a) *deest* 4. *M.* b) Rodb. 1. c) Adheleyda 1; Adeleida *M.* d) intersit 2. e) Chuonr. 1. f) Heynr. 1 *plerumque.* g) una *add. Boll.* h) Sancius 4. *M.* i) Hisper. 3; Esper. 4. k) viderent 3. 4. l) reciprocacis 3. m) sufrag. 3. 4. n) *deest Boll.* o) tunc tali 4. *M.*

(II, 12. 13) quae Iotsaldus de se narrat servata sint. Cap. II, 23. vero, quod solus cod. 4 exhibet, post ab alio additum putarim. 1) III. rex Navarrae. 2) A. 1004; cf. Hirsch, 'Heinrich II.' I, p. 309, n. 2. 3) A. 1027; cf. Bresslau, 'Konrad II.' I, p. 136. 4) *Coronae quoque, quam sibi imperator Heinricus ob sui memoriam destinaverat, non pepercit.* Petrus Dam.

13. . . . Et preter haec interiora fuerunt in eo extrinsecus gloriosa studia in edificiis sanctorum locorum construendis, renovandis et ornamentis undecumque adquirendis. Demonstrat hoc Cluniacus suus principalis locus, in cunctis suis[a] edificiis interius et exterius preter parietes aecclesiae ab ipso studiose renovatus et ornamentis multipliciter adornatus; ubi etiam in novissimis suis claustrum construxit, columnis marmoreis ex ultimis partibus illius provinciae ac per rapidissimos Durentiae Rodanique[b] cursus non sine magno labore advectis mirabiliter decoratum; de quo solitus erat gloriari, ut iocundi erat habitus, invenisse se ligneum et relinquere marmoreum ad exemplum Octaviani[c] cesaris, quem describunt historiae Romam[d] invenisse latericiam[e] et reliquisse marmoream[1]. Incepit etiam ciborium super altare sancti Petri, cuius columnas vestivit argento[f] cum[g] nigello pulchro opere decoratas. Iam vero de omnibus monasteriis suis: Quid[h] Paterniacus[2] ob Dei genitricis amorem sibi delectabilis[i] locus? Romanum monasterium a fundo constructum; locus Sancti Victoris Genevensis preter suam antiquam et nobilem aecclesiam ex toto etiam suo tempore constructus; Carus-locus[3], Amberta valde cęlebris aecclesia, Rivis[k] ex toto, Celsinanias[4], Silviniacus, translata Firmitas, monasterium Sancti Saturnini, aput Papiam Sancti Maioli nobilissimus locus; et preter haec diversarum aecclesiarum multiplex numerus. Haec omnia illius industria suo tempore in edificiis, in possessionibus et ornamentis amplissime dilatata[l] creverunt. . . . . . .

1047. 14.[m] . . . Qui cum iam mortem vicinam sentiret, sanctorum apostolorum limina adiit eo voto, ea spe, ut ibi sub protectione[n] tantorum apostolorum debitum mortis exsolveret, sicut in[o] votis semper habuerat. Set quia non est in hominis potestate via eius, aliter se res habuit, quam speravit. Mansit itaque ibi per quatuor menses, gravissima corporis detentus infirmitate. Aderat sibi dulcis memoriae Clementis papae, de quo supra memoravimus, desiderabilis conlocutio et apostolicae reverentiae benedictio; frequens etiam monachorum et clericorum grata visitatio, inter quos sepius revisebat [eum[p]] domnus Laurentius archiepiscopus de Malfia[5], vir per omnia sanctissimus, in scripturis utriusque linguae, Grecae videlicet et Latinae, facundissimus, istiusque[q] nostri patris familiarissimus; quorum uterque animus conglutinabatur individui amore[r] Spiritus. Postquam vero contra spem convaluit[s], fultus sanctorum apostolorum suffragiis et munitus benedictionibus apostolicis, ad propria rediit; Cluniacum venit. . . . . . .

1049 17.[t] Succedente vero quadragesima[6] domnus Laurentius archiepiscopus, de quo supra diximus, Romae moritur. Aderat devotus in exequiis eius quidam clericus Albero nomine, Teutonicus[u] natione, nobilis genere, patri[v] Odiloni dum viveret familiarissimus. Qui cum domno papa Leone, sibi proximo parente, Romam advenerat ea tempestate. Is itaque, memorato archiepiscopo defuncto et ad aecclesiam deportato, lassitudine cogente, se sopori dedit in quodam eiusdem aecclesiae angulo; cum subito adhuc pene vigilanti Odilo vir beatus apparuit. Cui cum ille tremens et pavidus amicabili voce diceret: 'Domine, quando[w] huc et cur advenisti?' 'Ad exequias', inquit, 'fratris nostri domni Laurentii archiepiscopi veni. Quibus expletis, hinc recedens[x], quin te[y] viderem, preterire nolui'. Hic dictis, visio disparuit. Ipse vero postmodum nobis[z] et plurimis aliis fiducialiter haec et[v] in veritate narravit.

EX LIBRO II.

1. . . . Nunc veniendum est ad illa quae iam in perfectiori aetate positus et regimine abbatiae decoratus Domino cooperante fecerit[a]. Verum plurima quae in prima fronte dicturus sum ipse non vidi, set duobus monachis eius, Petro videlicet monasterii Sancti Maioli quod aput Papiam est preposito, viro scilicet religioso, et Sirone[b] cuiusdam monasterii abbate, per exceptionem[c] fratris Bosonis, mirae simplicitatis et innocentiae monachi, sicuti[d] rogaveram, dum hoc opus inciperem, referentibus agnovi. Fuerunt enim predicti fratres probabiles viri, patris Odilonis admodum familiarissimi, secretorum etiam illius in

a) *deest* 4. *M.* b) Rodanisque 3. c) Octov. 1. d) Roma 3. e) '*sic codex Crespeiensis, alius cum Bollando* ligneam'. *Mab.* f) ex arg. 3. 4. *M.* g) *deest* 3. h) quod 3. i) delectabile 3. k) Rivus *B.* l) dilata 1. m) Qualiter de hac vita migraverit Dei athleta *rubram add.* 2. n) t. ap. pr. 3. 4. *M.* o) semper in v. 3. 4. *M.* p) *deest* 2. 3. 4. *M.* q) istique nostro patri 2. r) amoris 1. s) convaluisset 3. t) Alia visio *rubram add.* 2. u) n. T. nobilissimus 3. 4. *M.* v) *deest* 2. w) quomodo 2. x) veni *add.* 2. y) v. te 3. 4. *M.* z) hęc n. et pluribus a. in v. 3. 4 (fiducialiter *deest*). *M.* a) Narratio sequentis operis *rubram h. l. add.* 2. b) *corr.* Siro 1; Syro 2. *M.* c) adnotationem 3. 4. *M.* d) sicut 3. 4. *M.*

1) Sueton. c. 29. 2) Peterlingen (Payerne). 3) Charlieu (dioec. Mâcon); Ambierle (dioec. Lyon). 4) Soucilanges, Souvigny (dioec. Clermont). 5) i. e. Amalfi, archiepiscopus a. 1040—1049; cf. c. 17. 6) Post mortem Odilonis a. 1049, die 1. Ian.

pluribus conscii et itineris vel laboris per multa tempora socii. Quapropter ea quae ab illis referuntur tanto credibilia sunt, quanto illos certissime constat narrare illa quae oculis viderunt, auribus[a] audierunt, manibus etiam[b] tractaverunt atque, ut certo tempore nobis et multis nota fierent, prudenti[c] memoriae commendaverunt. Ideo vero hanc nostram relationem probabilium virorum testimoniis cingimus, ne ab emulis gratia cuiusquam falsae adulationis haec finxisse[d] iudicemur. . . . . . .

4.[e] Eo tempore quo Heinricus rex ad arcem Romani imperii festinabat, ut de regno ad imperium 1013 Dec. 25. promoveretur, comitabatur cum eo beatissimus Odilo, et gloriosae[f] virginis adorandum partum utrique celebraverunt apud Papiam, ditissimum Italiae oppidum. Expletis itaque illius[g] diei sacris hymnorum officiis, consedit senior cum fratribus ad mensam, ut sumptis ciborum dapibus amissas revocarent vires. Erant autem discumbentes multi atque obsequentes non pauci; inter quos quidam fraudis possessor, simulans[h] se velle obsequi, captabat oculis, quomodo aliquid quiret furari. Cernens igitur mappam operosam super viri Dei mensam, illectus letifera[i] cupiditate, anhelabat patrare quod cupiverat iniqua mente. Postquam ergo exempta est fames epulis, mensae[k] sunt remotae[l]; aliis sua curantibus, ille malignus casu repertam mappam subito rapuit et festinato[1] discessit, gaudens de inventa preda et ignarus, quanta sibi in proximo futura erant[m] membrorum detrimenta. Altera vero die hora competenti apposita mensa, requiritur quod deerat. Orto inter clientes de amissa mappa querelarum murmure[n], dapsilis pater hoc parvipendens: 'Afferte', inquit, 'aliam, et ne tale aliud[o] ulterius accidat, solliciti estote in posterum'. Adhibita[p] confestim altera, res in silentium versa est. Profecto postmodum beato viro simul cum rege, malignus ille rem male sublatam detulit in forum venalium rerum; set distrahi nullo modo potuit, quia hoc ille iniquus possidere non meruit[2]. Semel, bis terque frustra conatus, tandem rubore frontis confusus, casam repetit inanis; et ecce divina ultio scelestum facinus in iniuriam sui servi perpetratum extimplo vindicat. Subito enim manibus pedibusque arefactis, miser et miserabilis[q] simul cum furto ad[r] aecclesiam sancti Maioli defertur, in terra[s] ponitur, mappa vero sursum appenditur. Fit concursus populi, constipatur aecclesia multitudine innumerabili, meritum Odilonis quale sit agnoscitur, et beatus Maiolus, ut opem misero ferat, omnium votis exoratur. Tandem divina pietas inolitis miserationibus miserum erigit, brachia manusque nativo humore perfundit, bases eius et plantas consolidat, isque cum omni populo Deum magnificans ad propria remeat.

5.[t] Alterius etiam furis effera mens simile direptionis dampnum supradicto patri inferre[u] molita est. Morabatur namque iam prefatus[v] pater in denominata Papia[w] civitate, cum ecce in una noctium quidam fur ingressus stabulum equorum, abegit unum, quem pre ceteris perspexerat obtimum, et cuius tergo vir beatus sedere solitus erat. Set quia in eadem urbe non solum homo Dei, verum etiam quae sui iuris erant nota esse[x] videbantur, veritus ibidem remorari[y], confugit ad Laudense oppidum, ut illic de venditione equi cupitum adquireret precium. Verum quia Deus semper suorum curam gerit, omnium cernentium ita[z] obstrusa sunt corda, ut nullius ad emendum adhiberetur coniventia[a]. Quod cernens ille malivolus, tactus penitudine cordis[b] et pervidens se nequiter egisse, confestim rediit ad locum suae fraudis conscium et merentibus famulis representat equum fraude[c] subductum. Nunciatur hoc viro Dei. Agit ille grates summo rerum Opifici, et ne quid molestiae[d] inferatur latroni, imperiosa prece sevientium mitigat voluntates.

6.[e] Ea tempestate, qua regnum Italiae quidam nobilis[f] Arduinus arripuerat, et ille magnus Heinricus, inter ceteros clarissimus, regni monarchiam, consentientibus Italiae principibus, iam in eodem solo 1004. Italico positus affectabat[g], supradictus pater transiens per Italiam, devenit ad quandam aquam, quae[h] moenia Papiae preterfluens ab australi parte, mutuato a se nomine dat vocari Ticinum[i]. Hanc ergo festinanter transire cupiebat; set navigium deerat, quo[k] tantae altitudinis flumen transvadari posset. Confidens itaque de Deo, cui tota mente adherebat, vocat unum ex famulis, cui nomen Wolveno[l], et in nomine Domini iubet eum per alta fluminis haud dubie incedere. Mirum dictu! set tamen omnia possibilia sunt credenti. Oboedivit ilico famulus; subsequitur[m] post eum dominus, et ita cum omni comitatu absque subsidio cimbae sine aliqua lesione, Christo ductore, ventum est ad ripam ulteriorem. . . . In noctis vero medio, iam beato viro soporato, repente ventus aspirans per rimas domus quae patebant, suo flatu lucernam extinxit. Expergefactus cubicularius[n], qui ante eum cubitabat, nomine Deodatus, atque exterritus, doluit tenebras irrepsisse, ubi se lucem meminerat reliquisse. . . . . . .

7.[o] Memorialis dies divinae visitationis et humanae salutis, festivitas videlicet dominicae nativitatis appropinquabat, et sanctus Dei Odilo primos dies dominici[p] adventus apud Paterniacum, delectabile sibi coenobium, celebraverat. Inde[q] gressum movens et per montana paulatim iter faciens, pervenit ad quendam vicum nomine[r] Leodonium[3], ubi conficitur sal, humanorum ciborum condimentum. Festinabat

a) a. a. *des.* 4. b) etiam — fierent *iam abscisa* 4. c) *folium excisum* 2. d) fincxisse 3. — videamur sive iud. 1. e) De furto apud Papiam invento *rubram add.* 1. 3. f) gloriosissime 4. *M.* g) illis 3. h) se v. obs. sim. 4. *M.* i) c. l. 3. 4. *M.* k) mensaeque *M.* l) d. f. 4. *M.* m) erat 3. n) murmur 3. o) inquid 3. p) Adh. — Profecto *abscisa* 4, *des. M.* q) *pergit* 2. r) ad aec. *des.* 4. *M.* s) terram 4. *M.* t) Item de alio furto invento *rubr. add.* 1; De a. f. i. 2; Item de a. simili f. 3. u) inferri 2. v) fatus 3. 4. *M.* w) c. P. 1. x) *deest* 3. 4. *M.* y) morari 3. 4. *M.* z) c. i. o. s. 3. 4. *M.* a) convenientia 2. 3. 4. *M.* b) *quaedam abscisa* 4. c) f. s. *des.* 4. d) moleste 1. 2. e) De transmeatione profundissime Ticinensis aquae (Tyc. a. pr. 2) et incensione lucerne (extincte *add.* 2) *rubram add.* 1. 2; *similiter* 3. f) A. n. 2. g) eff. 3. h) qui 2. i) Tyc. 2. k) quo — posset *des.* 3. l) Vulvo 3; Volva 4. m) subsequenter 3; et s. 4. *M.* n) cubilarius 4. o) De simili miraculo *rubram add.* 1. 2. 3. p) a. dom. 4. *M.* q) *linea deest* 4. r) *deest* 2.

1) Cf. Verg. Aen. I, 723. 2) *Ter igitur quod subduxerat inter nundinarum merces exposuit . . . . sed cum emptoribus de precio penitus convenire non potuit.* Petrus Dam. c. 6. 3) Lons-le-Saunier.

enim pio desiderio beatae virginis partum apud Cluniacum, virtutis et religionis habitaculum, celebrare. Advenerat autem domnus Petrus ab Italia, et in eius obsequium gradiebatur, in cuius solatio valde pius pater gratulabatur[a]. Hospitati[b] igitur in predicto vico, precepit senior suis, ut essent diluculo parati et primo mane proficiscerentur, ut, diurna itione[c] peracta, possent[d] attingere ad monasterium Sancti Marcelli[1]. Imminebat namque ille dies quartae feriae, in qua et sollempne ieiunium et electio Dei matris in aecclesia preconatur. Illic ergo cupiebat festivum caelestis oraculi legatum beatae virgini directum audire pariter et celebrare. Facto itaque mane carpebant iter, cum iam caelum nubibus pretectum[e] diffunderet terris inmensitatem[f] imbrium impelleretque[g] incommoditates aurarum; set fortem viri Dei animum a statu sui desiderii haec aspera revocare nequiverunt. [Quin[h] immo confortabat socios, ne animos frangerent, set viam constanter explerent. Qui enim non patiebatur vinci a voluptate, invictum se prestabat a labore, quia manebat liber ab omni animi perturbatione]. Laborioso igitur itinere cum plurimo spatio diei confecto, venerunt ad quoddam flumen, quod[i] ita intumuerat, ut ultra littoris terminum protensum intransmeabile videretur. . . . Ad lineam itaque cuncti ingredientes, transierunt gurgitem vastum, aquis usque ad partes femorum irrigati; viro autem Dei, sicut testati sunt qui adfuerunt, neque usque ad corrigiam calciamenti aqua potuit diffundi. Ex infusione itaque aquarum nimioque algore constricti omnes socii, tandem profunda nocte venerunt ad locum diu flagitatum, eximii martyris Marcelli honore dicatum. . . . . . .

9.[k] Huic etiam non dissimile miraculum alio tempore contigit evenisse. In Romulea urbe, quae sui magnitudine et formositate necnon et apostolica dignitate arcem totius retinet orbis, reverendus senior Odilo uno in tempore morabatur. Habebat autem hospitium in monasterio sacrae puerperae virginis, quod est situm in Aventino monte, qui pre ceteris illius urbis montibus edes decoras habens et suae positionis culmen in altum tollens, aestivos fervores aurarum algore tolerabiles reddit et habilem in se habitationem facit. Ovibus autem spiritalibus intra septa eiusdem coenobii accubantibus ministrabat vitae pascua abbas quidam Aymo[l] nomine, beato viro speciali adnexus amore. Una igitur dierum veniens domnus Odilo ad mensam, interrogat, an tale vinum in promptu esset[m], quod suae inbecillitati accommodum foret. . . . . . .

10.[n] Inclita post haec Urbe relicta, incedens per aggerem publicum, venit ad Taurinense[o] oppidum, ubi quidam paciens ardores febrium per ablutionem manuum eius[p] orat sibi dari remedium. . . . . . .

11.[q] Inde ad Alpes Iovinas tendens iamque iter[r] arduum conscendens, obviat egenorum turbam[s], quae tota simul strepebat[t], ut preberet stipem necessariam. . . . . . .

12.[u] Cum in Pannonia simul cum domno [et[v] seniore] abbate Hugone essem, quadam die cum venerabili viro Richardo episcopo, patris Odilonis nutrito et monacho, coepi de virtutibus eiusdem patris conlocutionem habere, et ego illum, si quas[w] nosset, ut michi panderet, sollicitus eram inquirere. Fuit enim sibi[x] ipse episcopus valde familiarissimus et per[y] multa tempora suorum secretorum conscius itinerisque vel laboris socius. Erat vero inter alia mentio de vase quodam confracto et orationibus patris, ut fertur, consolidato; unde ego adhuc incertus, ab illo rei veritatem inquirebam sollicitus. At ille: 'Recolis', inquit[z], 'frater, illam contentionem Alberici episcopi Cumani[2], quam habuit cum Odilone, senioris Odilonis nepote, de abbatia Bremetensi[a. 3]'? Et ego: 'Recolo certe et bene reminiscor'. 'Dum illa', inquit, 'contentio esset, quadam die ego et predictus episcopus in via simul pergentes et de multis ad invicem conloquentes, inter cetera coepi eum arguere, cur supradictam abbatiam iniuste sibi presumpsisset adquirere, cum sciret illam primum ab imperatore Conrado traditam esse in[b] predicti patris Odilonis ordinatione[c]; et inter alia[d] coepi ei opponere sanctitatem viri, et quia multa[e] audiebantur ab illo laudabilia fieri, inter quae etiam fama erat de redintegratione[f] cuiusdam vasis vitrei confracti. "Hoc ego", respondit Albericus, "melius[g] quam tu scire fateor; et quia te ex hoc incertum video, ne deinceps sis dubius, audi veritatem apertius[h]". Et ego: "Libenter", inquam[i], "audiam et diligentius animo recondam". At ille: "Quodam tempore ille tuus, quem[k] dicis, senior et domnus abbas ad curiam Heinrici[l] imperatoris, mei senioris, venerat; et dum ibi maneret, quadam[m] die accidit, ut in mensa imperatoris vas preciosissimum vitreum Alexandrinum[n] cum pigmentis tritis ante eum poneretur. Ille vero advocans me et Landulfum[o], postea Taurinensem episcopum, precepit[p], ut ipsum vas cum pulvere pigmentorum ad mensam senioris Odilonis deferremus et ei gratia corporeae salutis daremus. Nos vero, sicut imperator iusserat, vas detulimus, coram[q] ex parte cesaris posuimus et ei[r], sicut decebat, humiliter inclinavimus. At ille humiliter recipiens[s], vase retento, precepit nos redire[t] et[u] iterum pro vasculo repetendo venire[v]. Nobis vero

a) gaudebat 2. b) Hospitalitati 2. c) diurnatione 2. d) possint 1? *M.* e) prot. 3. 4. f) immensitate 3. g) impleretque 2. h) *haec des.* 1. i) qui 4. k) De exuberatione vini in parvo vasculo in monte Aventino *rubr. add.* 1. 3; De — vasculo 2. l) Aimo 3; Armo *M.* m) haberet 2. 3. 4. *M.* n) De quodam homine a febribus liberato *rubram add.* 1; De quo a f. l. 2; De aqua hominem a f. l. 3. o) Taurinensem 3. p) *deest* 4. q) De utribus in usus pauperum evacuatis et iterum divinitus *(deest* 2. 3*)* repletis *rubram add.* 1. 2. 3. r) a. it. 3. 4. *M.* s) turba 2. *M.*; turb(a)e 3. 4. t) trepebat 3. u) De vase vitreo confracto et solidato *rubram add.* 1. 2. 3. v) et s. *des.* 1. 3 *(ubi* a. d. H.*)*. 4. *M.* w) qua 3. 4. *M.* x) i. ep. s. 2. y) post 3. z) inquam 3. a) Bremetensis 3; Brementensi 4. b) *deest* 3. 4. *M.* c) ordinacioni 4. *M.* d) alia — illo *des.* 4, *linea abscisa.* e) multum *M.* f) reint. 3. g) m. me q. te 2; Hoc inquam me, r. A., m. q. te 3. 4. *M.* h) aptius 3. i) inquit 4. k) s. q. d. et a. (domnus *deest*) 3. 4. *M.* l) Henrici 3. 4. m) a. q. d. 3. 4. *M.* n) Alexandrini generis 3. 4. *M.* o) Laudulfum 2. p) precepi 3. q) c. abbate 3. 4. *M.* r) *deest* 2. 3. 4. *M.* s) respiciens 3. t) abire 2. u) *deest* 1; et tempore constituto it. 3. 4. *M.* v) redire 2. 3. *M.*

1) In suburbio Cabilonensi. 2) i. e. Comensis; cf. Chron. Novaliciense App. c. 3, SS. VII, p. 124. 3) Dioec. Taurinensis.

redeuntibus, sicut humanae curiositatis est novas res[a] et inconsuetas libenter velle[b] inspicere, coeperunt inter se monachi vas manibus adtrectare[c], alter alteri de manu ad manum tradere, cum ecce vas[d] de manibus labitur et, ut erat fragile, labendo confringitur. Quod agnoscens vir Deo amabilis, non leviter contristatus, ait: '"Fratres, non bene fecistis, quia pro tali vestra neglegentia iuvenibus clericis, sub quorum custodia vas a vobis confractum positum erat, gratiam imperatoris fortasse abstulistis[e]; sed, ne illis dampnum eveniat qui[f] immunes sunt a culpa, accedamus[g] ad aecclesiam et Domini super hoc imploremus misericordiam"'. Ad cuius imperium ad aecclesiam concurrunt, psalmis et orationibus incumbunt, et ne nobis inde innocentibus dampnum eveniat, unusquisque ex[h] illis sollicitus exorat[i]. Finita vero oratione, vir sanctus vas sibi confractum presentari iubet, oculis inspicit, manibus attrectat, et ecce nichil rupturae vel confractionis recognoscit. Indignatus vero circa monachos: '"Quid"', inquit, '"vobis[k], fratres, videbatur? Credo certe, visus vester nescio qua caligine detinebatur. Fingebatis fallaciter fracturam vasculi, cum ecce inde nulla conspiciantur signa periculi"'. Fratres vero haec videntes, attoniti stupore miraculi, nichil inde audebant loqui. Post haec tempore constituto ego cum socio pro vase repetendo venimus et a baiulo[l] illius requisivimus[m]. Qui advocans me in partem, vas reddidit et, ut imperatori pro magno munere redderem, suasit. Quem percunctatus, cur talia diceret, per ordinem cuncta quae acciderant narravit. Ego vero gratulabundus cum socio redii[n], imperatori quae agnoveram sub silentio retuli et super hoc miraculo magno illum replevi admirationis gaudio et insolitae[o] delectationis iubilo. Valde[p] enim eum diligebat illiusque consiliis humiliter adherebat. De quo etiam talia agnoscens, magis ac magis omni veneratione dignum habebat". Haec itaque michi Albericus aecclesiae[q] Cumanae episcopus in veritate narravit, quae etiam a pluribus aliis personis vera esse pro certo agnovi'.

13.[r] Retulit michi etiam domnus Richardus[s] episcopus quandam visionem, quam et ego quondam audieram, set tunc animo minime retinebam. 'Quodam tempore', inquit, 'vir quidam religiosus de pago Rotenensi[1] oriundus ab Hierosolimis revertebatur. . . . . . .'

14.[t] . . . Preerat[u] quondam apostolicae sedi[v] senior Benedictus[2], in Romana nobilitate precipuus, prudenti ingenio sollertissimus et, quantum ad mundanum culmen attinet, urbanis causis aptissimus; qui beatum Odilonem clara affectione diligebat et summo studio excolebat, et quoties arcis Romanae meniis sui presentiam vir beatus intulisset, larga liberalitate necessitudinum iuvamen exibebat. Hic ergo, mortalis[w] vitae curriculo iam decurso[x], corpus terrae, animam[y] supernae remisit potestati. Regimen vero 1024
sedis apostolicae adeptus est Iohannes, sibi affinis carnis germanitate. Multum tempus effluxerat, cum prenominati presulis anima[z], non adepta lucis aeternae consorcium, luebat pro commissis poenale iuditium, cum ecce clementis Dei miseratio ad significandum[a] beati Odilonis meritum manifestare voluit et poenam illius hominis et donum suae inmensae pietatis. Apparuit namque spiritus iam dicti presulis[b] in revelatione Iohanni Portuensi episcopo et aliis duobus, quorum nomina non recolo, indicans eis quae circa se gererentur; quia videlicet non splendore lucis, sed poenarum teneretur in umbris. Monet itaque, ut eant ad fratrem, et otius pio Odiloni legationem dirigat; ipsius enim suffragiis destinavit superna censura illum eripi a tormentis. Recedentibus ergo tenebris, huius visionis conspectores papam adeunt, quae iniuncta fuerant sibi edicunt[c]. Talia presul audiens et multum[d] de fratre condolens, rumpit morulas omnes et pugillarem cartam secundum tenorem visionis descriptam per predictum episcopum Iohannem beato viro dirigit. Nec mora, fidus legatus[e] viam arripiens, attigit Papiam, et pertesus itineris labore[f], domno Petro cellae beati Maioli preposito quae revelata vel precepta sibi fuerant aperit eumque[g] oppido exposcit, ut ipse huius causae velox internuncius esse studeat. Ille impiger bullatam epistolam sanctissimo patri transmittit; et contigit divino nutu, ut isdem Dei[h] servus Cluniaco repperiretur. Delatam itaque epistolam perlegens, convocat nobilem monachorum senatum et seriatim cuncta perorat. Aperit profunda sapientiae suae multaque replicat et, ne talis legatio parvipendatur, exorat. Dein precipit[i], ut libamina precum et dationes helemosinarum pro generalis[k] presulis liberatione sollempniter peragantur. Suscipiunt igitur[l] seniores gratanter[m] honus leve karitatis, publice et privatim aures pii Conditoris devotis precibus appellant. Nec tantum in eodem coenobio, sed ubicumque fratrum coetus manebat diffusus, precepto patris[n] similis persolvitur famulatus. Iam prefixi termini spacium complebatur, cum tot preces et oblationes atque helemosinarum largitates aditum divinae benignitatis[o] penetraverant. Unde et libuit supernae[p] clementiae haud[q] dubio relatu id propalare. Erat in prelibato coenobio quidam[r] senior nomine Eldebertus, nobilis[s] carne, nobilior spiritu, ministrans egenis alimoniae[t] subsidium, cui talis[u] visio per soporem revelata est. Videbat namque quandam decore[v] conspicuo personam cum multo agmine candida-

a) et i. res 3. 4. *M.* b) vellet 4 c) atract. 4. d) de m. vas 3. 4. *M.* e) abtul. 3. f) quod 4. g) accend. 3. h) de 2; pro nobis s. 3. 4. *M.* i) exorat — presentari *des.* 4, *linea abscisa.* k) nobis 4. l) baiulos 3. m) requirimus 3. n) rediit 3; reddi 4. o) sollicitae 3. p) Supra modum 3. 4. *M.* q) C. ę. 3; aecel. *deest* 4. r) De quadam visione cuiusdam heremite *rubrum add.* 1. 2. 3. 4. s) Ricardus 3. t) De quadam visione in somnis *rubram add.* 1. 2; Revelatio domni Benedicti pape 3; De revelatione d. B. p. 4. u) *nonnulla desunt, folii superiore parte dilacerata* 2. v) sedis 4. w) mortali 3. x) *deest* 3. y) iam *add.* 3. z) *deest* 2. a) clarificandum 1. b) presuli 3. c) ediccant 4. d) multumque 3. 4; de fr. *des.* 4. e) legator 3. 4. *M.* f) labores 4. g) cumque 4. h) *deest* 4. i) precepit 2. k) generali presuli 3. l) ergo 4. *M.* m) onus gr. 1. 2. n) prioris 3. o) pietatis 2. p) divine 4. q) aut 3. 4. r) quedam 3. s) nobili 3. t) helemosine 4. u) tali 3. v) p. d. c. 3. 4 *(ubi* decorem*). M*

1) Rodez. 2) Octavus scilicet, cuius frater ac successor fuit Iohannes XIX. seu XX, ambo filii Gregorii comitis Tusculani. MAB.

torum intrare[a] monasterii claustrum et usque ad capitulum, ubi domnus Odilo cum sacro senatu residebat, pervenisse et ad eiusdem patris genua caput humiliter flexisse. Cumque frater ille requireret, quaenam illa fulgida esset persona, didicit, domnum Benedictum papam Romanum, primae sedis episcopum, referentem[b] actiones gratiarum pro sua liberatione, quod[c] domni Odilonis et fratrum interventu inmane chaos evasisset et ad superam[d] beatitudinem evolasset. His visis, expergiscens[e] frater a somno et tenaci memoria visa et audita retinens, die relucente[f] cuncta per ordinem narrat. Tripudiat tunc sacer senatus, et cum pio patre aeternae Maiestati personant vota iubilationis. Palam constat omnibus, quantum venerabilis Odilo de individuae Trinitatis gratia possit, per quem uterus mortis raptata preda potuit evacuari.

15.[g] Quodam tempore, dum idem vir sanctus apud Paterniacum moraretur, erat ibi quidam puerulus monachus nomine Rodulfus, quem illa satis horrenda infirmitas, quae in illis regionibus multis accidere solet, in gutture ita deturpaverat, ita dehonestaverat[h], ita etiam vocem poene intercluserat, ut in illa parte corporis non iam species esse gutturis, sed quaedam videretur intumescere pestis. . . . . . .

16.[i] In locis Iurensibus Nantoatis est monasterium[1], sancto patri ad componendum regularis vitae statum a Gisleberto comite traditum. De hoc quadam die egressus, agens[k] iter ad urbem Genevensem, hora[l] iam tercia diei incumbente[m], transivit[n] fluvium per eadem montana[o] discurrentem. Mulus autem suarum rerum portitor, qui lectulum hominis Dei ferebat simul cum libris, absque ductore transiens, devians a publico vado, per profunda fluminis iam coeperat mergi. Concurrunt[p] omnes, levatis in altum vocibus, conantes opem ferre pereunti. Animal autem valido conatu ab aqua emersum, ad ripam pervenit, capite protenso. Currens vero unus ex famulis extendit manum, ut capistrum arriperet, sed nequicquam. Mutum namque animal, nichil intelligens, iterum retroactum natando per profunda ad alteram[q] ripam eiectum est, nichil de se dans videndum preter solum caput. Ecce autem magnanimus heros per plana incedens veniebat. Intuens vero quae gerebantur, nil mortale sonans, cigneum caput pilleo operiens, antetulit gressum coeptumque iter progreditur. Inter* alios vero qui huiusmodi fluctuatione angebantur precipue senior Petrus anxie discurrebat, cui sollicitudo disponendarum rerum patris commissa erat[r]; hic exclamavit cuidam, ut captato ingenio propius[s] accederet, si quoquo modo animal capere posset. Qui nichil moratus, protensa manu capistrum arripiens, forti adnisu educit mulum ab aquis. Concurrunt cuncti, perniciter equis[t] desiliunt, et exhonerato saumario, perscrutantur erutam[u] ab aquis patris suppellectilem, lectulum scilicet ipsius atque libros. Quae omnia, Deo teste et[v] his qui interfuerunt, ita intacta ab aquis reperta sunt, ut nullum vestigium infusionis in eis appareret. . . . . . .

17.[w] Quia vero de Nantoacensi monasterio superius memoriam fecimus, dicendum est nobis etiam, quid ibi aliquando contigerit evenire[x]. Quodam tempore, dum[y] ibi sanctus[z] pater advenit, puerum nomine Gerardum[a] repperit, quem illa detestanda infirmitas caducae passionis ita de die in diem vexabat, ut in eo nec vox nec memoria nec aliqua membrorum officia remanerent, et poene a mortuo[b] nichil distaret. . . . . . .

18.[c] Gradiebatur aliquando[d] verus Dei amator Odilo per Alpes Iurenses[2], et subito equus multis honeratus sarcinis lapsus, per devexa montis usque ad profunda vallis inter asperrimos scopulos dilabitur. Ruunt precipites Allobroges frustra nitentes et ultra vires aliquid conantes. Tandem post multos animi conatus reperto equo sano et aliquanto[e] de sarcinulis, cognoscunt, deesse librum Sacramentorum aureis litteris scriptum cum vitreis vasculis anaglifo[f] opere formatis. Quae res non parum viri Dei mestificavit[g] animum, verum cum his quae reppererant cepto itinere gradiebantur. Advesperascente autem die, devenerunt ad quandam cellam sancto Augendo[h] abbati iure subditam[3], ubi honorifice a fratribus illic manentibus suscepti, post exibitam humanitatem quieverunt. Defluebat autem ymber copiosus nivibus conmixtus. Vir autem Domini intimat fratribus quae sibi acciderant, summa exposcens prece, ne pigritarentur ad eadem loca scrutanda accedere, si forte auratum librum repperire[i] valerent. Illi vero mente promptissima spondent[k] se exequi eius mandata. Quis enim tanti[l] viri precibus non adquiesceret, cui etiam Deus[m] noster plerumque, ut ita dicam, obsequi videbatur. Aurora itaque apparens missos dirigit,

*) Tunc domnus Petrus, qui presens aderat, exclamavit 3. 4.

a) intrante 3. b) referentis 2. 3. 4 *(ubi* g. a.*)*. c) quę 3. d) supernam 3. 4. *M.* e) expergens 2; expergescens 4. f) *sequentia huius capitis abscisa* 2. g) De quodam puero a deformitate gutturis liberato *rubram add.* 1; *cap.* 15. *deest* 2; De q. puerulo (puero 4) ab infirmitate g. l. 3. 4. h) deonest 3. i) De libris cum mulo aqua mersis et minime (non 2) infusis *rubram add.* 1. 2 *(ubi verba* De l. c. m. *abscisa)*; De l. et supellectilibus (aliis superlectulibus 3) aqua infectis sed (et 3) minime lesis 3. 4. k) i. a. 1? 4. *M.* l) d. h. i. t. 2; h. i. d. t. 3. 4. *M.* m) incomb. 2. n) transivi 3. o) munt. 1. p) concurrerunt 3. 4. *M.* q) altam 3. r) fuerat 2. s) proprius 3. t) ęques 4. u) eructam 2. v) ex 3. w) De quodam puero a caduca passione liberato *rubram add.* 1. 2; De q. *(deest* 4*)* puerulo monacho a gravissima infirmitate l. 3. 4. x) invenire 3. y) cum 2. *M.* z) s. p. *des.* 3. 4. a) Girardum 2. b) iam *add.* 1? 4. *M.* c) De libro cum vitreis vasis casu lapsis et inlesis repertis *rubr. add.* 1; De v. v. et l. c. lapsis et illesis r. 2; De l. et vasis repertis 3. 4. d) v. D. am. O. al. 2. e) aliquanta 1? 2. *M.* f) anangl. 3. g) mestificavi 3. h) *ita codd. omnes.* i) v. r. 1. k) spondunt 3. l) tantis viribus 3. m) pl. D. n. 2.

1) Nantua, dioec. Lugdunensis. *De monasterio quod est in Iurensi territorio constitutum* Petrus Dam. 2) *per praerupta Iurensium Alpium.* Petrus Dam. 3) St. Claude.

dies subsequens ad loca deducit[a] *), librum perditum cum vasis requirunt; sed ipso suo labore diutius fatigati, sine fructu ad propria redeunt. Erant montes et circumiacentes colles tanta densitate nivium cooperti, ut spes nulla superesse videretur ulterius perditas res recuperandi. Interiectis itaque fere duobus mensibus, cum iam hyemis asperitas predictorum montium et collium evanescendo faciem denudaret, et de perditis rebus poene iam nulla memoria esset, quidam presbyter nomine Ermendrannus locum in quo predictae res perierant casu adiit, oculorum orbes huc illucque deflexit, et ecce contra spem librum repperit, quem Christi protectio a nimbis et diuturnitate nivis intactum meritis patris Odilonis servavit. Vasa etiam[b] sana invenit, quae Dei nostri pietas, ne frangerentur, protexit. Tollens itaque ea quae invenerat, Gauzeranno[c] abbati Sancti Eugendi consignavit, et postmodum iussione eiusdem predictus presbyter Odiloni patri, dum ad illas Iurensium partes rediret, laetus et alacer reddidit. Qui quanto gestierit gaudio, ex inmensis Deo laudum fusis preconiis qui volet[d] dinoscere poterit.

19.[e] Aliquando dum transiret per pagum Genevensem[f] et castrum Albiensem[g], quidam senior nomine[h] Siebodus, dominus eiusdem castri, ampla[i] et non parva potestas, ad eum accessit. Huic quadam die iacenti[k] sub arbore fortuito[l] casu particula corticis ceciderat in oculo. . . . . . .

20.[m] Quodam etiam tempore, dum a Roma reverteretur et Lucas[1] castro hospitaretur, cuidam Sancti Martini Turonensis canonico Archimboldo[n] nomine letale[o] vulnus in brachio creverat[p], quod[q] sibi non iam languorem, sed ipsam mortem poene interminare[r] videretur. . . . . . .[s]

21.[t] Eodem **) vero tempore, dum ab Urbe reverteretur et iuga montium iam transisset atque apud Nantoacense monasterium, de quo supra retulimus, advenisset, quendam iuvenem Mainerium nomine, incertum utrum mente captum an demoniosum, a propriis servulis ibi invenit adductum. . . . . . .

22.[u] Abbas quidam religiosus de Brolio[2] monasterio nomine Girbertus quendam nepotem habuit militem strenuum nomine Gaufridum[v], qui ex multo tempore officium linguae amiserat. . . . . . .

[23.[w, 3] Omnipotens Deus, remunerator et glorificator fidelium suorum, sè in hac mortali erumpnosaque vita pro scire et posse glorificantium, per sibi fidelis[x] dilectique famuli patris Odilonis in hacce[y] convalle lacrimarum coram hominibus confitentis et glorificantis merita inter alia plura preclara prorsus atque memoranda miraculorum signa quoddam valde iocundum atque mirificum virtutis opus, hic ȩtiam eum glorificando, operari est dignatus. De quo nȩ quisquam, quia illud scripto tradere succedentium memoriae suscepimus, dubitare queat, habemus et proferimus veracem fidelemque, quae hoc narrat, personam, ad hoc adstipulandum sic idoneam, ut constet luce clarius, quia his qui hoc refert et huius Deo dilecti patris est monachus et nomine proprio vocitatur Adraldus, atque ipse solus cum alio quodam laico homine huius tunc rei gestae fuit conscius. Quodam siquidem temporȩ hisdem vir Domini Odilo rediens[z] a Francia et Cluniacum tocius religionis locum festinanter expetens, eidem iam dicto fratri aput quandam aecclesiam quae vocatur Tolonnis[4], cui obedientiae causa praeerat, estque iuris monasterii quod vocatur Aurea-vallis, commoranti, inprovisus et insperatus supervenit. Quidam tamen ex fratribus beatum virum commitantibus[a] nomine Warnerius ipsum patrem commitesque[a] parvo praecurrens spatio antecessit, et adveniens, patrem Odilonem adesse nuntiavit. Qui iam fatus Adraldus miratus et obstupefactus, primo non credidit, post tristis et merens, et quia susceptioni eius non se preparaverat, miserum se clamans, expavit. Verumptamen confortatus in Domino resumpsit vires, et missis circumquaque pueris domus ad querendum necessaria, instabat, prout angustia temporis permittebat, preparare queque erant tanti patris susceptioni congrua. Inter haec dilectus Deo et hominibus pater Odilo adveniens, ab eodem ipso fratre gaudenter ammodum et iocunde suscipitur, amabiliter et affectuose exosculatur et amplectitur; sed tamen humilis et summissa querela et obiurgatio de suo adventu sic insperato minime perdonatur. Sed ad haec hisdem dulcissimus pater dulci et suavi, ut sibi moris erat, alloquio cepit et se excusare et ipsi satisfacere; occasione temporis et loci dicens hoc contigisse, seque illuc nequaquam sumptuosum apparatum querere. Et quia ipso anno sterilitas vinearum nimis carum reddiderat vinum eiusque nisi locupletioribus subtraxerat usum, providus et moderatus pater, ne fratrem gravaret, emere[b] se vinum dixit, sed protinus eidem ipse ob hoc non leviter indignatus contradixit. . . . . . .]

*) 3. 4 *pergunt:* auratum librum repperiunt, quem Christi protectio a nimbis intactum servaverat. Vasa sana inveniunt, quae Dei nostri inmensa pietas, ne frangerentur, protexerat. Confestim igitur inventa tollentes, repedant ovantes et ea patri consignant. Qui quanto gestivit gaudio, ex inmensis Deo laudum fusis preconiis qui volet dinoscere poterit.

**) 3. 4 *ita:* Alio tempore, cum ex partibus Ultraiuranis Nantoatis, de quo supra diximus, cum eo advenissemus, quendam iuvenem militem nomine Mainerium, mente captum, a propriis servulis ibi adductum invenimus.

a) deducens 4. b) enim 2. *M.* c) Gauzcer. 1. d) vult 2. *M.* e) De quodam potente a dolore oculi liberato *rubram add.* 1. 3. 4. f) Genav. 1. g) *sic omnes codd.* h) S. n. 4. *M.* i) et a. 2. — a. persona non 3. 4. *M.* k) sub a. iac. 4. *M.* l) fortuitu 2. 4. m) De clerico a morbo brachii liberato (curato 3) *rubram add.* 1. 2. 3. 4. n) Archinbaldo 2; Archimbaldo 3. 4. o) letare 2. p) excrev. 4. *M.* q) que 3; qui 4. r) *corr.* intentare 1. s) *reliqua des.* 2. t) De quodam amente sanato *rubram add.* 1; De q. mente capto sive demoniaco s. 3. 4. u) De quodam muto sanato *rubram add.* 1. 3; De m. s. 4. v) Gauzfredum 3. 4. *M.* w) *hoc cap. solus exhibet* 4. *In 3 sequitur narratio:* Opere precium estimo dignum — gaudentes sani effecti gaudebant. — De quodam parvulo vasculo vino exinanito et virtute sancti postmodum repleto *rubram add.* 4. x) fideli 4. y) hacse 4. z) reddiens 4. a) *ita* 4. b) hemere 4.

1) Lucca. 2) Ebreuil. 3) Hoc capitulum ab alio auctore, sed coaevo, additum videri, in praefatione monui, p. 812, n. 4. 4) Toulons. MAB.

EX LIBRO III.

Itaque de his quae dum viveret gessit pauca de multis diximus, sicut nos ipsi quaedam vidimus[a] et ab idoneis testibus alia etiam vera fuisse pro certo agnovimus; nunc de his quae post mortem per illum Dominus operatur, sicut veratium testium affirmatione comperimus, quae[b] possumus, Domino annuente loquamur.

11.[c] In comitatu Flandiniensi et in burgo venerandi patris Otmari[1] quidam iuvenis clericus nomine Geraldus manebat, qui ydropico morbo ita affligebatur, ut neque cibum neque potum sine magno dolore sumere valeret. . . . . . .

a) audivimus 3. b) quod 1. c) De ydropico sanato *rubram add.* 1. 3. 4.

1) St. Omer.

EX MIRACULIS S. TRUDONIS AUCTORE STEPELINO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Gestorum abbatum Trudonensium continuator tertius, qui exeunte saeculo XIV. scripsit, SS. X, p. 384. haec tradit: Anno Domini 1050, prelationis domni Guntramni 16. anno, Stepelinus huius loci monachus scripsit ad prefatum domnum Guntramnum librum de miraculis beati Trudonis, que temporibus huius domni Guntramni apud nos percrebuerunt, sub numero centenario et amplius *(scilicet librum II. Miraculorum, qui* 102 *capita continet),* quibus anteposuit aliqua miracula ante hec tempora facta[1] *(i. e. librum I. Miraculorum). Et Stipelinus vocatur auctor Miraculorum etiam in inscriptione codicis a Mabillonio adhibiti*[2]*. Iste Stepelinus, de quo continuator tertius Gestorum dicit, paulo post a.* 1023. *puer in monasterium S. Trudonis receptus*[3]*, in eodem monachus per plus octoginta annos vixit, inter a.* 1106—1114. *defunctus est*[4]*, ut Gesta abb. S. Trudonis indicant, ubi plura de eo relata sunt*[5]*. At quae continuator tertius de auctore Miraculorum tradit falsa et nonnisi ex locis Gestorum antiquorum allatis et Miraculorum prologo atque titulo perperam congesta esse mox apparet. Auctor enim primi libri Miraculorum, qui nullam rem post a.* 1012. *factam narrat, iam hoc anno et paulo antea se in monasterio S. Trudonis vixisse aperte indicat*[6]*, licet Guntramno abbate monasterium regente (a.* 1034—1055*) demum hunc librum conscripserit, ut ex prologo patet. Altero libello sola miracula crebra a.* 1050. *facta, ab auctore praesente visa, narrata sunt, et hic libellus et sermone et narratione strictiore multo a priore differt.*

Cum igitur Stepelinum illum post a. 1023. *demum in monasterium Trudonense receptum esse ostenderimus, huic solus liber II. Miraculorum tribui potest, aut statuendum est, alterum Stepelinum iam a.* 1012. *monachum Trudonensem exstitisse; quod haud ita absonum videtur, cum, ut Lantbertus in libello de loco sepulturae Florberti abbatis, supra p.* 643, *narrat, a.* 1049. *in monasterio*

1) Quae dehinc de Stepelino sequuntur auctor ex Gest. abb. Trudon. VIII, 8. sumpsit. 2) In perantiquo codice vero S. Trudonis infra indicato nec titulus nec nomen auctoris legitur, ad quod lectoris animus advertendus est. — Stipelinus vocatur ille monachus etiam in charta a. c. 1095, Piot, 'Cartul. de l'abbaye de St.-Trond' I, p. 29, nr. 28. 3) Ut Gest. abb. Trudon. VIII, 8, SS. X, p. 275, narratur, Stepelinus ipse circa a. 1103. dixit se fere 80 annos in monasterio S. Trudonis vixisse, postquam puer ibidem receptus esset. 4) Rodulfus, qui a. 1114. scripsit, Gest. abb. III, 10, p. 244. se eius sepulturae astitisse dicit. Anno 1106. Stepelinus superstes occurrit Gest. abb. VIII, 16, p. 278. Cf. 'Hist. litt.' VIII, p. 418 sqq. 5) Praeter iam allatos locos vide IV, 9, p. 249 sq. 6) I, 16. de peste a. 1012: *Et dum percussi renitimur suscipere disciplinam* etc.; *nos quidem illorum suppliciis qui morte multati sunt meruisse poenam* etc. I, 18. de re inter a. 1009—1012. gesta referens auctor scribit: *Igitur nos innumerabilibus direptionibus, quas iusta Dei permissione ab eo patiebamur, coacti, piissimum confessorem Trudonem sine intermissione flagitabamus* etc.

S. Bavonis Gandavensi Stepelinus fugitivus S. Trudonis monachus moratus, rei litterariae bene gnarus, instinctu monachorum S. Bavonis libellum de Florberto contra Blandinienses composuerit. Habes igitur tria, quae statuere possis, cum quo res diiudicetur nihil suppetat: aut Stepelinum illum, de quo Rodulfus et continuatores Gestorum tradunt, solum librum II. Miraculorum composuisse et quondam a. 1049. *apud S. Bavonem degisse, paulo postea ad S. Trudonem rediisse; aut Stepelinum fugitivum a.* 1049. *ab illo diversum esse et solum librum I. conscripsisse; aut hunc a.* 1050. *iam ad S. Trudonem reversum utrumque libellum conscripsisse. Ex quibus quae praeferas ipse videas, mihi alter libellus alteri auctori tribuendus videtur*[1], *primam igitur sententiam sequor.*

Quae ex his libellis excerpsimus, non magni quidem facienda, sed inter haec quaedam capita libri I. aliquanti saltem momenti sunt, plura nullius pretii omisimus. Integrum utrumque libellum b. m. R. Pauli contulit cum codice M u s e i B r i t t a n n i c i *nr.* 16974, *mbr.* 4°, *olim 'libro monasterii Sancti Trudonis', qui f.* 114—126'. *Miracula S. Trudonis manu saec. XI. exarata continet*[2]. *Eiusdem apographum adhibuit I. Ghesquierus, qui Acta SS. Belgii V, p.* 49—69. *excerpta Miraculorum dedit. Iam antea integros libellos ex alio codice multo deteriore*[3] *Mabillon, Acta VI,* 2, *p.* 85—102, *edidit.* *O. H.-E.*

INCIPIT[a] PROLOGUS STIPELINI MONACHI IN MIRACULIS SANCTI TRUDONIS.

Explicitis his quae de almi patris Trudonis probabili vita[4] antiquorum decrevit sollertia summatim transcribere, nunc, pater dignissime Guntramne[5], piae religionis veneratione colende, ea de eo edere pergo, quae patres nostri, quorum nec pervetusta nec incelebris memoria est, nobis desiderantibus permagnificis eius virtutum deliciis pasci quasi favos mellis in ventrem memoriae traicienda atque ruminanda contradiderunt. Haec autem quae animus gestit promere tanto maiori confidentia aggredimur scribere, quanto ea quae saepissime propriis perspicimus oculis a sancto Dei fieri, omnem dubietatis auferunt
Ps. 150, 1. scrupulum. Dum enim praecipimur Dominum laudare in sanctis eius, quodammodo eorum ammonemur non tacere miracula, scilicet ut ipsius gloriosius magnificentia clarescat, dum nisi per illum eos talia cognoscimus non posse. Nec quemquam fidelium convenit dubitare, cum res gestae, utpote a minus idoneo teste, sermone innotescant non satis luculento; quod ne eveniat dici, scilicet cur, nulla fretus facundiae copia, tanti viri magnalia rusticano proferre praesumpserim stilo, vestra eloquentia, vastae sacrarium sapientiae, meae, precor, insipientiae corrigantur ambages, et meum velle vestro Deus dignetur perficere iuvamine.

INCIPIT LIBER PRIMUS.

1. Plurimorum relatione didici rem quam edere pergo. . . . . .

2. Nostri loci abbas Reinerus[6] nomine quorundam adulantium delatione accusatus est apud episcopum Metensium Adelberonem[7], qui ob nimium cultum quem monachis exhibebat monachorum pater appellatus est; et dum huius animum quam[b] iniuste contra se commotum nec crebra interventione inlustrium virorum nec frequentatione multimodi servitii sibi placabilem conaretur efficere, ille nichilo-

a) *sic Mab.; rubra deest c.* b) quamvis *Mab.*

1) Quod ut censeam, praeter ea quae de narratione in utroque libro diversa dixi haec me commovent: Auctor primi libri in prologo ad Guntramnum abbatem ea se relaturum esse promittit quae a patribus tradita acceperit, quae bene in maiorem libri I. partem quadrant, cum quae c. 1-16. narrat ante sua tempora gesta sint, non vero in librum II, cum miracula a. 1050. facta praesentem se vidisse auctor multis locis indicaverit. Porro Rodulfus, Gest. abb. Trudon. I, 8, p. 233, scribit: *Huius* (Guntramni) *vitae ultimis annis domini nostri sancti Trudonis sepulchrum frequentissimis coepit choruscare miraculis* — iis scilicet quae libro II. Mirac. narrata sunt —, *quae ille studiosissime satagebat occultare.* Unde parum probabile videtur, librum II. Guntramno superstite editum esse, cui primus liber dedicatus est. 2) Est codex celeberrimus, qui Chronica Eusebii, Hieronymi, Prosperi imperiale, Marii continet; de quo vide W. Arndt, 'Bischof Marius v. Aventicum' (Leipzig 1875) p. 18 sq. 3) Non indicavit, ubi hic servaretur, dicens solummodo se eos 'ex Belgio' accepisse. 4) Vitae s. Trudonis igitur auctor hunc suum libellum subiunxit. 5) Fuit abbas S. Trudonis a. 1034—1055; cf. Rodulfi Gesta abb. I, c. 6—9, SS. X, p. 232 sq. 6) Qui annis 5 sedisse a Rodulfo, Gesta abb. Trudon. I, praef., SS. X, p. 229, dicitur et in carta a. 938. occurrit, Piot, 'Cartulaire de l'abbaye de St. Trond' I, nr. 4, p. 7 sq. 7) I. huius nominis, a. 929—964.

minus omnia acsi purgamenta sprevit et numquam suam gratiam eum habiturum sedule protestabatur. At ille, quem fas cogebat ferre dominium Mediomatricum episcoporum, utpote qui successerat in hereditate, quam olim lege inviolabili sanctus Trudo iussus angelica praeceptione sancto Stephano[1] tradiderat, ex more ingratum adiit dominum. Cuius praesentatus conspectibus, dum a salutato ex more pro resalutatione contumelias plurimas audiret, melius sibi duxit esse quaelibet subire[a] discrimina quam toties repetita non declinare verborum probra. Itaque quanto citius potuit se a praesentia eius abduxit et fugae latebram expetiit. At vero piissimus Dei famulus Trudo, non leviter ferens iniustam servi sui persecutionem, per visum episcopo apparuit et, cur eum tantis iniuriis afficeret, verbis acribus simulque verberibus exegit. Expergefactus itaque, convocat omnem clerum, et quid viderit in somnio, enarrans, sui assertores sermonis cunctis ostendebat plagarum livores. Revocato itaque abbati diu negatam gratiam indulsit, omnique vitae suae tempore in omnibus negotiis necessariis auxilium[b] praebiturum promptissime repromisit.

3. In Mosellacensi provincia quaedam villa Pomerium[2] est dicta, in hac cum largitate Adelberonis iunioris[3] vici illius incolarum spontaneis oblationibus decimam ecclesiae possidemus. Hac itaque freti spe concives illi nostrum adierunt locum, poscentes sibi dari pignera de somate sancti Trudonis; quod consecuti ab abbate Adelardo[4], omnium bonorum memoria dignissimo, quantocius repedare studuerunt; et dum appropinquarent destinato loco, audierunt omnes qui in eodem vico commanebant ecclesiae signum ter pulsari, quasi ad procedendum commonens; concurrentes vero et altrinsecus vulgari more scisscitantes[c], quis illam clocam pulsaret, nullum potuerunt deprehendere huius rei culpabilem. Itaque dum ita coadunati inter se conferrent, quid haec res portenderet, subito eminus conspiciunt venientes, quos miserant ad deferendum caelestem thesaurum. Tunc intelligentes, quod tali indicio illius adventum Dominus dignatus est praenunciare, inmensas illius divinae clementiae referunt laudes et[d] ea cum condigno honore sanctae ecclesiae recondiderunt altari. Istud apud illos quasi recens ita tenaciter memoriae inest, ut semper patres suis hoc narrent filiis, et filii eorum generationi alterae; sed et hoc astruunt in augmento[e] miraculi, numquam scilicet eis omnium rerum postea defuisse habundantiam, etiam cum omnem terram maxima premeret inopia. Huius itaque veritatis cotidie in suis profectibus experimentum captantes, per succedentia tempora vicissim ad nos veniunt, et exemplo patrum suorum edocti, de suis vineis mente devota sancto conferunt loco, per omnia illi Iosep nimirum non inferiorem confitentes merito, qui vir ante Israheliticum populum in Egiptum missus, a periculo eos famis eripuit.

4. Hoc quoque tempore quidam villicus nomine Ozkinus[f], cognoscens animum domini sui, videlicet comitis Gisleberti[5], ad dilatandos terminos eius praesumpsit exstirpare palos finium Sancti Trudonis in silva nomine Imbrika. Cumque utriusque partis defensores causa discernendae huius rei convenissent, ille arborem quandam calce concutiens: 'Hunc', inquit, 'locum monomachia, iureiurando omnique genere affirmandi assero esse domini mei, sicut istum hunc sanum possum referre pedem'. Mox igitur, sicut falsum testimonium protulit, ita verum iudicium Dominus ostendit, ita ut non solum eius pedem computrescere faceret, sed et totum corpus eius miserabili tabe consumi permitteret[g].

5. Quidam de familia Sancti Trudonis praeiudicium passus, gemebunda torquebatur poena; qui dum ab his qui eum captivaverant, ut eum absolutum a vinculis illaesum abire sinerent, per intercessores niteretur obtinere et nequaquam ad effectum posset pervenire, tandem ultimis malis coactus, orat sibi misereri pro reverentia pii patris Trudonis. Illi autem non solum petita non praestiterunt, verum insuper sancti patris contempta autoritate[c], artius lora, quibus miser tenebatur ligatus, constrinxerunt, usque dum vitam eius laqueo funditus exstinguerent. Et dum deliberatae mortis sententia quibusdam suspenditur causarum eventibus, ille hoc solum sibi credit superesse solatium, si assiduis oraminibus expeteret affore sibi auxilium praedicti sui patroni. Interea solemni adveniente die, quo beatus vir exutus huius mundi Nov. 23. tenebris, in aeternum cum Domino regnaturam animam caelestem transmisit ad sedem, nimirum, ut regibus moris est reos in suis absolvere nataliciis, pauperis sui inportunas reminiscitur preces et absolutionem, quam ille humano non potuit percipere suffragio, parat omnipotentis Domini virtute perficere. Coeperunt itaque omnia ligamina[h], caelesti confracta imperio, miro dissolvi modo, claustra patescere cuncta, fugam, nemine obstante, adhortari universa. Quid multa? Fidele patrocinium peculiaris patroni in se conpletum conspiciens a Domino, mox castellum Lovanne[6], in quo captivus tenebatur, laetus egreditur, solemnizantibusque in beati viri aula interesse cupiens, primo surgentis aurorae crepusculo, gratiarum actiones redditurus, illuc anhelus venit, satis evidenti suae evasionis exemplo demonstrans, per merita ipsius pii patris celeri effectu a Domino nos consecuturos, quicquid iusto expetierimus desiderio, si devotis mentibus eius reverendis invigilaverimus obsequiis.

6. In pago Masualensi[7], vico priscorum incolarum vocabulo Alburg[8] nominato sita ecclesia Sancti Trudonis ditioni est subdita nec minus eius meritis consecrata. Ibi quaedam anus mansionarii officio functa, sub sacro velamine in ieiuniis et orationibus convenienter suae devotionis Domino rependebat cultum. Quadam autem die veniens illuc impius quidam inopinate cum manipulo furum, quem sibi

a) subiret *c.* b) se ei *add. Mab.* c) *sic c.* d) et — honore *in loco raso c.;* et eum *Mab.* e) argumento *Mab.* f) Omekinus *Gest. abb. S. Trud. Cont. III, SS. X, p. 382, ubi hic locus exscriptus est;* Orkinus *Ghesq.* g) faceret *Mab.* h) lig. *c.? Mab.*

1) Ecclesia cathedralis Mettensium patronum habet s. Stephanum. MAB. Cf. Vit. Trudonis auct. Donato c. 6, Mabillon, Acta II, p. 1075. 2) Pommerieux ad Seille fluvium (cant. Verny). 3) II. episcopi Mettensis a. 984—1005. 4) I. a. 999—1034. 5) I. comitis de Duras et Looz; cf. 'L'Art de vérifier les dates' XIV, p. 255 sq. 6) Löwen (Louvain). 7) Maasgau. 8) Aalburg (prov. Nordbrabant, cant. Heusden).

patrocinante saeva rapacitatis praesumptione collegerat, aparitoribus suis iniquis iussit quaquaversum ex substantia pauperum xenium colligere, unde sibi ac suis subparibus opiparum fieret convivium. Tunc inter reliqua pauperum altilia illius Deo sacratae, totum quod babuit, unus adductus est porcellus et cocis, ut exinde pulmentaria praepararent, oblatus. . . . . . .

7. In pago Texandrensi quidam de suo alveario unum vasculum promisit de reliquo se communicare sancto viro; qui cum hoc suum beneficium sibi videret meritis ipsius sancti foeneratum, et alia ex contrariis aerum inaequalitatibus sepe deterioratum iri, ac illud semper fructificari mirifice, intellexit cooperatione tanti patris hoc sibi a Domino omen fieri. Saniori itaque secum pertractans consilio, etiam reliquarum omnium medietatem ex asse devovit se daturum ecclesiae ipsius, quousque viveret ipse. Cumque vicinus eius copiam vasculorum videret mensuram numeri, ut ita dicam, excedere, nimia inflammatus cupiditate, ut ei aliqua abollaret[a, 1], magnis coepit instare precibus. Econtra ille sancte iurando asserebat numquam, qualicumque ingenio, ullius quavis consanguinitate proximi sibi posse persuaderi prece, ut peccaret in sancto, auferendo res quas ei semel contulerat. . . . . . .

8. Placuit divinae pietati salvatoris nostri Dei in dissimili rerum materia, scilicet piscium, non tamen dissimili virtutis perpetratione, sanctum nobilitare virum. Haec autem res quomodo gesta sit, statui summatim describere, ut et quod contigerat perpaucis notificatum verbis aliena diripere cupientibus sit timori et correptioni, et inculta legere fastidientibus non sit oneri sermo repetitus rei quodammodo pari accidentis eventu. In supradicto namque pago campania[2] est late patentibus campis solis ardore exusta et nullis humani negotii usibus apta, sed solummodo latronum scrobibus plena, de quibus, et longe perspicaci intuitu eorum nullis divinae creationis obstantibus machinis, facillime possunt deprehendi itinerantes. In huius siquidem aviis cum angariam mansionarii[b] coenobii sancti viri ex consuetudine agentes quidam, specubus illis prosilientes, spoliare niterentur, talis miraculi sunt sagitta terebrati, ut ultra iam, quoad vixerant, peniteret eos huiusmodi usurpationis.

9. Mulier quaedam vivendo luxuriose templum violaverat Spiritus sancti et per sacram regenerationis gratiam expulso a se daemoni suae mentis habitaculum fecerat monumentum; hanc, ut diximus, per latas desideriorum carnalium vias vagantem, dominicis suis pius Conditor iudicavit conpelli interesse conviviis. Itaque spetiositate eius carnalis putredinis, in qua ipsa plurimum gloriabatur, in foeda deformitate mutata, toto effecta est corpore clinica. . . . . . .

11. Paterfamilias vicine loco sancti viri commanens, dum crebro assuesceret statuta sollemnitatum celebria, a sua profectus domo, inibi peragere, quadam vice corde compunctus, cur qui permulta possidens nullam Domino conferret oblationem, parvulam puellam, consentiente sua uxore, pro reverentia sancti Dei manumisit. Quam cum postea domina illa prae ceteris coevulis eius forma egregiam cerneret in robur excrevisse adolescentiae, clandestino instinctu callidi hostis illecta, in suum non timuit revocare servitium. Dum autem sepius submurmuraret illam peccare, quod primum velle non timuerit violare sequenti voto, et Dominum eam in sancti iniuria ad iracundiam provocare, illa importunitatem huius clamoris non ferens, suae eam destinat filiae, ut, dum in aliena terra duro opprimeretur labore, iustae oblivisceretur querelae. . . . . . .

12. Cuiusdam matronae nobis notae pedissequa, dum nequiter atrocis inimici vexaretur infestatione, a conservis suis ad tumulum sanctissimi viri est perducta. . . . . . .

1012. 16. Igitur multiplici nostrorum criminum enormitate in memoriam veniente Altissimi, sua patientissima decrevit patientia nos temporaliter potius puniri quam poenis eternis deputari. Itaque, ut rem omnem gestam per ordinem referamus, gladius divinae animadversionis universos nostram inhabitantes patriam inedicibili devoravit pestilentia, praeter dumtaxat locum ubi servantur sanctissimi pignera patris. Et dum percussi renitimur suscipere disciplinam, addidit nos percutere in lingua inaudita actenus plaga turgentium vesicarum[3], iusto scilicet iudicio, quatinus acrius cruciaremur in membro, per quod eius divinam crebrius irritamus benignitatem murmurando. Dum haec ergo lues pene universos consumeret, omnis conditio nostri vici in diversa aetate cum piissimi huius concurrunt intercessione faciem Domini praevenire in pura confessione suorum criminum, ne forte, excusantes conscientiam variis conmaculatam culpis, tam pavendae mortis mererentur involvi sententia, quam languor non praecedebat, sed quae languorem subito praecurrebat. Tunc denique triduano ieiunio elemosinarum uberrima largitione sanctificato, cereis accensis super candelabra, scapulis sustollunt sanctissimi corporis eius feretrum, ut eius meriti munirentur propugnaculis, qui proprii criminis formidabant expugnari spiculis. Circumeunt itaque vicum nec ullum relinquunt habitaculum, quod non includant huius circuitionis ambitu. Quid multa? Lue memorata paucis nostrorum vexatis, nullis ut usquequaque in nostratibus finibus morte multatis, cunctis palam monstratum est, nos quidem illorum suppliciis qui morte multati sunt meruisse penam, sed sanctissimi viri meritis dignissima innumerabilium criminum evasisse discrimina. Frendens autem diabolus et tabescens, quoniam desiderium suum perire vidit, suam imbecillitatem, qua contra Dei inexpugnabili protectos munimine frustra nititur pugnare, divino constrictus numine, cogitur pandere. Nam

a) aballoret *c.*; concederet *Mab.* b) *sic c. et Mab.*; mansionarios *poscit sententiae constructio.*

1) Haec vox apud Ducange-Henschel non invenitur. Sed ibidem affertur *abollagium*, ius quod habet dominus feudi in apum examinibus. Cf. ibid. s. v. *abeilla, abellarium*. 2) Kempenland (Campine), pars Taxandriae. 3) Cf. Vitam Macharii I. c. 1, supra p. 615, et II. c. 42, p. 618, ubi eadem de peste a. 1012. referuntur, de qua igitur hoc loco agi videtur. Ghesquierus de peste a. 1007. cogitavit; de qua vide Alpert. de divers. temp. I, 6, SS. IV, p. 704; Ann. Sangall. mai., SS. I, p. 81, etc.

ipsius vespere diei, qua sancta huius circuitionis celebrabantur celebria, apparuit cuidam longe a nobis manenti et, quid apud nos actum sit, prorsus ignoranti quasi carpento insidere et eundem currum furibunde agitare. Et dum increpitaretur, utpote qui homo pure putabatur, cur se praecipitem cursu velociori daret: 'Noli', inquit, 'mihi molestus esse; iam defecerunt vires spei meae. Super universam enim hanc terram expansum est iudicii malum a Domino, sed in tempore huius iracundiae hic vestrae, immo totius Galliae, patronus Trudo suam quodammodo protexit Sarchiniam; unde nulla me noveris posse diripere mortuorum spolia'. . . . . . .

17. Quaedam quoque mulier, quam omnes, utpote nobis vicine manentem, cognoscimus, ita per multa annorum curricula erat conglomerata, ut nullo modo valeret sursum respicere. . . . . . .

18. Cum ab Heinrico[1] imperatore Octonis ducis cuiusdam[2] iuri noster locus fuisset traditus, 1009? quibusdam scandalorum occasionibus exortis inter eum et Theodericum[3] Metensem episcopum, supradictus dux nimis inmisericorditer non solum nostra diripere, verum etiam et nostram familiam inhumanissime coepit tractare. Igitur nos innumerabilibus direptionibus, quas iusta Dei permissione ab eo patiebamur, coacti, piissimum confessorem Trudonem sine intermissione flagitabamus, ut sua sancta intercessione impetraret a Domino tam lacrimosis cladibus finem imponi; tandem tanto mediatore piissimus Dominus ad consolationem nostram provocatus, oramate crudelissimum illum dignatus est percellere, ut, si vellet se reprimere ab incepta temeritate, suspensam interim evaderet penam. Ut tamen rem gestam narremus ordine omnem, quadam nocte, cum se sopori dedisset, vidit per somnium, quasi ipse staret ad portam atrii, quod ducit ad domum sancti viri, et quendam senem sibi obviari[a] in scemate clerici. Hic cum eum percunctaretur, quo tenderet, se respondit monasterium illud velle adire. At senior huius aditus eum affirmabat indignum, iret potius et eum digna studeret placare penitentia, quem horribilibus irritavit criminibus, sicque demum divinum frequentaret oraculum. Ille tamen dum nititur reluctanti resistere et prohibita introire limina, gravem ictum, ut sibi visum est, ab eius pugno in suis suscepit scapulis. Haec autem salubria monita non emendatior volvens in animo et nescius, quia sacrae veracisque historiae auctoritate docemur per somnia nonnumquam futurorum praemonstrata fuisse praesagia, hac qua solebat pertinacia sua insane saeviens, venit ad supradictum monasterium sua lucra cumulare et continuum 1012 nostrum per augmentum suae fraudulentiae innovare dolorem. Quid plura? Dum, cunctis quorum gratia illuc venerat dispositis, profecturus portam ipsam egrederetur, subito in scapulis vi febrium quasi mortifera pungitur sagitta, et clamore maximo se mori prae nimia angustia fatetur, lentoque conamine officium suum usque Traiecto[b] subsecutus, vel quis ab introitu templi eum depulerit, vel quem ipse in depulsore, in malis perseverans, contempserit, exitii[c] morte expertus, talium patronorum reverentiam etiam in ultimis servorum suorum esse conservandam in se collatae sententiae severitate perdocuit; nec umquam aliquem pro sui iuris terrore sibi subditos regere, quin potius potentiam semper clementia temperare.

19. Quedam quoque mulier Hildesuindis nomine de fluvio Thenera[4] cognomento per multa tempora spiritu infirmitatis detenta. . . . . . .

INCIPIT[d] LIBER SECUNDUS MIRACULORUM SANCTI TRUDONIS.

Igitur[e] millesimo quinquagesimo anno humanati Verbi, nobili principe Heinrico[f] iuniore moderamina 1050. Maii 24. perstrenue[g] disponente imperii, et glorioso viro Guntramno patre nostri monasterii, 9.[h] Kal. Iunii eiusdem anni haec apud nos percrebuerunt magnalia Domini per pia sanctorum confessorum merita Trudonis et Eucherii[5].

1. Mulier quaedam filiam quatuor ferme annorum aetatem contingentem . . . . . .

5. Instantibus quoque sacrosanctis pentecosten diebus, quarta videlicet feria eorundem dierum, Iun. 6. tanta apud nos exuberavit gratia curationum, ut in momento in notis personis septemdecim numerus impleretur languidorum sospitati miseratione Domini et meritis eiusdem[i] sancti restitutorum. De[k] quibus quaeque memoria recolere suppetit cura disserere nobis suberit.

6. Quaedam iuvencula Thietsuindis nomine dicta, matrimonii lege detenta, huiusmodi verbere[l] exertae irae Domini erat percussa. . . . . . .

12. Alius etiam indissimiliter incurvationis suae diutius deflens infortunia de pago Flandrensi Coloniam properabat invisere ob sui curamina. Inter ambulandum vero ad nostrum vix tandem applicuit cenobium, ubi pectoris sui abdita Deo reserans pro internarum qualitate virium, suffragante sancto, pristinae sospitatis promeruit statum. Reliqua illius diei miracula praetereo, quia ad alia sequentium dierum disserenda festino.

13. Igitur sexta hebdomadae eiusdem feria iterato Dominus laetificare adposuit nos per con- Iun. 8. similia virtutum suarum opera. Erat elemosinae comitis de Loes[6] quidam Richardus nomine cruribus pectori adfixis conglobatus, quam multis annorum curriculis infortunii sui medicamen prestolatus. Hic

a) *sic c.* b) *sic c.;* Traiectum *Mab. et Gest. abb. Cont. p.* 382. c) exitiali *Mab. et Gest. abb. Cont.* d) *sic Mab.; rubra deest c.* e) Igitur — eiusdem anni *iam f.* 118'. *codicis et, quibusdam erasis, iterum f.* 119. *scripta sunt, sed f.* 119. *deest* Igitur. f) Heynr. *f.* 119. g) *deest f.* 118'. h) 9 — anni *des. f.* 119. *et Mab.* i) m. s. Trudonis patroni nostri rest. *Mab.* k) De — suberit *des. Mab.* l) ulcere *Mab.*

1) Secundo. 2) Lotharingiae inferioris a. 992—1012. Cf. Gest. abb. S. Trud. Cont. III. Auct., SS. X, p. 381, ubi hic locus exscriptus est; Hirsch, 'Heinrich II.' II, p. 281. 3) II. a. 1005—1047. 4) Dender. 5) S. Eucherius episc. Aurelianensis a Carolo Martello in exsilium actus, obiit ac sepultus est in monasterio Trudoniano. Vide eius vitam Acta III, 1, p. 596. MAB. 6) Emmonis; cf. 'L'Art de vérifier les dates' XIV, p. 256.

1050. itaque quorundam sancto loco concurrentium amminiculo ad nos peraccessit, votique sui sententiam supernis auribus, quas nil latet, insinuans, erectionis suae pignus suscepit.

14. Alius itidem eodem die, gressu debilitatus unius pedis, consecutus gratiam Domini, sanus revisit defensionem propriae mansionis.

15. In parroechia ecclesiae Walaviae[1] puer iam iuventutis metam contingens manebat, qui destitutus ministerio pedum, asino utens, per domos fidelium vectus, sui alimoniam dietim conquirebat; qui ipso vehiculo ad nos usque advectus, mox miseratione Domini integritati expetitae valetudinis reformatus, eundem asinum sanctae aulae, totam scilicet suae suppellectilis possessiunculam, contradidit in munus. Cum hoc etiam omnium parentis multimoda pietate duo contracti optata laetati sunt sanitate. . . . . . .

Iun. 9. 18. Sequens quoque dies magnarum virtutum nitore coruscus in quinque contractorum reformatione in commune ora resolvit, nobis cunctisque circumstantibus in clarisonis summae Maiestatis laudibus. . . . . . .

Iun. 22. 22. Post haec sexta feria, ipsa videlicet quae praecesserat vigiliam sancti Iohannis babtistae, quaedam conpotrix infortunii multum temporis incurva sepe memorati sancti sepiusque memorandi[a] visitavit limina, cuius vestimenti laciniam quaedam tenens caeca, non equis passibus antecedentis sequebatur vestigia. Itaque pariter Deo pectorum suorum pandentes penetralia, pro posse et nosse grata orationum emittunt munia; nec mora, geminatae illarum fidei celeris propitiatio obviavit Altissimi, alterutrumque receptae salutis gaudia retulerunt sibi. . . . . . .

Iun. 23. 25. Nec illud silentii clausura tectum delitiscere[b] patiar, quod in ipsa nativitatis sancti Iohannis vigilia contigisse laetati sumus. Homo enim quidam tantae imbecillitatis incurrit infortunium. . . . . . .

Iul. 26. 27. Deinde tribus interiectis diebus, quidam supervenit mutus, qui statim miseratione Domini, solutis linguae habenis, loquendi recepit usus.

28. Tanti igitur gaudio perfusos signi addidit nos Dominus laetificare uberius meritis fidelis sui. Denique caecae cuiusdam vultibus exstinctis nocturnas decutiens umbras, clari diei luce serenavit pupillas.

29. Iuvenis quidam offensam sui in Deum luens, sinistrum pedem pererrari caelestis ignis immissione ingemuit, et Corbeiae[2] auditis magnalibus Dei, quibus sanctum suum incessanter glorificat, inde ad nos venire quantotius properavit. Inter itinerandum vero paulatim vis conbustionis refrigescere remissiusque fervere cepit, donec, ubi valvas ipsius sancti coenobii subiit, funditus immissae plagae ultio Deo propitiante cessavit.

30. Mulier itidem alia de Texandria adduxit filiam quatuor annorum, necdum quantum illi aetati conpetebat gressus consecutam debitum, quam dum in reverentissimo sanctuario deponeret humillima prece, subito sibi gaudia oriuntur de natae sospitate et nobis de tam frequenti miraculorum iteratione.

31. Haren[3], quae est villa in Brabant, iuvenis quidam erat, qui, preripiente se infirmitatis gravi incursione, per aliquot annorum volumina auditus accidente[c] carebat; hic cum ceteris suae coloniae habitatoribus patrocinium sancti adiit, moxque reditu salutis gaudens recessit.

32. Iuveni etiam cuidam per opacae noctis silentia in porticu templi misericordiam Domini praestolanti ac imploranti linguae usus redierunt per obtentum pii protectoris nostri.

Iul. 28. 33. Vigilia principum seculi, sanctorum videlicet apostolorum Petri et Pauli, cuidam multum temporis oculorum lumine carenti effectus obtigit sui desiderii, nobisque inde oritur iam soliti commotio gaudii, et in altum iterum voces adstantis efferuntur cleri.

Iul. 31. 34. Pari omine, dehinc tertii solis mundum perfundente iubare tenebrarumque horrorem procul eliminante, ecce item visitavit nos dignatio Maiestatis supernae. Mulier quaedam Hoiensis[4] desolationem deflens suae cecitatis, cum concivibus suis veniens, iuvari optabat sepe dicti patroni meritis, cum subito, aspicientibus tam nobis quam circumstantibus cunctis, munere donatur optatae lucis.

35. Erat praeterea mulier in villa Walavia, habens puerum gemino spiramine clausum, oris scilicet auriumque accidentibus a nativitate sui frustratum. . . . . . .

36. Vir etiam quidam nobis commanens vicine, in villa scilicet Iserna[5], tantae infirmitatis per undecim annos detinebatur gravedine . . . . . .

37. Quaedam deinde puella de Niviola[6], scabellolis nitens, a lumbis deorsum praemortua, erectionis suae inibi suscepit pignora. . . . . . .

39. Quidam itidem iuvenis, a nativitate sui officio privatus aurium et oris, quorundam ductu suffragia adiit sanctissimi patris, multisque adstantibus, solutus est coevae clausulae habenis, aurium scilicet et oris. Quod autem antea nec audiret nec loqueretur, hoc fidem dedit, quia interrogatus, unde vel quis fuerit, ipsis verbis quibus interrogabatur respondit; sive enim Theutisce aut Romane aut Latine sive Grece illi loquereris, nichilominus iterabat verba interrogantis et ad interrogata respondere nesciebat conpetentia.

40. Mulier similiter de pago Narniaco, toto corpore debilis, sancti viri petiit tumulum. . . . . . .

45. In Budiclar villa Texandriae quidam erat eiusdem sancti patris nostri familiae, tanta caput praeventus et turgidus infirmitate . . . . . .

a) Trudonis *add. Mab.* b) *sic c.* c) utilitate *Mab.*

1) Waleffe-St.-Georges (prov. Lüttich, cant. Jehay-Bodegnée). 2) Corbie. 3) Haeren prope Brüssel. 4) Huy oppidi. 5) Yseren locus prope rivum Yserbeck sub Haelen. PIOT. 6) Niel prope S. Trudonem (cant. St.-Trond).

47. Mulier quaedam de comitatu Namurcensi ad praefatum locum venit, quae cunctis palam infirmitatis 1050. suae indicium ostendit, scilicet uterum ad instar utris tensum . . . . . .

49. Texandriae in villa Suchta[a,1] nuncupata quaedam femina periculoso morbi genere pedem affecta . . . . . .

50. Quaedam mulier nobis vicine commanens Mettis proficisci statuit . . . . . .

51. Quidam nobilis vir cum uxore sua et multo comitatu de partibus Niviolae ad nos veniens orationis gratia, narravit nobis, quid in vico quodam contigisse cognoverit miraculi sancti patris obtinentibus meritis. Cives illius loci quandam sibi praesentantes puellam, ab utero suae matris paralisi resolutam, hoc modo dixerunt esse salvatam. Dum pervulgante rumore sancti cognosceret virtutes, ut secum se veherent, deprecatur illuc adventantes; quo nequaquam obtento, candelam comparatam[b] obulo proximae detulit ecclesiae, sanctum Trudonem intimo pulsans oramine, quam pius clementer respiciens sanctus, optatae saluti illam ibidem restituit celerius. . . . . . .

55. Presbiter quidam, indigena Bituricae civitatis, Gerolfus nomine, quadam aestus combustione pedes iam pene ambesus, cum fama perquaquam volante beati viri virtutum efficeretur conscius, iter illuc ducens cepit carpere, quibus corporis pedumque valuit viribus; cui inter eundum, restincto igne, meritis sanctissimi patris paulatim salus redibat sanitatis. Tandem ad nos perveniens, pedes iam sanos, absumptis digitis, ostendit, et quid de se suffragio sancti actum fuerit, intimavit ac gratiarum actiones Deo devotissime reddidit.

56. Texandriae villa Endeholt[2] est appellata; inde quaedam matrona ad nos venit, diu anhelae febris valetudine vexata, insuper et totius cibi edulium fastidiens. . . . . . .

57. Pauper quidam Letgiensis[3] tertio, ut ipse tunc autumabat, frustra ad supradictum sancti viri monasterium venit. . . . . . .

58. Indissimiliter de Bilisia[4] quidam item caecitatis infortunium passus, ad nos veniens, infelicitatis suae molem hoc modo disserere est exorsus: 'Praesenti', inquit, 'anno, imminente sancti Martini solemnitate, Nov 11. ego curam mei corporis habens, in vena sinistri brachii imminutus sum sanguine; mox ergo obmutui, acsi penitus forem elinguis, et omni illa parte debilitatus sum corporis, ut omnimodis auris manusque pedisque destituerer officiis'. . . . . . .

59. Item mulier quaedam Hoiensis ad nos applicuit. . . . . . .

60. De Wavera[5], quae est villa Brabatensis[a] pagi, quidam leprosus ad nos veniens, petiit sibi de puteo nostro aquam dari, quod lepra accedendi facultatem dirimeret illi. . . . . . .

61. Quaedam itidem muliercula de Gandavo, ferme dimidii anni circulo clinica divinae animadversionis verbere effecta . . . . . .

62. Servus cuidam secularis nobilitatis viro erat Everelmo nuncupato multum temporis durissimo infestatus demonio. Hic itaque praecepto eiusdem sui domini a conservis suis ad nos usque perlatus, mox ut valvas monasterii subiit ductorum sudoribus, ab inmundo pervasore dicto citius constat liberatus.

63. Applicuit etiam quidam de Namen[6] ad nos, dum diem solemnitatis ageremus ob honorem sanctissimi confessoris Iheronimi, iure lucernae mundi nominandi . . . . . . Sept. 30.

64. Postera vero die de Alburg quaedam mulier suum puerulum ferme duos annos habentem Sept. 31. secum advexit. . . . . . .

66. Ephebus quidam de Reinbretesdalo[7] Wenezo appellatus, ferens ad mensuram sui status cereum, sanctissimi viri devotus adiit tumulum; cumque confabularemur illi, enarravit nobis, quid obtigerit sibi: 'Ante sex annos', inquit, 'ipsa sollemnitatis die sancti Trudonis silvam expetii ligna ad meos usus conducere; et dum incisioni insisterem, diriguit dextera mea . . . . . .'

68. Alius itidem de Walavia, per quatuor menses febrium aestu cruciatus . . . . . .

70. Comitissa Mathildis de Herla[8] gravem incurrit egritudinem, quatinus etiam vitae haberet discrimen; tamen non desperans de recuperanda incolumitate, sed fiduciam collocans in Deum eius obtinendae, caballum sterni praecepit et famosum crebrescentibus virtutum prodigiis coenobium sanctissimi patris nostri Trudonis adiit; ubi dum se decenti apparatu famulantium pervenisset atque devoti pectoris penetralia subsidium sancti expetendo Deo aperuisset, salutem quam quaerebat impetravit, sospesque ac gaudens propria revisit.

71. Quidam Theodericus titulatus oblationem pro possibilitate rerum suarum detulit, accedensque edituo, quid sibi obtigerit, intimavit. . . . . . .

72. Item duae contractae ad nos applicuere, una Niviolensis incola villae, altera Laudanae[9]. . . . . . .

74. Quidam nautae dum, in Anglica terra comparatis mercibus, oneratas in altum solverent naves, natale solum petere cupientes, surgente contrario ventorum flamine, vehebantur sub manu divinae

a) *sic c. Mab.* b) procuratam *Mab.*

1) Fuchta legit et Vucht (Hooge- et Lage-Vucht, prov. Nordbrabant) intellexit van den Bergh, 'Handboek der middel-nederlandschen Geogr.' ed. 2. p. 217, ubi etiam de reliquis Taxandriae locis hic memoratis. 2) Eynthout prope Gheel (prov. Antwerpen). 3) i. e. Leodiensis, ut Mabillon habet. 4) Bilsen, inter Tongern et Münsterbilsen. 5) Wavre. 6) Hoc est nomen Vlamingicum urbis Namur. 7) Remersdael (arr. Verviers, cant. Aubel). 8) Heerlen in ducatu Limburg. 9) *Landanae* legendum et Landen intelligendum esse censet Ghesquierus.

potentiae, optatos portus nequaquam valentes attingere; frustra gubernator temptabat reniti, sola exspectatio inerat illis naufragii et loeti. Tandem in exteras barbararum gentium delati sunt terras[1], concurrentesque pagani, ex illis volebant agere praedas et sorte distribuere sibi portiones aequas. Itaque ingemiscentes sanctum invocant Trudonem, in solo eius amminiculo omnem suae salutis ponentes spem. Intercessit sancti suffragium ferventemque flatum adversorum compescuit ventorum, sedatisque fluctibus, habilem illis hortatur solutionem navium. Datis igitur velis, prospere spirantibus ventis, imminentis discrimine eruuntur pervasionis et mortis. Tandem secundo navigio quinto die regno advecti sunt Danorum, a quibus humane tractati, propria repetere sunt permissi, per omnia patrocinantibus se meritis sancti. Recepti ergo pro votis optatis mansionibus, non inmemores perpessi discriminis et magnifici pii protectoris solaminis, iter adgressi, almum coenobium devote invisunt sui liberatoris, narrantes Dei magnalia per sanctum suum sibi manifestata et voti solventes promissa.

75. In villa Gladen[a] appellata mulieri cuidam gemini erant filii, crudeli plaga infirmitatis multati. . . . . . .

76. De castello Alphoy[b], quod est iuxta Nussa[2], homo quidam Heinricus vocabulo a renibus deorsum huiuscemodi dampnatus erat infortunio . . . . . .

77. Mulier quaedam contractionis incursione pervalide depressa in Mezines[3] villa Flandriae interventione perpetuae virginis Mariae partim morbo erat relevata . . . . . .

78. Item de pago Bracbatensi quidam decreverunt principum apostolorum ad urbem Romam expetere suffragia, universo orbi magnifice experta. . . . . . .

80. Presbitero Berengero de Walavia equae[c] furtim subductae sunt; dum autem veraci estimatione culpam infringerent quibusdam facti reis, illi omni genere iustificationis se purgaturos spoponderunt huiusmodi obiectis, insuper detestabili conceptu tam perversae cogitationis et, dilatione accepta, pleni impio meditamine, ficte sancti Trudonis mausoleum temptaverunt adire, precaturi, ut pia condescensione eorum impiae compateretur conscientiae, scilicet ut iustum Dei iudicium sua perverteret pietate, existimantes sanctum suae similem vesaniae. Iustus vero Dominus suspendens equi pondera iudicii, non diutius passus est simulato fuco iniquorum deludi, sed potius propalavit[d] eos indicio istiusmodi. Denique inter veniendum huc spatio restante miliarii unius a coenobio, nusquam progredi valentes, humi corruerunt subito; caro enim omnis plantarum particulatim divellebatur per frusta Dei manifesto iudicio. Omnes vero qui aderant eorum cognoscentes reatum, omnipotentis Potestatis laudaverunt nomen et extimuerunt iudicium.

81. Item quidam nobilis homo nomine Otgerus in Cimai[4] cepharlargiam[5] et orbitatem perpetiebatur per unum annum et a nullo poterat curari medicorum. Vovit itaque sancto Trudoni sui capitis censum, cereum videlicet pilleum, si per merita eiusdem sanitatis promereretur remedium; nec mora, desiderio eius caelitus medicamen supernum affuit; ipseque sponsionis suae non immemor, quod voverat libenti animo adimplevit.

82. Alius itidem, quidam de Kuik[6], biennio menti dentiumque dolore immani cruciabatur, nec quisquam medicinalis peritiae, qui prodesse praevaleret sibi, reperiebatur. Omne corporalis esus sustentaculum illi adimebatur, tantum zippulae parabantur, quibus utcumque refocillabatur potius quam reficiebatur. Tandem rumore virtutum sancti patris nostri perquaquam volitante, idem omni mentis intentione relevari exorabat ipsius ope, ideoque non frustratus est salutis donari munere. Restitutus itaque integritati, ceram conposuit ad similitudinem menti sui, hancque devote deferens, precabatur ob memoriam incolumitatis propriae ibidem suspendi. . . . . . .

84. Quidam de Tiela[7] per unum annum et eo amplius adeo ingruente invalitudine gravabatur . . . . . .

86. Inwerpis[e] quedam puella inflatione uteri periclitabatur, adeo ut a suis propinquis omnimodis desperaretur. Accipientes itaque illam, ad nostram usque sibi conducebant basilicam, ibique suffragio sancti eius morbi obtinuere curam.

87. Quidam itidem ob culpam periurii huiuscemodi poenam luebat iusti iudicii Dei. . . . . . .

88. Iuvencula etiam de Eitha[8] gravi cancri affitiebatur morbo, quae, invocato sancti Trudonis merito, mox laetata est reducis salutis donario. Affirmabat autem in somnis se visitatam a sancto viro optataeque integritati restitutam ab eo salutari sanctae crucis indagio.

89. Mulier quaedam de longinquis partibus nos adiens, enarravit se cecam fuisse et inter agendum iter ad nos ducens sancti opitulatione luminis huius visum recepisse.

90. Alius quidam de Bastenacha[f, 9] pari omine filiolam suam ad sancti meritum secum convexit cecam et Deo ordinante revexit videntem et laetam.

91. Matrona quaedam Aquisgrani exstitit, quae omni robore sui corporis destituta et viribus, ad mortem usque periclitabatur diutinis languoribus. . . . . . .

92. Quidam oculorum lumine privatus de Bilisia villa Hasbaniae sanctissimi patris suffragia ratum duxit expetere, unde et ea meruit obtinere voti sui assecutione.

a) Claden *Mab.* b) Alphon *Mab.* c) aequę *c.* d) propel. *c.* e) In Antverpia *Mab.* f) Past. *Mab.*

1) In Norwegiam, ut videtur. 2) Neuss. 3) Messines (arr. Ypern, cant. Warneton). 4) Chimay (arr. Thuin). 5) i. e. κεφαλαργία. 6) Cuyk ad Mosam fl. (prov. Nordbrabant). 7) Thiel ad fluvium Waal. 8) Forsan Ethe (prov. Luxemburg, arr. Virton), sed Eičha legit et Bergeyk (prov. Nordbrabant) intelligit van den Bergh l. l. 9) Bassenge (arr. Tongern, cant. Herderen), ut videtur.

93. Pari etiam modo mulier quaedam Meinsuindis nomine de Campenholt[1] Bracbatensis pagi villa filium suum per aliquot tempus cecum ad nos perduxit, quem videntem divina miseratione recepit.

94. Femina quaedam filium suum omni incessus offitio destitutum per unum mensem salvari postulabat per intercessionem sepedicti patris Trudonis; moxque fidele eius votum secutum est largum sancti patrocinium; namque, ut preces fudit, eodem loco et eodem momento — erat autem in villa Cumei — puer salutis usum recepit.

95. Quidam etiam de villa Fals dicta sensu omnimodis privatus convillanorum suorum ducatu ad nos usque pervenit, et propitiante Domini clementia, recuperato sensu, sanus recessit. . . . . . .

97. Quidam homo de Helencines[a. 2] ferme dimidii anni spatio fastidiens humani esus naturam . . . . . .

98. Mussa[b] oppido quidam clericus, presbiterii promotus offitio, Razo titulatus vocabulo, nobis applicuit omine sibi salutifero, corpore quodammodo semimortuo, sed inter huc adveniendum partim meritis piissimi interventoris Trudonis, ad quae properabat, curato. Hic namque candela mensurae suae habili[c] confecta, ad ianuam nostri monasterii, aliquibus nostrorum cernentibus, undique se circumcinxit illa, depositamque manu portans sinistra, dextera cum brachio collo sibi suspensa, sanctae mansionis ingreditur limina, ferens illam ad reverendum altare memorati patris cum manus imagine cerea. Denique pollice indici adnexo ad medium volae, caeterisque digitis sic conglobatis, dexteram cum pondere lacerti sustinebat collo, ut dictum est, dependentis, gaudioque spoliatus dextri luminis, opem manebat almi patris. Prosternitur igitur corpore summisso a latere capitanei altaris in sanctuario, ubi postquam se protendit, potestatem sui penitus amisit, et ita ibidem paululum quid soporis divina ordinatione percepit. Inde tandem cum surrexisset, magno fragore et concussione brachii oculique vertigine pre dolore vix se in proprios gradus continuit; nec mora, repedante sanitate, totius invalitudinis dolor conquievit. Solvit igitur ligamen a collo et brachio, offerens illud edituo, gratias Deo agendo. Inquisivimus ergo ab eo, quid infirmitatis pertulerit[d] et quid commodi consecutus sit. Quod hoc modo nobis edisserere studuit: 'Abhinc', inquit, 'supra quinque septimanas gravissimo paralisis morbo ingruente agitabar et per integram ebdomadam diatim invalescente, consuetos usus utcumque agens, discruciabar. Octava die in lecto decidens, totius corporis medietatem adeo amisi, ut a vertice per mediam cerebri sedem et frontem morbus digrediens, funditus in dextera parte omnibus membris obrigescentibus, usque ad plantam quodammodo semimortuum me efficeret, visu etiam dextri oculi et loquela privaret. Infra cutem etiam ad fauces dexterae partis pustula mihi excrevit ad instar anserini ovi, quae interclusit guttur mihi[e] a perceptione potus et cibi. Dominus vero, qui elegit sanctum suum Trudonem magnificare, per sex noctes inmisit mihi talem visionem, quasi in hoc monasterium veniens optatam reciperem sanitatem; abbasque et edituus iniungerent mihi quotannis reddendum mei censum capitalem, dum non prohiberet vel obsequium Domini vel hostilitas regni. Itaque concipiente me sententiam huc veniendi, decrevit inflatio pustulae et consedit in brachio mihi, tumque aliquantulum loqui et potus quippiam praesumere potui. Sed cum domina mea retineret me, metuens periculum etiam propter exercitum emissum in Balduinum[3], 1051.
iterum pustula recrevit et occlusit pene omne gutturis mei spiraculum, validiusque me dolor occupavit omnino membrorum. Quidam etiam mihi astitit per somnium bis, obiurgans me esse mentitum meumque non implesse promissum. Tandem domina mea voto meo consensit abeundique licentiam dedit et huic clerico, compari meo, qui praesto adest, me commendavit. Hic vero senior me in fide sua suscipiens, vix inter se et ministrum meum caballo superposuit horsumque perducere maturavit. Prima igitur mansione leviari etiam infirmitas coepit; dumque contiguus huic sancto loco essem ad unum miliarium, ipse de caballo exsilivi, et sane currere me, sancto gratias egi; et ut huc perveni, ut videtis, salutem totius corporis percepi'.

99. Decanus quidam nomine Folbertus episcopii Traiectensis hanc gratiam sibi sancti meritis evenisse enuntiavit nobis. 'Dum', inquit, 'sacra epiphaniae celebritate de villa Wendeshem[4] ad aliam Ian. 6.
quandam demigrarem, et terra undique secundum id loci nimiam aquarum sustineret inundationem, nichil praeter caelum aquasque videns, pertimui incurrere cum his qui mecum erant circumfluentium fluminum profunditatem. Invocavimus igitur in tanta anxietate auxilia sanctorum, qui nostrae menti occurrerunt; sed nil penitus ad se suspirantibus, uti nobis videbatur, solaminis intulerunt. Tandem memoriae reduximus piissimi auxiliatoris Trudonis gloriosa opera, quae perquaquam volitabant, haec circumcirca dispergente fama. Confidentes autem de indeficienti eius adiutorio, equos paulisper continuimus uno in loco, emissaque fortiter et suppliciter voce, solatium expetivimus ab eo. Nec mora, intercessit et signum nobis, quorsum properare deberemus, quale Deus voluit, ostendit; denique a longe canis latratum audimus, moxque Dominum nos respicere opitulantibus sancti precibus intelleximus. Tendentes igitur istorsum, post aliquantum temporis, dum proficiscentibus nobis rursus discrimen vitae haberetur incertum, iteravimus clamores ad Dominum et ad gloriosum eius sanctum, iteratoque praedicti canis nobis insonuit responsum, sicque, quoties ipsum invocavimus, toties[f] voce canis contra latrante gavisi sumus, donec, eo patrocinante atque optatam manum praebente, periculis liberi viae restitueremur, de qua deviavimus. Egimus ergo et agimus gratias salvatori nostro Deo, qui nos, interpellante dilecto suo, tam magnifice liberavit ab exitiabili tam metuendae horae periculo'. . . . . . .

a) Hilenc. *Mab.* b) *sic c.;* Nussa *Mab.* c) habitudinis *Mab.* d) habuerit *Mab.* e) etiam *Mab.* f) totius *c.*

1) Campenhout (arr. Brüssel). 2) Heylissem conicit Ghesquierus, vix recte. 3) V. comitem Flandrensem. Contra quem, cum filius eius Balduinus VI. a. 1051. Hannoniam occupasset, Heinricus III. imperator Godefridum ducem misit; cf. Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 152 sq. 4) Windesheim prope Zwolle (prov. Overijssel).

101. Lantbertus primarius villae nostrae, pincerna scilicet domini abbatis, filiam suam, ut solet inter amicos, sorori uxoris suae commendarat ad cohabitandum illi. Ut autem perplura homines incursant morborum genera, eadem puella pervalide adherentibus talis ad nates, ut nec digitus interponi posset, facta est contracta. Dum haec tristia tegunt parentibus, sperantes, quia aliquando illam desereret morbus, ferme dimidii anni spatio spes vana illorum elusit animos, diatimque tristiores perseverans plaga effecit eos. Tandem instante sacrosancta celebritate milies beatissimi Trudonis patris nostri, mesti puellam remittunt parentibus suis huiusce calamitatis[a] prorsus ignaris. Tum vero qualis quantusque dolor piorum parentum obsederit pectora, facile liquet ex cuiusque conscientia. Fit ergo candela[b] ad mensuram puellae longitudinis, nec diffiditur de Omnipotentis impetrando solamine. Fertur itaque ad ecclesiam et collocatur ante Inspectoris omnium et ipsius sancti praesentiam. Tunc surgentibus nobis ad agenda matutinorum sollempnia iamque celebrantibus ea, praedicta iuvencula, omni curvaminis nodositate soluta, pristinae integritati est restituta.

102. Quaedam mulier matronarum Hoiensium, alta progenie clarorum parentum exorta, tantam per integrum annum perpetiebatur egritudinem, ut iam non dubium mortis eius haberetur discrimen. Nullo enim valebat, quamvis[c] parum, progredi, sed nec de lecto egritudinis per se elevari nisi assidua sustentatione alterius servitii. Invocavit igitur celebre mirifici tutoris nostri Trudonis auxilium, faciens votum, se peditem[d] ad eius patrocinia venturam, si suam illi dignaretur impertiri gratiam. Respondit piissimus sanctus miserae votis, decutiens ab ea angorem se deprimentis languoris. Moxque sequenti die letissimę iter adgressa, ad nos usque pervenit et gratiarum actiones pro posse reddidit nobisque, ut fuerant secum gesta, revelavit[1].

a) valitudinis *Mab.* b) mensura *Mab.* c) quantus *c.* d) peditim *corr.* peditem *c.*

1) Cum solita clausula desit, posteriora miracula addere auctor voluisse videtur.

EX MIRACULIS SS. URSMARI ET ERMINI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

SS. Ursmari et Ermini patronorum Laubiensis monasterii unum librum quindecim capita complectentem Folcwinus abbas huius coenobii (a. 965—990*) conscripsit*[1], *quem, excepto prologo*[2], *integrum operi suo de Gestis abbatum Laubiensium, SS. IV, p.* 65 *sqq., inseruit vel ex hoc opere iam composito excerptum separatim, prologo praemisso, edidit; cuius igitur hoc loco prologum et capitum indicem supplere sat habuimus. Huic vero libro tres minimum monachi Laubienses diversis temporibus plura miracula historiam huius abbatiae aliquatenus illustrantia addiderunt, quorum primus ipso Folcwino vivo, quin etiam, ut videtur, antequam hic suum librum edidit*[3], *caput* 16. *composuit, quod postea demum illius libro adiectum esse videtur. Alter anno* 1057.[4] *cap.* 21—23, *tertius post a.* 1090, *ut coniicio*[5], *cap.* 24—29. *composuerunt. Capita* 17—20. *num primo an alteri an neutri horum, sed potius alii cuidam monacho tribuenda sint, dubito, praesertim cum omnes hi auctores, etiam is qui iam ante a.* 990. *scripsit, terminos enunciatorum syllabis consonis exornaverint.*

Anno 1060. *monachi Laubienses corpus s. Ursmari per oppida vicosque Flandriae circumtulerunt, ut praedia quaedam amissa recuperarent sumptusque ecclesiae reaedificandae necessarios acquirerent. Paulo postea monachus quidam, qui corpus sanctum in hoc itinere comitatus est, libellum de miraculis quae tunc gesta sunt conscripsit, maxime retulit, multis locis milites discordantes et in ultionem necis propinquorum bella gerentes sancto interveniente reconciliatos esse. Haec concitate et iucundo sermone enarrata maximam libelli partem occupant et nonnihil conferunt ad mores statumque illius provinciae cognoscendos. Quare hunc libellum paene integrum, resecatis paucis miraculis nullius momenti, exhibuimus.*

Utrumque libellum ex apographo antiqui codicis Laubiensis patribus Bollandistis transmisso edidit G. Henschen, Acta SS. Apr. II, p. 563—578*; quae editio notis I. Thysii ampliata recusa est Acta SS. Belgii VI, p.* 256—308.[6] *Ex ea excerpta nostra repetere oportuit, cum, quo ille codex delatus sit, igno-*

1) Supra p. 423 sqq. aliud eiusdem opusculum de vita Folquini edidimus. 2) In hoc facile ipsius Folcwini stilum turgidum, in quibusdam nimis ineptis figurate dictis praesertim, facile deprehendes. 3) Conqueritur, quod miracula s. Ursmari nondum conscripta sint, inter quae Laubiensis monasterii periculo Hungrorum invadentium liberati mentionem fecit; quam rem Folcwinus copiose narravit. 4) C. 23: *Nuper igitur, eodem . . . mense, quo Henricus (III) imperator decessit.* 5) Vide c. 29, p. 837, n. 2. 6) In Gallicum sermonem eos vertit G. Waulde, 'La vie de St. Ursmer et de sept autres saints avec la chronique de Lobbes'. Mons 1628, quem librum non vidimus.

remus[1]. *Utrumque libellum legit et pauca verba inde exscripsit Gestorum abbatum Laubiensium continuator c.* 6, *SS. XXI, p.* 310 *sq.* *O. H.-E.*

EX LIBRO MIRACULORUM SS. URSMARI ET ERMINI.

Multimoda et magnifica, quae omnipotentis Dei virtus ac sapientia in electis suis undique locorum multoties operatur, magnalia nonnullorum disertorum operatores, pro quantitate suae facundiae calamo perstringentes, pluribus ecclesiis tradidere, eisdemque praecipue, in quibus sanctorum corporum tumulata servantur pignora, beatae inde immortalitati restituenda, quia frequentior illic imbecillium curatio scribendorum miraculorum datur occasio. At nos stolidi et inertes, totius ingenii sale carentes, tum corda mole peccaminum pressi, tum voluptatibus carnis miserae delibuti, curis seculi sensus hebetati, stertimus segnes, praestantissima quae in nostris partibus Ursmaro et Ermino cotidie gerit Deus magnalia reticentes, quandoquidem, manu subducta ferulae, tramitem illico, pro dolor! liquimus disciplinantis scientiae, sollicitudinum temporalium et voluptatum sentibus suffocantes ipsum tenuissimi fomitis igniculum, qui ingenio instantium magistrorum in nobis multo conamine videbatur elaboratus. Videlicet marcescimus steriles, alicuius utilitatis fructum minime referentes. Tandem ergo fructificemus aliquando, ne utique
Matth 21,19 illo dominicae animadversionis notemur erga infructuosam ficulneam cauterio; extirpentur ocius corda inanium sollicitudinum dumetis obducta; impinguentur inanima mille cophinis nectarei stercoris sanctorum cultorum nostrorum Ursmari et Ermini sollertia admotis, in quo aliquanto meliusculus labiorum nostrorum fructus Deo redditus loquitur filiis hominum gloriam magnificentiae et virtutis eius, quam meritis praefatorum patrum evidenti indicio plurimorum saepe obtutibus notificavit et auribus. Et licet innumera et manifesta istorum patrum merita universorum etiam prudentium rhetorum superent facundiam, ne quis tamen nos fabulosum quiddam creperumve susurret cudisse, non veternosa monumenta cuiuslibet compilationis, sed hesterna mirificae virtutis opera clamabit omnino coepti sermonis calamus.

1. Quomodo Laubienses ab Hungris liberati sunt per merita sanctorum confessorum Ursmari et Ermini.
2. Quomodo per merita eorundem caelum pluviam emiserit.
3. De quodam caeco in restauratione ecclesiolae sancti Ursmari devoto et eius meritis sanato.
4. De caeca quae ad tumulum eius sanata est.
5. Quomodo mulier quaedam manum contractam per baculum eius sanam habuerit.
6. Quomodo mulier quaedam daemone plena curata sit.
7. Quomodo daemoniacus quidam curatus sit.
8. Quomodo contractus quidam erectus sit.
9. Quomodo quidam, ad memoriam eius aliis portantibus lapides, portare renuens, omni fortitudine sit dissolutus, sed poenitentia ductus, sanitati restitutus.
10. Quomodo multitudine populi pons fractus sit, et cadentibus omnibus in aquam, nullus perierit.
11. Quomodo comes quidam cum caballo montem sanctorum ascendere temptaverit nec valuerit.
12. Quomodo in ecclesiola quadam in memoriam eius consecrata claritas caelitus ostensa sit.
13. Quomodo presbyter quidam ita paralysi dissolutus, ut nec loqui posset, virtutem receperit.
14. Quomodo idem presbyter, dum missam celebraret, vinum in calice missum divinitus repererit.
15. Quod numquam monachi, si montem sanctorum pro aliquo damno reclamaturi ascenderint, remaneant inulti.
16. Quomodo quaedam contracta, dum, praemissa oratione, candelam offerret, subito erecta sit.
17. Quomodo quaedam mulier cum infante in puteum, qui est retro altare, cadens, cum eodem infante illaesa retracta sit.
18. Quomodo Iohannes Belmontensis, Lobias depraedatus nec poenitentia ductus, arreptus a daemone, miserabiliter obierit.
19. Quomodo quidam miserabiliter a daemone pervasus, mirabiliter curatus sit.
20. Quomodo clericus a dolore dentium liberatus sit.
21. Quomodo, circumlatis reliquiis sanctorum, segetes a depopulatione murium liberatae sint.
22. Quomodo latrones thesaurum ecclesiae furati comprehensi sint.
23. Quomodo bubulci cum bobus et plaustro onusto vino in aquam, fracto ponte, ceciderint, et omnia illaesa conservata sint.
24. Quomodo quidam praedo Givardus[a] nomine quibusdam monachis nostris in Francia[b] boves abstulerit et bubulcos in carcerem miserit et postea, tremefactus metu divino, eis omnia restituerit.
25. Quomodo sanctus Ursmarus cuidam matronae in somnis apparuerit et se in auxilium suorum ire praedixerit.
26. Quomodo quidam Anselmus villam nostram cum viginti quatuor complicibus praedatus fuerit, et quomodo illi postea occisi fuerint.
27. De quodam pistore qui se in clibanum vivus proiecit.

a) *sic in capitulo;* Ginardus *h. l. ed.* b) Franciam *ed.*

1) In Belgica, nescimus ubi, adhuc codices quidam Laubienses reconditi habentur, quos passim citat I. Vos, 'Lobbes, son abbaye et son chapitre'; cf. SS. XXI, p. 308.

. . . .[1]

16. Bermereias[2] nomen est fundi, qui nostro fert opem victui, quo quaedam muliercula, contractis aegritudine crurum ac renum nervis, quoniam recta caelum nequibat, solum cernua et incurva spectabat. . . . Non multo post supervenit dies, quo sanctorum confessorum meritis eius Dominus mederet doloribus. Nam ea quae ante septuagesimam habebatur dominica, urgente solito acrius aegritudine, basilicam, cum iam frequens populus afforet, invecta, cancellos, ubi sanctorum erant memoriae, orans tenuerat, cum subito surrexit et candelam, quam attulerat, quo fomentum ignis fieret, porrexit. . . . Forte tunc reverendus nostri coenobii pater Fulcuinus[3], nostri aevi temporibus sat probissimus, utilitate quavis loci equitaturus, sese, ut moris est, accomodarat equitatui; verum solito maiore stipatus frequentia populi, qui benedictionem ab illo petiturus iam exultantis aulae terebat atria, cum ecce offendit nos eiusdem basilicae aedituus, monachus noster Albricus nomine, anhelus huiusce novellae magnitudinis gerulus. Extemplo prosilivimus ceterorumque spectantium laudibus, hymnum *Te Deum* canentes, nosmet iunximus ac inter canendum tantae virtutis spectatione sat oculos pavimus. Nam stabat eadem aegra iam sana, curvum ante modicum gressum spectantibus ostentans erectum, tanto maiores referens gratias, quanto maiores eiusdem ad patris reliquias[b] exigebat sospitas. Itaque spatio aliquanti temporis adhibetur ei iussu praelibati abbatis copia cibi sufficientis, scilicet ut, quam iam caelestes nostri patres medicamento animaverant sanitatis, hic corpulentiorem carneis redderet alimentis. Innumera siquidem et alia in sanctis Ursmaro et Ermino antehac deifica[c] virtute operata miracula scriptorum desidiae oblivioni quam memoriae maluerunt tradere, floccipendentes talenti sibi creditam quantitatem defossam occulere, dum fefellit eos mentio, id culpa caruisse. Magnorum enimvero voluminum replessent paginas, si minime oblivionis attigissent latebras. Nam ut haec signorum eorum miracula praetermittamus, quae nos, nutantis iam seculi faeces facti, oculis et auribus hausimus, ereptionem scilicet mirificam non solum Laubacensium a caede Hungrorum[4], sed etiam complurium qui ad eorum auxilium timore praescriptae caedis quaquaversum confugerant exterorum, crebram expulsionem daemonum ab obsessis, illuminationem caecorum, recuperationem debilium, diversorum quoque vidimus recuperationem infirmorum et — ex quibus aliquot sequuntur[5] — innumeras diversitates signorum.

17. Paschalis[6] sollempnitas celebrabatur, ecclesia a populo frequentabatur non tantum pro sollempnitate, verum pro percipienda sacrorum mysteriorum communione, quod ea potissimum competebat die. Parochia villae est eadem ecclesia qua requiescunt sanctorum Ursmari et Ermini pignora; plena erat convenientium et ad id sacramenti qua poterant devotione properantium. Vix locus erat sacerdoti sacrosancto altari astanti, ita abundique circumdabatur frequentia populi. Mulier quaedam in ulnis gestans puellulam, quam cupiebat participare mysteriis quibus et ipsa, dum hac illacque impellitur a comprimente turba, subito in puteum est delapsa, qui viginti fere pedum altitudinis situs est inter duo altaria. . . . . . .

18. De Iohanne castellano Belmontensi[7] quid a senioribus nostris audiverim, referam sub exordio cavendi. Hic ubique crudelitatis suae edens exempla, quadam die cum hostili manu Lobias ingressus, praedam agens ex ea, domum repedabat velocius. Nec semimiliario abscesserat, cum ecce, facie conversus ad eos quorum tam impius visitator extiterat, vidit super turrim superioris ecclesiae quendam residentem veneranda decorum canitie; qui baculo, quem manu gestabat, in eum directo, pulsavit eum ictu durissimo. Hac tremefactus visione, instabat coeptum iter perficere, caelesti eum vindicta perurgente. Subsecuti sunt quidam ex monachis nostris ex ratione et iustitia, si forte patrocinaretur aliquis; sin autem, saltem precibus ablata extorturi; sed fefellit eos utrimque spes. Ille enim, audita eorum ratione, omnino ex his omnibus quae acceperat ne candam quidem iuravit se redditurum. Iam quippe damnatus in obduratione cordis sui, etiam reverentiam abieceral impendendam ministris Dei. Sic omni spe amissa recuperandi, ad monasterium monachi sunt regressi patronorumque suorum, sanctorum scilicet Ursmari et Ermini, decreverunt auxilium expostulari tanto obnixius, quanto necessarius. Videbant enim, si illatam iniuriam pateretur inultam Deus esse, in multam despectionem locum ipsum futurum. Sed quando avertit Deus aurem a iusta petitione? Die actae depraedationis tertia subito Iohannes arripitur insania; et qui misereri aliorum noluit, in semet ipsum irae Dei vindex crudelissimus, membra diiacerando dentibus miserabili morte finivit vitam. Nec satis ingratum monachi duxere praedam illam amisisse, quos uno hoc incommodo plurimis constat liberatos fuisse. Plurimis enim applausisset fiducia

a) Grummaci *ed.*; *v. infra c.* 26. b) impetrata *vel simile verbum suppl. videtur.* c) deica *ed.*

1) Cap. 1—15. a Folcwino conscripta vide in eius Gest. abb. Lob. c. 25. 30. 31. 36. 40. 32—35. 37—39. 41. 43. 44. 42, SS. IV, p. 65 sqq. 2) Biesmerée (arr. Philippeville, cant. Florennes). 3) A. 965—990. 4) Haec narrat Folcwinus, Gesta abb. Lobb. c. 25 = Mirac. s. Ursmari c. 1. 5) Haec verba *ex q. al. seq.* postea inserta esse mihi videntur, cum sequentia miracula adiungerentur. 6) Capita 17—20. num ab auctore capitum 21—23, qui paulo post a. 1056. scripsit, an ab alio scriptore seu a pluribus aliis conscripta sint, non satis perspicio. 7) Beaumont, a Lobbes versus meridiem.

similia audere, si illi hoc impune agnovissent cessisse; quod pro exemplo ad nos usque multis accepimus fuisse.

19. Liphtinas[1] nomen est fundi in pago Hainoensi, olim sedes regia, cum adhuc pax et iustitia cf. Ps. 84, 11. sibi obviarent in terra, nunc in beneficium plurimis distributus, vix sufficit annuis reditibus unius. Ex hoc quidam mente captus ad memoriam sanctorum supradictorum a propinquis est adductus. ... Nullus ei accedere erat ausus, quoniam illico publicabatur conscientia eius. Nam, cum ante eum venisset quidam iuvenis: 'Eia', inquit, 'sodalis, quid ante modicum egeris, nonne reminisceris? Ego sedebam super palum, cum tu, sepe exturbata studiosius informator chirothecarum tuarum, festinabas ad quod scis scorti diverticulum'. . . . . . .

20. Boso quidam clericus Soghneis[2] habitabat gravique dolore dentium laborabat. Contigit quendam peregrinum in hospitium eius divertisse, cum solito gravius huius incommodi angustiaretur dolore. Compassus hospes homini: 'Si', inquit, 'crederes consiliis meis, forsitan iuvenirem tibi remedium salutis'. Ille, cui erat votum angustia caruisse: 'Dic', inquit, 'dic! Probabis me iam credidisse[a], si tamen fuerit possibile'. Subsecutus est peregrinus: 'Memorabilis in huius incommodi suffragatione quidam habetur sanctus nomine Ursmarus; in cuius honore si deinceps spoponderis te missam celebraturum quot diebus, spondeo et ego tibi, quod omni hoc incommodo carebis protinus. Ferunt enim et ipsum simili laborasse dolore[3], et idcirco compatitur deficientibus huiusmodi morbo, si illum ex prompta animi requisierint devotione'. . . . . . .

1050. 21. Monachus quidam noster, ex clerico conversus, anno millesimo quinquagesimo, Mosomagensis pagi[4] indigena, amore compatriensium a domino abbate Hugone[5] ex reliquiis sanctorum petiit donari sibi aliqua. Poposcit et accepit presbyteroque parochiae olim suae per se ipsum cum libello vitae sanctorum habenda detulit. Saevissima pestis murium radicitus segetes devastantium populabatur in omnibus confiniis regionum illarum. Decreverunt communi consilio sanctorum reliquias circumferre, si forte meritis eorum mererentur conspectum divinae clementiae. Circumtulerunt, nec spe frustrati sunt; intra paucissimos enim dies omnis illa pestilentia ita est penitus sedata, ut nulla ulterius regioni illi intulerit dampna. Parum est illos in vicino facere virtutes. Credite, quia multa operantur apud longe positas gentes, quamvis nostras minime attingant aures.

1044? 22. Fames praevalida quoque locorum desaeviebat[6], nonnullos ad latrocinium compellebat, quam plures ad id sceleris cupiditas inflammabat, quae nequaquam veniabilis erat. Tres in huiusmodi discordia concordes quadragesimae diebus Lobias venerunt et apud cuiusdam indigenae domum demorati sunt. Frequentabant cotidie ecclesiam sanctorum, sub obtentu religionis conspirantes ad ictum fraudis; cf. Ps 7, 15. iam enim conceperant dolorem, ut denuo parerent iniquitatem. Quid plura? Ipso sacratissimo die Apr. 22. paschae, qui feriatus etiam inferis creditur esse ob laetitiam resurrectionis dominicae, ut a missis est cf. 1 Cor 5, 8 discessum, concesserunt hospitium. Epulati, non in azymis sinceritatis, sed crapulae et ebrietatis, unaque collocuti, abscedunt in proximam silvam, competentia nequitiae tempora operturi. Et iam solari fulgore terrae subducto, tenebrae profusius occurrerant caelo, cum ecce illi, faventis protecti beneficio noctis, a latibulis surgunt, dispectos diu monasterii aditus adeunt, et per fenestram declivem ingressi, per altare suppositum descendunt. Pro nefas! Temeritas semel impunita ipsa sui licentia efficitur iniquitas condemnanda. Primo tabulam paratam invadunt, argentum omne excudendo comminuunt, deinde quicquid altari superpositum[b] erat apparatus; exigebat enim honor festivitatis nihil haberi intus. Sic in minimis fortuna favente, subibat cupiditas maiora audere; siquidem temptabant sacrorum etiam corporum ornatus diripere. Cum subito fragore signa in ecclesia eadem dependentia insonuere; quod a multis auditum saepissime nec hac vice tantum in maximum cessit miraculum, tunc autem illis in magni terroris augmentum, ut vix ex tribus iam putarent superesse ullum. Vigiles profundissimus sopor sepelierat, nec voluntas divina in hoc deerat, quae sanctos suos clarificare destinabat. Incondite ergo accelerato exitu, versus montem iter dirigitur, quem ab effectu nomen sortitum, satis patens est indicium, vocant siquidem eum Castri- Apr. 23. locum[7]. Cumque, iam fugatis cooperatricibus tenebris[c] noctis, dies adesset serenissimae lucis, illi toto ipsius viae conductu quasi in tenebris sibi palpare videbantur. Tandem summa cum difficultate venitur, quo voluerunt iam fuisse. Hospitii diversorium accepere apud quendam trapezitam nomine Walcherum. Inter coenandum multa eis ad invicem conferentibus: 'Si velles', inquit ad trapezitam eorum unus, 'nostris par esse consensibus, posset non modico lucro tuae artis prodesse profectibus; argenti enim et auri non mediocre pondus est nobis, quod ex asse conquirere poteris, si ad aequilibrationem semilibra responderis pecuniae'. O lingua faucetenus evellenda! par ei[8] quae terdenis numismatibus quasi vile mancipium vendens eum cuius non erat precium, prae cupiditate suum sibi furata est lucrum. Illo ergo fidem faciente dictis, trapezita miratus quantitatem venae splendentis, recognoscit ex qualitate operis,

a) credisse *ed.* b) suppositum *ed.* c) *deest ed.*

1) Estinnes (-au-Mont et -au-Val) prope Binche. 2) Soignies. 3) Cf. Vit. Ursmari auct. Ratherio c. 5, Mabillon, Acta III, 1, p. 249. 4) Mouzon. 5) A. 1033—1053; cf. Ann. Laub., SS. IV, p. 19 sq. 6) Procul dubio de fame a. 1043—1044. sermo est, quae iam a. 1042. incepit et compluribus annis non cessit; cf. Sigeb. Chron. a. 1044, SS. VI, p. 358; Ann. Leod. et Laub. a. 1043. 1044, SS. IV, p. 19; Herim. Aug. a. 1044, SS. V, p. 124; Chron. Suev. univ. a. 1043, SS. XIII, p. 72; Mirac. s. Vulfranni Fontanell. c. 9, D'Achery, Spicil. III, p. 268 sq.; Anselmi Gesta ep. Leod. c. 53, SS. VII, p. 221; Rodulf. Glaber V, 1, SS. IV, p. 70; Ann. Utic. a. 1042 (Order. Vitalis ed. Le Prévost V, p. 156; cf. ib. I, p. 182). 7) Mons. 8) Iudae Iscariothae.

cuius rei tenerentur criminis: 'Non vacat', ait, 'tempus iam nocte ad hoc commercium. Crastina die ad 1044? invicem ex ratione habebimus consensum, prout sors obtulerit faciendum'. Sic itum est dormitum. Intempestae silentio noctis eo loci quo rei recubabant coeperunt exaudiri voces confusae multitudinis mugitus taurorum, hinnitus equorum, balatus pecorum dissone imitantes. Qui infra domum quiescebant perturbari iamiamque sibi mortem meditari; sed paulatim recedentibus tenebris, recedebat et magnitudo timoris. Matutinus trapezita consurgit, magistratus adit, rem per ordinem pandit. Actutum illi capiuntur, vinculis Apr. 24. vinciuntur, in carcerem iussu comitis Herimanni[1] truduntur. Iamque praeveniens fama desperatos Lobienses hoc recreaverat rumore, comprehensos, quos nusquam putabant apparere. Communi igitur consilio legati illuc diriguntur, reosque sibi tradi et quae abstulerant reddi obtinuerunt precibus. Revertentibus procedit obvia utraque congregatio, monachorum scilicet et clericorum, *Te Deum laudamus* excelsissime concinentium et hac modulatione usque superius monasterium scandentium. Sic recepit ecclesia res amissas, finemque debitum accepit consummata iniquitas.

23. Ercliacus[2] villa est in pago Laudunensi, olim sancti Ermini possessio, nunc autem deserviens ecclesiae Laubiensi, quam scilicet idem sanctus Erminus usibus monachorum eo tempore concessit[3], quo in episcopatu sancto Ursmaro meritis et honore successit; ubi etiam condonavit amplissimam possessionem vinearum, quarum liquor per singulos annos deducitur Lobias non sine grandi tormento boum et hominum. Via enim gravis est et longa, utpote distans a Lobiis leucis non minus triginta, omnimoda difficultate nulli usquam comparanda. Nuper igitur, eodem vindemiarum mense, quo Henricus imperator decessit humanis[4], 1056. Oct. ea videlicet vini sterilitate quae fuit ubique, e vineis regionis sexdecim tantum ibi carratae vini fuerunt, quae cum magno labore Lobias perductae sunt. Luna quippe pluvialis difficiliorem effecerat viam, quae nunquam est facilis, usque ad iuga boum et sellas equorum exundantibus mille torrentium rivulis. Cumque Lobias pervenissent et portu tutissimo omnes angustias se evasisse putarent, Sambram offenderunt tantae exundationis, ut, si unquam, raro sit visa grandior ab incolis. Quid ergo facerent? Nihil periculosius, si navibus transitum temptarent, cum istud et omne consilium transeundi, excepto uno, amplitudo et impetus aquae dissuaderent. Sed pons erat per medium aquae, qui, licet vetustus, integer tamen in superficie, omne periculum transeundi videbatur excludere. Qua fiducia nihil haesitantes, sed absque dubio primi, secundi et tertii per medium carrucantes, Dei nutu transierunt incolumes. Cumque decimum plaustrum venisset in medium pontis, ubi altior erat a terra pene duabus hastis, statim vetustas illa, tantum pondus non ferens, dissolvitur, et quantum pontis bubulci, boves et plaustrum occupabant, cum magno sonitu liquescit et funditur. Sed qui pontem et ripas permeabant ex utraque parte clamantibus: 'Sancte Ursmare succurre eis!' super plancam, quae vix vacua sistebat, plaustrum cum tonna pependit, ulterioribus rotis et bobus, qui conserti erant plaustro, natantibus super aquam, et eorum cornua fortiter tenentibus bubulcis. Quibus cum tanta materies ruentis pontis incubuisset, neutrum animal est repertum, quod alicuius laesionis notam incurrisset. Statim insilientibus naves qui ad hoc exierant spectaculum, ut, si non possent vivos, eriperent vel cadavera mortuorum, Dei misericordia invenerunt incolumes; et susceptis hominibus, incisis loris, solverunt et eduxerunt boves; deinde incidentes ligaturas tonnae, cadentem in aquam tenuerunt et deduxerunt absque dampno vini unius deneratae[5]. Ita magnifice liberatis omnibus, non est haec ab aliquo computata Dei et sancti sui virtus, sed, qui aliquando solet contingere, rerum pereuntium et non pereuntium casus. Deus vero, qui tantam virtutem dignatus est monstrare, voluit etiam, pro quibus et per quem id egisset, manifestare, non alicui in eadem regione manentium, sed, ut latius opera eius clarerent, cuidam longe, in Vimiacensi scilicet pago, commorantium. Denique apud Sanctum Walaricum[6] vice Christi fungebatur et fungitur abbas Wazo[7], quem etsi in vita sua laudari prohibet sapientia Eccli. 11,30. favore humano, tres tamen sorores ubi notus est laudant eum et praedicant sub silentio, caritas scilicet, humilitas et discretio. Qui cum sequenti nocte in monasterio Sancti Walarici, quod ipse novum decenter construebat, ante matutinos aliquamdiu pernoctasset et ad conclusionem orationis suae diutius letaniam continuaret, ad eum locum et ordinem pervenit, ubi post victorias martyrum confessorum gloriam invocare debuit, et invocatis quos voluit cum reverentia et devotione, sanctum Ursmarum Lobiae pontificem, sed incolam caeli, habebat ordine suo invocare. Statimque reducens ad memoriam monasterium eius, ubi saepe missam celebravit, in eius contemplatione, quasi eundem ipsum videret, prolixius lacrimabiliter haesit, quousque saepius eum invocando inter singultus, lacrimas et fletus paulisper obdormivit. Cui mox in visione apparens sanctus Ursmarus, orationis eius utique non surdus auditor effectus: 'Age', inquit, 'quod agis! Operare quod operaris! quia non est vacuum omne tempus orationis. Oratio fidelium assiduas facit apud Deum orationes sanctorum, quatenus semper avertant pericula servorum suorum. Ego ipse ita meos consuevi protegere, ut semper adsim eis in omni angustia et tribulatione et, nedum eos, sed neque bubulcos eorum aliquando permiserim perire. Et ne sis dubius in verbis meis, cum veneris Lobias super pontem, experimento probabis, qualiter ibi hodie profuerim bubulcis meis'. His dictis, evanuit. Ille quoque bonus somniator statim evigilavit, et admirans visum, devote ut coeperat

1) Montensis ante a. 1051. defuncti, cuius viduam Richildem, filiam Ragineri IV. comitis Hannoniae, Balduinus, postea VI. comes Flandrensis, a. 1051. in matrimonium duxit. 2) St.-Erme-Outre (arr. Laon, cant. Sissonne); cf. 'Dictionn. topogr. de la France, dép. de l'Aisne' p. 245. 3) Adso in Vita Ermini, Ghesquière VI, p. 348, eum in pago Laudunensi natum esse tantum scribit. 4) Henricus III. obiit a. 1056, Oct. 5. 5) i. e. pretium denarii; cf. Ducange-Henschel, Gloss. s. v. *denariata*. 6) St.-Valéry-sur-Somme. 7) A. 1052, mense Maio elevationi S. Bertini affuit; cf. Bovonis Inv. s. Bert. c. 18, supra p. 533 sq. Caeterum non constat, quot annis abbatiae illi praefuerit.

1056. letaniam peregit, peracta, surrexit, surgens, signo crucis se signavit. Stabat ergo haerens, residuum noctis et diei quae viderat perpendens et, ne phantasticum quis diceret, cuidam referre timens. Erat Oct. autem tempus, quo, sicut omni anno solebat, in regnum Lotharii ad villas Sancti Walarici erat iturus, et eodem mense ad eundum iam erat paratus. Habuit per Lobias transitum — valde enim caritati suae complacebat caritas nostrorum, et non modica veneratione dignabatur eundem locum —. Ubi officiose susceptus — quis enim non magni penderet humilitatem eius? — post mutuas collationes et relationes praedictus abbas visionem suam apposuit[a] abbati nostro[1] inter multas circumlocutiones. Nos autem ubi audivimus, vix verbum prolatum ex ore eius rapuimus et virtutem, quam putabamus casum aut fortunam, exposuimus. Ostendimus ei pontem noviter restructum et ad confirmationem rei de eodem vino dedimus ei pleniter potum. Certa enim fuit per sanctum Ursmarum liberatio, et certa fuit eiusdem liberationis et aliarum multarum visio. Nunquam enim ascendimus ab inferiori ad superius Ursmari templum pro aliqua tribulatione, quod non citius sit multata aut vindicta aut correctione[2]. Sed fiat dicendi terminus, ne, dum volo esse lectori officiosus, omnia quae dici possunt dicendo fiam incuriosus.

——— ———

24. Longo post tempore, Adelardo abbate, quidam ex monachis ad hoc missi deducebant de eodem Ercleaco vinum ad usus fratrum. Permiscuerunt se in eorum comitatu quidam oppidanorum nostrorum cum carris suis, ut sanctorum patrocinio irent ac securi redirent. Ventum est ergo ad castellum in medio situm transitu; sed Givardus quidam, pestifer et immanissimus praedo, cum stipendiaria multitudine locum invaserat et de praeda sanctorum quos secum habebat satellites ditabat. Is ergo, nihil veritus iustitiam, transeuntes invadi iubet, omnia rapit, primumque ipsos boves in praedam suis dividit, bubulcos et ceteros comites ferreis nodis in carcerem constrictos tradit. Monachi, qui nullo alio armorum usu contenderent, ad medium deducti, agebant precibus cum pollicitatione pretii, ut permitterentur abire liberi. Sed ille saxo durior nec precibus nec pretio ullo modo flecti poterat. Unus ergo ex monachis Iohannes nomine, fidens meritorum sancti Ursmari, cucurrit ad fida praesidia. . . . . . .

25. Matrona quaedam Liedrudis nomine. . . . . . .

26. Grunniracus[b, 3] nomen est castri quod situm est ad occidentem Laubiensis oppidi miliario minus quam dimidio. In hoc commorabatur cum praedonum manu quidam Anselmus, scelere ante omnes immanior, caedibus et incendiis et praedis intentus et omni bestiali feritate crudelior. Is etiam cum multis et magnis dampnis Laubiensem locum afflixisset, ad ultimum villam eorum quae Strata[4] dicitur Apr. 27. cum viginti quatuor complicibus suis fregit et in ipsa ecclesia villicum cepit[c] quarto die exeunte Aprili, qui erat sequenti Maio toto serviturus. Permotus hoc sinistro nuntio, abbas[5] cum aliquantis monachis, ascensis equis, tendit ad castrum, quo captus villicus servabatur, aggreditur ipsum praedonem, iniuriam sancti Ursmari et fratrum necessitates coram conqueritur et, ut quem ceperat redderet, obtestatur. Ille abnegat, frustraque omnis labor consumitur. Confusi abinde redeunt tam abbas quam monachi, nec, quid agerent, quo se verterent, consilium erat. Tandem venit in mentem piissimi patris ac protectoris nostri sancti Ursmari memoria; apud ipsum orationibus die noctuque perpetuant. Summo igitur diluculo Apr. 30. ultima die Aprilis cum sanctissimo corpore iterum ad locum precaturi accedunt. Ille, ubi stratis excitus videt rem inopinatam, metu divino, horrore nimio corripitur et, vellet nollet, sine mora quod petebatur reddidit. Sed non in longum ultio divina quievit. Post aliquantos dies, cum idem et viginti quatuor complices de vicino Belli-montis[6] castro praedam suo more rapuissent, permoti iniuria facti incolae repente irruunt et uno omnes momento crudeliter prosternunt ac perimunt. Atque ita contigit, ut una omnes die crudeliter extincti referrentur Laubacum, qui ad iniuriam sanctorum villicum eorum ceperant et sanctissimum corpus ante fores suas delatum viderant.

27. De eodem castro, tempore quo bellum inter eos et Tudinienses[7] agebatur, cum aliis pluribus quidam pistor Laubias venerat, faeces ad conficiendos panes petiturus. Aderant etiam aliquanti de Tudiniensi clientela, et ex verborum iniuriis, ut fit, orta est inter eos gravis seditio. Irruunt alteri in alteros, et ut quemque casus armaverat, permixtum vulgus desaevit. Fugiunt Tudinienses et in ecclesia sancti Ursmari velut tutissimo proteguntur asylo. At vero ille pistor, correpto arcu, dum unum illorum intra monasterium telo appetit, nutu Dei volans sagitta ianuae infigitur. Sedata contentione, ubi ab utraque parte discessum est, ille miser, confectis panibus, clibanum solito amplius succendit. Cumque per concavum loci illius totis viribus dominaretur incendium, sanguineam volvens aciem, revinctis manibus a tergo, in medio flammarum, diabolo instigante, praecipitatur, talique morte temeratus Ursmari iniuriator miserrimam vitam finivit, vindicante Deo sancti sui iniuriam.

28. Tempore etiam Balduini senioris[8] comitis, cum in eodem castro moraretur Isaac, unus ex nobilibus Haynoensium, et frequentibus incursibus ipsos Tudinienses et totam ulteriorem Lotharingiam vastaret, Laubienses in confinio utrorumque siti pene ab his consumpti erant. Omni hora necesse erat

a) exposuit *emend. videtur.* b) Gruduracus *ed., ubi vero adnotatum: 'in ecgrapho nostro prius legebatur* Grumucacus'; *in indice cap.:* Grummaci; Gruniaci *Gesta Lob. c.* 6. c) coepit *ed.*

1) Adelardo, infra c. 24. nominato, qui a. 1053—1078. monasterium rexit; cf. Ann. Laub., SS. IV, p. 20 sq. 2) Cf. Folcwini Gesta abb. Lob. c. 42 (= Mirac. s. Ursm. c. 15), SS. IV, p. 73. 3) Olim Grigniart dictum, nunc dirutum; cf. I. Vos, 'Annales du Cercle archéol. de Mons' III, p. 297. 4) Strée, a Lobbes versus meridiem. 5) Adelardus. Hoc enim sedente gesta haec esse ex c. 28. apparet, ubi posterius factum Balduino VI. comite, qui a. 1070. obiit, narratur. 6) V. p. 833, n. 7. 7) Thuin oppidum prope Lobbes. 8) VI. comitis Flandriae (a. 1067—1070), I. comitis Hannoniae (a. 1051—1070).

fugere, festinare et velut imminente morte trepidare. Noctibus clangor lituorum stridorque[a] tubarum non solum homines, sed, ut ita dicam, sanctos in Laubiis quiescentes absque ulla reverentia inquietabat. Longa igitur permoti iniuria, beati patroni nostri Petrus et Ursmarus tam sibi quam nobis consulere parant. Medio cuiusdam noctis silentio, cum ille in lectulo iaceret vigilans, repente videt utrosque coram se consistere furibunda et minaci facie; et beatus Ursmarus, armatam habens manum praeacuta sude[b], dum mortiferum vibrat ictum, ferientis dexteram beatus Petrus sustinuit et clementer: 'Parce', ait, 'frater, parce huic, et hoc habeat beneficium pro eo, quod in urbe Roma adiit meum sepulcrum; sed caveat, ne amplius hic moretur, neque mihi vel tibi ulterius sit molestus, alioquin mortem, quam modo differimus, satis graviorem persolvet'. His dictis, visio disparuit. Rapit ille quantocius corpus e lectulo totamque horrifico[c] clamore fatigat domum. Inclamat socios, primusque ipse, ascenso equo, fugam iniit, sua omnia subsequi iubet, veniensque ad Balduinum comitem, non sine multorum admiratione quod viderat quodque passus fuerat retulit. Ex illo tempore castrum illud fluere ac retro referri coepit, donec tandem funditus eversum[1], et nobis pax perpetua ex eo facta est.

29. Quid illud quantoque miraculo est praedicandum, quod nuper, cum populi adiacentium pro- 1089—
vinciarum divino flagrarent incendio[2], Laubienses solito more confugerunt ad patronos suos Petrum, 1090.
Ursmarum et Erminum. Communi namque habito consilio, corpora sanctorum efferunt et cum processione ac letania fines suos circumeunt. Mira res! Cum omnem viciniam lues eadem vastaret, tamen intra ambitum[d] circuitionis illius, velut opposito limine, ingredi non ausa, ibi tantum desaevire permissa est. Quid in illa processione acciderit, referam.

30. Hydropicus quidam de oppido Soniacas[3] dicto cum populo aderat. . . . . . .

31. . . . Sunt et alia multa et stupenda quae nostris temporibus contigerunt miracula.

MIRACULA S. URSMARI IN ITINERE PER FLANDRIAM FACTA.

Licet non sit speciosa laus in ore peccatoris, laudare tamen Deum in sanctis suis adeptio est cf. Eccli. 15, 9.
quodammodo ipsius speciositatis. Si enim opera Dei bonum est praedicare, virtutes utique sanctorum, quae sunt opera Christi, malum silere; in quibus voluntates suas gloriose dignatur mirificare. Unde, etsi dehortatur iniustitia[f], exigit res et hortatur obedientia, ut posteris studeamus litterare, qualiter inter Flandrenses sanctus Ursmarus comitante Deo voluit itinerare.

1. Ea ergo tempestate qua inter Henricum imperatorem et Balduinum comitem[4] iustitia oppugnata 1053—
et expugnata non potuit in terris regnare, Lobia fuit in capite, quod nobilitatis suae titulum coacta est 1054.
amittere. Perierunt cultores, fugerunt habitatores, nihil residui fuit antiquitatis praeter lapides et aliquos
situs, qui adhuc possunt revocare memoriam posteritatis. Sed postquam Henricus imperator decessit 1056.

a) ostrid. *ed.* b) *sic Ghesq., qui uncis incl. add.: 'id est* hasta'; sede *Henschen.* c) horrorifico *ed.* d) *sic correxi;* habitum *ed.* e) supposito *ed.* f) insufficientia *emend. videtur.*

1) Ab episcopo Leodiensi, ut scribit Gest. abb. Lobb. continuator c. 6, SS. XXI, p. 311, qui hanc narrationem adhibuit. 2) Cf. Ann. Laub. et Leod. a. 1090, SS. IV, p. 21. 29; Sigeb. a. 1089, SS. VI, p. 366; Ann. Formosel. a. 1089, SS. V, p. 36. 3) Soignies. 4) V. Flandrensem; qui a. 1051—1056. contra imperatorem rebellavit, cum Balduinus VI, filius eius, a. 1051. comitatu Hannoniensi potitus esset. A. 1053. Balduini Tudinium prope Lobbes et Hoium incenderunt. A. 1054. ipse imperator Flandriam invasit.

humanis, licet falsa, visa est tamen iustitia redisse terris, et voluissent noluissent, regnavit pax etiam in hominibus malae voluntatis. Cessaverunt rapinae, visa sunt Saturnia regna redisse, et, licet cum paupertate, recepit unusquisque sua ex libertate. Ecclesia vero Laubiensis, quae oppressa et vastata erat prae omnibus aliis, animum rectoris sui, abbatis scilicet Adelardi, graviter angebat ea pacis adeptione, si quando se et sua relevare[a] posset ex tanta deiectione. Qui, habito consilio cum suis, nonnisi divinitus praeponderavit succurrendum talibus ex sanctorum meritis. Erat enim gravis casus et non una occasio: templum enim sancti Petri, quod in pace deiectum et refundatum fuerat, magis aliqua vetustatis ruina videbatur quam renovationis fundatio[1]; et partim guerra, partim negligentia maiorum diminuta erat ecclesialis possessio, maxime autem in Flandriis, ubi cum Menapenses, Wasiacenses et ipsos Flandrenses sanctus Ursmarus convertisset ad Dominum ab errore gentilitatis, multas terras acquisivit sancto Petro gratia suae praedicationis; quas incuria priorum pene amiserat ecclesia prae longitudine itineris. Cum igitur tot et tantae res vel importunae essent vel opportunae deessent, utriusque comitis, senioris scilicet et iunioris[2], consultu, hortatu et petitione, episcoporum licentia et benedictione sanctus Ursmarus effertur, non solum sua redimere, sed etiam rerum suarum deiectioni succurrere. Qui elatus cum honore et digna veneratione suorum, nullum pene diem voluit praeterire absque signis miraculorum. Nulla potuit dominari ante eum daemonis infestatio, nulla inter discordes regnare disceptatio, nulla infirmitatis praevalere passio. Sed ne omnia videamur communiter proferre, singula singulatim studeamus determinare.

1060. 2. Perveniente ira Dei super filios incredulitatis, laborabat eo tempore et deficiebat genus humanum pestilentia mortalitatis[3]; quae cum plurimas occupasset regiones, in tantum desolabat quasdam Bracbatensium partes, ut non una, sed utraque manu viderentur rumpere fila sorores[4]. Regnabat mors per omnes aetates et sexus, et si quos impune transisset, hos vitae desperatio affligebat et intolerabilis metus. Non enim ruebant consuetudine moriendi, sed adhuc sani communionem accipientes et sua disponentes et etiam cum amicis convivantes quasi licentia abeundi vivos catervatim occupabant officio se sepeliendi. Tandem subvenit eis Dei providentia per sanctum Ursmarum; ubicumque enim sanctus confessor per eos habuit progressionis suae transitum, tanta reliquit vestigia suae salutis, ut nemo eorum postea incurreret ex ea pestilentia periculum mortis.

3. Exinde progressi, castrum quod Insula[5] dicitur altera die venimus cum frequentia populi. Ubi quantus amor erga sanctum confessorem et quantus fuit populi affectus, ipse postea erga eos patenter ostendit pio apud Deum pro eis interventu sui. Nullus enim inter eos aliqua fuit infirmitate circumventus, qui, antequam exisset, non sit Dei manu visitatus. Cumque egrederemur in crastino, totius oppidi virorum ac mulierum, iuvenum et seniorum exiit nobiscum multitudo. Quorum petitione cum in trivio corpus sancti extra villam deposuissemus, notaverunt diligenter sibi locum, ut ibi erigerent crucem in honorem eius. Quam cum erexissent, ut ipsi postea retulerunt, quicumque infirmi illuc venientes in eo loco dormierunt, quanti meriti foret apud Dominum qui ibi depositus fuerat, recepta sanitate persenserunt.

4. Puella quoque quaedam ea die exivit cum aliis, quam, quia speciosa erat, amore sibi devinxerat quidam ex nobilioribus iuvenis. Habebat autem novercam — quod genus mulierum solet pessimum esse —, quae cum voluisset post sanctum exire, videns privignam suam praecessisse, non ausa domum solam relinquere, remansit domi invita quidem, sed tantis verberibus afflixit puellam redeuntem, ut octo diebus surgendi a lecto non haberet valetudinem. Cui etiam exprobrans amorem praefati iuvenis, meretricem' eam milies vocans: 'Non existi', ait, 'causa alterius devotionis, nisi ut illum videres, qui uritur flamma tam pessimae meretricis'. At illa, non diu ferens verba exprobrantis novercae: 'Iudicet', ait, 'pessima mulierum, sanctus Ursmarus inter me et te; et si ego eum non ea qua dicis secuta sum intentione, percutiat manum, quam super me erexisti, pessimo languore'. Oravit puella et exoravit; statim enim tantus languor brachium novercae invasit, ut per quadraginta dies illud ad caput suum erigere nequiverit. Quam rem omnes oppidani noverunt et cuidam nostrorum per eos transeunti postea pro miraculo retulerunt.

5. Cumque coepto itinere deambularemus, ad villam quandam quae Nova-basilica dicitur secus Strateselam[6] devenimus; ubi quidam milites ita inimicabantur ad invicem, ut nullus mortalium in eis posset componere pacem; surrexerat enim praeteritis annis inter eos tanta seditio, ut patres filios, filii patres, fratres amitterent fratres instinctu diabolico. Cum igitur ad sanctum populi confluerent undequaque, contigit et illos omnes ex suis partibus convenisse. Ceteris vero, qui immunes erant ab ea seditione, rem nobis intimantibus, segregatos ab invicem coepimus convenire alternis vicibus, ut Deo et sancto donarent hanc contentionem, ne plus accresceret interfectorum numerus. Assenserunt quidam, licet inviti, pro timore Dei et sancti amore; minor autem pars omnino coepit contraire. Quos cum nullo modo potuissemus inclinare ad consensum: 'Eia', inquit Balduinus decanus, 'circumferamus sanctum, ut aut consentientes pareant nostro consilio, aut dissentientes sequantur ducem suum diabolum, divisi a nostro consortio'. Cumque sanctum a terra levassemus et, ut omnes in ambitu processionis includerentur, caute et psallendo deambularemus, statim exiierunt solummodo pacis contradictores, ignari omnino, quid inter se tractassent nostrates. Haec enim fuit consilii summa, quia tanta erat sancti, quem seque-

a) *corr. Ghesq.*; revelare *ed.*

1) Cf. G. abb. Lob. Cont. c. 6, SS. XXI, p. 311. 2) Balduini V. et Balduini VI. 3) De hac quidem nihil in Annalibus Belgicis legitur, non vero dubito quin fuerit a. 1059. 1060, de qua Bertholdus, SS. V, p. 271; Ann. August., SS. III, p. 127, referunt. Ex notis temporum infra c. 10. 11. 18. 20. 21. occurrentibus apparet, hoc iter quodam anno factum esse, quo pentecoste iam in medium mensem Maium incidit; quod a. 1060. factum est. 4) Cf. Martial. XI, 37. 5) Lille. 6) Strazeele prope Hazebrouck (dép. Nord).

bamur, fiducia, ut, si possent intra processionem includi aliquando, postea non praevaleret apud eos 1060. potestas inimici. Nec mora, et ecce patuit diaboli stropha. Transiens enim inter nos et eos nigerrimus canis, ostendit se duce discedere eos a nobis. Quibus etiam ducatum suum non subtraxit, donec post tres ferme menses eos omnes in pugna composuit, a qua de omnibus contradictoribus nec unus vivus superfuit.

6. His itaque, quia vinci non poterant, pacem imprecando discessimus; et eam per totum iter nostrum interventu sancti inserentes multorum cordibus, post aliquot dies apud castrum quod Blarengehem[1] dicitur hospitium sortiti sumus. Ubi seu casu duceremur seu Dei providentia, incertum nobis fuisset, nisi propalasset lux crastina. Praeerat ibi quidam iuvenis Hugo nomine, non minus nobilitate morum praedicandus quam nobilitate generis, qui ea die iudicium erat agitaturus; quod non absque multo sanguine potuisset foederari, nisi per Dei clementiam praevenisset sanctus Ursmarus. Habebat enim in sua familia duos milites, qui aliquando disceptaverant inter se verbis asperioribus, utpote iuvenes. Non latuit ea contentio dominum, qui, accitis militibus suis, requirens super illis duobus iudicium, confecit pacem inter eos usque ad osculum. Sed alter eorum, qui amplius fuerat laesus verbis, male fundans in corde suo osculum confectae pacis, dissimulavit quidem ad tempus, non diu tamen, nisi quousque sibi suppeteret locus; erat enim minor genere, sed maior militis nomine. Et quia dolus an virtus in hoste requiritur a paucis, non defuit ei locus, licet inlaudabilis. Expectans quippe post biduum dominum suum Hugonem abesse, illum sibi non caventem pro confecta pace quesivit et invenit securum in ypogea sedentem; cui dolo transfigens pectus lancea, pro uno verbo intulit mortem. Insecutus est clamor et tumultus. Ille statim intravit ecclesiam, multis non valens resistere solus. Quem cum milites voluissent in ecclesia interficere, miles quidam, quem post Hugonem habebat dominum, datis vadibus, eduxit eum hac ratione, ut sub praesentia Hugonis restitueret eum in eadem ecclesia cum armis quinta decima die. Contigit ea nocte ad ecclesiam adventus sancti confessoris, nocte scilicet anniversaria domi- Maii 4. nicae ascensionis. Mane ergo facto convenit cum armis ex utraque parte maxima militum multitudo; hi ut, si non possent ratione, vi eum eriperent; Hugo et sui, ne inferiores facti reum sibi rapi permitterent. Rubebat scutis totum atrium, repercussione matutini solis splendebat acies armorum, confusior erat fremitus et hinnitus equorum. Stabant Hugonenses evaginatis gladiis circa ecclesiam, unius peccatoris sitientes fundere sanguinem. Tandem nos per medium eorum ecclesiam intravimus, miserum illum, iam morti simillimum, ante altare prostratum invenimus; missam pro cunctis fidelibus inprimis celebravimus, letaniis et omnibus modis lacrimabiliter divinam clementiam pro tanto periculo imploravimus. Post haec albis et cappis induti, utpote principalem missam celebraturi, processimus; Hugonem inprimis humiliter convenimus, ne pro unius peccatoris sanguine tot arma militum permitteret confligere. Sed nihil valuerunt preces nostrae, cum verba excusantis contra sanctum et contra nos interrumperent singultus et lacrimae. Intravimus ecclesiam, iterum sanctum corpus, ignorantibus eis, detulimus in medium eorum. Stupuerunt, oculos humiliter omnes demiserunt, et quis inter eos delatus fuerit, etiamsi nescirent, satis patenter ipsa sua continentia ostenderunt. Fluebant lacrimae ab oculis omnium; pugnabant pietas et ira in cordibus hostium[a]. Tandem vicit pietas in Hugone, et miserum illum vita, membris et etiam gratia sua donatum abire permisit. Huius autem rei occasio centum ferme inimicitiarum inter milites qui illic convenerant ea die fuit confoederatio. Ibi fuit miles quidam clarissimus nomine et opere Bonifacius, cui duo fratres abstulerant castrum suum et interfecerant uxorem eius noviter nuptam et nondum unius anni filium; ex quibus postea unum interfecit, alter vero a facie eius fugit. Sed modo, audita sancti opinione, quam per se et per suos non audebat requirere, absque alicuius mortalis conductu per sanctum Ursmarum praesumpsit misericordiam expetere. Quaesivit et invenit, nec aliquis ea die a sancto infoederatus redivit. Ex quo enim fuit ad terram in medio eorum depositus, tanta pietas irrepsit omnium cordibus, ut nulli posset esse dubium, interfuisse gratiam sancti Spiritus.

7. Digressi inde, Cassellum-montem[2] tendimus conscendere. Paravimus sancto locum infra suum papilionem, nobis autem hospitium apud quendam cauponem. Erat ibi puella, quae in medium frontis sibi fecerat incidi venam evitandae cuiusdam infirmitatis causa, sed, dum parat infirmitatem effugere, mortem omnino debuit incurrere. . . . . . .

8. Post haec comitem[3] et comitissam[4] apud Bergis[5] convenimus, iniustitiam quae nobis fiebat de terris sancti declamavimus; a quibus reverentia, qua decuit sanctum, suscepti, sanctus in templo, nos in claustro[6] hospitium sumus sortiti. Monachus quidam ibi laborabat dolore dentium, quem satis graviter ferebat spatio pene trium annorum. Et quia infirmis semper optabile est quodcumque remedium, coepit requirere a nobis, si quod exinde nossemus medicamentum. Nos nihil quidem, sed dedimus ei Vitam sancti legendam, in qua[7] refertur novem annis et septem hebdomadibus eandem sustinuisse passionem. Fuit ea nocte sollempnitas adventus Spiritus sancti, id est quinquagesimus dies a resurrectione; et quia Maii 14. prae dolore vix parum poterat dormire, statuit ea nocte cum candela sua ante sanctum vigilare; ubi non sine precibus et lacrimis diu vigilavit, sed paulo post paulisper somno oppressus, Dei gratia sanus surrexit et matutinis cum reliquis fratribus incolumis interfuit.

9. Nos ibi sollempnitatem diei percelebravimus; in crastino autem exivimus, prosequente comite Maii 15. et comitissa et cum eis duobus episcopis, Londoniae[8] scilicet Anglorum et Ternannae[9], cum totius Flan-

a) *sic correxi; nostrorum ed.*

1) Blaringhem inter Aire et Arques (dép. Pas-de-Calais). 2) Cassel (dép. Nord). 3) Balduinum V. Flandrensem. 4) Athelam. 5) Bergues. 6) S. Winnoci. 7) Auct. Ratherio c. 5, Mabillon, Acta III, 1, p. 249. 8) Guillelmo. 9) Drogone.

1060. driae optimatibus. Vixque egressis oppidum, fixit pietas gradum, quia voluit Deus magnificare sanctum suum in conspectu principum. Deposita quippe tanti thesauri sarcina, facta est mentio concordiarum et pacis in omnium audientia, recitatum etiam, quanta in his eo itinere sibi affuisset divinitus gratia. Deinde ad pacem invitati et ut erant inter se inimicantes singillatim[a] adnominati, tantam inierunt voluntatem et gratiam pacis componendae, quantam eis sanctus Ursmarus a Domino voluit impetrare. Nullus siquidem fuit ex cunctis optimatibus, qui ea ausus fuisset absistere pacis admonitionibus; sed tanta et tantarum rerum facta est inter eos confoederatio, quantam nullus mortalium potuisset conficere pro totius mundi auro, testante, qui haec eadem protestatus est coram omnibus, comite Balduino. Nullus denique remansit infoederatus, nullus abiit inosculatus; sicque confecta pace, cum tanto patrono digressi sumus.

10. Sequenti nocte hospitio nos recepit castellanus Furnensis[1] apud quandam villam iussu comitissae; qui, auditis miraculis quae fiebant per sanctum Ursmarum, cum haberet filium parvulum vix quinque annorum, sed iam tribus annis lumine privatum, misit eum ad nos, ut interpellaremus pro eo patronum nostrum. Tantus autem tumor excreverat in oculorum loco, ut non oculi viderentur, sed
Maii 16. tumens caro. Qui ea nocte ante sanctum collocatus, in crastino est reductus et ante tertium diem et lumine et venustate oculorum integritati restitutus.

11. Egressos inde excepit nos Brugia debita devotione; ubi conveniendi metata statione, sanctum locavimus decenter in suo papilione, et statutis custodibus, nos e regione hospitati sumus. Cumque sederemus ad manducandum, flante vento lucernae sunt extinctae ante sanctum. . . . . . . Lumen divinitus missum, divinitus et est servatum, usque dum post mensem pervenimus Gandavum[2].

12. Taliter ergo itinerando, numquam a curatione febricitantium, dentes dolentium et multis modis infirmantium cessante sancto Ursmaro, Osburg[3] ingressi sumus, praeeunte et subsequente cum laudibus innumerabili populo. Praemissis legatis, Osburgenses obviam venerunt. Nobis subeuntibus templum et de templo mansionis nostrae hospitium, tribus diebus non cessavit funiculus populi euntium et redeuntium. Ubi in quantum fuerit necessarius adventus sancti, testis est Deus, cuius dispositione et prudentia eo die convenimus. Ibi erant enim in eo oppido quadringenti ferme militum, inter quos tanta erat tempestas inimicitiarum, ut, nisi exercitu coacto, egredi domum aut regredi auderet eorum nemo. Exigebant ab invicem interfectiones parentum et vindicando magis augebant ultionis cumulum, quia in ea primo semper habetur mos pugnandi, numquam tamen copia vincendi. Sed cum se ipsos iam non possent ferre, datis obsidibus ad tempus pro servanda fide, ad iustificationem sibi convenerant eo die. Convenerant non animo, sed conventu, iactantia se ostentandi, non pacis affectu; et ideo male cessit, quia debita pax non intercessit. Nulla tamen peior res interfuit quam cupido, quia hic vult vendere mortem fratris, ille se defendere sacramento, dum mavult omnino se peierare quam thesaurum suum dissipare. Itaque alii sacramenta accipiendo, alii decem libras, alii viginti, alii triginta, alii centum et eo amplius deponendo, divisi sunt ea die, redituri in crastino, ut, si non interveniret concordia, ardentior fieret ultionis repetitio. Convenerunt quidem in crastino, sed melius cessit, quia sanctus Ursmarus mediator interfuit. Quos iam male divisos ab invicem et paulo post pessime redituros cum armis ad itidem, medio illorum illatus, ad tantam subito revocavit concordiam et pacem, ut, omnino exfestucatis inter se redemptionibus et sacramentis, supra corpus iurata pace, ad oscula currerent, proiectis armis. Deinde cum sancto introgressi laetanter ecclesiam, ut animabus defunctorum, pro quibus haec fiebant, peteremus a Deo absolutionem et misericordiam, ipsi pariter inceperunt hymnum *Te Deum laudamus;* et decantantibus nobis cum sonitu campanarum, patrio more laudabat Deum uterque sexus.

. . . .

14. Post haec nos fama praeveniens praenuntia erat ubique adventus nostri, sicut facta ita et infecta de actibus sancti comminiscens; cuius opinione ex omnibus vicis certatim nobis satagebant occurrere. In villa autem, cuius nomen excidit, qua ea nocte nobis erat hospitandum . . . . . .

15. Die tertio miles quidam Baldradus nomine nos suscepit hospitio; erat autem uno pede claudus, mente autem et intentione eo rectior nullus; iuvenis nobilis et ex ditioribus, sapiens et ex perfectioribus, miles et ex melioribus, consiliarius comitis et ex prioribus; qui quanto erga sanctum exarserit amore, satis patenter ostendit in nostra susceptione et in sancti ex muneribus suis honorificatione. Nec perdidit praemium, licet sanctus Ursmarus ex eo nobis exhibuerit ludum satis iucundum. Cum enim illuc venissemus, omnes erant sani, ipse scilicet et uxor eius et duo filii; et post biduum, excepto eo, omnes sunt infirmati. Veniens autem currendo ad nos tertia die, uxorem et filios cum lacrimis et contritione cordis a sancto coepit exigere et, ut pro eis oraremus, satis dulciter nos exorare. Sic accepta licentia, reversus est domum, et restituta suis sanitate, invenit apud eos pleniter operatum fuisse sanctum Ursmarum.

16. Nos vero apud villam quae Liswege[4] dicitur hospitantes, mane facto coepimus ad concordiam propter amorem sancti invitare discordes; erant quippe nos secuti plus quam quingenti milites, alii discordes reconciliare volentes, alii per sanctum pacem sibi ab inimicis requirentes. Quos cum omnes per Dei gratiam reconciliatos habere putassemus, quidam furtim per turbam intromissus, proiciens se cum forcipe et scopis ad pedes cuiusdam nudus et discalceatus, ante pedes eius in modum crucis iacendo, centies misericordiam inclamans, veniam petebat, quia interfecerat in uno die duos milites germanos eius. Erat autem ille Robertus iuvenis et potens, militia ducentorum ferme militum praeminens. Qui

a) sigillatim *ed.*

1) Furnes. 2) Haec circa Maii d. 18. gesta sunt; Gandavum vero iam die Iun. 11. advenisse videntur; v. infra c. 18. 3) Oostburg (prov. Zeeland). 4) Lisseweghe prope Blankenberghe.

novitate rei perculsus, partim prae stupore, partim prae dolore super milites cadebat supinus. Flebant 1060. omnes suppressa voce; quis enim tam lapideus, cui ea hora deessent lacrimae? Tandem miles ab aliis erectus, iterum prostravit se nostris precibus. Nobis ea res admodum gravis visa et pene usque ad desperationem difficillima, sed non absque patroni nostri fiducia. Tamen convenimus iuvenem, in omnes preces descendimus apud eius sublimitatem; ille vero econtra praetendere plenam doloris piissimam excusationem. Restitit ille contradicendo, nos perstitimus precando; reus autem iacebat in medio, semper propter Deum et propter sanctum sibi misericordiam imprecando. Ad haec iuvenis coepit flere et tacere, multos colores inducere, modo pallere, modo rubere, et dentibus stridens, contradicendo pene insanire. Quid plura? Si suppetisset locus et hora, lapsus fuisset fuga. Nos interim a prece destitimus et dissimulando, accipientes scilicet sanctum Ursmarum, ante pedes eius supra pallium intulimus. Stupuit iuvenis valde, et proruens cum fletibus in facie, miserum se clamans, mordebat terram prae dolore. Prostrati ibi erant tres simili et dissimili modo: sanctus Ursmarus quasi veniam petens pro reo, reus pro semet ipso, iuvenis apud sanctum, quod ante se pro se delatus esset, veniam petendo. Erat ibi pietatem videre, quia nullus erat sonitus, nulla vox nisi lacrimae; manabant fletibus genae et barbae militum, et ita flendo trium horarum spatio inter nos duravit silentium; non enim erat aliquis nostrum, qui sibi prae fletu et singultu posset elicere vel unum verbum. Tandem vicit sanctus Ursmarus, et mirabili signo perstringens omnium animos et aspectus, a terra, qua forsitan non sponte iacebat, fecit se levari citius. Fumus, mirum dictu! procedens ex scrinio, omnes exanimavit horrore magno; qui statim corruerunt in facies suas, pectora sua pugnis tundendo. Nos vero levantes sanctum non sine magno timore, reposuimus festinanter super altare. Ante quem adductus iuvenis, veniam petebat cum lacrimis; quam ut mereretur accipere, reo suo veniam dabat, sacramento et osculo confirmata pace.

17. Quibus omnibus exeuntibus nobiscum, apud villam quae Liffengia[1] dicitur accepimus diverticulum hospitalitatis. Ibi autem laborante natura rerum, caelum et terra per tres menses expectant sanctum Ursmarum. Terra sterilis erat prae siccitate; caelum nisi interventu sancti nolebat aquam deponere. Cumque processissent nobis obviam, letaniis et cantibus suis per sanctum imprecando pluviam, tanta absque mora subsecuta est pluviae inundatio, ut nulli dubium fuerit, quin deposita sit interventu confessoris et merito. Prius tamen permisit nos ecclesiam intrare, nolens suos impluere et ea aqua, quae caderet super nos, terram frustrare. Tota nocte pluit; surgens aurora serenum reduxit. Mane surreximus, missam celebravimus, quotquot voluit Deus foedera solito more composuimus; invitis rusticis, quia volebant nos retinere, discessimus.

18. Haec et his similia diatim operante sancto, tam pulchris muneribus hospites suos remunerando, Gandavum venimus die dominica[2]. Ruunt nobis obviam ut examen apum oppidani sexus utriusque, et Iun. 11. inprimis introducti castrum, apud Sanctam Pharahildem orare [coepimus[a]]. Concordatis ibi plus quam viginti discordibus, transivimus ad monasterium Sancti Iohannis baptistae. Ibi ea nocte hospitati, misimus ad Blandinienses inquisitum, si nos in crastino susciperent gratia quiescendi; eramus quippe ex itinere fatigati. Susceperunt sanctum debita veneratione, nos debita caritate. Nos quidem vacavimus otio; Iun. 12. sed sanctus Ursmarus operatus est pro nobis et pro semet ipso. Puella quippe quaedam, Deo ducente, ingressa templum, venit ante altare, super quod sanctus iacebat, oratum. . . . . . . Puella quoque usque Laubias secuta sanctum, non narrando, sed se ostendendo perhibebat suae salutis testimonium.

19. Visum est indecens nobis praeterire orationes sancti Bavonis; decrevimus ire cum monachica processione. Missam iterum celebravimus apud ecclesiam sancti Iohannis baptistae. Affuit inter missas cum aliis multis mulier veterrima. . . . . . . Peracta missarum celebratione, versus Sanctum Bavonem processimus, frequentia populari comitante; ubi tanta veneratione suscepti sumus, quod, si omnes sancti fuissemus, non fuisset maior.

20. Et accepta licentia, egressi die altero, ad villam quae Finia[3] dicitur pervenimus post dies octo[4]. Iun. 13. Iun. 18? Erat autem gravis aestus, et laborabat prae calore populus. Praemisimus ad presbyterum, ut aperiret ecclesiam et pararet nobis hospitium. Vocabatur presbyter Paulus, Paulo male conformatus, nisi dum adhuc esset Saulus; qui statim, obseratis omnibus ostiis ecclesiae, fugit et claves secum tulit. Nos ergo accedentes, stetimus ante ostium, et requisitis clavibus, audivimus aufugisse presbyterum. Cumque papiliones nostros coepissemus in atrio stabilire, patefactis ianuis contra sanctum, obicem vidimus et audivimus volasse cum grandi sonitu in medium ecclesiae. Intravimus omnes cum gaudio, Deum et ianitorem nostrum laudando; presbyter vero rediens, non parum confusus, veniam petebat a sancto et a nobis, lacrimis suffusus, satisfaciens quibus poterat gemitibus. Mane facto, iterum prostratus ante sanctum, Iun. 19? veniam petebat coram omni populo, et absolutus a nobis, quomodo sibi evenisset, Theutonice enarrabat populis.

21. Iamque accelerando iter nostrum, redeundo venimus Bruxellam die octavo[5]. Concurrente

a) *suppl. Henschen, deest c.*

1) Leffinghe inter Nieuport et Oudenburg. 2) De tribus diebus dominicis, Iun. 4, 11, 18, cogitari possit; cum prima vero pugnat quod supra c. 11. dicitur, cum tertia quod infra c. 20. 21. de itineris tempore indicatur. 3) Ubi sita sit, ignoratur; nomen forte corruptum. 4) Hic numerus nimius est, ut infra c. 21. apparet. 5) Hic numerus non ab eo die quo Finia, sed quo Gandavo abierunt (c. 20) computandus est; aliter enim temporum notae inter se non congruunt. Nec credendum est in itinere a Gandavo Bruxellam, quae urbes inter se 57 km. distant, 'accelerando iter' 16 diebus eos moratos esse.

1060. turba, affuit inter ceteros mulier quaedam clauda, unoque suspenso pede, quasi tripes fustibus incedens,
tarda sequebatur a longe, quia ceteros non poterat convenire. Tamen sanctum, ut gradiebatur sola, pie
invocando et paulatim in gressus enitendo, sensit sibi adesse Dei et sancti auxilium; et proiecto uno baculo,
retinuit alterum, quo se sustentans, summis articulis terram tangendo, statim venit post nos ad ecclesiam
Deum laudando et recuperationem salutis suae omnibus praedicando. Erat autem omnibus nota; fuerat
quippe mima, sed vita et moribus casta. Confecta iam multorum cordibus pax est; nullus enim, postquam
Iun. 19. osculatus fuisset volens aut nolens baculum sancti, poterat contradicere. Ab his discedentes et per alios
Iun. 28. incedentes gloriose, in vigilia apostolorum venimus Lobiis, decimo scilicet die; et quia festivitas erat,
apud principale templum illuc detulimus patronum nostrum, ubi etiam per aliquot dies mansit nobiscum.
Iun. 29. Ea autem nocte, postquam reddita luce reponendus erat in monasterio suo, venit quidam homo Tudini-
ensis ad ecclesiam cum filio parvulo, nescio qua occasione per annum visu oculorum orbato. Quem
collocans ante sanctum, vigilabat et orabat usque ad crepusculum. Nocte nihil profecit; referentibus
autem nobis in crastino sanctum, puerum secum tulit. Cumque reponeretur in loco suo, bacellum, quem
manu tenebat, proiciens, sanctum invocando: 'Curre', ait, 'fili, et refer mihi quod illuc proieci modo'.
Statim recuperato visu, cucurrit puer et videntibus nobis retulit bacellum, quem proiecerat pater. Homo
vicinus noster est; puer adhuc Tudinii est, ubi multa non sua videt, nec enim ex ditioribus est; sed,
quibuscumque egeat, Deo gratias et sancto Ursmaro, lumine oculorum dives est[a].

a) *in cod. Laubiensi scriba subscripserat:* Iam finem tetigi, quem multum desideravi.
Fuit hic codicellus 10. Kal. Aprilis feliciter Laubiis exaratus.

VITA S. ALTONIS AUCTORE OTHLONO.

Post medium saeculum XI. monasterium sancti Altonis nomine insigne (Altenmünster inter Augustam et Monacum) et ab ipso, ut credebatur, fundatum, monachis in Altorfense coenobium translatis, sanctimonialibus a Guelfonis vidua Irmindia vel Imiza traditum est, iisque contra verbum Bonifatio imputatum concessio fonte quodam utendi data. Ut hoc ius defenderet, Othlonus, celeberrimus ille auctor[1]*, dum in monasterio S. Emmerammi degeret, ante a.* 1062. *libellum hunc conscripsit, quo, vita Altonis illius ex incerta traditione relata praemissa, fata monasterii narravit accuratius, ut videtur, quam alibi tradita sunt.*

Exstat hic libellus in codice Monacensi *nr.* 21707 *(Weihensteph.* 207*) saec. XV, f.* 21 *sqq.; ex quo nunc primo integer prodit, prologo vero destitutus est.*

Antea primam tantum partem vulgavit Hund, Metropolis Salisburgensis II, p. 81—84*; eamque ita mutatam, ut varias lectiones afferre taedium movisset. Quem secuti sunt patres Bollandiani, Acta SS. Febr. II, p.* 359 *sq., et Mabillon, Acta III,* 2, *p.* 217 *sqq. Excerpta quaedam recusa sunt Orig. Guelf. II, p.* 244—246.

G. W.

LEGENDA SANCTI ALTONIS CONFESSORIS.

1. Beatus igitur Alto, nobilissima Scotorum stirpe progenitus, iuxta Teutonicam nominis sui ethymologiam ab ipsa puerili aetate seniles maturosque annos agebat, postponens scilicet brevissimam affectuum carnalium voluptatem et adtendens iugiter ad perpetuam spiritalis vitae iocunditatem. Non illum amplae possessionis gloria, non parentum vel propinquorum gratia ab intentione retraxerat incepta; sed in lege Dei meditatus est die ac nocte.

2. Cumque maturitate hac in patrio solo magis magisque proficeret, et euangelicae perfectionis ardor in se omnino fervesceret, ammonitus est a Domino per visionem, ut, Abrahae patriarchae exemplum
secutus, relinqueret terram et cognationem suam transiretque in longinquam Germaniae regionem. Hanc Gen. 12, 1.
ergo dominicam ammonitionem implere cupiens et festinans, patriae terrae relinquit habitationem, ut aliquam percipere mereretur caelestium mansionum, de quibus Dominus noster in euangelio dixit: *In*
domo Patris mei mansiones multae sunt. Ioh. 14, 2.

3. Progrediens itaque, ut dictum est, vir Dei ex patria, venit in Bavariam, infra australem partem seu plagam Germaniae positam; ubi in silvam quandam ingressus, coepit ibi fore colonus, victum sibi
inde acquirens, ne quem gravaret, circumquaque discurrens, memor apostoli dicentis: *Non manducavimus* 2. Thess. 3, 8.
panem gratis ab aliquo vestrum, ne quem vestrum gravaremus, et psalmistae[a] qui dicit: *Labores manuum* Ps. 127, 2
tuarum qui[b] *manducabis, beatus es, et bene tibi erit.*

4. Cum autem ibidem conversatus, multorum aures dulci respergeret fama, ad Pipinum etiam Francorum regem, Karoli Magni genitorem, qui eo tempore regnans provincias quam plures suo subiugavit regno, deferebatur eius noticia. Qui quoniam peregrinorum, pauperum Deoque famulantium curam gessit, magnam silvae ipsius partem, in qua sanctus Alto habitavit, sibi potestate regia tradidit.

a) psalmista *c.* b) quia *Vulg.*

1) De quo v. SS. IV, p. 521 sqq.; XI, p. 376. Certe Vitam s. Altonis inter opera sua recenset, Lib. de temptatione, SS. XI, p. 391; neque nunc video, cur hunc libellum ei tribuere dubitaverim, SS. IV, p. 532, n. 29, cum tempus plane congruat. R. Wilmans, SS. XI, p. 391, n. 43, patres Bollandianos secutus, falso dixit Othlonum Vitam Altonis iam olim conscriptam ampliasse. 2) Restituimus *ae* et *oe* in iis vocibus, quibus saec. XI. scribi solebat, cum codex ubique *e* pro diphthongo habeat.

5. Unde factum est, ut, quem rex tanta donatione venerabatur, a pluribus tam longe quam prope positis honoraretur, certarentque fideles et religiosi quilibet de Alamanniae et Baioariae[a] partibus, in quarum confinio situs est ipse locus, qualiter illum visitarent eique de substantiis suis ac facultatibus suis ministrarent. Huiusmodi ergo beneficiis undique suffultus, maximam silvae traditae portionem exstirpavit et in planitiem frugiferaque iugera coaequavit.

6. Deinde, cum post aliquot annos ex manuum suarum labore aliorumque sibi subvenientium subplemento terra exculta messem copiosam edidisset, pariterque ex oblatione fidelium cottidie ad eum confluentium substantia rerum victualium feliciter excrevisset, coepit vir Dei sollicito corde tractare, qualiter haec omnia ad honorem ipsius, a quo sibi noverat attributa, posset retribuere.

7. Haec eo tractante, construxit habitacula servimini divino apta necnon monasterium, religiosos quosque et spiritualis vitae amatores assumpsit secumque habitare fecit. Quapropter usque in diem hodiernum locus ipse dicitur Altonis-monasterium. Quo constructo, sanctus presul Bonifacius, qui eo tempore in Germania verbi divini propagator eximius habebatur, visionis divinae nutu quodam ammonebatur, ut ad Altonis-monasterium celeriter pergeret consecrandum.

8. Cumque ille adveniens more solito vellet ita consecrare, ut mulier nulla deberet illud intrare, postulavit beatus Alto, ne tali suum oratorium consecraret pacto, dicens maxime opus, viris sepius ad opera varia procul egressis, ut uxores eorum domi remanentes orent pro se suisque viris. Cuius petitioni consentiens, mox sanctus Bonifacius ecclesiam quidem consecrando tam feminis quam viris fecit esse communem. Sed fontem quendam in eodem loco iuxta ecclesiam positum ea benedixit ratione, ut mulieri nulli liceret ad eum accedere vel haurire. Quae nimirum utraque usque ad nostrae aetatis perseverabant tempora. Sed quomodo sub temporibus nostris horum quiddam immutatum fuerit, subsequens ratio declarabit.

9. Oratorio ergo constructo, ut dictum est, atque consecrato, sub incepto sanctae conversationis proposito permansit. Et obiit ibidem sanctus Alto, multis refulgens virtutibus atque signis; quae referuntur litteris tradita, sed postmodum, proh dolor! furtive ablata. Unde et nemo debet mirari, cum paucula virtutum et[b] insignia deprehendit hic enarrari.

10. Post obitum vero beati Altonis prepotens quidam ex Alemannia, parens videlicet eximius illius comitis, qui vulgo nomen quoddam est sortitus, quod Latine exprimitur Catulus[1], nescio qua traditione quave lege, vendicantes sibi eius monasterium omniaque quae ad hoc pertinebant, pro hereditario iure possidebant. Qua de re accidit, ut, cum tanti loci possessores pompae secularis et curae familiaris studiosi fuissent magis quam divinae servitutis, locum eundem paterentur annullari nullaque veneratione congrua visitari.

11. Hoc igitur modo, hac negligentia sancti Altonis monasterium per multa habebatur annorum curricula; donec sub comitis predicti Catuli tempore cuidam venerabili viro per visionem appareret idem sanctus Alto, dicens ei: 'Vade et dic illis senioribus, sub quorum corporaliter requiesco potestate — ego enim sum Alto —, quoniam valde molestum est michi, quod sub negligentia tanta corporis mei locus iam diu habetur, quodque nulla servitutis divinae cura ibi exercetur. Si ergo haec emendaverint, magnum exinde premium se percepturos noverint; si autem neglexerint, sciant procul dubio, quoniam super eos ventura erit magna ultio'. Facta igitur visione tali, continuo surgens is cui revelata est, suae intimavit uxori. At illa, quasi una de stultis mulieribus, parum curans de caelestibus preceptis, respondit ei dicens: 'Non michi videtur utile, talia te tantae dignitatis hominibus indicare, quoniam nil aliud quam odium exinde consecuturus eris'. Cuius[c] obtemperans vir consilio, siluit de iniuncto sibi mandato. Post paucos vero dies iterum in visione sanctus Alto apparens, eidem viro dixit: 'Quare visionem meam contempsisti? Vade vel modo et annuntia quae tibi preceperam; alioquin aliqua passurus es aspera'. Veruntamen, sicut antea, eadem distulit iussa.

12. Tertia autem vice monachus quidam visus est astare eidem homini, dicens illi: 'Dominus meus misit me ad te, ut interrogarem, quare tociens eius sprevisses mandata?' At ille: 'Quis est', inquit, 'dominus tuus?' Respondit monachus dicens: 'Sanctus Alto dominus meus est, et ipse misit me ad te. Et ut procul dubio agnoscas ita esse, flagella quae ipse minando tibi vicibus duabus predixit ventura, modo senties illa'. Moxque inter haec increpationis verba ferire incipiens, verberibus nimiis afflixit. Deinde[d] ei dixit: 'Si igitur ideo actenus distulisti sancti Altonis implere mandata, quia non habuisti signa, quibus fides esset adhibenda, fidei iam signa tene et mandata eius concitus imple!'

13. Quibus visis, evigilans homo, nichilque ultra haesitans de precepto, perrexit et comiti predicto haec omnia sibi indicta denuntiavit. Qui statim credens et obediens visionis huius mandato, nisibus totis illud adimplere curavit, adeo ut, prediis nonnullis donatione publica traditis, monachisque etiam congregatis, abbatem venerandum nomine Rudolfum hiis omnibus regulariter prelatum efficeret. Sed postquam idem Rudolfus sancti Altonis monasterium annis plurimis fideliter gubernans, ex hac assumptus est vita, successerunt ei tantum abbates duo, Eberhardus videlicet, probitate varia insignitus, necnon Heinricus abbas etiam monasterii alterius[2], cui et adhuc sagaciter preest, presenti vita potitur. Horum autem memoriam idcirco hic inserui, ut omnia quae de sancti Altonis revelatione super monasterii sui renovatione facta retuli tam presentium quam futurorum notitiae pateant magisque credibilia fiant.

14. Inter haec etiam pariter commemorandum est, quod venerabilis Ita[3], scilicet mater prenominati, pro institutione tali devotione tanta aput ipsum intercedendo laboravit, ut pro divini servicii

a) et Bavarie *iterum add. c.* b) *delendum videtur, deest edd.* c) *sic edd.;* Cui *c.* d) ei denique *corr.* et ei deinde *c.*

1) Welfo II, qui obiit a. 1030. 2) Altorfensis, postea Wingartensis scilicet, qui a. 1064. occurrit; cf. Hess, Prodr. Monum. Guelf. p. 43 sq.; 'Wirtemb. UB.' IV, App. p. XVI, n. 2—4. 3) Cf. Gen. Welforum c. 4, SS. XIII, p. 734.

augmento suas delicias suaque famulamina minui gauderet et in eodem sancti Altonis monasterio sepulturam suam fieri decerneret. Dixisse quoque fertur, quia 'Ideo forsitan genus omne parentum [et[a]] propinquorum nostrorum [instabile[a]] minusque longaevum actenus fuit, quod sancti Altonis monasterium sub tanta negligentia relinqueretur. Emendemus ergo in melius, quod ignoranter peccavimus'.

15. Eadem vero Ita defuncta ibique quo decreverat sepulta, defuncto quoque viro filioque eorum Catulo predicto, veneranda matrona Irmindia[b, 1] dicta, parentibus nobilissimis[2] orta, eiusdem scilicet Catuli per annos iam multos vidua, adhuc disponente Deo in vita presenti posita[3] — qua etiam optamus ut diu perfruatur, mundoque periclitanti per eandem Deus succurrendo misereatur! — haec, inquam, matrona, cum, viro filiisque suis defunctis, ad solius hereditatem atque potentiam omnis eorum possessio devenerat, tali devotione tantaque humilitate Christo se subdit, ut non solum ea quae ab antecessoribus suis ad sancti Altonis monasterium donata sunt non minueret, sed etiam plurimum augeret. Et ut largitatis suae magnificentia potior Deoque gratior fieret, transferri monachos de predicto monasterio ad quendam suae dicionis locum Altorf dictum iussit et sanctimoniales, quae ibi hactenus conversabantur[4], inde ad sancti Altonis monasterium transtulit eisque sanctimonialem quandam venerabilem Gerlinth dictam prefecit, prudenti utrumque agens consilio, quia et monachis ille locus, et iste aptior esse videbatur sanctimonialibus.

16. Loco etiam prenominato, ad quem monachorum est translata congregatio, magna prediorum subplementa contulit, relinquens posteris magnum pietatis exemplum, quia tantam gerit curam circa utrumque sexum. Acta autem sunt haec anno dominicae incarnationis 1057; quo et piae memoriae Heinricus 1056. rex tercius, sed alter cesar, obiit, filiusque ei adhuc parvulus successit. Cumque ita, ut dictum est, monachorum et sanctimonialium commutationem prefata . . .[c] memoranda consummasset, impetravit et hoc, ut ille fons, quem a sancto Bonifacio quondam benedictum ea racione supra diximus[5], ut nullius mulieris illuc fieret accessus, episcopi aliorumque patrum consilio licencia data potuisset frequentari a mulieribus.

17. Nulli vero videatur illicita vel presumptuosa huiusmodi licencia contra sancti viri decretum permissa, quia, sicut eo tempore quo monachi conversabantur ibidem observanda erat, ita monachis recedentibus mutari oportebat. Neque enim ipse fons propter pestiferum[d] sui haustum prohibitus est ab accessu mulierum, sed propter incongruam monachorum et mulierum frequenciam. Quod cum ita sit[e], facile potest pensari, utrum licencia deberet dari aquam sanctimonialibus proximam a sui magis quam ab alterius accessu frequentari sexu.

18. Haec igitur, ut potui viam regiam secutus, dixi, ne quis parvipendat in predicto fonte vel benedictionem sancti viri vel necessariam licenciam episcopi. Omni enim, ut scriptum est, negocio tempus Eccle. 3, 1. convenit et oportunitas. Quod si quis contentiosus hiis derogans aliqua obiecerit argumenta, dicam et ego aliquid, quia videlicet, si vir a virtute magis quam a sexu dicitur, mulier autem nonnulla constat virtuosa; omnis ergo mulier virtuosa vir dici potest. Unde etiam omnis Scriptura sacra, licet instruendo et exhortando viros magis quam mulieres appellare soleat, ut est illud: *Beatus vir qui timet Dominum*, Ps. 111, 1. et: *O viri, ad vos clamito*, Prov. 8, 4. utrumque tamen sexum huiusmodi verbis allocutus, demonstrans eos solummodo viros dici debere qui virilem personam virtutibus nituntur obtinere.

19. Ex quibus omnibus colligitur, quia, cum in utroque sexu omnes virtuosi viri dici possint, fons predictus, qui solummodo a viris est frequentandus et hauriendus, virtuosis quoque mulieribus, id est sanctimonialibus, constat licitus.

20. Haec igitur, quae post pauca de beati Altonis patroni nostri vita dicta, o sanctimoniales in eius monasterio commorantes, vobis petentibus scribendo utcumque protuli, partim[f] pro dilectione, partim pro instructione vestra addere studui, ammonens videlicet per huiusmodi verbula, ut, nichil de muliebris sexus causantes conditione, in virilem personam et qualitatem confidatis virtutum studiis vos posse transire,

a) *sic edd.; deest c.* b) Irmendrut *edd.* c) c̄a *c., post del.* d) pestiff. *c.* e) parit (?) *c.* f) partem *c.*

1) Imiza l. l. c. 7. 2) Filia comitis de Luxemburg. 3) Quo anno obierit, non constat. 4) Eas Herimannus Aug. a. 1036. huc venisse refert, SS. V, p. 122. Rem aliter narrant tam Geneal. Welf., SS. XIII, p. 733, quam Hist. Welf. c. 33, SS. XXI, p. 454. Cf. notam ex cod. Fuldensi (1), olim Weingartensi, s. XIII. in., ap. Hess, Prodromus p. 21 sq. non integre et ex alio cod. Weingartensi (2), s. XIII, 'Wirt. UB.' IV, p. XLIX. editam, ubi ita legitur: *Notum sit omnibus fidelibus christianis, quod quidam ex principibus nostris Heinricus nomine, pater scilicet sancti Chonradi episcopi, cum uxore sua Beata nomine et filiis suis Etichone et Rŏdolfo construxit abbatiam in Altorfensi villa cum sanctimonialibus. Posteri vero sui mutaverunt hoc. Transtulerunt enim sanctimoniales in cenobium quod vocatur Altinmûnstir*[a] *et monachos qui ibi conmorabantur deduxerunt in supradictum locum, precipientes eis, ut regularem vitam ibi observarent. Quod factum est. Tamdiu enim ibi conmorabantur, quod tres abbates ibi, unus post unum in ordine ac*[b] *tempore suo, defuncti sunt. Ipsa eciam Beata cum filio suo Rŏdolfo ibi sepulta, sed postea huc translata est. Postea vero ex eorum progenie quidam princeps et dux Welfo nomine cum uxore sua Irmindrude, quam duxerat de Glizberch, transtulerunt ipsam abbatiam huc super montem, ubi nunc consistimus, et hunc locum tam ipse quam posteri sui prediis, mancipiis ac decimis abundanter ditaverunt. Insuper omnes principes nostri et duces et advocati locum istum ita perfecta libertate per se ipsos cum apostolicis ac imperatoribus firmaverunt, quod nulli hominum licet hanc infringere libertatem. In bisextili anno, quando circuitus episcopalis evenit, nullum ius episcopus hic*[c] *nec in inferiori ecclesia habet, accessus enim eius in illo anno pertinet ad ecclesiam Berge. Ipsa vero ecclesia, sicut antiquitus est constructa a sancto Chònrado, sic usque hodie decimatione et omni iure integra manet* etc. 5) C. 8.

a) Altenmŏnster 1. b) hic 2. c) et *add.* 2.

Ps. 30, 25 adtendatisque iugiter illa dicta, qua[a] nos ammonet psalmista dicens: *Viriliter agite, et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.* Accipite ergo dignantes, queso, haec dicta et scripta, quae licet propter sui rusticitatem meique parvitatem sint despicienda, propter illum tamen cuius honorem gestant nequaquam forsitan sunt abicienda.

a) *sic c.*

APPENDIX.

EX VITA ALRUNAE.

Appendicis loco subiungimus excerpta duarum Vitarum Bavaricarum. Quarum primam Alrunae dictae matronae, quae saec. XI. vixisse fertur et in monasterio Altahensi sepulta est, non ante medium saec. XIII[1], potius etiam multo posterius, a monacho quodam Altahae inferioris conscriptam esse censeo. Nihil fere praeter laudes consueto more decantatas nugasque inanes continet, ut appareat auctorem iam nihil de sancta sua compertum habuisse. Hoc opusculum Bern. Pez, Thes. anecd. II, 3, col. 253—266, ex codicibus Cellae S. Mariae saec. XV. et Altahae inferioris recentiore edidit, unde excerpta nostra recudi fecimus. O. H.-E.

1. . . . Tempore itaque illo beatissimus Heinricus Romani imperii moderabatur monarchiam, cuius inclita gesta et clarissimi meritorum tituli in tota fidei catholice rutilant ecclesia. Bavarorum siquidem gens divinitus visitata ac novi sideris iubare irradiata, celestis curie futuram civem ex se genuit[a] Alrunam[2]. Felix terra, que tanta prolis fecunditate letatur! Felix cognatio, que tanto sanguinis privilegio dotatur! Felix locus, qui tam egregii pignoris celebritate sublimatur! Beata igitur Alruna quantum ad seculi dignitatem nobilibus natalibus extitit oriunda, et illustri prosapia Chambensium orta, velut lucifer emicuit. . . . . . .

2. Procedente vero tempore, dum ad nobilis etatis multarum[b] virtutum incrementis pervenisset maturitatem, virginitatis proposito perpeti[c] insudare apostolice doctrine fidelis auditrix sitienti animo quesivit. Amici vero eius, cognati[d] et affines a tali eam proposito deflectentes, nobili cuidam dicto Mazlino[e] ipsam sub matrimonii sacramento copulabant. . . . . . . Beata ergo Alruna cum prolem hereditariam maritali fecunda suscepisset commercio, post pauca dierum curricula vir eius universe carnis viam ingressus, feliciter migravit ad Dominum. Ipsa[f] autem thoro maritali viduata et lectum viduitatis summe amplexata. . . . . . .

4. Quapropter miro sanctissime sue conversationis exemplo plures lucrifecit. Unde et quandam pedissequam eius dictam Mechtildem[g] divini verbi pane reficiens, sale sapientie condivit et ad parem miraculorum[h] coruscationem vocavit. Alium quoque sanctum hominem Wilhelmum[3] nomine elemosinarum suarum stipendiis materne fovit. . . . . . . Sic igitur a sancta muliere, ea licet invita, corporali presentia discedens[4], loca petiit nemorosa montemque Dei genitricis ascendit, ieiuniis et orationibus intentus et nulli hominum pietate secundus. Cum autem per nocturnas excubias matutinorum synaxis[i] appropinquaret, cenobium sancti Iohannis baptiste adiacens flumini cui nomen Rinchna[k, 5] visitavit et tandem, consuetis[l] orationibus et laudibus Deo decantatis, ad montem prememoratum repedavit. . . . . . . Cuius corpusculum ad prenominatam sancti precursoris Domini ecclesiam delatum, in medio eiusdem ecclesie requiescit. Omnibus aliquo corporali laborantibus incommodo illucque preces suas devote fundentibus per merita ipsius divina clementia pristinam reddit sanitatem. . . . . . .

6. . . . Expleto tandem luctu, multi nobilium presentes pie[m] humeros feretro subicientes, prosequente turba filiorum ac nepotum[n] illorum illustrium Chambensium, sanctissimum corpus eius in basi-

a) edidit *cod. Alt.* b) multo v. incremento *cod. Alt.* c) perpetuo *cod. Alt.* d) conati *ed.* e) Maccelino *cod. Alt.* f) Quoniam quidem th. *cod. Alt.* g) Mathildam *cod. Alt.* h) p. sanctitatis coronam voc. *cod. Alt.* i) synaxi *cod. Cell.* k) Rimichna *cod. Cell.* l) consultis *ed.* m) pios *cod. Alt.* n) neptium *cod. Cell.*

1) Riezler in 'Forschungen' XVIII, p. 545. eam iam saec. XII. ineunte conscriptam esse certe falso coniecit. Nec sermo nec ratio narrandi eius saeculi sunt, neque ullum vestigium sermonis syllabis consonis exornati invenitur, sine quo ornatu nulla Vita sanctorum illo aevo conscribebatur. Atque auctor saeculi XII. plura quae de matrona saeculi XI. narraret habuisset. Denique neque apud Hermannum neque apud alios auctores Altahenses saeculi XIII. huius dictae sanctae mentio occurrit. Cf. etiam p. 847, n. 2.

2) Nomen a scriba corruptum esse, suspicatur Riezler l. l.; quod vero iam forte auctor in lapide sepulcrali falso legit; facile pro *Aluina* hoc nomen legi potuit. 3) Nullo argumento nisus Riezler l. l. hunc coniicit fuisse Wilhelmum Windbergensem, de quo Prim. Windb. c. 2, SS. XVII, p. 561, relatum est. 4) Wilhelmus. 5) Rinchnach rivulus, qui cum Ohe fluviolo coniunctus, Rinchnacher Ohe dictus, fluvio Schwarzer Regen illabitur.

licam sancti Mauricii Altahensis cenobii[1] detulerunt; ubi psalmorum et hymnorum modulationibus rite peractis, venerabile corpusculum sub altare sancti Oswaldi martyris per manus quorumlibet ecclesiasti corum virorum honorifice quiescit humatum; ubi per merita[a] ipsius fideliter postulantibus plurima beneficia prestantur. Dormivit autem hec beata femina 6. Kal. Febr., huius vite certamine finito. . . . . . .

7. . . . Rursus alio tempore abbas clare conversationis[b] eiusdem loci, in quo sacri corporis eius gleba tenetur et a fidelibus digne veneratur, Dietmarus[2] nuncupatus in tantum paralisis pulsabatur incommodis, quod etiam membrorum officialium, manuum scilicet et pedum, impos officiique nichilominus existeret. . . . . . .

a) nutum *cod. Cell.* b) *sic correxit Pez;* conversionis *codd.*

EX VITA SALOMAE ET IUDITH.

Aeque fabulosa ac praecedens et paene nullius pretii est Vita duarum mulierum apud monasterium Altahense vel saec. XI. exeunte vel, quod probabilius videtur, ante medium saec. XII. reclusarum[3]*, quam saec. XII. exeunte vel potius demum saec. XIII. monachus huius abbatiae conscripsit*[4]*; qui veri vix quidquam compertum habuit, immo alteram neptem, alteram filiam cuiusdam regis Angliae fuisse confabulatus est. Paucissima frustula exhibemus ex editione quam D. Papebroch, Acta SS. Iun. V, p.* 493—498. *'ex ms. Blaburensi, secunda parte legendarum sanctorum ordinis s. Benedicti circa a.* 1440. *a fr. Bartholomaeo Krafft exarata' eruit.* *O. H.-E.*

14. Tum demum pauper et exul regalis filia[5] in Domino et in potentia virtutis eius confortata, ceptum iter peractura pie progreditur, sed casu impedita est, non tamen casualiter accidente, quoniam apud Dominum gressus hominis dirigentur. Inter eundem namque illa civitati Ratisbone appropinquans, in villa, que non longe ab ipsa urbe sita Wissena[6] dicta est, hospitio recipitur. . . . . . .

17. . . . Quapropter miseratione quorundam, antequam tetra species in ea penitus appareret, Pataviam navigio est advecta[7], ibique miseranda, non misera, circumquaque circumeundo quorumque fidelium elemosinis aliquamdiu sustentata.

18. Accidit autem, ut ibi domum cuiusdam matrone que Heilka dicebatur intraverit; cuius maritus Udalrici comitis prepositus extitit, eiusque filiam[8] — ut aliquantula digressio explanande historie causa fiat — Engilbertus dux Istrie[9] coniugem habens, eos qui nunc supersunt Ortembergenses comites preclaros preclarus avus profudit. . . . . . .

20. Eo tempore Altahensem regebat ecclesiam venerabilis abbas Waltherus[10], cui, quoniam cognatus eius[11] erat, contubernalem suam dominam Salomen iam manifestatam devote commisit; quam ille, annuente totius congregationis senatu, suscipiens, cellulam ei ad parietem chori forinsecus versus austrum construxit.

22. . . . In istas partes veniens[12], a Liutwaldo[a] quodam illam manifestatam reperit. Hic enim ex eadem oriundus prosapia, ut generatio rectorum benediceretur, hoc ipsum propositum adorsus fuerat; cf. Ps. 111,2
qui quoties in istius provincie venisset partes, cuiusdam patrisfamilias in Helingersperge[13] Reginhardi nomine, quia largus rerum suarum erat, familiare sepius hospitium habebat. Hic itaque recognitus, advenienti cognate Iudith cognatam Salomen cognitam fecit. Illaque letabunda et laudans, quod voti sui compos fuerit effecta, visa et cognita et salutata dilecta sua, dominum abbatem omnemque sacrum sacri loci chorum allocuta, quo facta sibi e vicino alia cellula cum comparticipe carnis ac spiritus habitaret, impetravit. . . . . . .

a) Luitw. *ed.*

1) Niederaltaich. 2) III. huius nominis, qui a. 1232—1242. sedit, haud dubie intelligitur, de quo aegrotante vide quae Herm. Alt., SS. XVII, p. 378, tradit. 3) Cf. Riezler, 'Forschungen' XVIII, p. 551, n. 1. D. Papebroch, Acta SS. Iun. V, p. 493, nomine Waltheri abbatis (§. 20), quem Altahae superioris saec. IX. esse putavit, inductus est, ut eas falso saec. IX. vixisse, circa a. 880. defunctas esse censeret, negligens quae §. 18. de comitibus Ortenburgensibus dicta sunt. 4) §. 4: *Hec sane b. virgo Salome, sicut in nostram* [sic corrupte ed.] *precedentium, tum ad hec tempora usque manentium fratrum nostrorum, secularium quoque testium notum est multitudine, quibus profecto omnibus tempore incolatus sui cohabitavit, regis Anglorum sororis filia fuit.* 5) Salome, quae regis Angliae sororis filia §. 4. fuisse dicitur, e Terra Sancta reversa. 6) Wiesent, ut videtur. 7) Salome caeca et leprosa. 8) Utam, filiam scil. Udalrici comitis Pataviensis. 9) Marchio Istriae et dux Carinthiae 1108(1124)—1134, qui obiit a. 1143; cuius filius Rapoto atavus fuit comitum Ortenburgensium. 10) Neque Altahensis inferioris neque superioris abbas huius nominis tunc extitit. Waltkerus Altaham inferiorem ab a. 1068 (SS. XVII, p. 364) usque post a. 1079. rexit. De hoc forsan auctor cogitavit. Certe in inferiore Altaha hae sanctae colebantur; cf. Ioach. Stich ap. Pez, Thes. II, p. LVII. 11) Heilkae. 12) Iudith, filia regis Angliae. 13) Hellersberg (praef. Passau, comm. Hachelberg).

EX MIRACULIS S. AMANDI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monasterio S. Amandi a. 1066. *incendio combusto, monachi cum corpore sancti patroni iter per Francogalliae vicinas partes fecerunt, ut pecuniam aedibus restituendis necessariam colligerent. Miracula in hoc itinere facta conscripsit Gillebertus vel Gislebertus presbyter ac decanus Elnonensis, vir tunc praeclarae famae*[1], *qui iam antea*[2] *de eisdem rebus, de incendio, itinere, reaedificatione monasterii, amplum carmen, SS XI, p.* 414—432. *editum, composuerat. Fragmenta huius libelli, licet perpauca digna notatu sint, ut necessaria supplementa illius carminis hoc loco damus.*

Minoris etiam pretii est libellus, quem ignotus monachus[3] *S. Amandi de miraculis huius sancti a.* 1107. *factis, cum monachi corpus eius in Bragbantum ad praedia ab invasoribus occupata in ius suum vindicanda deportarent, composuit. Ex quo brevia excerpta subiunximus, usi codicibus:*

1) *Valentianensi nr.* 461 (607), *membr., apud S. Amandum*[4] *saec. XII. compluribus manibus pulchre scripto et multis praestantissimis picturis insigniter exornato; ubi miracula f.* 126—143'. *exstant.*

2) *Valentianensi nr.* 459[bis] (326), *membr. fol., saec. XIII (non XII) in monasterio S. Amandi splendidissime exarato et pulcherrimis imaginibus et litteris initialibus pictis decorato; ubi miracula f.* 130—143. *forte ex codice* 1 *descripta sunt, certe nullam meliorem lectionem praebet*[5].

Uterque libellus in lucem datus est inter opera Philippi abbatis Bonae-spei Duaci 1621, *p.* 732—739, *deinde ex tribus codicibus emendatus ab Henschenio, Acta SS. Febr. I, p.* 895 *sqq.; quam editionem Ghesquierus, Acta SS. Belgii IV, p.* 272—287, *et Migne, Patrol. Lat. CL, col.* 1435 *sqq., recudi fecerunt. Mabillon, Acta II, p.* 732—734, *ex utroque excerpta dedit.* ***O. H.-E.***

1) Bethmann, SS. XI, p. 413, de eo luculenter et copiose egit. Quibus adde quae in Catal. abb. S. Amandi, SS. XIII, p. 388, de eo relata sunt. Obiit a. 1095, Dec. 7. In codicibus Miraculorum nomen auctoris non invenitur, neque is se iam carmen de illa re edidisse profitetur. Sed Gillebertum esse auctorem Miraculorum probatur ex eo quod in utroque libello eadem narrata sunt. Et in libellulo de viris illustribus Elnonensibus, 'Chronique rimée de Philippe Mouskes' ed. de Reiffenberg II, p. 531, Gillebertus haec etiam *stilo soluto et prosaico* conscripsisse dicitur. Idemque De Bar in monumentis Elnonensibus traditum legit (cf. Henschen, Acta SS. Febr. I, p. 894). 2) Cap. 14. miraculum narrat, quod in carmine deest, quia hoc postea demum ipsi relatum comperit. Quod caput eam ob causam haud dubie metrice composuit. 3) Henschen l. l. coniecit hunc fuisse Gunterum, qui, teste Sigeberto de Script. eccl. c. 166, eodem tempore *martyrium S. Cyrici metrico stilo scripsit.* In libello vero n. 1. laudato Gunterus iam a. 1107. obiisse dicitur. 4) In ultimo folio manu saec. XII. notatum est: *Liber Sancti Amandi. Auferenti anathema sit.* Et f. 143.' manu saec. XVI: *Recuperatum fuit hoc volumen per De Monte Elnonensem monachum anno M° quingentesimo quarto decimo persolutis ex ecclesie peculio in Valenchen viginti quattuor grossis, quo precio fuerat venumdatum.* 5) Vide de his codicibus, artis scribendi et pingendi apud S. Amandum insignibus monumentis, Mangeart, 'Catal. des mss. de la bibl. de Valenciennes' p. 456 sqq. 462 sqq. Neglesimus eiusdem bibliothecae cod. nr. 463, s. XV.

EX MIRACULIS IN ITINERE GALLICO FACTIS AUCT. GILLEBERTO.

PROLOGUS MIRACULORUM SANCTI AMANDI[a].

Licet interdum humana mens fantasticis visionibus fallatur, sed non miraculorum signis falli potest, f. 126. quae virtutum operator Dominus in fidelibus suis operari dignatur. Ab Aegyptiis namque magis illusione fantastica rex captus est Menphiticus cum universa Aegypto, falsa et imaginabilia habens pro vero, sed, postquam divinitus ostensa sunt portenta virtutum, magi etiam ipsi cum ceteris, quanquam primum increduli, postmodum tamen professi sunt hoc esse digitum Dei. Caeli nempe, hoc est quique fideles, Exod. 8, 19. cf. Ps. 18, 2. 5. gloriam Dei loquuntur, et in omnem terram virtutum ipsius sonus progréditur. Unde pro módulo nostrae possibilitatis impolito quidem sermone, sed non ignobili materie quaedam insignia ad notitiam conamur mittere posterorum, qualiter in terris nostra aetate Rex patefécerit immortalis militem suum, beatum videlicet Amandum, gloriose[b] in caelestibus dono immortalitatis a se muneratum. Si quis autem obstinata mente nostrum in hoc stilum studuerit redarguere, arbitrans nos non nisi vulgares rumores sequi velle, huic iaculum opponimus, quod quondam refutantibus veritatem obiecit pastor et primipilaris aecclesiae: *Non possumus,* *inquit, *quae audivimus et vidimus non loqui.* Act. 4, 20. *f. 126'. Nil namque hic cálamus aperit currentibus articulis nisi quae evidenter obtútus probavére scriptoris, testimonium ei reddentibus eiusdem temporis monachis, clericis atque etiam venerandae memoriae et insignis famae laicis.

EXPLICIT[c] PROLOGUS.

CAPITULA[d].

1.[e] De campanis ardendo sonantibus, nemine pulsante.
2. De insensato Cameraci sensui reddito.
3. De muliere languida sanitati reddita.
4. De[f] muto nato per sanctum Amandum loquente.
5. De puero debile[g] sanato.
6. De insensato Laudunii[g] sensui reddito.
7. De contracta muliere sub feretro sancti Amandi erecta.
8. De caeca visui restituta.
9. De muta a nativitate ibidem loquente.
10. De puero apertis oculis non[h] vidente, per sanctum Amandum inluminato.
11. De ceca Noviomi illuminata.
12. De contracto sanato.
13. De muliere Duaci repente contracta et coram feretro sancti Amandi erecta[i].
14. De carcerato Coceii per invocationem sancti Amandi liberato.

INCIPIUNT MIRACULA[k].

1. Igitur anno ab incarnatione Domini millesimo 66, a transitu vero beati Amandi 406, sub tertio 1066. Febr. 11. Iduum Februarium[g] Elnone accensae sunt domus in foro hora fere tertia; unde et in ipsam praedicti pontificis aecclesiam *plombeis[l] tabulis tectam per tegulas sub ipsis tabuláticis flamma prorúpit antiqui *f. 127. hostis, ut credimus, invidia. Quae ipsa cum omnibus claustris suis statim est[m] incendio devastata, necnon et apostolorum principis, sed et alia germani ipsius[1] aecclesia. Campánae fundendo in pulverem sunt redactae, diruta etiam quaeque ornamenta aecclesiae, columnás dico de Pario lapide cum analógio[2] honestae fábricae. Ubi quiddam cóntigit relatu dignissimum, quod sicut videntes et audientes in stuporem vertit non minimum, ita lecturis, ut reor, erit veluti monstrum. Nam mox ut ipsae campánae a flamma sunt invasae, coeperunt insimul nullius nisi solíus Dei impulsu resonare, acsi divinitus monerentur plangere ruinam sui et aecclesiae, donec, ut praelibatum est, in pulverem sunt redactae. Cuius habitationis restituendae gratia fratres cum abbate[3] ipsius loci ex consulto marchionis[4] terrae atque episcoporum, petitione quoque Francorum obnixa, féretrum, quo corpusculum venerandi patris recubabat, per Galliam detulerunt; quos cum tanto thesauro Galli ubilibet locorum honorifice et summa cum devotione susceperunt. Excessimus sane monasterio 7. Idus Iunii, repedavimus idem[n] sub die 4. Nonas Iulii. Iun. 7. Iul. 4. Quid autem hac intercapedine 4 ebdomadum meritis *sepedicti pontificis coram inmensitate vulgi in ipsa regione sit *f. 127'. gestum, non ducit mater aecclesia reticendum, quae filios suos orthodoxos filiationemque suam in bona perseverantia quaquaversum conservantes laetatur functos honore polorum. Sed haec omittentes, iam ad ea quae decrevimus notanda ac memoriae commendanda stilum, quanquam stolidum, vertamus.

a) *haec minio in loco raso, ubi alia minio scripta erant, sed manu antiqui miniatoris, qui reliquas rubras scripsit* 1. b) gloriosę *radendo corr.* gloriose 1. c) Expl. prol. *des.* 2. d) Incipiunt capitula 2. e) *numeri des.* 1. f) *haec des.* 2, *ubi in sequente cap numerus* 4 *ponitur, et ita deinceps.* g) *sic* 1. 2. h) nichil 2. i) erepta 2. k) sancti Amandi que facta sunt per Gallias *add.* 2. l) plumbeis 2. m) *ead. m. superscr.* 1. n) *sic* 1. 2; in idem *edd.*

1) Andreae. MAB. 2) i. e. pulpitum, unde leguntur sacrae lectiones. HENSCH. Cf. Ducange-Henschel s. v. 3) Lamberto, qui et Fulcardus vocabatur, a. 1063—1076. 4) Balduini V. Insulani.

1066. 2. Quaedam itaque peragrantes loca, Camerácum urbem devenimus cluentem pontificali cáthedra; in qua propter valvas quidam insensatus, constrictis artissime in nervo pedibus, residebat, qui, ut ab incolis palam factum est nobis, ob nimiam insani capitis amentiam quandam propinquarum suarum sauciaverat. Ubi cum honorifice ab antistite Lietberto cunctoque ipsius loci clero recepti hospitandi gratia commanerémus, illum miserum donari sancto Amando interpellávimus, quatinus solútum vinculis corporalibus sanctus, cui donaretur, apud divinam clementiam obtineret daemoníacis absolvi nexibus. Quod ita et factum est. Nam et pontifex nostris assensum praebuit petitionibus, et ille pontifex noster, cuius corpus deportabatur, liberam mentem eátenus captivato a summo pontifice Christo impetravit, ita ut, inde nobiscum progrediens, nullum malesani capitis indicium ultra praetenderet.

*f. 128. *3. Ab ipsa quoque urbe vestigia detorquentes, cum immenso comitatu civium tendebamus versus oppidum cui vocabulum est Coceium[1]; ubi multae aversiones ab oppidano seu iudice eiusdem loci familiae inferebantur sancti Amandi, quae circa ipsum degebat oppidum. Sed ubi loco quo dispositum erat tendere propiavimus, ecce quendam presbiterum aecclesiae in honore sancti Remigii extructae Milonem nomine cum plebe promiscui sexus non modica obvium habuimus humiliter obsecrantem, ut thecam tanti pontificis in ipsam sancti Remigii aecclesiam deferri ibique paululum requiescere permitteremus. Est autem ab hoc loco non multum distans quidam viculus quem dicunt Vernulium[2]. In hoc iacebat mulier strato récubans ob immensum languorem menbrorum, quae a lecto nequíverat égredi per curricula bis quinque annorum. Haec ubi aure percepit sonos et cantus plebis eó divertentis, causam percunctatur. Cumque didicisset corpus sancti Amandi a fidelibus turmis illó transferri, continuo in haec verba prorupit: 'O si daretur mihi fas me saltem manibus reptantem quasi quadrúpedem ei obviam dari imploraturam, quatinus interventione sacra meae suffragetur imbecillitati!' Sed cum inhianter ardéret quae optaverat *f. 128'. completum ire, interventu tanti patris eius vota clemens praevenit *Divinitas, cui quae mortales nec optare audent promptum est praestare. Confestim denique sanguis discurrens circa nervos menbra languidae firmavit, languore exhausit, robore consolidavit. . . . . . . Tum corrigiam cervíci suae quasi servile mancipium imposuit seque, ut erat libera, dominio sancti mancipavit. . . . . . .

6. Postera denique aurora finem dante, montem Laudunii accessimus ipsumque statim conscendimus, atque ibi ab episcopo Elenando universoque eiusdem loci clero cum ingenti veneratione recepti, eo die quievimus. Interea sol vergebat ad occasum, et ecce quendam insani capitis adducunt, manicis pedicisque ligatum. . . . . . .

f. 130'. 7. Illa quoque non sunt silentio praetereunda, quae die dominica inde nobis remeantibus habentur supra ipsum montem, cunctis cernentibus, gesta. Dum itaque portas urbis in supercilio montis positas cum ingenti cohorte promiscui sexus ipso fervore meridiei posthaberemus, ecce mulier perplexis tibiis, serpens manibus, vultu terrae infixo, accessit. . . . . . .

f. 131' 10. Inde utique cum immensa vulgi álacris pręssura detorquentes vestigia, processimus tendentes versus Noviomi moenia. Iam currum immergere sol occeano parabat aureus, cum castéllulum quod vocant Calneium[3] advenimus; ibique hilariter hospitio recepti, noctu quievimus. Ubi de mane post *f. 132. vigilias nocturnas quandam vidimus matronam, quae *in gremio confovebat puerum gestantem absque lumine lámpadam[a], ocellos dico in capite nullam in se habentes lucernam. . . . . . .

f. 132' 11. Dehinc Noviómum[4], quo ire pergebamus, pervenimus, ibique sancti Eligii quondam sancto Amando, dum uterque adviveret, familiarissimi loculos geminos, alterum cum monachis, alterum vero cum clericis obviam habuimus. Ubi ex diversis quibusque ordinibus suburbani, oppidani, clerici cum monachis affuére, qui nostri patroni thecam cum immensa suscipientes veneratione ac summa devotione, in ipsam pontificalis cathedrae aecclesiam detulére. Tenso itaque in platea urbis nostro papilione, idem haud sine ipsius loci antistite Baldewino reverenter recipientes, eó asportavere, tanto gaudentes hospite. Ubi nocturnis de more expletis vigiliis, matutinorum quoque nostratim peractis sollempniis, en mulier affuit oppressa enormi dolore vertiginis. . . . . . .

13. Sed et illud reticére non ducimus commodum, quod Duaci perspeximus insigniter perpetratum. *f. 133'. Quaedam namque inter alias incolumis processit nobis femina, *sed, nescio cui reatui obnoxia, non est inventa sancto occurrere digna, fortassis in eum alicuius blasphémiae rea, quam necdum digna punierat Ps. 35, 7. poenitentia. Iudicia enim Domini abyssus multa. Unde factum est, ut statim, ubi domum rediit, pedes eius natibus, manus quoque pectori quasi clavis infixae hererent, ac sic semimortua iaceret. Hanc utique vidimus ipsi ad perfugium nostri patroni quasi mortuam atque nullum penitus in se vitae spiraculum praetendentem quodam deferri vehiculo; idem[b] non multo post vidimus eam, pedibus resolutis ac manibus, versa vice coram ipso erectam adstare féretro. Haec sunt quibus per Gallicam provintiam beatissimi Amandi merita ea tempestate declarare dignatus[c] est Dominus. Cum quibus et alia quae ab ipsis infirmis sanitate redintegratis sub testimonio fidelium nobis sunt relata. Qualia tamen ista, quanta et illa, in omnibus operibus suis sit nomen Domini benedictum in secula! Amen.

14.[d] Mos fuit antiquis necnon manet usque modernis
Scriptoris calamum varios percurrere sulcos.
Sic variat mentem dictantis prosa metrumque.
Unde metro canimus quiddam mirabilis actus

a) *sic* 1. b) *sic* 1. 2; sed *edd.* c) dignagtus 1. d) *numerus deest* 1; *totum caput deest* 2.

1) Coucy-la-Ville prope Coucy-le-Château (dép. Aisne). 2) Verneuil-sous-Coucy. 3) Chauny ad fl. Oise. 4) Noyon.

Gestum Coceii, postquam remeavimus ipsi,
Quod iam non oculis, sed fonte probavimus auris.
*Terrae culturae se condonabat abunde *f. 134.
Quidam Landricus, hic quem ditaverat usus.
Solibus aestivis is cum messoribus ipsis,
Tempore quo flavas segetes iam demetit estas,
Stans laetos fructus proprios sumebat in usus.
Cum praemissus eques, mannum calcaribus urgens,
Cóncitus a castro[1] venit supra memorato
Landrico missus et ei vim ferre paratus.
Qui nitens aliquos ab agro sibi ferre maniplos,
Mox ibi sensit agri possessorem dominari.
Denique ridiculum commisit uterque duellum,
Iste negando sua, sed et ille petens aliéna.
Tum raptor missus, rapiendi iure potitus,
Conatu cassus proprio, repedat pudibundus.
Cumque statim factum foret Albrico manifestum –
Sic castellanus per nomen erat vocitatus —:
'Adducatur', ait, 'vinctis post terga lacertis,
Landricus, dirum gestans sub gutture nodum,
Carceris ima simul digne satis experiatur!'
Ad cuius verbum fera vincula carceris illum
Vallant et vexant, scrobis[a] ac horrore retentant.
Hoc igitur castrum sic est merito vocitatum,
Nam fera plebs eius baratri se trudit ad actus,
Cuius fluminibus se commiscendo Cocytus
Post se Coceium trudit per prava suorum.
Qualiter hic tetro sit carceris érutus antro,
Pandimus, auctores ut deprompsére fideles.
Nempe catenatus, vallante crepidine clausus,
In diversa trahi coepit; mentique revenit
Quod nuper titulis insignis Amandus honestis
Patrarat, mutis dans verbum, lumina caecis.
Tunc orans lacrimis et dans suspiria cordis,
Edidit ad tantum sic clamans verba patronum:
'Pontificale decus operumque patrator opimus,
Presul Amande, tuos nunc áffore posco triumphos!
Non aliquem quaeris verbis uti cameratis[2];
Simpliciter dico: iam nunc mihi proximus esto,
Si verum de te nuper deprendimus esse,
Quod per te tanta circa confinia nostra
Extent completa, non naturaliter acta.
Exige iam verum clemens ex hoste tropheum,
Qui nimis immerito retinet me carceris antro
Ac in me rerum coacervat quaeque malarum.
Oro, iuves precibus, ne squalor carceris huius
Me vexando diu subigat mortemque minetur'.
Pondera mox ferri post eius verba resolvi
Sic coepere simul, quod sit mirabile dictu,
Ceu quis eum ferro manibus relevaret ab ipso.
Tum tractans sensim, capiens et iter pedetentim,
Egressusque foras venit, iudex ubi causas
Exercendo, latus stipante satellite fultus,
Vanos sermones referebat et undique sontes.
Coram quo positus, cunctis cernentibus, exit
Landricus, post se nec quenquam surgere cernit.
Sic, cuius clemens miseratio vociferantem
Audivit pridem, nunc ipsum munit euntem[b].

a) *in loco raso* 1. b) *in cod.* 1 *sequuntur alia manu scripta aliud miraculum metricum:* Stili pandat obsequium succedens his miraculum *etc. et f.* 135'—136'. Visio cuiusdam monachi. Anno ab incarnatione Domini M°XC° cuidam monachorum, *quae ab alio auctore addita sunt (Ghesquière IV, p.* 281—283*)*.

1) Coucy-le-Château. 2) Cf. Ducange-Henschel s. v.

EX MIRACULIS IN ITINERE BRAGBANTINO FACTIS.

f. 137. PROLOGUS[a] MIRACULORUM SANCTI AMANDI[b].

Multis et frequentibus modis, si curamus advertere, gratia divina visitare nos et ignaviae torpore depressos excitare dignatur et modo terroribus minatur, modo paternis blandimentis infirmitatem humanam consolatur. Terroribus, ut resipiscant, peccantes increpat, blandimentis bene agentes exhortatur, ut in melius proficiant[c]. Aliquando interna inspiratione nobiscum agit, aliquando sensibus exterioribus insolita ministrando desidiam excutit. Videns enim querelas aliquorum, quod, sicut antiquitus faciebat, prodigia nulla nostris ostendat temporibus, murmurantium, renovat aliquando miracula per corpora vel cineres etiam defunctorum patrum, quae viventibus ipsis concessit operari, signa foris apparentia interiorum virtutum. Quid enim aliud pretendunt sensibus nostris opera divina quae per sanctos suos operatur omnium creatrix sapientia, nisi quod in eis habitantem intelligamus tamquam in templo suo cunctorum Opificem et loquentem et facientem? Quanquam etiam, ut suam demonstret omnipotentiam, per iniquos operetur ad utilitatem suorum et ad confutandam infidelium improbitatem multa miracula, quas virtutes
Matth. 7, 22 figurate solet appellare Scriptura, ut ipsa veritas attestatur in euangelio: *Multi dicent mihi, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo virtutes multas fecimus?* Cum autem ad corpora sanctorum divinitus miracula fiunt, quid aliud inde nobis caelitus innuitur, quam ut ad imitationem
*f. 137' saltim illorum ad bene operandum accingamur, quorum meritis talia fieri non dubitamus? *Evigilent itaque mentes hominum mortifero torpore dormientium et admota sensibus suis opera Divinitatis intelligant, ut sanitates corporum causae fiant salutis animarum. Ad hoc enim frequenter in corporibus morituris sanitates reparantur, ut vel occasione tali videntium animae nunquam moriturae ab interno languore suscitentur. Benignitas etenim Creatoris omnibus consulit, pro capacitate singulorum beneficia singulis congruentia moderanter impertit. Sic prudentes et fide robustos ad contemplanda caelestia erigit, ut simplices tamen et infirmos non deserat et sensibus carnis deditos visibilia quaedam et carnalia eis admovendo ad maiora et invisibilia et spiritualia nutriendo sustollat. Iam veniamus ad rem, propter quam ista prelocuti sumus, ne forte longiori prefatione legentibus onerosi videamur.

CAPITULA[d].

1. Principium narrationis rei gestae et de muliere sanata.
2. Item de alia muliere a contractione manus sanata.
3. Item de tertia muliere a totius corporis debilitate sanata.
4. De circulo supra sancti corpus in aere viso.
5. De puella a nativitate caeca meritis sancti illuminata.
6. De puero contracto et erecto.
7. De puella alia[e] caeca a nativitate et surda et meritis sancti sanata.
8. De surdo in occursu sancti auditum recuperante.
9. De muliere apud Tornacum sanata.
10. De brachio mulieris contracto et sanato; et quod non omnia miracula, quae in sancti deportatione gesta sunt, in hoc opusculo sint digesta, et quod animarum remedia per ea divinitus procurata magis quam[f] corporum sint amplectenda.

*f. 138. *MIRACULA[g] SANCTI AMANDI.

1.[h] Sicut inspiratione divina conpuncti multi fideles pro remissione peccatorum suorum de suis rebus et prediis aecclesias aut monasteria solent aedificare, sic homines nequissimi, diabolo suadente, res aecclesiis[i] et monasteriis a fidelibus traditas invádere, diripere cotidie moliuntur et auferre. Huiusmodi causa necessitatis urgente, scilicet ea quae dudum a regibus et religiosis principibus ob salutem animarum suarum Deo et sancto Amando collata fúerant in pago Bragbanti malignis hominibus auferre cupientibus et iam violenter ablata retinentibus, anno dominicae incarnationis 1107, coenobio Elnoniensi
1107. Iun. 3. praesidente domino abbate Hugone, 22. anno ordinationis eius, feria 2. pentecostes, deportatum est corpus sancti in Bragbantum. Ventum est ad praedium sancti quod dicitur Anduennium[1] et ad aliud quod dicitur Ad Sanctum Salvatorem[2]; populus undeunde multus accurrit. Ibi quaedam mulier egra per 10 et 8 annos in lecto decumbens, corporis infima parte, id est cruribus et tibiis, debilitata, audivit sanctum transire. Facit illuc se deportari, ponitur sub feretrum sancti; ubi per aliquot horas pre nimio dolore volutata, populis adspicientibus, repente subrigitur, adstat sana. Clamor popularis exoritur, laudes Creatori communiter referuntur.

2. Cum de Anduennio ad Geraldi-montem[3] deportatum corpus sancti, de Geraldi-monte ad Herlengovam[4] defertur, sui iuris villam, transeuntibus nobis rivulum nomine Lotam[5], accessit inter[k] pressionem
*f. 138' *populi mulier quaedam. . . . . . .

a) Item alius prol. 2. b) que facta sunt in Bragbantum *add.* 2. c) proficiscant *corr.* proficiant 1. d) Incipiunt capitula 2. e) *deest* 2. f) q 1. g) Incipiunt mir. s. A. que facta sunt per Bragbantum 2. h) *numerus deest* 1. i) aut *add.*, *sed del.* 1. k) acc. universo populo mixta m. *edd.*

1) Anvaing (arr. Ath). 2) Saint-Sauveur (arr. Ath). 3) Grimbergen (Grammont) ad fl. Dender. 4) Herlinchove prope Ninove. 5) Qui in Dender fluvium illabitur.

1107. 4. Cumque circa tertiam horam ante sacratissimum corpus inciperent missam celebrare, mirabile dictu, ut cunctis evidenter appareret, cuius meritis haec signa fiebant, sereno puroque sine crassitudine nubium aere, visus est in caelo circulus candidi coloris supra corpus sancti resplendere, tamque diu permansit, donec sacerdos missam explevit. . . . . . . *Inde perlatum est idem pretiosum corpus super *f. 139 Iun. 8 terram, unde sibi violenter a quibusdam malignis hominibus iniuria fiebat, per silvas et terras, quas illi per iniustitiam invaserant[a], sanctus equissime, nullo resistente, subiciens mancipavit. Atque in praesentia sancti corporis, cui viventi sanctus Petrus apostolus potestatem ligandi dedit atque solvendi, omnes qui deinceps de terris illis ac silvis aliquam sancto praesumerent iniuriam inferre fratrum qui sanctum comitabantur et circumstantis populi consensu, voluntate, oris et vocis proclamatione sunt excommunicati.

Iun. 9. 6. In crastino parantibus Gandam adire, puer ferme quindecim annorum de villa quae Ninive[1] dicitur. . . . . . .

Iun. 10. 7. Sequente feria 2. post octavas pentecostes, dum corpus sancti deportatum fuisset super quandam terram, de qua miles quidam Razo de Monta[b, 2] sancto faciebat iniuriam, quaedam puella de Ganda circiter duodennis a nativitate caeca et surda deducitur a parentibus, coram feretro sancti statuitur, miseratione divina, tanti patris exigentibus meritis, auditu et visu donatur. Quod miles cernens, divino timore corripitur, culpam de iniuria fatetur, emendat sancto quod deliquerat, postulat indulgentiam, veniam promeretur.

8. Iam revertentibus et cum immensa iocunditate tanti pretii thesaurum domum revehentibus, transire per Tornacum habebamus. Inter innumerabile vulgus, quod de villis circumiacentibus occurrebat undique sancto, quidam de rure Rungiaco[3] privatus utriusque auris auditu cum suis vicinis Tornacum advenit, adventum sancti cum aliis praestolari coepit. . . . . . .

a) hos quoque *add. edd.* b) R. Demonto *Boll.*; de monte *ed. Duac.*

1) Ninove ad fl. Dender. 2) Monte (arr. Gent, cant. Melle). 3) Rongy (arr. Tournai).

EX MIRACULIS S. DONATIANI BRUGENSIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

In tomo magni legendarii Valcellensis, nunc codice bibliothecae Bruxellensis *nr.* 7460, *mbr., fol. maximi, saec. XII. ex.—XIII. in.*[1], *exstant libelli de s. Donatiano episcopo Remensi, Brugis Flandriae culto, conscripti, et primo Gervasii archiepiscopi Remensis sermo de s. Donatiano inter a.* 1055—1067. *editus, cui praecedit epistola*[2] *eiusdem ad Balduinum V. comitem data permagni momenti, quam a V. Cl. W. Arndt descriptam primo loco sistimus*[3], *sermone ipso omisso. Sequitur libellus miraculorum, cuius partes diversis temporibus et locis conscriptae sunt. Primum enim miraculum anni* 1011. *ab ignoto quodam auctore, quae sequuntur duo a canonico quodam S. Donatiani Brugensis, Remis tunc degente, qui se littera initiali* R. *tantum indicavit, ad Rainerium praepositum eiusdem ecclesiae, ut opinor*[4], *inter a.* 1080. *circ. et* 1089. *edita sunt. Quartum ab alio canonico S. Donatiani aliquot annis post a.* 1096. *conscriptum est. Dehinc sequitur illud miraculum a.* 1088. *a canonico Watinensi compositum, aliquanto in brevius contractum, quod iam SS. XIV, p.* 176—182. *edidimus. Quae huic subiuncta sunt nullius momenti sunt. Ex priorum trium scriptorum narrationibus longis nimisque verbosis pauca quae notatu digna videbantur excerpsimus, ex codice dicto a V. Cl. E. Ouverleaux partim emendata, partim transcripta. Ex eodem codice integer*[5] *miraculorum liber modo quo diximus congestus editus est Acta SS. Oct. VI, p.* 503—514, *curante S. Dyckio.* *O. H.-E.*

EPISTOLA DOMNI GERVASII REMENSIS ARCHIEPISCOPI DE VITA SANCTI DONATIANI EIUSDEM SEDIS ARCHIEPISCOPI BALDUINO FLANDRENSIUM COMITI DIRECTA.

Dilectissimo filio Balduino[6] omnis honestatis decore redimito Gervasius[7] Dei gratia Remorum archiepiscopus in Christo salutem. Petisti a me, tam genere quam moribus nobilissime princeps, ut, si qua apud nos repperiri possunt insignis confessoris Donatiani scripta, quae plurima per illum Dominus dignatus est operari, miracula, summa diligentia invenirem et inventa mox tuae dilectioni transcriberem. Qua petitione me bene acceptum noveris, cum propter hoc, quod ad eorum edificationem sanctorum precedentium patrum posteris est propaganda religio, tum quoque propter illud, quod tibi tam puris tamque honestis desideriis occupato hac in re satisfaciendum putaverim, quippe cum inter occidentales principes pene solus inveniaris, qui sanctorum reverentiam vel caelebrationem animo teneas et ad aecclesiarum restaurationem edificationemque probitatis studio curam intendas; qui ita in huius seculi tempestatibus[a] vivas, ut honestius studia probitatis exerceas, ut

a) tepest. *c.*

1) De quo vide supra p. 266. 590. 2) Eiusdem epistolam de Miraculis s. Melanii vide Acta SS. Ian. I, p. 333. 3) Quam iam edidit Willems, 'Belgisch Museum' IV, p. 172—176, ex apogr. Bethmanni. 4) Cf. p. 856, n. 6. 5) Excepta parte epistolae canonici R. 6) V. a. 1036—1067. 7) A. 1055—1067.

sollerti ingenio presentis vitae fructus colligas, ut expectes futurae; ita prudenti consilio sumministres transitoria, ut non relinquas aeterna. Ad has quoque peragendas divini muneris partes quasi quoddam commonitorium Dominus tibi tradidit coniugem sociam, domni Henrici regis videlicet germanam[1], sic nobilitatis titulis fulgidam, sic litterarum disciplinis imbutam, sic honestissimis morum dotibus adornatam, ut ceteras supereminens, nurus videatur tota scientia virtutibusque composita. Quam exornat in elemosinis largitas, in affabilitate benignitas, in conversatione humanitas, in abstinentia sobrietas, in vigiliis pernoctatio, in oratione devotio. Quicquid morum, prudentiae, doctrinae et venustatis in muliebri sexu poterit inveniri, totum illi natura parens ministratione benigna concessit, prescia illam tibi, tali tantoque viro, fore dicandam, quo nobilior vel prudentior in humano genere vix queat aliquis inveniri. Nunc de egregiae quoque sobolis[2] successione reticeam, qua Dominus sic tuae providit posteritati, ut habeas, cui securus ea quae possides possidenda relinquas, omni honestate preditam nobilissimam prolem, in qua iamiam non solum moribus et ingenio totus exprimeris, verum etiam prudentia et consilio quasi idem alter haberis? Quid de diversarum loquar affluentia divitiarum, divinae providentiae munere tibi datarum, quibus iure hereditario te Dominus sic voluit esse locupletatum, ut inter mortales hac in re non plurimos tibi pares invenias? Quid, quod tellurem paulo ante minus cultilem sic sollerciae tuae industria fertilem reddidisti, ut natura fertiliores fertilitate superet patiensque culturae agricolarum votis respondeat ac opimo sinu pomorum sufficientiam frugumque profundens, diversorum proventu fructuum cultoribus suis arrideat et ad prebendum pastum animalibus pratis et pascuis affluenti fecunditate turgescat? Quid, quod populis bacheia dona ignorantibus per te Liberi illuxit noticia? Nunc nichil in regione tua usibus hominum deesse volens, ruricolas ad producenda vineta excoluisti, ut inter eos interdum spumet vindemia, inter quos vini mentio nulla fuit. Quid de caeteris divitiis, auro videlicet et argento, palliis et lapidibus preciosis et conchis? Hec quidem et alia quecumque sub sole nascentia, Balduine princeps, promptissime tibi feruntur, quacumque parte terrarum et maris tibi defluunt. Et defluant utinam longo tempore et ferantur! dum nulli mortalium possint[a] afferri te melius dispergere et possidere scienti.

Propter istarum quidem ceterarumque tuarum virtutum insignia et propter inviolabile pignus michi compertae tuae dilectionis bibliothecas nostras evolvi iussi, studioseque, si qua de sancto Donatiano scripta repperiri possent, investigari precipiens. Sunt quidem de virtutibus eius inventa pauca, cum scripta fuissent multa, verum propter antiquitatem temporis et quam plures persecutionum procellas iam abolita et ideo de thesauris memoriae deleta. Quod dilectioni tuae mirum videri non debet, si tam antiqui confessoris Christi miracula partim oppressit oblivio, cum felicis memoriae precessor meus Hincmarus archiepiscopus testatur[3] tempore Karli principis propter discidium et contentionem de principatu inter eum et Ragemfredum et propter frequentia civilia ac parricidalia bella in Germanicis et Belgicis[b] provinciis christianam religionem pene fuisse destructam, et beati Remigii, qui nonus sancto Donatiano in archiepiscopatu successit, aliorumque sanctorum plurimorum, partim propter aecclesiarum vastationem, partim propter[c] hoc quod laici episcopatibus presidebant, quam plurima deperisse miraculorum scripta. Quo etiam contigisse manifestum est, ut apud posteros de nomine beati Remigii dubitatum sit, utrum Remedius an Remigius vocaretur. Hec vero de eiusdem sancti viri nomine nobis ambiguitas non[d] esset exempta, nisi in quodam calice ab eo consecrato per hos versus, quos ipse composuerat, sui nominis certam nobis reliquisset noticiam[4]:

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro,
Inflicto[e] *aeternus quem fudit vulnere Christus,*
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.

Sanctus[5] quoque Iohannes Crisostomus ex propheticis monimentis multa perisse commemorat. Sed et multa alia scripta autentica in Scripturis nos legimus amisisse, ut est liber Iustorum, de quo in libris Regum legitur, et liber bellorum Domini, cuius in libro Numeri mentio est; carmina quoque Salomonis et disputationes eius sapientissimas de

a) possit *c.* b) bellicis *c.* c) *in loco raso c.* d) *supplevi, deest c.* e) Iniecto *Hincmari edd.*

1) Athelam, filiam Roberti II. regis. 2) Balduini VI. 3) Vita Remigii, prol., ex quo sequentia ad verbum transcripta sunt. 4) Haec de calice Remigii cum tribus versibus ex Hincmari Vita Remigii c. 5 sumpta sunt. 5) Haec etiam — *et piscium* ad verbum ex Hincmari prologo Vitae Remigii sumpta sunt.

lignorum natura herbarumque omnium itemque iumentorum, volucrum, reptilium et piscium et cetera quam plurima scripta, que in hoc brevi opere commemorare longum est[1]. Inter caeteras Galliae clades quis expedire valeat, quantis calamitatibus Remensis ecclesia sit afflicta ingruente illa Wandalorum persecutione sevissima, qua preciosus pontifex Christi Nicasius in ipso sanctae Mariae templo capite truncatus[2], glorioso meruit coronari martyrio? Quapropter, si ex antiquo tempore universalis aecclesia multarum scripturarum est perpessa iacturam, in novissimo autem seculi tempore Belgica, immo etiam Gallicana aecclesia propter sevas persecutiones multorum deflet se amisisse monimenta sanctorum, licet dolendum sit, non tamen est mirandum, si inter hos litigiorum turbines sancti confessoris Donatiani disparuere miracula. Nunc autem de virtutum eius prestantia quae partim scripta invenimus, partim in eo fuisse divina donante gratia non ambigimus, dilectioni tuae transcribere compendiose non differam, ut habeas, unde possis annis singulis tanti patris celebratione vacare et imitatione eius per virtutum semitam gradiendo bonorum fructus extollere.

EXPLICIT EPISTOLA.

SERMO GERVASII ARCHIEPISCOPI DE BEATO DONATIANO REMORUM ARCHIEPISCOPO ET CONFESSORE.

Beatissimum confessorem Christi . . . .

EX LIBRO MIRACULORUM S. DONATIANI.

De quadam muliere cecitate multata, sed Dei clementia per sanctum Donatianum illuminata.

Claret theologi Iohannis testimonio. . . . Est igitur pagus ubique gentium conspicuus, noto cunctis vocabulo Fresia dictus. Hic oppidum situm est ab accolis Osdenne[3] cognominatum, monti Rorikes-berg vocabulo pene contiguum. In hoc ergo oppido quaedam mulier Ermengardis dicta ceteris fidelibus mixta illis claruit diebus. Haec mirabiliter Dei permissione caecitate perculsa, sed mirabilius per sanctum Donatianum Dei est miseratione salvata. Quod rato fidelium testimonio tali contigit prodigio. Quadam ergo die puteum Rorikispit dictum cum ydria adiit. . . . 'Quomodo', ait[4], 'domine mi, Bruggam adibo, quae et viae et loci et ipsius sum nominis ignara?' Tunc senex[5], apprehensa ipsius dextra, et elata in altum cambuta publicam ei viam, qua ad memoratum locum perduceretur, magna cum caritate monstravit. . . . 1011. Maii 1. Igitur anno humanati Verbi millesimo undecimo, videlicet die Kalendarum Maiarum, fratribus sacra missarum sollempnia celebrantibus, ecce mulier . . . . . .

EPISTOLA CUIUSDAM DE EODEM SANCTO.

Domino serenissimo et patri suo dilectissimo R.[6] R. cum continua tranquillitate sospitatis iocunditatem ac, presentis vitae cursu feliciter peracto, perpetuae gloriae beatitudinem. Perscrutanti michi et summo cum studio assidue laboranti Remorum posito in metropoli, quam venerandus pater Donatianus mirae sanctitatis quondam septimus gloriose rexit episcopus, si qua de vita et inclytis actibus eiusdem piissimi principis possem invenire et nulla, proh dolor! preter ea quae ante cognovimus invenienti, dilectissime pater et domine, congruum visum est, licet incompto sermone, ea quae apud nos nostrisque temporibus per eum operari dignata est Deitas mirifica paginae inserere, quatinus habeant posteri, unde in tanto patre iocundentur atque eum studiosiori servitio venerentur. Scribimus autem non quae aliqua vulgari assertione didicimus, sed quae a veridico ore vestro percepimus. Hiis vero pro modulo nostro explanatis coramque vobis peroratis ac vestri auctoritate testimonii confirmatis, alia quae nos ipsi innumeris fidelibus mixti per eundem gloriosissimum patronum patrari conspeximus, ne oblivione consumantur, explicare proposuimus. Quae si quem Tulliana redundantem facundia audire contigerit, ne nostris pannosis dictionibus et inornatis indignetur, supplicamus et obtestamur, quia non aliqua supercilii presumptione ista scribimus, verum tanti patris meritorum insignia oblivionis negligentia prorsus posse ignorari pertimescentes, ad tempus simpliciter et humili stilo scripto commendamus, quoadusque quis philosophiae fonte ad plenum potatus facundiae floribus ea decenter perornans velit elucidare. Suscipiat igitur, serenissime pater, munusculum nostrum paternitas vestra, perlegere illud non abnuat

1) Quae Hincmarus enumerat. 2) Cf. Passionem eius, Surius (Dec. 14) VII, p. 1012. 3) Dyck inepte hoc esse Ostende censuit. Forsan est Oesdom prope Hijlo (prov. Nordholland), alibi Osdem vocatum, haud procul ab Egmond; ubi Rorikes-berg forte dunarum collis dictus erat, cum Vita Adalb. Egm. c. 12, supra p. 701 sq., miraculum de monte arenarum in adventu Rorici amoto traditum sit. 4) Mulier caeca. 5) Donatianus ei apparens. 6) Hunc opinor fuisse Rainerium praepositum S. Donatiani Brugensis ecclesiae, qui a. 1080. et 1089. occurrit (cf. Gallia christ. V, col. 242). Auctorem enim R. dictum fuisse canonicum S. Donatiani apparet, cum canonicos huius ecclesiae fratres carissimos appellet. Nota etiam infra praepositos, qui dedicationi ecclesiae Hasnoniensis interfuerint, ante abbates positos esse. Cf. infra p. 857, n. 4.

caritas vestra, confirmare dignetur, queso, illud verax testimonium vestrum. Ipse autem mellifluae pietatis pater, de quo scribimus, gloriosis intercessionibus suis vos non desinat protegere, quatinus in bono proposito valeatis perseverare, perseverando proficere, proficiendo illa promereri gaudia, quibus omnis mundi gloria cum decore suo et ornatu comparata est quasi arena inutilis et exigua. Pro me quoque, dilectissime pater, supernam ne fatigemini exorare misericordiam, quatinus me virtus alma protegat, operari quod bonum est tribuat, contra hostiles temptationes defendat et in perpetua mentis ac corporis castitate custodiat. Deus autem dives in misericordia, cui omnia sunt possibilia, qui pia non respuit vota, vos sanum ac salvum custodiat, dono spiritus sui ditet, ad superna cor vestrum dirigat sanumque vos et incolumem, quod cunctis mundi prefero divitiis, eius pietas infinita michi videre conferat. Nullis enim debilitari potero adversis, dum vos sciam frui commodo sospitatis. Valete in Domino!

EXPLICIT EPISTOLA.

Regis summi sempiterne gloriae,
In quo constat spes totius gratiae,
Quem cum Christo atque sancto Flamine
Venerantur virtutes angelice,
Assit michi supplicanti gratia,
Recte promam ut patroni merita!
Dei mater singularis meriti,
Virgo, salus atque vita seculi,
Sis, exoro, favens huic operi!

1. Cognovimus, fratres karissimi, quedam celeberrima testium veridicorum assertione affatim confirmata, armariolo memorie commendari dignissima cunctisque presentibus matris aecclesiae filiis et succedentibus precordialiter amplectenda per gloriosum patronum Donatianum Spiritus sancti cooperante clementia propalata. Quae, licet nimis inculto sermone, ne negligenti oblivione conterantur, tenacibus litteris commendare quam reticere maluimus. Postquam igitur serenissimus Flandriae marchio Baldewinus[1], cultor iustitiae, amator concordiae, filius pacis, sub quo quodammodo illa prophetia impleri videri poterat, que dicit: *Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces*, inter caetera Es. 2, 4.
quae indefesse excolebat operum bonorum studia monasterium in castro Hasnoniensi fundatum ad effectum perduxerat. Ad idem monasterium altissimo Domino consecrandum alter in hoc Salomon cognominandus mirificos apparatus ex infinita divitiarum, quibus ad plenum exuberabat, copia parari constituit. 1070. Iun. 3.
Talique ac tantae sollempnitati cunctos Flandriae optimates cum suis cohessentibus[2] adesse precepit. Ad cumulum etiam honoris tante dedicationis tamque sibi dilecte festivitatis cunctorum corpora sanctorum totius sui principatus cum episcopis, prepositis, abbatibus sibique subiectis totus in Dei servitio devotus ac benivolus coadunari iussit[3]. Unde factum est, ut cum sanctorum reliquiis pretiosus patris nostri Donatiani corporis thesaurus, stipatus magna procerum caterva, honorifice ad predictum locum transferretur[4]. Quo simulac cum multo sudore perventum est, quoniam omnes absque magna difficultate locus ille capere non poterat, utpote ubi tot populorum milia confluxerant, omnibus unum animo sedit consilium, quatinus foris iuxta oppidum tentoria figerent, ibique sanctorum corpora observantes liberius Dei servitio insisterent. Populi autem undique catervatim ad corpora sanctorum festinant oblationibusque suis et orationibus per tot suffragia sanctorum Deum sibi placari postulant. Inter quos contigit quendam militem, in quo mellifiue pietatis pater noster repausabat, subire tentorium atque per tantum domus Dei mansionarium peccatorum suorum querere remedium. Cumque ante sanctum solo prostratus diu orationi incubuisset, surgens, feretrum, in quo incomparabilis thesaurus habebatur, adiit et cum nimia devotione munus suum optulit; cum autem sacro feretro osculum imprimeret, ecce quidam, adversus quem humanae naturae viciator diabolus, auctor mortis, commentor fraudis, seminator discordiae, inventor inimicitiae ac totius nequitiae, ipsum odii stimulis commoverat ac totum in eius mortem armaverat, ad genua eius provolvitur et in Dei nomine gloriosique patroni nostri Donatiani humiliter veniam deprecatur: 'In te', inquiens, 'fallente animarum corruptore, deliqui; miserere mei, ut Deus misereatur tui!' Ille vero extomachans econtra luctatur et, nisi quantotius se dimittat, iam in presentia sancti mortis ei pericula minatur. Verumtamen hic ab incepto non destitit, preces precibus, ut sui misereatur, accumulavit et taliter infit: 'Michi reo pedibus tuis suppliciter advoluto ignosce, quatinus ab indeficiente pietatis fonte Christo omnium peccatorum plena tibi conferatur remissio. Quo viso, clerici ceterique qui aderant fideles, pietate moti, se pariter cum eo ad pedes illius mittunt et cor a diabolo induratum ad pietatem emollire humilibus precibus conantur. At ille, utpote quem antiquus hostis totum possederat, neque tot precibus vincitur neque lacrimis a duritia mentis mutatur, sed multo magis ad maiorem furorem concitatur. . . . . . . Postquam autem pacem osculo sancto confirmasset, protinus divina affuit miseri-

1) VI. a. 1067—1070. 2) i. e. sodalibus; cf. Ducange-Henschel s. v. *coesse*. 3) Cf. Tomelli Hist. Hasnon. c. 17. app., SS. XIV, p. 157; Sigeb. Auct. Hasnon., SS. VI, p. 441. 4) Forte iam tunc Rainerius, cui hanc libelli partem dedicatam esse opinamur, ecclesiae S. Donatiani praefuit et dedicationi ecclesiae Hasnoniensis interfuit, cum secundum coniecturam meam hic auctori narraverit quae tradit (p. 856, l. 40). Inter abbates quidem tunc praesentes, sed inter hos forsan ob eximiam dignitatem praepositi S. Donatiani positus, occurrit (SS. XIV, p. 157, l. 37; SS. VI, p. 442, l. 3) Raineros quidam, qui cui ecclesiae praefuerit, hucusque ignorabatur.

cordia, quae ei lumen adeo ad plenum restituit, acsi nullas unquam caecitatis tenebras pertulisset. . . . . . . Piissimum quoque patronum Donatianum digne honorat et veneratur maiorique dilectione frequentans amplectitur. Procerum vero nichilominus multitudo cum pio duce letatur, quibus et omnis collectio populi congratulatur; sicque cum inmenso gaudio dedicationis illius festivitas celebratur; omnibusque pro quibus venerant devote expletis, unusquisque in sua letus regreditur. Gloriosus etiam patronus noster cum ymnis et canticis fidelibus sustollitur ac, utriusque sexus comitante turba non modica, cum honore et gaudio ad propria reducitur. . . . . . .

ITEM DE SANCTO DONATIANO.

3. Libet nichilominus, dilectissimi fratres, et alia quedam memorabilia per eiusdem amplectendi patris suffragia declarata pro modulo meo explicare, ne negligenti posterorum oblivione tanta patris in-
1096. signia omnino nesciantur. Tempore igitur, quo innumerabilis christianorum exercitus ad expellendos filios incredulitatis a loco in quo tota promissio adimpleta est nostrae redemptionis Iherosolimam sunt profecti, marchio quoque Robbertus[1], vir forma elegantissimus, in multis milibus militum miles precellentissimus, soli augusto cesari in castris equitatus regendis equiperandus[a], cum melioribus natu et militia Flandriae totiusque sui comitatus primatibus Christo militaturus iter arripuit. Cuius regimine ac tutela Flandria viduata, antiquus hostis indesinenter a prima origine mundi filiis pacis invidens, cum se in hiis qui aberant nullis temptationibus, nullis fraudulentis calliditatibus ad libitum proficere nec in eis aptam sibi sedem invenire posse condoleret, tantas discordias, lites, fraudes et odia inter eos qui remanserant, maxime Brugenses fines inhabitantes, disseminavit, ut, magna discordia ex minimo oborta, frater in fratrem filiusque in patrem manus extendere nullatenus reformidaret. Ex unius etiam iniquitatis fomite bella intestina, proh dolor! sunt incepta, quae sine multa effusione sanguinis sedari nequaquam poterant. Hiis ergo et hiis similibus inimicitiis civilibus undique accrescentibus, iussu prepositi[2] aecclesiae ac consilio fratrum corpus prescripti sanctissimi patris nostri extra basilicam in honore ipsius fundatam, in qua frequentissimis benignus choruscat virtutibus, cum magna devotione et supplicatione populi in plateam templo convicaneam die quadam delatum est. Ibique utriusque sexus magna multitudine congregata, sacerdote ad populum sermonem perorante, inimicitias a corruptore spirituum ante modico tempore excitatas, quae nunquam auro vel argento in amicitiam redigi poterant, Spiritu sancto animos omnium sedante, per beatum Donatianum Deus pacare dignatus est, ita ut, diruptis omnibus discordiae vinculis et obtusis odii stimulis, cuncti unanimes inirent federa pacis. Ad manifestandum quoque populo huius pacis federa divina annuente clementia fore inita, fuit interim quidam puer. . . . . . .

a) *sic c.*

1) II. Flandrensis a. 1092—1111. 2) Bertulfi, qui, ut ex Passione Karoli comitis auct. Galberto c. 57, SS. XII, p. 592, apparet, a. 1091—1127. ecclesiae S. Donatiani praefuit.

EX MIRACULIS S. ADALHARDI CORBEIENSIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Vitae Adalhardi ex amplo Radberti Paschasii de vita illius libro[1] *stilo historico conscriptae et Miraculorum eius libri I. auctor hucusque habebatur Geraldus vel Gerardus — utraque enim nominis forma in chartis librisque legitur — monachus et inde ab a.* 1051.[2] *custos, dein cellerarius monasterii Corbeiensis antiqui, qui postea abbas S. Medardi Suessionensis electus est, deinde S. Vincentii Laudunensis, postremo Silvae-maioris in Aquitania ab ipso a.* 1080. *fundatum monasteria abbas rexit, a.* 1095. *defunctus, ipse sanctus cultus est*[3]. *Qui vero libelli non Gerardi manu, sed potius eo iubente et dirigente conscripti videntur. Auctor enim in prologo Vitae sic loquitur:*

De quorum numero lux patriae beatus Adalardus Corbeiensium[a] extitit abbas praedicandus, qui non solum Francorum gemma, sed et Saxonum oriens effulsit stella. Genuit filios aecclesiae, nutrivit patres Corbeiae Denique sanctus Anscharius, qui a Walone, ipsius sancti Adalardi fratre, in Corbeia fuit electus, ut á rege Ludovico cum Herioldo Danorum rege ad praedicationem Danorum mitteretur; quique postea pro fide Christi multis poenis ab eisdem affectus, tandem in Bremia archiepiscopatu suo requievit, multis meritis decoratus, eiusdem sancti Adalardi adiutor[b] fuit et nutritius[c]. Ratbertus[d] quoque Paschasius eiusdem abbas loci, qui luculentum edidit librum de corpore et sanguine Domini, eius meruit paternitatem digna filiatione sui. Cuius etiam corporę cum réliquis illustratur Corbeia, qui diversi per diversa diversae sanctitatis in Christo adepti sunt merita. Hic autem qualis fuerit et quantus, in quadam[e] epistola testatur abbas Lobiensis Herigerus[4], qui eo tempore inter sapientes habebatur sapientissimus. Quam quia[f] longum est hic interponere, ad sanctum Adalardum, de quo digressi sumus paulisper, calamum studeamus convertere. In cuius caritatis dilatatione tanta filii sui fervebant dilectione, ut á quodam eorum tanta sit composita prolixitas[g] ipsius vitae, tanta lamentationis plena amaritudine[h], tanto Cantici canticorum amatorio languore, ut magis epythalamium dici possit quam textus alicuius hystoriae. Qua confusione non mediocriter offensus Corbeiensis tunc custos[5] aecclesiae, sepe monuit abbatem, ut recidi iuberet superflua quaeque. Sed illo saecularibus curis occupato, compunctus iste[6] reverentia sancti, cui herebat amoris privilegio, flores ipsius vitae decerpi iussit é tanto viriditatis prato. Cuius parendo iussioni sub brevitate, non detrahitur priorum sententiae, excepta illius qui non autentice sensit de hac hystoria in sancti Viti translatione[7]. Nonnisi denique per hanc scribendi viam ingressus — quomodo

a) Corbeientium 2. b) auditor *ed.* c) nutritus 2. d) Rabertus 2. e) quandam 2. f) Quamquam 1. g) prolixitatis 1. h) amplit. 2.

1) SS. II, p. 524 sqq. partim edito. 2) Custos factus esse dicitur Geraldus anno postquam ex Italia reversus est, ubi Leonem papam in monte Gargano commorantem visitaverat (Vita Geraldi prior c. 12, Mabillon, Acta VI, 2, p. 882). Leo IX. vero a. 1050, Apr. montem Garganum adiit (Jaffé, Reg. ed. 2. I, p. 536; eum iam a. 1049, Mart. ad eundem montem profectum esse, ut ibid. p. 530. dicitur, falso ex Leonis Casin. Chron. conclusum censeo). 3) Cf. 'Hist. litt.' VIII, p. 407—413. 4) Cf. supra p. 452, n. 4. 5) Nimirum Gerardus ipse, qui Corbeiae primum aedituus, dein cellerarius fuit. MAB. 6) Scil. custos, non abbas, ut falso interpretatur 'Hist. litt.' l. l. p. 410. 7) SS. II, p. 576 sqq. edita.

enim aliter interponeret Corbeiam novam, quam construxit sanctus Adalardus? — licet ad unguem descripserit ipsam translationem factam per successores eius, inordinate tamen erravit de cronicis principum et sancti successoribus. Ad cuius errorem falsitatis removendum sufficiens sit cunctis[a] legentibus eiusdem scriptoris testimonium, qui etiam hoc quod ignorando asserit in hac monet hystoria requirendum[1]. Quapropter nunc ei huius inordinationis offensam donemus, eo scilicet tenore, ut in his quae secus quam sunt sentit a nullo sit per singula credendus; et sic ad rei veritatem scribendi calamum vertamus.

EXPLICIT PROLOGUS.

Et quod ipse auctor asserit, se iussu Geraldi scripsisse, etiam Vita Geraldi priore confirmatur[2]. *Ignoramus igitur, quis monachus Corbeiensis hos libellos non multo post a.* 1051.[3] *composuerit, ex quorum altero, Miraculorum videlicet, ea tantum excerpsimus quae ad treugae Dei initia illustranda faciunt.*

Paene integrum vero librum II. Miraculorum exhibemus, quo de reliquiis s. Adalhardi a. 1073. *circiter in Flandriam translatis, ut praedia a comite Flandrensi abbatiae Corbeiensi erepta restituerentur, refertur, et ad Flandrensis comitatus historiam quaedam notatu digna afferuntur. Qui libellus a monacho quodam Corbeiensi post a.* 1095[4], *aut saec. XI. exeunte, aut XII. ineunte ex relatione maiorum natu qui translationi interfuerant*[5] *conscriptus est*[6].

Excerpta nostra emendavimus ope codicum

1) *Bruxellensis nr.* 8646—8652, *membr. fol. min., qui f.* 1—38. *s. Adalhardi Vitam iussu Geraldi scriptam et Miraculorum libros duos una manu saec. XII. eleganter et accuratissime exaratos continet. Ex ipso codice non elucet, cuius originis sit, vix vero dubito, quin sit codex ille S. Bertini vetustus, ex quo Ioh. Bollandus eosdem libellos Acta SS. Ian. I, p.* 111—127. *edidit; quos Mabillon, Acta IV,* 1, *p.* 345—371. *recudi fecit. Codicem hunc ipse contuli.*

2) *Parisiensis Lat. nr.* 13091 *(Rés. St. Germain* 97, *n.* 4, 19*), membr., saec. XII.—XIII. in., olim S. Petri Corbeiensis, qui eadem ac* 1 *continet*[7]. *Quem V. Cl. A. Molinier exscripsit.* *O. H.-E.*

EX LIBRO I.

INCIPIT PRAEFATIO MIRACULORUM ADALARDI[b] VENERANDI PATRIS.

Corbeiae locus quantae fuerit apud priores nobilitatis, quicumque taceat, lapides clamant non solum ad aures, sed etiam ad oculos posteritatis. Tres enim in ea principales habentur aecclesiae, in quibus corda fidelium sanctae Trinitatis confessio bene possit unire. Prima Petrum praefert piscatorem, secunda piscatis[c] euangelistam Iohannem, tercia euangelizatis[d] Stephanum prothomartyrem. Pulcher ordo ordinatus utique á Deo. Non enim dixerim conditricem horum Baltildem reginam, sed eius, ut omnium bonorum, inspiratricem Spiritus sancti gratiam. Proinde situs est salubris et valde decens, totius utilitatis amoenitate florens, usibus monachorum, utpote ad hoc quaesitus et inventus, omnino conveniens. Ex uno latere Somna[e] fluvius praeterfluit, ex altero concurrens Corbeia fluviolus vocabulum loco tribuit,

a) cuntis 2. b) eiusdem 1. 2, *ubi praecedit:* Explicit Vita sancti Adalardi Corbeiensis ęcclesię abbatis. c) piscantis 2. d) euangelizantis 2. e) Somno 1.

1) Cap. 11, p. 580. 2) Cap. 14, l. l. p. 883: *Vitam ipsius* [Adalhardi] *apostrophis elegiacis et superfluitate sui offendentem animos legentium exstirpari fecit* [Geraldus] *ex ipsis sentibus superfluitatum et plene reductam ad florem historiae mystice hexametro decoravit* (carmine illo videlicet quod edidit Mabillon IV, 1, p. 340 sqq.). *Multis signis illustraverat* [Adalhardus] *oculos adhuc viventium, quae omnia tradiderat oblivioni negligentia eorum; quae etiam iuvenis* [Geraldus] *diligenter ab eis qui viderant et in quibus facta fuerant exquisivit, exquisita postea litteravit.* Quibus verbis quamvis Miraculorum librum I. Geraldo auctori tribui credi possit, Vitam tamen ab alio quodam scriptam esse aperte indicatur. Utrumque libellum vero ab eodem auctore compositum esse ex Mirac. l. I, prol. apparet, ubi: *Cuius expeditis superius gestis et moribus vitae.* 3) Videlicet postquam Geraldus a. 1051. custos factus, non multo post auxilio s. Adalhardi morbo liberatus est; V. Geraldi c. 13. 14. Circa a. 1054. hoc factum esse censet 'Hist. litt.' VIII, p. 410. 4) Hoc enim anno Fulco abbas obiit, de quo cap. 1: *qui tunc temporis aecclesiae Corbeiensi praeerat.* 5) II, prol. 6) Vix iam monendum est, utriusque libelli auctores sermonem syllabis consonis more illius temporis exornasse. 7) Inter librum I. et II. Miraculorum epistola Fulconis abbatis Corbeiensis ad Gervasium archiepiscopum Remensem directa (Mansi, Conc. XIX, col. 781) exstat. Cf. 'Archiv' VIII, p. 318.

sed ilico cadens in Somnam, ubi dat, ibi perdit. Sicque pratis, aquis et campis longe lateque patentibus, similis et dissimilis habetur Saxonum Corbeiae illius, cuius cum ista rector et fundator extitit sanctus Adalardus. Cuius expeditis superius[a] gestis et moribus vitae, sequitur nobilis materies eiusdem mortis preciosae. Siquidem sepultus apud aecclesiam Petri principatu principalem, medio iacuit loco ante gradum cancelli inferiorem. Signo est epitaphii lingua, sed non sepulturae fit similitudo alia. Ibi diu redit cinis in cinerem, carnis expectans cum electis resurrectionem[b], donec illa generatio generationem pene integram generaret, et omnes latéret preter litteratos, ubi tam felix thesaurus requiesceret. Latuit diutius sepultura, ut reliquum terrae calcatur ab omnibus; nemo transeuntium, nemo orantium est aversus. Tandem Discretor meritorum volens notificando magnificare sepulturam per sepulti meritum tale fecit servum suum glorificandi initium.

. . . .

4. De elevatione sancti et succensione[c] templi et periculo regni.

Sed de his hactenus; modo dicendum, qualiter sit caelebrata elevatio eius. Ea tempestate plura incommoda Corbeiae, sed regno Francorum plurima contigit irruisse. Corbeiae enim principale templum sancti Petri diaboli invidia igne succenditur; omnis pene Gallia famis periculo addicitur[d]. Fungebatur vice sua in regno Francorum rex Rotbertus[e, 1], Corbeiae vero vice Christi abbas Richardus[f, 2], uterque feliciter, nisi cum isto ignis, cum illo fames septem annis regnasset atrociter. Tot quippe populos neci dimittebat esuries, ut non pollice, sed ense viderentur rumpere fila sorores[3]. Haec autem lues morientium cum caeteras nimis, maxime partes vexabat Ambianensium. Qua compulsi necessitate, statuunt sibi remedium citius providere, Deum scilicet, quem multimodis malis offenderant, aliquibus bonis placare. Visum est siquidem hanc ultionem ideo sibi superponi caelitus, quia pacem numquam servaverant, quam unice diligit et diligi iubet Dominus. Talis quippe consuetudo naturaliter innata est regno Gallorum, ut praeter ceteras nationes semper velint exercere rabiem bellorum. Sed quid modo? Non necesse est velle mori in bello, quia catervatim moriuntur famis et pestis gladio. Non potest mundus ferre iram Iudicis; initur consilium cum Ninivitis. Una conveniunt pax et iusticia; iamiam placet redire Saturnia regna. Superest desperatis unum ex omnibus consilium, ad placandam scilicet iram superni Iudicis requirere suffragia sanctorum. Requiruntur reliquiae; ad reliquias, ut quaeque loca sibi adiacent, conferuntur, ibique pacis inviolabile pactum confirmatur. Ita Ambianenses et Corbeienses cum suis patronis conveniunt, integram pacem, id est tocius ebdomadae, decernunt[4], et ut per singulos annos ad id confirmandum Ambianis in die festivitatis sancti Firmini redeant, unanimiter Deo repromittunt. Ligant se Sept. 25. huius promissionis voto votumque réligant sacramento. Fuit autem haec repromissio, ut, si qui disceptarent inter se aliquo discidio, non se vindicarent preda aut incendio, donec statuta die ante aecclesiam coram pontifice et comite fieret pacificalis declamatio. Quam gratum vero hoc concilium[g] foret Domino dominorum, luce clarius demonstravit conventus qui ibi erat sanctorum. Ea quippe die probavit Corbeia, quanti essent apud Deum meriti patronorum suorum suffragia. Quorum in parte semotis reliquiis, ubi videlicet placuit abbati et monachis, quotquot illuc debiles oratum venerunt, sani et incolumes absque mora effecti sunt. Sicque composita pace, redierunt ad sua quique. Exinde huiuscemodi fama ita longe lateque coepit vulgari, ut Corbeia merito duceretur altera Roma appellari. Praesentes denique et absentes, vincti et carcerales, invocato nomine Corbeiensium sanctorum, sine mora sentiebant sancti Petri principatum. Cum ergo fama tanti boni de die in diem clareret lucidius, placuit auctori horum locum magnificare nobilius, beati videlicet Adalardi merita demonstrando, cuius corpus sepulchrali adhuc tegebatur tumulo. Tegebatur autem in templo, quod erat igne combustum. Fratres vero ad vicinam sancti Iohannis euangelistae transierant aecclesiam cum reliquiis sanctorum; ubi qualiter et quibus se revelavit, ad sepulchrum quoque post elevationem eius quam gloriose Deus eum magnificavit, dicendum quidem est, sed de his prius, de illis autem posterius.

5. Quibus signis animatus sit abbas Richardus[f], ut levaret sanctum corpus.

Quidam presbiter nomine Hunoldus secundum suum propositum satis bona fama potitus, commorabatur in praedicto monasterio Sancti Iohannis euangelistae, quia edituus habebatur eiusdem aecclesiae. Cui nocte quadam in orómate[h] se isdem confessor offerens[i], secumque eum per combusti templi diversoria ducens, multa mira et stupenda illi insinuavit, quae ille insomnis redditus multis narrare dignum duxit. Vidit enim inter caetera quasi hominem quendam nebulosum, deformis staturae, nigrum, squalidum, pannis et annis óbsitum, qui maxillam inclinans super manum, totus erat, ut ita dicam, non dolentis, sed doloris signum. Super quo presbiter somniando in multis requirens sanctum ductorem: 'Quis est iste', inquit, 'domine, qui tantum deducit dolorem?' 'Hic est', inquit[k] sanctus Adalardus, 'daemon ille, cuius sola voluntas est cuncta ad perniciem trahere, quique hoc sacrarium ignis pessumdedit ędacitate. Quia vero praeter spem nunc cernit sibi evenire, optimos videlicet coenobitas ad restaurandam elegantius[l] quam prius foret domum Dei omnino satágere, ideo quanto vides dolore se afficit et super hoc dolet, quod vos laetos efficit'. Ad haec presbiter stupefactus et stupendo expergefactus, non est effectus surdus

a) supp. 2. b) resurrex. 2. c) suscessione 2. d) adic. 2. e) Robertus 2. f) Ricardus 2. g) *sic* 1. 2; consilium *ed.* h) horom. 2. i) ofer. 2. k) ait 2. l) elig. 2.

1) A. 996—1031. 2) Post a. 1016—1048. sedit. 3) Cf. Martial. XI, 37. 4) Cf. Kluckhohn, 'Geschichte des Gottesfriedens' p. 24 sq. Nescio vero, cur hic circa a. 1021. haec facta esse, forsan Bouquetum secutus, dicat. Equidem de anno nihil certius indicare possum.

auditor, sed visionis suae veridicus praedicator. Sicque istis et anterius dictis et multis sepe patentibus signis, visum est abbati Richardo felicis memoriae quod Deus volebat et volendo monstrabat negligentia sua non differre. Unde missis legatis accipere benedictionem á Iohanne papa[1], qui tunc temporis vicarius sancti Petri habebatur Romae pontificali ierarchia, non solum est permissus, sed etiam apostolica iussione iussus, quod libenter fecisset et iniussus. Et quia aberat episcopus Ambianensis Fulco[2], quem[a] ex fratrum consilio abbas huic praeviderat interesse mysterio, accersitur Drogo Teruanensis[b, 3], totius bonae famae testimonio praedicabilis. Cum quo postquam ministri dupliciter, cordis scilicet et corporis, 1036? Oct. 10. habitudine apparantur, sanctum corpus sexto Idus Octobris de sepulchro levatur et manibus praesulis seu abbatis expectantibus populis adorandum prebetur. Claudi, surdi, muti, manci et caeci confestim sanantur. Densetur[c] cuneus accedentium; non est numerus oblationis fidelium, útpote ubi prius deest locus et tempus quam intentio offerentium. Exinde ergo titulus confessoris cum caeteris Corbeiae patronis inscribitur, cum quibus usque ad praesentem diem Corbeiam tuetur et semper tuebitur. Caelebrata est autem haec sancti corporis elevatio anno ab incarnatione Domini 1040, indictione 8, Romanis Conrado, Francis imperante Rotberto[d, 4].

. . . .

8. De Ambianensium[e] indignatione et muti et surdi curatione.

Adoleverat etiam inter Ambianenses et Corbeienses nova quaedam religio, et ex religione pullulaverat consuetudo, quae etiam[f] reciprocabatur omni anno. Octavis denique rogationum ab utrisque partibus conveniebatur[g] in unum; ibique conferebantur[h] corpora sanctorum. Solvebantur[i] lites, ad pacem revocabantur[k] discordes, mutabantur[l] á populo orandi vices. Decreta utriusque loci renovabantur[m], populo perorabantur[n], sicque rediebatur[o]. Sed procedente tempore coepit aliquando res ipsa usu vilescere et inreverentia fieri ex multa veneratione. Uterque siquidem sexus chachinnis et lusibus intendere, ordiri choréas et inreverenter agere; et sic pene omnes corpora sanctorum negligere. Displicuit res illa bonis et maxime monachis. Praeerat abbas Richardus Corbeiae, abbas utique beatae memoriae. Qui cum talia fieri cerneret pluribus annis, aliquando cum processuri essent, fratribus convocatis: 'Timeo', inquit, 'sanctos qui solent ferri offendere. Videtis enim singulis annis, quantum fiat eis inreverentiae. Sed, si vobis[p] videtur, in cubilibus suis requiescere sinantur'. 'Non ita oportet', inquiunt fratres, 'quia venturi cum suis, si nos aliter occurrerimus, superbiae deputabunt Ambianenses'. 'Fiat', inquit abbas, 'sicut vobis videtur; sed, si vultis, sanctum Adalardum deferte, quia nullus aliorum circumferetur'. Fit ratum quod iusserat, nemo quippe contradicere poterat, immo Deus ita disposuerat. Sicque sanctus Adalardus, quasi indignior caeteris, excipit iniuriam, quam pro ceteris iussus erat. Exitur ad processionem, venitur ad statutam indictionem[5]. Occurrunt Ambianenses cum sancto Firmino, Corbeienses cum sancto Adalardo; utque simul perveniunt, antiphonas ex more imponunt; subsistunt ex utraque parte et orant debita religione; sed ex brevi ignorantia grandis aliquando adquiritur gratia. Fuerunt enim aliqui ferentes indigne, quasi monachi caeteras sanctorum reliquias, sancti Petri scilicet et sancti Gentiani, dedignati fuissent illuc deferre. Re vera tamen non erat omissum alio ex consilio, nisi, ut praescriptum est, pro inreverentia quae fiebat eis a populo. . . . . . .

EX LIBRO II.

PROLOGUS MIRACULORUM SANCTI ADALARDI.

Virtutes et miracula, quibus in praesenti sanctos suos illustrare dignatur operationis divinae potentia, quotiens apparent, dignum est posteris transmittere litterarum noticia, ut corda ipsorum ad laudandam Dei virtutem excitentur et ad exhibendum honorem reliquiis sanctorum magis accendantur. Unde virtutes aliquas breviter annotamus, quas nostris temporibus patronus noster, sanctus scilicet operatus est Adalardus, immo per ipsum operata est divina virtus. Quas quidem oculis nostris non perspeximus, sed fidelium virorum qui viderunt et praesentes interfuerunt relatione didicimus. Quorum relationi plena fides est exhibenda, quippe quos commendat sanctitas morum et aetatis reverentia. Non enim eis salutis commodum, nec sancto gloriae cresceret augmentum, si modo aliquibus astrueretur mendaciis, quem constat multis antea glorificatum miraculis. Sicut autem ab eis accepimus, ita et prosequendo referimus.

a) cuius ministerium erat huic interesse mysterio 2. b) Teruann. 2. c) *sic* 1. 2; Densatur *ed.* d) Roberto 2. e) Ambianentium 2. f) etiam nunc reciprocatur 2. g) convenitur 2. h) conferuntur 2. i) Solvuntur 2. k) revocantur 2. l) mutantur 2. m) renovantur 2. n) perorabatur 1; perorantur 2. o) *sic* 1; reditur 2. p) nobis 2.

1) XIX. a. 1024—1033, Ian. 2) II. huius nominis sedit c. a. 1031—1058. 3) A. 1030—1078. 4) Hae temporum notae minime inter se congruunt; Conradus enim a. 1039, Iun. 4, et Robertus rex iam a. 1031, Iul. 20. obierunt. Dies Oct. 10. anni 1040. incidit iam in ind. 9. Annus 1025, quem Mabillon proponit, falsus est, cum Drogo demum a. 1030. sedem Teruanensem obtinuerit. Gallia. chr. X, col. 1273. haec inscriptio capsae a. 1710. inventae affertur: *Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi* 1036. *apud antiquam Corbeiam elevatio corporis huius sancti Adalhardi confessoris atque abbatis istius loci ab episcopo Teruanensi Drogone, praecipiente Ambianensi praesule Fulcone, Richardo ipsius loci divae memoriae abbate, annum quoque* 9. *rege Francorum Henrico in sceptris agente.* Nec vero huic anno bene convenit quod supra dicitur, Iohannem papam hanc elevationem fieri iussisse. 5) Locus hactenus vocatur Indictum, Lendict, medio itinere inter Ambianorum urbem et Corbeiam. MAB.

1.[a] Causa, cur sanctus Adalardus asportatus sit in Flandriam.

Henricus igitur rex Francorum, qui patri suo Rotberto[b] successerat in regnum, sororem nomine Adelam habuit, quam Flandrensium marchioni, Balduino scilicet seniori[1], nuptiali copula coniunxit et ei Corbeiam, quae regno suo adiacebat, pro dotali munere cum aliis pluribus concessit. Pro hac autem coniunctione rex et comes fedus inter se inierunt, et magna inter eos viguit amicitia, quo advixerunt*. Sed quia, sicut á quodam philosopho dicitur, amicitia sepe exheredatur, postquam uterque, rex scilicet et comes, mortali concessit naturae, inter filios eorum, Philippum scilicet regem et Rotbertum comitem[2], 1071. fedus ruptum est amicitiae[3]. Philippus[c] autem rex reputans sibi detrimento esse, quod regnum suum quasi diminutum esset privatione Corbeiae, quam pater eius, sicut supra diximus, in matrimonio dederat sorori suae, ipsam Corbeiam cum regali pompa intravit[4] et sibi sicut regi fidelem securitatem oppidanos iurare coegit. Quod postquam comiti Rotberto compertum fuit, iniuriam sibi factam moleste tulit. Quam quia, sicut ira exigebat, ad praesens in regem vindicare non potuit, in Corbeiensem aecclesiam non tale quid meritam retorsit. Nam eius villas et praedia per terram suam late diffusa statim invasit et fratribus inibi Christo militantibus quae vestimentorum eorum usibus deputata erant denegavit. Unde Fulco abbas, qui tunc temporis aecclesiae Corbeiensi praeerat[5], et fratres non modice turbati, quaerimoniam lacrimabilem coram regis praesentia fuderunt et super hoc eius consilium et auxilium imploraverunt. Sed cum aut impossibilitate aut incuria regis nulla eis fieret recuperatio perditorum, magnumque damnum perpessi fuissent, suis carendo reditibus[d] fere per biennium[6], quid facto opus esset, cogitantes, super his animo fluctuare coeperunt. Tandem in Domino tamquam in portu iactantes cogitatum suum, anchoram suae salutis in ipso fixerunt. Nam fuit eorum commune consilium ad divinum confugere auxilium sanctumque comiti praesentare Adalardum, ut comes eius praesentia flexus, ei et sancto Petro suum restitueret allodium.

2. De asportatione sancti in Flandriam, et quod in adventu eius apertae sunt fores aecclesiae.

Igitur sanioris consilii fratribus, qui sancto comitarentur, electis, et omnibus quae itineri necessaria c. 1073 essent paratis, cum magno honore, ut decebat, iter arripientes, pervenerunt in Flandriam, de Dei misericordia et sancti merito non desperantes. Fama autem praeeunte, comes sibi sanctum á fratribus prae-

*) *Comitem Flandrensem regis socium fuisse narrat Andreas Floriacensis, Mirac. S. Benedicti III, 18, ed. E. de Certain, 'Les Miracles de St. Benoît' p. 244:* Non post multum temporis Hugo Mauritaniensis[7], vir admodum strenuus in rebus bellicis et genere nobilis, nepos praetaxati antistitis[8], propagare cupiens confinia sui honoris, regem Henricum adiit eique paciscitur summam sui patrimonii — erat enim sine liberis —, si tantummodo contra aliquos regalis excellentiae rebelles ei arma movere liceret. . . . Cuius obitum comperiens alter praefati pontificis nepos, dictus et idem Hugo agnomine Bardulfus, absque mora extincti parentis res repetit; absque voluntate regis, custodibus illectis muneribus, Petveram[9] castrum audaci praesumptione invadit. Quae res non ei prospere cessit, quoniam quidem praefatus rex, undique lectis copiis, cum Balduino Flandinensium marchione terras eius abripit, igni ferroque tradit. Inde Merelis-villam[10], quandam sui iuris munitionem, latronum pro certo speluncam, vigilia sancti Iohannis baptistae una incursione cepit et a funda- Iun. 23. mentis diruit.

Addere hic iuvat alium locum eiusdem Andreae ex annalibus quibusdam descriptum III, 21, l. l. p. 248: Anno quoque ab incarnatione Domini millesimo tricesimo septimo, era millesima septua- 1037. Apr. 18. gesima quinta, post octabas paschae, prima hora diei amisit sol radios sui luminis et visus est in ea forma qua videtur esse luna secunda, et circa horam tertiam visus est quasi luna quinta et post pusillum in modum octavae lunae. . . . Eodem quoque anno memoratus Odo comes[11], Henrici regis[12] spreta iussione, cum magno apparatu Francorum contra Alamannos et Lotharingios properans ad bellum, de se suisque magnum exteris praebuit triumphum. Commisso namque praelio[13] cum eorum duce Gothelone[14], cum multa milia alterutra ex acie corruissent, in ipso certaminis principio terga vertendo occubuit. Proh nefas! quod huic simile nunquam semper victrici nostrae acciderat genti.

a) *numeri des.* 1. b) Robert. 2 *semper.* c) Phill. enim r. 2. d) *sic* 1. 2, *corr.* reddit. 1.

1) V. Insulano (1036—1067). 2) I. Frisonem (1071—1092). 3) Cum Robertus I. Flandriam a. 1071. contra Arnulfum III, nepotem suum, invaderet, Philippus rex hunc contra invasorem defendit, sed victus eodem anno pacem cum eo fecit. Cf. E. Schmiele, 'Robert d. Friese'. Diss. Gott. 1872. 4) Nota quod in Chron. S. Bavonis saec. XV. ex. scripto, De Smet, Corpus chron. Flandr. I, p. 561, nescimus ex quo, sed, ut videtur, ex antiquo fonte relatum est, cum Rotbertus a. 1070. ex. vel 1071. in. Flandriam invaderet, Arnulfum III. comitem *cum Rikilde matre sua Corbeiae apud curiam regis Franciae Philippi* commoratum esse. Forsitan rex pro auxilio comiti iuveni contra patruum praestando Corbeiam sibi revindicavit. 5) A. 1048—1095. 6) Circa a. 1073. igitur gesta esse videntur quae sequuntur. 7) Mortaigne in Pictavia. 8) Nullius episcopi antea mentio fit. Intelligere videtur Odolricum Aurelianensem, qui infra c. 19. occurrit. 9) Pithiviers (dép. Loiret). CERT. Cf. Hugonis Actus modern. regum, SS. IX, p. 387, n. ***. 388. 10) Méréville (dép. Seine-et-Oise, cant. Angerville). CERT. 11) Campaniae, II. comes Blesensis et Carnotensis. 12) Franciae. 13) Apud Bar-le-Duc. 14) I. Lotharingiae superioris et inferioris.

c. 1073. sentandum audierat et, ne illis alicuius aecclesiae patéret introitus, interdixerat, existimans taliter nullum ad se ab illis posse fieri accessum. Sed secus ac ratus est[a], res habita est. Nam tendentibus illis ad villam quae dicitur Curba, ubi sancti Petri iure hereditario habetur aecclesia, presbiter, secundum comitis praeceptum obseratis aecclesiae foribus, secessum occultum, ne posset inveniri, petierat cum clavibus. Tandem ad aecclesiam pervenitur, claves requiruntur, presbiter circumquaque quaeritur, sed quaerentibus facultas inveniendi denegatur. Mirum dictu, fidelem quaerens auditorem, dum aliqua mora fieret quaerendo templi sacerdotem, ilico sponte sua confractis seris, dissilientibus repagulis, patuerunt fores aecclesiae et sancto cunctisque eum comitantibus se pervias praebuere. Non magica, non ars ibi operata est mechanica, sed ad ostendendum sancti Adalardi meritum virtus apparuit caelestis in apertione valvarum. Ecce alter in hoc facto Petrus sanctoque Petro, cui commissae[b] sunt claves regni caelorum, in tali miraculo comparandus. Sancto etenim Petro de carcere per angelum liberato porta ultro patuit ferrea: isti similiter de carcere, id est de carnis ergastulo, per angelum consilii iam educto cesserunt ultro dura portarum robora. O stupenda dignatio! Gratiam meruit a Domino, quae caelesti concessa[c] fuerat clavigero. Iure etiam in aliena terra patuit illi sancti Petri aecclesia, qui apud Corbeiam hospitium sortitus sancti Petri aecclesiam, quasi pro contubernali[d] foedere ad requirenda eius bona fungebatur legatione. Taliter in aecclesia prius inaccessa sanctus defertur, populus utriusque sexus, qui convenerat, prosequitur, laudes cum vocis cordisque exultatione á monachis et clericis divinae maiestati referuntur, populis applaudentibus et gratias Domino referentibus.

3. De eo quod comes reddidit ei omnia quae abstulerat.

Sequenti die inde asportatur, et ad quaerendum comitem iter acceleratur. Ubicumque autem sancti audiebatur adventus, a longe pro iam divulgato miraculo immensae multitudinis populorum ei fiebat occursus. Nec solum iam ei contra praeceptum comitis ianuas aecclesiarum aperire certabant, sed etiam tam aecclesiasticae quam saeculares personae, ut sanctus in aecclesiis inferretur, postulabant, magis divinam quam comitis incurrere timentes offensam. Audientes autem fratres comitem in pago Tornacensi circa Schelmas[1] oppidum, quod obsidione militum cinxerat, commorantem, illuc iter flexerunt, et quo coeperant tandem pervenerunt. Quem cum sibi comes audiret deferri, eius praesentiae se subtrahere festinavit. Tunc principes, qui lateri eius solebant assistere, et in quorum consilio eius omnis pendebat dispositio, super hoc coeperunt eum arguere, dicentes, quia nichil ei prospere cederet, quamdiu sanctorum aecclesias suis rebus spoliaret. Consulebant autem illi, ut sancto cum humilitate occurreret et quicquid erga sanctum deliquerat emendaret. Quorum prudenti consilio comes adquievit et humiliter Ion. 3, 6. sancto obvius processit. Videres alium regem Ninivitarum de suo solio descendisse pedibusque nudis pro humilitate incedentem, honorem suum deposuisse. Cum tanta devotione, militum stipante caterva, comes ad feretrum sancti accessit et, sumpto manibus suis gestatorio, militibus onus eius leve certatim allevianibus, in aecclesiam haut longe positam tulit. Ibi, quicquid Corbeiensi aecclesiae abstulerat, coram primatibus suis in praesentia sancti reddidit, et quicquid erga sanctum Petrum et sanctum Adalardum deliquerat, emendavit, postulans per eos sibi á Domino indulgentiam impetrari. Fratres vero vice Domini, qui cor contritum et humiliatum non despicit, sanctique Petri, cui data est á Domino potestas ligandi atque solvendi, eum absolverunt et eum gaudentem suisque orationibus commendatum ad obsidionem oppidi remiserunt. Inde non ingrati divinae misericordiae, qui gratiam comitis meruerunt[e] sancto Adalardo mediante, immensas laudes Deo altissimo retulerunt, cuius auris, quam precibus pulsaverant, praeparationem cordis eorum audierat.

4. De eo quod comitissa voluit eum retinere.

Sic non cassato itineris labore laetati, cum sancto arripuerunt iter remeandi. Sed intervénit eis aliqua turbationis molestia, ut maior subsequeretur[f] laeticia. Contigit enim, ut ad oppidum quod dicitur Insula[2] pervenirent et sanctum Dei in aecclesia sancti Stephani prothomartyris, quae ibi habebatur[g], deferrent. Illis diebus apud idem castrum Adela comitissa, de qua supra mentionem fecimus[3], morabatur, dum ad obsidendum praefatum oppidum Schelmas comes, scilicet filius eius, occuparetur. Quae cum audisset adesse sanctum Dei confessorem, gavisa est valde sibi esse oblatam retinendi illum oportunitatem. Accersitis igitur monachis, inter alia quae protulit verba dixit eis: 'Sciatis, domini mei, sanctum Adalardum communis generis consanguinitate mibi esse proximum; et ideo, ut honoris gratiam paret mibi in caelis, volo eius honorem sublimare in terris. Unde sedet mibi in animo eum retinere in hac terra, quia ad exequendum quod volo magis hic ero idonea. Aut enim ei novam construi faciam aecclesiam, quam immensis opibus ditabo, deputatis monachis aut clericis, qui serviant sancto, aut in Blandiniensi monasterio, quod in honore sancti Petri apostoli situm est in castro Gandavo[h], faciam eum deferri, ubi prae omnibus sanctis qui ibi habentur faciam ei honorem exhiberi. Interdico itaque vobis, ut eum ab aecclesia sancti Stephani non dimoveatis, sed ad locum vestrum redeatis, ni potius cum eo remanere placeat vobis'. Denique praecepit portas obseratas et exitus viarum adhibitis custodibus observari, ne in noctis silentio clam sanctus posset[i] asportari.

a) *deest* 2? *ed.* b) commise 2. c) f. conc. 2. d) contubernali 2. e) meruerant 2. f) sequeretur 2. g) habetur 2. h) Grandavo 2. i) possit 2.

1) Esquelmes ad Scaldim fl., infra Tornacum (cant. Templeuve). 2) Lille. 3) Cap. 1.

5. De eo quod per medios vigiles sublatae sunt sanctae reliquiae.

Quid iam monachi facerent? In aliena terra positi suorumque auxilio destituti, obviare non pote- c. 1073. rant comitissae potestati, ut in asportatione sancti aliquam violentiam inferrent illi. Ilico ad sanctum reversi sunt Adalardum, et extra spem positi deliberabant, quid potius eis esset faciendum. Consilium autem super hac re quaerentes, tales inter se conquaerendo proferebant voces: 'Quid faciemus? Quo divertemus? Ad nostros sine sancto Adalardo reditus nobis non est necessarius, quia forsitan aut nos expellent aut, quod turpius est, lapidibus obruent. Denique nos non reverti prohibet improperium[a] et dedecus, quia, nobis non revertentibus, tantum damnum imponent nostrae assensioni nostrisque machinationibus. Caeterum, quamvis absque sancti representatione gratiam eorum possimus habere, eiusdem patris nostri ablatio nostrae matris aecclesiae fiet desolatio. Ipsa enim mater nostra, quae nos tamquam filios in suo fovit gremio, relinquetur sicut umbraculum in vinea et sicut tugurium in cucumerario'. cf. Es 1,8 Taliter prius navicula cordis eorum turbabatur in mari, et dormiente in eis Christo, quia dubitabant, Matth 8, 24–26 coeperunt mergi. Sed cum clamassent: 'Domine, salva nos! perimus', ilico excitatus est Dominus ventisque imperavit et fluctibus. Illis autem[b] consilium capientibus caelitus inspiratum est, ut intempestae noctis silentio expositas de feretro sancti confessoris reliquias tollerent et cum illis fugae praesidio sibi suisque consulerent. Quod et ipse Salvator fecisse suosque, ut idem facerent, legitur ammonuisse: *Cum* ib 10,23 *vos*, inquit, *persecuti fuerint in unam civitatem, in aliam fugite*, licet figuraliter possimus intelligere. Cunctis igitur per villam somno occupatis, monachi requiem suis denegarunt oculis, oportunitatem quaerentes perducendi ad finem quae inerant illorum animis. Media autem nocte ad thecam[c] argenteam, qua preciosus thesaurus tegebatur, accesserunt ipsumque audacibus, ut ita dicam, sed fidelibus manibus exposuerunt. Denique ipsum super aurum et topazion pretiosiorem omniumque aromatum fraglantiam suo odore vincentem in mundo pallio, postea in birso cervino involverunt et uni eorum, domno videlicet Everardo[d], qui ad hoc sagacior videbatur, asportandum commiserunt. Qui, caeteris cum scrinio sancti remanentibus, de commisso sibi thesauro sollicitus non modice animo angebatur, qualiter propter vigilum excubias civitatem egrederetur. Dumque totus in hoc studio esset positus, illuxit matutinalis hora, qua, expulso vesperi luctu, Christi resurrectione[e] demoratur laeticia. Tunc Christus, qui est verus sol iusticiae, depellens tenebras erroris et tristiciae, ostendit illi tramitem salutis et laeticiae. Nam eadem hora obtulit se illi quidam monachus, quasi missus á Domino, quem Remensis civitatis archiepiscopus[1] ad comitem direxerat pro suo negotio. Huic sanctarum baiulator reliquiarum sociatus, per medios vigilum cuneos, portis patentibus, exivit Deique providentia, per sancti videlicet Adalardi meritum, frustratas illorum excubias reliquit. Renovatum est sane in hoc facto miraculum, quod ad Christi resurgentis contigit sepulchrum, si tamen gloriae regis audemus equiparare[f] virtutem militis. Sed non minuimus gloriam regis, si virtutem praedicamus militis, quia virtus militis gloria est regis. Custodia enim militum ad Christi posita est sepulchrum, ne a suis furaretur discipulis; diligentia nichilominus excubatorum deputata est portis et exitibus viarum, ne corpus sancti Adalardi clam á suis efferretur monachis. Christus summo diluculo milites signatum monumentum custodientes resurgens irritos reddidit; sanctus quoque Adalardus summo mane vigiles portas et exitus viarum observantes exeundo fefellit. Milites, Christo resurgente, prae timore facti sunt velut[g] mortui, custodes, postquam sanctus asportatus est Adalardus, prae nimia admiratione redditi sunt stupidi. Taliter corpus sancti confessoris Corbeiam refertur et á monachis cum magno cleri plebisque tripudio suscipitur. Qui cum magno honore, ut dignitas eius exigebat, repositus in archivo aecclesiae, ipsam sua decoravit praesentia, quam[h] primum obscuram reddiderat eius absentia. Fratres autem cum cordis devotione laudes immensas reddiderunt super hoc bonitati divinae, parvipendentes, si scrinii fieret amissio, cum beatos et divites reddidisset eos preciosi thesauri restitutio. Illud enim erat recuperabile[i] damnum, hic, si eum amisissent, damnum inreparabile. Sed qui voluit thesaurum corporis restituere, dignatus est etiam vas eiusdem remittere, ut sicut in corporis asportatione, ita etiam sancti pateret meritum in vasis repraesentatione.

6. De relatione scrinii, et quod in repraesentatione eius sanatus est claudus.

Interea fama volante, cum comitissae nuntiatum fuisset taliter sanctum Adalardum á monachis sublatum esse, moleste tulit se ita delusam esse. Tamen intelligens hoc esse voluntatis divinae, et ideo iam non posset[k] contra torrentem brachia tendere, postulata venia, concessit illis cum scrinio sancti confessoris remeare ad propria. Taliter illi, quasi de Aegypto egressi, ubi iam quasi captivi fuerant detenti, protegente eos caelestis defensionis nube, ne urerentur á sole tribulationis, pervenerunt duce novo Moyse[l] in terram pacis et securitatis. . . . . . .

a) imperium 2. b) enim 2. c) techam 2. d) Evrardo 2. e) resurrex. 2. f) equiperare 1. g) veluti 2. h) quę 1; quem 2. i) dampnum rec. 2. k) *sic* 1. 2. l) nostro *add. ed.*

1) Manasses I (a. 1069—1081).

EX MIRACULIS S. AGILI RESBACENSIBUS.

Appendicis loco addimus capitulum ex ea parte Miraculorum S. Agili Resbacensis, quam monachus quidam huius monasterii paulo post a. 1102, *ut videtur, composuit*[1] *libro I. eorum adiectam. Hoc capitulum, quo de Balduino V. comite Flandrensi quaedam narrantur, sumpsimus ex editione Mabillonii, Acta II, p.* 330; *quae Acta SS. Aug. VI, p.* 591. *et ex parte SS. R. Gall. XI, p.* 479 *sq. repetita est.* *O. H.-E.*

17. Illud etiam referre honorificum est de Balduino Flandrensi comite[2], qui cum militari usu Philippo regi Francorum utpote palatinus comes deserviret*, ad retundendam superbiam quorundam, qui in partibus Galliae et Burgundiae praefato regi repugnare cupientes, adversus eum servili ferocitate rebellare contendebant —: ad quorum convincendam rebellionem praedictus comes accitus, cum apparatu Flandrensis militiae optima terrae peragrat opida villasque depopulat

Atque, truci facie dum lustrat pervia quaeque,
Concives patres ceu raptat ovilia praedae.

Hic itaque cuncta circuiendo pessumdans, causa praedandi Resbacum villam[3] devenit; sed divina potentia ferocitatem illius arcens propria virtute, in tali negotio obstaculum[a] sibi voluit adesse. Nam praedictam villam ingressus, dum, subtractis rebus, subtractis et habitatoribus, inhabitabilem reperit, castrametari exercitum quiescendi gratia praecepit. Ipse autem cum sub obtentu expetendae orationis monasterium adiret, conspicit eminus avem quae vulgo pavo dicitur super tegulas monasterii residere, ad cuius peremptionem sibi arcum et sagittam protinus iubet parari. Quod cum factum fuisset, praefato comite in pavonis necem arcu sagittam iaciente, illa quidem flamine venti retorta in aliam partem dirigitur, avis autem immobilis permanens, nullo terrore concutitur. Comes vero subitaneo morbo perculsus, protinus humi prosternitur, oreque sanguineas spumas emittens, quod divina virtus in se pro pavone vindicet, conctis ostentui habetur. Eo tamen postmodum, dum beati Agili meritum invocat, melius habente, funem propriis manibus in collo circumdans, humilis et deiectus progreditur ad altare, profitetur coram Deo et sanctis eius graviter se peccasse, de cetero spondet se terram sancti Petri ab adversariorum impetu illaesam inviolatamque strenue custodire, insuper et patenam auream decemque caseos decemque vaccas pro sui facinoris offert abolitione. Sicque per virtutem beati Agili plebs Resbacensium defensari meruit ab hostili penitus incursione.

*) *Radulfus Tortarius monachus Floriacensis in libro de Miraculis s. Benedicti c.* 24, *ed. E. de Certain, 'Les Miracles*
1060. *de St. Benoît' p.* 314 *sq., haec de tutela Balduini V. comitis affert:* Philippus autem, patre defuncto, totius regni Francorum gubernacula obtinuit. Septennis autem erat, quando pater defungitur. Qua de re sortitus est tutelam illius vir illustrissimus Balduinus Flandrensium comes. Qui prudentissime regni administrans negotia, donec idem Philippus intelligibiles attingeret annos, tyrannos per totam pullulantes Franciam tam consiliis quam armis perdomuit et pacem maximam teneri fecit. Proinde Philippo iam iuvene facto, integrum absque unius viculi imminutione regnum
1067. restituit, et ipse non multo post vivendi finem fecit. Philippus vero in primis multa strenue gessit annis, sed aetate procedente mole carnis aggravatus, ampliorem operam cibo indulsit et somno quam rebus bellicis. Hic ducis Frisiae[4] filiam nomine Bertham in matrimonium accepit, quae ei genuit Ludovicum.

a) obstaculo *Mab.*

1) Postremum capitulum incipit his verbis: *Adela Blesensis comitissa, mater comitis Theotbaudi,* quod post a. 1102. scriptum videtur, quo anno Stephanus comes Blesensis in Terra Sancta occisus est, et filius eius Theobaldus IV. comitatum Blesensem suscepit. 2) V. a. 1036—1067, qui ab a. 1060. Philippi I. regis pueri tutor fuit. 3) Rebais in terra Brie (dép. Seine et Marne). 4) Florentii I. comitis Hollandiae.

MONUMENTA ALDENBURGENSIA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

TRACTATUS DE ECCLESIA S. PETRI ALDENBURGENSI.

Clericus quidam parrochiae Aldenburgensis, oppidi Flandriae, aut, quod tamen minus probabile videtur[1], *monachus monasterii S. Petri in hoc oppido a.* 1084. *ab Arnulfo episcopo Suessionensi instituti, qui aedificationem ecclesiae S. Petri a.* 1056. *coeptam, a.* 1070. *perfectam praesens viderat*[2], *paulo post a.* 1084. *tractatum composuit, quo de antiqua gloria ac recenti deminutione urbis Aldenburgensis, maxime vero de ecclesia s. Petri olim fundata suoque tempore restaurata et de miraculis in eadem factis egit. In quo libello quaedam memoratu digna leguntur, quibus annotandis rari scriptores medii aevi animos intenderunt.*

Quem libellum I. B. Malou abbas ex codice olim Aldenburgensi, tunc suo, mbr. saec. XIV[3], *qui ubi nunc servetur ignoramus, primus edidit, Chronicon Aldenburgense*[4] *(Brugis* 1840. 4°) *p.* 17—36, *non paucis mendis depravatum; quae ut tollantur, iam b. m. L. Bethmann et V. Cl. W. Wattenbach, denique ipse studuimus. Etiam modum verborum scribendorum saeculi XIV. in codice usitatum ad rationem saeculi XI. reduxi. Editio Brugensis recusa est Migne, Patrol. Lat. CLXXIV, col.* 1451 *sqq.*

Ex hoc libro Hariulfus in Vita Arnulfi episcopi Suessionensis infra edita et Anianus abbas a. 1458. *in Chronico Aldenburgensi*[5] *quaedam capita exscripserunt; etiam recentiores historiographi Flandrenses Meyer, Sander, Vredius, alii eum in usum suum verterunt.* *O. H.-E.*

1. Ab Adam usque ad diluvium anni 2242. A diluvio usque ad Abraham anni 942. Ab Abraham usque ad nativitatem domini nostri Iesu Christi anni 2015. Sic fiunt[a] ab Adam usque ad dominum Christum anni 5199. Et sic a principio mundi usque ad passionem domini nostri Iesu Christi quinque milia anni sunt 216[b]. Hieron. A passione[6] Domini usque ad initium aedificationis templi sancti Petri apostoli Aldenburgensis[7] anni 1056. Coeptum est autem opus predicti templi ab oriente prefatae urbis 7. Kal. Maii, feria 5, indictione 9, epacta 1. et concurrente 1[8], pontificatum agente Romanae ecclesiae papa 1056. Apr. 25.

a) fuit *ed.* b) 5232 *secundum Hieron.*

1) Nusquam enim se monachum auctor prodit fuisse, immo de monachis a. 1084. in ecclesia S. Petri institutis c. 17. paucissimis tantum verbis refert. 2) Cap. 19. 3) Vide de codice 'Archiv' VIII, p. 485 sq.; Malou l. l. p. 12 sq. In calce codicis leguntur versus:

Qui me scripsit ita, monachus fuit atque levita,
De Biervliet natus; sit pro mercede beatus!

Quare Malou coniicit codicem a Iohanne de Biervliet inter a. 1278. et 1307. exaratum esse. Neque hoc vero certe constat, nec hic quem edimus libellus ab eo qui versus scripsit exaratus videtur. Immo duae diversae manus in codice discernuntur. 4) Hunc minus idoneum titulum reiicientes, nostrum elegimus, quia auctor cap. 10. 19. tractatus nomine libellum suum significavit. 5) Ed. Van de Putte. Gandavi 1843. 4°. 6) A nativitate potius. 7) Oudenburg prope Ostende. 8) Chron. Aldenb. maius ed. Van de Putte p. 36. hi versus afferuntur:

Anno milleno quinquageno quoque sexto
Huius opus templi ceptum dinoscitur esse,
Lignea basilica fuerat quo condita prima.

1049. Leone[1], cuius temporibus, antea[a] circiter septimum annum, sancta exstitit synodus Remensis. In qua ipse presidens, Spiritu sancto revelante, episcoporum et abbatum ibidem consedentium actus, mores et vitam liquido omnibus patefecit.

2. Primo igitur unumquemque secundum Domini preceptum inter se ipsum solum humiliter corripiens, deinde sub duobus vel tribus ydoneis testibus, postea in contumacia[b] permanentes publice coram omni concilio increpare non neglexit. In ipso ergo sancto concilio quam plurima decreta Domino accepta, quae hactenus universali ecclesiae perstant proficua, apostolica auctoritate iubendo confirmavit.

3. Qui beatissimus pontifex Leo post initium constructionis prefati templi sancti Petri
1054. Apr. 14. sequenti anno 18. Kal. Maii[2], feria 2, circa meridiem feliciter migravit a seculo. Et in ipsa hora transitus sui a corpore non solum Romae, ubi corpus eius iacuit, verum etiam in toto orbe terrarum circulus eximiae claritatis hominibus apparuit in caelo per spatium fere mediae horae, Domino fortasse demonstrante, quod ipse coronam inter diligentes se percipere dignus esset in caelo.

1056. 4. Ultimo anno imperatoris Henrici coeptum est opus supradicti templi sancti Petri apostoli, regnante alio Henrico rege Francorum, necnon Edwardo beatissimo rege Anglorum, Baltguino Insulano regionem totius Flandriae et maximam partem Galliae[3] laudabiliter illo tempore gubernante.

c. 690. 5. Igitur presul Ursmarus sanctitate preclarus, dum Flandriam ydolatriae deditam ob baptismi gratiam predicando perlustravit, qui[c] verae fidei ardore succensus, multis in locis seminabat verbum veritatis et plantabat germen aeternae viriditatis —: hic vero residens in urbe quondam nobili, sed per id temporis lugubri, Aldenborgh, predicabat assidue nomen et gloriam Iesu Christi domini nostri et adventum ipsius et regnum eius; cui caeleste[d] commonitione imperatum est, ut ecclesiam in nomine Christi sub titulo beati Petri apostoli et omnium apostolorum aedificatam in Aldenburgh consecraret. Qui caelesti visioni alacriter obediens, in loco sibi preostenso basilicam ligno conditam in Aldenburgensium urbis affinio sancti Petri patrocinio sanctissime consecravit[4]. Quam virtus Altissimi signorum miraculis et sanitatum beneficiis in laudem sui nominis et ad honorem preelecti apostoli sui Petri multociens honorificavit. Denique sanctus Ursmarus caelesti commonitione instructus, ut dictum est, hanc urbem, scilicet Aldenburg, pro reverentia suae dignitatis primum adiit habitantesque in ea verbo sanctae exhortationis illustravit atque locum, in quo nunc prefatum sancti Petri apostoli templum est constructum, specialiter elegit, ibique ecclesiam cum omnipotentis Iesu Christi domini opitulatione aedificavit eundemque locum, sicut a fidelibus probatisque viris quam plurimis cognovimus, dedicavit. Et ideo pro sanctitatis eius reverentia ac pro benedictione locus ille a multis religiosus et sanctus habetur. Quod usque hodie in eodem loco venientibus fidei oculis indubitanter cernere credentibus licet. In quo ipse presidens, sollicitus plebis, circumcirca omnem patriam cum suis commilitonibus lustravit populumque non parvum verbis et exemplis per totam Flandriam ad veram fidem Christi convertit atque ad veram matrem ecclesiam[e] perduxit.

6. Mox ergo primates huius nobilissimae urbis ceteraque fidelium multitudo parrochiae huius maximam terrarum quantitatem illi alacriter offerre decertabant[f], quatenus venera-

a) *sic ed.; forte* ante *legendum.* b) *sic conieci;* commune *ed.* c) *delendum videtur.* d) *sic ed.* e) ecclesie *ed.* f) decretabatur *ed.*

1) Error; vide n. 2. 2) Leo IX. iam a. 1054, Apr. 19. defunctus est, non Apr. 14; qui dies non a. 1054, sed a. 1057, quem auctor hic indicat, in secundam feriam incidit. 3) Auctor, quod Balduinus V. a. 1060—1067. tutelam Philippi I. regis Franciae gesserit, in mente habuisse videtur. Nomen Galliae enim pro regno Franciae, non pro Lotharingia, ut alii eius aevi auctores, etiam infra c. 19. sumit. 4) In additamentis ad Ratherii Vitam s. Ursmari, nescimus quando, sed non ante saec. XI. a monacho Laubiensi scriptis, haec leguntur, Mabillon, Acta III, 1, p. 256 (Acta SS. Apr. II, p. 562): (Ursmarus) *se ad praedicandum Flandriae contulit versus Menapum fines, qui adhuc detinebantur ritu gentis vanis superstitionibus. Cuius miraculis multiplicibus compuncti et praedicatione assidua ad fidem conversi, ex magna parte praediorum heredem eum statuunt sibi et eam quae est in Laubias ecclesiam Christi. Ipse etiam provinciae dominus Aldo nomine, beati Ursmari praedicatione ad fidem Christi conversus, donavit de suo dictum vocabulo Aldeburch vicum, in quo construxit atque consecravit ecclesiam in honore beati Petri apostoli, et mille passus undique per circuitum, de qua postmodum dotavit Laubiensem ecclesiam. . . . . . . Sunt autem loca in circuitu vici Aldeburch dicti, in quo etiam loco ecclesiam, quae adhuc superest, aedificaverunt in honore sancti Ursmari.* Similia leguntur etiam in Hist. Fund. Lob. auct. Hugone c. 2, SS. XIV, p. 547.

bilem clericorum multitudinem duobus in locis posset coadunare Dominoque die ac nocte in perpetuum servire, nec deficerent qui regulariter sobrieque viventes sponsam Domini, id est ecclesiam, sobria castitate custodirent. Quod ita factum est.

7. Ab oriente namque huius urbis, ut prefati sumus, unam in honore sancti Petri apostoli ecclesiam ligno conditam consecravit, ibique idoneam clericorum congregationem delegavit. Nam principale altare et presbiterium ac nonnulla pars templi beati Petri constructum est modo in eodem loco atrii, in quo ecclesia lignea a beato Ursmaro aedificata fuit temporibus antiquis et ab ipso sanctificata et benedicta. Quapropter, ut predixi, a presbiterio ex utraque parte templi ac deinceps usque ad orientalem terminum eiusdem atrii semper viridis et amenus herbarum ornatibus locus ille perseverat, quamvis tritus ob vestigia calcantium semper videatur, et reliqua pars usque ad occidentem sicca et pulvere cooperta iugiter permanens.

8. Alteram vero ecclesiam beatus Ursmarus ab aquilone huius urbis in honore sanctae ac perpetuae virginis Mariae aedificavit congruamque inibi clericorum societatem similiter constituit. Quod verum esse adhuc testatur terra, quae in septentrionali climate templi sancti Petri apostoli longe lateque simul iacet et adhuc ad ecclesiam pertinet, quamvis et clericis et pauperibus violenter sit ablata, laicisque secularis militiae et non heredibus tota constat subiugata. Si vero aliqui de altera ecclesia sanctissimae ac perpetuae virginis Mariae, quae, ut predixi, in lateribus aquilonis huius urbis constructa fuerat, dubii fuerint, eo quod nunc[a] modo domus et mansiones plurimorum illo in climate constitutae videantur, pro certo noverint temporibus Arnulfi[b] comitis[1], patris Baldwini Barbati, in illa[c] parte neque domum neque mansionem alicuius constitisse, nisi[d] solummodo duorum germanorum, videlicet Winemari[e] presbiteri et Erembaldi laici; quorum unus, id est Erembaldus, ab oriente illius lateris domum suam aedificavit, frater vero eius Winemarus[e] ab occidente. Ibique in medio atrium iam dictae ecclesiae sanctae Mariae constitisse ab antiquis fidelibus procul dubio perhibetur; ubi autem iterum[f] sepedicta ecclesia exstitit, ibi postea Ingelbertus clericus domum suam sine dubio aedificavit.

9. Non solum autem circa istam urbem sancto Ursmaro et supradictis ecclesiarum servitoribus[g] spatiosa terrarum amenitas tempore illo a fidelibus tradita fuerat, verum etiam multis in locis parochiae huius necnon in totius Flandriae finibus. Nam sancto Ursmaro[2] censum atque terrarum precium 25 librarum denariorum persolvi in isto loco a multis huius provinciae viris verissime comprobatur, absque[h] prenominata terra, quam laicis secularis militiae subiacere supra diximus. Insuper et carta[3], in qua haec notata continebantur, multorum nomina retinebat, qui antea debitum solvere solebant. In atrio autem supradictae ecclesiae beatae Mariae cartularium multi sedere viderunt, qui supradictum debitum recipiebat.

10. Basilica ligno condita sub tempore Dagoberti regis Francorum ac ipsius licentia a beato Ursmaro in honore beati Petri apostoli aedificata, ut superius dictum est, diuturna stabilitate viguit, longa aetate senuit, prolixa vetustate corruit; ac demum post plurima annorum curricula cives Aldenburgenses novam ecclesiam in honorem beati Petri apostoli omniumque apostolorum aedificare coeperunt. Anno autem Domini 1056. coeptum est opus 1056.
prefati templi beati Petri apostoli, sicut habetur plenius in principio huius tractatus[4]; et coeptum est in eodem loco quo prius de lapidibus, sicut manifestum [est[i]] per miracula quae fiebant, dum templum operabatur; quae[k] sub brevitate enarrare aggrediamur.

11. Post inicium constructionis ipsius templi circiter quintum annum, cum[l] presbiterium perfectum c. 1061.
esset et culmo coopertum, atque inter trabes ante principale altare campanae pependissent, arcum ante presbiterium a terra usque ad summum virgis sepire ac culmo dependente cooperire ad pluviam et grandinem atque nivem depellendam ante hyemis tempora clerici procurabant. Quadam vero die quidam iuvenis clericus, valde simplex et devotus, nomine Lisgerus, nimis intente huic operi astare manibusque cooperare diligenter atque hylariter studium impendebat. Cum autem in superioribus partibus eiusdem arcus ex utraque parte machinamentum constructum esset, Lisgerus interius, aliusque exterius contra eum in predicto machinamento stetit, qui culmum[m] tortis virgunculis ad parietem ligare studebat, quem virgis conseptum ante predixi, virgunculas vero intrinsecus per parietem immittere festinabat; Lisgerus eas

a) *ita correxit Bethm.*; non *ed.* b) Arnulph. *ed. semper.* c) alia *ed.* d) *ita correxit Bethm.*; non *ed.* e) Wlinem. *ed.* f) *corruptum*, intra *vel* intus *vel* tunc *legendum videtur.* g) *sic corr. Watt.*, 'GQ.' *ed.* 5. *II*, *p.* 155, *n.* 3; cernitoribus *ed.* h) abque *c.* i) *deest c.* k) quod *ed.* l) quum *ed.* m) culmen *ed.*

1) II. a. 964–988. 2) i. e. Laubiensi monasterio. 3) Non exstat. 4) C. 1.

c. 1061. sagaciter firmare intus ad parietem contendebat. Cumque haec per longum temporis spacium contendebant ut fecissent, incaute unum[a] de viminibus Lisgerus extrahens, retrorsum de prescripto machinamento cum ipso cecidit, scilicet deorsum ad terram, ut alius magno pavore perterritus aestimabat, qui foris stans virgulam intus immiserat; sed inter secundam et terciam trabem super iugum maximae campanae absque ulla corporis laesione leviter in uno latere lapsus est. Quia vero illic in opere beati Petri apostoli, sicut predixi, devota mente et simplici corde instabat, ideo laedi non potuit, et quia in casu suo sanctissima apostoli intercessione portabatur.

12. Subsequente autem tempore, cum aedes templi aedificabantur in septentrionali climate, bituminis artifex cum suis in meridiano latere operabatur. Quadam vero die puer, qui ei lapides et cementum porrigebat, tam grave pondus lapidum machinamento, in quo stabant, superposuit[b], ut vim tantae molis ferre non prevaleret, sed fracto omni machinamento, lapides et cementum cum magno sonitu super terram corruerunt. Ipse autem et puer in unam fenestram eiusdem maceriae sine ullo corporis detrimento inopinate devenerunt, quae eis non prope, sed tam longe abfuit, ut, si super terram starent, saltando vix tantum spacium attingerent. Quod ad iussum omnipotentis Dei per merita sancti Petri apostoli actum intelligit, qui divina providentia disponi omnia fideliter credit.

c. 1066/7. 13. Post haec vero transactis quinque vel sex annorum curriculis, quadam die custos ipsius templi Sygerus nomine, dum matutinis horis ultimam campanam ad excitandam in circuitu fidelium multitudinem fiducialiter resonabat, corda, qua ipsam campanam movebat, magnam et gravissimam plancam alti solarii eiusdem turris, super quam campanae pendebant, incaute tetigit, quae mox ei inter scapulas cum horribili sonitu cecidit, ita ut qui illic in choro astabant ei omnia membra confracta autumarent. Mox, sicut postea ipsi narraverunt, presbiter Erembaldus et clericus Reingerus[c] eum brachiis suis portantes, super lectum suum ponere non differebant. Dum autem ipsa die matutinos psalmos percantassent, statim de lecto suo ita sanus atque incolumis surrexit, acsi nullam antea corporis laesionem sustinuisset.

Nov. 30. 14. Alio igitur tempore, festivitate sancti Andreae apostoli, dum secundum signum ad matutinum idem[d] Sygerus resonabat, clavus, in quo[e] nola pependit, casu elapsus est, atque ipsa super tectum turris, quae lignis abietibus cooperta fuerat, magno strepitu cecidit, ita ut ipse et aliqui qui astabant tectum ruptum fuisse nolamque per partes divisam fuisse non dubitabant. Ipso autem die quendam puerum scandere fecit partesque confractae nolae colligere expetiit. Ascendens ergo puer super tectum prefatae turris, nolam ibi stantem ita sanam et incolumem repperit, ut in ea nullius fracturae vestigia inveniri potuissent.

15. Dum autem haec urbs in nichilum redigebatur, remanente tamen montis congerie, in qua murus destruebatur[1], ubi basilica beatae Mariae matrocinio venerabatur, quae tanta veneratione ab incolis honorabatur, quod quantum ad seculum nobiles in eius cimiterio sepeliebantur, et in atrio predicti oratorii sancti Petri ignobiles sepulturae tradebantur —: interim Flandrigenae famis importunitate periclitabantur; qui victum queritando usquequaque vagabantur; quorum perplures ad hanc confluentes, etiam pro sui copia tam hospitio quam victu carentes, in plateis circa sepes iacendo miserabiliter moriebantur. Inde contigit, quod quadam die in platea quidam mortuus inveniebatur, cui ab incolis huiusmodi negotii iteratione fastiditis exequiarum humanitas non subministrabatur. Quem tandem quidam devoti in hospitium deportantes, funeri debitum adhibendo, sacerdotem ecclesiae Godebertum nomine adierunt, cui licentiam sepeliendi campanasque pulsandi ex consuetudine petierunt. Quibus vero sepulturae, sed non nolas pro eo sonari deliberationem fertur dedisse, quem non noverat illas videlicet nolas partim empsisse[f]. At illi hac prohibitione contristati, corpus ad ecclesiam deportabant et vim prohibitis campanis facere non audebant. Mox, priusquam cum corpore ad ecclesiam pervenerunt, nolae pulsare, nullo terrigena pulsante, coeperunt, quousque corpus illud sepulturae commendaverunt.

16. Consecrata est autem ecclesia sancti Petri apostoli omniumque apostolorum prima
1070. Maii 1. die mensis Maii, feria 5, a Ratbodone Noviomensi et Tornacensi episcopo, anno Domini 1070, indictione 8, regnante Philippo rege Francorum anno 10. atque Wilelmo rege Anglorum anno 7[2]. Haec[3] autem ecclesia in loco Aldenburgense sub honore sancti Petri apostoli omniumque apostolorum fundata divinis miraculis frequens erat et famosa, quam quidam nobilis et multum locuples nomine Conon, frater Everardi Tornacensis[4], in ratione[g] beneficii de Flandrensi comite[h, 5] habebat, comes autem hanc eandem ab episcopo Tornacensi tenebat. Hunc Cononem inflammavit timor Domini, suggerente fidelissima coniuge sua[i] nomine Hazecca[k, 6], ut ecclesiam sancti Petri apostoli, quam terribilem fecerant divina

a) unam *ed.* b) *sic corr. Watt. l. c.;* supposuit *ed.* c) Remg. cum *ed.* d) ydem *c.* e) qua *ed.* f) emisisse *c.; sed* empsisse *habet Anianus in maiore Chron. Aldenburgensi. MALOU.* g) rationem *Har.* h) *sic Har.;* comiti *ed.* i) *deest Har.* k) *sic Har.;* Hasecca *ed.*

1) Cf. infra cap. 19, ubi haec verba repetita sunt. 2) Quarto potius. Chron. Aldenb. maius p. 37. hi versus leguntur:

Christi milleno simul anno septuageno
Hoc templum sancti Petri Rabodone sacratur.

3) Sequentia ad verbum transscripsit Hariulfus in Vita Arnulfi episcopi Suession. II, 20 (infra). 4) I. castellani Tornacensis. 5) Roberto I. Frisone a. 1071—1093. 6) Cf. chartam Radbodi episcopi Noviomensis datam a. 1090, Chron. Aldenburg. maius ed. Van de Putte (Gandavi 1843) p. 85 sq.

miracula, immunem sui iuris liberamque perageret[a] et ad laudem Dei abbatiam monachorum instauraret.

17. Ordinatione vero Dei peractum est, ut, reddente Conone comiti ecclesiam, quam tenebat, comes hanc eandem Noviomensi ac Tornacensi episcopo nomine Ratbodo[1] reddiderit. Ratbodus quoque episcopus cum Waltero archidiacono[2], laudante[b] clero et gaudente populo, liberam et expeditam condonavit episcopo Arnulfo illique canonicam de eadem fecit investituram. Qui Arnulfus episcopus Suessionensis[c] primitus congregationem constituit 1084. monachorum[3].

18. Anno autem Domini 1081, sancta nocte dominicae nativitatis ortus est nothus 1081. asperrimae tempestatis[4], qui campanarium prefati templi sancti Petri compulit a suo statu Dec. 24—25. declinare eumque repentinum casum adeo in orientem minitare, ut etiam videns non putaret subsistere eum ad horam, nisi providentia divina dispensaret sustentationis moram. Siquidem orto mane incolae coeperunt ad hoc spectaculum se coadunare, prope accedere, ob horribilem casus minitationem dubitantes, sed subitam altaris ei subiacentis quassationem intendentes, solummodo divinam clementiam ad huius periculi auxilium implorabant, in quo humanum adiutorium minime profuturum explorabant. Hac[d] enim doloris summa dum ita miserabiliter agerentur, circa gallicinium noctis precedentis circumcisionis Domini, Dec. 31. parum antequam matutinae pulsarentur, subito favonius more turbinis tempestuosae[e] surrexit, qui ipsum campanarium pristino statu incolumem divino concessu erexit. Ergo hunc restitutionis fragorem valde horribilem vicini audientes, timidi etiam, ne forte consueti infortunii aliquid accidisset, velociter ingenti pavore perterriti surgentes, ad templum prememoratum catervatim concurrerunt atque campanarium restitutum ita redintegratum invenerunt, ut in eo nihil fractum reperiebatur neque laesum[5]. Unde divinae operationis munificentiam sentientes, mox campanizare coeperunt Deumque in altissimis laudaverunt.

19. Sinus Galliae borealis quandam pinguem regionem coercet, quae Flandria nuncupatur; cui scilicet regioni a facie aquilonis occeanus adiacet. Qui descendunt mare in navibus, cf Ps.106,23. facientes navigationem in aquis multis, testantur hunc occeanum contra aquilonem infinitum et ab ultimis Franciae oris usque ad terminus caeli usquequaque distensum. Flandria vero ab effectu dicitur, tanquam flatibus vel fluctibus diuturna. In hac Flandria antiquorum industria civitatem statuit munitam et fortem, ut res poscebat, quoniam[f] iuxta litus maris sita a barbaris insularum crebro impetebatur. Haec civitas quondam ab Athalo[6] rege diu obsessa et tandem devicta, decorem et fortitudinem atque urbanam frequentiam hostili gladio intercepta amisit et de sibi relictis vix parvum opidum restauravit. Hii ergo qui caedem evaserant casas in opido illo erigere coeperunt, ob monumentum priscae gloriae locum suum Aldenborgh appellaverunt; et ab 'antiquis' Teutonice nominabatur, eo quod vetustissima et prima in omni Flandria exstitisse dignoscebatur. Nam Aldenburgh Teutonice Latine 'vetus urbs' interpretatur. Verum tempore illo urbs ista Aldenborgh caput totius Flandriae et, sicut predixi, initiis exstitit celeberrima, muris ac propugnaculis munitissima. Nam a partibus orientis et a meridiano climate et ab occasu et ab aquilone nigris et durissimis lapidibus fuerat constructa. Lapides namque huius coloris et fortissimi roboris in omni Flandriae provintia naturaliter editi non possunt reperiri, nisi solummodo in Gallia, Tornacensi parrochia. In partibus vero aquilonis fundamentum quadris ac magnis lapidibus, ferro et plumbo firmiter infixis, antiqua fundaverat manus. Quod genus lapidum in Bononiensi provintia tantummodo inveniri dicitur. Habitacula quoque nonnulla infra murorum munimenta levibus ac non valde duris lapidibus constructa erant. Naturaliter autem hii lapides in oriente apud Coloniensem provintiam repperiuntur. Vasa formosa atque pulcerrima, ciphi et scutellae aliaque utensilia quam plurima in illo tempore ab antiquis ingeniose formata atque sculpta nostris temporibus reperta sunt, quae modo ab ingeniosis artificibus in auro et argento vix tam eleganter formari ac sculpi possint. Et ut laudabilior

a) *sic Har.*; peragerent *ed.* b) *sic Har.*; gaudente *ed.* c) Suessoniensis *ed.* d) Hec *ed.* e) *sic* (tempestuose) *ed.* f) quum *ed.*

1) A. 1068—1098. 2) Cf. chartam p. 870, n. 6. laudatam. 3) Cf. chartam Arnulfi episcopi datam a. 1087, Iul. 25, ed. Van de Putte l. l. p. 83 sqq.; Hariulfi Vit. Arnulfi episc. II, 24. 25 (infra). 4) Cf. Ann. Formosel., SS. V, p. 36: 1081. *Ventus validus intumuit 8. Kal. Ianuar.* 5) Hanc rem etiam Hariulfus, Vita Arnulfi II, 21. ex hoc libello et narratione testium narravit. 6) i. e. Attila. Cf. Rymkr. v. Vlaenderen v. 163 sq., Corp. chron. Flandr. IV, p. 596:

Audenborch, ende dat velde
Die coninc Hettel met ghewelde.

ac dignior esset urbs supradicta, per medium totius Flandriae quasi in meditullio fundata erat. Scilicet ab oriente Gandensem et ab occidente Taruanensem parrochiam pene aequa mensura libratam habere videbatur; contra meridiem vero per spatium duarum leucarum sabulosa terra interiacet, quae illic amena et opacissima terminatur silva. A partibus vero aquilonis optima terra Flandriae duabus fere leucis usque ad litus maris extenditur. Quae vero urbs turrium murorumque munitionibus tutissima, etiam omni affluentia diviciarum famosissima, patriarum civitatumque sibi affinium longe lateque dominium[a] exercebat. . . .[b] Ursmarum episcopum, ut dictum est, quod id ei regalis excellentia providebat. Murus vero tam fortis ac firmissimus extitit, ut arietibus destrui non posset, nisi prius lapides fundamenti extracti penitus auferrentur. Ut autem legentibus scrupulum dubietatis de predictae urbis firmissima constructione penitus auferam, ipse qui istum tractatum composui et primitus scripsi murum destruere oculis meis vidi et supradictum sancti Petri apostoli templum ex ipsis lapidibus aedificare procul dubio cernere merui. Verum columpnae et parietes Tornacensibus lapidibus sunt constructae, capita quoque columpnarum Bononiensibus lapidibus adornata interseruntur. Nam antea, Balduini Insulani temporibus[1], comitis totius Flandriae, aedificia[c] Brugensis urbis magna ex parte ex lapidibus istis constructa dignoscuntur. Quia, postquam comes Ernaldus Barbatus[2] Bruggiam aedificare coepit, muros huius urbis destruere et lapides Bruggensibus tribuere in urbis aedificium fecit, quatenus, hac destructa, augmentaretur illa constructa. Unde pene haec in nichilum redigebatur, remanente tantum montis congerie, in quo murus destruebatur[3].

Quodsi hiis quae predixi forsitan testimonia vel testes a me requirantur, fateor, omnes fere qui in Aldenburgensi parrochia manent mecum probabiles testes concurrent.

a) dominum *ed.* b) *hic quaedam excidisse patet; forte solum* per *supplendum est.* c) edificentia *ed.*

EX VITA ARNULFI EPISCOPI SUESSIONENSIS AUCT. HARIULFO ABBATE ALDENBURGENSI.

Arnulfus miles, ex nobili genere Flandrensi ortus, poenitentiae ardore, quo permulti nobiles eius saeculi viri correpti sunt, inflammatus, in monasterio S. Medardi Suessionensi monachatum suscepit et paulo postea se recludi fecit. Cui postea brevi tempore abbas praefuit, mox vero hac dignitate se abdicavit; denique episcopus Suessionensis ordinatus, nec tamen quiete episcopatu potitus, hunc etiam mox dimisit. Extremis vitae annis in itinere Flandrensi a. 1084. *abbatiam Aldenburgensem fundavit, in qua etiam a.* 1087. *mortuus et sepultus est. Quare in eius Vita*[4] *non pauca inveniuntur quae nobis hoc loco edenda erant.*

Hanc in duos libros divisam, quarum priore quae ante episcopatum sanctus gessit, altero post episcopatum susceptum acta narrantur, Hariulfus abbas Aldenburgensis a. 1114.[5] *conscripsit, ut ex tribus epistolis libro praemissis, ad Lambertum Noviomensem, Lisiardum Suessionensem, episcopos, Radulfum Remensem archiepiscopum datis, satis elucet. Is est monachus S. Richarii, Chro-*

1) A. 1036—1067. 2) Forte auctor intelligit Arnulfum I. Vetulum vel Magnum (a. 918—964). Sed in Ann. S. Martini Tornac. a. 988, Martene et Durand, Thes. III, col. 1456, Arnulfo II. (a. 964—988) Barbati agnomen tribuitur. In Chron. rhythm. Flandr. v. 161 sqq. idem a Balduino Calvo factum esse traditur his verbis:

Dese Boudin (de Caluwe) vestede die poort
Van Brugghe ende haelde, als men hoort,
Die steenen t'Audenborch.

Quae inde Ioh. Longus c. 21, 1, SS. XXV, p. 770, transsumpsit; cf. ib. 15, 1, p. 768. 3) Cf. eadem verba supra c. 15. 4) *Libellum de vita et moribus miraculorumque gestis sancti Arnulfi* ipse Hariulfus vocat opus suum l. III, c. 15. 5) L. II, c. 34.

nicae Centulensis[1] *aliorumque libellorum*[2] *celeberrimus auctor, qui a.* 1105, *Nov.* 10. *abbas Aldenburgensis ordinatus*[3], *hoc monasterium per* 38 *annos rexit, a.* 1143. *aetate confectus obiit. De cuius vita et scriptis longius disserere omittentes*[4], *hoc tantum monemus, eum alios complures libellos edidisse qui ad abbatiam Aldenburgensem pertinent, videlicet Vitam Gervini abbatis, praedecessoris ipsius, et inter a.* 1123—1136. *dialogos de Miraculis s. Petri in ecclesia Aldenburgensi factis*[5]*; qui libelli hucusque in lucem non prodierunt, nec codex manuscriptus eorum nostro saeculo innotuit. Narratio vero copiosa et iucunda*[6] *eorum quae Romae a.* 1141. *contra abbatem S. Medardi coram Innocentio II. papa gessit in alio tomo huius collectionis lectoribus proponetur.*

Epistola quidem praemissa ad Radulfum archiepiscopum Remensem, quae ad verbum ex Hariulfi epistola ad eundem transscripta est, Lisiardus episcopus Suessionensis Vitam Arnulfi sibi auctori vindicavit, sed Mabillon[7] *iam recte statuit re vera ab Hariulfo eam conscriptam, a Lisiardo tantum, ut ita dicam, adoptatam esse*[8], *videlicet ut ex episcopi nomine praefixo maior ei auctoritas accresceret, eadem ratione qua Herigeri Vita Remacli et Translatio Landoaldi*[9] *Gestaque pontificum Leodiensium Notkeri episcopi sub nomine edita sunt*[10].

Eo consilio Hariulfus hanc Vitam conscripsit, ut fundatorem abbatiae suae sanctum virum fuisse probaret atque impetraret, ut eius ossa Aldenburgi sepulta sollemniter ab episcopo dioecesano elevarentur, hocque modo Arnulfus in sanctorum numerum referretur. Iam hinc apparet id maxime eum studuisse, ut signa ac miracula referret, virtutes et prophetias sancti praedicaret; sed tamen inter ea multa inveniuntur, pleraque quidem ad res Franciae spectantia, quae ad historiam saeculi XI. cognoscendam haud levis momenti sunt. Ipse quidem Arnulfum nunquam viderat, sed auctores testesque rerum ab illo gestarum habuit Adzelam, sororem eius, Arnulfum, primum abbatem Aldenburgensem, nepotem illius, et maxime Everolfum monachum S. Medardi, familiarem et socium itinerum Arnulfi, qui 'cuncta quae noverat ipsi in tabella cerata illico ea exaranti enarravit'[11]*, aliosque nonnullos. De fundatione monasterii Aldenburgensis ex Tractatu supra p.* 867 *sqq. edito et charta Arnulfi retulit.*

Hunc libellum Hariulfus a. 1120, *Oct.* 17. *episcopis Franciae in synodo Bellovacensi congregatis obtulit impetravitque, quod ibi rogante Lisiardo episcopo decretum est, ut Arnulfus sollemniter elevaretur. Quo a.* 1121, *Maii* 1. *die peracto, Hariulfus tertium duobus prioribus Vitae libris addidit, quo de miraculis post mortem Arnulfi Aldenburgi factis et de elevatione eius retulit. Hic quoque libellus sub nomine Lisiardi episcopi editus est; praecedit enim ei huius epistola. ad Radulfum archiepiscopum data*[12], *etiam ipse c.* 15. *loquens introducitur*[13], *de Hariulfo vero tertia persona dicitur. Attamen dubitari nequit,*

1) Ex qua supra p. 696 sqq. Relationem s. Richarii exhibuimus. 2) Miracula s. Richarii vide infra p. 919 sq. 3) Cf. infra notitiam ad l. III, c. 18. 4) Legas 'Hist. litt. de la France' XII, p. 204—217. 5) Cf. Molanus, Natales SS. Belgii f. 70; Val. Andreae Bibl. Belg. p. 340. 6) Quae integra inserta est Chronico Aldenburgensi maiori ed. Van de Putte (Gandavi 1843) p. 51—64. 7) Acta VI, 2, p. 502. 8) Quod Hariulfus ab eo expetiit (p. 876, l. 5—7), et ipse Lisiardus indicat, in synodo Bellovacensi, l. III, c. 15, dicens: *Ecce, domni, libellus iste me conscio meque auctore de vita eius conscriptus est.* 9) Cf. supra p. 599. 10) Inepte 'Hist. litt.' XII, p. 214. dicitur errore scribae Lisiardi nomen huic epistolae praefixum esse. 11) Cf. epilogum prioris recensionis p. 898; l. III, c. 3. 12) Forte iam inter a. 1119, Oct. et 1120, Oct., post Remensem videlicet et ante Bellovacensem synodum, scripta, quacum libellum de miraculis Arnulfi transmittit, scilicet libri III. capita 1—14, ut videtur, quibus capita 15—19. de elevatione et miraculis post eam factis postea ab Hariulfo addita esse coniicio. 13) *Lisiardus ego indignus Suessionensis episcopus.... Inter caeteros quoque affuit ipse Aldenborgensis abbas* (Hariulfus), *ferens in manibus libellum de vita . . . s. Arnulfi, quem libellum ego de manibus eius accipiens aperui et apertum obtuli episcopis, dicens* etc.; similiter de Hariulfo c. 15. et 19. tertia persona dicitur.

quin Hariulfus ipse totum libellum conscripserit, cum compluribus locis se ipsum scribentem satis aperte indicaverit[1].

Iste libellus aeque ac reliqua opera Hariulfi prompto ac satis simplici stilo conscriptus est, quem suo more modo versibus hexametris intermixtis, modo syllabis articulos orationis terminantibus consonis exornavit.

Primam recensionem libelli a. 1114. *confectam, nondum tertio libro subiuncto, edidit Surius, Hist. SS.* 15. *Aug. IV, p.* 689—713[2], *suo more verbis aliquatenus alteratis*[3], *de quo eo magis dolemus, quod huius recensionis codex manuscriptus neque a nobis neque a reliquis editoribus adhibitus est*[4]. *Cum enim Hariulfus opus hoc tertio libro auctum ederet, nonnulla prioris editionis, praesertim capitula quaedam, quibus Arnulfi fortitudinem militarem praedicaverat, epilogum, alia pauca resecavit, quae ex Surii editione exhibenda erant, alia multa addidit, alia transposuit; quid vero sermonis in altera recensione mutaverit, ex editione Surii haud satis perspici potest, cuius perpaucas magni momenti varias lectiones annotavimus*[5].

Nos ea potissimum exhibemus quae ad historiam Flandriae spectant; quae Arnulfus in Francia gessit, praesertim mira eius facta, omnia fere praetermisimus. Ad quae edenda nobis usui fuerunt codices

1) *Audomarensis nr.* 716, *t. V, mbr. fol. maximi, saec. XII ex.*[6], *pars magni legendarii Claromariscensis; quocum quadam necessitudine coniunctum est legendarium Dunense, cuius pars est codex*

2) *Brugensis nr.* 404, *mbr. fol. maximi, saec. XIII, Vitas sanctorum mensium Augusti, Septembris, Octobris, Novembris continens.*

3) *Bruxellensis nr.* 1780. 1781, *chart. fol. min., saec. XV*[7], *qui multa menda et multas lectiones ex voluntate scribae alteratas habet, perraro tamen contra* 1. 2 *veras lectiones praebet. Quorum* 1 *et* 3 *ipse, codicis* 2 *partem maiorem V. Cl. E. Gailliard, minorem ipse exscripsimus.*

Libros tres posterioris recensionis integros edidit Mabillon, Acta VI, 2, *p.* 503—555, '*ex codice abbatiae Longipontis collato cum aliis mss.*', *praemissis tribus Hariulfi epistolis, quas ex codice Ursicampino*[8] *descriptas Nic. Perempertus monachus Ursicampinus ad eum misit; quas ex eius editione repetivimus*[9]. *Mabillonii editionem recudi fecit Migne, Patrol. Lat. CLXXIV, col.* 1368 *sqq. Excerpta ampla ex eadem dedit Brial, SS. R. Gall. XIV, p.* 52—62. *Guil. Cuper, Acta SS. Aug. III, p.* 230—259, *novam editionem paravit ex apographo codicis olim*

1) Auctor enim miracula Aldenburgi facta ipsum se vidisse dicit, quod Lisiardo non convenit; III, 2: *Vidimus energuminum* (Aldenburgi curatum), *nostrae Flandriae*, ait (lectio *Franciae*, quam hoc loco Mabillon praebet, ideo inserta videtur, ut Lisiardo aptaretur, ut Cuper, Acta SS. Aug. III, p. 257, n. *a* coniecit). C. 10: *dum noctu vigilias ageremus* (videlicet abbas et conventus Aldenburgensis). C. 19: *facta est nobis beata s. Arnulfi . . . elevatio*, sequente miraculo Aldenburgi facto. 2) Surius omisit omnes fere versus. 3) Tamen hunc modestius quam alios libellos expolivit 'propter auctoris reverentiam'. In Surii editione Taurinensi a. 1877. VIII, p. 354 sqq. multa omissa sunt. 4) Editio prior nondum in duos libros divisa fuit, sed eam unum librum, 42 capita complectentem praebebat codex Ursicampinus, ex quo Mabillon tres epistolas praemissas edidit. Surius vero 52 capita continua numeravit et solam Lisiardi epistolam Radulfo datam exhibuit. Cf. quod l. III, c. 15. refertur, Catalaunensis episcopus libellum prioris recensionis *inspiciens a principio vidit numerositatem capitulorum.* 5) Etiam cum posterior recensio in publicum emitteretur, Hariulfus ex libro III. quaedam antea scripta, suadente Lisiardo episcopo, ut opinor, sustulit. Ut enim ex indice capitum apparet, c. 19. de Helgoto episcopo Suessionensi, successore Arnulfi, quaedam mala et partim certe falsa narrata erant, quae nunquam in codicibus inventa sunt. 6) Huius solius rationem verborum scribendorum secutus sum. 7) Etiam codex Aldenburgensis supra p. 867. et p. 875. memoratus Hariulfi opus continet. Codex Bruxellensis nr. 982, chart., saec. XV, f. 253'—266. Vitam Arnulfi ex Hariulfi libris in breve contractam, 46 capita continentem, exhibet. De hac epitome, ut videtur, disserit Cuper, Acta SS. Aug. III, p. 230. 8) Ex hoc codice Vitae Arnulfi quaedam Sigeberti Auct. Ursicampino inserta sunt, SS. VI, p. 471. Praeterea ex Vitae Arnulfi libro III. multa transcripta sunt in Chron. Aldenburgensi maiore ed. Van de Putte (Gandavi 1843. 4°) p. 39 sqq. 9) Verba in eis secundum rationem codicis 1 scripsimus.

Thosani, procul dubio ex nostro 2 transcripti, collato, ut Cuper falso contendit, cum codice patrum Bollandianorum P 158[1]*, olim Valcellensi, et apographo codicis Ursicampini; ex quo non pauca menda Mabillonii sustulit, multa vero addidit. Aliquot lectiones utriusque editionis maioris momenti annotavimus.*

In codicibus 1. 2 Hariulfi operi brevis epitome eius[2]*, nullo titulo praemisso, subiuncta est, quam Mabillon VI, 2, p. 555 sqq. ex codice Longipontis; I. B. Malou, Chron. monast. Aldenburg. (Brugis 1840. 4°) p. 41—48. ex suo codice saec. XIV, olim Aldenburgensi*[3]*, ediderunt. Nos initium eius capiti 1 libri I. subnotavimus, genealogiam vero brevem Arnulfi, quae eidem in eisdem codicibus subiuncta est, ad l. I, c. 3. exhibuimus.* *O. H.-E.*

EPISTOLA[a] AD LAMBERTUM EPISCOPUM TORNACENSEM.

Domino Lamberto, Dei gratia Tornacensium episcopo, filiorum ultimus Hariulfus salutem. Regalia fercula, quamvis auro et argento fulgeant, quamvis saporibus peregrinis et aromaticis odoribus redoleant, nisi salis condimento temperentur, contemptui potius quam delectationi proveniunt: sic architecti peritia, si in suis aedificiis aequos limites excesserit vel linearum tramites iusto libramine non servaverit, frustra se laborasse sero poenitebit, dum et peritiae palmam amiserit et fabricae iacturam dolens incurrerit. His ita consideratis, et paris periculi formidans eventum, tibi, o presul venerande, o pater hilarissime Lamberte, presentis opusculi offero xenium, tibi ceu fido pastori ingenioli mei fructigenum committo vellusculum, ut vestra pontificalis auctoritas det robur et fiduciam his ad utilitatem sanctae aecclesiae legendis, cognoscendis et imitandis; ne propter agricolae abiectam indignitatem cives deliciosi novellae segetis conculcent fecunditatem. Tanta enim spinarum densitas et veprium asperitas, id est impugnantium nequissima stoliditas, me actenus contorsit et compedivit, ut nil aliud quam tristem fugam tractare animo liberet. At postquam gratia caelestis ad pontificalem gradum in gemina sede Tornacensium Noviomensiumque vestram paternitatem promovit[4], statim spinae et tribuli, quibus fortiter stimulabar, arescere et succidi coeperunt. Statim mihi valde contrito pax nova exorta est; et immensas ago gratias Christo et vobis, quoniam, sicut ranae ad vocem tonitrui conticescunt, sic affligentes me in initio vestri presulatus vestrae mox pietatis formidine sopiti sunt et relisi. Igitur quia per vos quandam vivendi libertatem recepi, in diebus pacis[5], quibus iugum inimici vestra auctoritate computruit, hunc compegi libellum de vita et virtutibus electi viri domni Arnulfi Suessonici episcopi, mira Dei pietate nobis collati nostroque in loco proventu divino humati. Hunc denique pavens, tota certe veritate suffultum, primum vobis, uti fas est, tribuo promulgandum, quatenus vestri censura imperii aut sanctis aecclesiae filiis innotescat, aut certe intra domesticos fines mole silentii comprimatur. Si ergo lux gratiae Dei hoc opusculum cognitione dignum effecerit, per vos et a vobis viam progrediendi accipiat. Quod dum clementi iudicio duxeritis laude dignum, obsecramus, ut domino nostro, fratri et coepiscopo vestro Lisiardo Suessionico antistiti prorogare non pigritemini, quatenus[b] vestro et illius officio nobilibus arcis Remorum visibus propagetur. Valete! cf. Is. 10,27.

INCIPIT EIUSDEM EPISTOLA AD LISIARDUM SUESSIONIS EPISCOPUM.

Omnimode probitatis floribus enitenti sanctae Suessorum aecclesiae episcopo Lisiardo H[ariulfus] sub titulo abbatis servus sancti Petri apostoli salutem et iugem in oratione fratrum memoriam. Ut vestrae paternitatis reverentiam his interpellemus affatibus, bina nos congruae rationis causa permovit. Una quidem, quia presentis negotii noticia vos non modica fulcit, vitae scilicet et virtutis meritorumque domini nostri, predecessoris vestri, Arnulfi episcopi; altera vero, quia, etsi vobis numquam notus fuisset, tamen quia illum Deus mirabilem cultu iusticiae fecit, quicquid de illo sanctum autenticumque potest dici vel describi, vestro debet testimonio roborari. Autenticum autem haberi iure sentimus, quicquid ab antiquorum sanctorum gestis et virtutibus secundum rationabilem similitudinem non abhorret. Libellum itaque de vita et miraculis almifici viri Arnulfi, eiusdem cui Deo auctore preestis aecclesiae

a) *epistolas tres praemissas Mabillon ex cod. Ursicampino dedit; quae omnibus reliquis codd. et Surii editioni des.* b) qualiter *Mab.*

1) Quaedam folia eiusdem tertii libri partem continentia excisa erant. 2) Quae in lectiones certis diebus recitandas divisa est. 3) Cf. p. 867. 4) A. 1114. 5) Iam eodem a. 1114; cf. l. II, c. 34.

antistitis, ad noticiam sanctae matris aecclesiae proferre cupientes huncque legitimo calle per manum domni Lamberti Noviomensis ac Tornacensis episcopi ad audientiam metropolitani perducere satagentes, ratum taxavimus eundem prius vestro exhibere examini, scientes profecto, quoniam, quae vobis veritatis libramine placuerint, sanctae quoque Remensis aecclesiae nullatenus iudicio displicebunt. Horum itaque veritas vobis non ignota vestrae auctoritatis obtentu liberius pateat, et in cordibus eorum qui hanc perceperint relationem respectu vestrae experientiae uberior credendi fiducia oriatur. Non enim inanes nenias haec pagella resonabit, sed opera virtutis, quae soli Deo competunt, et quae duce Spiritu sancto omnem fidelem animam ad virtutis exercitium valeant provocare. Munus igitur, quod vestrae discretionis examini pio ausu committimus, latius propalare fideliter procurate, ut cognitio pietatis, quae quondam illuxit vestrae menti, ad aliorum precordia vestro ministerio diffundatur. Valete!

ITEM EIUSDEM EPISTOLA AD DOMNUM RADULFUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Venerabili et karissimo patri atque domino Radulfo, Dei gratia sanctae Remensis aecclesiae archiepiscopo, omnium abbatum peripsema Hariulfus salutem et omnium bonorum plenitudinem. Frequens videndi et audiendi usus patefecit mihi vestrae scientiae pelagus immensum et vestrae prudentiae cor ad omnia discretum, amorem quoque provectuum sanctae aecclesiae et in his quae corrigenda sunt tenorem disciplinae. Idcirco tot vestrarum virtutum adminiculis confortatus, presumpsi opusculum peritis scriptoribus merito reservandum, non typo elationis — novit Christus —, sed obtentu utilitatis, ut per meae pusillitatis obsequium qualitercumque palam fierent opera Dei, quae sapientes et docti actenus neglexerunt sustollere de profundo silentii. Cumque ad haec exaranda aciem mentis dirigerem, palpitabat animus pre timore; sed cum retractarem, quod ille meus timor fraternae foret utilitati obstaculum, reducebam cor ad altum vestrae discretionis obtutum, sciens procul dubio facilem veniam patere temeritati, quae accidit germanae famulando caritati. Donet itaque vestra paternitas veniam presumptori, qui talia nitens vestro per omnia studuit decori. Donet vestra auctoritas gratiam et vigorem horum propalatori, ne ob sui vilitatem subiaceat rubori. Porro de istorum veritate nullius mens vertatur in ambiguum, quoniam tam exquisita ab illis qui interfuerunt et ad liquidum sunt comperta, ut in omnibus sit veritatis constantia certa. Et quoniam ratum habeo aecclesiarum provectum vos ante omnia sectari, quicquid in his minus compte prolatum est, vestrae vestrorumque committo sophiae, ut per nobile Remensis acumen eloquii fiat elimatum, quod per meam socordiam resonat impolitum. Vitae igitur sanctitatem et virtutum opera, quae Christus dominus novellis temporibus suo militi Arnulfo contulit, ex aliqua parte narraturus, omnium artificem bonorum mihi opto adesse Spiritum sanctum, ut ad haec referenda benignus repleat os meum laude sua, qui, ut talia operaretur, eiusdem servi sui precordia illustravit luce sua. Admittant hanc incultam dictionem ad sanctae fabricam aecclesiae lege silvestrium lignorum facundissimarum periti lectionum, ut in domo Domini pili caprarum locum habeant, (cf. Exod. 35, 23. 26) et magnae domus vasa diversa, prout competit, suis officiis non fraudentur. Vitam vestram vestrumque primatum incolumem carne et spiritu conservet Deus noster in longum! Amen.

INCIPIT[a] PREFATIO LISIARDI[b] EPISCOPI[c] IN VITA SANCTI ARNULFI EPISCOPI[d].

Venerabili[1] et karissimo patri atque domino Rodulfo[e], Dei gratia sanctae Remensis aecclesiae[f] archiepiscopo, omnium episcoporum infimus Lisiardus salutem et totius[g] sanctae oboedientiae plenitudinem. Frequens ac celeber vos videndi et[h] audiendi usus patefecit multis, inter[i] quos et mihi, vestrae scientiae pondus[k] immensum vestraeque prudentiae cor ad omnia discretum, amorem quoque provectuum sanctae aecclesiae et in corrigendis tenorem disciplinae. Idcirco tot vestrarum virtutum studiis[l] confortatus, veridicorum etiam testium multiplici relatione informatus necnon rerum magnitudine instigatus, presumpsi opusculum doctis scriptoribus merito reservandum, non typo elationis, sed obtentu utilitatis, ut per meae exiguitatis obsequium qualitercumque palam fierent magna opera Dei[m], quae sapientes et[n] docti actenus[o] neglexerunt de profundo sustollere silentii. Cumque ad haec exaranda aciem mentis dirigerem, palpitabat animus pre timore; sed cum vigilantius[p] retractarem, quod ille meus timor fraternae foret utilitatis obstaculum, reducebam cor ad vestrae discretionis intuitum, sciens procul

a) *incipiunt codd.* 1. 2. 3 *et Sur.* b) Liziard. 3 *semper.* c) Suessionis *add.* 3. d) et confessoris *add.* 2; eiusdem *add.* 3. e) Radulpho 3. f) *deest* 3. g) et omnium bonorum plen. *Sur. et codex Mabillonii (Ursicamp.?), ut epist. praecedens.* h) ac 3. i) in te 3. k) pelagus *Sur. ut epist. praecedens; qui saepius quam notavimus huius lectiones in codice suo legit, ab ipso tamen mutatas.* l) adminiculis *Sur.* m) domini, *superscr.* vel dei 1. n) *sic* 3. *Sur.;* ac 1. 2. o) act. *corr.* hact. 1. p) evigil. tractarem 3.

1) Haec epistola ad verbum ex praecedente descripta est, paucis alteratis, clausula omissa.

dubio facilem veniam patere temeritati, quae accidit germanae famulando caritati. Donet itaque vestra paternitas veniam presumptori, qui talia nitens vestrae per omnia studuit aecclesiae decori. Donet vestra auctoritas gratiam et vigorem horum propalatori, ne ob sui vilitatem subiaceant[a] rubori. Porro de istorum veritate nullius mens vertatur in ambiguum, quoniam tam exquisita ab illis qui interfuerunt et ad liquidum sunt comperta, ut in omnibus sit[b] veritatis constantia certa. Quicquid vero in his minus compte[c] prolatum est, vestrae vestrorumque committo sophiae, ut per nobile Remensis acumen ingenii[d] fiat elimatum, quod per meam socordiam cernitur impolitum. Vitae igitur sanctitatem et virtutum opera, quae Christus dominus nostris[e] pene temporibus suo militi Arnulfo[f] contulit, ex[g] parte narraturus, omnium artificem bonorum invoco Spiritum sanctum[h], ut ad haec referenda benignus repleat ora nostra laude sua, qui, ut talia perageret, ipsius servi sui precordia illustravit luce sua.

EXPLICIT PREFATIO.

INCIPIUNT CAPITULA.

1. De loco et patria viri Dei Arnulfi et de presagiis ortus sui[i].
2. De nomine in latere reperto et de vaticinio peregrini.
3. De inclita eius iuventute et armorum strennuitate[1].
4. De conversione eius ex milite in monachum.
5. De obedientia eius et rigore vitae.
6. De monacho recluso, qui post mortem ipsi Arnulfo apparuit.
7. De silentio eius per quadraginta duos menses, id est annorum $3^1/_2$[k].
8. De fuga quam iniit noctu, ne abbas fieret.
9. De lupo qui illum noctu reduxit nescium.
10. De asino debilitato quem[l] recuperavit.
11. De caduco quem sanavit.
12. De egroto escas horrente, quem sui panis gustu sanavit.
13. De muliere decennio caeca, quae per aquam manuum eius illuminata est.
14. De rumbo repente reperto in dedicatione criptae.
15.[m] De contempta regis Francorum expeditione.
16. De abbate Giraldo sibi substituto.
17. De multimodo sanctae vitae exercitio.
18. De prescita morte[n] Israhelis, sui quondam sodalis.
19. De pisce infecto per spiritum cognito[o], et de corvi obedientia.
20. De precognita morte sui nepotis.
21. De muto annorum 13, cui loquelam dedit.
22. De arreptitio a legione, quem ut vidit, purgavit.
23. De suspitione adventus barbarorum, quam divinitus reiecit.
24. De obitu gloriosi quondam comitis Symonis, quem statim agnovit.
25. De Guidone nobili diu infirmante.
26. De uxore ipsius Guidonis partu[p] periclitante.
27. De infante caeco nato, quem per salivam oculis donavit.
28. De sorore eiusdem infantis.
29. De rege Francorum et regina filium a sancto Arnulfo poscentibus.
30. De Gerico milite, quem corpore[q] et corde sanavit.
31. De uxore eius nomine Iudith, cui futurum filium prophetavit.

EXPLICIUNT CAPITULA[r].

INCIPIT VITA SANCTI ARNULFI[s] EPISCOPI ET CONFESSORIS, CUIUS[t] FESTIVITAS[u] EST XIX. KAL. SEPTEMBRIS.

1. Per id temporis, quo regio Flandriae Balduini[v] [2] comitis et coniugis eius Adelae (1)
regimine ornabatur, regnum Francorum moderante Henrico[w] [3], filio Roberti[x] regis, et Anglis regnante Eadwardo[y] pio rege[4], fuit vir nomine Folbertus* in pago Brabantia[z] circa fluvium Scaldum, qui non solum generis spectabili nobilitate, sed et rerum copia mundanarum

*) in villa que vocatur Tydegheem[5] *add.* 3; in villa quam vocant Thidengem *add. Sur. post* Scaldem.

a) *sic* 1. 2. 3; subiaceat *edd. et epist. praecedens.* b) s^t const. ver. 3. c) compte 1. 2; comptum sit vel prol. 3. d) eloquii *Sur.* e) modernis temp. *Sur.* f) Arnulph. *semper* 3. g) vel aliqua ex p. *Sur.* h) Sp. s. Spiritum 2. i) *hic ponit* 3 *numerum cap.* II, *cuius sequentes numeri unitate maiores sunt; in textu vero numeri capp. positi ut in codd.* 1. 2; *Mab. ponit cap.* II. De praesagiis ortus sui, *unde eius numeri capp. in hoc libro uno maiores sunt.* k) *quod in codd.* 1. 2 III .S. *scriptum est;* trium cum semi 3. l) ipse *add.* 3. m) *haec inscriptio cap. deest* 3, *unde eius numeri cap. cum ceteris codd. abhinc conveniunt.* n) morta 2. o) incognito 2. p) *deest Mab.;* in p. *Cup.* q) corde et corp. 3. r) primi libri *add.* 3, *ubi sequitur h. l. index capitum librorum II. et III.* s) Suessonici *add.* 3. t) cuius — Sept. *des.* 3, *ubi add.:* composita a Liziardo episcopo eiusdem sedis, ut patet legeñ. u) *sic* 2; fest̃ 1. v) Baldewini 3. w) Heinrico 2. x) Robberti 2. y) Edewardo 3. z) Brabancie 3; Brabantiae *edd.*

1) De armorum strenuitate eius in secunda recensione nihil legitur; quae verba ex indice prioris recensionis a Surio aliquatenus alterato remansisse videntur. Surii capitum numeros in margine adnotavi. 2) V. Insulani a. 1036–1067. 3) A. 1031—1060. 4) A. 1042—1066. 5) Tieghem prope Audenarde.

ditatus, inter caeteros compatriotas tam mente quam corpore per omnia inclitus existebat[*]. Qui ex more nobilium digno matrimonio sociatus, ex nobilissima coniuge nomine Meinsinde genuit filium elegantem; quique iam adultus et armorum gestui aptissimus ex presenti luce est ablatus. Cuius mors gravissimum patri ac[a] matri omnique domesticae clientelae incussit merorem, adeo ut annuali tempore illum deflerent et incessanter lugerent. Iamque menses aliquot in hoc dolore defluxerant, cum ecce in somnis apparuit eidem matronae vir speciosus et luce micanti fulgidus, dicens ad eam: 'Quid te ipsam[b] merore afficis et[c] inutili tristicia deprimis pro filio[d] tam utiliter mortuo? Quem si spiritum vitae ex te accepisse cognosceres, profecto a te factum vel plasmatum non inmerito plangere vel lugere debueras; at[e] quem supernus Conditor secundum incomprehensibile aequitatis iudicium sustulit de hac vita, tu quomodo lugere presumpsisti?[**] Pro cuius obitu nullum tu deinceps cordi tuo ammittas dolorem; immo potius grandi letare gaudio, quoniam in utero gestas puerum, quem superna electio preordinavit magnum futurum. Hunc dum tu in lucem protuleris, Christoforum vocari optabis, quoniam[f] re vera idem puer ad hoc est prescriptus, ut operibus et verbis suo Christum in pectore ferat[g]. Et ut certo scias haec ita divinitus prefixa, vadens ad aecclesiam, in eo loco ubi[h] orare solita es fodere fac, et fossa humo, invenies laterem[i] magnis litteris sculptum, quae litterae tibi prodent tui partus nomen et meritum'.

2.[k] At matrona, tantae laudis percepto oraculo, a somno evigilans, cum ingenti stupore et mirabili gaudio visionem enarravit marito. Ac[l] demum, ut comprobaret caelestium fidem verborum, assumpsit famulos cum fossorio, et pergens ad aecclesiam, in eo loco ubi supplicare[m] solita erat fodere fecit, lateremque quadrum invenit, altis litteris exaratum[n] ita: 'Christoforus'. Quo reperto, maiori leticia afflata est, et iam secura de prolis sanctitate, quam[o] antea nesciebat se concepisse, alacriter expectabat divinae operationis munus tam honestum. Tempore igitur[p] oportuno peperit filium repromissum cum magna leticia genitoris et propinquorum, quem etiam de sacro fonte suscipiendum secundum morem direxerunt ad Arnulfum Oldenardensem[q,1], divitiis tunc et potentia inclitum virum. Hic letanter suscipiens puerum, mox acceleravit impertiri[r] illi sacrae regenerationis lavachrum, et ex nimio propinquitatis amore fastuque iactantiae non permisit, ut nominaretur Christoforus, sed sibi equivocum nominari fecit Arnulfum. Cui quidem[s] etsi defuit nomen Christofori, virtus tamen Christum ferendi de die in diem semper excrevit. Nam dum studiosę satisque accurate nutriretur, die quadam supervenit quispiam peregrinus, veterana canitie respersus, qui eundem infantulum benedicens ac quasi balba locutione[t] alludens, ait ad nutricem: 'Hunc parvulum magna diligentia summaque munditia enutrite[u], quoniam Christus dominus, cor eius habitando[v], virtutem operum suorum per hunc populo suo decrevit annuntiare. Tantis ac talibus auspitiis, agente Deo, meritum illius et futura gloria propalabatur, et antequam faceret opera Domini, iam[b] qui facturus erat divini favoris laude anticipabatur.

*) *Initium epitomes huius Vitae, cui quaedam nova insunt, adnotasse iuvabit:* Quamvis Brabantia litium ac rapinarum olim fuerit altrix et magistra, veridicoque poemate dictum sit:

Frantia quot vites, tot habet Brabantia lites,

sub tempore tamen comitis Balduini et Adelae comitissae superno dono irradiari meruit, dum sanctae recordationis virum Arnulfum, futurum ępiscopum, ad illuminationem hominum non paucorum suo sinu progenitum, ceu radium sole iusticiae illustratum meruit procreare. Huius genitor Fulbertus, Godelef[2] matris[w] consobrinus, clara nobilitate refulsit, et mater nomine Mainsindis, Teuthonicorum procerum styrpe edita, ingenuitate spectabili claruit *etc.*

**) *Sur. add.:* Quodsi vitae illi spatia suppeditassent, praedo lubricus revera fuisset.

a) et 3. *Cup.* b) *deest* 3. c) et in. tr. depr. *des.* 3. d) tuo *add. Cup.* e) Ad 3. f) quem 2. g) feret 3. h) quo 3. i) lapidem 3. *Sur.* k) Captl̃m 2. 3, *et ita semper.* l) At 1. 2. m) orare 3. n) habentem *add.* 3. o) quoniam *edd.* p) ergo 1. *Cup.* q) Aldenard. *h. l.* 2. *edd. semper.*; Oudenaerd. 3. r) impartiri 3. s) siquidem si 3. t) allocucione 3. u) enutrito *edd.* v) inhabit. 3. w) martiris *Malou, apogr. Thosan.*

1) Dicunt eum fuisse fratrem supradicti Fulberti ex patre Fulberto. 2) Huius Vitam, editam Acta SS. Iul. II, p. 402—409, conscripsit Drogo (vide supra p. 774, n. 5) et Rabodoni episcopo Noviomensi obtulit inter a. 1068—1084 (quod satis constat, cum auctor elevationis a. 1084. a Rabodone factae nondum mentionem fecerit, quamvis I. B. Sollerius, Acta l. l. p. 365 sq., a. 1098. statuere maluerit), ubi cap. 1. haec: *Beata igitur Godeleva in Boloniensi provincia, in villa quae Londefort dicitur, patre Infrido, matre Ogeva, honestis scilicet ac honoratis oriunda parentibus exstitit.* Haec iussu mariti sui Bertulfi Ghistellensis necata est; quod a. 1070. factum esse credunt. De hoc anno ex posteriore Vita fabulosissima et mendacissima sumpto vero non modo non constat, sed probabile est, hanc necem multis annis ante 1070. factam esse.

3. Denique adultus coepit esse blandus alloquio, acutus ingenio, promptus obsequio, (2) alacer in opere, efficax et fortissimus in membrorum robore, tantaque virium excellentia ac corporis agilitate eminebat, ut quatuor aut quinque coevorum viribus excederet, et illum omnes[a] Arnulfum Fortem nuncuparent. Quem pater ac[b] mater cupiebant tradere studio litterarum; sed ceteri propinqui resistebant plurimum, et maxime supradictus Arnulfus Oldenardensis[c], ex paterno sanguine propinquus eius; nam materna prosapia ex comitum gente dirivabatur, scilicet ducis Lovoniensis, comitis[d] Namurcensis[e], Lonniensis et Durazcensis atque Montensis*. Hac tanta nobilitate ornatus Arnulfus Christoforus — sic enim illum mater memor divinae sponsionis maluit appellare —, quicquid in se elegans pretulit ac[f] iocundum, totum concupivit ad[g] Domini redigere famulatum. Optabant igitur propinqui illius magis in rebus bellicis[h] habere tyronem quam aecclesiasticorum graduum mancipari consortem. Inde[i] factum est, ut secularis militiae cingulum cum grandi exultatione carorum susciperet, spiritualia postmodum arma viriliter[k] subiturus. Susceptis itaque iuxta votum[l] amicorum ritumque nobilium militiae signis, studuit pietatis foedera retinere; in subditos pius, in gratiam se videntium[m] profusus, in iudicio misericorditer rectus, in auscultandis divinis officiis summo nisu[n] sollicitus, in amore comparium[o] mirabiliter gratus, in Domini timore fundatus, in parentum honore studiosus omniumque qui noverant eum amore precordialiter[p] fretus**.

*) *In cod. 1 post epitomen Vitae Arnulfi haec nota litteris quae in chartis scribendis adhiberi solebant, sed manu scribae totius Vitae scripta est, quam Mabillon l. l. p. 503 ex eodem codice; Mantelius, Hist. Lossensis p. 50; Van de Putte, Chron. Aldenburgense maius p. 79. ex codice s. XV. transcriptam ex codice olim Aldenburgensi s. XIV. (cf. 'Archiv' VIII, p. 486) ediderunt:* Albertus comes Namurcensis[1] habuit tres germanas sorores: Lugerdam, Godam, Ermengardam. Qui Albertus genuit Godefridum[2], patrem Godefridi Namurcensis. Ludgard genuit[3] Emmonem[q. 4] et Ottonem[5], fratrem eius. Emmo genuit Arnulfum comitem de Ló[6] et Sophiam ducissam de Hungaria. Ista Sophia genuit regem de Hungaria[7] et ducissam de Hui. Otto, frater Emmonis[q], genuit Gislebertum de Duraz[8]. Goda, soror Alberti comitis, genuit[9] Meinsindam, matrem sancti Arnulfi ępiscopi Suessionicae civitatis in Frantia.

**) *Surius add. ex priore recensione operis: Cap.* 3. Ad[10] ostendendam corporalem eius fortitudinem licet plura suppetant, nos tamen nonnisi duo succincte expediemus. Cum enim opera Domini universa sint bona valde, illius quoque roboris seu virtutis cognitio materia erit laudis Dei, qui eam illi contulit, simul etiam accedit ad cumulum gloriae sancti huius, qui ea non ad mundi vanitates et insanias falsas, cum posset, abusus est, sed contemptor eius et, quae ex illa comparatur, mundanae gloriae, totus ad Dominum conversus est. Enimvero in sanctis etiam corporalia Dei dona praedicantur, nobilitas commendatur, opulentia extollitur, non quod haec beatitudinem illis contulerint, sed quod eorum contemptu, quibus ad malum potenter abuti poterant, sed noluerunt, gloriosiores et illustriores evaserint. In aula igitur imperatoris apud Traiectum frequens erat conventus secularium mundano fastu tumentium, et in iis comes Flandriae inter praecipuos summus. Is cum exoccupatus quibusdam hora opportuna occurreret, ut iuvenilis fervor assolet pro

a) *deest* 3. b) et 3; aut *Mab.* c) Oudenard. 3. d) et c. *Mab. Sur.* e) comitis *iterum add. Cup.* f) ad 2; et *Cup.* g) red. ad D. 3. h) eum *add. Mab.*; illum *add. Sur.* i) Unde 3. k) *deest* 3; feliciter *Cup.* l) vota 3. m) gr. indigentium *edd.*; erga pauperes prof. *Sur.* n) nisi 3. o) comparum 2. p) gratus *add.* 3. q) Eminon. *h. l.* 1.

1) II. huius nominis (c. a. 1030—1063/4), ut ex sequentibus verbis cognoscitur. Has tres sorores eum habuisse, hoc solo loco traditum est. In genealogia S. Arnulfi Mett. c. 4, SS. XXV, p. 383, Albertus II. sorores Hawidem, uxorem Gerardi ducis Lotharingiae (a. 1048 1070), et Emmam habuisse dicitur. 2) Immo Albertum III. († 1102), qui fuit pater Godefridi comitis Namucensis (a. 1102—1139); cf. Bresslau, 'N. Archiv' VIII, p. 597. 3) Lutgardis vocata fuit uxor Arnulfi I. comitis de Looz. Hi vero liberis caruere; cf. Vita Balderici episc. Leod. c. 4. 21 - 23, SS. IV, p. 726. 732 sq.; Anselmi Gesta episc. Leod. c. 31, SS. VII, p. 206. Emmo et Otto, qui sequuntur, filii fuere Gisleberti comitis Lossensis, cuius uxorem, sororem Alberti II. comitis Namucensis, Emmam nominatam fuisse, coniicitur ex Geneal. S. Arnulfi Mett. c. 4, l. l., ubi *Emma de Los* dicitur; cf. 'L'Art de vérifier les dates' XIV, p. 255. Uter erraverit, ignoratur. Certe haecce genealogia, quae inter a. 1121. et 1138. composita videtur, multa falsa et dubia habet. 4) Comitem Lossensem (post a. 1046, ante a. 1067. defunctum). 5) Quem comitatum Durazensem ex hereditate paterna tenuisse coniiciunt. 6) Looz (Loon Vlamingice), prov. Limburg. 7) De hac re nusquam quidquam relatum est, neque intelligo, quem regem Ungariae dicere auctor potuerit. Historici Ungarici hunc locum hucusque neglexisse videntur. 8) Duras (prov. Limburg). Vide de hoc comite praesertim Gesta abb. Trudon. IV, 9. V, 9. 11 sqq., SS. X, p. 250. 257 sqq. Patri Ottoni successit post a. 1090, obiit inter a. 1136. et 1138. 9) Ex quo patre, nescitur. 10) Haec in posteriore recensione omissa videntur, quia nihil ad sanctitatem viri beatificandi facere videbantur.

(5) 4. Omnia denique militiae[a] studia percurrit[b], imperialibus seu regalibus bellis interfuit, in principum curiis, quaquaversum veniens, facundus causidicus enituit. Brabantinas atque Flandrenses lites seditionesque obice suae prudentiae multociens diremit atque tremore suae[c] incomparabilis fortitudinis compressit, dum* non esset, qui illius viribus seu verbis ratione[d] validis obviare temptaret. Ab imperatore Romanorum, a rege Anglorum et a comitibus propinquis amplas possessiones rerumque procurationes[e] ac illustrissima matrimonia sibi oblata semper recusavit, memor videlicet, quia non ad usum seculi, sed ad laudem gratiae Dei Christoforus vocari meruisset. Et quoniam tot et tanta virtutum genimina, quae divina in eo seminavit gratia, non poterant in latum fructificare, mortali retardante militia, eleganti concepit consilio, ut labor et cura militiae in meliorem usum verteretur[f], et illa stipendia poscerentur, quae vitae et laudis nullum finem sentirent. Itaque convocatis duobus armigeris suis, iubet quantocius omnia armorum vasa aptari, qualiter cum eximio decore et pompa decenti curiam regis Francorum valeret adire. Parent armigeri imperanti[g], preparant ęquos, arma componunt, omnia strennuo militi digna assumunt. Tunc Arnulfus valefaciens matri — nam antea pater obierat —, arripuit iter versus Frantiam, et neglecta curia regis tunc Philippi, festinus expetit[h] aecclesiam almi confessoris Medardi sitam iuxta muros Suessonicae civitatis. Erat tunc in eodem cenobio preclara monachorum congregatio, quorum honesta refulgebat institutio, digna Deo immolans laudum sacrificia sub abbate Renaldo[i, 1]. Huius vero[k] congregationis prudentes fratres, tam Dei quam mundi[l] astutia callentes et coram Deo atque coram hominibus bona providentes — nec enim esse poterant moribus inculti, qui totius Frantiae et Romanae vel Remensis curialitatis erant frequentatione suffulti —, supradictum virum, devotione precipua ad Christum festinantem, devote, ut par erat, excipiunt atque militiae cingulum respuentem armaque cum vestibus cultissimis, quas attulerat, ad aecclesiam conferentem attondent[m].ac

captando inani favore mira facilitate agi, exurgit hinc inde militaris cohors, iactandisque lanceis non sine virium attenuatione alius alium vincere summopere contendebat. Inter hos conatus animosi et audaces arcus frangunt; et imperatoriis militibus in hoc conflictu fere superioribus, dum Flandrenses nihil egregium, quod celebris eorum virtutis quoddam esset probamentum sive documentum, efficiunt, parum absunt ab opprobrio et ignominia.

Aderat tum in comitatu Flandrensium vir egregius Arnulfus, qui aetate quidem iuvenis, sed senili prudentia et gravitate pollens, nulla instar illorum levitate movebatur. Quidam igitur virtutis eius, cui nulla in Germanorum regno comparari poterat, conscii, ipsum adeunt et, ut ludicro certamini apponat manum, non tam rogant quam cogunt. Adduntur precibus praecepta maiorum et seniorum; quibus ille coactus, in re, etsi ipsi nihil profutura, non tamen cuiquam nocitura obedientiam pertinaciter negare frivolum ducens, lignum, quod in vertice mali positum velum continet, afferri curavit. Allato ligno, quod lanceis multo et longius et crassius esset, ille, cunctis stupentibus, assurgit et molem illam atque pondus potius quam lanceam, vi multa concutiens, procul conicit. Mox strepitus et clamor omnium in laudem viri existit, et Flandrensibus eo in ludo sine ullo periculo victoria cedit. Nam iuxta illud poetae[2]:

Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias et funebre bellum.

Eiusmodi in aulis regis fiebant conflictationes, ioco quidem initio susceptae, sed persaepe in luctum et homicidia desinentes. Quod idem profecto levibus hominibus et mutuo tumore inflatis facile etiam hic evenire potuisset, si non hunc ludum vir virtutis Arnulfus diremisset.

Cap. 4. Cum seniore suo Arnulfo Aldenardensi quandoque, ut crebro solebat, proficiscens, ad iter arctissimum pervenit, ubi plaustrum foeno onustum viae angustias occupans omnem transitum prohibebat. Itaque sociis eius alio se conferentibus, solus cum armigero suo mansit illic, partemque foeni in terram abiciens et aliam cum plaustro manu sustollens, in eum locum, quem vepres et spinae obsidebant et iter angustum efficiebant, longiuscule transposuit, atque ita viae obstacula iter agentibus non minus facile quam benigne amovit.

*) dum — vocari meruisset *des. Sur., ubi add.:* rectis et probis omnibus ubique carus et amabilis, pravis et improbis terribilis et invisus. Nam ut erat validus et formidabilis ad exercendam vindictam, ita e diverso pro causarum ratione et merito, pro loco et tempore mitis erat et profusus ad clementiam.

a) exercitia et *add. Sur.* b) percucurrit 3. c) inc. sue 3. d) rationibus 3. e) administrationes *Cup.* f) verterentur *Cup.* g) imperati 2; imperatis 3. h) expetiit *Cup.* i) Rainaldo 2; Raynaldo 3. *Cup.*; Rein. *Sur.* k) ergo 3. l) ast. m. 3. m) attondunt 3.

1) Qui primo a. 1040—1049. hanc abbatiam tenuit, a. 1049. vero in synodo Remensi depositus est; sed post a. 1059. abbas restitutus est et, quamvis a. 1063. in synodo Cabilonensi a Petro Damiani legato apostolico excommunicatus sit, tamen abbatia usque ad obitum suum (circ. a. 1076) functus est. Sub eius secundo regimine Arnulfus ad S. Medardum venit post a. 1060. 2) Horat. Epist. I, 19, 48. 49.

tonsoratum in habitu regulari[a] crucis Christi mortificationem[b] amitiunt[c]. Iam vero monachum factum et[d] vere huic mundo crucifixum litteris erudiunt, legibus[e] ac preceptis dominicis informant cunctisque sanctionibus exornant. Quae ille omnia in antro interioris hominis adeo recondidit, ut semina verbi Dei nec secus viam nec in petrosa nec inter spinas ceci- Matth. 13, 4–7. disse sequens vita eius prodiderit.

5 Iamque annuum cursum in regulari tramite peregerat, et ob maiorem devotionis (6) atque obedientiae probationem iniungitur ei cura elemosinae et alendorum pauperum sollicitudo. . . . . . .

6. In[f] eodem monasterio erat tunc temporis monachus quidam nomine Eremboldus[g], (7) propter divinum amorem reclusus, qui de gente Flandrensi ortus, duram et austeram vitam ducebat, divinae contemplationi incessanter anhelans. Huic[h] Arnulfus sollicite obsequebatur, non quia famulantium copia deesset, sed ut magis artiora sancti fervoris argumenta ab illo hauriret. . . . . . .

7. Hac siquidem visione venerabilis Arnulfus admodum fervefactus, incaluit multum ad divinae servitutis cultum et deinceps non quievit a precibus, pulsans abbatis[1] voluntatem, donec impetravit quod optabat, ut[i] scilicet eandem[2] subintraret secretae conversationis[k] reclusionem. Hoc potitus desiderio, factus est Christi bonus odor in omni loco, et eius cf. 2. Cor. 2, 15. exempla[l] sequentes multi de longe et de prope, monasticam conversationem certatim expetebant. Eodem quippe tempore Tedbaldus[m, 3] nobilis adolescens, clam diffugiens a com- 1054. parium[n] consortio, exul et pauper Domino militavit; et coronam premiorum extimplo consecutus[4], victoriam, qua nunc fulget, in multorum mentibus plantavit. Quis enim audiens 1066. Arnulfum, militum scilicet maiestatem, seculum[o] respuisse, non continuo amore seculi solveretur? Quis, inquam[p], facile poterat non mirari hominem genere nobilem, amicis potentibus fultum, statura procerum, vultu decorum, cui mundus favebat, quem tota seculi gloria sequebatur, tam repente conversum, ut de summis divitiis ad infimam paupertatem, tractus amore Christi, semet ipsum deiceret[q]. De regione quoque Flandrensi et Brabantia multi tam clerici quam laici sacrum beati Medardi monasterium expetebant ideo, quod[r] monasticus ordo in[s] illo tunc loco florebat[t], et quod venerandi alumpni sui Arnulfi iam reclusi dilectio quam maxime[u] illos attrahebat. At ipse de[v] virtute in virtutem cotidie (8) succedens et quod actenus fuerat pro nichilo ducens, cellulae reclusionem delicias paradysi existimabat et continuam corporis afflictionem non dolorem aut miseriam, sed gloriam et voluptatem computabat. . . . . . .

10. Sed quoniam ordo narrationis ad hoc processit, ut patrem monasterii illum exti- c. 1076. tisse ostenderit[w, 5], dignum est, ut labores et fatigationes, quas in regimine pertulit, memo- (11) remus, ut et in hoc[x] optima imitandi[y] utilitas rectoribus proponatur. Godefridus etenim[z] Florinensis[6], vir potens et fortis et tanto superbior, quanto potentior, nec hominem metuens nec Deum, predium grande vocabulo Hancenias[7] in pago Sambrico situm usibus fratrum beati Medardi multis dudum annis subtraxerat atque in suae superbiae commoda contraxerat. Et quoniam eius rigida potestas omnibus timori erat, nemo pontificum in faciem convenire

a) ad *superscr. ead. manu* 1. b) mortificatione *Cup.* c) ammit. 1. d) *superscr.* 3. e) et leg. *Cup.* f) I *littera initialis deest* 2. g) Erembaldus 3; Gremb. *Cup.* h) sanctus *add.* 3. i) sc. ut 3. k) *deest* 3. l) exemplum *Cup.* m) Theobaldus 2. n) comparum 2. 3. o) et s. *Mab.* p) enim 3. q) deiecerit 3. r) in hoc loco *(del.)* monasterio *h. l. add.* 3. s) in i. t. l. *des.* 3. t) vigebat 3. u) quam *iterum add.* 2; ill. q. max. 3. v) cot. de v. in v. 3. w) ostendamus *Cup.*; ostendit *Mab.* x) et haec *Mab.* y) *deest Mab.* z) enim *Cup.*

1) Rainaldi. 2) Eremboldi iam defuncti (c. 6). 3) Cf. eius, Vicentiae reclusi eremitae, Vitam auct. Petro abbate Vangadiciae, Mabillon, Acta VI, 2, p. 158 sqq. 4) Obiit a. 1066, 12. conversionis suae anno (Sigeb. Chron., SS. VI, p. 361; Ann. Senon. S. Columbae, SS. I, p. 106, ubi obitus eius a. 1056. adscriptus est, sed Mabillon l. l. p. 158. iisdem annalibus a. 1066. mortem eius indicari dicit; Vita c. 22, l. l. p. 166), a. 1054. igitur saeculum reliquit, quare minime Arnulfi post a. 1060. conversi exemplum secutus est. 5) Ut c. 9. relatum est, Rainaldo abbati circa a. 1076. defuncto Pontius a Philippo rege abbas S. Medardi substitutus est, sed monachi et milites casati monasterii Arnulfum elegerunt abbatem et a rege impetraverunt, ut hic confirmaretur. 6) Haud dubie filius Godefridi Florinensis, fratris Gerardi I. episcopi Cameracensis (de quo vide supra p. 792, n. 1. 11), et, si Albrico a. 1031, SS. XXIII, p. 783, fides est, Hadewidis, filiae Ebali comitis de Rouci. Iste occurrit, ut videtur, Hist. Walciodor. c. 56, SS. XIV, p. 529. Cf. stemma dominorum de Florennes et Rumigny, vitiosum quidem nimis, 'Monuments p. s. à l'hist. des provinces de Namur' etc. I, p. 662; Carpentier, 'Hist. de Cambrai' I, p. 346. 7) Hanzinne (arr. Philippeville, cant. Florennes). — Exstat etiamnunc in hoc loco praepositura in honorem s. Georgii, monasterio S. Medardi subiecta. MAB.

illum audebat; et intolerabilem cernentes eius malitiam, nullo modo tractare[a] eum canonice audebant. Proinde ipsorum fratrum unanimitas exoravit famulum Christi Arnulfum, abbatem videlicet[b] suum, ut[c] causa caritatis laborem assumeret eundem potentem convenire et, ut res ablatas aecclesiae redderet, coercendo commonere. Assensit fraternis sensibus fervens zelo domus[d] Dei vir beatus et iussit parari itineri necessaria, inter quae asinum, qui beatum virum gestare potuisset. . . . At ubi ventum est in faciem supradicti inflatissimi divitis Godefridi, mirum dictu, quanta benignitate illum exceperit, quam prona humilitate eidem obtemperaverit. Nam mox ut eum allocutus est, ilico detumuit[e] fastus eius, ilico concidit illa ferox cervicositas, et e vestigio restituta est aecclesiae prisca hereditas; et qui actenus fuerat aecclesiarum vastator, amodo factus est devotus conservator.

11. Et[f] postquam cum eodem Godefrido aliquos dies exegit, tunc predia recepta cum fratribus invisere deliberavit. Ubi cum esset et colonos sua presentia multum letificasset,
(12) venit ad eum quaedam mulier nobilis nomine Hesplendis, rebus et moribus inter suos honorabilis, quae viro Dei querelam pro servo deposuit. . . . . . .

(13) 13. Exinde placuit aliud invisere monasterii predium vocabulo Iunciredium[g, 1], super Mosam amnem situm. Ubi dum paucis diebus commaneret . . . . . .

(20) 18. His diebus venit ad illum[2] maritus sororis eius nomine Trudbertus[h]; quem post colloquium de salute animae collatum requisivit, dicens: 'Noster olim commilito et sodalis Israhel, putasne, vivit, vel qualiter illum agere credis[i]?' At ille respondit: 'Sospes est et valens et in omnibus prospere agit'. Cui vir Dei[k] prophetico spiritu plenus ait: 'Nequaquam ita[l] est ut dicis. Nam Israhel, quem sospitem et valentem nuntias, corpore et spiritu mortuus est. Hesterna nempe[m] die multam predam diripuit, cum qua domum repetens, in scamno iuxta focum in gremio concubinae se reclinavit; ubi circa vesperum mortem improvisam subiens et istam et aeternam vitam funditus amisit. O pavendas exequias! ó horrendos exactores, quibus infelix eius anima, tot viduarum et pupillorum inprecationibus comitata totque doloribus cruciata, ad aeternum ignem est pertracta!' Haec audiens vir prefatus, nimium exterritus est; et postquam domum rediit, omnia de Israhel sic gesta invenit, ut vir Domini Arnolfus annuntiavit.

(21) 19. Alio tempore accessit ad eum visendum quaedam eius soror nomine Adsela[n]; quae cum ante fenestram cellulae eius cum quibusdam resideret et de vita animae, quomodo inter tot mundi procellas servari posset, disquireret, iam hora meridiana venit minister deferens piscem frixura assatum — erat enim dies celeberrimus — et intulit coram[o] eo in fenestram. Nam[p] ut spiritum vanitatis motumque[q] iactantiae a se prorsus repelleret, solebat claustrales cybos dominicis diebus et festivitatibus precipuis parumper degustare ob hoc, ne fratrum mensas videretur contempnere. Habebat in hoc preceptores atque consolatores viros summa discretione preditos, Romanum papam Gregorium septimum, Hugonem venerabilem Cluniaci abbatem, divinae institutionis ducem atque peritum doctorem, Giraldum[r] quoque Silvaemaioris[s] sanctissimum abbatem[3], quorum litteris sibi frequentius missis erudiebatur non plus sapere quam oporteret[t] nec sub specie virtutum mensuram a patribus probatam transcendere. . . . . . .

(22) 20. Haec ipsa[4] filium habens adolescentem cuidam potenti commendatum, ut ab illo arma sortiretur, interrogata est ab eodem servo Dei: 'Ubi est filius tuus vel qualiter agit'? At[u] illa: 'Ad quendam', inquit, 'potentem, nostrum consanguineum, salvum et incolumem transmisi, ut cum eo degat[v], donec miles efficiatur'. Tunc ait homo Dei: 'Vanum presagium, immo scelestum sortilegium initio nuper[w] actae quadragesimae de illo exercuisti, ut quasi mori non posset, cuius calciamentum in altum proiectum ultra trabem supervolasset. Peccatum tibi mansit, et filii vita recessit. Nam illo in loco aegrotans, tali[x] die talique diei[y] hora mortuus est ac sepultus. Inde[z] multum hortor dilectionem tuam, ut penitentiam agens secundum scita catholicae aecclesiae satisfacias, ne tibi ultima dies subrepat tanto delicto compeditae. Qui enim talia agunt, Spiritui sancto omnino resistunt et sacram christianitatem laedere comprobantur'. Tunc illa ultra quam credi possit admirans et valde pavens, discessit, et antequam domum rediret, nuntius illam de filii morte prevenit, eo in loco, tali die talique hora mortuum nuntians et sepultum, veluti vir Domini Arnulfus spiritu revelante predixerat. . . . . . .

24.[a] Fecundabat Christus suam aecclesiam donis gratiarum; quibus accensi nobiles et incliti perplures viri relinquebant vanam mundi prosperitatem et se ipsos mortificando acquirere contendebant divinam nobilitatem. Inter quos tanquam sidus aureum gloriosus Ambianensium et Vermandensium[b] comes pulcherrimus Symon[5], filius Radulfi comitis,
1077. divino amore inflammatus, abiecit comitatus honorem vel potestatem, reliquit civitates et

a) can. e. tr. 3. b) scilicet 3. c) uti 3. d) *deest* 3. e) detimuit 2. f) At *Cup.*; Et letificasset *des. Sur.* g) Vincired. 3. *Sur. Cup.* h) Rudb. 3; n. Tr. *des. Sur.* i) ag. queritis creditis 3. k) pr. D. 2. *Cup.* l) est ita 3. *Sur.* m) namque 3. n) Adzela *Sur.* o) c. eo *des.* 3. p) Nam — transcendere (*l.* 36) *des. Sur.* q) notumque 3. r) Ger. *Mab.*, *ubi* quoque *deest.* s) maioris silve 3. t) oportet 3. u) Et 2. v) degeat 3. w) in. quadr. peracte 3. x) t. d. *des.* 3. y) h. d. 3. z) Inde – comprobantur (*l.* 45) *des. Sur.* a) c. 24. 29. *des. Sur.* b) Vermandencium 3.

1) Donchéry; de qua possessione S. Medardi vide Mirac. s. Sebastiani, supra p. 771 sq. 2) Arnulfum iam, abbatia dimissa, iterum reclusum. 3) Cuius Vitam edidit Mabillon, Acta VI, 2, p. 877 sqq.; cf. de eo supra p. 859; post Arnulfum brevi tempore abbatiae S. Medardi praefuit. 4) Adsela soror Arnulfi c. 19. praedicta. 5) Huius ex Vita excerpta p. 905 sq. huic libro subiunximus.

castella opulentissima, reliquit sponsam decoratissimam, atque Christum sequi exardescens, 1077. de tantis opibus nudus evasit, et totam Francorum deserens gentem, in qua inter milia servorum dominabatur, in partes Italiae se contulit, ob hoc precipue, ut copiam inveniret visendi et exorandi sacratissimam gloriosorum apostolorum Petri et Pauli presentiam. Quorum dum sacras memorias divinitus inspiratus pia devotione frequentius adiret, innotuit tanti viri devotio domino papae Gregorio septimo. Paucis denique annis Deo militans in simplicitate et humilitate cordis et iugi contritione corporis atque in sanctarum exercitio virtutum viriliter se extendens, propitiante Deo, consummatus est in brevi. . . . . . . 1080?

30.[a] Vir Domini sanctus Arnulfus, cum adhuc temporali militia esset implicitus, fuerat ei quidam (37) miles consodalis pre ceteris carus nomine Gericus, qui, recedente Arnulfo[b] de vita seculi, rapinis et depredationibus attentius insudabat, nec Deum timens nec hominem pavens, viduas et orphanos assidue opprimebat. Hanc eius vituperabilem vitam relatione adventantium comperiens servus Dei, sepius exorabat Christi domini bonitatem et omnipotentiam, quatinus illi Gerico immitteret occasionem et compunctionem penitentiae, qua pessimos mores deserere et timorem aeterni iudicii inciperet[c] cogitare. ˈPer[c*] fideles etiam viros vel mulieres a se repatriantes monita salutis illi mandabat, quae ille aure corporis audiens, fide et opere non servabat. Interea Gericus, mundi prosperitate perfunctus, duxit uxorem nomine Iudith, aequa nobilitate valentem; generat plures liberos, et annis plurimis cum tota domo sua[d] iocunda felicitate fulcitur. Postea coeperunt liberi defungi, et infra paucos annos vel unus filiorum superstes non fuit; ipse etiam gravem aegritudinem incurrit et quadraginta duobus mensibus in lectulo[e] decubuit, quod est annis tribus cum[f] dimidio, de vita desperans et mortis articulum pre oculis spectans. Iam nepotes eius de fratribus vel sororibus nati terras eius et quasque possessiones sibi vendicare[g] affectabant, iam uxorem eius Iudith absque dote facere et ab omni mariti hereditate alienare conabantur. At illa quid faceret? Nullus tutor, nullum solatium se illi offerebat. Tunc conversa ad Dominum, exoravit flebiliter, ut divinum adesse[h] dignaretur auxilium, ubi cessabat humanum; et recordata servi Dei Arnulfi, convenit maritum moribundum questibus multis: 'Mi karissime', inquit, 'coniunx, ecce tui nati mortui sunt, ecce tui nepotes mortem tuam preoptantes[i], omnia bona tua in suum ius vendicare satagunt. Ecce paraverunt sibi sermonem malignum, ut, te sepulto, me turpiter eiciant nec coniugem tuam me fuisse cognoscant. Et[k] quare tua integra fides non acquiescit consiliis tuae coniugis vitam tuam et salutem super omnia diligentis? Loquere in corde tuo et fac votum Iesu[l] Christo domino nostro, quod servum eius Arnulfum, tuum quondam sodalem et amicum, lectica vectus, visites et eius consilio temet et omnia tua subicias, et Pater misericordiarum dolores tuos et merores meos respiciet'. At ille parumper[m] recogitans, quasi pondus dictorum[n] apud se examinans, respondit dicens: 'Sapienter tractasti, optimum consilium invenisti, quod libenter suscipio, et ut ita citius fiat, et volo et voveo'. Igitur lecticam equis gestantibus devehitur Suessionis et viro Dei in suo exercitio desudanti perlatus[o] est. Qui congaudens[p] advenisse virum olim sibi fideli[b] amicitia iunctum, rogavit, immo iussit illum adduci ad se. Sequenti[q] die deductus ante fenestram, audivit ab eodem viro Dei amicabilem increpationem: 'Frater', ait, 'Gerice, tu miles optimus tuis, pessimus tibi; quamdiu provocasti dominum Deum intendens operibus rapinarum? Crede mihi, prope fuit interitus tibi, in fauces draconis paulo minus incidisti. Sed Christus[r] dominus — gratias illi[s] ago — lacrimas meas, ut video, non despexit, qui te inmissa aegritudine prepedivit, ne usquequaque rapinis incrassatus, fieres esca[t] inimici dentibus. Scias igitur indubitanter, quia infirmitas, quae te tenuit[u], diuturnis precibus meis a Domino postulata fuit, ut[v] vel invitus cessares ab oppressione viduarum et voracitate rapinarum. Adverte, quantum tibi Deus immensae misericordiae suae impendit beneficium, ut cognoscas te nequiter egisse, qui tantis malitiis inflammatus, morsus leonis potuisti evadere. Sed, inquies[w], cuius leonis? Audi beatum Petrum divina voce dicentem: *Adversarius* 1. Petr. 5, 8. *vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret.* Huius leonis rictus sola Dei pietate evasisti; iam nunc da operam, ut ab eius voluntate penitus exuaris'. At[x] Gericus ait: 'Sanctissime et amantissime pater, eo voto eaque deliberatione ad tuum consilium properavi, ut secundum tenorem dominicae voluntatis, iuxta mandatum vestrae sanctitatis vita mea deinceps componatur, et nichil amplius faciam, nisi quod consilii vestri sententia dictaverit. Pro mea tantum recuperatione[y] Deo nostro preces offerte, et ego foedere perpetuo assero et confirmo, quod ulterius non faciam quicquid divinis legibus contrarium novero'.

31. Cum autem haec verba finirentur, uxor eiusdem Gerici nomine Iudith in vocem prorupit, lacrimabiliter dicens: 'Sancte serve Dei, attende, queso, et[b] casus meos et fer opem miserae ac destitutae!' Homo Dei respondit ei: 'Dum audio vocem tuam, mox agnosco qualitatem et necessitatem tuam; et spondeo tibi in nomine Dei, quod adventus tuus vel mariti tui non erit infructuosus vobis. Unde scias certo, quia dabitur tibi gaudium pro merore, eo quod viro tuo fideliter ministrasti in sua infirmitate. Maritus enim hic tuus, quia iniquitatem reicit[z], perfecte sanabitur; de quo filium suscipies nominandum Lambertum, qui, iubente Deo, hoc eodem die peracto anno nascetur. Ille patri succedet,

a) *c. 30. 31. multo inferius = c. 37. posita apud Sur.* b) *deest* 3. c) iam *add.* 3. c*) Per — servabat *des. Sur.* d) *deest* 3. *Mab.* e) lecto 3. f) et *Mab.* g) iam *add.* 3; affectare vendicabant *Cup.* h) d. ad. 3. i) promptantes 2; peropt. *Cup.* k) At *Cup.* l) d. n. I Chr. 3. m) parumpar 3. n) verborum 3. o) perlatum 3. p) cum gaudens 2; tum gaudens *Cup.* q) autem *add.* 3. r) Christo domino *edd.* s) *deest Cup.*; ago, ille 3 *Mab.* t) in. esca 3. u) detinuit *Cup.* v) ita ut *Cup.* w) inquires 2. *Cup.* x) Et *Cup.* y) reparatione 3. z) reiecit *Cup.*

ille tuam[a] senectutem enutriet; nec morieris, donec filii tui Lamberti prole legitima[b] leteris. Unde volo et exhortor te, dulcissime frater Gerice, ut amodo per viam iusticiae ambules, aecclesiam Dei et sacrum clerum honorifices, pauperibus nichil auferas, immo ablata restituas, elemosinam[c] iugiter et habunde facias; 1. Tim. 6, 17–19. sic enim monet sanctus apostolus divitibus imperare. Decimas tuas numquam retineas nec alicui eas nisi cui ępiscopus iusserit tribuas. Agros tuos excole, de[d] fructu nutrimentorum tuorum et de iusto questu vivere stude, cum tuis colonis misericorditer age, quod solvere nequeunt vel partim remitte! Principi tuo et comparibus tuis fidem et veritatem ex corde exhibe, de collatis tibi beneficiis Deo omnipotenti gratias age et divina officia celebrantibus interesse frequentius stude! Ita tibi facienti aderit gratia Dei, et dabit pacem rebus tuis, atque bono fine fungeris. Tu vero, qui huc infirmus deportatus es, equitando sanus hinc recedes'. O quanta clementia supernae bonitatis, quae beatum famulum suum Arnulfum tot virtutum donis exornavit, ut et conversatio eius in[e] caelis assidue esset, et vitae eius meritum in terris aliis prodesset! Nam, iuxta[b] quod ex dictis ipsius potest intelligi, iste miles Gericus merito suae perversitatis coram Deo mortuus esset, nisi hunc oratio Arnulfi iugiter comitata fuisset. Denique propitio Deo, et sanus a viro Dei recessit, et domi consistens, mox filium procreavit; qui, ut predictum est, condicto die ad ortum processit, qui et defuncto patri successor extitit et matri suae pius nutritor permansit. Ipsa vero mater Iudith tamdiu in corpore vixit, quousque filius eius Lambertus legitime uxoratus filios procreavit.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI[f] II.

1. De electione eius[g] in ępiscopum Suessonicum.
2. De iniurioso fratre ob verbi iniuriam a se remoto.
3. De prophetia futuri regis Hludovici[1].
4. De sacratione eius a[h] Hugone Romano legato.
5. De domno abbate Hugone Cluniacensi illum festive excipiente.
6. De constantia domni[i] Arnulfi et amore martyrii.
7.[k] De actibus eius pontificalibus.
8. De monacho infirmo quem sanavit.
9. De ostensione suae sepulturae alio futurae.
10. De rapta planca, super quam vidit diabolum gestari.
11. De pane et vino multiplicato.
12. De caeca annorum quindecim, quam in Calvo-monte[2] sanavit.
13. De causa adventus et de adventu eius in Flandriam.
14. De pace inter Flandrenses composita.
15. De arrepticio apud Turold[l, 3] pervaso et ab eo curato.
16. De Willelmo Longo.
17. De quinque fratribus infirmis, quos insimul recuperavit.
18. De Folcardo Gestelensi[m] per sanctum Arnulfum curato.
19. De muliere malivola et rebelli divina ultione extincta.
20. De aecclesia sancti Petri apostoli sibi collata.
21. De antiquitate et miraculis eiusdem loci.
22. De muliere languida, quam apud Aldenburg[n] sanavit.
23. De sorore eius sanctimonio[o] functa.
24. De adventu eius in Arningahem[p] et largitione nobilium.
25. De lumine caelesti in atrio refulgente.
26. De regressione eius in Frantiam et repetitione cellae[q].
27. De ultimo adventu[r] eius in Flandriam.
28. De prescientia obitus sui vel sepulturae sibi denuo data.
29. De aegritudine eius ante mortem.
30. De trina concussione cellae in qua decubuit.
31. De pio et sancto transitu[s] eius.
32. De ostensione tumuli eius.
33. De extensione dexterae eius post mortem.
34. De sepultura eius cum epythafio.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

(26) 1080. 1. Interea Tedbaldum civitatis Augustae Suessorum antistitem iussio divina sustulit ex hac vita[4], cuius sedem atque locum quidam generosus nomine Gervasius pro recom-

a) s. t. 3. b) *deest* 3. c) et el. *Cup.* d) et de *Cup.* e) ass. in c. 3. f) secundi l. 3. g) *deest Mab.* h) ab 3. *edd.* i) sancti 3. k) VIII. 2, *et abhinc uno numero superat; sequentis capitis argumentum huic praecedit* 3. l) Thoroud 3. m) Ghistellensi 3. n) Aldenborg 2; Oudenburgh 3. o) in s. 2; in sanctimonia *edd.* p) Eernegheem 3. q) rep. eius cellule 3. r) e. a. 3. s) e. tr. 3.

1) VI. 2) Chaumont-Porcien (dép. Ardennes, arr. Réthel). 3) Thourout. 4) A. 1080, Ian. 26.

pensatione palatini servitii impetravit donari suo fratri carnali nomine Ursioni[a], habitu quidem monacho et ab infantia litteris erudito, sed ad episcopale offitium[b] moribus et animo nequaquam[c] idoneo. Cuius ignavia vitae et non canonicus accessus haud longe post[d] personuit ad aures Romani pontificis nomine Gregorii; qui mox datis epistolis[1] ad Hugonem Diensem ępiscopum et tunc Galliarum legatum, monuit, ut vita et promotio Ursionis canonicę discuteretur[e], et quicquid in his sacris legibus obviasset, synodali iudicio corrigeretur. Hinc accidit, ut Hugo prefatus in civitate Meldis super amne[f] Materna, 1081. Tedbaldo comite[2] sibi patrocinante, teneret concilium[g,3]; ubi secundum decretum domini papae concessa Ursioni se purgandi facultate, postquam legitime vocatus et canonice protractus se presentare contempsit, iudicio ępiscoporum noxam subiit; ac proinde condempnatus, clero Suessonico ibidem prestolanti electionis copiam patefecit. Tunc igitur consultu concilii pars sanior cleri et casati aecclesiae Suessonicae elegerunt sibi in pontificem sanctae religionis cultorem domnum Arnulfum, per id temporis reclusum, et ut sibi celeriter donaretur, instanter acclamaverunt. Sic facta et conscripta concordi electione, Hugo[h] legatus statim e concilio[g] reverendas[i] direxit personas ad cenobium Sancti Medardi, mandans et monens per ępistolas, etiam Romanae aecclesiae auctoritate imperans, ut domnus Arnulfus cellam exiret et concitus[k] ad concilium Meldense veniret, alioquin ut inobediens anathema subiret. Tantae iussionis tonitruum expavescens, catholicae aecclesiae re vera filius Arnulfus, licet egre, paruit mandatis legati venitque ad concilium. Quo residente, repente relecta est petitio cleri et nobilium populi Suessonici domnum Arnulfum sibi in ępiscopum eligentis. Exhinc fit vox ępiscoporum Arnulfum omni sanctitate ornatum suum collegam fieri postulantium. Sic mox tractus et infulatus et nec ad modicum se excusare permissus, in consessu pontificum statim est collocatus. Cui afflicto et merenti Hugo legatus in virtute sanctae obedientiae sacro iniunxit mandato, ut deinceps Christi aecclesiae ministrare studeret in pontificali offitio. Iam ita constrictus, cessit edictis; et designata consecrationis die vel loco, rediit ad monasterium Sancti Medardi, ut futuro itineri necessaria prepararet. Quibus copiose paratis, non suo typo, sed fidelium voto, profectus est cum quatuor monachis et electis[l] de clero venitque Campaniam[m] in castellum Tedbaldi comitis quod dicunt Virtutes[4]. . . . . . .

4. Expleto igitur itinere, pervenit ad Hugonem Diensem, eiusque insperato adventu (28) 1081. idem Hugo gavisus est pariter et turbatus, gavisus, quod tam laudabilem personam excepisset, turbatus, quod ad eius consecrationem nullum ępiscoporum invitasset. Sed totum Deo committens, repentino nuncio letificatur, omnisque ei anxietas tollitur. Sequenti enim die presentant se illi tres ępiscopi, qui nulla necessitate de suis locis[n] tunc exierant, sed tacito instinctu, ut legatum tunc inviserent, se permotos palam asserebant. Patuit ergo omnibus divini consilii manifestum archanum, et quod re vera hunc in pontificem consecrari superno iudicio esset prefixum. Omnia[o] vero quae ad opus consecrationis eius utilia videbantur sic parata et inconfusa evenerunt, tanquam si divinis nutibus aptarentur. Posito super caput eius sacro euangeliorum corpore, cum ępiscopi respicerent, invenerunt secundum Matheum dicta[p] Salvatoris: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.* Dominica[q] Matth 21,16. ante natalem Domini, quae accidit 14.[r] Kalend. Ianuarii, consecratus est ępiscopus cum Dec 19. magna gratia omnium et cum tota prosperitate divini favoris ad sedem Suessonicam feliciter est transmissus. Nec latuit populos Viennenses inclita fama eius; quin potius congregati mutuo se hortabantur, ut illum vi raperent et suae urbi archiępiscopum intronizarent. Tunc etenim Vienna civitas pontificis amministratione carebat[5]. Quo rumore latius pervagante, vir Dei festinavit exire fines eorum, accelerans exercere salutem animarum sibi specialiter commissarum et vineam excolere, cui cultor[s] fuerat et custos ordinatus. . . . . . .

6. Occupabat sedem Suessonicam non aecclesiae iure, sed palatii favore ępiscopus (30) 1082. Ursio, Gervasii regalis dapiferi germanus, et idcirco rebus ępiscopii utebatur, quoniam

a) Ursione *post corr.* Ursioni 2. b) ad episcopatum 3. c) minus 3. d) *deest* 2. 3. *Cup.* e) discuterentur 1. *Mab.* f) amnem Maternam 2. *Cup.* g) consil. 3. h) lego *add.* 3. i) rev. dir. pers. *des.* 3. k) concitatus *corr.* concitus 1. l) *deest* 3. m) in C. *Mab.* n) l. l. 2. *Cup.* o) Omnia — laudem (*l.* 40) *des. Sur.* p) dictum *Cup.* q) vero *add.* 3. r) XIII. 2. s) f. c. 2. *Cup.*

1) Quae non exstant. 2) I. Campaniae a. 1048—1089, III. Blesensis et Carnotensis. 3) A. 1081, mense Octobri exeunte; Mansi, Conc. XX, col. 583 sqq. 4) Vertus (dép. Marne). 5) Warmundo archiepiscopo a. 1081. defuncto.

1082. regius favor ob gratiam fratris eundem comitabatur. Venienti igitur[a] domno Arnulfo ępiscopo et Suessionis civitatem intrare disponenti fit obvius isdem Gervasius cum turba armatorum et monuit valde, ne civitatem intraret, si tandem vivere vellet. . . . . . .

7. Verum quia non sedes ępiscopum, sed ępiscopus sedem facit, et virtus maiestatis per loca non scinditur, in quodam castello eiusdem diocesis vocabulo Ulciaco[1] solatio Tedbaldi comitis[2] mansionem ac sedis vicariam sibi statuit. . . . . . .

(31) 8. Commorante autem viro Dei in eodem loco, accidit graviter infirmari monachum ac presbiterum Everolfum[3], ipsi antistiti per omnia devotum, quem pro utilitate sui diligebat plurimum. Iamque isdem pre[b] acerbitate fervidi languoris credebat se moriturum, ac[c] idcirco postulavit ępiscopum, ut sacro eum oleo perungeret suumque exitum suffragiis premuniret. Cui ępiscopus, lumine prophetiae illustratus, ait: 'Intempestiva sunt quae flagitas; quibus ideo non annuo, quia divinae dispositioni contraria scio. Nam non ego te ungere aut sepelire habeo, sed tu me alio tempore alioque in loco obeuntem unguendo et sepeliendo sacris officiis prosequeris'. Et ille ait: 'Ad vestri transitus obsequium quomodo ego tantillus possim accedere, dum[d] ępiscopi vel abbates illud debeant celebrare?' Ad quem presul: 'Scias certissime, quod ad meae unctionis vel tumulationis exequias nullus ępiscoporum aut abbatum conveniet; sed per tuae dilectionis servitium omnia circa me complebuntur. Sed[e] iam modo surge, ad aecclesiam vade, et missam faciens, Salvatori nostro[f] gratias age!' At ille dixit: 'Domine pater, viginti et uno diebus non manducavi, et quomodo imperas[g], ut surgam vel[h] ad aecclesiam pergam, dum[i] corporis[k] vires nullas habeam?' Tunc pontifex alludens tenuit manum eius et dixit: 'Ecce dico tibi in nomine Iesu[l] Christi, velociter surge et quae tibi imperavi hylariter comple!' At ille surrexit et se ipso fortior ad aecclesiam ivit, orationem fecit, missam cantavit[m]. Reverso ab aecclesia ipsemet vir Dei cybos apposuit, poculum ministravit, et sic sanissimum factum eodem die in comitatu sui itineris illum socium habuit.

9.[n] Idem vir sanctus aliquando ab eodem fratre requisitus, quando et quomodo vel ubi futurus esset transitus eius, respondit: 'Non multum tempus successerat, postquam divinae voluntatis consilio ępiscopus, licet indignus, ordinatus sum, cum sentirem monachos Sancti Medardi et clericos aecclesiae sancti Gervasii[4] invicem altercari velle pro exuviis futuris corporis mei, totis visceribus imploravi Regem, cui omnia vivunt, ut dignaretur aperire mihi, quando et ubi prefixus esset mihi[o] transitus de corpore mortali, sive locus deputatus meae tumulationi. Et quadam nocte his precibus incumbenti astitit visio beati Petri apostoli, talibus verbis me instruens atque confortans: "In regione Flandriae est locus domino nostro Iesu Christo sub titulo nominis mei consecratus, ubi multa signa Christo volente facta sunt; ad cuius honorem vel provectum renovandum impetravi a Domino, ut in eodem loco debeas sepeliri, qualiter, te[p] Christo glorificante, idem locus splendore meritorum tuorum illustretur et ad lucem sanctae religionis, te inchoante, reducatur". Cui ego: "Domine, cum ille locus ex toto mihi[q] sit ignotus et a diocesi mihi commissa alienus, qua ratione
Luc 1, 37. potero illuc venire sepeliendus?" Ille respondit: "Tu audisti quam sepius, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Proinde de hoc non solliciteris, quia mox, ut erit tempus, paratum est Domini opus. Romanus pontifex tibi[r] mandatum iniunget, per quod adventus tui in Flandriam causa fiet. Pax Christi tecum, pax nostra simul comitetur in evum!" His talibus monitis confortatus, credo, quod non erit vacuum quod dignatus est[s] spondere primus apostolorum. Sed et tu, karissime, diligenter custodi, ne talia cuiquam quamdiu spiro audeas confiteri'. . . . . . .

13. Qualiter sane regionem Flandrensium petierit, et quae causa illum[t] ad illas partes
(34) retraxerit, competens descriptionis ordo iam narrandum exposcit. Rodbertus[5] igitur tunc comes Flandrensium infestus fuerat quibusdam nobilibus ac ditioribus gentis suae, qui hoc consilium tractaverunt, ut, Rodberto[u] feroce comite deiecto[6], mitiorem, ut putabant, prin-

a) ergo *Cup. Sur.* b) pro 3. *Mab.* c) et *Mab.* d) cum *Mab. Sur.* e) *pro* Sed — socium habuit (*l.* 25) *Sur. haec tantum:* Sic locutus, manum aegroto imponit et pulso morbo reddit incolumem. f) Deo *add.* 2. *Cup.* g) imparas 3. h) et 3. i) cum *Cup.* k) v. c. 3. l) *deest* 2. *Cup.* m) celebravit *Cup.* n) *hoc cap. deest Sur.* o) *deest* 2. *Mab.* p) Chr. te 3. q) sit michi 3. r) m t. 3. s) *deest* 3. t) eum 2. *Cup.* u) Robert. *plerumque* 3.

1) Oulchy-le-Château (dép. Aisne). 2) P. 885, n. 2. Hariulfi gesta contra abbatem S. Medardi, Chron. 3) Cf. infra c. 27. 30. 32. 4) Cathedralis Aldenburg. maius p. 58: *Comes . . . Rodbertus* Suessionensis. MAB. 5) I. Friso. 6) Cf. *a suis proditus et sue prodicionis rancore ex–*

cipem sibi providerent, Balduinum[a] scilicet comitem Montis-Castrorum[1]. Tale consilium illorum postquam comiti Rodberto innotuit, omni molimine suos proditores intercepit, aliquantos perimens, aliquantos proscribens, quosdam etiam rebus[b] et honoribus nudatos extra patriam exulare compulit. Inter quos Arnulfus Morinorum archidiaconus et aecclesiae beati Audomari prepositus[2] de omni[c] sua rerum vel offitii facultate depulsus, multis diebus profugus, intolerabilem calumpniam est perpessus; qui sero ad cor rediens, Romanum papam nomine Gregorium expetiit, et quanta calumpnia gradus sui honorem et rerum[d] facultatem amisisset, lacrimabiliter proclamavit[3]. Tantae eius et sibi similium calamitati 1083. compatiens domnus papa, decrevit suis ępistolis[4] animos comitis Rodberti turbidos et feroces ad lenitatem provocare, ut suspectis suis aut plene indulgeret aut certe facultatem se purgandi concederet. Sed quia nemo potuit inveniri, qui apostolici litteras in presentiam comitis tam offensi deferre presumeret, res in longum dilata est. Tandem memoriam subiit constantia sanctitatis et fervor caritatis huius sancti viri Arnulfi Suessonici episcopi; idque in palatio domini papae celebre innotuit, hunc esse procul dubio, qui apostolici mandata comiti Rodberto presentare incunctanter prevaleret. Tali tandem consilio animatus domnus papa Gregorius, scriptas et bullatas ępistolas[4] dirigit reverentissimo pontifici Arnulfo, mandans et imperans, ut litteras interventrices et personas, de quibus agebatur, ad[e] presentiam comitis Rodberti in suo conductu[f] offerret illisque veniam vel copiam se purgandi ad honorem apostolicae sedis impetraret[g]. Hac igitur causa bifariae iusticiae, id est obedien- 1084. tiae principalis et fraternae compassionis[h], alligatus[i] vir pietate fortis, non[k] immemor apostolicae sibi preostensae sponsionis, cum quibusdam illorum venit ad oppidum Insulam[5] nuncupatum; ubi reperto comite[l] Rodberto, sacra apostolici presentavit. Quae dum legerentur, interim accusati clam se submittentes, tenuerunt pedes eius.

O furor! ó rabies! ó motio fellis amara,

quae tunc fronte, oculis et toto vultu comitis ferbuerunt, quando sensit exosos suos tetigisse pedes suos! Sed quid illa ferocitas ante virum iustum faceret? Affuit ille qui respicit cf. Ps. 103,32. terram et facit eam tremere, et tam obtentu sanctitatis eius quam pro reverentia sedis apostolicae salus et vita rerumque facultas indultae sunt[6]. Ecce[m] quam vera et quam miranda sunt consilia Dei! Quis hoc excogitare potuit[n], ut nequitia proditorum verteretur in occasionem salvandorum populorum? Quis scire vel excogitare potuit, ut grandis furor irati comitis rediret ad magnum honorem famosi presulis? Sed interim sileat omnis cf. Zach. 2,13. caro, ut appareat, quid Iesus[o] dominus decreverit operari in servo suo.

14. Quia nempe illo in tempore per quedam, immo per cuncta Flandriae loca cotidiana (35) homicidia et insatiabiles humani sanguinis effusiones pacem et quietem totius regionis turbaverant, ob hoc magnis precibus maxima nobilium multitudo impetravit, ut loca, in quibus maxime atrox crudelitas seviebat, presul Domini visitaret et mentes Flandrigenarum indociles ac cruentas de pacis[p] ac concordiae bono aliquatenus[q] commoneret. Qui[r] in spiritu sentiens hoc acceptum coram Deo et, ut prescriptum est[7], sciens se[s] divina iussione et beati Petri apostoli interventione huc oportere venire, tanto citius acquievit eorum precibus, quanto certius aspiciebat haec omnia actitari divinitus. Nobilium itaque ac[t] magna-

a) Baldewinum 3. b) hon. et rebus 3. *Cup.* c) omnia 2. d) suarum *add.* 2. e) in 1. f) conspectu 3. g) impartiret *Cup.* h) correctionis *Cup.* i) all. — sponsionis *des.* 2. k) non — sponsionis *des. Sur.* l) comiti 2. m) Ecce — servo suo (*l.* 32) *des. Sur., ubi add.:* Laude dignis laudabiliora succedunt. n) poterit 3. o) dom. Ihes. Christus 3. p) pace *Cup.* q) aliquantulum 3. r) Qui — tradebat (*p.* 888, *l.* 6) *des. Sur.* s) *deest* 1. *Mab.* t) *deest* 2.

acerbatus, ipsum sue mortis reatum retorsit in quosdam nobilium clericorum etc. 1) Hannoniae, cuius caput Mons fuit. Nepotem Rodberti I. et ab hoc comitatu Flandriae privatum. 2) Ab a. 1074. vel 1075—1116, Iun. 9; cf. Lamb. Aud. Catal., SS. XIII, p. 391; eiusdem Chron., SS. V, p. 66. et ibid. n. 8. 3) Cf. Gregorii VII. Reg. VIII, 57, Jaffé, Bibl. II, p. 511 sq.: *Unde volumus omnes vos scire, Arnulfum archidiaconem Taruannensem . . . et per eos multos clericorum illius ecclesiae nobis lacrimabilem querimoniam fecisse super comite Roberto . . ., quod eos omnibus bonis suis nudatos de terra sua eiecerit, pro eo quod praeceptis apostolicis oboediendo noluerunt communicare cuidam Lanberto pseudoepiscopo* (Taruannensi); cf. ibid. VIII, 56, p. 511. Hariulfus nescivit haec cohaerere cum turbis de episcopatu Taruannensi exortis, de quibus vide A. Giry, 'Revue historique' I, p. 399 sqq. (qui vero neque hanc Vitam Arnulfi nec Lamb. Aud. consuluit). 4) Quae litterae non exstant. A. 1083, eodem fere tempore ac Reg. VIII, 57. scriptae fuisse videntur. 5) Lille. 6) Cf. Lamb. Aud. Chron. l. l.: 1082 (i. e. 1083, anno a paschate incepto): *Reversio canonicorum S. Audomari, Lamberto deposito,* 13. *Kal. Mart.* Sed potius a. 1084, Febr. hoc factum esse crediderim Arnulfo episcopo operante, quem eo tempore in Flandria fuisse constat; cf. p. 892, n. 1. 7) C. 9.

1084. torum[a] stipatus caterva venit ad Brugense oppidum et inde in Flandriam interiorem ad Aldenburgensem[b] vicum. Quibus in locis tanta rabies occidendi tantusque inerat furor ulciscendi; ut humano sanguine assidue[c] cruentari iocundum haberent et[d] vel una die a cedibus cessare ignavum atque improbum estimarent. Vix pater filio, vix filius patri[e] parcebat; frater germanum, nepos avunculum vel patruum, quin et patruus nepotem pro modica causa neci tradebat. Horum autem diabolicam rabiem et tam Brugensium quam Furnensium ac Aldenborgensium[f] insanam pernitiem vir Domini Arnulfus verbo dulcifluae predicationis et exemplis[g] eximiae sanctitatis mirabili modo mansuefecit et corda crudelium ad concordiae tenorem, licet valde laboriose, complacavit. Nam* instante illo et oportune atque[h] importune predicante et crebrius se illorum vestigiis prosternente, tandem omnis inimicitia sopita est, et de infestissimis inimicis in tenaces amicos artius sunt confederati.

(38) 15. Hac[i] in re enixius laborans, venit in villam quae appellatur[k] Turhold; nam et ibi hostis antiquus ignem litium flammasque rixarum spiraverat. Cumque proximos effusi sanguinis alloqueretur, ut pacis federa inirent et diabolica incendia sopirent, erat ibi quidam nomine Herradus[l], Herradi presbyteri filius, qui maluit surda aure[m] monita pacis spernere quam se ipsum vel proximos ad pacis studium informare. Atrium itaque[n] aecclesiae, in quo stabat episcopus, visus est exire, ut absens monita iusticiae pronius[o] posset declinare. Dictumque fuit ępiscopo: 'Ecce unus recedit, in quo quam maxime causa consistit'. Statim ępiscopus e vestigio prosecutus, usque ad comitis stationem illum subsequendo pervenit; et ante pedes illius[p] solotenus prostratus, humiliter exorabat[q], ut ad concordiam[r] pacis redire debuisset. Ille vero, typo iuvenilis arrogantiae inflatus, subsistere noluit, sed veritus, ne ab aliis teneretur, in fugae cursum perniciter se laxavit. Fugienti vero malignus spiritus insiluit et in amentiam versum se ipsum dentibus et ungulis dilacerare coegit. Quo comperto, amici vel affines venerunt et ligaverunt amentem et demonio plenum et pertraxerunt stridentem et motibus repugnantem in[s] domum patris sui. Deinde adeunt sanctum ępiscopum, obsecrantes plurimum, ut superbo et fatuo ignosceret nec iniuriae irrogatae memor esset. Quibus Domini servus dixit: 'Iniuriam pro veritate illatam amplector; sed de cordis illius stoliditate plus affitior. Unde, si vultis, ut pro illius liberatione Dominum exorem, facite nobis certitudinem, ut vos omnes, velit ipse[t] aut nolit, teneatis firmam pacem, et si litigium aut seditionem commoverit, nemo ex vobis ferat illi solamen'. Una omnes voce dixerunt: 'Anathema sit inter nos, quicumque auxilium illi dederit nisi ad custodiendos sermones vestros!' Ita ępiscopus, quasi promissis delinitus, aquam benedictam cum exorcismi permixtione confecit; de qua iuvenis aspersus, statim diaboli pervasionem evasit, et sensibus suis sobrie functus, pacem et concordiam speciali devotione servavit.

(39) 16. In eadem villa Turhold gestum fuit aliud non minus mirandum. Quidam miles Aldenburgensis[u] indigena nomine Willelmus[v], statura et agnomine Longus, habuerat filium[w] iam adultum, tyrocinio mancipatum, sed furtis et rapinis plus intentum; qui filius, dum quodam tempore in domo cuiusdam Sigeri[x] luce clara rapere niteretur, ab ipso Sigero gladio percussus, citius[y] mortuus est. Qui[z] Sigerus cernens se peccasse in morte[a] tironis, quamvis[b] iuste perempti, adiit venerandum sanctumque virum Arnulfum ępiscopum, rogans, ut medelam verborum adhiberet ad sanandum ulcus tanti piaculi. Vir autem sanctus, qui se ipsum obtulerat in preparationem ęuangelii pacis, impiger exiit in campum seculi, subiturus duellum contra potentias diaboli, et armatus scuto fidei, viriliter decertavit rapere vasa fortis maligni. Adunatis vero cum peremptore iuvenis propinquis eiusdem interfecti, seminavit verbum iusticiae, verbum veritatis[c] et pacis, et auctore Deo pacificavit Sigerum cum Willelmo Longo, videlicet[d] patre interfecti. Postea Willelmus a quibusdam malignis increpatus, cur filii mortem tam leviter indulsisset, coepit penitere[e] de benefacto et iterum coepit captare locum, quo vindictam[f] sumeret de Sigero. Nec cedebat ei locus ultionis, donec

*) *Pro* Nam — confederati *Sur.*: Et ut paucis multa expediam, quod mille argenti libris impetrari non potuisset, id gratia Dei per servum suum in illa regione efficere dignata est *(cf. p.* 890, *l.* 26. 27*)*.

a) magnatum 3. b) Oudemburg. *plerumque* 3. c) assiduo 2. *Cup.* d) ut 3. e) parc. patri 2. *Cup.* f) et Ald. 2. *Cup.;* Oudenborg. *h. l.* 3. g) exemplo *Cup.* h) et 1. i) Quo tempore vir Dei inter Flandros pacem componere nitebatur, in pagum Turholt venit *Sur.* k) vocatur 3. — Thorout *semper* 3. l) Herrardus Herrardi 3; Herradius *corr.* Herradus 2. m) audire 2. n) quoque 3. o) pronus 3; protinus *Cup.* p) eius 2. *Cup.* q) orabat 3. r) concordie pacem 3. s) ad 3 t) *deest* 3. u) Aldenborg. *semper fere* 2. v) Gwillelemus, *postea* Gwillellem. 3. w) suum *add. Cup.* x) Syger. 3 *semper; hoc nomen deest semper Sur.* y) cito 3. z) Qui — et iterum (*l.* 47) *des. Sur., qui pergit:* Eius caedem pater Wilhelmus ulcisci volens. a) mortem 3. b) licet 3. c) ver. et *des.* 3. d) p. vid. 3. *Cup.* e) peniteri 2. f) sum. vind. 3. *Mab.*

recursu temporis, circa festum sancti Iohannis in nundina[a] Turholdensi, veniente fortuitu 1084. Iun. 24.
Sigero, ut vestem emeret, illum Willelmus[b] gladio acutissimo cervicętenus perculit et exsanguem factum, non mortuum, in cartallum, quo vestes iacebant, deiecit. Statim omnes nundinae turbatae sunt; fit clamor et indignatio in populis, cur quis comitis pacem temerare[c] presumpsisset. Curritur ad comitem, qui presens[d] in domo sua Turholti consistebat. Nuntiatur ei probrose illum iam nichili valere, qui suas celebres nundinas nequisset defensare. Prosilit comes Rodbertus animo efferatus, iubet continuo percussum et percussorem sibi sisti. Interim audit a suis militibus, quod Willelmus Longus huius audatiae presumptor fuisset et in ultionem occisi filii nundinas exturbasset. Iam comes aliquantisper mitigatus respondit: 'Willelmum Longum ceu militem strennuum diligo ut filium; sed hoc redarguo, quod filii mortem per sanctum Arnulfum ępiscopum perdonatam atque pacificatam denuo ultum repetivit'. Interea deducitur coram eo percussus, trepidans quidem, sed illesus; videturque cervix eius non gladio percussa, sed quasi rubeo filo precincta. Tunc comes ait ad Willelmum: 'Miror tuam temeritatem, sed plus horreo tuam tantam debilitatem. Quandoquidem enim parcere noluisti, cur tam pueriliter ferire non erubuisti, ut manus feminea, non[e] virilis dextra[f] in ista cervice compareat. Agnosce igitur, quoniam[g] nec gladii nec dexterae causa fuit, sed imperio summi[h] Dei id actum[i] est, qui non permisit vulnerari cervicem, quae per documenta tam sancti viri sponte susceperat pacem'. Sic[k] comes, sic comitis proceres et milites predicabant, quod, quicquid sanctus Arnulfus pacificasset, fixum et inviolabile Dei[l] nutu permaneret.

17. Intra[m] terminos parrochiae Gestelensis[n, 1], quae subiacet diocesi Tornacensi, est quedam vena (40)
terrae nigra et quasi subrufa, quae crebris paludibus intersita, non facile potest transiri. In his vero locis moratur genus hominum atrocitatem semper gestiens ut vulgus Cytharum[o]. Ad haec loca vir Domini pertractus, ut inter tales verbum[p] pacis seminaret, conventus est a quadam anicula lacrimosis planctibus ita clamante: 'Sancte serve Dei, miserere mei et dignare intrare in tugurium paupertatis meae, sicque videbis multiplicem et diuturnam poenam afflictionis meae'. At[q] ille mansuetus et humilis, memor semper nominis Christofori caelitus sibi inditi, intravit tectum viduae pauperis, ut videret causas declamatae calamitatis. Iacebant enim in lectulis[r] quinque filii eius uno eodemque languore constricti, quorum nullus alium poterat iuvare[s] vel in aliquo[t] subportare. Tunc mulier dixit: 'Vide, serve Dei, quanta sit mea miseria, quantus dolor me angit, quanta tristicia me affligit! Servio sola quinque viris, curro et festino ab illo[u] ad illum, ab isto ad istum, et minime placeo famulando'. Tunc vir Domini nimia compassione congemiscens, tacitus oravit[v]; deinde aquam benedictam confitiens, totam domum et infirmos aspersit et eisdem sic imperavit: 'In nomine domini nostri Iesu Christi recedat a vobis languor iste, ut statim convalescatis et matrem vestram tot doloribus addictam serviendo vobis fatigare non egeatis'. Affuit continuo Domini virtus, et statim consurrexerunt atque[w] cybos diu exosos avide sumpserunt. Sequenti die lavachra subierunt, ac deinceps omni incolumitate viguerunt.

18. Folcardus quidam accola Gestelensis, alacer et robustus nec tam utilis quam (41)
temerarius, beatum presulem de pacis gratia colloquentem contempnendum putavit. Qui dum faciem viri Dei fugeret, repente est traditus maligno spiritui; a quo discerptus[x] et miserabiliter laniatus, ab amicis vel propinquis vix potuit coerceri. Et hic non sua fide, sed aliorum prece per beatum pontificem a demone[y] purgatus, didicit iam ex passione, quantum beato viro impendere debuisset amoris et reverentiae.

19. In vicinio[z] Furnensis castri[2] habitavit quaedam vidua, nobilitate et opibus fulta, (42)
nomine Evergerda, cuius maritum simulque filium atroces inimici peremerant, et pro quorum interitu graves inimicitiae interfectoribus undique incumbebant. Nam pro morte duorum omnis illa regio conturbata fuerat, dum alii vindictam, alii defensionem homicidarum molirentur. Ad quod malum compescendum accersitus presul Domini sanctus Arnulfus, sponte ac prompte properabat, ubicumque de pace et concordia esset agendum. Venit ergo asello vectus ad domum illius divitis[a] viduae, contra quam vox apostoli insonat dicens:
Vidua, quae in delitiis est, vivens mortua est. Talis illa cum esset, beati viri ingressum 1. Tim. 5, 6.
omnino[b] noluit, sed ante suam portam pontem levatorium[c] erigi iussit, ne pateret ingressus, neve daretur effectus votis hominis Dei. Ille tamen non destitit predicare, arguere, obse-

a) nundinis Turholdensibus (Thurold. *Cup. semper*) *edd.* b) Gillelm. *abhinc semper* 2. c) turbare 3. d) tunc 3. e) et non 3. f) dextera 3. g) q; (quod) 3. h) D. s. 2. *Cup.* i) factum *Cup.* k) Sic – permaneret *des. Sur.* l) inv. semper perm. 3. m) Inter 3. n) Ghistell. 3 *semper.* o) *sic* 1. 2; Scytarum 3. p) p. v. 3. q) At — calamitatis *des. Sur.* r) lectulo *Cup.* s) adiuvare 2. 3. *Cup.* t) aliquod 3. u) isto 3. v) cong. tacuit *Cup.* w) atque — viguerunt *des. Sur.* x) de discerp. 3. y) demonie 2; demonio *Cup.* z) vicino 2. a) v. div. 3. b) *deest* 3. c) leviatorium 1.

1) Ghistelles. 2) Furnes.

1084. crare, ut interfectoribus filii vel mariti pro refrigerio animarum ipsorum indulgeret et, quos crudeliter odiebat, amicos sibi confoederatos effici consensisset. Illa vero neque preces eius neque monita suscipere voluit, sed in sui persistens tumore animi, famulum Christi de aselli sessione et de vestis humilitate subsannando derisit et a se reppulit, sed non impune. Nam, postquam presul gemebundus[a] ab ea recessit, gravis illam divinae animadversionis vindicta percussit. Post modicum quippe temporis, manente caeli serenitate, quidam levis turbo consurgens domum eius concussit et contrivit; in qua ruina deprehensa, repentina morte percussa[b] interiit. Ubi valde miranda[c] res contigit, quod, in eadem domo cum essent famuli et ancillae plures, porci vel canes, gallinae, anseres, columbae atque hyrundines, nichil[d] tunc ibi periit nisi irreverens[e] fęmina, nec quodlibet animal vel quippiam[f] lesum fuit.

Funditus extincta docuit non dogmata ficta,
Quae monuit sanctus vindictae pondere tantus;
Femina sic fortis fit iuste filia mortis.

Huius[g] certe ultionis fama volans perterruit corda duricordium Flandrigenarum, ut nemo auderet viro Dei resultare[h] vel sacris eius monitis non obedire. Erant eo tempore in vico Aldenburgensi duo vesanae animositatis adversarii, Conon unus, alter[i] Robalinus; quorum Robalinus Cononis patrem nomine Hidonem[k] dolo peremerat; alter alterius amicos et domesticos trucidabat, alter alteri quaecumque poterat privatim et publice mala ingerebat. Horum quoque mentes daemoniis plenas suarum documentis predicationum et terrore frequentium signorum ad gratiam pacis convocavit. Talibus congratulans comes Rodbertus totaque gentis nobilitas, gaudio magno gliscebant, quod talem suis temporibus Christus dominus tribuisset ministrum, qui curam omnium paterno affectu gereret et viam vitae omnibus exemplis propriorum actuum declararet. Et iubente comite, Eremboldus pretor, assumptis secum prudentibus viris, in Brugensi palatio, supputatis per nomina interfectis Brugensis coloniae vel aliorum locorum, unde personarum noticiam colligere potuerunt[l], invenerunt et scripto indiderunt, quoniam expensio decem[m] milium marcarum argenti meri non potuisset persolvere, quod gratia Dei per hunc veritatis ministrum dignata est moderari.
(44) Hinc factum est, ut virum sanctum omnis homo, tam potens quam impotens, medullitus adamarent illumque secum habitare anhelanter preoptarent[n]. Exhinc toto conamine coeperunt disquirere, quonam in loco sacer presul utiliter ac[o] honeste valuisset residere.

Tract. c. 16. 20. Aecclesia erat in oppido Aldenburgensi sub honore sancti Petri apostoli et[p] omnium sanctorum apostolorum[q] antiquitus fundata, divinis miraculis frequens et famosa, quam[q*] quidam nobilis et multum[r] locuples nomine Conon, frater Everardi Tornacensis, in rationem[s] beneficii de Flandrensi comite habebat, comes autem hanc eandem ab ępiscopo Tornacensi tenebat. Hunc Cononem[t] inflammavit timor Dei, suggerente fidelissima coniuge nomine Hazecca[u], ut aecclesiam sancti Petri apostoli, quam terribilem fecerant divina miracula, immunem sui iuris liberamque perageret et ad laudem Dei abbatiam monachorum instauraret[1]. Oportebat enim impleri superius scriptam beati Petri[v] sponsionem, quam ad ipsum presulem factam retulimus[2], tam de loci structura quam et de
ib. c. 17. ipsius sancti viri obitu et sepultura. Ordinatione vero Dei peractum est, ut, reddente Conone comiti aecclesiam, quam tenebat, comes hanc eandem Tornacensi ępiscopo nomine Radbodo[w] reddiderit. Radbodus quoque ępiscopus cum Waltero[x] archidiacono, laudante clero et gaudente populo, liberam et expeditam condonavit ępiscopo Arnulfo illique canonicam de eadem fecit investituram.

21. Hanc denique aecclesiam seniorum traditio[3] a beato[y] Ursmaro temporibus Dagoberti[z] regis Francorum commemorat aedificatam, quam maięstas Domini diversis revelationibus signorumque ostensionibus multotiens mirificavit. Caeci visum receperunt, surdi auditum, muti loquelam, paralitici vel contracti restaurati sunt, et omnis morbus vel[a]
1081. egritudo optatam ibidem receperunt[b] salutem. Anno[c. 4] autem[d] Domini 1081.[e] sacra[f] nocte
Dec. 24 25. natalis Domini factus est ventus vehemens et validus, qui turres urbium et tecta domorum ac aedificia plurima aecclesiarum concussit, fregit et[g] deiecit. Eadem nocte eiusdemque

a) ab ea gem. abscessit 3. b) perculsa 3. c) mira 2. *Cup.* d) nichilum 3. e) ferox *Cup.* f) an. quidquam 3. g) Item de eodem *rubra* 3; Huius — moderari (*l.* 27) *des. Sur.* h) resistere nec *Cup.* i) vero *add.* 3. k) Hyd 3. l) potuerant 2. *Cup.* m) duorum *Cup.* n) peropt. *Mab.;* praeoptabant *Cup.* o) et 2. *Cup.* p) sanctorumque omn. 3. q) apostolo 2; *deest Cup.* q*) *pro* quam — investituram (*l.* 41) *Sur.:* Eam ergo, laicorum dominio prius expeditam et liberam, per manus Radbodi Tornacensis episcopi conferunt viri Dei Arnulpho, ut illic sibi habitationem paret et futuri monasterii fundamenta primaque initia inchoet. r) *deest* 3. — locuplex 2. s) orat. 2. t) Conon 3. u) Azecca 3. v) apostoli *add.* 3. w) Rabbodo *h. l.* 2. x) Galt. 2. *edd.* y) ab abbate *Mab.* z) Dogoberti 1. a) aut 3. b) recipiunt 2. *Cup.* c) Item de eodem *rubra* 3. d) *deest* 3. e) millesimo octogesimo primo 3; M°LXXXX°I°. 1. 2. *Cup.* f) in s. *Cup.* g) ac 3.

1) Cf. quae Hariulfus a. 1141. Innocentio II. papae de fundatione ecclesiae Aldenburgensis exposuit, Chron. Aldenb. maius p. 59. 2) II, 9. 3) Videlicet in Tractatu supra edito c. 5. 10, p. 868 sq. 4) Sequentia quoque in Tractatu c. 18. relata sunt, Hariulfus vero quaedam aliter narrat, a testibus ipsi tradita.

venti turbine campanarium aecclesiae sancti Petri evulsum est a suis cardinibus et supra tectum turris, in qua stabat, versus orientem proiectum, ita ut per sex dies ac noctes cerneretur pendulum, quasi semper esset ruiturum. Congregati mane loci habitatores, sub omni celeritate convocant[a] architectos, statutis premiis, si illud revocarent, munerandos. At illi multa promittunt[b], restes preparant, balistas erigunt, ligamenta consuunt[c] et multimoda artis argumenta componunt. Et dum populus prestolaretur adinventas artificum machinas, quibus campanarium sperabatur reformari, ante noctis medium, 2.[d] Kal. Ianuarii advenit virtus de caelo in visione ignis et campanarium quidem suis[e] sedibus firmissime relocavit, aecclesiam vero intus et foris flammeo lumine vestivit. Haec me sic referre puderet, nisi testes mille se vidisse perhibuissent.

1081. Dec. 31.

22. Habebat in usum catholicae fidei conservator, ut, si quando egrotus ad illum causa medelae accessisset, mox prelato signo[f] crucis, manum illi imponeret et verba euangelii decantaret[g] tercio dicens, *Super egros manus imponent, et bene habebunt.* Quibus ita tercio dictis, recedebant languores, sanitas sequebatur[h]. Talia pernoscens quedam mulier Aldenburgensis oppidi indigena, venit ad eum, ubi[i] tunc manebat, apud Sanctum Petrum et oravit dicens: 'Rogo te, sancte episcope, tange et benedic caput meum, ut sanari valeam a tantorum afflictione dolorum'. Cui presul: 'Quid molestiae patiaris, vel qua nos ratione adieris, edicito soror'. At illa subiunxit[k]: 'Longum tempus transegi in acerrimis doloribus capitis, qui in tantum me exagitant, ut frenesim me[l] pati homines credant[m], et die nocteque[n] aliqua requies in me non habeat locum. Dormire[o], manducare vel operis[p] quid exercere numquam possum. Tot mibi malis oppressae apparuit quidam divinus monitor, dicens: "Vade ad Arnulfum episcopum et pete ab eo, ut caput tuum tangens benedicat, et continuo[q] sanaberis". His compulsa causis venio et promissam sanitatem exposco'. Ad quam mox[q] episcopus ait: 'Secundum fidem tuam fiat tibi!' Simul et tangens benedixit, moxque capitis[r] dolor cum[s] caloris immoderantia deletus est.

(45) 1084. Marc. 16, 18. cf. Matth. 9, 29.

23.[t] Adhuc* in eodem loco consistente viro sancto, venit quidam de Iherosolymis peregrinus et nuntiavit illi dicens: 'Domine, soror vestra domina Oda, mihi Iherosolymis locuta, nimium efflagitavit, ut dicerem vobis, quoniam, quantumcumque prevalet, laborat et festinat, ut ante vestrum transitum vos in carne videat, vobis loquatur, remissionem delictorum et agendae in reliquum vitae normam atque consilium a vobis presens petat et[u] accipiat. Haec vero summa petitionum illius[v] est, ut vestra oratio ad Deum fiat, impetrans, ut vos non recedatis, donec veniat, et ipsa non moriatur, donec dilectam sibi vestram faciem[w] videat'. Tunc ait homo iustus: 'Oda, soror nostra et in Domino germana, quamvis festinet, quamvis avide properet, frustra contendit, in vanum laborat, in vanum concertat adipisci, quod Dominus aliter disposuit. Videat et contempletur actus nostros et studium timendi Deum[x], de[y] caetero faciem nostram corpoream numquam videbit'. Itaque haec pudicissima mulier properans et festinans nec aliquam sibi requiem attribuens, celeriter intravit Aldenborg[z] et invenit fratrem sepultum octo dies habentem in monumento[1, **].

(43) 1087

24.[a] Sed ut ad ordinem revertamur. Beatus et sanctus Christi miles Arnulfus mense Iunio subintrante coepit curiose requirere, sicubi haberetur memoria sancti Medardi, cupiens sollempnitatem eius, quae est sexto Idus Iunii, in aecclesia eiusdem nomini dicata celebrare. Illo sic sollicito, intimatum[b] est in fundo nuncupato Erningahem[c, 2] stare aecclesiam beati Medardi nomine insignitam, non[d] longe ab Aldenburg in plaga[e] australi; ad quam sanctus Dei presul venit, ut ibi perficeret debita officia pro honore tanti confessoris. Vidit autem

1084. Iun. 8.

*) *Surius pro* Adhuc — videat *(l. 31) habet: Cap.* 43. Habuit venerandus antistes sororem Odam, quae ab infantia sacris eruditionibus instituta, in virginitate voluit permanere. Ea iam grandaeva et Deo sacrata permanens, magno Hierosolymae toties in scripturis memoratae pia devotione invisendae desiderio accensa est. Cumque eo pervenisset, per nuncios, quos habere poterat, saepe obsecravit fratrem suum beatum Arnulfum, ut a Domino impetraret, ne prius alter eorum moreretur, quam mutuo conspectu potirentur. Cum ergo vir sanctus postremo[3] Altenburgi maneret et obitum suum caelitus didicisset, quidam nuncius adveniens ait sororem eius iam redeuntem superasse Alpes et valde accelerare iter, ut possit ipsius conspectu frui.

**) *Surius add.:* Sicque tanto conatu frustrata, virili animo ad illam se visionem extendit, quae nullo dierum numero finitur. Nos quidem tantam futurorum praescientiam in beato viro admiramur.

a) congregant 3. b) pmittunt 1. c) constituunt *Cup.* d) pridie 3. *edd.* e) firm. s. sed. 3. f) sancte *add.* 3. g) t. dec. 3. h) subseq. 3. i) *pro* ubi — exposco *(l. 22) Sur.:* et cum lachrymis questa est quid pateretur. k) dixit 3. l) p. me 1. m) putant 3. n) que *deest* 2. o) vel *add. Cup.* p) q. op. 3. q) *deest* 3. r) d. cap. 3. s) c. c. imm. *des.* 3. t) *hoc cap.* (43) *post c.* 19. *exhibet Sur.* u) atque 1. *Mab.* v) illi 3. w) vid. f. 3. x) Dominum 2. *edd.* y) de — videbit *des. Mab.* z) Oudēburgh *h. l.* 3. a) *hoc cap. deest Sur.* b) indicatum est ei 3. c) Eernegheem 3. d) *deest* 1. e) parte 3.

1) Venit igitur a. 1087, Aug. 22; cf. infra cap. 30. 2) Eerneghem. 3) Quod a. 1087, non, ut in altera recensione indicatum videtur, a. 1084. factum est.

1084. illius fundi populus sanctam celebritatem, et compuncti corde, donaverunt[1] aecclesiae
sancti Petri in Aldenburg duas partes decimarum omnium alodiorum suorum, cultorum et
colendorum, palustrium vel aridorum, silvarum vel pratorum, et quicquid liberae terrae
habere visi sunt, ex hoc duas partes decimae totius annonae, lini et cannae prompto animo
contulerunt. Huius autem largitionis principes quique, nobiles et ingenui illius loci viri,
Bertulfus, filius Ermenarii, cum Ingelborg, uxore sua, Eremboldus et Malgerus, filii[a] Almari,
Leggiva, vidua alterius Ermenarii, cum filiis Ingranno[b], Fredeboldo ac Lamberto, vel tota
istorum consanguinitas, exegerunt a sancto viro, ut aeterno anathemate dampnarentur isti
vel eorum posteri, si quando molirentur de prefata decima aliquid subtrahere vel minuere
vel quocumque[c] modo quippiam dampni inferre.

(46) 25. Loco igitur canonica, ut prefatum est, traditione sibi delegato et legitime emancipato[d], deputavit ibidem aliquos suorum, qui locum mundarent et habitationes Deo servientibus competentes prepararent. Populus[d*] etiam vicinus, sed et longe circumquaque positus, alacriter auxiliabatur dando pecunias et animalia ac diversa subsidia. Gaudebant autem, quod lucerna[e] Dei inter illos emicare cepisset. Nam in atrio aecclesiae beati Petri[f] apud[g] Aldenborg, eo scilicet loco quo steterat vel sederat hic[h] beatus, cum pro pace et concordia insudaret, visa est columpna ignis ab alto prominens consistere, quae ab initio noctis usque circa auroram pregrandi fulgore noctis caliginem mutavit in lucem et cuncta in circuitu spatia luce perlustravit splendiflua.

26. Ipse[i] ad sedem Suessonicam rediens, omnium votis ambitur, omnium gaudiis
celebratur. Pervenit autem ad illum reprehensibilis in plerisque regis Philippi operatio[2]
et continua coercendorum dissimulatio necnon indiscreta episcoporum vel abbatum impo-
sitio. Ideoque coepit tedere super[k] malis quae undique patrabantur, nullo rem publicam
Ps. 118, 28. moderante rectore. Dormitavit ergo anima eius pre tedio malorum, quae cotidie excresce-
bant, quoniam et illa nobilis moderatio Remensis aecclesiae adeo tepuerat, deiecto iure
metropolitanae dignitatis[3], ut nec episcoporum concilia nec aecclesiarum iudicia inibi ex-
ercerentur. Illam igitur compunctionis nutricem, illam silentii custodem, illam vigiliarum[l]
et psalmodiae consciam, illam quietis et divinae contemplationis amicam, primae reclu-
cf. Ps 83, 11. sionis resumpsit semitam[4], eligens abiectus esse in domo Domini magis quam abire, stare
cf. Sap. 6, 7. vel sedere in qualibet divinae legis transgressione. Noverat quippe potentes potenter tor-
1. Petr. 3, 11. menta passuros, idcirco declinavit a malis, ut totis viribus faceret bona; cupiens paratus fore
et pervigil, ut Domino quandoque pulsanti confestim aperiret. Quam reclusionis semitam
cf. 2. Cor. 11, 27. arduo tramite conservavit, sacris virtutibus decoravit, vivens in fame et siti et ieiuniis
ib. 6, 6. 7. multis, in frigore et nuditate, extendens semper mentem suam in scientia Dei, in caritate
non ficta, in[m] verbo veritatis, in virtute Dei, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto.

(47) 27. Emerserunt autem importuniores causae circa locum et circa finitimam regionem,
pro quibus adunati nobiliores quique Aldenborgensis coloniae cum Everolfo monacho[n],
statuerunt, ut venirent ad virum Dei et totis nisibus compellerent, ut rediret in[o] Flandriam
et[h] causis importunioribus modum finemque proferret. At ille conscius futurorum, utpote
qui divinis[p] revelationibus frequentius docebatur, votis se querentium libens annuit, sicut
cf. Philipp. 1, 23. qui[h] re vera noverat se non posse dissolvi, ut esset cum Christo, nisi in loco Aldenborg.
1087. Veniens vero cum illis, frequenti verbo commonebat eos, dicens: 'Quod modo Flandriam
vado, filioli, scitote non tantum esse vestrae voluntatis quantum divinae dispositionis'.

Dumque[q] meant glebas regionis, venit Atrebas,
Quo patuli campi spatio virgulta ferentis
Obdormire volens, desternitur ille iumento,

a) fili 3. b) Ingelranno 3; Angranno *Cup.* c) quoquo 3. d) mancipato 3. d*) Populus — splendiflua (*l.* 19) *des. Sur.* e) Dei luc. 3. f) apostoli *add.* 3. g) in 3. — Aldenborgh *h. l. et saepius* 2. h) *deest* 3. i) *littera init.* I *deest* 2, Post (*ex* pse 2) *Cup.* k) de 3. l) psalmorum et vig. *Cup.* m) in — Dei *des.* 2. *Cup.* n) presbytero *Sur.* o) ad 3. p) s *e corr.* 1. q) *hos versus in prosam orationem dissolvit, reliquos omnes omisit Sur.*

1) Sequentia usque ad finem capitis exscripta sunt ex charta Arnulfi episcopi, Chron. Aldenburg. maius ed. Van de Putte p. 83 sqq. (ubi nomina quaedam corrupta ex hoc capite emendanda sunt). In charta laudata vero hoc iam a. 1084, Mart. 3 factum esse dicitur. Hariulfus ergo erravit dicens hoc mense Iunio actum esse. 2) Qui Ursioni episcopo Suessionensi a se instituto a. 1084. Engelrannum substituit. Cf. Pécheur, 'Annales du diocèse de Soissons' II, p. 111 sqq. 3) Manasse archiepiscopo enim a. 1080. deposito, Helinandus hanc sedem non canonice occupavit, donec a. 1083. Rainaldus ordinatus est. 4) Episcopatum igitur abdicavit.

Utitur et verbis orans, vernantibus herbis 1087.
Ut modicum somni capiat, studio gerit[a] omni.
Haec requies felix, quae provocat agmina caelis.
Tuncque viro fesso, somno per timpora[b] presso,
Visio monstratur, de qua mox ipse beatur.
Nuntius applaudit, quae presul letior audit:
'Aldenborg[c] veniens, non multo tempore vivens,
Secula transibis, felicia regna subibis,
Quae careant fine, quae pollent perpete luce.
Te domus illatum Petri capiet tumulatum;
Tempora nec multa patieris carne sepulta,
Terra tolleris, meritorum laude frueris'.

28. Vir Domini surgens sociosque viae satis urgens,
Sic famulis[d] inquit: 'Iam surgite! Sufficit istic
Nos ita dormisse vel somnia grata vidisse,
Somnia non falsa, quae pandunt premia celsa.
Iam bene celetis quae me referente scietis.
Vobis predico, quod triste manet inimico,
Me cito[e] scansurum caelos civemque futurum
Angelicis turmis[f], precibus quod[g] posco diurnis.
Hinc vos gaudete, letissima corda tenete
Et sic tractate Christum, sic rebus amate,
Ut vos suscipiat[h], quando cinis haec caro fiat!'
Hoc simul ostendit, quod mens cognoscere tendit:
'In Petri templo tumulabor et ipse[i] sepulchro.
Sed iam pergamus, patriam iam calle teramus!
Tempore completo, venient haec munere leto'.
Hinc[k] stupor atque dolor famulantum pectora scidit.

Attamen in eius comitatu nulli licebat aut merore plus iusto affici aut inepta leticia resultare. Tantum erat in illo auctoritatis et gratiae tantusque circa illum vigor disciplinae, ut illum videre et audire omni animae gratum esset, cum tamen vultus eius offensam tanquam grande piaculum precaverent.

29.[l] Mense Iulio, octava decima die mensis cursu prospero cum felici fama virtutum[m] (48) Iul. 18. intravit[n] Aldenborg, ibidemque euangelizans regnum Dei, septem diebus incolumis permansit. Die autem sancti Iacobi apostoli[1], peractis sacris missarum sollempniis, cepit Iul. 25 infirmari, et uno vigintique diebus valetudine laboravit. Cumque in extremis positus putaretur, suggerebant ei fratres, ut sacris offitiis se premuniri faceret, ne forte sine hiis de hac vita exisset. Quibus mitissima[o] voce respondit: 'Karissimi filii, super hoc nolite quicquam sollicitari, quia per Dei misericordiam bene sentio, quid vel quando mihi expediat. Scio tempus, novi et horam; et de his commonebo vos, cum oportunitas evenerit'.

30. Vicesima die postquam decubuit, cum esset sexta feria, ante noctis medium cella, Aug. 13. in qua iacebat, mirabili tremore atque horrifico fragore tercio concussa est et a fundamentis pene collapsa, in tantum ut monachi vel famuli ante illum excubantes intolerabili timore[p] quaterentur et, cellae formidantes ruinam, foras fugere exoptarent[q]. Quos vir Dei verbis consolationis[r] demulcebat et[s], ut se cubitum collocarent, hortabatur, nil incommodi successurum promittens. Tunc ei presbyter et monachus Everolfus[2] flebiliter aiebat[t]: 'Domine, terra tremit, cella concutitur, ostium a[u] me iam tercio diligenter[v] obseratum denuo patet, turbarum murmur hinc inde resonat, et quomodo possumus inter tot terrores obdormire?' Cui homo Dei ait: 'Care frater, ne paveas, et nullus vestrum formidet, quoniam haec omnia supernae maiestatis signa sunt; et postmodum vobis manifestabitur, quae vis hunc terraemotum et huius cellae concussionem patraverit'. Sequenti sabbato, cum vir Domini[w] arti- (49) Aug. 14.

a) gerat, i *superscr. corr.* gerit 3. b) temp. 1. *edd.* c) Aldenburg *h. l.* 3. d) famul⁹ 3. e) scito 2. *Cup.* f) turbis *Cup.* g) quot 2. h) recip. *Mab.* i) tum. atque *Mab.* k) Hic *Cup.* l) *numerus deest* 3, *ubi rubra:* De deposicione eius. m) sanctus Arnulphus *add.* 3. n) Oudenburg intr. 3. o) nit. 2. p) tremore 3. q) exoptabant 3. r) consolatoriis *Cup.* s) ut et 1. t) ait 3. u) iam a me 3. v) *deest* 3; d. t. *Cup.* w) Dei 3.

1) Hac die charta Arnulfi supra p. 892, n. 1. laudata data est *apud Aldenborch.* 2) De quo v. supra c. 8. 27.

1087. Aug. 14. culum mortis imminere sentiret, peractis ex more matutinalibus ymnis, fratribus[a] dixit: 'Iam nunc parate nobis funeri necessaria, quoniam circa noctis initium transibo ex hac vita. Ita enim mihi Dominus, cui pro viribus servire laboravi, nocte hesterna innotuit, quamvis[b] et antea diu hoc scissem, quando terraemotu et aeris concussione fragor cellae inhorruit. Et prima quidem concussione beatus Petrus apostolus advenit, dicens mea omnia peccata remissa et ianuam vitae mihi patere. Comitabatur illum multitudo beatorum, laudes divinas alta voce modulans.

Laudes excelsas tunc decantasse catervas
Ostia senserunt, quae tanta vi patuerunt.
Prima fuit talis processio spiritualis.

In secunda concussione sanctus advenit archangelus Michael cum collegio beatorum angelorum et suo conductu felicem vitam me intrare instanti hora promisit.

Dixerat intente: "Tu caelica regna repente
Me duce suscipies, paradysi convena fies".
His dictis iubilant, caelestia cantica formant,
Quam vim dictorum capiunt vix corda piorum;
Talibus expavit mens, quam vis caelica stravit.

Tercia commotione affuit nostra domina, vera mater misericordiae, cum sanctarum caterva virginum, quae sub gaudio suae assumptionis meam animam assumendam benignissima voce promisit. Sed omnes vos, o fratres[c], contestor per misericordiam Dei, ne, dum adhuc vivo, alicui ista dicatis'.

Aug. 13. Idibus[d, 1] Augusti, properant dum funera iusti,
In feria sexta Christi de sanguine texta[e],
Ad medium noctis veniunt presagia doctis:
Clamor, cantus, odor, strepitus vocesque virorum,
Ymnos vel psalmos resonabat vox populorum,
Atque fores cellae reserantur more procellae.
Cantus ab his cultus sentitur iure tumultus;
Laudant cantando, iubilant et vociferando.
Cum famulis monachi quatiuntur voce feraci[f],
Credunt seque mori, subdentes corda timori,
Irrumpunt[g] laudes, ceu dicant undique plaudes,
Carmina psalmorum solvuntur voce virorum,
Deficiat ne res, responsum dant mulieres.
His monachus quatitur, famulorum turma[h] sopitur;
Corruit hic fortis, credens discrimina mortis.
Non valet ista caro, dum mundo servit avaro,
Et caret his donis pre pondere conditionis.
Caelicus[i] iste chorus divina laude sonorus
Hac illac resonat, plebs caeli carmina donat.
Palpitat et monachus, pavet, aestuat, angit anhelus;
Laudibus atque choris reboat domus illa canoris,
Complet odor cellam, signans intrasse puellam,
Viseret ut servum, meruit quae gignere cervum
Cornua gestantem, saliendo sanctificantem,
Ipsa Dei mater, beemoth per quam ruit ater.
Ipsa Dei genitrix, iustorum semper amatrix,
Rite pios fovit, quorum iam nomina novit.
Ipsamet Arnulfo propria sic voce loquendo
Intulit: 'Ornate multa virtute beate,
Quando meus natus me de convalle levavit[2],
Te tunc assumens ad caeli regna levabit;
Dando pias voces mea tu sollempnia duces,
Et tibi[k] festa choris ego ducam carmen amoris,

a) d. fr. 3. b) quam 2; quamvis — scissem *des. Sur.* c) carissimi *add.* 3. d) *versus hi des.* 3. *Sur.* e) tincta *Mab.* f) veraci *Cup.* g) Erump. *Mab.* h) turba *Cup.* i) Celitus 2. *Cup.* k) ú (ubi) 1.

1) Iterum his versibus referuntur quae supra hoc capite relata sunt. 2) i. e. die assumptionis b. Mariae.

Virgineus coetus iubilabit me duce laetus, 1087.
Gaudia coniuncta deducent agmina cuncta'.
Postea iam monachus trepidus surgens Everolfus,
Pallidus atque tremens, pro tantis[a] vocibus herens,
Aggreditur sanctum, dans toto pectore planctum:
'Hic[b], pater et presul, pro quo sum longius exul,
Dic mihi nec celes, noctu quae gesta reveles.
Affectu tristi moneo sub nomine Christi,
Cuncta mihi dicas, quando me corpore tricas.
Heu nimis infelix! Tegitur tot laus tua velis,
Et nescit mundus tenebrosa morte profundus,
Quis sis vel qualis, quam lucidus ac specialis'.
Plurima dicentem vel talia sic repetentem
Affatu miti presul iubet illa remitti,
Rem similem veri mandat magis ipse taceri:
'Si[c] tibi dego[d] pater, si me, karissime frater,
Diligis ut patrem, caveas me prodere vatem!
Vitae consortem sileas, donec mihi mortem
Pertransisse scias, tunc postea pandere causas
Occultas poteris vel signis prodere veris.
Fortius adiuro te, frater, iudice Christo,
Ut tibi quod credo taceas, dum luce recedo.
Primitus advenit cum Petro presule caeli
Concio[e] depromens, quod sit mea crimina solvens.
Ipse pius Petrus sic protulit, ista locutus:
"Quae mihi commissa sunt stant tibi prorsus aperta.
Nil timeas dampni, patet ex me ianua regni".
Vultibus angelicis fruitus sum semper amicis,
Me confortando de sancto fine, morando
Gaudia fecerunt ymnumque Deo cecinerunt.
Tercius ordo fuit comes almae iam genitricis,
Quae nos invisit, quae mundo gaudia misit.
Gratia plena Dei, quae permanet huic genitrici,
Nobis non cęlat, sed quaeque futura revelat.
Fecerit haec mater Domini, dulcissime frater!
Ad notum morem subiit tunc cella fragorem,
Ostia panduntur, quae sic virtute premuntur;
Hinc reboat cantus caelesti carmine tantus.
Mens tua sic cecidit, quia[f] pondus ferre nequivit.
Illa dies maior consurgens, quam sacrat Auctor,
Est festiva nimis, Deus hac quod surgit ab imis[1],
Celitus assumpta beat hanc et virgo Maria.
Tercia causa datur[2], qua[g] festum multiplicatur.
Deprecor idcirco, custodi quae tibi dico!
Accipe mandata Domini! Quod luce sacrata
Iura sepulturae non fiant, sit tibi curae!
Fossa mihi munda statuatur luce secunda[3].
Haec mea mandata tibi sint in corde parata'.
Respondit frater: 'Quae mandas, ó pie pater,
Omnia servabo, dimittere nulla parabo;
Sed precor, haec festa nobis, pater ó, manifesta:

a) nobis *Cup.* b) Sic 2. *edd.;* Dic *legendum videtur, forsan littera initialis in autographo omissa erat.* c) Sed *Mab.* d) *sic* 1. 2; ego *edd.* e) Conscio 1; Pontio 2. f) quae *Mab.* g) quod *Cup.*

1) A. 1087. videlicet assumptio Mariae (Aug. 15) in diem dominicam incidit, qua die Christus in paschate resurrexit. 2) Scil. festum huius Arnulfi. 3) Feria secunda, Aug. 16.

1087.
Quis locus est dignus, quo tantum condere pignus
Nos[a] tunc[b] possimus, quando vos caelicus ymnus
Sursum suscipiet, gravior nos luctus aduret?'
Presul respondit, hos sollicitosque retundit:
'Ante sepulturam nolitis tendere curam!
Nuntius adveniet demonstrans, quo mihi fiet
Fossa pii tumuli, totius et ordo sepulchri'.

(50) Aug. 14. 31.[c] Itaque vicesima prima die suae infirmitatis, cum esset sabbatum et vigilia assumptionis gloriosae[d] dominae nostrae Dei genitricis et semper virginis Mariae, tunc vocatis discipulis, convocatis etiam vicinae aecclesiae clericis, cum psalmis et letaniis fecit se sacro oleo perungi, dans[e] confessionem coram omnibus et omnium humiliter petens orationem.

Et sic confessus fuit, acsi crimine pressus:
'Pęnitus erravi, scelerum fas multiplicavi,
Monachus et miles tractavi res iuveniles,
Corde gerens fatuum, non vixi ceu decet usum;
Multum peccator, mihimet peccando gravator,
Offendi Regem dantem super omnia legem,
Per quam[f] salvetur quicumque Deum reveretur.
Ecce meam culpam fateor moribundus inultam,
Quam precibus vestris, queso, dissolvite caris'.

Docuit autem eosdem fratres dicens: 'Cras de resurrectione Domini gaudium erit in caelis, et de adventu reginae caeli gaudium sanctis[g] duplicabitur angelis. Largiente[h] Christo, tercia causa addetur, pro qua gaudia triplicentur; idcirco prohibeo, ne die[i] crastina ad opus meae sepulturae terram aperiatis, sed hoc in secundam feriam reservetis. Sic enim caelitus prefixum est, ut in die sancti Arnulfi Metensium antistitis[1] huius peccatoris Arnulfi corpusculum terrae reddatur'. Multa vero predixit tam de regni vel eiusdem loci statu quam et de principum vel pontificum casibus futuris[k], quae omnia veluti prophetavit evenerunt. Iam ergo[l] incumbente hora vespertina, corpus et sanguinem Redemptoris summa cum devotione accepit; omnibus benedicens[m], ab omnibus se benedici expostulavit, et sic ad requiem anhelans, sanctae[n] crucis signo a se tunc propensius adorato totum se consignavit. Tunc* in pavimentum[o] cinere et cilicio stratum semet deponens et nomen Domini orans ac benedicens, felicem dormitionem accepit et regionem viventium, Domino coniun-
Aug. 14. gendus, intravit. Obiit autem 19.[p] [2] Kal. Septembris, anno Domini millesimo octogesimo septimo.

Aug. 15. 32.[q] At ubi obitus eius populis innotuit, mirum dictu, quanta alacritate quantaque devotione plebs undique confluens universa in circuitu complevit. Clerici psalmis instabant, laicorum quidam pauperum concurrentium refectionem procurabant, nobilium[r] quoque ac militum plurima multitudo nimium[s] insistebant, ut decore eximio celebrarentur exequiae sancti pontificis. Tanta vero clericorum ac plebium irruit multitudo, ut non dicam[t] basilica, sed ipsum atrium et atrii confinia non possent capere tam copiosam frequentiam, aliis luminaria congerentibus, plerisque inde gaudentibus, quod tantis exequiis interesse meruissent.
(51) Cumque beati viri corpus de more compositum et pontificalibus insignibus ornatum in aecclesiam fuisset advectum, verens frater Everolfus, ne alicuius rapacitas inter tot promiscuas turbas aureum anulum de manu eius concupiscens preriperet, tulit illum et reposuit. Adveniente vero hora sepeliendi, cum eundem anulum digito eius voluisset indere, frigida manus eius et incurvi digiti sic obdurati rigebant, ut nequaquam extendi potuissent. Tunc pro huiusmodi difficultate amor presentium fidelium indoluit, et cum gemitu supplicabant, ut facultatem Dominus annueret illud corpus sanctum suis cultibus non carere.

*) *Surius ita:* Et in ipso dominicae noctis ingressu de lectulo se subrigens in pav. *etc.*

a) Hoc *Mab.* b) nunc *Cup.* — possumus 1. *Mab.* c) Capł XXX. 3. d) glor. — Mariae *des.* 3. e) et d. *Cup.* f) quem *Cup.* g) dupl. s. 3. h) Larg. — triplicentur *des.* 3. i) in *Cup.* k) venturis *Cup.* l) vero 3. m) benedictus 1. *Mab.* n) signo sancte cr. 3. o) pavimento 3. p) octavo decimo 3. *Sur.*; XVIII. *Mab.*; tercio decimo 2; XIII. *Cup.* q) Capłm XXXIII. *falso* 3. r) nob. — frequentiam (*l.* 41) *des. Sur.* s) plurimum *Cup.* t) *deest* 2. *Cup.*

1) Aug. 16. 2) Sic recte cod. 1; ut enim ex p. 894, l. 2. et nota* et epitaphio (infra c. 34) cognoscitur, Arnulfus obiit 'in fine' diei Aug. 14, non, ut ipse supra indicavit, Aug. 15. Hoc vero die festum eius celebrabatur.

Intererat[a] his exequiis Bernoldus[a*, 1] prepositus Guateniensis[b, 2] cum Ricoardo[c] decano[3], cum maxima turba presbyterorum ac clericorum, quorum hortatu et previa voce cantati sunt psalmi, prosequente letania et[d] flente laicorum conventu, cum subito mirabilis Deus mirificavit sanctum suum in oculis omnium presentium. Re vera etenim, mirum dictu! illis conquerentibus, manus dextera[e] a pectore defuncti sese erexit, digitos erigendo discrevit et anulum inserendi locum dedit. Quo inserto, manus eadem se ad pristinum recollegit et digitos ut antea infra palmam curvavit[f]. 1087. Aug. 15.

Vox populi fertur, mox laudibus omnia dantur,
Et magis hinc[g] plorant, quia sanctum semper honorant,
Premia virtutum retinet quae questor earum.
Presule[h] translato de terris, sede locato
Ecclesiae Petri confertur corpus herilis.
Praeparat obsequium populi grex et[i] monachorum;
Presbyteri veniunt, it clerus et agmina currunt
Omnimodae plebis, portantia lumina sanctis.
Prandia pauperibus vel clero munera dantur,
Munia missarum satis et super hic celebrantur,
Atque dies celebris Christi vel nomine matris
Ducitur excelsa, feriam spectando[k] secundam.
33. Venerat et feriae iam clarum mane secundae, Aug. 16.
Angelus, e caelo descendens, monstrat aperto
Cum sermone locum, faciant quo rite sepulchrum,
Fratribus ostendit; post caelica scandere tendit.
Et faciunt tumbam, feriam ducendo secundam,
Caelitus ostensam, caelesti munere mensam[4].
Namque[l] domus Petri loculus fit corporis almi,
Et iuxta claustra, quae sunt in parte sinistra,
Quo deponatur vir sanctus, fossa paratur.
Mense sub Augusto dedit almus funera busto,
Conditur in tumulo, dans membris pignera[m] seclo.
Planctus vel gemitus, suspiria cordis ab intus
O quot mittuntur! quociens tunc[n] et repetuntur!
Clamat amor cordis; mugit, eiulat ardor amoris.
Traditur huic baculus pro signo pontificatus,
Stagneus[o] atque calix fit testis sacrificantis.
Plumbea scribuntur, quae postea scripta legantur[5];
Et tabulae modulo positum stat pectoris antro.
Infula pontificis monstratur vestibus aptis,
Aurea traduntur pedibus sandalia sancti.
Tales ornatus secum tulit ille beatus,
Per quae clareret, quam digno flore niteret
Spiritus[p] in caelis vivens per secula felix.

34. Nunc igitur considerandum et fideli mente retinendum est, quantis laboribus quantisque afflictionum generibus iste servus Christi tantam meruerit[q] virtutis efficaciam, ut etiam membra defuncti miraculorum laude polleant. Nec enim gulae et ventri[r] serviendo et humanis cupiditatibus inhiando tale donum a Christo percepit, sed corpus mortificando, mandatis Dei invigilando, verae caritati inherendo et in via iustitiae cotidianis augmentis

a) Inter. — presentium (*l.* 4) *des. Sur.* a*) Bernardus 1. *Mab., cod. Ursicamp. a Cupero laudatus.* b) Guatenensis 2. *Cup.;* Watinensis 3. c) Riquardo 3. d) prosee *add.* 3. e) dextra 2. f) recurv. *Cup.* g) hunc 2. *Cup.* h) Item de eodem *rubra* 3. i) ac 3. k) *i. e.* exspectando, *quod edd. falso praebent.* l) Iamque 3. m) pignora 3. n) et tunc 3. o) Stanneus *edd.* p) Xpc 1. q) meruit 3. r) ventris 3; veneri *Cup.*

1) Hic plerumque Bernoldus dicitur; vide Chron. Watin., SS XIV, p. 164, n. 2. (*Bernaldus* Lamb. Aud. Geneal. com. Flandr. c. 7, SS. IX, p. 311). Sed Bernardus ut in cod. 1 nominatur in Vita Iohannis episc. Morin. auct. Ioh. de Colle-medio c. IV, § 19, Acta SS. Ian. II, p. 798. 2) Walten (arr. Dunkerque, cant. Bourbourg). 3) Watinensi, qui — tunc canonicus — Riquardus dictus occurrit Chron. Watin. c. 10, l. l. p. 167. 4) Est participium verbi *metiri* passive usurpatum. 5) Cf. III, 15, p. 903.

1087. crescendo et perseverando. Et quoniam cordis eius cubile, corpore edomito, rite fuerat purificatum, idcirco complacuit Spiritui sancto, ut glorificantem se glorificaret et sibi pure servientem in conspectu omnium hominum amabilem atque laudabilem exhiberet. Aspiciant igitur dignanter haec legentes et prudenti memoria colligant huius viri prophetiam, quam ante plures dies in[a] pago Suessonico apud Ulciacum castellum habitans predixerat[1], quod[b] exequias funeris eius nemo pontificum aut abbatum celebrare[c] conveniret, sed per monachum et[d] presbyterum suum circa eum omnia supplerentur. Talis namque tantaque occupatio vicinos abbates, duos Gandenses[2] et unum Bergensem[3], prepedivit, ut, sollicite invitati, libenter occurrere vellent et nullo modo prevalerent*. Celebratis itaque missarum sollempniis a multis, qui undique confluxerant, sacerdotibus, in[e] pauperum usus largissimis stipendiis
Aug. 16. distributis, qua die sancti Arnulfi Metensium antistitis sacer natalis recolitur, eadem die in ecclesia[f] beati Petri apostoli apud Aldenborg[g] huius sancti viri corpus sepultum est et[h] subiecto[i] epitaphio prenotatum**:

[k] *Miles in hoc mundo, modo pulvis in hoc monumento,*
Militiam mundi sprevit amore Dei.
Cuius tutela, qua vivitur absque querela,
Primum devotus Suessionis monachus
Et mox angustae devotior incola cellae
Se[l] per pauperiem[m], frigus et esuriem
Atque per insomnes in fletibus et prece[n] noctes
Virtutum studiis extulit et meritis.
Abba dein[o] factus et presul, utrumque[p] coactus,
Quae digne subiit, dignius excoluit.
Huc[q] veniens demum, Domino donante, supremum
Claudens morte diem, transiit[r] ad requiem.
Transitus eius ei provenit fine diei,
Aug. 14. *Quam sequitur celebris, orbe colente, dies,*
Aug. 15. *Qua caeli dominam de mundi valle Mariam*
Intulit astricolis caelica turma choris;
Aug. 16. *Presulis Arnulfi qua festa dies celebratur,*
Presulis Arnulfi corpus humo tegitur.

Completur[s.***] hoc opusculum anno post transitum eius vicesimo octavo, indictione 7, quem
1114. credimus ab incarnatione Domini millesimum centesimum et quartum decimum, regnum

*) *Surius add.:* Unde est id admiratione dignum, quod sanctus praesul tanta fuit rerum futurarum providentia, tanta sancti spiritus illustratione praeditus, ut haud aliter res evenirent quam ipse praedixisset.

**) *Surius pro* et — prenotatum *habet:* in eius basilicae parte aquilonari. Postea rogatus Regemarus Sancti Bertini monachus eiusmodi epitaphium composuit.

***) *Surius pro reliqua hac parte capituli habet:*

52. De miraculis post obitum eius.

Postquam vir beatus humanis rebus exemptus est, multa ad eius exuvias divinitus sunt miracula declarata, multi morbi et languores curati. Nunc vero ab oriente et occidente permulti assidue confluunt et pulverem eius tumulo propinquum colligentes, ad suos morbidos eum absportant atque inde salutare remedium illi celeriter obtinent[4]. In calce libelli mihi meus cudendus est apologeticus, ut, quorum relatu haec didicerim, quibusve urgentibus haec scribenda suscipere ausus fuerim, omnibus perspicuum fiat. Primus ex iis fuit is, quem saepe diximus, Everolfus, in eius servitio perseverans, qui cum praesens res eius certius cognovisset, mecum Altenburgi manens ad dies aliquot, cuncta quae noverat mihi in cera exaranti ordine enarravit. Alter Arnulfus, sancti viri ex sorore nepos et primus abbas Altenburgensis, quae ceris impresseram mihi adiumento fuit, ut ea atramento in chartis conscriberem. Tertia denique soror eius Adzela[5], quae illi fuit familiarior, multa de eo nobis indicavit.

a) in — habitans *des. Sur.* b) ad *add.* 3. c) conv. cel. 2. *Cup.* d) ac 2. 3. *Cup.* e) distr. in p. usus larg. stip. 2. 3. *Cup.* f) basilica *Cup.* g) Oudemburgh 3. h) *deest* 3. i) subiuncto 2. 3. *Cup.* — epytafio 2. k) Epithafium *minio* 3. l) Et *Sur.* m) Se pauperem 3. n) *deest, spatio vacuo rel.* 2. o) de . ., *spatio vacuo rel.* 2. p) utrimque 2. *Cup.* q) Hinc 2. r) transit 3. s) Item *rubra* 3.

1) Supra c. 8. 2) Folcardum Blandiniensem et Wichmannum S. Bavonis. 3) S. Winnoci Ingelbertum. 4) Haec in altera recensione l. III, c. 1. relata sunt. 5) De qua v. supra I, c. 19. 20.

Francorum tenente Hludovico[a], filio Philippi regis, ab isto viro Dei ante ortum prophetato, septimo regni eius anno, Romanae aecclesiae presidente beato Paschali papa secundo, Remensem metropolim gubernante domno Rodulfo[b] archiepiscopo, regnante domino et salvatore nostro Iesu Christo, cui cum Patre in unitate Spiritus sancti sit omnis honor et gloria, laus[c] et imperium per infinita secula[d] seculorum! Amen.

EXPLICIT[e] LIBER SECUNDUS DE VITA SANCTI ARNULFI.

INCIPIT PREFATIO LISIARDI[f] EPISCOPI AD REMENSEM[g] ARCHIEPISCOPUM.

Domino iure amabili, merito venerabili Rodulfo, Dei gratia sanctae Remensis aecclesiae archiepiscopo, Lisiardus[h] filius, utinam idoneus minister sanctae Suessionensis[i] aecclesiae, salutem et piorum palmam victricem. Residente vestrae paternitatis dignitate[k] in illo magno 1119.
atque inauditae episcoporum multitudinis concilio[l], quod auctoritate presentis[m] domni papae Kalixti[n] Remis celebratum est[1], cum et ego humilis vestro lateri infererem, conquestus est in commune nobis frater et coepiscopus noster Lambertus Noviomensium ac[o] Tornacensium antistes iniustum et ingratum sibi videri, nec soli sibi, sed multis, quod sanctus presul Arnulfus, predecessor meus, qui sanctam vitam et Deo placitam duxit, cuiusque sanctitas multis valde miraculis a Domino comprobata est[p], in sinu humidae terrae adhuc cubaret neque de luto fecis usque adhuc elevatus esset. Aderat testis miraculorum eius regia maiestas[2], ipsius sancti Arnulfi impetrata lacrimis et precibus condonata[3]; aderat Petrus archidiaconus Suessonicus, qui se caecum natum fuisse atque per salivam oris viri Dei Arnulfi se oculos accepisse cum multorum testimonio fatebatur[4]; aderam et ego, licet minus idoneus, qui me in ordinem subdiaconatus ab eo consecratum plurimum exultabam, et illi olim cohabitans, abstinentiam et rigorem[q] vitae latius cognoveram, presagia multa audieram, miracula non pauca presens complexeram[r]. Cumque haec et his similia multa a plurimis protestata[s] referrentur, placuit paternitati vestrae inferre dicendo: 'Cur me afficitis relatibus vestris, cum ipse melius vobis cognoverim opera sanctitatis eius. Vidi[t] eum in Calvo-monte[5] dedicationem facere, ubi femina de vico quem dicunt Caviniaco[u, 6],

Ter quinis annis oculorum predita dampnis,
In faciem sancti se misit voce precanti.
Mox, mora nulla fuit, postquam presul benedixit,
Palpebra se scidit, patuit lux, femina vidit[7].

Sed estote[v]! Fecerit mira, vixerit iuste. Non dico levandum, nisi gratia Dei per[w] clara signa caelitus dederit testimonium. Adest Romana aecclesia, adest ipse dominus papa; referatur haec res ad eorum cognitionem, et sequamur inde illorum examen'. Factum est, et consona omnes voce in vestram[x] se redegerunt sententiam. Itaque quae et quanta, postquam sepultus est, circa extincta ossa eius Dominus et Salvator[y] demonstrare dignatus sit miracula, hac presenti decrevimus vobis et matri aecclesiae intimare pagella, ut precedens cognitio vestra in auctoritatem securius legendi caeteris proficiat.

EXPLICIT PREFATIO[z].

INCIPIUNT CAPITULA[a].

1.[b] De igneo splendore[c] e[d] Crucifixo prosiliente.
2. De pulvere circa tumulum eius collecto.

a) Hludow. 2; Ludovico 3. b) Radulpho 3. c) *deest* 2. *Cup.* d) seculorum secula 3. e) *sic* 3; Expl. Arnulfi *des.* 1. 2. f) Liziardi 3. g) arch. Rem. 3. h) Lizyardus 3. i) Suessionis 3. k) vestra paternitate *Mab.* l) consilio 3 *plerumque pro* conc. m) presenti 3. n) Kalisti 2. 3. o) et 2. *Cup.*; Noviomensis et Tornaceñ 3. p) sunt, est 3. q) regimen 1 *Mab.* r) conspexeram 2. *Cup.* s) constata *corr.* contestata 3. t) enim *add.* 3. u) Cāniaco 3. v) esto . . *(locus rasus)* 1. w) D. p̄clara 1. x) nostram *Cup.* y) noster *add. Cup.* z) 3 *ponit h. l. hanc rubram:* Explicit liber secundus de episcopatu. a) de transitu eius *add.* 3, *ubi index capitum ante librum I. positus.* b) Prefacio Liziardi episcopi ad Remensem archiepiscopum l. *praemittit* 3, *et ideo sequentes numeri cap. unitate maiores.* c) super eum *add.* 3. d) et 2? *edd.*

1) A. 1119, Oct. 20. 21; cf. Hessonis schol. relatio de conc. Remensi, SS. XII, p. 423 sqq.; Orderic. Vitalis XII, 21, ed. Le Prévost V, p. 372—393. 2) Ludovicus VI. 3) Cf. l. I, c. 29. II, c. 3, a nobis omissa, ubi narratur, Arnulfum orasse, ut Bertha regina prolem masculam conciperet, et prophetasse eam hunc Ludovicum parituram esse. 4) Cf. l. I, c. 27. 28, a nobis omissa, ubi nomen Petri, tunc infantuli recentis a partu, filii Guidonis nobilis viri (de Châtillon-sur-Marne), non commemoratum est; leguntur vero in priore recensione Surius c. 14. quae hoc loco dicuntur. 5) Chaumont-Porcien (dép. Ardennes). 6) Chavigny (dép. Aisne, arr. Soissons). 7) Cf. l. II, c. 12, a nobis omissum.

3. De terrore caelitus acto contra[a] hos qui illum[b] furari querebant.
4. De muliere contracta et[c] ibidem sanata.
5. De cereis ibi[d] caelitus accensis.
6. De multitudine languentium inibi[e] recuperatorum.
7. De hydropico sanato.
8. De balena per eius[f] nomen devicta.
9. De paralitica sanata.
10. De[g] homine sanato nocte[h] sancti Iohannis baptistae, 8. Kalendas Iulii.
11. De duobus senibus ibidem melioratis[i].
12. De manco ibi recuperato[k].
13. De reliquiis sancti[l] Arnulfi in combusta aecclesia non combustis.
14. De homine qui ideo infirmatus est, quod votum non implevit[m].
15. De elevatione[n] corporis eius.
16. De tribus miraculis tunc[o] peractis.
17.[p] De spera in caelo apparente.
18. De homine pacem respuente debilitato[1].
19. De ȩpiscopo Helgoto[q, 2], qui nolente eo successit et cito periit[3].

INCIPIT[r] LIBER TERCIUS.

1. Postquam beatus iste servus[s] Dei humanis rebus feliciter exemptus est, diversa miracula circa[t] eius exuvias a Domino peracta[u] sunt, ac plurimae languentium sanitates[v] condonatae. Non longe vero a tumulo eius stetit altare, et crux grandis superposita, habens imaginem crucifixi Domini, de cuius imaginis vultu et[w] de pectore viderunt duo fratres[x] spirituales igneum globum ceu fulgur erumpere et in illius tumbam circa eius pectus celeriter transilire. Quo signo datur intelligi, quoniam ille qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum huic famulo suo verae lucis gaudia contulisset. Sequenti tempore, eodem tamen anno, tumba ipsa a capite usque ultra pedes scissa est et in directa[y] divisa, quasi ad lineam fuisset concisa[z]. Ista autem divisio vel scissura instantis elevationis eius precurrens presagium omnium mentibus intimavit.

2. A primo quoque tempore depositionis eius ardor fidei et devotionis tantus circa illum enituit[a], ut quicumque egrotantes per se vel per missos suos venirent[b] ad sepulchrum sancti Arnulfi, et per circuitum colligentes pulverem volitantem, reportabant sibi quasi certam medicinam. Ipsum vero pulverem cybis suis aut poculis immittentes seu siccum pulverem lambendo sorbentes[c], a cunctis infirmitatibus evadebant[d] et certissimum remedium velocius assequebantur. Et hoc non quater aut septies vel decies[e], sed milies evenisse notissimum est. Vidimus[f] energuminum pessime vexatum, cui cum pulvis ille nolenti in os fuit[g] iniectus, mox hostem evasit et mentem recepit. Pulvis iste celeber non soli nostrae Flandriae[h], sed omnibus finitimis regionibus grandem suae utilitatis notitiam comportavit. Anglia, Gallia, Scotia, Fresia[i] sic tenuerunt; externae gentes patriaeque simul[k] cinerem rapuerunt.

3. Haec et his similia multa postquam sic fieri lacius comperta sunt, et rumor iste laudabilis Frantiam penetravit, cum et gratus odor ex eius tumba iugiter emanaret, monachi Sancti Medardi graviter condolentes, quod tanti viri exuviis[l] caruissent, consilium inierunt cum suo[m] abbate Odone[4], ut quasi visitationis gratia locum Aldenborg[n] adirent et clam tumulum eius aperirent, ut extracta ossa ad suum[o] coenobium Suessionis sub omni celeritate deportarent. Ventum est eo usque, et paratis huiuscȩ negotii instrumentis, noctu[p] coeperunt aperire tumulum eius a latere dextro. Mox ingens fragor caelitus[q] intonuit, concutiens fodientes et nimium consternatos[r] ab incepto deterruit. Illi paulo post recreati et ex occulta aeris passione id accidisse autumantes, redierunt ad sepulchrum, ut ceptum perficerent; sed statim, ut coeperunt fodere, iteratus fragor terribiliter increpuit. At illi facti exanimes, corruerunt in terram, ac tandem resumpto anhelitu, cum nimia formidine aufugerunt. Cumque de longe starent, suppresso murmure musitantes, subiit[s] illos cogitatio, ut iteratam temeritatem tercio repeterent et, an ullus cederet effectus, denuo attemptarent. Adveniunt tremuli, applicant manus pavitantes, sed continuo intolerabili terrore iam tercio percelluntur; alliduntur pavimento, palpitant exanimes et pene premortui, quid fuerint, nesciunt. Horarum vero trium spacio evoluto, ad sensum redierunt, et nimium angustiati

a) super illos 3. b) f. i. 2. *Cup.*; f. eum volebant 3. c) et ib. s. *des.* 3. d) ibidem acc. 3. e) ibidem 3. f) n. e. 2. 3. *Cup.* g) *huius argumentum capitis post c.* 12. *positum est* 2. 3. *edd., in contextu vero ordo capitum recte servatus.* h) nocte — Iulii *des.* 3. i) curatis 3. k) curato 3. l) rel. eius in medio ignis n. c. 3. m) hom. fallaci correpto 3. n) sacri *add.* 3. o) t. p. *des.* 3. p) *inscriptiones capp.* 17—19. *des.* 3, *adsunt vero capita ipsa; ibidem rubra:* Expliciunt capitula de transitu eius. q) Belg. *edd.* r) *sic* 1. 2; Inc. de transitu eius 3. s) Dei s. 3. t) iuxta *Cup.* u) facta *Cup.* v) sunt *add.* 3. w) ac pect. 2. 3. *Cup.* x) spir. *(in marg. suppl.)* seniores fr. 3. y) et indirecte 3. z) conscisa 3; conscissa *Mab.* a) emicuit *Cup.* b) venerunt *Cup.* c) sorbendo 2. *Cup.* d) evadebat 3. e) octies *Cup.* f) et *add.* 3. g) fuisset 3. *Chron. Aldenb.* h) Franciae *Mab.* i) Frisia 1? *Mab.* k) cin. s. 3. l) eximiis 2. m) a. s. 3. n) Aldenborgensem 2. *edd. Chr. Aldenb.*; Oudēburgensem 3. o) c. s. 2. *Cup.* p) nocte 3. q) *deest* 3. r) consternato 2. s) ut sub 2.

1) Huius argumenti est cap. 19. libri III. 2) Suessionensi. 3) Nihil omnino de ȩo episcopo habetur in hoc libro. Et quidem Helgotus cito non periit, sed in Monasterium-maius prope Turonos secessit, anno scilicet 1088, ubi postea abbas factus est. Eius apologiam fecit Ivo Carnotensis episcopus in epistola ad Paschalem II. summum pontificem. MAB. 4) Sedit inter annos circiter 1085. et 1095.

fecerunt votum, quod numquam amplius attemptarent sacrum corpus vel[a] eius sepulchrum temerare. Arnulfus, nepos ipsius sancti presulis et primus abba[b] Aldenborgensis, haec[c] patrare conatus est cum duobus monachis, Godeberto, natione Aldenborgensi, et Boldrado[d] Brugensi, quorum etiam relatione haec eadem sic gesta innotuerunt. . . . . . .

6. Anno etiam[e] dominicae[f] humanitatis post mille et centum quinto decimo per totam vicinam regionem 1115. facta est plaga sevientium morborum in hominibus utriusque sexus et totius aetatis; et tunc catervatim properantes languidorum baiuli, satagebant proicere egrotos suos circa tumbam Arnulfi servi Christi[g]. Tanta vero diffusa est gratia in reparatione languentium, ut a medio Aprili[h] usque[i] medium mensis Augusti, quando transitus eius celebratur, sexaginta sint curati notorum, preter eos qui sic sanati sunt, Aug. 15. 1116. ut ad notitiam nobis non venerint. Similiter factum est et[k] anno sequenti, et[l] a mense Maio usque ad mensem Augustum quinquaginta hominum utriusque sexus diversaeque aetatis reparatio ibidem condonata fuit[m]. . . . . . .

8. Sub eodem tempore exeuntes de ista Flandria piscatores, balenam permaximam circumdederunt, lanceis et iaculis vulnerantes, ut devictam ad terram conveherent et de morte bestiae divitias[n] sibi aggregarent. At bestia[o] immanis, quamvis fortiter iaculis et lanceis fuisset vulnerata, capi vel sedari nequaquam potuit; sed ex dolore plus insaniens, modo aquas vomebat ad caelum, modo se submergebat in profundum, modo de profundo resurgens, caudae suae et alarum impetu confringebat armamenta navium. In tanta difficultate dixit unus ad socios: 'Invocemus sanctum Arnulfum de Aldenborg et voveamus illi[p] partem de pisce, et confido, quia auxilio eius cito hanc bestiam devincemus'. Fecerunt ita; et statim balena[q] destitit sevire, et se[r] capiendi atque funibus colligandi locum quietissimum attribuit.

9. In vigilia dominicae ascensionis ad concentum sancti euangelii intra synaxim vespertinam quae- Maii 10. dam paralitica sanata est.

10. In nativitate sancti Iohannis baptistae, dum noctu vigilias ageremus, quidam homo ibidem Iun. 24. sanatus est. . . . . . .

12. In feria sexta ebdomadae pentecostes quidam iuvenis[s] aridam manum se habere dolens Maii 26. venit. . . . . . .

13. Antequam de terra levarentur ossa sancti Arnulfi, habebat aecclesia sancti Petri multas sancti eiusdem reliquias, id est totam suppellectilem peculiaris capellae eius. Ex his vero reliquiis dederunt fratres quandam portionem quibusdam de insula Scolda[1] hominibus, ut aedificarent aecclesiam in nomine Christi, sub titulo sancti Arnulfi. Aecclesia illa constructa, et erecto altari, posuerunt capsulam istarum[t] reliquiarum in altari. Et accidit per incuriam, ut illa aecclesia ignibus deprehensa funditus arderet; capsula vero reliquiarum sancti Arnulfi ab ignibus intacta et omnino illesa in altario sedit. Ipsa autem palla altaris, in quantum tangebat capsulam vel subiacebat, incombusta remansit.

14. In insula quae nuncupatur Bevelanda, hoc est tremula terra, quidam nobiles, quorum caput erat Alvisus, filius Landradae, et Ellicus, frater eius, contentionem et litigium exercebant adversus compares suos, aequę nobiles viros; unde contigit, ut quidam nomine Wido[u] ante portam Ellici in manu vulneratus duos amitteret digitos, medium et medicum[2], et maneret duobus digitis debilis et mancus. Hac pro re viguit magna Widonis et amicorum[v] eius[r] inimicitia contra Alvisum et Ellicum contraque amicos vel complices illorum, quousque sanctuarium sancti Arnulfi in illas partes deveheretur ad faciendam pacem inter gentes ignorantes Deum. Ille vero Wido, duorum digitorum damno deformatus, in aecclesia deprehensus a monachis et clericis coram se prostratis, cum et reliquiae sancti Arnulfi coram eo solotenus iacerent, artatus est, ut sponderet pacem se facturum cum Alviso et Ellico, suis quondam inimicis, et eiusdem sponsionis arrabonem coegerunt eum ponere super reliquiarum lecticam suae[w] manus cyrothecam. Et quidem propter reverentiam presentium sanctorum obedivit ad horam; sed domum reversus et a propinquis et[x] clientibus probrose increpatus, aversus est a bono et supersedit perficere quod spoponderat sancto Arnulfo. Statim invasit illum fortis egritudo, qua detentus decubuit diebus[y] viginti et uno. In quibus non somnum vel[z] cybum capiens, sed de die in diem[a] peius tabescens, ad hoc redactus est, ut, accersito presbytero, de funere cogitaret. Tunc presbyter dixit ei: 'Omnis haec infirmitas, quam tam durę pateris, pro mendatio, quod sancto Arnulfo mentitus es[b], iuste infertur. Sed, si mihi credas[c] et[d] promissam pacem atque mancorum digitorum tuorum reatum bono corde indulgere non renuas, spero in Deum vivum, quod convalesces et vitam tuam prosperari senties'. At ille nichil[e] deliberans: 'Defer ad me', ait[f], 'istam sanctam crucem!' Qua pre manibus oblata, ait: 'Ecce certissime novi, quoniam propter meam falsitatem incurri[g] infirmitatem; sed, si nunc sanctus Arnulfus exoret[h] pro me, ut possim vivere, voveo et iuro in cruce ista, quod de pace et digitorum meorum indulgentia, quicquid dudum promisi, complebo omnia'. Sic dicens et novo dono novum votum in cruce perficiens, continuo subiecit: 'Si habeo amicum vel fidelem, provideat mihi, ut cito manducem. Nam timor mortis a me recedit[i], spes tota vitae mihi succedit'. Quid plura? Statim cybo et potu refectus, convaluit; post[k]

a) eius vel 2. *Cup.* b) abbas 2. 3. c) hoc 3. d) Baldrado 3. e) *deest Mab.* f) incarnationis *add.* 3. g) Dei 3. h) Aprił 3. i) ad *add.* 3. *Cup.* k) ut *Mab.*, *deest Cup.* l) ut *Cup.* m) est 3; sit *edd.* n) victum 3. o) i. b. 3. p) ei *Cup.* q) bestia 3. r) *deest* 3. s) iuvenculus 2. *Cup.* t) ipsarum 3. u) Gwido 3 *saepius.* v) inimicorum *Cup.* w) sive *Cup.* x) vel 2. *Cup.* y) vig. d. et u. 3. z) aut 3. a) die 2. b) tibi *add.* 3. c) credis 3. d) *deest* 3. e) nil 3. *Cup.* f) inquit *Mab.* g) istam *add.* 3. h) pro me oret *Cup.* i) recessit recedit 3. k) et p. *Mab.*

1) Schouwen. 2) Est quartus digitus, quem dicimus 'ringfinger'.

diem tercium, ascensis equis, Flandriam intravit, Aldenborg[a] petiit et coram fratribus penitentiam egit. Rediens vero in locum suum, omnia, prout[b] postulatus erat et prout ipse primitus devoverat, ad perfectum complevit et in pace, quam spoponderat, stabiliter permansit.

15.[c] Haec et alia supernae gratiae documenta postquam ad aures ępiscopi domni Lamberti sive ad noticiam fidelis populi latius pervenerunt, idem iniit ępiscopus consilium[d] 1120. Oct. 17. in concilio Belloacensi[e] 15.[f] Kal. Novembris cum quibusdam coępiscoporum[g] suorum, quid facto opus esset ad tantam Dei magnitudinem. Intererant[h] ibi ępiscopi Francorum Willelmus[i] Cathalaunensis, columna doctorum, Ioffredus Carnotensis ępiscopus, Deibertus[k] Senonensis archiępiscopus, Aurelianorum ępiscopus[1], Parisiorum ępiscopus[2], Clarembaldus Silvanectensis ępiscopus, Petrus Belloacensis[l] episcopus, Angelrannus Ambianensis ępiscopus, Rodbertus Atrebatensis ępiscopus, Iohannes Morinorum[m] episcopus, Lambertus Tornacensis ępiscopus, Borgardus[n] Cameracensis ępiscopus, Bartholomeus Laudunensis episcopus[o], Lisiardus ego indignus Suessionensis ępiscopus, abbatum, archidiaconorum, prepositorum et copiosa cleri multitudo. Inter caeteros quoque affuit ipse Aldenborgensis abbas[3], ferens in manibus[p] libellum de vita et moribus miraculorumque gestis ipsius sancti Arnulfi, quem libellum ego de manibus eius accipiens aperui et apertum obtuli ępiscopis, dicens: 'Ecce, domni, libellus iste me conscio meque auctore de vita eius conscriptus est, cui, quod vera sint omnia quae narrat, testimonium in fide perhibeo; et de cuius miraculis et hic quosdam et domi plures valde testes veraces adhibeo. Hunc ergo libellum postulo a vobis diligenter considerari, ut ex huius noticia valeatis, quid de illo agendum sit, melius informari. Vestra autem sanctitas audiat iudicium meum, quoniam, si in diocesi mihi commissa pausaret, longum est, quod in terra non iaceret'. Tunc Willelmus[q] Cathalaunensis ępiscopus accepit libellum et, inspiciens[r] a principio, vidit numerositatem capitulorum et ait ad episcopum Tornacensem: 'Domne, quid amplius queritis? Absque libello isto sufficit vobis[s] testimonium domni[t] ępiscopi Suessionensis et clericorum eius; debet vobis magnam fidutiam prebere iste talis abbas, cuius et aetas suscipienda est, et prudentia bene placet. Libellum vero istum, quia sinodalibus negotiis occupamur, percurrere non vacat'. Ioffredus[u] Carnotensis ępiscopus ait: 'Domne Tornacensis, dico vobis in veritate: Si Dominus[v] talia vel semel fecisset circa aliquem predecessorum meorum, ego nec papam nec legatum nec vel archiępiscopum consulerem, sed tota constantia sanctum Dei, ut dignus est, exaltarem'. Interim, dum haec ab ępiscopis decernuntur, quidam nobiles magistri scolarum acceperant libellum et cursim perlegerunt[w] quaedam gestorum capitula. Quidam ergo eorum recurrentes, ubi erant ępiscopi, cum magna constantia fatebantur: 'Re vera ex Deo non est, qui huius sancti exaltationi contrarius est'. Tunc Willelmus[q] Cathalaunensium[x] ępiscopus ait: 'Per Deum turpe est, quod de re tam aperta dubitamus. Unde vos, domne Tornacensis, cum Domini gratia, remota omni ambiguitate, statuite diem, quo ad locum conveniatis et sanctum servum Domini de terra elevando honorifice recondatis[y]'. Lambertus ępiscopus Tornacensis ait: 'Ecce legatus in hac ipsa basilica cum archiępiscopo nostro Remensi[4] vel Turonensi[5] eminus residet; rogo vos, placeat vobis ante illos venire et vestram sententiam illorum iudicio confirmare'. Episcopi dixerunt: 'In nomine Domini[z] fiat!' Ut ventum est, Lambertus[a] ępiscopus dixit domno Cathalaunensi[b]: 'Rogo, agite causam meam!' Cumque ille brevi facundia ante legatum et archiępiscopos causam explicuisset, tam legatus Conon[6] quam et Remensis archiępiscopus una voce responderunt: 'Iudicium vestrae auctoritatis plene suscipimus et decretum vestri consensus corroboramus'. Ita[c] ępiscopus Lambertus convocans abbatem, designavit diem[d], quo Aldenborg conveniret[e], id[f] est Kal. Maii, et viri Dei corpus sanctum de humo levatum iuxta morem Gallicanae aecclesiae ceu re vera sanctum

a) Oudemburgh 3. b) ut 3. c) XIIII. *iterum* 3. d) et *add.* 3. e) Belvacensi 3. f) XV. K. N. *des.* 3. g) episc. 3. h) Intereant 2. — inibi *Cup.* i) Guill. 2. — Cathaulaun. 3. k) Delb. *edd.* l) Boloacensis 1; Bolloac. 2. m) Mor. — Borgardus *des.* 3. n) Bugardus 2. o) *deest* 1. *Mab.*; Lamb. Torn. ep. *h. l. add.* 3. p) manu *Cup.* q) Gill. 2. r) conspiciens 3. s) nobis *Cup.* t) *deest* 3. u) Iosfr. *h. l.* 2. v) t. D. *corr.* D. t. 1. w) perlegerant 2. *Cup.* x) Cathaulanensis 3. y) condatis 3. z) ita *add.* 3. a) dixit L. ep. 3. b) Cataulaun. 3. c) Itaque *edd. Chr. Aldenb.* d) id est Kal. May *h. l. iam add.* 3. e) veniret 3. f) id — Maii *des. h. l.* 3.

1) Iohannes V. 2) Gilbertus. 3) Hariulfus, auctor praecedentium librorum, quos synodo offert. 4) Radulfo. 5) Gilbertum Turonensem archiepiscopum interfuisse synodo, supra non dictum est, quare Mabillon lapsum calami et *Senonensi* legendum esse suspicatur. Sed supra nec Remensis affuisse dicitur, sed ii soli enumerantur qui aderant, cum de elevatione Arnulfi ageretur, inter quos Senonensis. Erravit igitur Mabillon. 6) Cardinalis episcopus Praenestinus.

reponeret. Dedit etiam litteras cum sigillo, quibus omnem Tornacensis[a] diocesis populum 1120.
ad tam sanctum officium convocaret[1].

Fama volans, celeri currente meatu,
Diversos populos has sedes visere fecit.

Taceamus de Flandria, Walachrenses, Scoldanii[2], Bevelandenses, Anturpenses[b], Texan- 1121.
driani, Wasiani[3], Brabantini, Menapenses, Morinenses, Bolonienses vel ceterarum regionum plebes[c] ubertim affuerunt. Tempore itaque[d] prestituto advenit ępiscopus cum Tornacensi[e] Maii 1.
archidiacono honorabili Rodberto et magna copia cleri. Et prelato crucis tropheo, allato quoque sacri[f] ęuangelii corpore cum cereis et odoribus, concinente clero, aperitur tumulus viri sancti, eriguntur[g] de pulveris situ ossa beata. Stabat calix consepultus super pectus eius, iacebat et plumbea tabula sub calice pre pectore eius; quae tabula scripta tenebat nomen, patriam, genus, militiam, conversionem, in abbatem promotionem, diem ordinationis eius in ępiscopum, diem transitus eius de seculo isto[h] ad Christum. Haec tabula a pectore sancti elevata et ępiscopo astanti[i] relecta fecit illi gaudia magna, quoniam formidabat, ne[k] errore aliquo aucti[l], non sanctum Arnulfum, sed quemlibet indignum fratres sub nomine sancti elevarent. Similiter et pastorale[m] petalum[n] cum ępiscopo demonstrassent, gavisus est plurimum. Ad ultimum, cum sandalia auro intexta extracta vidisset, in lacrimas resolutus est. Ad suscipienda ossa et de sepulchro levanda fuerunt electi tres presbiterio functi, abbas Hariulfus, Goduinus[o] monachus, Hagamingus[p] monachus. Cumque abba[q] calvariam capitis e[r] terra elevasset[s] et in capsam ad hoc paratam posuisset, ecce manus eius pingues et liquore olei infusae repertae sunt, tanquam si manus suas intinxisset in vas oleo plenum. Ecce coram Deo, quia verum est et verum fuit quod dicitur, odor quoque magnae suavitatis ibidem diffusus est. Nec immerito. Nam qui in vita mortali in omni loco Christi bonus odor existere studuit, non mirum, si iam coronatus a Deo, ipso largiente cui cf. 2. Cor 2,15
servivit, caelesti odore[t] meruit honorari. Interim[u] reboat aeccl ęsiae sinus almae Trinitatis laudibus et, usque dum beata ossa digno cultu amicta scrinio conderentur, tam ępiscopus quam clerus divinis verbis operam dabant. Quibus scrinio illatis, mox ępiscopus imposuit ymnum *Te Deum laudamus, te*[v] *Dominum confitemur*. Hoc vero ymno usque ad nubes coniubilato, effertur sanctus extra[w] ecclesiam ad stationem condictam, manu siquidem militari. Tanta etenim ad sanctum irruit hominum multitudo, ut nimirum[x] sese conculcarent, impingerent, contunderent, et nemo pre amore sancti vel sibi vel alteri parceret. Ita devotio sanctique desiderium metas rationis abiecerat, ut abba[q] vel monachi ad sanctum propinquare nulla ratione valerent.

16. Sane divina non defuerunt miracula, sed Deus[y] verus in trinitate unus, cui pure servierat Arnulfus, trinum miraculum ibidem exhibuit. Nam quidam iuvenis, inimica vi possessus et ob id in insaniam longo dudum tempore auctus[l], ibi ab inimico liberatus et sospitati corporis et libertati sensus sui est donatus. Duae quoque feminae paralisi percussae ac membrorum officio penitus destitutae plenariae sanitati sunt restitutae. Haec vero tria signa intra aecclesiam facta ad noticiam populi per plateas vel agros diffusi non satis palam devenerunt, quia densa plebium multitudo stipatim basilicam adeo impleverat, ut nemo ibi palam loqui, nemo ibi quoquam se vertere, nemo ibi nisi fremitus tumultuantis[z] populi tunc posset audire.

17. Deus de caelo complacens sibi in suo sancto Arnulfo dedit tunc signum etiam e[a] caelo. Etenim ab hora prima usque ad sextam plenam visa est in caelo spera ardens quasi flamma ignis, quae incumbebat super sanctum corpus viri beati. Per transversum vero ipsius sperae radiabat velut aurum purissimum in camino probatum signum sanctae crucis. Quae crux suo splendore vincebat omnem solis

a) dyoc. Torn. 3. b) *sic codd.*; Antuerp. *edd.* c) plebs 3. d) igitur 3. e) Turnac. 1; archidyac. Torn. 3. f) sacro 3. *Cup. Chr. Aldenb.* g) eliguntur 2. 3. *Cup. Chr. Aldenb.* h) de hoc sec. 3. i) astante *Cup.* k) si 3. l) *sic* (*pro* act.) *codd., edd., Chr. Aldenb.* m) pastoralem 2. 3. *Cup. Chr. Aldenb.* n) petatium *Mab.* o) Godwinus 3. p) Haganinus 3. q) abbas 3. r) de 3. s) lev. *Cup.* t) honore 2. *Cup.* u) Item de eodem *rubra* 3. v) te D. c. *des.* 3, *ubi* etc. *add.* w) sanctam *add.* 2. *Cup. Chr. Aldenb.* x) nimium *edd.* y) v. D. 2. *Cup. Chr. Aldenb.* z) tumuantis 2. a) de *Cup.*

1) Ecce has litteras editas Acta SS. Aug. III, p. 223. et in Chronico Aldenburgensi maiore ed. Van de Putte p. 46: *Lambertus Dei gratia Tornacensium et Noviomensium episcopus omnibus decanis ac presbiteris nostrae diocesis salutem et benedictionem. Cooperante gratia Spiritus sancti decrevimus sacrum corpus sancti Arnulfi episcopi de terra levare; ad quod sacrum officium prima die mensis Maii, preduce Christo, explendum plebes vobis commissas per singulas ecclesias a vestra caritate iubemus commoneri, ut devote conveniant et Domini benedictione potiantur apud Aldenborgh in ecclesia sancti Petri apostoli. Datum anno Domini millesimo centesimo vigesimo, indictione* 13. 2) Incolae supra c. 13. nominatae insulae Scoldae (Schouwen). 3) Incolae terrae Waesland.

decorem, sua etiam longitudine superabat amplitudinem predictae sperae, per quatuor cornua ultra tendens et nimio fulgore velut aurum rutilans. . . . . . .

1121. Maii 1. 18. Facta est autem haec sancti Arnulfi translatio primo[a] die mensis Maii, indictione 14, sub anno dominicae incarnationis millesimo centesimo vigesimo[b] primo, Francorum ceptra[c] tenente Hludovico[d], filio Philippi, annis 14[e], Flandriae comitatum agente Carolo, filio regis Danorum[1], cuius mater[2] fuerat filia Rodberti[f] comitis, cenobium Aldenborgense regente Hariulfo abbate per annos iam 16[g,*]. Animadversum est autem cum beati viri elevatione regioni Flandrensium advenisse frugum fecunditatem, corporum sanitatem, aurarum salubritatem, quae antea per annos septem pluviarum inundatione et agrorum sterilitate, animalium quoque peste et hominum crebra mortalitate atrociter languerat.

19. Dominica tercia post albas, quando introitus missarum cantatur[h]: *Iubilate Deo omnis*[i] *terra,*
Maii 19. *alleluia*[3], facta est nobis beata[k] sancti Arnulfi corporalis elevatio; a qua dominica dein[l] octava decima die evenit preclara sollempnitas de ascensione Domini, quae est quadragesima dies a sancto die resurrectionis. Haec vero ascensionis[m] sollempnitas in oppido Aldenborgensi ab aliis sollempnitatibus magis frequentior fit, eo quod in illa[n] die sollempnes nundinae in eodem loco ducuntur, et ideo populi ab operibus vacantes, solito plus confluunt. Hac vero oportunitate promiscuis turbis undique irruentibus, contigit convenisse de una vicinia tres milites germanos fratres et[o] duos alios seorsum fratres milites illis tribus inimicantes, quoniam illi tres nuper interfecerant germanum illorum duorum fratrem militem. Illi vero tres aliorum fratris interfectores convenerunt abbatem et monachos eius loci[p] et rogaverunt nimis[q] supplices, ut ferrent auxilium laborando pro reconciliatione eorum. Ad quod abbas et monachi satis voluntarii requirentes, ubi essent illi duo fratre[r] orbati, tulerunt secum lecticam beati Arnulfi et venerunt ex improviso, ubi illi[s] sedebant et prandere inceperant. Senior frater, ut vidit monachos et sanctum[t], intellexit hos venire ad sese cogendum. Statim proiectis dapibus et poculis, voluit exurgens effugere, sed virtute Domini et meritis sancti Arnulfi nates eius adheserunt scamno[u], pedes eius adheserunt scabello[v] suppedaneo; et ita compeditus et constrictus resedit invitus. A monachis postulatus indulgentiam, respondit verba stulticiae. Quid multis differamus? Lingua proterva, oculi torvi et totius corporis motus dissimiles illum amentem prodiderunt, et morti iam inditum amici defleverunt. Tunc iunior frater devovit dicens: 'Sancte Arnulfe, miserere mei et redde mihi vitam fratris mei! Et ecce voveo et promitto, quoniam, si evaserit frater meus, et[w] pro amore tui istis[x] inimicis efficiar amicus et ipsum, velit nolit, pertraham, ut faciat cum eis perpetuae pacis foedus. Monachi presentes haec audientes gavisi sunt, et accepta aqua humectaverunt pedes lecticae, ipsamque aquam resumentes infuderunt ori eius et faciei totae[y]. Tunc ille quasi de gravi somno expergiscens, continuit se; dein[z] vocans fratrem[a] fortiter eiulantem, ait: 'Gaude frater, quia revixi; orationibus sancti Arnulfi me Deus vivere permisit'. Et consurgens, adoravit[b] cum magna devotione; deinde fratris sui occisores cum magno affectu accepit in amicos et sub firmamento iuramenti pollicitus est illis pacem stabilem observare. Sic exosis gratiam, sic odientibus benivolentiam, sic beato Arnulfo honoris reverentiam, sic Christus Deus noster nomini suo laudem et gloriam provenisse dedit in secula seculorum. Amen[c].

*) *In Chronico Aldenburgensi maiore ed. Van de Putte p. 49. haecce notitia inserta est:*

Scriptum repertum in antiquo scrinio de elevacione corporis sancti Arnulphi.

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo vicesimo primo, indictione 14, Ludovico rege Francorum annis 14, Calixto papa Romanam sedem tenente anno 2, Carolo eciam Flandrensium comite anno secundo, cenobium Aldenborgense desudante abbate Hariulpho annis iam quindecim et mensibus sex preter dies novem[4], levatum et translatum est sacrum corpus beati Arnulphi episcopi Kal. Maii a Lamberto Tornacensi episcopo, quando Romanus cardinalis presbyter Petrus de Leone hospitabatur apud Sanctum Bertinum[5], visitans has regiones.

a) prima 3. b) vel c *superscr. corr.* vices. 1. c) *sic* 1. 2; septra 3. d) Lud. 3. e) XIII *Cup.* f) Roberti 3. g) Item *rubro add.* 3. h) canitur 3. i) o. t. a. *des.* 3, *ubi add.* etc. k) beati 2. *Cup.* l) deiñ(de) 3. *Cup.* m) ascent 3; sol. asc. *Cup.* n) illo *Cup.* o) ad 3. p) et loci mon. 3. q) nimium *Cup.* r) fratres 1. *Mab.* s) duo *add.* 3. t) lecticam *add.* 1. *edd.* (*ubi* sanctam). u) sampno 3. v) scampno suppeditaneo 3 w) *deest* 2. x) ist. in. *des.* 3. y) *sic* 1. 2. 3. *edd.*, vel i *superscr. corr.* toti 1. z) deiñ(de) 3. a) suum *add.* 3. b) eum *add.* 3. c) Explicit legenda sancti Arnulphi episcopi Suess. *subscriptio* 3.

1) Canuti. 2) Athela. 3) i. e. die Maii 1. 4) Hariulfus igitur a. 1105, Nov. 10. abbas ordinatus est. 5) Cf. Hariulfi gesta contra abbatem S. Medardi, Chron. Aldenburg. maius p. 57.

APPENDIX.

EX VITA SIMONIS COMITIS CRESPEIENSIS.

Cum in Vita Arnulfi l. I, c. 24. Hariulfus mentionem fecerit Simonis comitis, qui iuvenis, comitatu atque saeculo relicto, a. 1077. in monasterio S. Eugendi monachatum suscepit, circa a. 1082. obiit, ex eius Vita quaedam excerpta, quae ad rem nostram faciunt, appendicis loco subiungimus. Quam auctor anonymus et ignotae conditionis post a. 1109.[1] *conscripsisse videtur, qui a sodalibus Simonis familiaribus quae scripsit se didicisse dicit*[2].

Ediderunt hunc libellum Dacherius, Guiberti Novigent. opera (Parisiis 1651), Append. p. 671—678 (Migne, Patrol. Lat. CLVI, col. 1211 sqq.) ex codice Ursicampino; Mabillon, Acta VI, 2, p. 374—384, cum duobus codicibus denuo collatum; Io. Perierus, Acta SS. Sept. VIII, p. 744—751. Excerpta dedit Brial, SS. R. Gall. XIV, p. 37—40. *O. H.-E.*

7.[a] Simoni vero in propria vix ad modicum quiescenti ecce rex Anglorum potentissi- [(5) c. 1076.] mus Willelmus nomine, qui eum nutrierat, ad se veniendum sub velocitate mandavit . . . . Videns ergo rex hunc[b] ad se venientem, laetus efficitur, secreto vocans eum et dicens: 'Quoniam fidem et dilectionem tuam ex longo expertus sum, et nutrimentum meum, quod in te est, augmentare cupiens, qui pro filia mea rogaturi diu mecum conversati sunt, regis Hispaniarum Anfursi[3] et Roberti principis Apuliae[4] neglectis nunciis, tibi eam tradens in uxorem, te elegi, te hereditatis[c] meae filium adoptavi; deliciae meae tibi reputabuntur, amici mei tui erunt et inimici similiter'. Ad haec vir beatus, hanc diaboli credens prosperitatem, qui electorum corda multis circumdat insidiis, licet nihilum et inane corde reputans, gratias tamen voce humillima referens, aiebat: 'Magnum et apertum est[d] beneficium, quod pueritiae meae praestitisti, sed grates tibi refero multo melius pollicenti. Dignitas tua, sicut scriptum est, in humilitate descendit, ut exaltetur; humilitas mea, nisi in gratiarum actione [cf. Luc. 14, 11.] tibi iugiter subiciatur, meretur, ut deterius corruat. At obstaculum nobis opponitur[e], quod valde ambiguum est et grave et scrupulum cogitationi meae videtur inferre. Domina mea namque regina, uxor videlicet[f] tua[5], et ego, ut fertur, cognatione iungimur parentali et generis propinquitate. Quam ob rem a sapientibus inquirendum est, si quo modo fieri posset et qua ratione'. . . . . . .

19. Peractis igitur in itinere[6] quae perpetranda erant, heremum regrediens, quae prius [(12)] proposuerat iterum inchoavit, ibique quantum licuit labori corporeo insistens, in humilitate [c. 1079.] conquievit. Sed ne civitas super montem posita et lumen lateret in tenebris, sanctae Ro- [cf. Matth. 5, 14.] manae sedis memoratus antistes[7] tanti viri nomen audiens, abbati suo[8], ut ad eum mitteretur, litteris denuntiat. Ille vero tanti mali fama dolore commotus, ne alii turbarentur, sigillum abscondisse nec manifestasse dicitur, donec domnus papa rursus aliud mitteret, quod duriora baiularet. Secundo namque per litteras[g] edictum dedit, nisi quantocius in Simone[h] transmittendo festinus existeret, abbas et cuncta congregatio a spiritali[i] officio vacaret. Quid plura? Turbatur abbas, fratres pariter contristantur. Quid aliud facerent? Ecclesiae namque solamen amittitur. Disposito ergo itinere in his[k] quae parari videbantur, Simon una[f] cum sociis ad Urbem dirigitur. Quem postquam venientem domnus apostolicus comperit et appropinquantem oculis intuitus est, laetus efficitur, cum honore perdebito suscipiens eum.

a) *sic Mab; Dacherii numeros capitum in marg. annotavimus.* b) *deest Dach.* c) haereditate mea *Boll.* d) esse *Mab.* e) propon. *Boll.* f) *deest Mab.* g) litteram editam *Dach* h) Simonem *Dach.* i) spirituali *Mab.* k) iis *Dach.*

1) Cum c. 16. Hugonem abbatem Cluniacensem a. 1109. defunctum bonae memoriae dixerit. 2) C. 24: *Haec et alia quae de Simone scripta sunt hi qui de propria familia in saeculo viri religiosissimi cum eo habitum spiritalem susceperunt, quae oculis intuiti sunt et auribus audierunt, quemadmodum scripsimus, ita esse testati sunt.* 3) Attamen Alfonso regi Legionensi, Castelliae et Gallaeciae Agatha filia Wilhelmi regis desponsata est; cf. Orderici Vitalis Hist. eccl. V, 11. ed. Le Prévost II, p. 391; Will. Malmesb. Gesta regum Angl. III, 276. 4) Robertus Guiscardus ab a. 1055. habuit uxorem Sichelgaitam; minime igitur filiam Wilhelmi regis in matrimonium sibi, sed fortasse pro filio postulavit. 5) Mathildis, filia Balduini V. comitis Flandriae; cf. Acta SS. l. l. p. 742. affinitatem eorum a Chiffletio expositam. 6) Gallico a. 1079. circ. 7) Gregorius VII. 8) Odoni S. Eugendi (St. Claude).

Cui ubi blande alloquutus pacis osculum tradidit, iuxta beatae[a] Theclae virginis ecclesiam domus ad habitandum congrua eligitur; qua sanctissime conversanti et orationi vacanti omnis societas suorum famulorum[a] pro[b] infirmitate loci morte subtracta est, relictis solummodo duobus monachis, quorum alter ad monasterium regressus est[c], alter vero illi serviens usque ad finem vitae Urbis inaequalitatem cum eo sustinuit.

(13) 20. Accidit eodem tempore, quod domnus papa et Robertus quidam Apuliae princeps
1080? ab invicem dissentirent; unde praesul metuens, ne civitas belli contentione in aliquo perturbaretur, Simonem accersivit, summopere deprecans, ut pacandi gratia illuc proficisceretur[1]; cui statim obediens[d], se profecturum promittens, adiuncto sibi viro religiosissimo, iter arripit[e] cum benedictione iubentis Eo igitur adveniens, principem quaerit et invenit; quem inventum[e] quasi epulis in visu suo refecit; unde pacem reformans, quod voluit opere perpetravit. Omnibus itaque illuc pacificatis, revertitur, in itinere plures[f] alloquens, ut ad Deum[g] converterentur, admonuit. Cuius allocutioni assensum[h] praebentes, pene sexaginta milites, secularibus omissis, arma dominica susceperunt et sic viri Dei praedicatione monachalem[i] habitum per diversa provinciae loca cum benedictione susceperunt[k].

21. Ad Urbem itaque regressus, pontificem adiit et quicquid egerat de pace narravit[l]. Ille autem et gratum habuit quod accepit et illud quod fecerat approbavit. Nec multo post habens in voluntate ad monasterium reverti, licentiam ab eo cum humilitate deposcit. Qui nec primo nec secundo eius precibus aurem[m] accommodans, tale fertur dedisse responsum: 'Sicut nec meis meritis, carissime, nec mea, sed domni Petri dominatione pastorali huc accersitus advenisti, ita nec mea[n] est in potestate permissio[o] revertendi. Vade ergo et oratorium ingredere[p] beati Petri et, quid[q] in voluntate habeat, orationibus[r] perscrutare!' Qui nocte subsequenti[s], sicut ipse praeceperat, templum precaturus ingreditur, totam pervigilem ducens orationi intentus, et[t], priusquam inde procederet, qua sublatus est vitae, mortis infirmitate corripitur. Mox inde progrediens ad habitaculum et lecto decidens, ad confessionem suam pontificem invitat et ad se visitandum. Qui voluntati eius obtemperans, et mundatum a vitiis absolvit et pariter benedicens abscessit. Nec multo post pretiosi corporis et sangui-
Sept. 30. nis Christi munimine roboratus, pridie Kalend. Octobris spiritum Deo reddidit[2]. Et qualis in vita religione perstiterit, finis sanctissimus in assumptione monstravit.

(14) 22. Ecce civitas omnis rumore concutitur, diversi sexus et aetatis gens in funere concitatur, et quod viventi minus tribuerat, funeri eius obsequium ab eis[u] ministratur. Tunc[v], praecipiente episcopo, sepulturae locus inter apostolicos praeparatur, et quia apostolicam vitam studuit imitari, merito huius apicis adeptus est dignitatem. Praesul tamen non affuit infirmitate detentus, sed clerum omnem convocans, dirigit illuc episcopos, abbates, clericos et moniales cum cereis et luminaribus, ita ut triginta quinque congregationum numerus cum populorum turbis funeri eius obsequium ministrarent, et sic cum missarum sollemniis et celebritate praecipua[e] a principibus Romae corpus in foveam delatum deponitur. Census vero denariorum non minimus[w] a praesule collatus pauperibus erogatur. Ecce Dei servus absque pecunia et cognatione aliqua paulo ante pauper, in fine dives efficitur, sed adhuc ditior fit, dum[x] in sede caelica collocatur. Regina vero Anglorum Mathildis nomine dives et praepotentissima, quia eam nutrierat et consanguinitate dicebatur proxima, ob viri Dei memoriam ad sepulturam componendam Romae[y] auri quam plurimum et argenti, monacho deferente, transmisit. Quae studiose quadris et politis lapidibus ex[z] marmore diversi coloris intexta adhuc peregrinantibus bonitatis exempla praebet in[a] aperto posita. . . . . .

a) *deest Dach.* b) prae *Boll.* c) *deest Mab.* d) et *add. Boll.* e) accepit *Mab.* f) plebes (*al.* plures) *Dach.* g) Dominum *Dach.* h) consensum *Mab.* i) monialem *Boll.* k) sumpserunt *Boll.* l) nunciavit *Dach.* m) aures *Mab.* n) in mea est *Boll.* o) prom. *Dach.* p) b. P. ingr. *Boll.* q) quidquid *Dach.* r) *deest Boll.* s) subsequente *Dach. Boll.* t) ut *Mab.* u) iis *Dach.*; his *Boll.* v) Tum *Dach.* w) minimum *Dach.* x) cum *Mab.* y) Romam *Mab.* z) et *Mab.* a) in ap. p. *des. Dach.*

1) Hoc a. 1080. actum esse, antequam Gregorius VII. cum Roberto Guiscardo mense Iunio foedus icit, Perierus recte statuisse videtur; Mabillon vero hoc a. 1081. factum esse coniicit, cum Gregorius timeret, ne Heinricus imperator Robertum Guiscardum in societatem sibi attraheret. 2) A. 1082. adscribit Albricus, SS. XXIII, p. 799, quae de eius obitu ex Vita sumpsit, nonnisi e coniectura, ut videtur. Perierus l. l. p. 742. a. 1080. Simonem obiisse rectius censet.

EX ADVENTU S. GERULFI.

De reliquiis s. Gerulfi a. 915. *in ecclesiam collegiatam Trunciniensem prope Gandavum sitam translatis canonicus quidam huius ecclesiae paulo post a.* 1088. *libellum conscripsit, quem C. Suysken, Acta SS. Sept. VI, p.* 264—267, *ex codicibus Trunciniensi et Valcellensi (tunc patrum Bollandianorum P. Ms.* 158) *et apographo Suessionensi edidit. Ex quo brevia excerpta damus, collata a V. Cl. E. Gailliard cum codice* Brugensi *nr.* 404, *parte magni legendarii Dunensis, mbr. fol. max., saec. XIII.*[1] *O. H.-E.*

1. Scripturi adventum beati et gloriosi martyris Gerulfi ea quae de passione eius egregie digesta sunt preterimus, reliqua vero partim experta, sed necdum publicata subteximus atque in audientiam fidelium sana relatione conferimus. . . . . . .

3. . . . Unde nunc usque in hodiernum diem in villa quam Merendram[2] nuncupant tumulus eiusdem martyris non auro, non argento, non, inquam, pretiosis gemmis insignitur aut lapidibus expolitis, sed infirmorum baculis atque repentium scabellis. . . . . . .

4. Itaque apud predictam villam in ecclesia beatae Radegundae virginis cum aliquandiu pausarent in Christo ossa eiusdem martyris, quidam presbyter nomine Gonterus, vir suo tempore bonae conversationis et in vinea Domini Sabaoth assiduus, eandem ecclesiam exemplo[a] boni pastoris informabat et studio et, ne in fugam ut mercenarius aliquando laberetur, obfirmato pectore se opposuit insidianti [cf. Ioh. 10,12.13.] lupo. Sed cum iam in area Domini fatigaretur, et sub pondere diei et aestus manus eius gravarentur, incidit ei cogitatio a labore, quem ferre ipse non poterat, velle respirare et[b] alium, qui uberius in populo Dei fructificaret, in eadem ecclesia substituere. . . . . . . Tandem quendam presbiterum nomine Landbertum[c] tam sibi quam ecclesiae satis idoneum in eadem ecclesia fecit sibi esse vicarium[3]. . . . . . .

11. Eo tempore Karolus rex Francorum annum regni sui agebat sextum decimum, Balduinus [914.] cognomento Calvus 36 arregnaverat[d] annis in comitatu Flandriarum, Eirardus quoque Noviomis sub Christo auctore rexit pontificium[4]. Huius Eirardi erat studium de incremento ecclesiae sollicitari Dominique vestigia in mandatis eius tota animi deliberatione velle imitari. Removebat de ecclesia illas de Cantico vulpeculas, quae demoliebantur vineas Domini, sciens conventionem Christo non esse cum Belial [Cant 2,15. 2 Cor 6,15.] nec partem fideli cum infideli. Gaudebat sane ecclesias insigniri reliquiis sanctorum, quae adversus hereticas pravitates sanae fidei sunt in testimonium, quia ex miraculis sanctorum solidatur fides christianorum. Huic viro religioso suggestum est de elevatione beati Gerulfi martyris, atque ad hoc officium eum esse unanimem postulabat devotio cleri et plebis. Assensit pater ille supplicantibus clerumque invitabat secum cum personis laicalibus. Convenerunt pari cum festinatione nec dissimili voto plurimi, magis autem ob reverentiam martyris nostri quam ob imperium[e] sui episcopi.

12. Hiis itaque[f] interea ordinatis, episcopus iter arripiens, longa viarum per dispendia ad usque predictam Merendram pervenit. . . . . . . Instabat iam tempus, quo Truncinium[5] cum electo[g] hoc Christi milite tenderetur. . . . . . .

14. . . . Haec[6] acta sunt octavo Idus Octobris, anno scilicet nongentesimo quinto decimo dominicae [915. Oct 8.] incarnationis.

15. Anno millesimo octogesimo octavo incarnationis Domini occidentale opus Trunciniensis ecclesiae [1088.] dissolvitur, tempore Godezonis[h] prepositi, ipsius etiam simulque canonicorum ac laicorum consilio, ut in maiori eligantia fundaretur; quod antiquis temporibus a paganis constructum fuerat et, eiecto idolo, atque erecto vexillo sanctae crucis, a sancto Amando in honorem beatissimae matris Domini Mariae consecratum erat[7]. Unde clerus cum populo ipsius coenobii scriniam[i] cum corpore sancti Gerulfi martyris per singulas Flandriae parrochias deportare sapienter decrevit, ut, quae minus ex rebus suis possent explere, ex piis aliorum largitionibus copiosius ecclesiam restaurarent. Igitur cum ymnis et laudibus devotissime ad honorem Dei huiusque sancti martyris decantatis gloriose egressi, digniores loci et in religione commendabiliores ecclesiae personas secum provide duxerunt, et sic procedentes atque verbum vitae populo communicantes, magnam ecclesiae substantiam fideliter coacervaverunt.

17. . . . Quocirca Dei sanctique Gerulfi familia donis pietatis valde ditata in parrochia Suivenghem[8], ut pernoctaretur, gratulanter pervenit. . . . . . .

a) *sic ed.; deest c.* b) *sic ed.;* et a. *des. c.* c) *sic ed.;* Lambertum *c.* d) aregn. *c.;* tricesimum sextum arr. annum *ed.* (annis *cod. Trunc.*). e) imperitiam *ed.* f) it. — ordin. *e corr., certe legi nequeunt in c.* g) h. el. *ed.* h) Gedez. *ed.* i) *sic h. l. et* § 18 (scrinia) *c. et ed.*

1) Idem libellus exstat in codice Audomarensi nr. 716, t. V, mbr. saec. XII ex., parte magni legendarii Claromariscensis (cf. 'Archiv' VIII, p. 416), et in codice Gandavensi nr. 499, mbr. saec. XII—XIII, in quo Miracula saec. XIV. et XV. huic libello subiuncta sunt, in Analectis Bolland. IV, p. 203 sqq. edita (cf. ibid. III, p. 208). 2) Merendre prope Gandavum. 3) Cui visione apparens sanctus iubet corpus suum elevari. 4) Circ. a. 915—932. 5) Dronghen (Tronchiennes-lez-Gand). 6) Translatio s. Gerulfi Trunchinium scilicet. 7) Idem de ecclesia Trunchiniensi hoc loco dicitur, quod Blandinienses monachi de suo monasterio referebant; cf. Fund. Bland., supra p. 622. 8) Sweveghem prope Courtrai.

EX MIRACULIS S. HUCBERTI.

ED. L. DE HEINEMANN.

Translationi s. Hucberti auctore Iona episcopo Aurelianensi, quam supra p. 234 sq. edidimus, ignotus quidam monachus Andaginensis coenobii saec. IX[1], *ut videtur, miracula meritis b. Hucberti perpetrata addidit. Quae hucusque inedita exstant in solo codice* Bruxellensi *nr. 14650—14659, membr. fol., saec. X*[2], *sed ultimis foliis amissis, inde a medio miraculo octavo reliqua desiderantur, ita ut, quoadusque auctor hunc libellum perduxerit, definiri non possit. Qui cum perpauca notatu digna tradiderit, exigua huius libelli fragmenta exhibemus, quae V. Cl. E. Ouverleaux benigne ex codice descripsit.*

Saec. XI ex. sive XII in.[3] *vero alius quidam monachus Andaginensis*[4] *antiquum miraculorum libellum retractandum atque perpoliendum suscepit et miracula praesertim tempore Theoderici I. abbatis S. Hucberti (a. 1055—87) facta adiecit. Inter quae plura alicuius momenti inveniuntur hoc loco edenda, omissis cap. 1—7, quibus auctor priore libello iam tradita sermone mutato narravit. Quae excerpta cum codice* Vaticano reginae Christinae *nr. 1118, membr. fol., saec. XV*[5], *socius noster O. Holder-Egger contulit*[6].

Integrum miraculorum librum secundum edidit Iohannes Roberti, Historia S. Hucberti (Luxemburgi 1621) p. 72 sqq. Quam editionem recudi fecit Mabillon, Acta IV, 1, p. 297 sqq.

L. de H.

1) Scripsit post mortem Waltcaudi episcopi Leodiensis († 831) et cap. 6. mentionem facit Sevoldi abbatis, qui a. 837—855. monasterio praefuit. Quem cum auctor 'patrem honorificabilem' appellet, sub eiusdem regimine libellum confecisse videtur. 2) Cf. supra p. 234. 432; 'Archiv' VIII, p. 539. 3) Scripsit post mortem Theoderici I. abbatis, qui a. 1055–87. abbatiam S. Huberti rexit, et ante auctorem Cant. S. Huberti, SS. VIII, p. 568 sq., qui circa a. 1120. opus suum confecisse videtur. Cf. infra p. 910, n. 2. 4) C. 29: *Aliud miraculum . . . annectimus, quod viro egregio Lamberto, loci huius monacho, postmodum vero Hasteriensi abbate, referente comperimus.* Inter abbates Walciodorenses et Hasterienses commemoratur c. a. 1050. Lambertus, quem Poppo abbas Stabulensis his coenobiis praefecit; cf. Vit. Popponis c. 19, SS. XI, p. 305; Hist. Walciodor. monast. c. 49. 50, SS. XIV, p. 526 sq. Hic vero monachus et praepositus S. Maximini Treverensis vocatur Hist. Walciodor. l. c., et hac praepositura functus esse etiam in Vita Popponis l. c. dicitur. Quam ob rem non satis apparet, utrum Lambertus ille, priusquam ad S. Maximinum veniret, in S. Huberti monasterio commoratus sit, an, quod vix credideris, miraculum illud a monacho quodam Treverensi postea libello de miraculis s. Hucberti additum sit. In Cant. S. Huberti duo Lamberti, maior et minor, passim commemorantur, quorum uterque saec. XII ex. in monasterio Andaginensi vixit, neuter vero, quoad scio, abbas Hasteriensis fuit. 5) Cf. 'Archiv' XII, p. 314. Idem secundus liber Miraculorum exstat etiam in codice Namucensi nr. 15, saec. XIII, olim S. Huberti Andaginensis, post Vitam et Translationem s. Hucberti auct. Iona, ex quo mox cum primo Miraculorum libro integro Acta SS. Nov. t. I. edetur; cf. Anal. Bolland. I, p. 498; 'N. Archiv' II, p. 265. 6) Codicis recentioris rationem verborum scribendorum ad morem saec. XI—XII. eo reduximus, ut pro *e* ubique scripto *ae* vel *oe* restituerimus, *ci* pro *ti* positum plerumque non retinuerimus.

EX LIBRO I.

*INCIPIT DE MIRACULIS EIUSDEM ALMI HUCBERTI. *f. 210'.

Cap. 1. De caeco illuminato.

[Factum[a]] est autem, ut, cum in ipso translationis beati Hucberti anno de longinquo peregrinus quidam 825. cecus alterius ducatu ad eius monasterium pervenisset, fide quidem devotus, ac[b] secundum morem hospitio susceptus est. Qui cum triduanos inibi peregisset dies, dominica advenit nox, in qua iuxta ritum matutinorum munia caelebrari aequum erat. Ille vero cum suo manuali obsecrationibus insistens, ad aecclesiam pervenit. Cumque more solito fratres vota solvissent Deoque laudes promerent, perventum est, ut frater quod iniunctum erat ei responsorium novissimum exordiretur psallens. Prorsus ita evenit, ut, illo inchoante canere, continuo una qui cecus fuerat in sublime vociferans prosiliret: 'Deo gratias et domno Hucberto praesuli, quod in tanto itineris labore huc perveni, ubi sospitati perfrui merui!' Unus ergo e fratribus, cui *hospitalitatis inerat cura, citatim perrexit percunctatusque est eum dicens: 'Quid tibi est?' *f. 211. Respondit ille: 'Deum conlaudo ac sanctum Hucbertum, per cuius intercessionem percipere oculorum meorum promerui visum'. Continuoque sine ullius ducatu ad beatissimi sepulchrum festinantissimo pervenit gressu. Fratres etenim matutinorum intentissima devotione munia persolvebant. Post peractum quoque officium venerabilis abba Altveus, qui tunc monasterio praeerat[1], pariter signa pulsari iussit exorsusque est cum inmani modulatione hymnum *Te Deum laudamus* una cum choris psallentium, atque ad calcem usque perduxerunt. Quod cum circumquaque populi audiere, omnipotenti Deo gratias cum magna inferebant iocunditate, quia talem in suo habere pago patronum meruissent, qui infirmantium debilitates patentissima restituere inditione valeret. Unde peragrante fama, actum est, ut ad eius venerationem vehementius venientis confluxio populi adaugmentaretur spontanea. Praedictus vero pater monasterii summa cum festinatione ad venerabilem Waltcaudum episcopum bonae memoriae, *qui in *f. 211'. illis tunc Leodio diebus residebat[2], eum qui lumen perceperat illuc direxit. Quem episcopus intuens, inaestimabili repletus hilaritate, exultans affatus est: 'Tibi, Deitas trina unaque Maiestas, gratias laudesque confero, qui ab illo loco, quem ad honorem tui nominis et gloriam construendo dedicavi, per illius merita, qui cum tua voluntate illic est collatus, me de tuo non munere fraudasti oblato'. Cunctisque qui aderant consolatoria cum maxima iocundatione indicens verba; et statim vestibus eum indui iussit novis atque ei cibaria tribuere ibidem iniuncxit, quantum illi necessarium erat, ne ulla eum inopia constringeret omnibus diebus usque ad obitum suum.

Cap. 2. De alio ceco.

In villa quoque vocabulo Marlida[3], quae fratrum ditioni subiecta est, fuit quidam faber nomine Anglemarus, qui ob sui studium artificii orbatus oculorum officium suorum amisit. . . . . . .

*Cap. 3. De rustico, qui equum suum perdidit ac repperit. *f. 212'.

Igitur quidam rusticus erat nomine Waremundus, qui dominio fratrum exhibebat obsequium in villa quae Brattis[4] nuncupatur, haut procul a monasterio. Solito ergo more catervis populorum in iam praefati praesulis Hucberti celebritate circumfluentibus, ipse praedictus se una cum illuc meantibus equester conglobavit. Cumque ad rerum venalium locum pervenisset, equum iuxta in pascuis relinquens, pedester nundinationes exercuit. Denique cum ad horam decimam iam dies inclinasset, et ipse cum cito gressu ad locum quo caballum dimisit perveniendo minime reperisset, furatum credidit. . . . . . .

*Cap. 4. De muliere contracta. *f. 213'.

Erat enim quaedam mulier nobilis contracta vocabulo Uda in villa nuncupante Trodana. . . . . . .

5.[c] *Quidam autem rusticus erat nomine Otgarius. . . . . . . *f. 214.

6. *Igitur refluxis volubilium spaciis temporum[5], in illa ubi almus Hucbertus pontifex vicinitate *f. 214'. requiescit vis enormitatis imbrium exolevit tanta, ut per quedam circumadiacentia loca haut procul seva tempestatis inmanitas sata ad solum usque adnichilaret. Cumque anxietatis universi ambiguitate perterriti essent, sacerdotes una cum commixta plebilium caterva inter sese ob offensionis suae id fieri noxam conferebant. Initoque consilio in commune, duxere, ut undequaque sacerdotes terni aut quaterni quinique, uti eis convenientia iter praeberet loca commeandi, pariter cum suis plebilibus utriusque sexus

a) *deest c., mimo procul dubio postea supplendum.* b) *sic cum anacolutho c.* c) *capitum numeri et inscriptiones abhinc des. c.*

1) Secundum catalogum abbatum Andaginensium, quem Robaulx de Soumoy, 'Chronique de l'abbaye de St.-Hubert dite Cantatorium' (Bruxelles 1847) p. 20. ex manuscripto Romualdi Hancar promit ex catalogis abbatum Prumiensium et Andaginensium necnon martyrologio et aliis documentis confectum, Altveus abbas a. 828, Nov. 16. mortuus est. 2) Sedit a. 810 - 831. 3) Marloie. Commemoratur eadem villa in privilegio Waltcaudi episcopi, cuius excerpta v. Cant. S. Huberti c. 4, SS. VIII, p. 570. 4) Bras prope S. Huberti monast. meridiem versus; cf. idem privilegium Waltcaudi, l. c. p. 570. 5) Certum huius miraculi annum addit posteriorum miraculorum auctor: *Anno igitur Verbi incarnati* 837, *imperii autem Ludovici* 25, *ordinationis vero domni Walcaudi episcopi* 28 etc. Quae cum erroribus redundent (a. 837. Waltcaudus iam mortuus erat, idemque annus Ludovici Pii erat vicesimus quartus), postea conficta esse videntur.

*f. 216a certificatis diebus ad praefatum monasterium beati *Hucberti intentissima convenire devotione debuissent et ibi instantissime poscerent, quatinus eos quos formidinis valitudo oppresserat ingens Dei clementia refovere festinaret, quam offensam fatebantur, atque, aliis ne identidem accidisset, efflagitarent. Ergo directi ad praefati loci [conventum[b]] cursores, Sewoldum[1] patrem honorificabilem adeunt et ei quae perferunt cuncta cum monachorum agmine mesti innuunt, atque ut aditum ipsis haut vellent prohibere, quin potius, ut persolventium vota corroborarent, supplici expetissent affamine. At eos pater monasterii angustia intuens coartatos, tranquillam illis intulit confabulationem promens: 'Nisi, sicuti nostis, in celebratione patroni nostri fixo tempore, mos non est noster feminis aditum huc introeundi concedere. Tamen, quia ad Dei mansuetudinem hoc [agitis[b]] nanciscendam ac nostri meritis patroni adminiculum fore confiditis, uti voventes efflagitastis, insistite et cum Dei timore ac reverentia iter ad huius sancti limina adgredi festinate, votive compotes efficimini'. Cumque admodum hilares, qui tristes ierant, reverterentur et ad omnium aures
*f. 216' *hunc retulissent fragorem ingentem, a maximo usque ad minimum gloriam Deo dedere iocundantes et de consensu abbatis fratrumque inaestimabili sunt confortati exultatione. Unde, ut ad ecclesiam praedictam nullus iret infructuosus, mutuali consulte instituere[c] affatione, sed secundum modulum suum unusquisque, prout facultatis copia esset, aliquid emolumenti deferret. Statutis enimvero, ceu praefatus sum, diebus commixte plebilium non exigua caterve pompa, etiam innocentium connexa puerorum comitante[d] ieiunio, convenerunt discaltiati cum reliquiis ac crucibus atque cum maxima, ut decuit, veneratione eis obviam, nudatis[e] plantis, cum reliquiis et crucibus. Remeantesque pariter tripudiati, in excelsis canora reboantes preconiaque mellifluo persolventes modulamine, usque ad sepulchrum beatissimi Hucberti reverentissime pervenerunt. Postquam autem fratres missarum munia persolverunt, omniaque illi peragravere altaria, factum est, ut absque ulla dilatione imbrium valitudo deinceps sedaretur, opacitasque nubium
*f. 217. mox percussa *solis radio, suo enitesceret iubare. Tunc cuncti misericordem Deum conlaudaverunt de tanta subitanei eventus hilaritate aeris, credentes per intercessionem[f] almi pontificis tanta adipisci beneficia promeruisse, quae devoti ad eius sepulchrum expetierunt, atque ut per singulos annos eundem implere vellent conventum, satagentes polliciti sunt. Sicque factum est, ut qui cum devotione venerant benigna, hilariores atque promptiores faterentur se ad propria remeasse, confitentes, quod Deus non despicit praeces exquirentium clamantiumque ad se in toto corde, opitulante eius auxilio quem exposcerant adminiculum exhibere. Non enim in illo anni circulo neque in longo postmodum tempore tempestas illis in partibus aliquid perpetravit dampnum, praestante almi Hucberti interventu, per quem hoc meruere[2].

7. Eodem vero tempore quo haec, uti cives spoponderant, actitarentur, vir quidam erat fiscalis, regio deditus municipatui, de fisco Kavineiaco[3] nomine Adelmodus, qui habebat filiam. . . . . . . Factum est autem, ut in octavo eius[4] anno, in secundo videlicet postquam, ceu supra innotui, populi conventionem spoponderant eundi ad monasterium, sacerdos de fisco supradicto cum suis illo iter contubernalibus caperet. . . . . . .

*f. 219. 8. *In pago siquidem Condrustinse quaedam erat femina haud adeo infimis exorta natalibus, cuius vocabulum nominis nunc recitare nequeo, amissis oculorum officiis. . . . . . .[g]

EX LIBRO II.

. . . .

841. 8.[h] Anno[5] incarnati Verbi 841, succedente in regnum patris Karolo, Ludovici filio, comes Odo ex rebus suis transitoriis affectans sibi commodum aeternitatis, Bonotrinum et Bononis-montem[6] et ecclesiam quae est in Tilacio[7] in honore sancti Audoeni sub venerabili abbate Sevoldo, astantibus et laudantibus Hartcario[i], Goderanno, Beremundo, nepotibus suis, ecclesiae sancti Petri sanctique Huberti pro animae suae remedio legaliter tradidit. Post cuius[k] decessum nepos eius Goderannus quae tradita fuerant violenter invasit, negans sine suo consensu factum eiusdem traditionis donum[l], cui interfuerat, ideoque iuste[m] sibi repetendum et iure propinquitatis cedendum. Legatio monasterii frequenter ad eum directa supplicabat, ut ab hac intentione resipisceret, in hoc se potius propinquum defuncti probaret[n], ne, pietate neglecta, eius devotionem impediret vel, si eum recordatio humanitatis non flecteret, saltem divinae ultionis poenam timeret. E contrario cum ille pertinacius resisteret, parvumque sibi ex eo commodum provenisse obiciens, nullum iustae

a) *numerus 215 in numerandis foliis omissus c.* b) *supplevi, deest c.* c) instutu ire *c.* d) *compluria verba excidisse videntur; certe haec sententia penitus perturbata est.* e) *praecedente linea dicta repetita, forte glossema.* f) incess. *c* g) *desinit c. f. 221' in hoc miraculo verbis:* obtineamus secundum spem vitae aeterne Heredes, *ceteris amissis.* h) *numeri cap. des. c.* i) Hartrario *c.;* Harchario *ed.* k) eius *c.* l) dm̄ *c.* m) s. iuste *ed.* n) *deest c.*

1) Apud Robaulx l. c. p. 21. a. 837—855, Ian. 13. monasterio eum praefuisse traditur. Roberti p. 219. ex catalogo abbatum Sevoldum iam a. 836. abbatiam regendam suscepisse refert. 2) Cf. Cant. S. Huberti c. 22, p. 580: *Quibus autem necessitatibus compulsi provinciales has consuetudines Deo et beato Huberto devoverint, quibusque probatis consolationibus legaliter sibi firmandas in perpetuum instituerint, qui latius addiscere voluerit, relegat textum miraculorum praedicti patroni. Has edicto Ludovici Pii imperatoris, filii Karoli Magni, et synodali banno Gualcaudi Leodiensis pontificis ibidem novimus addictas et certis finibus legali firmato privilegio determinatas.* Quibus apparet, auctorem Cantatorii libro II. miraculorum usum esse, quo haec in fine huius miraculi leguntur, Roberti p. 79: *Cuius devotionis consuetudinem ne quisquam infirmare vel minuere presumeret, banno imperiali et lege synodali confirmata est.* 3) Chévigny. 4) Scilicet filiae Adelmodi. 5) Hoc miraculum a primo auctore iam narratum esse videtur, nunc perditum. H.-E. 6) Bougnimont a St.-Hubert orientem et meridiem versus. 7) Tillet prope St.-Hubert orientem versus situm.

841.

rationis assensum admitteret[a], contigit, ut per eadem predia transiens in monasterium diverteret. Quem fratres laeti honeste susceptum, ut caritatis gratia pranderet, coegerunt panesque suis manibus cum laude psalmodiae formatos[b] discumbenti attulerunt. Ille, ut erat perfidae mentis, suspicatus hac exhibitione se velle induci, ut tandem resipisceret a pervasis rebus ecclesiasticis, oblatos sibi panes cum suis modice pregustatos abiecit et cum indignatione et superbia canibus suis, qui oblatrabant, proici iussit. Prohibentibus ministris id agendum, eandem prohibitionem canes comprobaverunt, quia, licet famelici, eos nullo modo contingere presumpserunt. Mirantibus ceteris huiusmodi spectaculum, Goderannus pro nichilo duxit miraculum, et inde cum irrisione digressus, ibat quo disposuerat eundum. Abeuntem ultio divina prosequitur, et subitaneo dolore viscerum interceptus, cum[c] ob iniuriam sancti talem se intelligeret pati vindictam, licet invitus, relaxat quae iniuste pervaserat, et missa legatione ad monasterium, hoc ipsum nunciari fratribus imperat. Nec[d] mora, ab infirmitate convalescit. Sed ingratus eiusdem valitudinis, ad eadem[e] repetenda quae relaxaverat se ipso deterior ferventius inardescit. Audito fratris incommodo, quidam eius frater eum reviserat maerens; ad quem ille conversus, coepit se ipsum nimiae levitatis arguere, quod[f], casuali attactus dolore, quae sui iuris erant beato Huberto relaxasset; sed nemo speraret se diutius hoc pati posse. Continuo fauces minantis redivivus[g] dolor intercipit, stridoribus potius quam verbis clamat se strangulari monachorum eulogiis, et inter clamandum horrendo exitu spiritum emittens, quae sua erant ecclesiae liberius possidenda reliquit.

9. In pago Condustro femina quaedam nobilis lumen amiserat[1]. . . . . . .

10. Quodam tempore apud villam Rapazium[h], quae sita est iuxta Tarvoniam[2], temerarius quidam temptabat invadere partem agri ecclesiastici iuris et possessioni suae, quae contermina erat, copulare. Superveniente enim messis tempore, collegit duodecim manipulos ex eodem agro, qui[i] suae sationis non erant, et seorsum violenter suis apposuit. Requisitus a villico ecclesiae, cur tale quid facere presumeret, ille, ascenso equo, cum indignatione messem quae supererat discurrendo coepit conculcare, virga designans, adhuc etiam ulteriorem eiusdem agri partem cessisse sibi iure paterno. . . . . .

11. Contigerat sub eodem tempore quosdam principes Austrasiorum per eandem[k] Tarvoniam transitum habuisse et imminente nocte ibidem remansisse. . . . . . . Super hiis moti sodales de proximo confluunt, et ne simili plecterentur vindicta, iam moderatiores hospitibus suis per totam villam redduntur. Facto mane, ille, ut erat suimet impos, sociorum manibus equo superpositus, religatur, et Hasbaniam[l, 3] usque devectus, miserabili fine vita privatur.

. . . .

14.[m] Villa quae dicitur Liusceia[m*] monasterio satis est contigua; huius quidam procurator morsu rabidi lupi infectus, . . . ad sancti confugit auxilium. . . . Est enim eo in loco certissima salus huius horrendi discriminis, si adsit vera fides periclitantis, et observetur dictata conditio[4] collatae sanitatis. . . ; Conveniunt ad spectaculum ecclesiae aeditui cum paucis qui relicti erant monachis. Nam ceteri, delatis secum sanctorum pignoribus, propter Umbrorum incursus[5] in castro Gamedesla[6] morabantur. . . . . . .

15. Comitatum Arduennensem agebat Theodericus, cuius frater Aleramnus partes aequabat eiusdem comitatus. Hii cum pro[n] opportunitate silvarum haberent venandi studium, in eodem exercitio quidam Iammenoldus[n*] erat prepositus venatorum. Qui dum sepius ecclesiasticos saltus circa monasterium lustraret nullumque proventum venationis inveniret[o], condixit suis, ut in nomine sancti pontificis exeuntes, si quid proveniret, illi pro voto redderent. . . . . . . Erat enim tocius[p] Arduennae ab antiquo primoribus ex debito firmatae consuetudinis per singulas vices annuae venationis primitias et decimas cuiusque generis ferarum beato Huberto persolvere[7], eo quod idem sanctus, priusquam, mutato seculari habitu, propositi sancti ordinem percepisset[q], huius exercitii fuerit studiosus[8]. Unde et de cetero a quibusque vicinis nobilibus idem studium in eius nomine agitur.

16. Quodam tempore per pagum Arduennensem hostilis expeditio transibat, quae dum, ut moris eius est, se per oportuna loca spargeret[r], quaedam pars in Apro-villam[s, 9], quae monasterio finitima est, divertit. Et cum, equis immissis, immoderatius prata vastarent, et incolae spem alendorum animalium amittere[t] se dolerent, non solum in hoc dolentibus non[u] pepercerunt, sed et, violenter eorum effractis domibus, quae in eis erant[u] victualia rapuerunt. . . . . .

17. Quidam Erluinus comes Gabeliensis[10] tantae feritatis et superbiae fuerat, ut, quibuscumque prevalere posset, sive ecclesiarum sive secularium rebus oppressionem[v] inferret. Quia vero possessiones beati Huberti eo sibi videbantur ad deprimendum faciliores, quanto et erant propinquiores, postposito respectu iusticiae, in ipsum etiam Mononem prepositum monasterii manum conatus est mittere, quia ei videbatur inimicus ob defensionem ecclesiae. Hic digressus per Arduennam[w] transitum habere, Burias[11] devenit et ibidem in prato quodam iuris sancti Remacli cum suis repausaturus descendit. Iniustam

a) admittere *c.* b) firm. *c.* c) quod *c.* d) Nam *c.* e) ea *c.* f) quo *c.* g) reddiv. *c.* h) Raparium *c.* i) que *c.* k) eundem *c.* l) Hasbanium *c.* m) Miraculum *multis capitibus rubra praemissa c.* m*) Luisc. *ed.* n) *deest ed.* n*) Iamen. *ed.* o) inveniri *c.* p) ab ant. t. A. *ed.* q) percep. — cetero *des. c.* r) spargerent *c.* s) *sic c. et Cant. p.* 570; Apri v. *ed.* t) se a. *ed.* u) *deest c.* v) opressione *c.* w) Arduennem *c.*

1) Hoc est miraculum lib. I, c. 8. narratum. 2) Terwagne. Commemoratur inter possessiones monasterii S. Huberti in carta Waltcaudi supra p. 909, n. 3. memorata. 3) Over-et Neer-Hespen (cant. Tongres); v. Piot, 'Les pagi de la Belgique' in 'Mémoires couronnées de l'académie Belgique' XXXIX, p. 111. 4) De qua vide c. 21. 5) Ungarorum impetum in Lotharingiam a. 954. factum auctor dicere videtur. 6) Gemelle. Cf. cartam laudatam Waltcaudi l. c. p. 570. 7) Cf. Cant. S. Huberti c. 58, p. 597. 8) Cf. Vita Huberti c. 1, Roberti p. 6. 9) Arville; cf. Cant. S. Huberti p. 570. 10) De Givet castro. 11) Bure (cant. Rochefort); v. Piot l. c. p. 145.

vastationem alieni iuris quidam fidelium incolarum moleste ferens, nomen et meritum beati Remacli, ne hoc impune[a] pateretur, inclamavit. Ab indignantibus derisus est homo, eique obiectum est, nichil huiusmodi iuvaminis inesse Remaclo. Tandem profecturi, cum ducem, utpote viarum ignari, quaererent, quendam subulcum familiae beati Huberti offenderunt, quem, ut eis previus esset, verberibus cogere coeperunt. Ille omnimodo renitens[b], cum curam pastionis suae cogentibus pretenderet, uxor eius accedens, ut relaxaretur, Erluini pedes complecti voluit. Quam ille indignatus pede percussam contumeliose reiecit, sed statim eandem impietatem ultio divina vindicandam excepit. Nam repentino dolore compressus, cum tardius solito incederet, et quod patiebatur dissimulantem mirarentur comites[c], vix equitando ad villam Masburgh[1] pervenit, et ibidem lapsus equo, inter manus suorum corruit. Inde in gestatorio collectus, cum ad sua destinaretur revehi, vix perlatus usque ad[d] rivum Martini, miserabiliter spiritum exalavit.

18. Danorum gens a finibus suis egressa, partem Austrasiorum caede et incendiis indifferenter vastabat[2]. Horum fama, quae falsos aeque ut veros timores circumquaque augebat, fratres quoque Andaginenses cum ceteris incolis emovit ad fugam. Qui, assumpto precioso corpore sui patroni, remotiora loca suae possessionis, vel Campaniae villam Evernei[e]-curtem vel Mosellensem Lisuram[3], adire temptabant. Inter eundum[f] igitur divertentes per opaca silvarum, quae tutiora putabant, paululum requieverunt soporati, ut remissius expedirent quod restabat aggressi itineris. In somnum itaque ipsa sua lassitudine depressis, uni eorum Evoringo, morum probitate claro, quidam in venerabili habitu visus est[g] astitisse et, ut locum illum deserentes diffugerent, quia hostes superveniebant, imperiose indixisse. . . . . . .

19. Diutius autem perseverante gentis eiusdem incursione, assumpto corpore sancti, fratres iterum loco exierunt; et Palatiolum[4] devenientibus obviam processit maximus concursus provincialium. . . . . . .

955. 20. Anno incarnationis dominicae nongentesimo[h] quinquagesimo quinto, imperii autem Ottonis[i] primi vicesimo[5], comes Stephanus dedit Andaginensi ecclesiae legali dono, quicquid sui iuris erat in Calvenciaco[6], et hoc presente[k] Brunone archiepiscopo Coloniensium et Baldrico[7] pontifice Leodiensium. Cuius cum esset erga beatum Hubertum affectus[l] magnae dilectionis, ut corpus eius ad predictum fiscum deferretur, ab abbate Alberto[8] et fratribus obtinuit, ibidemque illi vestituram eiusdem allodii coram Raginero[9] et Gisleberto[10] comitibus multisque regni principibus puplice firmavit. Longo post tempore quidam Fredericus, frater ducis Theoderici[11], illud[m] allodium violenter invadens, ecclesiae subtrahere temptavit. Cumque nulla iusta ratione ab ipsa invasione vellet reprimi, beati Huberti corpus illo referre necessitas ipsa coegit. Hiis Fredericus auditis et indignatus se insequi presencia pontificis, urgente se ultione divina, eandem villam irrupit, solito temerarior, ut quasi[n] ad iniuriam sancti videretur in ea potentior. Qui dum equo sedens spatiaretur per plateas flexibus incompositis, in ipso exitu villae idem equus fracto collo sub eo concidit, ipse quoque, toto collisus corpore, ibidem expiravit. Huiusmodi fratris interitus cum duci Theoderico referretur a quibusdam, ille divinae vindictae laudabilem probavit iusticiam et iniqui pervasoris temerariam improbavit superbiam, qui tanti pontificis et eiusdem possessionis domini[o] non reveritus est presenciam.

21. Quidam nobilis et potens Iosbertus de castro Marla[12], quod situm est iuxta Laudunum super fluvium Somnam[p], rabidi canis morsu attrectatus, ex consuetudine evadendi periculi venit ad monasterium, et ibi incisus eiusdemque[q] incisionis observantiam edoctus, ad sua securus rediit[r]. Quia vero persepe[s] potentibus levitas est familiaris, ille, ut erat moribus levis, iniunctam sibi observantiam neglexit, et invalescente mox aegritudine, periclitari coepit. Reductus vero ad ecclesiam pontificis, continuo meruit liberari; et ne ingratus videretur eiusdem liberationis, totam terciam partem Ervernei[t]-curtis, quae sui iuris erat, illi legaliter tradidit. Quam donationem cum per annum integrum liberam et ratam ecclesiae permisisset[u], quadam die inter prandendum, cum sibi sufficiencia adesset, causatus est sibi etiam ampliora deesse. Respondentibus ministris, id sibi imputandum, qui illi Huberto Ardennensi suum dederat allodium, Iosbertus, indignatione concepta, dyabolo suggerente, donum, quod firmaverat, infirmandum iuravit. Sed statim immundus spiritus vocem minantis excussit. Quo impellente, uxoris suae faciem iniectis dentibus

a) impugne *c.* b) remittens *c.* c) milites *ed.* d) *deest c.* e) *sic ed. et Cant. p.* 571; Evervei *c.* f) eundem *c.* g) *deest ed.* h) nonagent. *c.* i) Octonis *c.* k) pnte *c.* l) affecte *c.* m) idem *ed.* n) qui *c.* o) domum *superscr. c.* p) Sōmam *c.* q) eiusque *c.* r) reddiit *c.* s) prosepe *c.* t) *sic ed.*; Evervei *c.*; *cf. supra n. e.* u) permisit *c.*

1) Masbourg septentrionem versus a St.-Hubert. 2) Normannorum incursum in S. Huberti possessiones factum a. 881. aut 882. recte tribueris, quibus annis in illis regionibus eos saevisse constat; cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 149 sq. 3) Evernicourt, Lizère. Commemorantur in carta saepius laudata Waltcaudi; Cant. S. Huberti p. 571. 4) Paliseul; cf. Piot l. c. p. 146. et Cant. S. Huberti p. 570. 5) Ante Aug. 8. igitur eiusdem anni. 6) Chauvency-St.-Hubert prope Montmédy. Cf. de hac traditione Cant. S. Huberti p. 571. 7) I, qui, expulso Ratherio, episcopium regendum a. 955. suscepit; cf. Ann. Lob., SS. XIII, p. 234; Gesta abb. Gemblac., SS. VIII, p. 531. 8) Secundum catalogum abbatum supra p. 909, n. 1. laudatum a. 942—966. abbatiae praefuit. 9) Cognomento Longicollo comite Hannoniae, qui a. 958. exilio multatus est; cf. Dümmler, 'Otto der Grosse' p. 296. 10) Comite Arduennensi, fratre Friderici I. ducis Lotharingiae superioris, postea abbate S. Huberti. 11) I. Lotharingiae superioris (a. 984—1026), cuius frater Fridericus alibi, quantum scio, non commemoratur. 12) Marle (dép. Aisne), quod vero oppidum non super Somnam, sed ad Serre fl., qui in Iseram (Oise) defluit, situm est.

arripuit et interceptam partem abstrahens, borribiliter vociferantem[a] infecit. Comprehensus a suis, temptabatur ad sanctum reduci, sed cum quasi iniuriosus illi presentari vereretur, cuidam lecticae colligatus, violenter attrahitur. Labore continuato tandem ad locum pervenitur, fratribus Deo[b] vigilias exsolventibus. Pulsatis[c] foribus, cum rei ordo et necessitas referretur abbati, ille introitum petentibus usque in lucem distulit. Exclusi cum, quasi de misericordia desperantes, iuste repelli arbitrarentur, inimico se ipsum ad horam dissimulante, respiravit Iosbertus, seque sanum mentitus, petiit, ut absolveretur. Putatus verum dixisse, cum resolutus super pedes constitisset, collectis viribus in altum prosiluit, et impacto capite in lapidea camera, quae tunc erat pro foribus monasterii, quasi mortuus in terram recidit. Exhorruerunt circumstantes miseriam, dicentes hanc ei iuste vindictam evenisse, eo quod sancto deliberasset subtrahere donationem, quam fecerat. Facto mane supervenit abbas cum fratribus gratia compatiendi, et eo astante, cum respirasset qui[d] mortuus videbatur, ligatus iterum, illatus est ecclesiae. Qui dum per triduum in continua vexatione oblatum sibi pulverem de sepulcro sancti[e] vitasset attingere, in dolio aquae frigidae depositus est cum[f] exorcismis et eiusdem pulveris admixtione. Sensit inimicus pondus virtutis divinae, et coactus per posteriora egredi, talem dedit crepitum, ut omne dolium a compage sua resolveretur. Corruit Iosbertus exanimis, cum[g] non multo post sanus exurgens, Deo sanctoque pontifici perfectae sanitatis gratias reddit[h]. Qui ibidem per mensem honeste retentus, donec uxor eius de more incisa sanaretur, quicquid prius ecclesiae dederat, iterata donatione reddidit; indeque ad sua rediens, quamdiu advixit, fidelis et devotus sancto permansit. Huius donatio fuit tota tercia pars[f] Evernei[i]-curtis in[k] omnibus appendiciis suis. Et licet eam[l] violencia Novi-castri[1] in ecclesia, in banno et in molendinis minuerit, tamen fundum ipsius possessionis, evidentibus divinae virtutis indiciis, vel mutuando vel usurpando[m] ecclesiae nemo subtrahere potuit. . . . . . .

22. Nostris quoque temporibus quidam Haduinus Laudunensis, annuente abbate felicis memoriae 1071.
Theoderico[2], eandem possessionem mutuare voluit, sed nullo assensu provincialium id obtinere potuit. Cuiusmodi contradictionem prudenter abbas perpendens divino nutu fieri, expostulato altari eiusdem possessionis a domno Elinando[n] pontifice Laudunensi[3], cellam ibidem constituit[4] et fratres imposuit et eandem constitutionem suam cum omnibus ibi acquisitis vel acquirendis Romanae auctoritatis privilegio roboravit.

23. Apud Lisuram in territorio Treverensi dono Walcaudi episcopi possidet ab antiquo Andaginensis ecclesia vineas sui iuris. Hiis aliquando vindemiatis, cum sub abbate Theoderico prepositus ecclesiae ad usus fratrum deduceret vinum, quidam Ebroinus de Berenges[o] violenter illud cum bubus rapuit ipsumque prepositum, ablato equo, peditem ad monasterium remisit. Super huiusmodi dampnum et iniuriam abbas ipsum Ebroinum sepius interpellavit, illoque in pertinacia persistente, apud quosque terrenae potestatis iudices iusticiam reclamavit. Sed cum in neutro se profecisse videret, clamorem convertit[p] ad Dominum sanctoque patrono rei commisit exitum. Interea supervenit sollempnitas dominici natalis, et Ebroinus cum suis, apparato sibi prandio, epulaturus discubuit. Iam inter prandendum iocundior, de vino illius Ardennensis Huberti precepit sibi deferri, addens se velle experiri, cuius haberetur saporis. Minister ingressus cellarium, omne invenit evanuisse vinum, exceptis tribus hamis, quod ad supplementum vasorum ex domestico fuerat additum. Miratus rei eventum, Ebroino renunciavit miraculum. Ille quidem primum difficile credidit, quod a ministro relatum exhorruit, sed experta veritate miraculi, timuit, ne culpae vindictam experiretur ex se ipso. Statim procuratis sibi intercessoribus, ad monasterium in ipsa hyemis asperitate nudis properavit pedibus ibidemque, cum per humilem satisfactionem obtineret veniam, ad integrum restituit quicquid abstulerat.

24. Quidam vir militaris Theodericus ab inimicis interceptus, ad monasterium confugit et intra claustra receptus a Theoderico[q] abbate, sperabat se tutum ab eorum insectatione. Prosequentibus autem inimicis usque ad atrium ecclesiae, cum sanioribus[r] videretur eo usque licuisse, quidam Adelardus nomine[s] munitionem atrii violenter infregit et, ut intrarent subsistentes[t], exclamavit. Illi irruentes, invenerunt Theodericum in camera sub dormitorio fratrum, quae postea facta est domus infirmorum. Hortatus ab abbate, ut cederet oppugnantibus inimicis, ille, ut erat virilis animi, indignatus timere, restitit. Orta decertatione, dum res ageretur permixtis utrimque[u] telis, veritus abbas eventum homicidii, signa ecclesiae pulsari iussit. Continuo discedentibus illis ad sonitum terroris, Adelardus, qui atrium infregerat, a daemone arreptus, equo corruit. Quem cum quidam comitum retro se componeret evehendum, ille componentis collum mordens, partem abstraxit[v], et non multo post infeliciter expiravit. Theodericus[w] vero, cum taliter evasisset, eiusdem evasionis ingratus, predam super ecclesiasticas possessiones exercere non erubuit; statimque iusto Dei iudicio uxorem eius Hesplendem daemonium invasit. Quae ad monasterium deducta, nullo modo liberari meruit, donec vir eius, recordatus id sui[f] causa fieri, scopis secum delatis ut coram sancto caederetur, expetiit. Post talem viri satisfactionem recepit mulier sanitatem, sicque expertum est propter sancti iniuriam a viro illatam hanc illi evenisse passionem.

a) vociferentem *c.* b) v. D. *ed.* c) Pulsans *ed.* d) quasi *c.* e) *deest ed.* f) *deest c.* g) *sic c. et ed.; tum emendandum videtur.* h) reddidit *ed.* i) *sic ed.;* Evervei *c.* k) *sic c. ed.* l) etiam *c.* m) ursipando *c.* n) flin. *c.* o) *sic ed.;* Belenges *c.* p) vertit *ed.* q) ab abbate *c.* r) senioribus *c.* s) *deest ed.* t) subsistens *c.* u) utrumque *c.* v) astraxit *c.* w) Th. vero *des. c.*

1) Neufchâteau-sur-l'Aisne. 2) I, qui sedit a. 1055—1087. 3) Sedit a. 1052—1098. 4) Cf. Cant. S. Huberti c. 13, p. 575. Eadem donatio commemoratur in Vita Theoderici abb. Andag., SS. XII, p. 41.

25. Puella quaedam paralitica Areleonis[1] delata est ad monasterium. . . . . . .

26. Germanus quidam ecclesiasticae familiae per multum tempus infirmatus iacebat, quem quia diligebat abbas Theodericus, precepit, ut ad monasterium deferretur. . . . . . .

27. In villa Palatiolo dicta cuiusdam Guiredi infirmabatur filia. . . . . . . Miraculum tam subitae sanitatis cum publice referretur Theoderico abbati, ipsius pontificis sollempnitatem reddidit hilariorem et ampliorem erga Deum populi suscitavit devotionem.

28. Comitatui Namucensi[a], licet iniuste, subiacebat centenaria iusticia Anseromiae[2], et violencia vicecomitum nimis affligebatur ecclesiae familia. Acturi[b] causas huius exactionis Guillermus de Vervia[c] cum Hermanno[d] et Rodulpho[e], fratre eius, de[f] Oubaya[g. 3] die condicta illo convenerunt[h], et in dominicali curia porcum unum invenientes, in coenam suam occidi et parari iusserunt[i]. Bullientes carnes satis multus ignis suggestus coquebat, sed nullo modo decoqui poterant, et ministris de more attemptantibus eas cruditatem suam et sanguineum horrorem ingerebant. Coenaturi domini cum taedio afficerentur huius expectationis, carnes illas, qualescumque essent, sibi iusserunt apponi. Sed coena eadem illis ultima fuit. Nam Guillermus a daemonio arreptus et Verviam[k] in gestatorio relatus, miserabiliter expiravit; Hermannus vero et Rodulphus aliquamdiu superstites defecerunt sine poenitentia et divina recognitione. Hiis probatis[l], Albertus comes Namucensis[a. 4], cum in Arduenna silva moraretur gratia venandi et veneratione loci diverteret cum uxore sua Idda ad ecclesiam beati Huberti, poscente Theoderico abbate, predictum[k] comitatum Anseromiae perpetuo remisit ecclesiae.

29. Aliud miraculum omni hactenus seculo inauditum annectimus, quod viro egregio Lamberto, loci huius monacho, postmodum vero Hasteriensi abbate[5], referente comperimus. . . . . . . Contigit aliquando quendam strennuum virum, morsu rabidi canis pervasum, ad hunc locum venisse et, sicut est consuetudinis, incisum, oblatis sancto numeribus, ad sua cum gaudio remeasse. . . . . . .

EXPLICIUNT MIRACULA SANCTI HUBERTI.

a) *sic ed. Cant.*; Namurc. *c.* b) *sic ed. Cant.*; Dicturi *c.* c) Vriva *c.*; Virvia *Cant.* d) Hermamo *c.* e) Radulph. *h. l. c.* f) fr. eiusdem *c.* g) Onhais *ed.*; Houbaia *Cant.* h) convenerant *ed.* i) fecerunt *ed.* k) *deest c.* l) probatus *c.*

1) Arlon. 2) Anseremme. Inter possessiones a Waltcaudo episcopo monasterio donatas recensetur Cant. S. Huberti p. 570. — Miraculum hoc ad verbum cum nostro conveniens praebet Cant. S. Huberti c. 17, p. 577, ut ex hoc libello in Cant. transsumptum id esse statueris. 3) Vierve, Hontheye. ROBAULX. 4) III. a. 1063 sive 1064—1102; cf. 'N. Archiv' VIII, p. 596. 5) Cf. supra p. 908, n. 4.

EX MIRACULIS S. RICHARII.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De miraculis s. Richarii monachus quidam Centulensis paulo post a. 864.[1] *duos libros edidit, quorum primo ea enarravit quae post a.* 814. *usque post a.* 845. *facta ipsi relata erant, altero quae inter a.* 859—864. *gesta ipse in monasterio Centulensi positus vidit*[2]. *In quibus quaedam de Normannorum incursionibus et de abbatibus huius monasterii notatu digna leguntur, quae exhibemus emendata ope codicum*

1) Vaticani reginae Christinae nr. 488, *saec. X—XI, olim S. Richarii, f.* 14—43, *quem V. Cl. P. Ewald contulit.*

2) Bruxellensis nr. 7460, *mbr. fol. max., saec. XII ex., partis magni legendarii Valcellensis, quod patres Bollandistae a Balthasaro Moreto acquisierunt. Cuius variam lectionem V. Cl. E. Ouverleaux exscripsit*[3].

Utrumque libellum integrum ediderunt Mabillon, Acta II, p. 213—227, *ex ms. Centulensi (*1 *ut videtur) et Compendiensi; G. Henschen, Acta SS. Apr. III, p.* 447—456, *ex codice* 2 *male cum* 1 *collato. Hariulfus in Chron. Centul. I,* 11. 12. *III,* 1. 4. 8. 18. *multa ex his libris transsumpsit.*

Alterum librum de miraculis s. Richarii aliquanto tempore post a. 1099. *compositum*[4] *edidit Mabillon, Acta V, p.* 567—573, *quem Hariulfo celebri auctori Chronici Centulensis tribuit, nescimus num codicis Centulensis, ex quo librum exhibuit, an alia quacumque auctoritate nisus. Quod si verum est, hic liber ante a.* 1105. *compositus esset, quo anno Hariulfus abbas Aldenburgensis monasterii constitutus est*[5]. *Et pars huius libelli procul dubio Hariulfi est, eius*

1) L. II, c. 7: *Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi* 864, *mense Octobri, die* 6. *Kalendarum Novembrium translatum est a fratribus gloriosum caput sancti Richarii* etc. 2) Prol. libri II: *Hactenus . . . ea . . nos constat posuisse miracula, quae fidelium relatione testium . . . credimus afferre. Nunc deinceps ea ponenda sunt quae coram positi vidimus.* Unde apparet, auctorem aliquanto tempore post a. 845, ante a. 859. vero monachum Centulensem factum esse. Falso igitur Mico diaconus auctor horum librorum habitus est (Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 164), qui iam a. 825. diaconus et forte praeceptor scholae Centulensis opusculum de arte metrica et grammatica edidit; vide E. Dümmler, 'N. Archiv' IV, p. 516 sqq. Qui cum carminum Centulensium collectionem saeculi IX. ediderit, forsan eruet, quis fuerit auctor Miraculorum. In ea enim Reinhardi et Fredigardi custodis carmina c. a. 859. et post a. 862. scripta occurrunt, aliquot monachorum post a. 864. defunctorum epithaphia leguntur. Etiam de Odulfo custode, reliquiarum avido et artifice (de quo vide Hariulfi Chron. Centul. III, c. 11. 12. 14; Dümmler l. l. p. 519) cogitari possit. Is enim capsam fabrefecit, in qua caput s. Richarii a. 864 (v. n. 1) positum est, ut Hariulfus III, 11. narrat. 3) Cf. supra p. 590. Eadem exstant in codice Audomarensi nr. 746, chart. saec. XVI ('Archiv' VIII, p. 417); cum alia praefatione a postero auctore praemissa et tribus miraculis additis in codice Trecensi nr. 1776, saec. XIII ex. — XIV. in. ('N. Archiv' II, p. 297). 4) V. cap. 3. 5) Vide de Hariulfo praesertim supra p. 872 sqq., 'Hist. littéraire de la France' XII p. 204 217, ubi vero falso, Mabillonio teste indicato, dicitur Hariulfus tres libros Miraculorum edidisse et eorum duobus prioribus Ingelramni abbatis carmen de miraculis s. Richarii (v. supra p. 693) in prosam orationem redegisse, tertium libellum solum a Mabillonio editum esse; Mabillon enim l. l. p. 557. recte dixit Hariulfum partem libri Ingelramni qua de relatione

enim capita 4—6.[1] *ex Chron. Centul. IV*, 9, *capita* 15—20. *ex eadem IV*, 30. 31. *sumpta sunt*[2], *sed haec facile etiam ab alio quodam monacho exscribi et cum cap.* 1—3. *et* 11—14, *quae speciales et distinctae particulae libelli sunt*[3], *in unum librum congeri potuerunt; quod ideo potissimum probabile est, quoniam ordo temporis in hoc libro penitus neglectus*[4], *et ei idem prologus praemissus est, quem auctor Miraculorum saec. IX. libro suo II. praefixit. Sola capita* 1—3. 10. *quaedam praebent quae ad nos attinent, praesertim c.* 1, *quo idem miraculum Brugense narratur, cuius profusa relatio SS. XIV, p.* 178 *sqq. edita est. Haec ex Mabillonii editione recudimus*[5]. *O. H.-E.*

EX MIRACULIS S. RICHARII SAECULI IX.

INCIPIUNT[a] MIRACULA SANCTI RICHARII[b].

Sanctorum sacra miracula operante divina clementia angelico didicimus oraculo esse propalanda,
Tob.12,7 qui inter caetera loquitur ad beatum Tobiam: *Sacramentum*, inquiens, *regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.* Qua nos ammonitione tacti, ea quae pro meritis beati Richarii miracula divina peregit dignatio litteris mandare studuimus. Et quia incuria antiquorum omnia praetermissa videntur nisi pauca quae in Vita ipsius attitulata sunt, operae precium duximus, ut[c] fidelium astipulatione testium collegimus, incipere a moderamine regni piissimi caesaris Ludowici et caetera usque in praesens, quantum facultas memoriae suppetit illorum, deducentes.

814. 1.[d] Anno[6] sacrae incarnationis domini nostri Iesu Christi octingentesimo quarto decimo, indictione 7, dum felix Francia sub gloriosissimi caesaris Ludowici moderamine omni venustate floreret, optinuit beneficio ipsius principis Hericus abbas regimen monasterii beati Richarii[7]; quod dum teneret, adeptus est quidam suis precibus ex vasallis ipsius nomine Heuto villam Sidrudem[8], quae erat in sorte fratrum deputata ad calciamenta et ad quaedam illorum alia vestimenta. Ipsa est nimirum, quam antiqua suis posteris intimavit industria per generationis ordinem, qua[e] venerabilis pater noster beatus[f] Richarius solebat mansionis[g] hospicium tenere, cum oceani aequoreos transfretare campos studuerat[h.9], partim salutiferae[i] incumbens praedicationi regionis Britanniae, partim etiam in captivorum desudabat redemptione. Fuit enim illic prope nemus, quod usque hodie aliquod sui dat indicium, ubi illum accolae loci ipsius et in iter carpendo et inde redeundo lassitudinem corporis temperare et sacras fundere orationes, linea genealogiae ducente, prodiderunt. Inter quae erat quaedam fagus, iuxta quam iugiter ipsum consuetae insistere orationi idem coloni tradiderunt, quae postea ab illis in reverenti honore habita est. Quam animi devotionem sancti viri ut quaedam nobilis femina, ad cuius dominatum ipsa possessio pertinebat, aure cordis percoepit[k], quae vocabatur Sigedrudis[l], a qua postea ipsum territorium optinuit nomen, in tanto caritatis glutino dilexit eum, ut ei ipsam villam traderet perpetuo habendam. Hanc dum consequutus esset praedictus Heuto, coepit libera ea uti potestate. Quadam autem die dum rura illius circuiret, super iam dictam fagum venit; quam dum enormem esse intuitus fuisset, iussit incidi et, quia apta esset ad ministerium foci, indicavit[m]. Cui sui servi professi sunt se minime hoc audere perpeti, eo quod paterna traditione didicissent illum esse sacratum fustem, et ibi beatum Richarium consuevisse orare, cum transmarinos peteret fines, et ei omne istius rei capitulum texuerunt. Quod ille superba mente contempsit, dicens hanc esse vanam observationem, et ob hoc non debere dimitti, ut non incideretur. Qua vi constricti, fecerunt ut a domino[n] suo acceperant mandatum. . . . . . .

a) Inc. — clementia *des.* 1, *spatio vacuo relicto, ut minio postea inscriberentur; manus s. XVII. supplevit:* Miraculorum sancti Richarii liber I. Miracula sanctorum virorum. b) eiusdem 2, *ubi praecedit:* Explicit vita sancti Richarii confessoris. c) quae *add.* 2. d) *numeri capitum des.* 1. e) quam 2. f) *deest* 2. g) mansionibus *corr.* mansionis 1. h) studuerit *corr.* studuerat 1. i) inc. sal. 2. k) *sic* 1. l) Sigetrudis *corr.* Sigedr. 2. m) indic. 1. n) s. d. 2.

s. Richarii agitur in Chronico Centulensi prosa oratione reddidisse (supra p. 693 sq.), nihil vero de tribus libris Miraculorum. Revera Ingelramni carminis tres libri de miraculis agunt. 1) Haec capita ex Ingelramni carmine IV, c. 3. 4. 8. in Chron. Centul. IV, 9. sumpta sunt, Mabillon ea in editione sua libri Miraculorum Hariulfi omisit. 2) Mabillon l. l. p. 557. dixit in Chron. Centul. deesse quae hoc libro Miraculorum relata sunt, sed in prima quidem editione Chronici Centul. in Dacherii Spicilegii t. IV. capita IV, 9. 30. 31, quae haec continent, omissa sunt, exstant vero in altera editione Spicilegii t. II. 3) Cap. 11—14. de Civinocurte praedio S. Richarii agitur. 4) Quae cap. 1—3. narrantur multo post ea quae c. 4—6. continentur facta sunt. 5) Acta SS. Apr. III, p. 459. brevissimum tantum excerptum huius libelli ex codice Centulensi editum est, ubi Historiae relationis s. Richarii subiunctum erat. 6) Hoc caput exscripsit paene totum Hariulfus, Chron. Centul. III, 1. I, 11. 7) Post Angilbertum eodem anno Febr. 18. defunctum. 8) Sorrus prope Montreuil. 9) Cf. Vitam Richarii auct. Alcuino c. 8, Mabillon, Acta II, p. 192.

Praedictus vero Heuto quinto fere die, in infirmitate positus, spiritum emisit. Haec autem ita se habere ex multis ipsius villae incolis, praesertim Herradi[a] et Heroldi[b], quos superius posuimus, qui interfuere, testimonio confirmata sunt.

2. Nec illud silentio tegendum videtur, quod temporibus Helisacharis abbatis[1], successoris Herici, accidit in villa supradicta. . . . . . .

4. . . . 'Vade', inquit, 'in Franciam regionem, ad plagas boreales, ducens tecum unicam filiam dilectam, et perquire venerabilis sancti Richarii monasterium, quod situm est spatio quindecim leugarum a portu Quentowig. . . . . . . Et quia tres ibi habentur aecclesiae, praepara quam plurimos cereos, ut unicuique altari proprium superponas cereum. . . .' . . . Et quia mos in illo tempore, instituente praeclaro abbate iam dicto Elisachar, deerat limina monasterii feminis tetigisse. . . . . . .[2]

5. Erat quaedam meretrix nomine Olgia de territorio quod vocatur Villare, consistens secus muros monasterii ad plagas boreales, quae multorum causa ruinae fuit. . . . . . .

11. Dum[3] coenobii Centulensis abbas Ludovicus teneret regimina[4], ob malignorum timorem Danorum, quos Sequana illis alebat temporibus, quorum princeps fuit Raginerus[c, 5], multa monasteria circumiacentia affinitati ipsius littoris necnon villae fecundae pristinum amisere decorem. Nam supradicto tempore templa aecclesiarum suum deposuerunt ornatum, et una Deo servientium multitudo fugam expetivit[d], horum canina turbata rabie, universa auferens secum quae ad venustatem pertinent altaris. Nec enim iste solum turbo fervorem sui saevi reumatis propinquis quibusque locis afflavit, sed etiam longinquiora ipsius flatu commota sunt. Eo enim pestifero rumore et monasterium hoc concussum est. Quod in tantum optinuit, ut non solum facultates aecclesiae, verum etiam ipsum intemerabilem thesaurum corporis sancti Richarii contigit fugam inire. Nam fratres qui ibi ad serviendum Deo aderant, tollentes illud, discesserunt, paucos loci custodes relinquentes. Qua dispersione circiter trium ebdomadarum[e] tempus sustinuerunt. Postquam autem placuit ei cui omnia bona substantialiter assunt, accidens vero[f] eminus latet, consuetam opem minime linquere, exercuit id quod illi ab aeternitate inerat. Nam ministros suos[6], quibus utitur iustitia sua ad vindictam nostram, quia in multis offendimus omnes, copiosa sua clementia fecit petere aliarum sedes regionum. Quod postquam gestum est, visum est Dei famulis istius coenobii non debere diu abesse tam honorabilem thesaurum a loco unde fuerat sumptum[g], et in quadam die dominica, qua[h] a fidelibus resurrectio Christi celebratur, induti candidiferis[i] vestibus, cum flaminibus[7] et crucibus et omni decore compositi gaudioque inenarrabili spiritalis laetitiae repleti, in ymnis et laudibus Dei intulerunt beatissimi Richarii preciosum[k] corpus, ubi ante noverant fuisse. Quo comitatu non minima pars Pontivae affuit regionis. . . . . . .

845.

18. Erat quidam pestifer homo latrocinii operis nomine Dierbertus[l], qui in villa supradicta Dulcorio[m] vinculis publicis trusus est. Ubi dum prolixo cruciaretur tempore et nullum suae relaxationis fideiussorem haberet, nullo de illo curante propter sua crebra mala opera, coepit relaxari aliquo modo a custode ipsius supplicii nomine Goifredo[n]. Nam sumpto eo et catenato vinculis ligneis, industria mechanicae artis patrata, ut collum et manus implexae illis essent, ducebat per metentes, per quasque etiam domos, non tantum ob istius sustentationem[o], sed potius ut ipse inde aleretur. Cumque aliquo hoc faceret tempore, contigit eum etiam ad monasterium Sancti Richarii huiuscemodi negotio venire. . . . . . . Cum enim ad interiora iret aecclesiae gratia audiendi divini[p] officii missarum et praedictum vinctum ante ianuas basilicae reliquisset, intercessionibus sancti confessoris soluta sunt sponte vincula, et celeri cursu sese in aecclesiam dedit, ibique Dei protectione, sui quoque militis implorato liberatus est. . . . . . .

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIBER[f] SECUNDUS.

Hactenus, quamquam stilo imperito, veritatem harum exsequuti sumus rerum, ea tamen nos constat posuisse miracula, quae fidelium relatione testium nequaquam scrupulum dubietatis cuilibet devote legentium credimus afferre[q]. Nunc deinceps ea ponenda sunt quae coram positi vidimus, in quibus extrinsecus persona testimonii non quaeritur, propria nos conscientia in omnibus instruente. Existunt etiam quaedam his inserta, quae diversis in locis extitere patrata, eo modo vel tenore nobis veraciter[r] relata, ut eorum dictis ita animus solidatur, acsi nobis fuissent praesentibus acta.

1. Anno dominicae[s] incarnationis 859, indictione octava, depopulata est dira clades non minimam 859.
Franciae partem. Nam mare eo tempore, quamvis[t] sub quibusdam assidue obscuris significationibus illud

a) Herrardi *corr.* Herradi 2. b) Herroldi quod sup. 2. c) Ramerus 2. d) expetunt 2. e) ebdomarum 1. f) *deest* 2. g) *sic* 1; sumptus 2. h) quae 2. i) candidis scricis 2. k) *superscr.* 1. l) *sic* 1. 2. m) Dulcurio 2. n) Goifrido 2. o) subst. 2. p) divinum officium 2. q) afferri 1. r) velociter 2. s) inc. dom. 2. t) quanuis 2 *semper*.

1) Cancellarii nominatissimi Ludovici Pii, qui, ut Sickel, Acta Car. I, p. 87, censet, hanc abbatiam circa a. 822. accepit, a. 831. in exilium trusus, perdidit; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 3. 234. 2) Cap. 4. 5. exscripsit Hariulfus III, 4. 3) Hoc caput exscripsit idem III, 8. 4) Qui a. 844. Richbotoni abbati occiso successit; Ann. Bertin. a. 844; Hariulf. III, 7. Ludovicus, aeque ac decessor eius Richboto et Nithardus, qui brevi tempore huic monasterio praefuisse dicitur, nepos Karoli Magni, ex Rotrude, filia eius, filius Roriconis comitis Cenomannensis fuit, qui etiam abbatiam S. Dionysii tenebat, a. 867. mortuus; abbatiam S. Richarii vero ante a. 855. abdicavit. 5) De hac incursione vide Mirac. S. Germani, supra p. 10 sqq., ubi etiam huius ducis mentio fit; Ann. Bertin. a. 845; Dümmler, 'Ostfr. Reich' I, p. 270. 6) Normannos. 7) Vexillis ecclesiasticis; cf. Ducange-Henschel s. v. *flamina*.

859. minime cessat exercere, nudum suum suis ostendit vicinis affectum. Ea enim tempestate alumpnos proprios, quos sui tabo nutrierat fellis, velut parturiendo evomuit. Heu! quam saeva illius gemina parturitio, id est significativa[a] et detecta! Quarum prior suum constituit esse in rapiendis animabus et ad infimum sui saevi fluminis[b] mergendo; sequens autem iura suae transgressa est naturae et pro affectu pio utitur homicidis[c] cruentis. Nam quae aliquando suavem solebat suis finitimis deferre pastum, nunc mortis praestat interitum. Et unde olim enormis educta fuerat saturitas, inde nunc nigra egreditur fames. Nam tempore supradicto dira Danorum manus late maris aequora contexit[d] suis de navibus, adeo ut fere silvestre[e] putaretur malis sursum porrectis; quorum popularitate monasteria destructa, civitates dissipatae[f], villae radicitus corruerunt[1], et, quod nequius est, ipsa hominum nec minus popularium quam servientium Deo multitudo turpibus traditur canibus. Et ipsos partim trucidant, partim praedae dirigunt suarum navium, partim etiam trucibus necant flammis. Qua pestilentia contigit obvolvi et monasterium Sancti
c. Nov. Richarii. Nam monachi, qui ibi theoricae subtile arripuerunt[g] iter, dispersi sunt velut oves praesentia torvi lupi. Qui huc illucque diffugiendo diversas suarum viarum calamitates perpessi sunt. At novissime adepti sunt habitationis locum in territorio cuiusdam Deo devotae feminae beneficio nomine Engilradae[h] optinente vocabulum Podervais[2], ibique supradictae feminae largitione non paucos duxere dies. Et cum fere perageret bis trinos solaris girus menses in istius saevae miseriae tempore, recordatus est[i] Dominus
860. Febr. 11. per intercessionem sui militis suorum in magna angustia positorum servorum. Nam quadam nocte dominica, qua tunc a fidelibus septuagesimus colebatur, istiusmodi declaratum est. Erat quaedam anus in supradicta villa, quae elemosinis antedictae feminae pascebatur, quae talem se retulit visionem vidisse. Cum enim se, ait, silenti dedisset quieti, nocte eadem astitit ei[f] quidam veneranda canitie senex, vestibus indutus candidis velut nix, ferens in manibus aureum baculum. Quam cum[k] ipso pulsando interrogavit, ubi Centulenses monachi fuissent. At illa, quamvis per visum, ut postea retulit, timebat aliquem speculatorem Danorum fuisse et omnino se negavit scire. Cui ille secunda vice: 'Noli timere', ait, 'sed indica mihi ubi sunt'. Et[l] illa respondit: 'Confiteor me nunc minime scire illorum conventum ob malignorum timorem Danorum, quos hac illac discurrendo fugiunt, sed tamen quam sepissime huc soliti sunt ad moenia meae dominae convenire, cuius elemosinis alor'. Cui ille subiungendo: 'Vade', ait, 'et dic servis meis: Nolite timere! Ego protegam et custodiam, nec amplius patiemini isto tempore malorum insidias Danorum, et loci mei defensor extiti ab omnibus ingruentibus pressuris. Nam ex eo tempore, quo vos illinc existis, ego remansi et custodivi ab omnibus adversis. Vosque cito revertemini[m] ad pristinum vestrum locum'. Illa autem retulit quibusdam fratribus tam[n] felicem visionem. Quae cum ad aures plurimorum pervenisset, repleti sunt inenarrabili iocunditate, gratiarum Deo laudes offerentes, qui suorum semper servorum in angustia positorum recordari dignatus est per sancti sui intercessionem. Quam visionem rei exitus probavit. Nam postea nec adeo saevit malitia Danorum, nec fratres Centulenses pavore eorum diversas mansionum sedes mutaverunt, sed parvo tempore transacto, suo se mari dederunt discedentes[3]. O quam clemens existit beatus Richarius erga suos, qui dum adversa patiuntur, adesse eis dignatur benignus consolator. Cuius intercessionibus claustra sui monasterii custodita sunt, servi sui famulatus protecti, eminus insidiae Danorum fugatae.

. . . .

16. Cum[4] praedicationis apostolicae facundia circum quasque girando regiones plures fidei conciliaverit christianae, grexque cottidie propensius dominicus augeatur, quamvis iam[o] olim in ipsorum Christi
Rom. 10, 18. vicariorum tempore propheticus completus sit versiculus: *In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum,* tamen auctius ac uberius[p] in processu nostri accumulatur aevi, qui eos etiam, quorum ense saepe populamur, in multis videmus correctos ac colla sanguinea iugo Christi, quod lene est, summittere. Denique quidam Ansleicus de propagine Danorum progenitus[q], christianitatis sumens insignia, contubernalis palatii domni[r] Karoli regis piissimi munificentia effectus est. Qui dum legationem praedictorum Danorum, quos hactenus vis marina in Anglorum sedibus detinet, pro suis negotiis domni regis orabundos clementiam duceret[s], ac inde cum congruis responsis redirent, contigit eos per coenobium Christi sacerdotis reverti. Cum autem praefatus Ansleicus orationis gratia basilicae limina adisset ac singula supplicando altaria circuisset, unus ex Danis, quos adhuc gentilitius[t] error ludificabat, curiositate instinctus humana, inter alios intravit, qui neque Deum pro se supplicans rigidae[u] cervicis flexit habenas, neque in aliquo honoris reverentiam sancto Dei exibuit. Postquam vero marinos tetigere fines, coepit ille artuum viribus destitui ac molestia corporis affatim gravari. Deinc[v] ut castra suorum adiit, ilico quasi rebus humanis eximi visus est. Constipatique sui necessarii huius sinistrae fortunae elogio, sciscitaverunt, si recolere quivisset, unde ipsi[w] fomes istius anguoris contigisset. Qui multa secum conferens ac huius incitamenti penitus pestem non retinens, iam ab universis vita privari opinabatur. Cum autem finis adesse putaretur, nullaque spes salutis ulterius crederetur, tandem ipsius subiit memoriae, eo quod tumide beati Richarii basilicam intrasset et neque Deo christianorum neque ipsi sancto cultus honorem

a) *corr. ex* significatua 1. b) flam. 2. c) homicidiis 2. d) contexuit 2. e) ferae silvestres putarentur 2. f) *deest* 2. g) arripuerant 2. h) Hengilr. *corr.* Engilr. 2. i) recordatur 2. k) Quam vir sanctus puls. 2. l) At 2. m) revertimini 2. n) eam 2; illam *edd.* o) olim iam 2. p) liberius 2. q) qui *add.* 1. r) *expunct.* 2. s) doceret. ac deinde 2. t) gentilis 2. u) ridẹ 1. v) *sic* 1; Dehinc 2. w) ipsis 2.

1) A. 859. exeunte Dani Ambianensem civitatem et monasterium S. Walarici, S. Richario vicina, cremaverunt; cf. Ann. Bertin. a. 859. 2) Quod coniiciunt praedium fuisse situm ad fluvium Encre prope Albert (dép. Somme); cf. Hénocque, 'Hist. de l'abb. de St.-Riquier' I, p. 244. 3) Mense Aprili a. 860, ut videtur; cf. Ann. Bertin. a. 860. 4) Hoc caput exscripsit Hariulfus III, 18.

dedisset, ideoque sperare sibi huius cruciatus casus adesse. Quod sortiloga[a] indagine vestigantes, ut confessus est deprehenderunt. Ac mox pollicitus est, ut[a], si divinitus ei vita daretur ac incolomitate uti mereretur, correctioris viae[b] semitam ducere atque ab effusione christianorum sanguinis quiescere. Iussitque tendere quattuor fila argentea et unum aureum suae staturae altitudinis parilia, disponens ea mittere pro suae devotionis beneficio basilicae beati Richarii, unicuique etiam arae candelam cum singulis nummis statuens imponere. Quod ut deliberavit, mox meruit levaminis sentire subsidium, ita ut post triduum fere ad omne sui operis negotium congruus fieret.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

a) *sic* 1. 2. b) vitae 2.

EX MIRACULIS S. RICHARII AUCTORE HARIULFO.

1.[a] Eo tempore quo Flandrensium comitatum agebat Balduinus[1], Barbati Balduini filius, erat in regione Tornacensium vir vitae non mediocriter honestae, ordine clericus graduque sacerdos nomine Odfridus. Hic Gallicanis studiis informatus, plenariam litterarum scientiam habuit atque, cordis benignitate admodum praeditus, in bonorum operum exercitio acceptum Deo et probabilem hominibus se praebuit; qui etiam in corripiendis hominum nequitiis severus fideliter et modestus alacriter Domino lucrum animarum reportare studebat. Hic itaque quandam ecclesiam in honore sancti patris nostri Richarii c. 1070.
priscis temporibus consecratam[2], sitam in pago Menpisco, propria industria adquisitam, cum adiutorio domnae Adelae comitissae[3], quae quidem Roberti regis filia et supradicti comitis Balduini erat uxor, restaurare, ampliare et in eadem fratres regulariter viventes aggregare studuit; et ibidem prioris vel praepositi functus est officio. Acceptis ergo secum quibusdam suorum fratrum, adiit venerabile quondam sanctumque beatissimi Richarii monasterium, istud scilicet Centulense, et supplici prece rogavit sibi aliquid dari sancti Richarii reliquiarum, ut scilicet illam, quam recenter meliorare inchoarat, ecclesiam de eisdem bearet. Ceterum, quia praeter altare vel scrinium aliae eiusdem sancti reliquiae non habebantur apud nos, nihil ei collatum est. Quapropter ille tristis repedavit ad propria, et quiddam passus humanum nec valens comprimere motum animi, indignando decrevit sanctum illic Richarium non amplius nominare, non amplius venerari; sed abraso penitus nomine illius, beati nomen Nicolai ibidem celebrari et invocari statuit. Cementariis itaque et lapidum caesoribus vel ceteris operariis, qui eidem loco aedificando insudabant, mandavit, ut omnia quae operabantur in laudem et nomen sancti facerent Nicolai, et non in sancti Richarii. Quod dum illi observare temptarent, nihil prosperum eisdem succedebat. Quid faceret vir ille dudum ab omnibus sanctus aestimatus, qui sanctum Nicolaum sibi non auxiliantem in beati Richarii repulsionem sentiebat? A multis redargutus, a plerisque detestatus, consensit in hoc, ut locus ille in amborum honore, id est beatorum Richarii et Nicolai construeretur. Fuerat ibidem antiquaria consuetudo, ut sollempnitas beati patris Richarii concurrente populo Menapensis vel Taruennensis territorii festive in eodem loco coleretur; quod ille, de quo agitur, Odfridus in sancti sollempnia Nicolai retorquere satagens, numquam praevaluit. Tandem post alia multa bona opera quae exercuit, licet in hoc errorem passus decernatur, vocatus a Domino, diem clausit extremum, cum et pro praedicatione verbi Dei et pro utilitate fratrum monasterio abesset, obiitque decimo Kalendas Decembris in quodam vico 1086. Nov. 22.
non longe a castro quod vocatur Gandavum[4]. Monachi autem ecclesiae sancti Petri[5] audientes transitum eius, convenerunt alacriter cum summa devotione ad efferendum corpus in suam ecclesiam, quatenus condignam ibidem reciperet sepulturam; sed antequam ad id veniretur, quo terra ad sepulchrum foderetur, non dormientem, sed vigilantem matricularium monasterii isdem Odfridus aperta visione conveniens, designavit ei in ipsius ecclesiae cimiterio locum, dicens: 'Vade, frater, et tali in loco nostram sepulturam aperiri insinua!' Et ille: 'Quis', inquit, 'es, senior?' 'Ego', ait, 'sum peccator Odfridus, qui Domini imperio die hesterna carnis ergastulum exivi et eius voluntate in hoc loco hodie habeo sepeliri'. Post haec dicta disparuit. Custos autem ille satis expavescens, retulit fratribus hoc mandatum; et illi in loco designato fodere facientes, invenerunt sarcophagum novum et candidum atque mundissimum, acsi recens ex lapide esset excisum. Igitur peractis officiis, cum iam deberet corpus illud in sepulcrum deponi, affuit lux caelestis ad easdem exequias, et divinae maiestatis favor indicio clari luminis in modum sperae[b] praetensi se adesse manifestavit. Non multi post haec fluxerant dies, et ille idem vir sanctus cuidam honestae virgini caste Deum colenti per somnum apparuit; cui illa: 'Tune es', inquit, 'dominus meus Odfridus, quem dudum defunctum credebamus?' Tunc ille respondit: 'Corpore quidem defunctus sum, sed, spiritu mundanis colluvionibus exuto, beatiorem vitam recepi'. At illa dixit: 'Et quomodo tecum in illa vita, ubi vivis, hactenus factum est'? Tum ille cum gravitate vocis propemodum gemebundus ait: 'Inenarrabilis fuit poena ignisque, quibus castigabar'. Illa adiciens· 'Et ubi', ait, 'fuit auxilium sancti Nicolai,

a) *praecedit prologus libri II. Mirac. saec. IX, supra p.* 917: Hactenus — acta. b) sphaerae *ed.*

1) V. a. 1036—1067. 2) Watinensem vel, ut auctor infra scribit, Gautenensem (Watten, arr. Dunkerque, cant. Bourbourg). 3) Cf. Chron. Watin. c. 11, SS. XIV, p. 167. 4) A. 1086. obitus eius in Ann. Bland., SS. V, p. 26, notatus est. Cf. SS. XIV, p. 175, n. 3. 179, n. 1. 5) Monasterii Blandiniensis.

cui tantum honoris impendisti? Si te tunc non adiuvit, vel quis in tanta necessitate posito tibi intercessor vel patronus occurrit?' 'Ille', ait, 'quem despexeram, quem expuleram, quem quasi mediocrem aut potius minimum sanctum putabam, magnus et potens confessor Richarius, ille mihi adiutor, ille mediator, ille tam in iudicio quam etiam in tormento indesinens affuit protector; et cum in medium ignis examinandus proicerer, ille numquam recessit, nusquam abiit; sed semper mihi assistens et robore suorum meritorum ignes abiciendo propellens, hoc egit, ut tolerabilior me poena ambiret, donec suo caro atque Deo amicabili interventu omni poena me eximens, in requiem beatam transferret. Unde volo, ut vadas ad fratres nostros Gautenenses, dicque eis, ut omnem loci, aedificii vel nominis laudem et honorem in beatum referant Richarium, quia sicut in me, ita in ipsis, si non correxerint, iudice Deo non poterit esse inultum. Ut autem tibi credant, haec et haec secreta, quae nonnisi ego et ipsi sciebant, illis ex me pro signo enarra'. His ergo dictis, evanuit. Tunc eadem venerabilis femina canonicis Gautenensibus haec retulit mandata. Illi haec ovanter amplectuntur et in pristinam beati Richarii devotionem se reformant. Post
1088. parum temporis apparuit itidem cuidam clerico[1] pedibus debili, qui manebat in ipsa villa Gautenes, et ei omnia haec mandata intimans et ad fratres ea deferri praecipiens, adiunxit sic dicens. 'Vis', inquit, 'sanus fieri?' At ille se libenter hoc velle respondit. Adstabant illic duo magnifici viri preciose accurati, quos cum interrogasset, qui essent, respondit ei domnus Odfridus: 'Isti sunt duo sancti confessores Donatianus Brugiensis et Ansbertus[2] Gandavensis. Si tu sanari vis, venies ad sanctum Donatianum Brugis, et ille gratia mei te sanabit'. Et conversus, dixit ipsi sancto: 'Domine, si venerit ad te Brugis, quaeso, ut sanetur'. At ille blande annuens, ait: 'Ita fiet'. Post haec discesserunt. Mane facto clericus ille debilis canonicis ecclesiae sancti Richarii omnia intimavit; a quibus Brugis deductus, promissum repetivit, feliciter accepit et fideliter Dei gratiam omnibus declaravit.

2. Leodium vel Leggia eadem una civitas est, a qua haud longe villa consistit nuncupata Merimont, in plaga orientali, quae ab antiquis temporibus iure proastii subiacet coenobio patris Richarii; iuxta quam fuit quidam collimitaneus habitator, qui avaritia dictante suam terram inardescens augere et sibi proximam sancti Richarii terram minorem facere, venit ante loci iudices vel scabinos et declamavit, quod domestici Sancti Richarii terram suam praeripuissent, et hanc sibi iudicio legum reddi debere. Respondentibus nostris, quod nullius umquam terram sibi usurpassent, et quod, salva veritate iustitiae Dei, scabinorum examen non devitarent, sed potius probi homines de circummanentibus eligerentur, quorum fideli iudicio terra illa circumdaretur, facta est utrorumque electio clamantis et respondentis. Eligitur de multis unus finium gnarus, qui in ceterorum conspectu deambulans limites utriusque terrae calcando divideret, et sic utrique parti quod suum iuste assignaret. Ergo electus ille ambulans post avaritiam, declinavit a semita iusti et, corruptus pondere praemii, coepit super terram sancti iniquo vestigio calcando deambulare, et ita studebat alieno dominio hereditatem Dei et sancti subiugare. Sic faciens et tantam nequitiam perficere satagens, subito caecatus est, steteruntque sibi comae, vox faucibus haesit[3]. Stetit igitur fixus et tenebris obvolutus, non valens gressum movere. Dicunt ei iudices et scabini: 'Explica moras, dirige gressum, quo citius peragatur negotium'. At ille cum gemitu prorupit in vocem et ait: 'Ve mihi misero, qui iniquo munere praeventus, ultore Deo caecus sum factus! Praevalet ecce hic sanctus Richarius, cuius iustitiam ipse, ut sentio, defendit Christus. Sed iam properet, qui mihi manum det, nam ego lumine carens, quid sim, ubi sim, omnino nescio'. Tunc timor gravis praesentes omnes invasit, ita ut nequaquam possent subsistere; sed potius in terram lapsi sunt. Tantae autem virtutis fama mox perculit urbem et multiplici populos sermone replevit. Tunc venerandus episcopus Hezelinus[4] fama attractus, convocavit illos qui interfuerant iudices vel scabinos, et coniurans illos, exegit sibi referri omnem gestae virtutis ordinem. Audiens autem, gavisus est plurimum, et intulit excommunicationis sententiam super eos qui minuere niterentur ibi sitam sancti Richarii possessionem.

3. Eo tempore quo omnis terra festinabat venire in Ierusalem, ut, adorato Dei Filio in locis ubi corporaliter voluit conversari, contra impios Turcos ceterosque barbaros arma ferrent, quibus Hierosolymitanae ecclesiae pacem pro posse reservarent et impetus infidelium diatim refrenarent, fuit quaedam trigeris magna et fortis, quae plena hominibus armatis cursu volucri tendebat properare in Hierusalem, ut christiano exercitui auxilium ferret et sanctae ecclesiae vastatores reprimeret. Erant autem in ipsa maxima navi diversarum homines nationum, Francorum scilicet, Burgundionum, Aquitanorum, Wasconum, Hispanorum, Italicorum, Siculorum, Calabridum, sed et aliarum nationum, inter quos multi potentes et divites, multi audaces et alacres . . . . . .

10. In episcopatu Tornacensi habetur vicus vocabulo Credena, ubi ex antiquo sancti Richarii existit ecclesia; de qua cum multa referantur miracula, illud ad demonstrandam sancti patris pietatem potius describimus, quod, cum moderno tempore reficeretur, et cementarius qui praeerat operi super excelsa parietum stans fastigia quiddam operis percompleret, repente disruptis machinis, ad terram cecidit cum aliis, et maxima pars maceriae subito desilivit, ita ut homines infra, lapides vero supra homines corruerint. . . . . . .

1) Teinardo canonico Watinensi. Hoc miraculum a canonico Watinensi narratum v. SS. XIV, p. 178 sqq. 2) Gudwalus, qui aeque atque Ansbertus in monasterio Blandiniensi colebatur, alter est sanctorum in Miraculo l. l. p. 179. 3) Verg. Aen. II, 774. 4) i. e. Heinricus Leodiensis a. 1075—1091. Hezilo et Hezilinus sunt formae quas dicimus 'koseformen' et nominis Herimanni et nominis Heinrici.

DE INVENTIONE ET TRANSLATIONE SANGUINIS DOMINI.

Codex olim 'Liber Sancti Martini in Wingarten', nunc 1) Cheltenhamensis nr. 4188[1], *duobus foliis initio et alio ad finem eidem volumini postea insertis duas narrationes continet satis fabulosas de sanguine Domini Heinrici III. tempore Mantuae invento eiusque particula post a.* 1101. *monasterio Altorfensi dono data, diversis manibus exaratas*[2]. *Alterius partis auctor donationi illi non aequalis fuisse videtur, sed ad 'antiquiores' provocat, qui haec a Iuditha, uxore Welfonis ducis, se accepisse dicebant, certe vero saec. XII. vixit, cui codicis scriptura est vindicanda. Quare ultimae parti non est cur fidem denegemus. Libellulos, quorum prior hucusque ineditus est, b. m. R. Pauli, alterum etiam b. m. G. H. Pertz descripserunt. Altera pars de translatione sanguinis exstat etiam in codicibus 2) Fuldensi nr.* 78, *mbr. fol., saec. XIII, olim Weingartensi, ex quo eam edidit G. Hess, Monum. Guelf. p.* 116 *sqq.; et* 2[a]) *Heidelbergensi* 9, 9, *chart. saec. XV, olim b. Mariae in Salem*[3], *quem V. Cl. W. Wattenbach contulit. In utroque codice* 2. 2[a] *praecedit amplior libellus de eadem inventione et translatione a monacho quodam Weingartensi saeculo XIII. conscriptus, qui illam scriptiunculam multis verbis inanibus fabulisque ampliavit auxitque, quaedam de principibus Welfonibus ex Hist. Welforum Weingartensi sumpta inseruit. Extremam huius libelli partem edidit Hess l. l. p.* 111—116. *ex codice 2; apographum integrum codicis* 2[a] *a V. Cl. Wattenbach factum habemus. Ex quo libello vero, cum nullius omnino pretii sit, pauca tantum adnotavimus.*

G. W.

DE INVENTIONE SANGUINIS DOMINI.

Apud Italiam Mantuae civitatis inventio sanguinis domini nostri Iesu Christi a quodam Adilberto, viro religioso et ab infantia Dei iudicio caeco. Illi revelavit Deus tempore Heinrici magni regis[4] et domini Leonis papae et Bonifacii ducis Langobardorum. Qui dux habebat filiam Hermanni ducis Suevorum sive Alemannorum[5] nomine Beatricem. Hic tunc forte advenerat cum domino papa[6] in Baioariam ad imperatorem Heinricum. Fama autem volaverat Deo disponente de inventione sanguinis domini nostri Iesu Christi per totam Franciam Teutonicam et Baioariam et Saxoniam et Alemanniam et etiam Franciam, antequam aliquis in Italia inde quid sciret. Tunc imperator dixit ad ducem Langobardorum Bonifacium: 'Eia, dux, quam magnum thesaurum et preciosum reconditum habes in tua potestate'. Statimque indixit suam profectionem in Italiam, et cum eo dominus papa et alii episcopi numero quinquaginta exercitusque magnus Teutonicorum et Langobardorum potentium cum magno studio laeticiaque magna properabant usque Mantuam[7]. Cumque illuc pervenisset imperator et dominus papa cum toto exercitu et episcopis, tunc supradictus venerabilis Adilbertus caecus sicut fuerat accepit fossorium et coepit fodere in loco illo ubi ei divina gratia revelaverat. Et cum perfodisset in altitudine quasi pedum mensura novem, invenerunt divina cum eis operante gratia thesaurum preciosum et desiderabilem super argentum vel aurum inveneruntque marmoream arcellam in medio quatuor tabularum sculptarum ex candido marmore positam. Quae arcella longitudinis est cubiti unius, et continebatur in eo plumbeus locellus literis exaratus, quae[a] designabant, quid in eo latitaret. Invenerunt etiam, quis apportator esset huc in nostram patriam tanti thesauri, scilicet Longinum illum militem et centurionem[8], de quo legitur, quod ipse in

a) quem 1.

1) De quo vide 'N. Archiv' IV, p. 592 sq. 2) Prioris partis auctorem Italum, forte Mantuanum, fuisse ex eius verbis l. 41: *apportator . . . huc in nostram patriam* elucere videtur. Alterius libelluli auctor procul dubio monachus Weingartensis fuit. H.-E. 3) Cf. 'Archiv' IX, p. 580. 4) Heinrici III. 5) Immo Friderici ducis Lotharingorum. 6) Hist. inv. sang. ampliata sic: *Interea memoratus pontifex Leo ad Theutoniam profectus, in Ratispona civitate Bavarie* (ubi a. 1052, Oct. 7. fuit) *cum non paucis episcopis ac aliis prelatis se receperat.* 7) Leo papa a. 1053. concilium Mantuae tenuit, quod turbatum est; sed imperator tunc non affuit. Sanguis Domini vero a. 1048, Mart. Mantuae inventus est, Leone nondum papa; Herim. Aug., SS. V, p. 127. Quae hic narrantur igitur prorsus sunt fabulosa. Cf. Hess l. l. p. 117. 8) De quo cf. quae Acta SS. Mart. II, p. 376 sqq. collecta sunt. De inventione Mantuae facta similia,

passionis Domini cruce lancea eum in latus transfixisset, unde manavit sanguis et aqua, et qui confessus eodem die est, quando vidit solem obtenebrari et terram palpitare et velum templi a summo usque deorsum scindi et monumenta aperiri corporaque sanctorum, qui per multa iam tempora dormierant, resur-
Matth.27,54. gere, eundem esse filium Dei, dicens: *Vere filius Dei erat iste.* Hic itaque Longinus post Domini ascensionem ad caelos recedens a milicia, instruebatur Domini precepta, audiens a sanctis apostolis venerabilia Christi mandata. Post haec mare transivit, Italiam venit, Mantuam adiit, ducens secum preciosum thesaurum, quem et occultavit digno cum honore in arca saxea, sicut supradictum est, ob inmanitatem persecutionis, quae tunc temporis erat adversus christianam legem, relinquens posteris exemplum vel iudicium, quis esset auctor tantae[a] rei. Ubi tempore pacis post passionem eiusdem Longini, qua passus est ab Octaviano preside Mantuano, aedificata est ecclesia parva in honore sancti Andreae apostoli et permansit usque ad supradictum tempus domni Heinrici regis et ducis Bonifacii. Sed etiam ipsa civitas Mantua ab ingruentibus olim bellis devastata erat et depopulata et erat redacta ad instar parvissimi oppidi raroque incolebatur habitatore. Modo meritis sancti sanguinis Domini et oratione sanctissimi Longini martiris Christi frequentatur magna populorum frequentatione, et est una de nobilissimis Langobardorum civitatibus. Tunc dominus papa Leo cum rege et omnibus principibus simul et episcopis gratias referunt altissimo Deo, qui tanta beneficia prestat mortalibus. Et aperientes locellum plumbeum, invenerunt eum partitum. In medietate eius scilicet erat quaedam, ut ita dicam, interpositio, sicut ingenium artificis fabricaverat, quae separabat sanguinem Domini ab aqua. Et tanta suavitas odoris efflagravit, ut putarent se in amenitate paradysi esse positos. Apertique sunt oculi venerabilis caeci Adilberti, cui Dominus hoc revelaverat, et aliorum multorum. Statimque, mirabile dictu! tanta multitudo diversarum sanitatum[a*] hominum claudorum, aridorum, caecorum, surdorum, demoniacorum et aliarum infirmitatum venerat, ut extra civitatem passim per duo miliaria loca obtinerent. Cernens autem apostolicus, quod Dominus tantas virtutes ibi operaretur, timensque, ne Mantua novella Roma efficeretur, nisus est omni ingenio, ut inde asportaret sanguinem Domini. Sed Dominus non affuit tali voluntati. Nam habitatores civitatis idem experti restiterunt totis viribus, quamvis rari et pauci essent, et Deo auxiliante eis, acceperunt victoriam. Nam dominus papa cum eis commiserat bellum. Pauci enim, ut dictum est, erant. Ideo putavit eos posse superari, quia imperator tunc aberat et dux Bonifacius et omnes optimates, et nullus ibi remanserat usque ad constitutum tempus nisi solus apostolicus. Et occasione accepta, putavit sibi licere quod non licebat, ut inde posset auferre preciosum pignus. Videns autem, quia non potuit efficere, cum magno damno sui et suorum secessit inde et venit iterum in Baioariam, dimisso imperatore Langobardie. Quantae autem virtutes ibi perpetrate sunt, et quot demones ibi expulsi, et quot infirmi diversis infirmitatibus detenti sanitate accepta domi redierunt, gratias Deo agentes, non est nostre infirmitatis iudicium ad fatendum. Libellus tamen in eadem ecclesia positus de virtutibus sanguinis Christi indicat quicquid curiosus lector invenire desiderat. Tunc rex et dux constituerunt ecclesiam beati Andreae amplificare spatiosamque aedificiis adornare. Quod et factum est. Nam per annum unum, sicut hactenus cernitur, fabricata est et magnis donis locupletata. Ad ultimum redeunte domino
1053. Febr. papa Leone Romam, rogatu domni Heinrici regis necnon et Bonifacii ducis consecravit ipsam ecclesiam et quinquaginta duo episcopi cum eo, et locaverunt sanctum sanguinem Christi in cripta sub altare sancti Andreae, ubi prestantur beneficia eiusdem domini nostri Iesu Christi usque in hodiernum diem.

DE[b] TRANSLATIONE[c] SANGUINIS CHRISTI.

Igitur sacrosancto sanguine dominico in urbe Mantua invento, presentibus piae memoriae Leone papa VIIII. cum imperatore Hainrico magno, qui et pius[d], et duce Longobardorum Bonifacio, sumptibus ipsius imperatoris et ducis aecclesia pregrandis[e], quemadmodum[f] in libello de inventione eiusdem sanguinis
1053. declaratum est, construitur et ab eodem papa consecratur; in qua sub altari sancti Andreae in cripta idem preciosus thesaurus collocatus habetur. Imperator vero partem aliquam eiusdem sanguinis et devota peticione et imperiali auctoritate obtinuit, quam, prout regiam dignitatem decuit, auro gemmisque inclusam, christallo perlucida opere artificioso polita, sicut hodie consideratur, secum abduxit et quousque[g] vixit, ubicumque veniens, summa cum reverentia in suo comitatu deportari voluit. Sub eodem tempore nobilissimus ille comes Flandriae Balduwinus[1] extitit, qui memorato principi familiari contubernio sociatus, comes indefessus tam in adversis quam in prosperis semper affuit. Unde factum est, ut, imperatore de
1056. hac[h] vita migrante, comes[i] ipse tanquam pro recompensacione amiciciarum et obsequii hunc preciosum thesaurum sanguinis[k] inter quam plura regia dona adeptus, ad vitae suae usque terminum non minori veneratione custoditum, quocumque divertisset secum habere voluisset[l]. Verum unicam filiam nomine Iuditam comes prelibatus habuit, quam regi cuidam Anglorum[2] matrimonio copulavit. Ipse vero viam
1069. universae carnis ingrediens, omnes thesauros suos et res mobiles lege gentium filiae[m] reliquit; inter quae

a) tanti 1. a*) infirmitatum 1 (?). b) *haec alia manu folio penultimo scripta sunt* 1. c) eiusdem *add.* 2. 2a. d) vocabatur *add.* 2. 2a. e) pergr. 2. 2a. f) ut et *add.* 2; ut *add.* 2a. g) quoadusque 2; et q. v. *des.* 2a. h) v. h. 2a. i) ipse Baldevinus comes 2. 2a. k) Christi *add.* 2. 2a. l) voluit. Verumtamen 2. 2a. m) sue f. 2; suarum filio 2a.

minus vero fabulosa, tradebantur in codice ms. ecclesiae s. Andreae Mantuanae, de quo refert Hieron. Aquilinus, De pretiosissimo Iesu Christi sanguine Mantuae asservato (Venetiis 1782) p. 27; cf. Hess l. l. p. 120. 1) V. Insulanus, quem minime Heinrico III. semper fideliter adhaesisse, constat. 2) Comiti Tostig; cf. Orderic. Vital. III, 11. IV, 8. Etiam Geneal. Welforum c. 9, SS. XIII, p. 734, et Hist. Welf. Weingart. c. 13, SS. XXI, p. 461, Iudith falso regina Angliae dicitur. Falsissime Hist. transl. sang. ampliata eius maritum Richardum regem dicit; Hess p. 112.

thesaurum desideratissimum, Christi videlicet sanguinem, affectuose possedit[a]. Tandem rex Anglicus, maritus eius, cum fratre[b] de regno dissidens et eapropter congressurus in praelio, dicitur eam premonuisse, quatenus, omni assumpto thesauro tam regio quam proprio, regno[c] decederet et in insula quadam suae patriae contigua exitum belli sustineret[d], ne forte, se cadente, ipsa cunctis destituta pelleretur. Itaque occiso marito[e], viduatur; sed[f] mediante quodam Treverensi episcopo[1], nostrorum principum[2] consanguineo, Welfoni seni, filio Chunicae et Azonis marchionis de Este, matrimonio coniungitur, nostrasque deveniens in partes, precipuum et incomparabilem thesaurum in auro et argento, gemmis et multigeno purpure cum capella et aecclesiasticis ornamentis, palliis, scriniis, plenariis, casulis et cappis quam preciosis et sarchofago mirae celaturae, in quo sacrosanctus sanguis cum reliquiis sancti Oswaldi et aliorum sanctorum ferebatur[g]. Universae quidem istae[h] res aecclesiasticae, partim ea vivente, partim ea defuncta, sancto Martino in monasterio Altorfensi, ubi[i] et actenus conservantur, una cum sanguine dominico oblatae sunt a marito eius domno Welfone Ierosolimam proficiscente. 1101 Si quis autem, quo[k] narrante tali haec ordine digesserimus, miratur et forsan minus vera indicat, sciat, ipsam reginam Angliae et eius commilitones nostros[l] antiquiores plenius[m] haec edocuisse, sicque per etates singulas ad nos usque[n] fideli relatione descendisse. Amen*.

*) *Hist. sang. amplialae extrema pars haec est:*

Quomodo[o] Iuditha secundo desponsata postea fuit Welfoni duci Suevie.

Hist. Welf. c. 8. 10. Ea tempestate extitit inclitus dux Welfo in hoc vocabulo secundus, qui transtulit collegium monachorum ordinis sancti Benedicti a monasterio sancti Altonis de provincia Bavarie in hoc Altorfense cenobium, sanctimonialesque prius in eo manentes, a prima fundatione sua semotas, in iam dicto monasterio sancti Altonis vice monachorum perpetuam sedem habere fecit. Hic Welfo ex uxore sua Ymeza genuit filium Welfum sibi equivocum et filiam Cunizam[p] nominatam, quam Azzo marchio de Este de Ytalia duxit in uxorem. Porro Welf iunior factus est dux Carinthie, virtutum exuberans fonte. ib. c. 12. Hic cenobium in villa Altorfense a suis proavis constitutum et fundatum postea in monte ipsius ville constituit et nomen ei Wingarten inposuit, non incongrue vineam Domini Sabaoth, id est Christi, deinceps esse existimavit. Is vero sine prole legitima in opido Potamo, id est in Bodmen vulgariter nominato, decedens, Wingartensi monasterio omne patrimonium suum legavit; in quo etiam parentum suorum ossibus suum corpus defunctum aggregando humandum precepit. cf. ib. Chuniza autem, predicta soror eius, marchionissa de Este[q], audita morte fratris sui et re quam mandavit fieri, surrexit, assumpto filio suo Welfone[r], et in Sueviam venit, irritum affirmans et prorsus infirmum quod fratrem suum noverat statuisse, subiungens legitimam successionem ad se pertinere huius hereditatis, et se nullatenus in ea posse preiudicari. Igitur iam dictus Welfo, filius Chunize marchionisse, sic factus heres defuncti sui avunculi et nominatissimus princeps per totam Theutoniam fieri probis actibus emeruit. Hic missis procis ad Iuditham supradictam quondam reginam Anglie et sibi eam coniugio sociari petivit. Que primo eum renuit, quasi nullam ipsius habens notitiam; honestate tamen et fama ipsius et propaginis ingenuitate nihilominus comperta[s], decentius iteratis paranimphis, secundo ad eam eius delatum est propositum; Transl. sang. et quodam Treverorum archiepiscopo, ipsius Welfonis consanguineo, mediante, dicta regina ad eius coniugii se inclinavit consensum, et in continenti nuntios comitata, ad nuptialem thalamum cum omni regio Anglorum et paterne archive thesauro maturavit se conferre. His peractis, Welfo dux, maritus Iudithe, celebratis honorifice suis nuptiis solenniter, ut decuit, factus est princeps insignis invaluitque virtutibus et armis. Hist. Welf. c. 13. Ducatum quoque Noricorum propriis viribus adipisci emeruit omnibusque hostibus suis ita potenter prevaluit, ut tumidas ipsorum cervices viriliter usque ad optatam subiectionem edomaret. Genuit autem ex sepe dicta Iuditha uxore sua Heinricum, qui factus est dux Saxonie[3], et Welfum, qui dictus est Pinguis. Inspiratus autem Welfo celitus, post inclita bella et post multos agones in remissionem peccatorum suorum cruce signatus ad Terram Sanctam ire se devovit. Iterque suum tam salubre aggressurus, cum generosa uxore sua et iam dictis filiis et in numerosa militum ac totius patrie optimatum caterva hoc Wingartense monasterium, quod unica et speciali reverentia excoluit, accedit, et coram omnibus largissima benedictione prediorum ac aliarum rerum sanctis facta, sepulturam suam iuxta suorum proavorum in eo sibi providit, adiurando suos commilitones, ut, si[t] debitum in peregrinatione solveret humanum, carnis excoctis exuviis, ossa reportarentur hic[u] in loco Wingarten tumulanda. Domina vero Iuditha fletibus uberrimis lacrimosa obtulit pallam auro purissimo intextam, maspas habentem dispositas per loca aurifrigias; scrinea eburnea, auro et argento circumornata; cruces aureas cum reliquiis sanctorum, gemmis optimis plene ornatas; cf. Transl. sang. calices aureos, thuribula et candelabra aurea, plenaria plurima, arcellam fabrefactam, plenam reliquiis sancti Oswaldi; postremo quidem in timore Domini sacrosanctum Christi cruorem adolevit[v] et obtulit quasi incensum in odorem sanctitatis; quo libamine hunc locum beavit. His patratis, Welfo dux, valedicens omnibus, ad Terram [Sanctam[w]] profecturus discedit.

a) ipsi contradidit 2. 2a. b) suo *add.* 2. 2a. c) et a r. Anglie disced. 2. 2a. d) exspectaret 2. 2a. e) Iuditha *add.* 2. 2a. f) postea *add.* 2. 2a. g) *supple:* secum portavit *vel similia verba.* h) he *ed.;* h' 2a. i) ubi — dominico *des. ed.* k) quo — digess. *des.* 2. 2a. l) nostrosque 2. 2a. m) nos *add.* 2. 2a. n) hucusque 2. 2a. o) Nota q. Iudinta *(sic semper)* d. f. p. W. d. S. sec. 2a. p) Chûnczam *(alibi* Chunza, Cûncza) 2a. q) Eist *h. l.* 2a. r) Welfoni f. s. 2a. s) comparata 2a. — d'cuictus 2a; devictus *ed.* t) sibi 2a. u) hoc 2a. v) *sic* 2. 2a. w) *deest* 2. 2a.

1) Udone, ut videtur, filio comitis de Nellenburg. 2) Welfos intelligit. 3) Immo Bavariae.

EX MIRACULIS S. FOILLANI AUCT. HILLINO CANTORE FOSSENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Saeculo XI. exeunte vel, quod probabilius videtur, saec. XII. ineunte[1] *Sigeberto Gemblacensi monacho, celeberrimo scriptori, praeceptori suo, dedicavit opusculum suum de vita s. Foillani*[2]*, patroni coenobii Fossensis, metrice compositum Hillinus diaconus, canonicus et cantor eiusdem ecclesiae, qui nomen et conditionem his versiculis illi libro praemissis expressit:*

His **i**ta **l**iterulis **l**ibet **i**nsinuare **n**otatis
Veraci **s**pecie, quo nomine censear ipse;
Si primos apices ex partibus octo retractes,
Carminis **a**uctorem **n**oto. **T**ritures **o**peris **r**em:
Lex **e**t **v**eracis **i**nfra **t**itulabitur **a**rtis,
Ordine primitiis de partibus hisce relatis.
Fulget **o**pus, **s**ensus **s**ed **e**rit **n**ota **s**implicis **i**n **s**e
Cordis: **e**o **n**odos **o**culis **b**ene **i**ecimus **i**stos,
Quos leviter solvi cognoscas lege priori.

Quorum litteris initialibus expressa legis: Hillinus cantor, levita Fossensis cenobii[3]. *Idem non multo post hunc librum editum, paulo post a.* 1102[4], *certe ante a.* 1112, *Oct.* 5.[5] *libellum de miraculis s. Foillani conscripsit, quem eidem Sigeberto magistro suo dedicatum transmisit. In quo quaedam inveniuntur quae ad historiam canonicorum regularium Fossensis coenobii faciunt, alia quoque notatu digna, praesertim quae ad res forenses pertinent, quae hoc tomo exhibenda erant.*

1) Non recte Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. II, p. 140, dicit Vitam metricam paulo post a. 1102. conscriptam esse, cum id de libro Miraculorum tantum statui possit. 2) Edita Acta SS. Oct. XIII, p. 395—408. ex codice Bruxellensi nr. 8928, saec. XVII. ex ms. S. Foillani apud Reuxium descripto et ad patres Bollandianos transmisso. Hic codex S. Foillani haud dubie fuit Montensis nr. 196, de quo supra diximus, cui vero non iam hocce Hillini opusculum inest, quaternionibus III—VIII, qui idem continuisse videntur, evulsis. 3) Ex prologo, quo Sigebertum alloquitur, haec subnotamus:

Quo dictante mihi lenis fuit ira magistri,
Virgaque de dorso sepe reducta meo,
Cui natura prius, studii post contulit usus,
Ut sis multa legens, mente stiloque potens,
His quibus intendis vel ad horam forte remissus,
Huic, Sigeberte, brevi, quaeso, vaces operi!
Respirare tibi sub sollicitudine tali
Secreto curis fas erit a solitis.
Tempora nec perdes, quia promptior ipse resurges
Ad tua perlectis serio literulis.
. . . .
Scitari sane, memini, reminisceris ipse,
Inter res varias me solitus fueras,
Si quid de vita Foillani martyris, extra .
Quam legimus, nostro constiterit loculo.
Comperto per me nil sciri plus ibi, nostrae
Indignabaris desidiae super his.
Et cum plura legas, meditans et plura reponas,
Te petimus nostrae parcere desidiae,
Ut taceam, quod nos per mille negotia tractos
Vita levis curis exagitat variis.
. . . .
Quod minus est iusto vel plus tua sollicitudo
Corrigat, ut notulis sis decus omne meis.

4) Cf. c. 15. 5) Quo anno et die Sigebertus obiit; Anselm., SS. VI, p. 375.

Ex codice unico, qui hunc libellum continet, ***Montensi*** *nr.* 196 *(8439)*[1], *mbr. saec. XIV, olim S. Foillani apud Reuxium, Remigius de Buck integrum hunc libellum primus edidit, Acta SS. Oct. XIII, p.* 417—426*; iam antea Ios. Ghesquierus ex apographo eiusdem ad patres Bollandianos transmisso, nunc in bibliotheca* ***Bruxellensi*** *nr.* 8928. *servato, fragmenta Miraculorum vulgaverat, Acta SS. Belgii III, p.* 21—24. *Excerpta nostra V. Cl. E. Ouverleaux cum codice Montensi contulit.* *O. H.-E.*

INCIPIT PROLOGUS IN MIRACULIS BEATI FOYLLANI MARTYRIS.

Gesta sanctorum humana pietas diligentissime solet amplecti et miraculis, quae misericors Iesus per eos operatur, maxime delectari, quia, cum per id quod exterius ostenditur eorum merita ponderat, quodammodo de virtute in virtutem proficiens, ad superna vehementius hanelat. Unde iam passione beati martyris Foillani metrica digestione parata, verso stilo decrevimus etiam ipsius aliqua reserare miracula, pretermissis his, quibus in via peregrinationis huius Deo opitulante claruit, vel quae per Dei gratiam ad sepulchrum[2] eius miris modis patuisse contigit, seu quibus signis aut qua revelatione vel a quibus personis de loco sepulturae corpus eius suspensum fuerit. Humilitas tua, familiarissime magister Sigeberte, in hoc opusculo non modicam scribendi confert audaciam, quia, qui versuum nostrorum[3] olim non abdicasti cartulam, confidimus, quoniam non indignaberis et hanc sancto martyri subservire scedulam, presertim cum tuo instinctu labori huic me devoverim tuoque favori me confidenter inclinaverim. Sicut enim absque discrimine navis inter fluctus a gubernatore dirigitur, sic auctoritatis tuae manu fultus pes dictantis absque offensione graditur.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT MIRACULA.

1. In pago Hainaugia nomine, in nemore nuncupato Charbeneria, loco qui dicitur Ampolinis[4] contermino parrochiae vici qui vocatur Sterpeis[5], ubi fusus est cruor innoxius beati Foillani martyris et pedissequorum ipsius, facto procinctu determinatum est atrium, in cuius medio ligneum ecclesiolae constitutum est aedificium[6] et altare ad laudem Dei sub honore martyris ipsius erectum. Ubi dominicis et festivis diebus ad ecclesiasticum obsequium confluebant accolae vicorum adiacentium. Cepit igitur haberi loculus celebris finitimis nationibus ob innumera signorum prodigia, quae fiebant ibi divini nutus gratia. . . . . . . Etenim mota provincia, quotienscumque bellorum ingruebat asperitas, vicinia cuncta, plaustris vehentibus, res in eo loco condunabat necessarias, sub tutela pii martyris conservandas; ob cuius sanctitatis venerabilem memoriam Dei pietas usque in hodiernum diem ibi suum ostendit beneficium et dignum memoria miraculum, videlicet liberum et inviolabilem hactenus manere locum ab omni manu predonum, furum aut latronum. Asserunt quoque, si contigerit aliquando, non solum hominem, verum aliquod brutum animal eo metu mortis confugere, ab insequentium prava velocitate velut in presidio tutum fore, cum pro dignitate loci vereantur inhabitantes infra septum atrii nunc usque vel equitare vel animalia nisi tempore seditionis introducere. . . . . . .

6. Ungaris sive barbaris olim Galliae nostrae partes depopulantibus, quia nondum locus[7] fossis fuerat circumdatus, consilio tam laicorum quam clericorum venerandum sancti martyris corpus delatum est in vicinum oppidum quod nuncupatur Fraxinus[8] super ripam Mosae convenienter situm in rupibus. . . . . . .

7. Anno etiam, quo pestilens ignis occulta vindicta Dei menbris irrepsit hominum[9], pedibus cruribusque maxime putrescentibus, adductis aliquibus ineffabili peste destitutis in oratorio, ubi requiescit venerandum presulis corpus, pestem teterrimam misericordia Dei in multis compescuit et eos, extincto igne pestifero, vitae reservavit. 1089.

8. Vico Rolceis[10] matrona quaedam consuetudinario capitis dolore laborabat. . . . . . .

10. Agnoscamus etiam beneficientiam martyris in miraculo nichilominus accepto, sed eventu rei dissimillimo et ad commendandum pulcherrimo. Duo Nivialensis[11] ecclesiae canonici nuper in Reni par-

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 472; 'N. Archiv' II, p. 266. Rationem verborum scribendorum codicis ad morem saeculi XI—XII. reduximus, *ae* pro *e* scribendo, in quibus vocibus tunc scribi solebat. 2) Videlicet ecclesiam s. Foillani apud Reuxium, de qua vide cap. 1. 3) Vitae s. Foillani metrice conscriptae, Acta SS. Oct. XIII, p. 395—408. 4) Inter omnes convenit, Ampolinem fuisse ubi nunc exstat Rhodium (Le Roeulx), imo pressius, ut ferunt, in loco qui hodie vocatur La haie du Roeulx. BUCK. Cf. Duvivier, 'Recherches sur le Hainaut ancien' p. 151. 5) Strépy (arr. Soignies, cant. Roeulx). 6) Monasterium S. Foillani prope Le Roeulx. 7) Fossensis (Fosses, arr. Namur), quo s. Foillani corpus paulo post mortem eius translatum esse credebatur. 8) Locus nunc dictus Sur-le-Rocher de Frêne, ditio parochiae Lustin. BUCK. 9) Quod in dioecesi Leodiensi a. 1089. 1090. factum est; cf. Sigeb. Chron., SS. VI, p. 366; Ann. Leod. et Laub., SS. IV, p. 21. 29; Mirac. s. Ursmari c. 29, supra p. 837. 10) Roly (arr. Dinant, cant. Philippeville), ut coniicit de Buck, et ipse supra p. 792, n. 2. notavi, sed nescio an cogitari possit de Le Roux (arr. Namur, cant. Fosses). 11) Nivelles.

tibus agebant obedientiam vini. Quod cum naviter ad utilitatem Deo servientium explevissent et, onerata rate, soluto fune, navigarent, ab occidentali cardine, procella saeviente, maxima tempestas irruit, quae terribili aquarum inundatione metu mortis omnes perculsit[a]. . . . . . . In tanto demum angustiarum mortis articulo alter canonicorum Gerlo nomine sanctum martyrem Foillanum frequenter et attente cepit invocare. . . . . . . Vidimus quippe post eos ipsos fratres humili habitu mentisque devotione cenobium, quo beati pontificis ossa quiescunt, introire et cum veneratione votorum suorum munuscula altari imponere et hanc eandem rem sicut erat palam facere.

11. . . . In predio quoque quod vocatur Mihertinis[1], quod appendet usui fratrum Fossensis ecclesiae, quercetum stabat, quod iuri suo quidam nobilis ex potestate vendicabat, asserens illud terminis villae suae Bossuth[2] nomine subiacere, sicut aiunt. Diu lis haec inter viros utriusque potestatis maxima fuit, donec die constituto prelatus ecclesiae Fossensis cum advocato suo contra adversarium rem discutere venit. Pars autem quae videbatur iniuste contendere cepit ad id adinventione callida confugere, quoniam eo nequaquam Mihertinensium iuris esset, quod aquae rivus, qui ibidem interfluit, limes agrorum vicinarum potestatum foret, hac fraudulenta occasione sperans ad se attrahere quod cum violentia sibi nitebatur usurpare. Ibi partis utriusque fautores oratione perplexa plura, ne res ad effectum duceretur, interserunt, et quasi puderet singulos suam non prevalere partem, rem ipsam, quia vesper propinquus erat, in crastinum differunt. Sicut condictum fuit, in crastino redeunt et quercetum, sicut asseritur, in ea parte fluvioli qua stare non solebat inveniunt; cessataque[b] iam lite, rem miram beati martyris imputant meritis, qui per gratiam Dei tam insolito signo quod erat iuris ecclesiae suae detinuit.

12. Item in eodem fundo, scilicet Mihertinis, dum de proximis vicorum terminis ageretur, et inde maxima lis inter villicos oriretur, die denominata per advocatos quaedam pignora martyris, pera videlicet et baculus, ibi deferuntur et in medio partium utrarumque ponuntur. Ibi quidem in publicum oratione partium promulgata, iudicibus ex utraque parte sedentibus, communi censura decretum est, ut advocatus loca quae fore sui iuris aestimabat perambularet et mox ea sui iuris esse iureiurando per idoneos testes legitime confirmaret. Ille itaque caballum ascendens, iusti limitis metas preteriit, sed divinae pietatis iusticia protervam eius confidentiam sic correxit. Nam solida terra cepit sub eo repente dehiscere et tanquam profunda palus infra se cornipedis vires per singulos passus exhaurire, donec, currentibus multis et clamantibus, ne se perditum iret, immo potius ab incepto desisteret et iram vindictae Dei non incurreret, confusus acquievit, reumque se confitens, coram omnibus pollicitus est in res ecclesiae non se ulterius delinquere vel aliquid temere presumere. Hoc autem miraculo et vir prohibetur a periurio et a peccati liberatur laqueo, et ecclesia laetatur, suo iure retento.

13. Villa quoque Fleruis[3] nomine cuidam ingenuo iure hereditario cesserat in patrimonium, excepta quarta parte, quae competebat usibus canonicorum Fossensis ecclesiae. Sed, sicut moris est plerisque potentibus circa se manentes qui sui iuris non sunt magis opprimere et eorum incommoda sua semper commoda putare, terminos quos iuste possederat transgrediens, ecclesiae Dei possessiunculam cepit, servis suis instigantibus, invadere, dicens eam partem, quam invadebat, sibi non usurpare, sed publica pascua fisci totius fore, nullique fas esse ibi vel aedificare vel arare. Mansionariis autem et servis ecclesiae Dei resistentibus, et prelato loci renitente iustis responsionibus, dicto die convenitur in publicum, ut rei veritas rationi pateret omnium. Simulans igitur tyrannus ille sibi in causa pro qua convenerant precipue iustitiam placere, sedato conventu: 'Veni', inquit, 'iniusticiam exaltare et aequitatem opprimere', cum dicere decrevisset: 'aequitatem exaltare et iniusticiam premere'. Quem cum penituisset etiam et puduisset dixisse, frustra laborans corrigere, facto silentio, coram omnibus illud idem secundo
Matth.12,37. dixit, sed et tercio manifeste repetiit, acsi in eo dictum illud dominicum experiretur: *Ex verbis tuis iustificaberis et ex verbis tuis condempnaberis.* Hac ergo occasione vir locuples pudibundus acquievit[4], et mox in laude martyris plebs acclamatione maxima personuit, qui famulantibus sibi tam pulchro patrocinio subvenit.

14. Contigit etiam olim, iam propinquo messis tempore, equitem per culturam indominicatus ecclesiae transire in termino villulae Phalisulis[5] nuncupatae. . . . . . .

1102. 15. Nuper[6] imperatore Henrico contra Menapes[7] ascendente pro defensione Cameracensium, quos impugnabant, pars exercitus Teutonicorum transiens per Pongeias[8] vicum appendentem usibus Fossensis ecclesiae, assumebat sibi in predam quaecumque oculis suis obvia fuerant. Contigit autem, ut quidam eorum cumeram indominicatam frumenti frangere laborarent et depredari. Sed ad hoc sibi vires non suppetere non modicum mirati, cum ianua parum munita, pariesque circumquaque fragilis haberetur, ab incepto cesserunt ex voluntate Dei. Huius rei eventu qui viderunt et audierunt cum gaudio stupefacti, super clementiam et dignitatem meritorum martyris laudaverunt summam et incomparabilem potestatem

a) *sic c.* b) *sic c.; forte leg.* cassataque.

1) Mertenne, pars parochiae Castillon prope Walcourt. BUCK. 2) Bossus prope Walcourt. BUCK. 3) Fleurus, oppidum Hannoniae. 4) Loquendo peccans in iudicio, ut iuris Germanici erat, litem perdidisse videtur; quod auctor non diserte exprimit. 5) Falisolle, distans a Fosses unam circiter leucam. BUCK. 6) A. 1102, Oct. 7) i. e. Flandrenses, quorum comes Robertus II. Cameracum occupare nitebatur et Walcherum episcopum, qui a parte imperatoris stabat, expulerat, Manassen episcopum adversariae partis tuebatur; cf. Gesta Galcheri ep. Camerac. c. 19, SS. XIV, p. 201; Chron. S. Andreae Camerac. III, 23, SS. VII, p. 545; Ann. Eln., SS. V, p. 14. 8) De situ huius villae non constat.

Dei. Quod etiam cuiusdam idonei presbiteri relatione, qui rei interfuit, didici, in medio referendum esse censui.

16. Prepositus ecclesiae nostrae Rabbodo nomine quendam tanquam gravis iniusticiae reum in ius legum forensium advocaverat. Quem iudex vades non habentem arbitrio consedentium theloneario custodiendum tradiderat; thelonearius autem eum in domo sua ligneis compedibus astrictum retinebat. Quid multa? Eadem die iam inclinata, celebria Kalendarum inventionis beati martyris incipiebant. . . . . . . Dec. 16.

18. Matrona quaedam haut infimo nata loco tempore viduitatis suae pristinae vitae consuetudinem gestiens in melius commutare, quid sibi optimum foret, quid etiam expediret, non solum interna consideratione, verum quorundam suorum consilio cepit attente scrutari. Demum adepto consilio tam per se quam per suos, prediorum suorum loca satis ad commorandum idonea deseruit et castro Fossis iuxta monasterium beati Petri apostolorum principis ac venerandi martyris Foyllani sinceriter habitare delegit, tum pro dignitate presentis sanctuarii, tum quia psallentibus Deo clericis cotidie delectaretur in iubilatione spirituali. Illic itaque sibi soli minime vivens, liberalis in domesticos, liberalior in pauperes erat, psalmis, ieiuniis, vigiliis se ipsam domabat. Interdum pro devotione sanctorum peregrina multis in locis Deo militabat. Ad haec ex monitu caritatis intimae participari desiderans orationibus cleri beneficiisque fidelium ecclesiae, Berengarium venerabilis loci prepositum religiosum et prestantis ingenii consuluit et eius adiutorium super hoc expetiit. Huius ergo consilium animadvertens usu frequentis colloquii suae convenire intentioni, Henrico piae memoriae episcopo[1] sibi in sanguine proximo, quod in corde hereret, professa est, impertirique sibi prebendam inter canonicos, illud idem non tam volentes quam optantes, humiliter deprecata est. Hanc autem episcopus ut domesticam familiariter admisit, peticionibus eius acquievit, bonis operibus insudare confortavit, partim pro consanguinitate, partim pro ingenuitate, partim, quod ad utilius refertur, pro profectu ecclesiae. Gaudens equidem assecutam esse se quod tantopere moliebatur, ex intimo precordiorum affectu Deo congratulabatur. Diligentius igitur et familiarius ex caritate, qua redundabat, se fratribus ingerebat et ecclesiae necessitudinibus[a] oratione, consilio, largitione succurrebat. Verumptamen preter haec beneficiorum eius insignia sub die qua memoria archangeli Michaelis celebris et iocunda habebatur fratribus ab ea suis expensis annua refectio diligenter administrabatur. His et huiuscemodi morum affectionibus, aequitate videlicet et condescensione[b], utilitati consulebat animae suae, proficiens de die in diem multimoda virtutum probitate. Sane, qua ratione quave pietatis industria res augeret ecclesiae, cogitabat, sed hoc ad effectum ex facili perducere non valebat, quoniam exhereditare pignora sua prediorum portionibus nec volebat nec poterat. Attamen benivolentiae passibus ac beneficientiae gradibus paulatim nitens explere, si non ex toto, saltem in aliquo[c], quae pia meditatione conceperat, humano favore remoto, frugalitatis virtute, quae modestia fulcitur ac temperantia, pecunia de reditibus suis collecta, non avariciae causa, sed profectus ecclesiae gratia, in posterum animae suae sic consulere decernebat. Feretrum artificiosae pulchritudinis gestatorium, in quo beati sacerdotis ac martyris Christi Foyllani cineres et ossa reponerentur, metallorum fulgore diligenter intendebat insignire, quatinus ad tempus eo decor augereretur ecclesiae, et cuncta tempore necessitatis aut pauperibus erogarentur, aut inquirendis ecclesiae facultatibus opportunitate sua distribuerentur. Prefato igitur preposito consulente, dictante suamque operam adhibente, manibus aurificis ad unguem opus sculptile pretiosumque componitur, ubi passio supradicti pontificis in eminentioribus archae lateribus, in inferioribus vero quatuor paradisi flumina duodecimque apostoli cum litteris eorum significantiam exprimentibus evidenti ratione representabantur, et pulchro spectaculo delectabiliter aspicientium oculi pascebantur. Ad haec videres in altera frontium scriuii quasi maiestatem Dei super aspidem et basiliscum ambulantem, in altero velut angelos animam presulis assumentes ac desuper manum dominicam protegentem eam et excipientem. Deinceps, quid facto opus sit, publice diffinitur, scilicet ut res ad episcopum referatur, cuius auctoritate causa decenter succederet et pro memoria martyris amplius indeleta permaneret. Igitur prelatus canonicorum Fossensium, prout omnium voluntas erat, episcopo[2] sanxit indicare, quid fideles ecclesiae fieri proposuerint super egregii presulis ac martyris Foillani translatione, referens orando posse cuncta prospere succedere, si res memoriae[d] digna eius presentiae magnificaretur auctoritate. Episcopus autem, re sibi relata, vir ut erat religiosus, ut amator loci, ut diligens executor ecclesiasticae consuetudinis, peticionem fidelium ecclesiae laetus exaudivit, certoque die, Deo permittente, se in loco affuturum ad exequendum quicquid tanta res exigebat benigne spopondit. Siquidem ex constituto cum idoneis personis venit, apparatum rei laudavit, plebem infinitam convenire stupuit. Exierat enim fama per confinia regionis de translatione mox futura corporis prememorati martyris, conveniebantque ex congregationibus et parochiis monachorum, clericorum, sanctimonialium atque laicorum maxima multitudo, multi pro plangendis erratibus, multi pro tanti conventus spectaculo. Proceres autem cunctique maiores promiscui sexus, prout cuique res sua suppetebat, ad altare, quo reliquiae martyris expositae fuerant, munera pro suis reatibus abolendis offerebant. Nonnulli vero de populo qui precedebant, datis oblationibus suis, a loco sanctuarii recedere pre multitudine subsequentium nequaquam poterant, et in tanta pressura coacervatae plebis hii qui propius accedere nequibant oblationes suas a longe proiciebant; quorum frequentia sic in ecclesia Deo deservientes impediebat, ut nec in choro canonice psallerent nec missarum sollempnia de more celebrarent. . . . . . .

a) *alia manu corr.* necessitalibus *c.* b) condescentione *c.* c) aliquot *c.* d) *sic c.*

1) Leodiensi; obiit a. 1091, electus est a. 1075. 2) Henrico Leodiensi.

In tanta difficultate veniendi et exeundi non solum a presbiterio[a], verum etiam a toto templi spacio episcopus cum dignioribus personis, officio peracto, quod huic non indigne rei competebat, iussit, ut ageretur processio. In platea autem, qua de castro contra solis ortum exitur, turbis undique confluentibus, corpus martyris extra ferebatur. . . . . . .

Hinc extra villam accepta statione, stans episcopus in eminentiori loco, post sermonem, quo dulcedine vitae caelestis astantium corda delinierat, absolutis in confessione delictorum suorum omnibus, annuam huius diei celebrari indixit observantiam ad honorem et gloriam trini nominis Dei et aeternam huius translationis piissimi presulis Foillani memoriam. Statuit etiam ex decreto maiorum, die videlicet ante diem festum, die quoque post diem festum, institoribus omnibusque locum frequentare volentibus pacem, ut singulis annis his diebus ad nundinas vel ad orandum in locum pacifice venirent et a loco pacifice redirent. Dampnavit quoque anathemate perpetuo, qui huic contrairent statuto. Igitur anno in- 1086. Sept. 3. carnationis dominicae millesimo octogesimo sexto, tercio Nonas Septembris, indictione nona, factus est hic dies solito celebrior castro Fossis sub veneratione prememorati presulis ac martyris, ad honorem domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in seculum seculi[b].

19. Dudum huius oraculi paries ex vetustate declinabat et secundum quod videbatur introeuntibus iam ruinae proximabat. Vir autem quidam suo labore suisque sumptibus ad restruendam aedem ligna ceciderat[c] et ea aedificio convenientia curiose paraverat. . . . . . .

20. In viculo qui vocatur Osanne-mons[1] duo rustici habitabant, qui ex generis propinquitate hereditatem predecessorum diviserant inter se. Erant autem ambo servi cuiusdam ingenui viri, sed pars hereditatis eorum competebat ecclesiae canonicorum beati martyris Foillani. Cepit ergo ex vicina mansione lis inter eos oriri, eo quod alter eorum ecclesiae Dei, cuius commodo deserviebat, alter domino sub quo vivebat fidelior appeteret videri. Arbor vero pirus erat litis eorum occasio, quoniam asserebat quisque eorum orti sui appendere termino. . . . . . .

21. Orto[d] pridem inter nos sermone, quia benignitatem martyris plures experti fuerint, invocantes eum in angustiis suis, consobrinus et nutricius meus Iohannes nomine sic interseruit: 'Ut sileam de huiusmodi quae multis referentibus audivi contigisse, benignitatis ipsius experientiam ex eo quod michi contigit advertite! Cum adhuc disciplinae scolari subessem, accommodatori cuidam pro re puerili trium obolorum debitor eram, sed unde voluntati eius in reddendo sufficerem, habere non poteram. Cotidie quidem me non solum ad solvendum urgebat, verum accusatione crebra me apud magistrum infamabat, cuius gravia verba, nedum verbera, ferre tunc temporis grave erat. . . . . . .'

22. Vix expleto sermone, quidam frater Rothardus nuncupatus, sacerdotii gradu iam promotus, non tamen grandevus aetate, palam orsus est enarrare sibi rem fere similem olim contigisse: 'Quadam', inquit, 'die, cum ex more cuidam reverendi nominis sacerdoti minister assisterem eique in celebratione sacerdotalis mysterii responderem, curis domesticis agitatus, inter multa cepi considerare genitorem meum iam senio confectum et aliquantisper a re propria minoratum, calciamentis egere. . . . . . .'

23. Hoc etiam anno, autumno iam ferme mediante, nostram ad ecclesiam duo viri venere, sacerdos alter, alter laicus, et ad altare xenia, filum videlicet argenteum ad proceritatem staturae hominis dimensum obtulere. . . . . . .

EXPLICIUNT MIRACULA BEATISSIMI PRESULIS FOILLANI.

a) presviterio *c.* b) Finis *alia manu atramento caeruleo add. c., quod saepius in c. positum finem lectionum diversis diebus recitandarum indicat.* c) cicid. *c.* d) *littera initialis* O *deest c. Quaedam excidisse ante hoc caput dicit de Buck, sed nil desideratur.*

1) Forsan est viculus cui nomen Aisemont, ad oppidum Fosses pertinens. BUCK.

MONUMENTA MONASTERII S. MANSUETI TULLENSIS MINORA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monumentis Tullensibus SS. IV, p. 485 *sqq. editis addimus tres alios breves libellos ad monasterium S. Mansueti pertinentes. Et primo excerpta ex Miraculo quod a.* 1049, *Sept. factum Petrus diaconus Romanus*[1] *in ipsa urbe Tullensi mox conscripsit, idem procul dubio, qui bibliothecarius et cancellarius apostolicae sedis fuit, a.* 1050, *mense Octobri Lingonibus obiit*[2].

Tum tractatum de secunda translatione s. Mansueti, ut is libellus inscribitur, rectius vero tractatus de elevatione a. 1104. *facta dicendus, quem monachus quidam S. Mansueti post a.* 1107. *composuit*[3].

Uterque libellus editus est a Martene et Durand, Thes. anecd. III, col. 1041 *sqq. et* 1088 *sqq., et a Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed.* 2. *I, Probat. col. CLVII sqq. III, Probat. col. CVII—CIX, ex codice*

1) S. Mansueti Tullensis, saec. XII, ante quadraginta annos Nanceii in bibliotheca V. Cl. Noel posito[4], *ubi Miraculum a.* 1049. *Miraculis s. Apri c.* 21. *postea insertum est*[5]. *Quorum editiones recensuit Ioh. Limpen, Acta SS. Sept. I, p.* 653—656, *collatas cum apographo alterius codicis*

2) S. Mansueti[6], *quod Bollandus ab Hugone Vardaeo, fratre ordinis Minorum conventus Lovaniensis, accepit.*

Addidimus denique partem libelli quem narrationem rerum in monasterio S. Mansueti gestarum vocavimus, cum priore parte de reliquiis ss. Petri et Pauli ibidem inventarum, de abbatum ab a. 1060. *circiter usque ad a.* 1125. *successione eorundemque gestis quibusdam, posteriore parte vero de miraculis s. Mansueti a.* 1125. *vel* 1126.[7] *factis relatum sit. Qui libellus paulo post a.* 1126. *a monacho ignoto S. Mansueti compositus, integer nondum editus est. Calmet l. l. V, Probat. col. CLIII sqq., priorem partem ex codice S. Mansueti, nescimus an praedicto* 1[8], *edidit. Eiusdem excerpta quaedam et posterior pars, qua de miraculis s. Mansueti agitur, Acta SS. Sept. I, p.* 631 *sqq.* 656 *sqq.*

1) Ut in titulo codicis 1 relatum est. 2) Cf. Clarii Chron. S. Petri Vivi, SS. XXVI, p. 32. 3) Quae in titulo huius historiolae leguntur: *Tractatus de translatione . . . a domno Pibone dicta et composita* non ita interpretanda sunt, ut Pibo episcopus Tullensis eam conscripsisse dicatur, ut Ioh. Limpen, Acta SS. Sept. I, p. 633, recte exponit. Immo ipse Pibo in ea *piae ac sanctae memoriae episcopus* dicitur, qui a. 1107. obiit. 4) De quo vide SS. IV, p. 486. 490. VIII, p. 632; Noël, 'Catal. raisonné des collections Lorraines' I, p. 261. 5) Cf. SS. IV, p. 517, n. c. 6) De eo fusius refert Limpen l. l. p. 617 sq., qui eum post medium saec. XII. scriptum esse, nullo vero certo argumento nisus, coniecit. 7) Limpen l. l. p. 631. ea falso inter a. 1125. et 1136. facta censuit. Theobaldus enim abbas, sub quo auctor ea acta esse dixit, a. 1125 -1126. tantum monasterium S. Mansueti rexit, cum successor eius iam chartae a. 1126. subscripserit. 8) Ex eodem pauca excerpta sunt Gallia christ. XIII, col. 1086 sqq.

ex codice supradicto 2, in quo nonnulla mutata et addita erant, edita sunt, cuius partis pauca tantum fragmenta dedimus. Ceterum omnes hos libellos ex editionibus repetere oportuit, cum, ubi nunc codices serventur, ignoremus.

O. H.-E.

DE QUODAM MIRACULO A PETRO SANCTAE ROMANAE AECCLESIAE DIACONO COMPOSITO[a].

1049. Sept. 14. Sept. 15. Benedictus dominus Deus Israel. . . . . . . In tali throno regni sui, in tali templo gloriae suae, huc Leucha[b] nobis pridie demotis[1], cum forte praeclarus beati Apri natalis annuo recursu patriam repetens illustraret, ipse caelorum Rex omnipotens, cuius honor iudicium diligit, et quia sit iustus, monstravit et, quia sit metuendus, patenter dilucidavit. . . . . . . Rusticus quidam sancti Mansueti primi Leuchorum praesulis, vernulae vernula fruens contubernio, ancillae cuiusdam sancti Apri, septimi ab illo pastoris eorundem[c], carnis victus illecebris vel[d] de ea susceptorum dulcedine filiorum, sancto Mansueto corpore serviebat, sed mente[e] sancto Apro inherebat. Cupiebat enim quavis quondam transferri occasione ab illius iure ad ius istius, ut tam sobolem quam parentes simplum complecteretur, non duplum, servilis conditionis[f] iugum. Hoc vero cum diu multumque inefficaciter intra se revolveret, sicut post ipse prodidit[g], accidit eadem sancti Apri celebri cunctis solemnitate, ut inter numerosam confluentis populi multitudinem ad honestam, ubi venerabile corpus eius merito honore iacet, aecclesiam ipse quoque oratum veniret. Cumque iam sacris liminibus appropiaret, subrepere coepit menti eius servitutis memorata translatio, atque ex intimo cordis sancta deosculans limina stultus orator, non[h] meminit peccatorum suorum, sed pellicis et filiorum. Sollicitat improbis precibus Aprum per amoena paradisi nemora discurrentem et huiusmodi petitioni aures avertentem; sicque sursum[i] ad altare praecipuum conscendens, aliis mediocrem cereum tali plenus voto illic absque ceterorum posuit exemplo. At cum per quendam monachorum diceretur ei, cur ad corpus sancti Apri cereum[e] non posuisset ut alii, facti poenitens, crumenam scrutatur, si quemlibet forte nummulum reperiret, unde alteram candelam redimeret. Obulum reperit, gaudet, currit, emit duos uno cereolos obulo. Hunc autem perceperat[k] obulum de decimatione sibi credita sancti Mansueti, cuius subiacebat conditioni. Cuius[l] vero dextram diligenter cum[m] aptaret, ut ipsos super sacrum corpus cereolos more circumreverentium poneret, nihil[n] remoratus Aper acerrimus, non saevo dente, sed velut ultrice sententia huiuscemodi oblationem repudiante, in ipsa eum qua ferebat dextera percussit. Nam mirum in modum tam fortiter coeperunt collecti digiti palmae[o] infigi, omnesque articuli artari, ut prae intolerabili dolore nimis eiularet[p] et quod pateretur inclamaret. Confestim maximus in populo rumor exoritur. Stupent, tremunt, quidque[q] portendat, alter ab[e] altero interrogat. Instrepuit factum domini mei noni papae Leonis auribus, qui iam pridem Bruno dictus, eiusdem fuerat loci episcopus, et illuc non tam ad visendam quam ad benedicendam et in Domino confirmandam tunc patriam venerat. Hic intra claustra monasterii erat, missarum solemnia celebraturus, cum res ei ipsa[r] perlata est. Venit igitur, vidit, qualiter contigerit, audivit. Interea sciscitatur hominem, ne[m] quid criminis egisset, unde hoc meruisset. Rimatur ille conscientiam suam[e], nihil[s] recordatur, quod esse adversus beatum Aprum confiteatur, nisi forte id solum quod meditabatur, cum templi limina ingrediebatur. Ita stantem ipse[2] quoque reperi, cum tunc primum negotiis dominicis implicitus adveni, complicatos omnes ut in pugnum digitos sic acriter stringentes cereolos aspexi, ut nimiae stricturae pro teste cruor esset, qui candelarum extrema defluens inficeret. Ab omnibus interea multis Aper sanctus questibus interpellatur,
Sept. 16. sed nullatenus ad misericordiam provocatur. Unum et alterum miser ille ibi diem sub spe recuperationis exegit, nihilque, quamvis se sancti Apri velle esse diceret, profecit[t]. Vespere sabbati[3] adsunt Sancti[m] Mansueti monachi suum requirentes secumque reducentes. Mansuetum suum confidenter aggrediuntur, orantes pervigilem noctem ducunt piamque facilis Mansueti mansuetudinem praestolantur. Clara poli[u] partem sublimem luna tenebat, cum quidam fratrum, divino motus instinctu, dextra perditum[v] inquisivit, ne quid de officio colligendae decimationis sibi iniuncto surripuisset, unde ei haec calamitas supervenisset. Qui mox ad se reversus, qua ratione Aprum quam Mansuetum dilexerit, prodidit et etiam de obolo patefecit, unde candelas illas, quas adhuc in manu habebat, accepit, et protinus cum fine verborum facta est extensio digitorum, qui iam, perforatis incredibili impressione carnibus, ad ossa nervosque volae pervenerant. Ad haec Deus omnium mirabilis artifex virtutum laudatur, magnique Mansueti meritum longe
Sept. 17. lateque praedicandum magnificatur. Quod ipsi ubi domino papae, clero populoque in noticiam facta dominica luce pervenit, inter multa gaudia fabula nascitur iocosa, quia, quem torvus Aper vulneravit, alacer Mansuetus curavit. . . . . . .

a) *sic* 1; De quodam rustico a sancto Apro percusso et beato Mansueto sanato 2. b) Leucham *C.* c) tandem *C.* d) et *C.* e) *deest M.* f) d. servitutis *M.* g) prodiit *M.* h) et *M.* i) rursum *C.* k) ob. p. ex dec. *C.* l) Cum v. dil. apt. (dext. *deest*) 2. m) *deest C.* n) nil *C.* o) palmi *C.* p) erugiret *M.*; invigilaret *C.* q) quodque *M* r) iam *M.* s) nil recordatus *C.* t) perfecit *M.* u) Clarapolim *M.* v) proditum *C.*

1) Ex hoc loco igitur elucet Petrum cum Leone IX. papa die Sept. 14. a. 1049. Tullum venisse; quo die papam ibi moratum esse etiam ex Anselmi Dedic. S. Remigii, Watterich, Vitae pont. I, p. 115, constat. 2) Petrus. 3) Sept. 16. fuit anno 1049. sabbatum.

TRACTATUS DE TRANSLATIONE SECUNDA SANCTI MANSUETI A DOMNO PIBONE DICTA ET COMPOSITA.

Humanae mentis infirmitas, cum de sanctis sanctorumque actibus disserit[a], plerumque ad se rediens expavescit, quia certe indignam se deputat, cui tantum tam magnumque negotium committi debeat. Verumtamen, quia tale propositum non de superbo spiritu concipitur, immo vero simplici atque humili devotione a quibusque[b] fidelibus suscipitur, speramus ipsos sanctos non indigne hoc accipere, confidimus illos nobis affore et quae de illis dici oporteat misericorditer inspirare. Quia igitur de vita et actibus beatissimi patris[c] et patroni nostri Mansueti pauca disseruimus[1], inter cetera de secunda ipsius translatione, quare vel quomodo facta fuerit, explicare proposuimus, ut, dum nos ad memoriam sui viderit amplius exerceri, ipse nobis benignior, et per eum clementia summi Iudicis fiat paratior.

Ab antiquis siquidem patribus accepimus traditum[2] et usque ad nostra tempora indubitanter est creditum, quod sanctus Gerardus[d], post multa tempora in episcopatu Leuchorum ipsius successor[3] dignissimus, sacrum corpus illius transtulerit atque infra[e] ecclesiam, quam sub ipsius nomine consecratam invenerat, in archa lignea loco congruo collocaverit; in quo praesidens, voces psallentium monachorum in eadem ecclesia sibi perpetuo famulantium susciperet et plebi Leuchorum consueti regiminis beneficium impenderet. Subsequenti autem tempore, multorum annorum interveniente numerositate, error coepit nasci non modicus, et de integritate sanctissimi corporis ambiguitas est exorta, dicebaturque a pluribus, quod beatum caput a corpore erat revulsum et alio in loco haberetur reconditum. Qua opinione eiusdem ecclesiae egregius ac[f] piissimae memoriae domnus abbas Thiemarus[4] atque insuper tota monachorum turba graviter tristari [ac[g]] supra modum coepit affligi, et iacturam sacrarum reliquiarum non tamquam opinabilem pensabant, sed velut certam ac manifeste[h] agnitam deplorabant. Quid tamen[i] ageretur? Sed omnipotens Dominus, qui errantibus viam et his qui in tenebris sunt lumen iustitiae solet ostendere, Leuchorum[k] suorum gemitus respexit et, dum super hoc frequenter consultarent, consilium bonum magna pietate sua inspiravit, ut scilicet archam, qua sanctae claudebantur reliquiae, utpote veterem et omni ornamento vacuam, deberent mutare et de novis lignis novam fabricare, quam siquidem auro et argento tegerent, quam artificioso opere et lapidibus pretiosis insignirent. Sic etenim et honorem adderent pontifici et satisfacerent diutinae ambiguitati. Praefatus igitur abbas Thiemarus, homo scilicet sanctae conversationis, vir sapientia illustris, Deo et hominibus acceptabilis, a quo acceperat consilium, ab eo sumit et auxilium et archam, quam faciendam cognovit, maturo tempore perfectam reddidit. Quo peracto, sanctum nolens differre propositum, domnum Pibonem[l], tunc temporis Leuchorum antistitem[5], atque suos coabbates necnon etiam quoscumque[m] urbis optimates statim adiit, quaerens utique consilium, quando suum adimpleret desiderium, quove[n] tempore deberet sanctas reliquias transmutare. Continuo piae ac[o] sanctae memoriae Pibo episcopus ex consilio suorum principum per totam provinciam suam edictum pertulit, ut in ea ebdomada, qua post pentecosten generalis synodus solet celebrari, ad urbem, ipsius caput provinciae, convenirent atque ibi unanimiter translationem sui pontificis celebrarent. Nec immerito; dignum namque erat, ut ad motum pastoris grex totus moveretur, et venirent oves revisere eum, a quo pascua vitae meruerant invenire. Huius edicti fama pervolitans corda audientium sic perculit, sic incendit, ut tempore constituto principes et populi tanto ad urbem certarent desiderio properare, acsi sanctus pontifex redivivus in carne nunciaretur eos expectare. Anno igitur ab incarnatione Domini millesimo centesimo quarto, indictione duodecima, ordinationis autem domini Thiemari praedicti abbatis 1104. duodecimo, octavo decimo Kalendas Iulii[6] domnus Pibo praedictus pontifex secumque dux eiusdem Iun. 14. regionis Theodoricus[p, 7] et ceteri principes adiacentum[q] regionum cum infinita turba populorum, cum cereis et crucibus et aliorum sanctorum corporibus in ecclesiam proprii pastoris convenerunt, in ieiuniis siquidem et lacrimarum compunctione opus sanctum parati incipere. Nec mora, illa vetus archa, qua beata ossa tegebantur, ad conspectum populi perducitur[r] et ab ipso episcopo et[s] eiusdem ecclesiae praelibato abbate Thiemaro, praesentibus aliis religiosissimis abbatibus, domino Widrico Sancti Apri, domino Stephano Besuensi et domino Odelrico Sancti Urbani[8], et[t] aliis astantibus multisque religiosis fidelibus, in loco eminenti statuitur, unde ab omnibus facile[u] conspici posset et videri. Quae aperta commissum sibi thesaurum fideliter reddidit, membris per ordinem in longum pallio involutis, ita ut caput et reliqua membra omnibus monstrarentur, et de omnium cordibus illa olim falsa opinio pelleretur. Nova ergo archa miro

a) dixerit 1. b) quibusdam *C.* c) pastoris 2. d) Gerbard. *C.* e) intra 2. f) et *C.* g) *deest* 1. h) magnifice *C.* — cognitam 2. i) tunc 2. k) servorum 2. l) Peb. *M. semper.* m) quosque 2. n) quo scilicet 2. o) et *C.* p) Theoder. *Boll.* q) adiacentium *Boll.* r) produc. *Boll.* s) ei. eccl. et 2. t) ast. et aliis abbatibus 2. u) c. f. potest *C.*

1) Vita s. Mansueti una tantum ab Adsone multo antea scripta exstat. Sed initio Gestorum episc. Tullensium c. 2, SS. VIII, p. 632, quae in iisdem codicibus qui hunc libellum continent exstant, 'pauca de vita et actibus' s. Mansueti relata sunt. Et haec ipso eodem tempore atque hic libellus, paulo post a. 1107. videlicet, scripta sunt. Nonne coniicere licet hoc loco Gesta laudata esse, ea igitur ab huius libelli auctore conscripta esse? Equidem facile mihi persuaserim eorum auctorem fuisse monachum S. Mansueti. 2) Cf. Adsonis Mirac. s. Mansueti c. 10 – 13, SS. IV, p. 511. 3) A. 963 – 994. 4) Sedit a. 1092. vel 1093—1125; v. infra p. 933, n. 6. 5) A. 1070 – 1107. 6) Cf. p. 932, n. 1. 7) H. Lotharingiae a. 1070 – 1115. 8) St.-Urbain (dép. Haute-Marne).

opere fabricata subiit et praesentem thesaurum, corpus scilicet sanctissimum, ferro undique obserata, servandum suscepit*. Quae, quoniam[a] non[b] omnis turba quae convenerat intra parietes ecclesiae recipi[c] potuit, ne aliquis tantae videretur expers remanere laetitiae, extra in vicinum pratum deducitur, ubi liberius quique possent accedere et optato pastori laudes et munera praesentare. O quanta exultatio in monachis canentibus! O quanta devotio in clericis psallentibus! O quam magna pium onus subeuntium contentio! O quam miranda subsequentium populorum acclamatio! Coetus omnis laudes personat, linguae omnium in nova praeconia relaxantur, et quia sanctum tenent[d] in manibus, ardentius ipsum sanctis prosequitur laudibus. Dies illa multis aliis fuit clarior, solis ipsius claritas solito illuxit purior, ut manifeste patesceret, cuius meriti apud Dominum vir sanctus existeret. Quid plura? Turbae pastorem circumeunt[e], salutant et reverenter contingunt, quod possunt et quantum possunt vota et oblationes devotissime offerunt. Post haec benedictio vitae populo persolvitur, et beatus pontifex exultantibus humeris in ecclesiam suam reportatur; in qua loco eminenti, sicut adhuc fas est cernere[f], constitutus, plebi suae quasi de specula quadam invigilat et potenti manu occursantes inimicos abigit et propulsat. Et corpus quidem nobis ad subsidium in terris relinquitur, sed beata ipsius anima perennibus gaudiis in caelis perfruitur; ad quae[g] ipsius intercessionibus nos dignetur perducere, qui nos suo sanguine non pepercit redimere, Iesus Christus dominus noster, cui cum Patre et Spiritu sancto honor et imperium permanens[h] in secula seculorum. Amen.

*) *De qua Calmet l. l. ed. 2. V, Probat. col.* CLVI. *hanc notitiam, laminae, ut videtur, olim inscriptam affert*

De capsa sancti Mansueti.

Inspirante Deo et sancto Mansueto, dominus Theomarus, felicis memoriae abbas istius ecclesiae, hoc feretrum fieri iussit. Gobertus Metensis aurifex fecit. Gilbertus fidelis laicus procuravit. Arnulphus miles Ierosolymitanus, ibidem monachus defunctus, maiorem partem pretii contulit, meritis et precibus huius sancti optantes habere partem in regno Dei. Collocatum est autem in hoc feretro corpus sacratissimum cum capite et omni integritate coram primatibus patriae et copiosa plebis multitudine ab alio feretro levatum, ubi a sancto Gerardo in prima translatione fuerat collocatum, anno ab incarnatione Domini 1104, 17. Kal. Iulii[1], Pibone episcopo, rege Henrico IV, regnante domino nostro Iesu Christo.

a) quando 2. b) *deest h. l.* 2. c) non *add. h. l.* 2. d) tenet 2. e) circuerunt *(sic)* 1. f) tenere 1. g) fr. atque *C.* h) permanet 2.

NARRATIO RERUM IN MONASTERIO S. MANSUETI GESTARUM.

Auctore Deo, sanctae Romanae ecclesiae praesidente Gregorio VII, in Tullensi vero urbe pontificante Pibone, primates quidam regni et utriusque[a] ordinis clarissimi et illustres viri, sancto Spiritu inspirante, adeundi sanctos apostolos desiderium conceperunt[b], multisque itineris et praecipue citra Alpes laboris et algoris detriti angustiis, operosa[c] tandem Romuleae arcis moenia et optata sanctorum apostolorum votis supplicibus limina subierunt. A pontifice itaque Romanae sedis, utpote venerabiles viri, debita veneratione suscepti, postquam ab eo apostolicam benedictionem et absolutionis veniam perceperunt, qui et unde essent, ab eo sciscitati, Tullensis urbis incolas se esse professi sunt. Quibus papa[d] perceptis, suspirans instantius et vigore quodam mentis excitus interius: 'Felix', inquit, 'urbs Leucha, gloriosi confessoris Christi et apostolici praesulis Mansueti corpore decorata, sed vigilantia ipsius sanctorum apostolorum Petri et Pauli reliquiis gloriosius insignita! Sicut enim veridicis historiographorum probatur sententiis, et prout Romanae bibliothecae monstratur thomochartis, post Romam, quae triumphali sanctorum apostolorum passim refulget cruore martyrii, ita Tullensis civitas apostolici frequentatur visitatione praesidii, ut nusquam alias in toto orbe tanta portio earundem reliquiarum valeat[e] reperiri. Nec summopere laborandum est, ut eorum sepulchrum[f] peregrinando longius requiratis, quos propius[g] et frequentius reliquiis adesse spiritualiter[h] confidatis'. His et huiusmodi nostrates peregrini ab universali pastore documentis instructi, auspice Christo voti compotes, ad

a) totius *C.* b) ceperunt *C.* c) operosae *Boll.* d) *deest C.* e) habeat *Boll.* f) sepulcra peregrinanda *Boll.* g) *sic Gall. chr.;* proprius *C.;* propriis freq. *Boll.* h) *deest Boll.*

1) Translatio recte 18. *Kal. Iul.* habet, cum hac die in dioecesi Tullensi celebrata sit; cf. Acta SS. l. l. p. 634.

propria redierunt, quaeque fideli auditu didicerant fideliori narratione[a] passim denuntiaverunt. Ex eo igitur tempore tanta fidelium efferbuit devotio, ut ad ecclesiam in honore sanctorum apostolorum dicatam pontifex, clerus et universa plebs in die martyrii eorum Iun. 29. catervatim[b] confluant, nocturnas[c] excubias et vigilias cum cereis et luminaribus, diurnas laudes votis et precibus instanti exultatione percurrant. Pontifici etiam sancto[d], beato videlicet Mansueto, tantae venerationis aucta est religio, ut per finitimas regiones et provincias festi eius celebritas famosior indiceretur, ita ut ad forenses nundinas a populis ex- Sept. 3. terarum nationum et insularum ibi conveniatur, et iam per Dei gratiam nullum per tripartitam ferme Galliam[1] solemnius[e] memorabiliusve habeatur.

Ea tempestate praefatae praeerat ecclesiae Grimbaldus[f] abbas[2], vir admodum simplex et in loci reparatione strenuus; qui eiusdem celebritatis auctor[g] et institutor extitit, eandemque ecclesiam extra aedificiis, intra[h] ornamentis extulit et altare sanctorum apostolorum tabula argentea, gemmis et auro irradiante[i], adornavit. Praeterea turris fabricam, quam praedecessor eius abbas[k] Dodo[3] a fundamentis ad tectum usque[l] pertraxerat, operosa pulchritudine consummavit; cuius tecti cacumen cruce deaurata et[m] triumphali aquila spectabiliter decoravit.

Facto de medio Grimbaldo[n] successit Albricus[4], homo nulli secundus, scientia et sermone disertus, qui frequentiam multitudinis convenientis[o] ad sancti solemnia confessoris[p] infra monasterii septa recipi non posse condoluit; unde et inspiratione divina ecclesiam[q] a sanctuario et supra ampliare devovit. Coepto igitur[r] operi operator indefessus insistens, muri ambitum usque ad curvaturam arcuum per circuitum extulit, et humana praereptus sorte, in crypta eadem ad memoriam fundationis sepulturam[s] obtinuit[5].

Tam vigili pastori Albrico vigilantior non tam officio quam merito studioque successit, abbas videlicet Theomarus[6], vir religione venerabilis, doctrina et operatione laudabilis, retinens in verbis verecundiam, misericordiam[t] blando sermone removit, nec culpis iudex, sed medicina fuit. Qui appendens in statera considerationis opus surgentis ecclesiae ad interitum, si deses existeret, vel ad meritum sibi, si strenuus insisteret, imminere, tanto oneri humeros apposuit et, divino se brachio sustentante, mirandam ecclesiae structuram binis subnixam turribus inopinabili celeritate complevit. Instante denique die, ut novum opus veteri continuaretur, necessitas dictabat et ratio, ut condendis novis altaribus antiqua everterentur[u]. Desiderio siquidem summae devotionis, triduano peracto ieiunio, pro reliquiis sanctorum apostolorum abbas aestuare coepit et omnis congregatio; quas infra maius altare contineri tam antiquorum quam modernorum concipiebat opinio. Sublatis deinceps tabulis altarium, cum sanctarum reliquiarum nullum monstraretur indicium, iam fere desperabiliter rebus et speciebus ademptis, cum malleis et vectibus irruitur[v] altaribus diruendis. Inter haec cum, divulsa compagine lapidis et cementi, artifices iam fere penetrarent interna pavimenti, in dextra parte sub anteriori cornu altaris repente conspiciunt de profundis emergere sepulchrum lapideum, continens super aurum et topasion pretiosum divinae compositionis thesaurum, quod in modum pedis latum in quadrum per latera tali titulo cingebatur insculptum: *In hoc conditorio sitae sunt reliquiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli, insuper etiam de ligno Domini.* Sublato protinus ligneo et spisso quo tegebatur operculo, roseo interius et quasi noviter sanguine recenti perfuso, pulvis illico cum ossibus[w] apparuit in colore roseo, pulvis concretus cum sanguine, et, ut verius fatear, non tam pulvis quam caro fuit. O Deus immense! Quis oculis siccis valeat exprimere, quanti extemplo gemitus, quot fluxerunt lacrimae? Resplenduit quodammodo novae resurrectionis gloria, et refovit incredulos spes immortalitatis de terra. Venerandus igitur abbas stupefactus prae gaudio, *Te Deum laudamus* in voce exultationis extulit, quod chorus,

a) relatione *Boll.* b) confl. cat. *Boll.* c) noct — percurrant *des. C.* d) sancti *C.* e) solemnium memorabilius *Boll.* f) Grimaldus *Boll.* g) actor *Boll.* h) intro *C.* i) irradians *Boll.* k) *deest Boll.* l) ecclesiae *add. Boll.* m) cum *Boll.* n) *sic Gall. chr.;* Grimbaldus *C.;* Quo facto de m. *Boll.* o) conveniens *C.* p) Mansueti *add. C.* q) *sic Gall.;* eccl. sancti Mansueti *C.;* eandem eccl. *Boll.* r) ergo *Boll.* s) sepulchrum *Boll.* t) *quaedam verba excidisse videntur.* u) dirueruntur *Boll.* v) irruit *C.* w) opibus *C.*

1) Cf. Caes. Bell. Gall. I, 1. 2) Occurrit a. 1065—1072 (Gallia christ. ed. 2. XIII, col. 1088); sed successor eius demum a. 1076. occurrit, ut ille re vera tempora Gregorii VII. papae attigisse videatur. 3) Occurrit a. 1036—1054. 4) Occurrit a. 1076—1085. 5) Cf. epitaphium eius in hac crypta inventum, Gallia christ. l. l. col. 1089. 6) A. 1092. vel 1093. ordinatus, ut ex Transl. s. Mansueti, supra p. 931, patet, obiit a. 1125, Ian. 31, ut infra apparet.

singultu vocem irrumpente, ad finem usque complevit. Sumptis inter haec dealbatis vestibus, abbas piae devotionis desideratas[a] a seculis et generationibus reliquias amplectitur affectu sanctae dilectionis et subtili oculo digitoque discrevit corium, pulverem, seorsum ossa distinxit. Reaedificato deinde novo expolitis lapidibus altari, per quatuor ipsius angulos foramina quatuor fieri instituit, in quibus pulverem sacratissimum diligenter inclusit, in medio vero altaris scrinium lapideum cooperculumque ligneum cum capsa plumbea, quae in tabula destructi altaris reperta est[b], gloriosis optime referta[c] reliquiis, reverenter congessit et ad monimentum sempiternum tabula marmorea inviolabili firmitate protexit. Inventa sunt ibi, opitulante misericordia Dei, praeter undecim de ossibus capitis dentes septem, sexdecim etiam frusta in modum tesserae quadratae de ligno triumphali vivificae crucis, quae omnia extunc et modo in scrinio deaurato super altare sanctorum apostolorum conservantur.

Theomarus abbas ecclesiam possessionibus ampliavit, munivit aedificiis, ornamentis decoravit, auxit libris bibliothecam, thesaurum divitiis, adhibens studiis scientiam, religionem ordini, moribus disciplinam; et quia non sufficimus singula explicare, tanta est operum eius multiplicitas, senex plenus dierum felici exitu migravit ad Dominum in ecclesia eadem
1125. Ian. 31. 2. Kal. Febr.*

Successit Theotmaro[d] vir venerabilis Theobaldus[1]; cuius temporibus se protectorem esse Tullensis urbis et ecclesiae crebris beatus Mansuetus miraculis dignatus est propalare[e].

c. 1125. Orta seditione per daemoniacam infestationem, cum Sanctensis[2] comes in praebenda canonicorum tyrannicam exerceret devastationem, turbatus pontifex[3], clerus et populus universus, solum divinam propitiationem et sanctorum exoravit intercessionem. Elata igitur sanctorum confessorum Mansueti, Apri, Gerardi gloriosa corpora ad maiorem ecclesiam gloriosi protomartyris[4] cum generali frequentia detulerunt, et circa arcam sancti martyris compositis reverenter sanctorum reliquiis, feretrum sanctissimi pontificis Mansueti, tamquam primi pastoris, sublimius extulerunt. Ibi unanimiter cum gemitu et laudibus exultationis vota Deo obtulerunt precis supplicis et devotionis. . . . . . .

Postera die, cum praedictum sancti corpus ad propriam referrent basilicam, clerus et plebs universa densantes frequentiam, sancti passim revolvebant mirandam clementiam. . . . . . .

Aliud miraculum a seculis inauditum iisdem temporibus contigit, quod ad nos patris
Sept. 3. et matris consona relatione pervenit. Tullensibus incolis 3. Nonas Septembris solemniter occupatis in sancti[f] Mansueti natalitio, genitrix infelix apud Rogeri-villam[5] obeuntis filii anxiabatur obsequio. . . . . . .

In congressione quae facta est ante Tullum a Sanctensi[6] et Barrensi[7] comitibus, in combusta Buculiaci[8] ecclesia multis captis civibus, miles quidam ducebatur, sub equo violenter religatus pedibus. Hic suspirans implorabat sanctum Dei praesulem, ut clementer tueretur se captum, continens in se debachari furibundum consulem; sensit funem mox lassari, dissolutis pedibus, silvam petit evadendo concitatis saltibus, et ducentis fere passim vallatus militibus, dum spinarum forte fascem levasset in vepribus, arte tali est ademptus, cunctis haesitantibus. Qui post paulum inde grates sancto supplex reddidit, ipsum funem repraesentans, quo ligatus extitit, censualis ei factus, qui hanc opem praestitit[9]. . . . . . .

*) *Haec in exemplari a Bollandianis viso ampliata erant, qui ex eo haec non integra proferunt:* [Eandem eccle-
1107. siam] cum frequentia celebri solemniter dedicavit anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo septimo, in urbe Tullensi pontificante Pibone, imperante Henrico quarto. Nonnullis postmodum actis feliciter annis dictus abbas . . . plenus dierum felici exitu migravit ad Domi-
1125. Ian. 31. num, in ecclesia eadem 2. Kal. Febr., 33. ordinationis suae anno cum digno honore sepultus. Cui successit vir vitae venerabilis Theobaldus *etc.*

a) desideratus *C.* b) et *C.* c) refertam reliquis *C.* d) *sic Gall.*; Theom. *C.* e) *hic desinit Calmeti ed., reliqua ex editione Bollandianorum excerpta sunt.* f) sancto *Boll.*

1) Brevi tempore a. 1125–1126. tantum abbatiam rexit, cum successor eius Rainaldus iam a. 1126. occurrat; Gallia christ. ed. 2. XIII, col. 1089. 2) Sanctensis pagus (Le Saintois) tunc maximam partem ad comitatum Vadani-montis (Vaudemont) pertinebat, quem tunc Hugo I. regebat. 3) Ricuinus Tullensis, qui a. 1126, Febr. 13. obiit, vel Henricus, qui ei successit. 4) Stephani. 5) Rogéville (arr. Toul, cant. Domèvre). 6) Hugone I. 7) Rainaldo I. De hoc bello nusquam alibi quidquam relatum reperi. 8) Bicqueley (cant. Toul). 9) Hoc totum fere caput rhythmice compositum est.

EX VITIS HUGONIS ABBATIS CLUNIACENSIS.

ED. L. DE HEINEMANN.

De Hugone abbate Cluniacensi, qui post Odilonem celeberrimum illud monasterium regendum suscepit[1], *non multo post eius mortem*[2] *complures auctores scripserunt*[3]. *Quorum primus Gilo sive Aegidius monachus Cluniacensis*[4], *postea episcopus Tusculanus*[5], *iussu Pontii abbatis Cluniacensis*[6], *qui Hugoni in abbatia administranda successit*[7], *Vitam hanc Romae conscripsit*[8]. *Fontes, ex quibus hausit auctor, ignoramus; neque tamen, si qua fides est ipsius verborum, scriptas de Hugone abbate relationes adiit Gilo, sed quae vidit aut audivit eum retulisse, iure coniiciamus*[9]. *Cuius opere satis eleganti et poetarum locis exornato posteriores nituntur auctores Rainaldus, Hildebertus, Hugo.*

1) De quo vide Lehmann, 'Forschungen z. Gesch. des Abtes Hugo v. Cluny' (Göttingen 1869) p. 67. 80 sq.; Neumann, 'Hugo I. der Heilige, Abt v. Cluny' ('I. Progr. d. Musterschule zu Frankfurt a. M.' 1879) p. 9. 2) Mortuus est a. 1109, April. 29; cf. Lehmann l. c. p. 67, n. 1. 3) Iam ante canonizationem Hugonis de eodem relationes exstitisse ex epistola Hugonis, Bibl. Cluniac. p. 559, apparet: *Qui* (Calixtus II) *dum inter caetera saepius ageret de vita et miraculis beati Hugonis, non quorumlibet chartulas super his profusius exaratas attendit, sed personas authenticas in medio Cluniacensis capituli praesentatas, de sancto quae viderant et audierant validius attestatas, gratanter accepit.* 4) Petri Venerabilis epist. ad Gilonem, Bibl. Cluniac. p. 721. 768; Gilonis epist. infra p. 937. — Neumann l. c. p. 4. Gilonem nostrum eundem fuisse censet, de quo legitur Martene et Durand, Thesaurus III, p. 266:

Haec ego composui Gilo nomine, Parisiensis
Incola, Tuciaci (Toucy prope Auxerre) *non inficiandus alumnus.*

5) Cf. inscriptionem epist. Petri Venerab., l. c. p. 720. 6) Cf. epist. Gilonis infra, ubi ex verbis *me quoque fari commonuit* apparet, Gilonem non ignorasse, Pontium praeter ipsum alii sive aliis Hugonis vitam describendam mandasse. Et sane quidem Hildebertus (cf. prologum in Vitam Hugonis, Bibl. Cluniac. p. 413) se petitione Pontii abbatis opus suum suscepisse profitetur, idemque eodem loco praeter Gilonem Ezelonem quendam Hugonis gesta conscripsisse commemorat. Quae Vita adhuc latens (cf. infra fortasse eiusdem Pontii petitione orta est. 7) Sedit a. 1109 1122, quo anno ineunte Romam profectus est ibique coram Calixto II. papa abbatia Cluniacensi se abdicavit; cf. Lehmann l. c. p. 20. 8) Scripsit post mortem Hugonis (1109, April. 9) et antequam Hildebertus, qui Gilonis opere iam utebatur, Vitam suam perfecit; cf. infra p. 937. — Gilonis Vitam magna ex parte Romae esse scriptam ex epistola ad Pontium elucet: *Dignum profecto fuit, ut vita illius Romae particulatim scriberetur* etc. 9) Ezelonis libello Gilonem usum esse Neumann p. 44 sq. contendit, qui in relatione miraculorum quorundam Hugonis (Bibl. Cluniac. p. 447—462) a Gilone, Rainaldo, Hildeberto pariter narratorum opus Ezelonis cognosci posse censet. Sed auctor horum miraculorum quae Neumann Ezeloni tribuit fortasse partim ipse addidit, partim ex Gilonis opere, quod integrum hucusque non in lucem prodiit, sumpsit. Quocum faciunt verba ipsius Gilonis in praefatione: *Sane, omissis pluribus, que, dum adviveret, egit, parva gestorum illius monimenta silentio minime supprimenda, hinc narrare aggrediar.* Quod minime scribere potuit, si ei Ezelonis opus amplum sane et elegans ad manus fuisset.

Gilonis Vita, integra adhuc inedita, exstat in codicibus

1) Parisiensi Lat. nr. 12607, *membr. saec. XII, fol.* 197 *sq.*[1] *et*

2) Parisiensi Lat. nr. 13090 *(olim s. Germani* 97, 12*), membr. saec. XIV*[2]. *Ex quibus V. Cl. A. Molinier excerpta nostra transcripsit.*

Fragmenta operis Gilonis edita sunt Acta SS. April. III, p. 655—658. *sub titulo: 'Epitome Vitae ab Ezelone atque Gilone monachis Cluniacensibus proxime ab obitu sancti scriptae per anonymum excerpta', ex codice Bodecensi eruta*[3]. *Epistolam Pontio abbati missam publici iuris fecerunt Martene et Durand, Thesaurus I, p.* 321[4].

Non multo post Gilonem[5] *Rainaldus, tunc abbas Vizeliacensis*[6], *antea monachus Cluniacensis*[7], *postea vero, a. scilicet* 1128, *in archiepiscopatum Lugdunensem promotus*[8], *alteram Hugonis, quocum consanguinitate erat coniunctus*[9], *Vitam confecit. Quo in opere monachis Cluniacensibus dedicato quae 'partim vidit, partim relatione probabilium virorum didicit'*[10] *se perstrinxisse auctor asserit et in prologo se 'alicuius altioris ingenii viri' de suo sancto libellum legisse profitetur suumque opus 'minorum atque minus capacium studio adtribuendum', illius vero 'maiorum et sapientum excellentiae relinquendum' censet. Quem Rainaldi fontem Gilonis opusculum fuisse facile tibi persuaseris, si narrationes utrique communes inter se contuleris*[11]. *Quae vero prosa scripserat, Rainaldus postea metro compendiose perstrinxit*[12]. *Vitam autem prosa oratione compositam Hildebertus et auctor compilationis Bibl. Cluniac. p.* 447—462. *editae in usum vocaverunt*[13].

Ex Rainaldi opere etiam quae ad res Germanicas pertinent exhibemus, iis quae iam Gilo narravit minoribus litteris expressis, usi codice Vaticano reginae Christinae nr. 493, *membr.* 4, *saec. XII, fol.* 142 *sqq.*[14], *a socio nostro O. Holder-Egger collato.*

Editionem paravit ex codibus eodem, ut videtur, Vaticano et alio collegii societatis Iesu Duacensis Papebroch, Acta SS. April. III, p. 647—653.

Tertio loco Hildebertus episcopus Cenomanensis (a. 1097—1125*), tum Turonensis (a.* 1125—1134*)*[15], *Vitam Hugonis conscripsit. Auctores rerum relatarum citat Ezelonem et Gilonem*[16]. *Huius sane libelli partem magnam ab Hildeberto*

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 318. Codex Parisiensis S. Germani nr. 460, saec. XIII ('Archiv' VIII, p. 289. XI, p. 279) iam triginta fere annos desideratur.
2) Cf. 'Archiv' VIII, p. 318.
3) Haec excerpta Gilonis esse fragmenta primus Neumann l. c. p. 42. perspexit. Mabillon, Annales V, p. 529, Gilonis librum citat et quaedam ex eodem affert; cf. Lehmann p. 64.
4) Usi codice Igniacensi, nostro 2 persimili.
5) Gilonis opere iam usus (cf. n. 11), ipse ab Hildeberto exscriptus est; cf. Lehmann p. 27 sq.
6) Cf. prologum; a. 1106. electus est; Lehmann p. 9.
7) V. epitaphium Rainaldi auct. Petro Venerabili, Bibl. Cluniac. p. 1353.
8) V. Lehmann p. 9.
9) Erat nepos Hugonis, filius fratris Godefridi de Sémur; cf. Lehmann p. 9.
10) Acta SS. April. III, p. 653. et ibid. paulo supra: *Balduinus . . . in spiritu, sicut ipse mihi narravit, ab Anglia per ordinem vidit.*
11) V. Neumann p. 43. Rainaldus partim cum Gilone, partim cum Hildeberto, qui Gilone utebatur, convenit. Gilonem vero ex Rainaldi opere hausisse non credo, quia ea quae communia habent plerumque copiosius Rainaldo enarrat (v. praeterea supra p. 935, n. 9). Quare hic potius Gilonem legisse censendus est. Porro cum Rainaldus palam in prologo profiteatur, se unum auctorem secutum esse, non plures, et Hildebertus miraculum quoddam, quod idem apud Rainaldum exstat, se legisse dicat, Bibl. Cluniac. p. 425, Rainaldi opus inter fontes Hildeberti est recensendum.
12) Acta SS. April. III, p. 654–655.
13) Cf. Neumann l. c. p. 44; supra p. 935, n. 9. — Hugo quoque Rainaldum inspexisse videtur, cum ad huius verba nonnumquam propius quam ad Hildebertum accedat. Sed cum Hugo et Gilonem, qui Rainaldo et Hildeberto ad manus fuerat, et ipsum Hildebertum, qui Rainaldo usus erat, exscripserit, difficile est diiudicatu, num Rainaldus inter Hugonis fontes fuerit necne.
14) Cf. 'Archiv' XII, p. 283.
15) V. de Hildeberto Lehmann l. c. p. 15 sq.
16) V. prolog., Bibl. Clun. p. 413: *Ex hoc autem praecipue veniam confiteor postulandum, quod post amplioris litteraturae viros, Ezelonem loquor atque Gilonem, qui de beatissimo Hugone illo vigilanter scripsisse leguntur, ausus sim pertractandam aggredi materiam* . . . p. 433: *De quibus loqui plura supersedimus, ad agnitionem devotionis eorum sufficere*

ad verbum esse exscriptam facile cognosci potest. De Ezelonis autem Vita Hugonis nihil certi constat[1].

Hildebertus ante initium a. 1122. *scripsisse videtur, quoniam Pontio abbati Cluniacensi libellum suum dedicavit, qui a.* 1122 *m. April. abbatia se abdicavit*[2]. *Ex quo opusculo compluries edito*[3] *nihil huic collectioni inseruimus, quia omnia quae ad nos pertinerent ex Gilone et Rainaldo sumpta sunt, stilo paululum mutato verborumque flosculis exornato.*

Quare et Hugonis monachi opera neglleximus, qui et epistolam de Hugone Pontio abbati dedicatam[4] *et Vitam eiusdem sancti*[5] *confecit. Qua in conscribenda cum eisdem fontibus*[6] *atque Hildebertus et hoc ipso usus sit, nihil fructus inde percipiemus.* *L. de H.*

EX VITA HUGONIS AUCT. GILONE.

INCIPIT[a] EPISTOLA GILONIS DE VITA SANCTISSIMI HUGONIS CLUNIACENSIS ABBATIS.

Dilectissimo patri cum iocunditate animi semper recolendo domno Pontio abbati frater Gilo, latibulo dignior quam vocabulo, filios cum ipso et per ipsum mellea paradysi dulcedine saciari[b]. Quoniam celsitudinis vestrae reverentia de viro ineffabili me quoque fari commonuit, elegi plus apparere presumptor temerarius quam vestrae voluntati contrarius. Et quidem tanti lucernam luminis aureo sustollendam candelabro super harundineum et fragile vehiculum attollens, videor deprimere, dum levare cupio.

Utque trahunt oculos radiantia lumina solis[7],

ita nimio sui splendore nostrae mentis hebitudinem tanti patris[c] gesta reverberant. Ceterum ut mendicatis tinnulisve utar sermonibus[8]:

Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent,
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis,
Materie[d] *vires exuperante meas.*
Invida me spatio natura cohercuit arto,
Ingenio vires exiguasque dedit.

Quia vero bona voluntas pro facto sepe reputatur, si non est, unde comparetur gratia, venia saltem non negabitur. Hinc est, quod vidua, quae duo misit aera in gazophilatio[e], Cresi divitiis preferatur, quia sinceram devotionem obtulisse creditur, divitiis ditiorem. *cf. Marc 12, 42.* Oportebat sane non in sapientia verbi sanctum efferre, qui suorum luce meritorum satis choruscat. Sic licet mensis regalibus nectareus liquor patulis distribuatur phyalis, tamen et angustis cyathis propinatur[f] interdum. Dignum profecto fuit, ut vita illius Romae particulatim

a) Incipit epistola in vita sancti Hugonis abbatis 2. b) sitiari 2. c) patroni 2. d) Materia 2. e) gazophilacium 2. f) i. p. 2.

iudicantes, quod ante nos de eis Ezelo atque Gilo, clarissimi scilicet viri, vigilantius scripsisse traduntur. Praeterea addidit quae ipse vidit aut audivit; cf. prologum et p. 423: *Operae pretium est ea relatis apponere quae et auditu didicimus et visu.* 1) Cf. supra p. 935, n. 9. Ezelonem hunc eundem fuisse, quem Petrus Venerab. epist. III, 2, Bibl. Cluniac. p. 794, commemorat, Papebroch, Acta SS. p. 634, n. c, censet. 2) Chronol. abb. Cluniac., Bibl. Cluniac. p. 1622; cf. Lehmann p. 20. Et cum canonizatio Hugonis, quae a. 1120, Ian. 6. facta est (cf. Hugonis mon. epist., Bibl. Clun. p. 559), ab Hildeberto non commemoretur, ante hunc terminum hanc Vitam scriptam esse verisimile est. 3) Bibl. Cluniac. p. 413–438. ex codice S. Martini Paris., forte eodem, cuius mentio fit 'Archiv' VIII, p. 298; Acta SS. April. III, p. 634–648; Hildeberti opera ed. Beaugendre p. 909—944; Migne, Patrol. Lat. CLIX, col. 857–894. 4) Bibl. Cluniac. p. 558—560. Scripta est epistola post canonizationem Hugonis (cf. n. 2) et antequam Pontius abbatia se abdicavit (a. 1122, April.). 5) Bibl. Cluniac. p. 438–449. Vitam post Pontii abdicationem scriptam esse censet Neumann p. 48, cum opus non Pontio, sed fratribus Cluniacensibus dedicatum sit. 6) Gilone videlicet et Rainaldo (supra p. 936, n. 13); cf. Lehmann p. 46 sq. Ipse ad res Germanicas spectantia non addidit. 7) Ovid. Trist. II, 325. 8) Ovid. Trist. I, 4, 53–57; II, 531 sqq.

scriberetur, qui, dum vixit, Romanorum principum, Petri dico et Pauli, maximus cultor extitisse cognoscitur. Si hoc modo culpam evasero, vestrae dignationi deputabitur, quoniam[a] dedistis animos, ut inciperem, et congruum rebus ordinem prefixistis. Denique iussionem vestram tanta comitatur efficatia, quod, quicquid iniungitis, non gravat, licet arduum sit in[b] natura. Unum difficile reperi, quod mea magis fecere delicta, mundo me redditum, qui[c] duram Pharaonis servitutem abdicaveram. Nunc primum iam[d] novi in terris celestis regni habitaculum. O, si liceret ulterius cetibus sanctorum associari, pedibus vestris procumbere, ne a consortio beatorum obsessum omni crimine caput excluderetur. Ego, saucius peccatis et spoliatus virtutibus, languentium medicos animarum adieram, et iterum latronibus ex-
Ps 37, 6. positus, plagis recrudescentibus compellor exclamare: *Putruerunt et corrupte sunt cycatrices mee.* Ego morbida ovis procul a stabulis aberrans, nisi me pius pastor reducat, cito deficiam, et in ipso conamine vestigia concident assurgentis; ego prodigus ille substantiam patris perdidi, dum quod Cluniacus docuit, Rome servare non potui; ego, ne cum multis perirem, Loth egredientem ad montana sequi proposueram, sed retro respiciens, versus in statuam[e], semitas iustorum non observavi. Superest, ut magnitudinis vestre clementia me regredi ab Urbe precipiat, qui progredi non possum, et oratu fratrum me sancti Spiritus aura provehat ad portum optatum.

EXPLICIT EPISTOLA GILONIS[f].

INCIPIT PREFATIO EIUSDEM IN VITA SANCTI HUGONIS[g].

Piissimum patrem nostrum sanctum Hugonem clementi apud Deum intercessione mihi plurimum confido profuturum, si eius actus, quanta possum diligentia celebrans, proponam nescientibus imitandos. Verum in hoc opere illud me admodum coartat, quod amplissimi viri opinatissime maiestati iacentis elucubratio[h] sermonis parum respondere videtur, quem accuratiori eloquio convenienti oporteret restituere dignitati. Eapropter, ne sensus inopia preiudicium adducat virtuti, nos, qui similagine divine lectionis pascimur, sententie illi subdi dedignamur, que, quasi gemmula inter gazas opulentissimi Egyptii resplendens, sic loquitur: *Eorum qui fecere virtutes opinio tanta habetur, quantum eam verbis potuerunt*[i] *extollere preclara ingenia.* Sane, omissis pluribus, que dum adviveret egit, parva gestorum illius monimenta silentio minime supprimenda hinc narrare aggrediar, non ingenioli mei, sed divine gratie fiducia, digna duntaxat memoratu.

EXPLICIT PREFATIO[k].

INCIPIT TEXTUS VITE SANCTISSIMI HUGONIS CLUNIACENSIS ABBATIS[l].

. . . Spargitur late lucerna tanti luminis, legationesque ad regum palatia pro ecclesiasticis rebus strenuus exequitur defensor. Tunc ad regem Theutonicorum[1] directus, Paterniacensi cenobio[2] gratiam reportavit, imperatoris amicitiam resarsit[m], a qua monachi illi non impune reciderant[n]. Insuper ampla munera a potente suscepta Cluniaco intulit cum honore et gloria. . . . . . .

Illo[o] in tempore Henricus secundus imperator regni apicem strenuissime gubernabat. Cuius pater augustus[3] insignia, que Rome gestavit [in[p]] regni adeptione, Cluniaco delegavit. Quapropter filius[4], dilectionem Cluniaci quasi ius hereditarium medullitus retinens, floridum patrem nostrum colligare sibi artius decrevit. Itaque sanctum Hugonem pubescenti etate vernantem venire ad se invitavit, invitatum gloriosissime excepit et, ut filium suum Henri-
1051. Mart. 31. cum tercium de sacro fonte levaret, gratanter optinuit[5]. Tunc etiam pascha celebravit

a) qui 2. b) a *Mart.* c) quam 1. d) n. i. 2. e) et *add.* 1. f) *deest* 2. g) Incipit prologus 2. h) elugubratio 1. i) potuere 2. k) prologus 2. l) Incipit vita 2. m) resarcivit 2. n) exciderant 2. o) *sequentia usque p.* 939, *l.* 11. *des.* 2. p) *sic Boll.; deest* 1.

1) Henricum III. Hoc iter Lehmann l. c. p. 76. a. 1048. tribuit; cf. Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 88. 2) Peterlingen in pago Waadt. A. 1049, Dec. 4. Henricus III. imp. Hugoni privilegium pro dicto monasterio Argentorati dedit; St. 2378. 3) Conradus II. 4) Henricus III. imp. 5) Cf. Henrici III. epist. Hugoni a. 1051. ineunte missam ap. d'Achery, Spicilegium III, p. 443. Henricus IV. natus est a. 1050, Nov. 11. Non multo post hunc terminum Henricus III. Hugonem ad se invitavit, sed cum hic 'pro longinquitate itineris negaret potuisse venire', praecepit imperator, 'ut in pascha (a. 1051, Mart. 31) Coloniam veniret'. Hildebertus c. 6. Hugonem Saxoniam intrasse narrat. Quare Hugonem ab Henrico III. Goslariam, quo imp. hieme a. 1050. residebat (Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 118), vocatum

paschalis agni filius una cum imperatore, angelica Cluniacensium seniorum stipatus caterva, 1051.
in Agrippina Colonie[1]. Qui cultus humilitate purpuratos principes, suavi persuasione
magniloquos Saxones, vultus mansuetudine Alemannos crudeles ad glorificandum Deum
mirabiliter excitabat. Nec multo post, vix ab augusto laxatus, Cluniacum rediit muneribus
comitatus et gratia, bonis devotionem et sancte conversationis emulationem relinquens in
curia. Similiter et munera detulit a rege Hungarorum[2] aurumque illud, quo effigiatum fuit
grande satis turibulum. Illuc iussu Romani pontificis[3] profectus, pace reformata et expleta
legatione rediens, a quodam duce Teutonicorum captus, secundum quod scriptum est, qui Is. 59,15.
recedebat a malo, prede patuit. Confestim ad sanctum Maiolum conversus, quem in opor-
tunitatibus sepe senserat advocatum, a tyranno compuncto suis in crastinum investitus, pro
satisfactione ductorem habuit et largitorem[a] eum, qui direptionem intulerat. Et quidem
durus homo, tactum eius sentiens qui tangit montes, et fumigant, lupinam deposuit feri- Ps. 103,32.
tatem, et agnina lenitate recepta, suam animam patris orationibus studuit commendare.

Apostolice sedi ita redoluit sanctitatis eius fraglantia, ut nullius rectoris studio tantum
confideret de nobilitandis cenobiis, de inserendis virtutibus et vitiis extirpandis. . . . . . .
Eius gratia Stephanum papam[4] non fugit, qui cum in civitate Florentie valitudine con- 1058.
strictus decumberet, adveniente sancto Hugone inimicum recedere, exeunte eodem accedere
circumstantibus protestatus est. Quare, ne infederabilis infestationibus hostis urgeretur,
sedulitatem ipsius iugiter exorabat, cuius presentia insidiator confundebatur. Iamque
malignos incursus lacrime patris longe removerant, cum vir apostolicus in sinu presidentis
animam exalavit; cuius manibus digne compositus, traditus est sepulture. Set et reveren-
tissimo Hildeprando[b], mutato nomine et gradu postmodum Gregorio nuncupato, manifestis-
sime claruit, quod multum gratie spiritalis pater Hugo optineret. Hic sane, nondum plu-
viali insignitus, positus in Cluniacensi capitulo, ipsum mundi Iudicem perhibuit se vidisse
sancto Hugoni collateralem, qui sedens a dextris regularem disciplinam favore proseque-
batur. Hinc papa factus, blandum tyrannum eum vocitare solebat, quem sevis leonem, miti-
bus agnum acceperat, haut ignarum

Parcere subiectis et castigare superbos[5].

Esset opere precium scire auditori, si donetur facundia relatori, quanta erat patris[c]
celsitudo sermonis, quam facunde ubertatis eloquium. . . . . . . Doceat ex parte Remense
concilium, quam modo enarrare, nedum ornare, vix possumus. Tempore sancti Leonis pape 1049.
noni Remis translatum est corpus beati Remigii[6]. Prefuit tante translationi apostolicus ac
generale concilium precipue contra symoniacos celebravit. Interfuit pater Hugo, fide
armatus, ipsumque ingens illustrium virorum sequebatur agmen. At tanta erat perversorum
multitudo, ut boni vix auderent reprehendere, et si ausi fuissent, facilius erumperet recla-
matio male viventium quam vox libera eorum qui sanius sentiebant. Porro quo indignius
virginitatem ecclesie violabat impiorum temeritas, eo studiosius consulendum erat et vehe-
mentius illis resistendum, quos ceca dominatrix animi cupiditas ad se explendam pernitio-
sissime pulsabat. Ibi tunc de sui ipsius inthronizatione pater Hugo interrogatus: 'Caro', in-
quit, 'voluit, spiritus repugnavit'[7]. Sic sic in principio sermonis sui accusator factus,
iustus apparuit et communem illusarum mentium morbum breviter aperuit. Mox exhorta-
tionem synodalicam, iussu domini pape et persuasione cuiusdam nominatissimi viri, Sancti
Constantii Remensis canonici, et aliorum laudabiliter egit et probabiliter confutavit ter-

a) *pergit* 2. b) Hildebrando 2. c) patri 2.

esse, sed hoc pro longinquitate itineris eum recusasse coniecerunt viri docti; cf. Gfrörer, 'Gregor VII.' VI, p. 648; Lehmann l. c. p. 97; Steindorff l. c. p. 118, n. 3. Sed cum Hildebertus in his enarrandis plane nitatur Gilone, quae refert de Hugonis itinere Saxonico ex Gilonis verbis sequentibus: *Qui . . suavi persuasione magniloquos Saxones* etc. male perspectis orta esse videntur. 1) Cf. Steindorff l. c. p. 139. 2) Andrea I. Hac legatione a. 1051. Hugo functus esse videtur; Steindorff l. c. p. 160. 3) Leonis IX; cf. eius Vita auct. Wiberto II, c. 8, ap. Watterich, Vitae pont. Rom. I, p. 160. 4) X, qui a. 1058, Mart. 29. mortuus est. 5) Verg. Aen. VI, 853, ubi: *debellare superbos.* 6) A. 1049, Oct. 1; Anselm. Rem. ap. Watterich, Vitae pont. I, p. 113 sq.; Lehmann l. c. p. 83. 7) Cf. Anselm. Rem. ap. Mansi Conc. XIX, p. 738: '*Pro adipiscendo abbatiae honore, Deo teste, nihil dedi vel promisi. Quod quidem caro voluit, sed mens et ratio repugnavit*'; Brunonis Vita Leonis IX. papae, Muratori, SS. rer. Ital. III, 2, p. 349: '*Secundum carnem quidem habui (sc. ambitionem de prelatura), secundum spiritum non habui*'. . . .

1049. giversatores, qui contra verum mendatio stare consueverant. Quo declamante, eo usque zelus domus Dei processit, ut symoniaci tam populares quam clerici presbiterique uxorati a catholicorum communione arcerentur, ab ecclesiis eliminarentur. . . . . . .

Apud Aldechiarcam[a, 1], locum non longe a Basilea situm, susceperant hospitio famulum Dei Hugonem comes Ludovicus[2] cum Sophia uxore sua. Cumque in viridario[b] mensa pararetur, cepit aer turbidus[c] tempestatis premittere signa et fulgura intemptare. Cum ergo ministri cene, quid agerent, estuarent[d], pater sanctus, ministram pietatis manum levans, signum crucis fecit partemque illam serenavit, quam intemperies occupaverat. In circuitu nempe ymber ruendi licentiam[e] habuit et in medio eorum non accepit, sicque Gedeoni similis apparuit, qui vexillum Christi erexit. . . . . . .

Cum Romam tenderet, propter civitatem Vapingum[3] positus, equitans per anfractus[f] cuiusdam montis sinuosi, nisi dextera Dei periculo occurrisset, in quoddam baratrum ingens terribiliter iactaretur, quoniam mula cui insidebat, misere pavefacta, in partem vallis declinans, totam se suspendit per inane et solis posterioribus pedibus fulta, anteriores vibrabat in aere. Expavit comitum turba et patentem abyssum prospiciens expalluit. Verum non[g] defuit divina virtus, ubi humanum auxilium minime succurrebat. Statim mulam corpulentam in semita transversam ad viam reduxit et sessorem firmavit in casu, qui terram solidavit in patulo[4]. . . . . . .

EX VITA HUGONIS AUCT. RAINALDO.

INCIPIT PROLOGUS IN VITA DOMNI[h] HUGONIS ABBATIS[i].

Universis aecclesiae Cluniacensis filiis frater Rainaldus Vizeliacensis aecclesiae[5] non tam abbas quam servus in Domino salutem. Cum multorum fratrum monitis urgear, ut vitam piissimi patris domni Hugonis Cluniacensis abbatis succincte describam, devotioni, non praesumptioni, inservire mihi consilium est. Quodsi forte alicuius altioris ingenii viri studium in hoc opere ante nos desudarit, non, ut illum obfuscare, me autem clarum facere velim, hoc agam, sed illius opus maiorum atque sapientum virorum excellentiae relinquendum, nostrum vero minorum atque minus capatium studio adtribuendum puto; nec sordebit humilitas sermonis inculti, dum ipse stilus pure inserviat veritati.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT VITA EIUSDEM.

. . . .

cf. Gilo p. 939. 10. Quid de fide eius memorabile dicam, qua apud Deum tanti meriti claruit, ut et vota eius exaudiret et frequenter, vel eo ignorante vel eo absente, per ipsum virtutes operaretur. Nam, ut ad alia suo loco perveniam, primum omnium ipsum de Salvatore miraculum ad medium deducamus, quod quamvis ipse non viderit, testis tamen fidelis papa Gregorius septimus, qui Hildebrannus antea vocabatur, huius rei fuisse cognoscitur.

11. Hic[k] etenim dum quadam die in Cluniacensi capitulo, utpote monachus et adhuc Romanae ecclesiae subdiaconus, beato viro assideret, conversus dominum Iesum illi consedere vidit, et quasi in singulis iudiciis eius illi faveret, vultu et habitu hilaris apparebat. Mox ille, cunctis stupentibus, rem siquidem penitus ignorantibus, tanto Iudici assurgens, medium volebat constituere Dominum. Tandem a patre sanctissimo, cur de sede surrexisset, requisitus, visionem, quam quibus oculis vidisset, nescire se fatebatur, ut praelibavimus, exposuit; in quo perpendere possumus, qua puritate et equitate culpas discutiebat, qui Iudicem seculorum assessorem habere merebatur. Hunc itaque, ut fertur, vir iste tantae auctoritatis et gratiae ob disciplinae severitatem et temperantiae mansuetudinem blandum vocabat iudicem, ob id maxime, quia ut mater filiis blandiebatur et ut pater delicta corrigebat.

a) Aldechiercam 2. b) viridiario 2. c) turpidus 1. d) de apparatu ignorarent 2; quid fieret ex appositis iam dapibus ignorantes *Hildebert., Bibl. Clun.* p. 426. e) non *add.* 1. f) amfractus 2. g) nequaquam virtus divina defuit 2. h) donni *c.* i) abatis *c.* k) *correxi;* Sic *c. et Boll.*

1) Altkirch ad fl. Ill. 2) Moncionis et Barri, cuius uxor Sophia fuit filia Friderici II. ducis Lotharingiae. Ex quibus descendebant comites Phirretenses, in quorum possessione locus Altkirch postea erat; cf. Schöpflin, Alsatia dipl. II, tab. geneal. ad p. 609. 3) Gap. 4) Hugo mon. in Vita, Bibl. Clun. p. 443. addit: *Vidit Vincentius, qui adhuc in laicali habitu fideli sedulus obsequio sanctum sequebatur. Superest, se vidisse testatur.* 5) Vezelay (dép. Yonne, arr. Avallon).

12. Sed dum, quid circa Stephanum papam per eum gestum sit, considero, non ab re huic operi inserendum existimo. Hic etenim apud Florentiam Italiae urbem in infirmitate decubabat, et non sine Dei gratia a sancto viro visitatus, post multum cum eo habitum colloquium, ut inter manus eius mori mereretur, Dominum exorabat. Cum ecce humani generis inimicus horis quibus vir Dei aberat obtutibus morientis pontificis se ingerere et horrore sui mentem eius terrere atque turbare, sed ad viri Dei ingressum fugere et, quandiu cum eo erat, non ultra apparere. Quod ubi compertum est, ab ipso pontifice summis precibus postea detentus, usque ad exitum eius cum eo permansit et corpus eius suis manibus lotum et funereis vestibus involutum in sepulcro locavit. *cf. Gilo p. 939. 1058.*

. . . .

29. Illud quoque memoriae commendandum arbitror, quod quidam clericus Flandrensis, Sancti Ozmari[a] confessoris canonicus Lambertus nomine, dum seculo renunciare et beati viri magisterio se subdere decrevisset, ab ipsius oppidi praeposito vi et sibi et rebus suis illata detentus est. Quadam ergo nocte iam dictus praepositus videt sibi advenisse personam magnae severitatis cum pastorali virga, quae Cluniacensem abbatem se nominans, multis verberibus clericum exigebat cum rebus suis. Tandem die terris reddita, qui exactus fuerat clericus evocatur et, exposita visione, vultu quoque et habitu sancti patris insinuato, cum rebus suis absolvitur et Cluniaci monachus efficitur. . . . . . .

36. Quod sancti Micahelis aecclesia, quae in ea parte Cisalpinae Galliae quae Clusa dicitur sita est, satis in fulminum depulsione probavit. Nam dum crebris fulminationibus locus ille feriretur, et desolationem coenobio tempestas horrida ob quorundam fratrum interitum minaretur, tandem vir beatus de mutanda loci habitatione consulitur. Tunc vir Deo plenus locum deserendum non esse respondit, sed beati Laurentii martyris patrocinium cotidiana commemoratione implorandum. Cuius consilii tanta apparuit efficatia, ut ab illo tempore meritis sancti martyris et fide beatissimi patris a fulmineis ictibus quiesceret locus. Sed cum aliis in consilio utilis, tum sibi promptus atque providus erat; quod quia in multis negotiis eius ostendere longum est, pauca tamen pro rei exemplo breviter absolvam.

37. Quodam tempore Romanae sedis pontifex Leo nonus ob hereses simoniacorum et Nicholaitarum a Galliis extirpandas Remis sinodum celebrabat et introitus singulorum patrum discutiebat; qui dum singillatim de suis electionibus responderent, vir Dei de conscientia tale fertur dedisse responsum: 'Caro quidem consensit, sed spiritus repugnavit'. In quo verbo apud omnes tantae ammirationi et gratiae habitus est, ut inter tot eloquentissimos viros, inter tot seniores ipse adhuc adolescens, ut sermonem ad totam faceret sinodum, eligeretur. Huius consilium non solum de vicinis, sed etiam de remotis terrarum partibus petebatur, nec a privatis dumtaxat personis, sed a magnis ordinibus regum, imperatorum, pontificum, tam Rome[b] sedis quam aliarum multarum sedium, quibus cum tanta moderatione aequitatis respondebat, ut et Deum in omnibus anteponeret et benivolum se cunctis exhiberet. *cf. Gilo p. 939. 1049.*

38. Quod in scismate Heinrici imperatoris[1] contra Romanam aecclesiam evidenter ostensum est. Ad cuius reconciliationem cum a summo pontifice Gregorio septimo evocatus fuisset et, liminibus apostolorum, quia ibi cesar cum exercitu suo morabatur, transmissis, ad summum pontificem divertisset, rex, hoc comperto, legationem ad eum misit, reprehensibilem eum iudicans, quod pro mortali homine praetergressus fuisset. At vir Dei non ex neglectu, sed ex bona intentione se praetermisisse locum respondit, cicius ab apostolis veniam se impetraturum, si ob reformandam pacem severum pontificem priorem eis adivisset, quam in eiusdem pontificis gratiam rediturum; et ad causam minus profuturum, si sub spetie orationis regium pontificali videretur praetulisse colloquium. *1083.*

39. Et licet in concordiam vir Dei eos non potuisset adducere, tamen imperator, paulo mitior factus ex tam rationabili responso, Sutriam[2], ne Romae secundus videret, quem prior videre non potuit, ad eius colloquium venit, ubi post multum ad invicem habitum verbum rex pro quodam Brixano episcopo[3], qui ipsi viro Dei iniuriam captionis, zelo regio ductus, intulerat, flexis genibus satisfecit.

. . . .

a) Audomari *Boll.* b) Romanae *Boll.*

1) IV. Quae sequuntur Lehmann l. c. p. 361, n. 54. recte a. 1083, Iun. 3 — Iul. 1. tribuit. 2) A. 1083, Iul. 4. Heinricus IV. Sutrii erat; St. 2852. 3) Udalrico II. Brixiae Lombard. episc., fautore Heinrici IV. imp.

AMANDUS DE CASTELLO DE ODONIS EPISCOPI CAMERACENSIS VITA VEL MORIBUS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cum Odo Cameracensis episcopus, quondam restaurator et abbas monasterii S. Martini Tornacensis, in monasterio Aquicinctino a. 1113. *mortuus esset, Amandus de Castello, prior huius coenobii*[1], *familiaris episcopi, brevem libellulum de vita et moribus eius, obitum eius flebilibus verbis plangens, tamquam epistolam encyclicam congregationis Aquicinctinae conscripsit et edidit. Quae vero specietenus encyclica*[2] *potius Scriptorum quam Epistolarum collectioni inserenda videtur. Descripsi eam ex codice Aquicinctino, nunc* D u a c e n s i s *bibliothecae publicae nr.* 201 *(olim* 428*), membr.* 8°, *saec. XII, in quo f.* 116'—118. *post opera Odonis episcopi exstat*[3]. *Ediderunt eam Rayssius, Belgica christ. p.* 116—121. *(R) ex eodem codice; G. Henschen ex codice Marchianensi Acta SS. Iun. III, p.* 911—913 *(H); ex codicibus Alnensi et Tornacensi Martene et Durand, Thes. anecd. V, col.* 855 *(M); unde eam Migne, Patrol. Lat. CLX, col.* 1128—1132, *recudi fecit. Editionum varias lectiones praeter Rayssii errores et reliquorum aperta menda annotavi.* *O. H.-E.*

f. 116'. HIC[a] PAUCA REFERUNTUR DE ODONIS EPISCOPI CAMERACENSIS VITA VEL MORIBUS.

Aquicinensis coenobii humilis congregatio omnibus qui salutis suae solliciti sunt salutem in Domino. Salutem[b], dilectissimi, vobis mandamus, quatinus vestris[c] orationibus de

a) *cod. ita:* Explicit Odo de blasphemia spiritus *(qui libellus praecedit).* Hic p. ref. de ipsius v. vel m. b) *deest H.* c) or. v. *M.*

1) Auctor se prodit extremis verbis libelli, ubi ipso petente Odonem libellum de blasphemia in Spiritum sanctum composuisse ipsique dedicasse dicit. Cf. prologum huius libelli ad Amandum monachum Aquicinctinum dati infra p. 945, n. 4. Eum de Castello (Cameracesii?) agnominatum fuisse dicit Franciscus de la Barr prior Aquicinctinus, Acta SS. Iun. III, p. 911, quem id ex autenticis documentis hausisse verisimile est. Amandus fuit canonicus S. Mariae Tornacensis, qui circa a. 1095. ab Odone abbate monachus S. Martini Tornacensis coenobii receptus est, postquam vere humilitatem monachalem appetere ab eo probatus est, iussus per aliquot dies vaccas mulgere et caseum facere. Postea ad Aquicinctinum monasterium transiit et aliquot annis prioratu ibi functus est; ubi cum ille morabatur, Odo a. 1105. contra Galcherum, dum lites de investituris praelatorum inter imperium et sedem Romanam agebantur, episcopus Cameracensis a quadam parte cleri electus et consecratus, sed iussu Heinrici V. regis, a quo investituram recipere noluerat, a sede sua pulsus, aliquanto tempore in monasterio Aquicinctino resedit; quo tempore ab Amando monacho inductus est, ut libellum de blasphemia in Spiritum sanctum componeret. Ad quod monasterium Odo se a. 1113, episcopalibus a papa interdictus, iam moriturus deferri fecit, et ibi Amando praesente die Iun. 19. mortem obiit. Postea a. 1116. Amandus abbas Marchianensis electus, bona a Fulcardo praedecessore suo dilapidata huic monasterio recuperavit et disciplinam restituit. Cf. Herim. Tornac. Lib. de restaur. S. Martini c. 68, SS. XIV, p. 306; Ann. Marchian., SS. XVI, p. 615. 2) Vide titulum in codice Aquicinctino ei inscriptum. 3) Cf. 'Catal. des mss. des départ.' VI, p. 98 sq.

tristitia, quae nos premit, relevari mereamur. Heu! amara mors, quae fratres dividis et dissocias amicos. Unde tibi haec potestas? Post crucem Christi quis haec tibi iura[a] restituit? Certe ille te prostravit, ille devicit[b], qui dudum per prophetam tibi minabatur: *Ero mors* Osea 13, 14. *tua, o mors, morsus tuus ero, inferne.* Si igitur[c] mors Christi tibi nocendi vires ademit, quomodo eos mori cogis, quos ipse semper victuros secum de morte redemit? Eius etenim verba in euangelio sunt haec: *Omnis qui credit in me, non morietur*, et: *Qui[d] credit in me,* Ioh. 11, 26. 25. *etiamsi mortuus fuerit, vivet.* Sed forte dicet aliquis: 'Quale principium dedit adveniens? Quorsum ista?' Credite, fratres et domini, ad quos ista pervenerint, quia non infidelitas, sed meror animi hoc a nobis dicendi *extorsit inicium, et quasi in mortem fecimus invectio- *f. 117. nem, licet sciamus exitum de hoc seculo iustorum in scripturis appellari somnum vel dormitionem. Unde psalmista ait: *Cum dederit dilectis suis somnum*, et Dominus in euangelio: Ps. 126, 3. *Non[e] est mortua puella, sed dormit.* Verumtamen nobis imperare non possumus, quin Luc. 8, 52. doleamus, quando domnum Odonem Cameracensem episcopum, qui nuper apud nos de hoc mundo recessit, ad mentem revocamus. Gravi etenim detentus valitudine, dimisso episcopatu[1], Aquicinctum se deferri fecit, et quantum nostram[f] aecclesiam in vita dilexisset, in 1113. fine demonstravit. Hic, dum viveret, nobis pater erat consilio, mater pietate, amicus beneficio. Nec mirum, si desiderium absentiae[g] eius nequimus sustinere, quibus contigit presentis vitae solatium amisisse. Nostram quippe, non illius vicem dolemus, quia nos adhuc inter laqueos huius seculi incedentes, eum ad meliora evasisse credimus. Credimus, inquam, quia cum iustis modo laetus decantat: *Sicut audivimus ita et[a] vidimus in civitate* Ps. 47, 9. *Domini*, et cum Moyse admiratur, dicens: *Transiens videbo visionem hanc magnam.* Magnam Exod. 3, 3. certe[h] nunc Dei habet videre visionem, qui, cum esset in corpore, non suam, sed illius dilexit voluntatem. Quis autem virtutes quas possederat digne valeat enumerare[i], quid potius in eo laudare? Si patientiam, si benignitatem, si humilitatem eius predices, quicquid dixeris, minus erit. Ita in singulis eminebat, quasi caeteras non haberet. Et ut cotidianam eius vitam tritis et communibus verbis breviter edisseram, mitis erat affatu, dulcis alloquio. Nichil illius sęveritate laetius, nichil laetitia sęverius. Gravitatem morum vultus hilaritas, hilaritatem vero vultus morum gravitas temperabat. Mentiri et iurare aut nesciebat aut nolebat, linguas quoque adulantium seu detrahentium prudenter cavebat et utrumque genus hominum velut pestes animae animo[k] fugiebat. Contra illos sepiebat aures suas spinis, ne audiret linguam nequam, contra istos scriptum esse sciebat: *Verba adulatorum* cf. Eccli. 28, 28. Prov. 18, 8. *mollia, feriunt autem[l] interiora ventris.* Nulli malum pro malo reddebat vel maledictum cf 1. Pet. 3, 9. pro maledicto, et quasi agnus inter lupos missus morsum malitiae non habebat. Providebat bona non solum coram Deo, sed etiam[m] coram hominibus, ut sine offensione preesset aeccle- cf. Rom. 12, 17. siae, quam *regebat[n]. Apostolicae etiam doctrinae gratia refulgebat et, quantum in se erat, *f. 117'. omnes[o] tam verbo predicationis quam optima morum institutione a seculo revocabat. Inter harum insignia[o] virtutum castitatem in eo laudare superfluum puto, cuius vita etiam ante conversionem pro continentia, quam habebat, cunctis[p] fuit in[a] exemplo. Et quod inprimis dicendum fuit — sed non omnia dicere institui —: Eo quoque tempore, hoc[q] est ante conversionem, ut ad priora redeam, ita in[r] libris totus erat, quasi nullam se[s] crederet habere requiem, nisi eum quem in exercitio scripturarum arripuisset laborem. Erat quippe fundatus grammatica, rethorica[t] ornatus, armatus dialectica. Et his studiis eum[u] indesinenter occupatum multa discipulorum[v] turba sequebatur, qui ad famam tanti viri undique congregati, eius disciplina sitiebant informari, magisterio erudiri[2]. Hic forsitan aliquis[w] remoraretur et diceret, quam ardentis fuisset[x] ingenii, quam tenacis memoriae, quam temperatus iam tunc in moribus, in verbis sobrius, in doctrina sollicitus, in disputationibus cautus, in solvendis questionibus promptus. Tanta denique in scolis eius quies, tanta pax inter discipulos et vitae compositio per eius diligentiam[y] habebatur[3], ut non tam magister

a) *deest M.* b) te vicit *M.* c) ergo *M. R.* d) Qui cr. in me etiam *des. M.* e) Lazarus amicus noster dormit *cod. Marchian.* f) eccl. n. *M.* g) praesentiae *M.* h) n. c. *M.* i) enunciare *M.* k) *deest H. R.* l) *deest H.* m) et *H.* n) gerebat *M.* o) v. i. *H.* p) omnibus *M.* q) id *M.* r) t. in l. *M.* s) cr. se *H.* t) o. r. *M.* u) ind. eum *M.* v) t. d. *M.* w) rem. al. *H.* x) fuerit *M.* y) disciplinam *M.*

1) Paschalis papa enim *episcopalia sibi cuncta prohibuit;* Gesta ep. Camerac., SS. XIV, p. 209. 211, c. 3. 2) Primo enim in urbe Tullensi, dein Tornaci per quinquennium fere scholas rexit; cf. Herim. Tornac. De restaur. S. Martini c. 1. 4, SS. XIV, p. 274 sqq. Falso vero Chron. S. Andreae c. 22, SS. VII, p. 545, scolasticus Aurelianensis dicitur, in qua urbe natus est. 3) Vide quae Herim. Torn. l. l. c. 3. exponit.

litterarum quam episcopus animarum merito posse dici videretur. Postquam vero libri
beati Augustini de libero arbitrio et vera religione in manus eius venerunt[1], statim mutatus
in virum alium, coepit odire quae ante[a] dilexerat et diligere quae prius oderat. Ihesu bone,
quanta hominis mutatio! Fit in pauperes Christi rerum distractio, cibi et potus abstinentia,
carnis maceratio, et omne studium, quod in secularibus disciplinis prius[a] insumpserat, in
veram convertens philosophiam, de discipulis suis[a] socios fecit, exemplo sui et doctrina
multos convertit, et postmodum, relicto foris clerico, monachus effectus, monasterium quod
1092. dicitur ad Sanctum Martinum Tornaci exstruxit[b]. Ab omnibus qui per eum vel cum eo
mundum reliquerant in abbatem eligitur, consecratur. Multa pretereo, quia multum[c] festino.
Tunc vero quasi novum lumen in regione illa visum est oriri. Populus enim ad eius pre-
dicationem convertebatur. Inter coniugia consensu[a] utriusque partis fiebant sancta divortia,
*f. 118. patres a filiis, filii[d] a parentibus gladio verbi *Dei dividebantur. Omnes sicut in tempore
Act. 4, 34. apostolorum in commune afferebant precia eorum quae possederant. Iuvenes ac virgines,
senes cum iunioribus certatim huius seculi sarcinam proiciebant et[e], quasi iam de hoc
mundo non essent, nudi ac leves ad caelum volare gestiebant. Civitas eorum quasi
cf. 1. Cor. 9, 22. carcer eis esse videbatur, monasterium paradysus. Ipse autem omnibus omnia factus, in-
firmis infirmus, sanis robustus apparebat, et quasi omnium pater esset, sic omnium ex
animo curam gerebat. Heu! humanarum rerum incerta provisio! Laetis principiis affuit
cf. Luc. 22, 31 temptatio, et Satan, qui etiam inter filios Dei affuit, expetivit eos, ut cribraret sicut triticum.
In hoc loco quiescat[f] scorpius arcuato[g] vulnere venena detractionis infundere et ad calum-
niam tanti viri non referat, quod quidam eorum[a], dimisso sancto proposito, ad seculum
Ioh 6, 67. redierunt[2], si Christum non audet reprehendere, quod multi discipulorum eius abierunt
retro et iam cum illo non ambulabant. Parcat unusquisque linguae, parcat animae suae
et[a] nequissimum detractionis[a] vicium quasi novissimum diaboli laqueum nitatur evadere.
Nam pauci sunt, ut etiam de religiosis non sileam[h], qui ita irreprehensibilem exhibeant
vitam suam, ut non libenter reprehendant alienam. Quid multa? Tantam lucernam sub[i]
cf. Matth. 5, 15. modio Christus latere non patitur, sed per Dei gratiam, ut omnibus qui in domo eius sunt
1105. luceret, ad episcopatum Cameracensis aecclesiae assumitur. Tunc vero quanta qualisque
eius[k] vita fuerit, quam pristinae humilitatis vel[l] paupertatis memor permanserit, tot pro-
ducimus testes, quot in civitate illa habentur homines.

Verum quia longius ab incepto digressi sumus, iam ad aegrotum nostrum, postpositis[m]
omnibus, redeamus et[n], ne pro nobis moras patiatur, eius ad gloriam transitum breviter
1113. referamus. Aquicinctum, sicut diximus, se deferri fecit[3], ubi omnibus quae christiano
morienti conveniunt rite expletis, tam alacer, tam securus novissimam horam exspectare
videbatur, quasi non ipse, qui infirmabatur, sed alius pro eo esset moriturus. Unde quidam
frater in stuporem adductus, remotis omnibus arbitris, solus ad solum accessit et, utrum
timeret, apposita ori eius auricula, diligenter investigavit. Tunc ille, ut verbis eius loquar,
Ps. 35, 7. cum diceret: 'Ad quid timerem?' et iste[o] opponeret ei periculum mortis, et quia 'Iudicia
Ps. 142, 2. *f. 118'. Domini abyssus *multa', et quia *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens*, et caetera
huiusmodi, ille paululum reticens et quasi aliquid in se prius[p] deliberans, respondit: 'Non
timeo'. Admiratus[q] frater conticuit et magnam apud[r] Deum eum habere fiduciam per-
Iun. 19. sensit. Obiit autem[a] tertio decimo[a] Kal. Iulii beatus iste, animam reddidit Christo, nos
corpus sepulturae. Omnes igitur, fratres et domini nostri[a], ad quos haec legenda per-
venerint[s], oramus et vos pro eo, quod pro se nos oravit. Secretius enim loci nostri abbate[4]
ad se evocato, ut verba ipsius ponam: 'Rogate[t]', ait, 'carissime, conventum fratrum, ut pro
me apud[u] Deum dignetur intercedere[t], cuius iudicium sine eius misericordia non potero
sustinere'.

Pro[v] merito viri pauca diximus et debita laude inferiora. Sed qui ad hoc vacant, ut

a) *deest M.* b) construxit *M.* c) q. ad alia *M. H.* d) et f. *M.* e) *deest H.* f) ater *add. H.* g) ar *evanuit c.* h) rel. taceam (non *deest*) *M.* i) Chr. sub m. *M.* k) v. e. *M.* l) vel et *H.* m) depositis *H.* n) et — referamus *des. H.* o) ille *M.*; ipse *R.* p) *haec vox liquore deleta legi nequit in c., deest R.* q) autem *add. M.* r) a. D. *des. M.* s) pervenerit *M.* t) Rog. ait *et* intercedere *ita evanuere in c., ut iam legi nequeant.* u) *deest c.* v) Pro — caprarum *des. M.*

1) Haec multis verbis narrat Herim. Torn. l. l. c. 4, p. 276. 2) Ut Lamfridus; Herim. Torn. l. l. c. 4. 3) Die circiter Iun. 12; cf. Lib. de restaur. S. Martini Cont. c. 11, SS. XIV, p. 322. Eadem verba in Chron. S. Andreae c. 28, SS. VII, p. 546. 4) Alviso.

aliis detrahant, voluntatem in nobis, non vires considerent. Materia haec communis est, dicat unusquisque quod volet. Illi offerant in tabernaculo Dei argentum et aurum et lapides preciosos, mihi sufficit, si offerre valeam[a] aes et ferrum et pilos caprarum. Malui certe[b] multorum subire iudicium et a malis ferre confusionem quam abbatis mei[1] non parere imperio vel[c] sequi voluntatem. Hic[d] vero, quem loquimur, laudibus[e] nostris non indiget, cuius memoria in benedictione est[f]. Exegit[g] enim ipse sibi monumentum aere perhennius[2], quod nulla possit delere vetustas. Extant namque apud nos quaedam eius opuscula[3], quae digna habentur memoria, scilicet de canone euangeliorum et de canone missae libelli duo et[h] disputatio contra Iudeum et omelia de villico et[i] liber unus de originali peccato et alius de blasphemia in Spiritum sanctum, quem interrogationi[k] meae dignatus est cudere meoque nomini consecrare[4]. Valete! cf. Exod.25,3.4.

a) valeamus et f. *H.* b) M. autem hoc scripto mult. *M.* c) non *add. H.* d) Ille enim quem *M.* e) laud. — bened est *des. M.* f) *deest H.* g) loq. sibi ipsi mon. erexit aeri *M.* h) *deest M.*; ut *H.* i) *deest M.* k) interrogatione mea *H.*

1) Alvisi. 2) Cf. Horat. Carm. III, 30, 1. 2. 3) Quae opuscula exstant in eodem codice Aquicinensi, nunc Duacensi nr. 201, ex quo haec descripsimus, edita Maxima Bibl. patrum Lugdun. XXI, p. 221 251; Migne, Patrol. Lat. CLX, col. 1053—1150. 4) Hic est prologus istius libelli, ex quo nomen auctoris apparet (Biblioth. patrum Lugdun. XXI, p. 245; Migne, Patrol. CLX, col. 1111 sq.): *De blasphemia sancti Spiritus se conscripsisse libellum dicit in Enchiridio beatus Augustinus. Sed hic liber in meas manus non incidit, nec aliquem scio me vidisse qui legerit. Unde conquerebatur mecum vir venerabilis Amandus, Acquicinctensis monachus, quod tantae quaestionis solutio non inveniretur, anxius. Erat enim mihi tunc Acquicinctus dulce refugium exsilii mei, quia potestate regia pellebar a sede Cameracensi, quod virgam et anulum, quae consecratus ab ecclesia acceperam, dono imperatoris iterum accipere non acquiescebam. Cumque frater praedictus, mecum saepe loquens de spiritualibus, praedictae quaestionis solutionem a me devotus exigeret, mittebam eum ad expositiones orthodoxorum patrum. Sed dicebat eos non tractare secundum modos dubitationis suae, nec per eorum expositionem auferri sibi posse dubitationem. Itaque melius mihi visum est onus suscipere, licet sit ruendum, quam penitus negando superbiam putet vel contemptum, et malo, ut videat me non posse sudando fatiscentem, quam se repulsae pudeat, me postponente laborem. Animavit etiam multum libellus de originali peccato, quem noviter conscripseram, in quo aestuanti mihi occurrerunt multa quae nesciebam.*

TRACTATUS DE MORIBUS LAMBERTI ABBATIS S. BERTINI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Monumentum breve Bertinianum hucusque ineditum, quod lectoribus proponimus, Tractatum de moribus Lamberti, ut auctor voluisse videtur[1], *inscripsimus, quamvis magis de doctrina huius abbatis, qui a.* 1095—1125. *monasterio S. Bertini praefuit et consuetudinibus Cluniacensibus receptis religionem in eo reformavit, agatur eiusque laudes in universum praedicentur. Contra morem consuetudinemque hocce opusculum iam vivo Lamberto, inter annos* 1116. *et* 1119.[2] *videlicet, conscriptum est, certe non a monacho S. Bertini*[3], *sed a quodam discipulo Lamberti extraneo.*

Huic libello paulo postea, post a. 1118. *videlicet*[4], *tamen ante obitum Lamberti*[5] *(†* 1125*), ut videtur, alter*[6] *quidam extraneus*[7], *quem in monasterio S. Bertini quondam degisse elucet, nonnulla capitula addidit, quibus alia in laudem Lamberti, de conventu S. Bertini aliisque ecclesiis per ipsum reformatis, de itinere eius Anglico*[8], *de curis eius regendae et promovendae abbatiae S. Bertini adhibitis breviter retulit, quorum pleraque copiosius pleniusque Simon abbas in Gestis abbatum S. Bertini narravit.*

Duo codices, alter vero non integrum, hunc libellum continent, qui in levissimis etiam, ratione scilicet verborum scribendorum, accentibus et compendiis positis, litteris initialibus et distinctionis signis, ita inter se conveniunt, ut in eodem coenobio, nescio an apud S. Bertinum, ab eiusdem scholae scriptoriae

1) Saltem cod. 2 hunc titulum praebet. Titulus Vitae Lamberti, quem cod. 1 habet, minus aptus nec certe ab auctore datus est. 2) Sopita videlicet a. 1115. vel 1116. lite Bertinensium et Cluniacensium (c. 8), vivo vero Balduino VII. comite, qui a. 1119, Iun. 17. obiit, cum c. 4. dicatur: *In hoc etiam officio . . . piissimo principi Balduwino usque in hodiernum diem obsequi . . . videtur* (Lambertus). 3) Semper enim de conventu S. Bertini ita loquitur, ut eius membrum ipsum non fuisse appareat. 4) Cum de ecclesia S. Remigii Remensi a. 1118. reformata retulerit. 5) Quod his locis probari videtur: C. 1. *Omnibus* (fratribus S. Bertini) . . . *per . . . Lamberti . . . providentiam donatur religionis forma infunditurque . . . plena karitas;* c. 2. *ordinis monastici propositum . . . usque hodie per eius venerabilem diligentiam conservatur,* et praesertim extremis verbis: *Ista . . . prolata prudentissimo et doctissimo Lamberto patri deservire merito videntur.* Quamvis aliis locis Lambertum iam obiisse indicari videatur, ut c. 3: *In suo tempore floruit; quante famae . . . extiterit;* c. 5: *quantae auctoritatis fuerit.* 6) Haec ab alio auctore addita esse ex Cont. c. 1. elucet, ubi: *Ipse . . . abbas est, de cuius nimirum virtutibus hoc modo ante nos dictum est.* In unico codice, in quo Continuatio exstat, haec alio atramento et alio tempore sive ab eodem qui praecedentem tractatum exaravit sive ab alio scriba scripta est. 7) Hoc iam ex primis eius verbis elucet: *Sunt etiam in aecclesia supradicta fratres* etc. 8) Quia auctor de itinere Anglico, praesertim de adventu et mansione eius in prioratu Wintoniensi fusius retulit, eum Anglo-Normannum fuisse coniici posset, sed obstare videtur, quod relationem itineris Anglici his verbis exordiatur: *quanti nominis apud exteras nationes extiterit.*

alumnis exarati videantur; uterque splendide et eleganter accurateque scriptus, neuter alteri praestat. Primo loco posuimus qui integrum libellum exhibet

1) Codicem Oxoniensem Bodleianum Laud. nr. 668 *(F* 15*) fol.* 139 *sqq., mbr. saec. XII*[1]. *Alter est*

2) Codex Audomarensis nr. 788, *misc., olim S. Bertini, qui varios libellos saec. XI—XVI. continet, demum saec. XVI. vel XVII. hoc tomo compaginatos, inter quos septem folia membranacea saec. XII. exarata huius tractatus c.* 1—8. *in. continent, reliqua parte capitis* 8. *perdita*[2].

Codicem 2 *ipse descripsi, quem cum codice* 1 *contulit et finem tractatus cum continuatione ex eodem supplevit V. Cl. F. Liebermann. Quam accuratissime ad litteram codicum scriptionem expressimus.* *O. H.-E.*

INCIPIT PROLOGUS IN SUBSEQUENTI OPERE.

Universis sanctae matris aecclesiae filiis longe lateque per orbem constitutis sermone et litterarum designatione significandum est, quae omnipotens Deus sua ineffabili clementia aecclesiae beatissimi Bertini prestare dignatus est. Igitur brevi narratione perstringenda sunt pauca de pluribus sanctae et admirande auctoritatis egregii patris Lamberti dictis sive factis, ut, de toto ad partes transeuntes, etiam gloriosae fame inestimabili thesauro magnus comprobetur, qui sacrae religionis exemplis innumeris in multis aecclesiis digne pro meritis honoratur. Huius Deo dilecti patris laudes quicumque dicere cupit, dicere non sufficit. Quis, inquam, morum mansuetudinem et in omni actione discretionem propria descriptione in eo declamat? Instantiam vero illius in assiduis orationibus quis laudabili conclusione denunciat? Nobilitatem animi eius et misericordiam quis vel per partes praedicare valeat? Non est nostri ingenii virtutum illius vel fame sive religionis necnon et maxime auctoritatis gloriosa praeconia recitare. Sed quia á multis in praesenti iam queritur et á venturis generationibus diligentissime exquiretur, per quem et per cuius doctrinam aecclesia sancti Bertini á seculi actibus sit aliena et religionis cultu informata, veritate urgente, subscriptum opus in honore reverendi patris Lamberti eiusdem aecclesiae abbatis aggredimur. Per hunc venerabilem patrem aecclesiae iam dicte salus venit et causa salutis, quam, effugatis hostibus[a] de Babylonia, Ierusalem sua praedicatione effecit. Hunc vero tractatum specie tam parvum ideo composuimus, ut citius pluribus in terris asportetur[b].

INCIPIT TRACTATUS[c] DE MORIBUS EGREGII PATRIS LAMBERTI AECCLESIAE SANCTI BERTINI ABBATIS.

1.[d] Gloriosus Ihesu Christi domini famulus Lambertus claris ingenuisque parentibus omnipotentis Dei providentia disponente natus est. Qui vero seculari probitate prêditi et de partibus ad totum digne provecti, locum et gentem et, quod his est maius, patriam suam utilitate, honore, consilio sibi proprie impressis suam fecerunt. Igitur tam nobilium parentum heres abbas Lambertus cunctam progeniem religiosa conversatione, scientiae prerogativis adiunctis, universo orbi ceu lumen in tenebris resplendere donavit. Erat plane grandi[e] specie insignis, clementi vultu amabilis, iocundo sermone delectabilis, in pondere et mensura consulens universis. Trivium[f] et quadruvium[f] subtilitatem agili et docili ingenio hominis sui remotis partibus plenius commendavit. Primam artium gramaticam ita perfecte in se ipso conclusit, ut per hanc ad reliquas succedente tempore ascenderet. Ut vero verbis eius utamur, sententia eiusdem venerandi patris ponenda est: Affirmabat nanque ita artes fore concatenatas in invicem, ut nec de una nosset, qui de omnibus non dedicisset. Exhinc animum in rethoricae pratum[g] introduxit, ubi quantum eloquentiae quantumque de-

a) stibus *in loco raso* 2. b) *in cod.* 1 *reliqua pars pag.* 139'. *et pag.* 140. *vacuae relictae sunt; pag.* 140. *imago monachi mortui creta delineari coepta est.* c) Inc. vita gloriosi p. L. aecol. s. B. abb. 1. d) *numeri capitum des.* 2; I. *h. l. deest etiam* 1. e) grandis, s *erasum* 1. f) *sic* 1. 2. g) patrum *ead. manu corr.* pratum 2.

1) Reliqua quae hic codex continet demum saec. XIV. cum hoc libello coniuncta sunt, quae vide Coxe, Catal. codd. mss. bibl. Bodl. II, 1, col. 482 sqq.

2) Num in hoc codice continuatio etiam fuerit annon, non liquet. Cf. de eo 'Catal. des mss. des départ.' III, p. 358 sq.; 'Archiv' VIII, p. 420, ubi scriptura huius libelli saec. XIII. falso tributa est.

coris ex variis floribus inibi repertis assumpserit, melius orbis declamat quam lingua pronunciat. Dialecticam vero in reáli et vocali substantia viventem et ipse novit. Arithmeticae et geometricae, astronomiae et musicae evidentem intellectum cum propriis qualitatibus naturali ingenio copulavit. His intendebat, in his vivebat, se ipsum illis prestans, á quibus condigna talione donabatur. Precipuam curam intus in anima adhibebat, ne quod didicerat sine fructu et corporibus et animabus concordanti remaneret.

2. Discretionis igitur summam diligentiam habebat, qua opportunitate data venientibus ad sé, prout unicuique opus erat, in diversis causis quod honestum, quod utile erat respondebat. Adhuc in subiectione constitutus[1] ratione naturali providebat, quod multorum saluti deserviret. Legebat intente et attente in libris quos á catholicis tractatoribus sciebat esse compositos. Studebat et in diversis phylosophorum[a] voluminibus, ut eorum sensum sibi adiungeret et ut errorem facilius dinosceret. Recordabatur, quod filii Israel exeuntes de Aegypto[b] vasa argentea secum detulerint á vicinis prestita. Quod et nos facimus, cum á phylosophis scientiam fidei christianae convenientem extrahimus. Illius animum preoccupabat, quod balsamum nisi per innumeras insidias serpentium non adquiritur. Quaecunque virtus, licet magna, licet minima, labóre proficit, otio torpescit. Thesaurus preciosorum lapidum perlustratis terris vix habetur, raro invenitur. Interea aecclesia beati
1095. confessoris Bertini desolata proprio abbate venerabili Iohanne, quaeritur ad regimen eiusdem aecclesiae cum debita honorificentia nominandus Lambertus[2], quem et meritum vitae et multiplex scientia longe lateque gloriose[c] diffamaverat. Electionis igitur canonico ritu premisso, aecclesiae supradictae unica et omnino individua electione preficitur. Votivis gaudiis excipiebatur á conventu aecclesiae iam dicti confessoris. Gaudebant universi, gratias Deo nostro de tanto et tam venerabili viro pro viribus suis referentes. Illius consilium spectabatur in iudiciis humanis, quia sequi cupiebant quod ipse proferret. In proverbiis sepius loquebatur, figuratis utens sermonibus, et quos nuda veritate ad meliora non poterat revocare, diversis verborum ferculis á prava et inhonesta intentione reducebat.

3. Iam iure magister hominum disserebat conditionem hominis et qualitates eius, obpositionique naturae salubre conferebat antidotum. De innumeris eiusdem patris sententiis pauca ponenda sunt: 'Fides est contra idolatriam, pudicitia contra libidinem, pacientia contra iram, humilitas contra superbiam, sobrietas contra luxuriam, benignitas contra avaritiam, concordia contra discordiam, intellectus in fronte, memoria in cerebro, ira in felle, avaritia in iécore, timor in corde, anhéla in pulmone, laeticia in splene, cogitatio in renibus, sanguis in corpore, anima in sanguine, spiritus in anima, mens in spiritu, cor in mente, fides in corde, Christus in fide'. In his igitur virtutum partibus demonstrabat, quantae scientiae erat, et quae subtilitas immortalis ingenii animum eius occupaverat. Faciebat et ipse clementissimus pater Lambertus sermones de veteri testamento. Disputabat etiam de libero arbitrio, de prescientia et de predestinatione Dei, de electione sanctorum, de gratia novi testamenti. Proponebat questiones de natura et de qualitatibus naturae, quas incredibili solutione, propositione, assumptione ad testimonium deductis, conclusioni[d] laudabili fine prestabat. Animae vero virtutes ita disserebat, ut in uno sermone colligeret quicquid simplicibus vel eruditis expediret. Peccati originem mirando modo recitabat, per omnia detestans eius prevaricationem. De angelis et hominibus rationabilem causam ad edificationem hominum sepius sullimi[e] ore proferebat. Erat in eo, quod reges terrae admirabantur, principes populi venerabantur, sexus uterque, universa conditio pari amore, iuncto pariter et honore diligebant.

4. Erat á secretis inclitae memoriae Roberti Morinorum comitis[3], qui in successoribus suis vulgali[e] proverbio Flandrensis dicitur. Cuius consilio reverendae auctoritatis abbas Lambertus adherebat, suggerens utilitatem universalis aecclesiae. In hoc etiam officio filio iam dicti comitis piissimo principi Balduwino[f. 4] usque in hodiernum diem obsequi ad pauperum ereptionem, ad laudem et gloriam totius populi videtur. Diligenter et opportune

a) phil. *(semper) in loco raso eadem manu* 1. b) Eg. 2. c) gloriosę 2 d) conclusione *cum distinctionis signo* (.) *corr.* conclusioni 2. e) *sic* 1. 2. f) Baldwino 2.

1) Antequam abbas electus est, magister puerorum in schola S. Bertini fuit; cf. Simonis Gesta abb. S. Bertini II, c. 3, SS. XIII, p. 644. 2) Cf. Simon II, c. 1, l. l. p. 643 sq. 3) II. huius nominis a. 1092–1111. 4) VII. a. 1111—1119.

in se ipso ad sé venientium necessitates suscipiebat, quibus iuxta clementissimi cordis sui misericordiam subvenire procurabat. Convenienter supradicto abbati Lamberto arridet, quod alios pastores aecclesiae inaniter irridet, illud vero dicimus, quod in libro Iob scriptum est: *Oculus fui ceco et pes claudo. Collaudabunt multi sapientiam eius, et usque in secu-* Iob 29, 15 Eccli 39,12 *lum non delebitur.* Confirmatus in sede, accepti honoris ex omni parte quae sunt cesaris cf. Matth. 22,21 cesari et quae sunt Dei Deo reddebat[a]. Summa providentia vigilabat, ut á monachorum grege sibi commisso omnem inordinationem repelleret. Religionis ardentissimo studio intus in anima succensus intendebat sacris lectionibus. Orationis usum vix pretermittebat, sciens per haec mala evitari et bona adquiri. Ipse denique pastor et pater consolationis reverendae sanctitatis Lambertus[b] attentius cavebat, ne sui exemplo ovile Domini sibi creditum ad ima prorueret.

5. Ordinationi aecclesiae suae consuetudines religiosas totius perfectionis[1] attrahens semper inserviebat. Doctrinam suam sacris operibus confirmabat, non agendo contraria his quae docebat. Ante omnia materiam detractionis[c], quae plerisque familiaris consuetudo est monachis, et sibi et suis precidebat, non immemor apostoli qui ait: *Si invicem mordetis* Gal. 5, 15. *et detrahitis, videte, né ab*[b] *invicem consumamini.* Invidiae etiam rubiginem, quae in parvis et inaequalibus et magnis semper vivere consuevit, id est in omni genere hominum, á finibus suis effugavit. Erga delinquentes fratres omnem sollicitudinem gerebat, ut reatum suum recognoscerent, et cognitum, quod sui proprie proprium erat, misericordia, qua semper affluebat, statim remitteret, recordans, quod in euangelio dictum est: *Beati misericordes,* Matth 5, 7. *quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Pacientiae perfectum opus in omnibus causis suis exhibebat, amicos in hoc concilians, inimicos vero pro hoc vincens. Amoris igitur vicariam relationem subditis pariter et vicinis reddebat. Benignitatem de corde puro et conscientia non ficta útpote liberalis homo proferebat. Quis, inquam, in diebus suis fuit, qui eius aut dono aut consilio confortatus non extitit? Confugiebant ad eum applicantes quasi ad portum reverendi episcopi, qui diversis ex causis privabantur á sedibus suis. Recipiebantur ab eo obviis manibus, et tanta hilaritate eis obsequebatur, ut, quantum in illo esset, nulli deesset, quicquid vellet. In quorum numero venerandae sanctitatis Anselmus Cantuariensis archiepiscopus, sepius cum suis aecclesiasticis negociis veniens, cum digno honore susceptus est[2]. Positi in invicem sancti viri pariter et totius orbis iudicio eruditi loquebantur de caelestibus, spiritualia spiritualibus colloquiis disserentes. Conferebant de religione, de instantia orationis, in his propositum monachorum diffinientes. Disputabant de tribus generibus quae in mundo habentur, id est bonis et malis et mediis. Tria quippe in hoc mundo dicuntur, quae sunt bonum, malum et medium. Considerandum est ergo, quid proprie bonum, quid malum, quid vero medium, ut plenius cognita veritate facilius singula quaeque dinoscamus. In rebus nichil est bonum nisi sola virtus animi, quae fide pura et vera scientia, partibus ignorantiae destructis, Deum apprehendit. E contrario autem nichil malum est nisi peccatum solum, quod á Deo nos separans, qui summe bonus est, malo immiscet, id est diabolo, qui summe malus est. Média vero dicuntur quae utrique parti deserviunt iuxta affectum vel arbitrium utentium, verbi gratia: potestas, divitiae, honor, sanitas corporis, vita ipsa qua vivimus, paupertas, infirmitas carnis, iniuriae et cetera his similia, quae et bonum et malum, ex deliberatione tamen utentium operantur. Neque divitibus divitiae nocent, si eas iuste disponant. Et e converso: Neque paupertas pauperibus proficit, si superbe variis fluctibus agitentur.

6. 'Sola', inquit abbas Lambertus, 'voluntas est, quae hominem vel pauperem facit vel divitem. In ea aut paradysus concluditur aut infernus. Si bonis et honestis rebus intendatur, iam paradysus in manibus habetur, sin alias, vivus operarius iniquitatis in inferno retruditur'. In hunc modum compendiosa narratione propositionem suam perorans, ad difficilliores[d] questiones ascendens, mira eloquentia pertonante de origine animae profundas subtilitates sullimi[d] ore enucleatus est. Affirmabat denique animas non ex traduce procreari, ut quidam nescientes affirmant, sed á Deo novas singulis corporibus infundi secundum id quod scriptum legitur in euangelio: *Pater meus usque modo operatur, et ego*[e] *operor.* Anima nan- Ioh. 5, 17.

a) *ead. manu superscr.* 1. b) *in loco raso* 1. c) detrationis 2. d) *sic* 1. 2. e) *superscr.* 1.

1) Scil. Cluniacenses. 2) De Anselmi cum Lamberto consuetudine vide eius epistolas III, 38. 139. Forte etiam Lambertus magister, qui I, 17. occurrit, noster est. Exstant etiam Reginaldi monachi S. Augustini Cantuariensis, Anselmi familiaris, carmina ad Lambertum et ab hoc ad illum data, hucusque inedita, quae V. Cl. F. Liebermann legenda mihi praebuit.

que imago Dei et substantia dicitur, scriptura attestante, quae de creatione primi hominis Gen. 1,26 sic loquitur: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Anima vero quasi 'anema', quod est Grecum[a, 1], dicitur, id est spiritualis et rationalis substantia. Invisibilis autem omnibus corporeis sensibus ab orthodoxis et catholicis predicatur, subiacet tamen Sap 9,15 corporeis passionibus, Salomone confirmante qui dicit: *Corpus quod corrumpitur aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*[b]. In hoc, quod spiritus est, libera est; in hoc vero, quod corporali vinculo colligata est, variis et diversis qualitatibus plena est. Regit corpus intelligibiles sensus prestando; qua subtracta, corpus nec vivit nec sapit, quia iam exanime est. Homo ex anima et corpore constat. Una ex his materiis ablata — intelligendum est: aut anima, aut corpore —, homo non reputatur. Neque anima sine corpore homo est, neque corpus sine anima homo est. Haec et his similia beatissimus pater Lambertus de thesauro cordis sui notis pariter et ignotis ob sui memoriam transmisit. Haec breviter annotata eiusdem patris gloriae deserviunt.

7.[c] Non solum autem episcopis misericordiae suae largissimum obsequium exhibuit, verum etiam abbatibus et monachis, clericis, peregrinis, orphanis et viduis consuetae sustentationis auxilium, sibi et suis etiam necessaria subtrahens, ministravit. Ipse ad opus misericordiae semper et ubique paratus, corde subiecto et humili solebat hospites suos ad mensam usque deducere, ipse verbum vitae inter epulas corporales mellito sermone exponere, in omni actione fructum spiritualem ipse idemque requirebat.

8. Beatissimo patri Lamberto et eius admirandae prudentiae asscribendum est, quod aecclesia[d] sancti Bertini absque iugo terrenae dominationis, absque incursu etiam canum cupiditate detestanda et arte nefanda insanientium, libera et quieta permanere dinoscitur. cf 2 Cor 11,26 Innumeris laboribus, periculis ex genere, periculis ex falsis fratribus detentus, ad hoc elaboravit instantia eius, ut summa gratia et immensa pace servi Dei, qui in aecclesia iam dicti confessoris venturi sunt, Deo omnipotenti militare valeant. Summo pontifice Paschali annuente, non solum aecclesiae suae auctoritatem omni laude predicandam adquisivit[2], sed potissimum personae suae metropolitani episcopi vel cardinalis sive legati potestatem in conciliis, et ubicunque necessitas vel utilitas aecclesiae se ingesserit, digne pro meritis propriis honoratus obtinuit[3]. Presumptio, quae temerario sensu ad tempus in aecclesia egregii confessoris beatissimi Bertini a Cluniacensis cenobii monachis incepta est, piissimi patris Lamberti consilio et auxilio ad nichilum redacta est[4]. Habet iam dicta aecclesia intus et extra privilegia omni iure et lege confirmata, regali manu et episcopali concessione insuper et apostolica auctoritate signata. Renovata sunt omnia fundamenta et amplificata ipsius[e] aecclesiae per admirabilem virum Lambertum atque in brevi tempore subtili et decenti opere consummata videntur[5]. Convenientium officinarum idonei usus ádeo in aecclesia sanctissimi Bertini parati habentur, ut in nullo loco utile vel necessarium inveniatur, quod in iam dicta non reperiatur. Aquarum conductus amenitatem simul et renovationem[f] conferens[g] intuentibus inibi monstratur[6]. Positio ipsius loci muro fortitudinis inexpugnabili vallatur. Ab orientali plaga aquis inundantibus et maris vicinia circumcingitur. Nichil in illo loco deest vel pulchritudinis vel exquirendae necessitatis, sed omnia et visu pariter et usu saluberrima esse probantur. Cernitur in supradicto loco quicquid religioni gratum ac desiderabile expetitur. Omnis sufficientia inibi a domino Deo et manentibus[h] et advenientibus prestatur. Conventus ipsius aecclesiae in vera religione, coniuncta simul eternae beatitudinis contemplatione, divino succensus amore, Deo ipsi servire apertis indiciis honestatis ac sanctitatis demonstratur.

a) ē. gretum 2, *signo distinctionis falso posito.* b) cogitatem *corr.* cogitantem 2. c) *nulla capitis distinctio h. l.* 1. 2; *sed novum caput incipiendum est, quia infra numerus* 8. *in* 1 *positus est.* d) *desinit* 2, *reliquis perditis.* e) *bis scr., alterum erasum* 1. f) renovatio *corr.* renovationem 1. g) conferentes 1. h) *post haec syllaba erasa* 1.

1) Auctor vocem ἄνεμος in mente habuisse videtur, ut Isid. Etym. XI, 1, 7; nisi *a nema* legere et de voce πνεῦμα cogitare mavis. 2) Cf. Paschalis II. bullas et epist., Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6322. (6323). 6373. 6537. 3) Tale privilegium non exstat. 4) De hac lite contra Cluniacenses regimen abbatiae S. Bertini sibi vindicantes a. 1112—1115. gesta, quia Lambertus Hugoni abbati Cluniacensi monasterium suum subiecerat, vide Simon. II, c. 89—99, l. l. p. 652 sqq., Iohannis episcopi Teruanensis epistolas, Guérard, 'Cartulaire de St. Bertin' p. 252 sq. 254, et bullas papales supra allatas. Quae a. 1115. vel 1116. quidem sopita, sed mortuo Lamberto abbate vehementius iterum exorta est. 5) Cf. Simon. II, c. 77. 82, p. 651. 6) Cf. ib. c. 76, p. 651.

CONTINUATIO.

1.[a] Sunt etiam in aecclesia supradicta fratres, quibus per Spiritum sanctum Dominus contulit gratiam suam. Alii datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae, alii genera lin- cf. 1. Cor. 12, 8—10.
guarum, alii interpretatio sermonum, alii curatio morborum, alii continentia, alii vero patientia. Omnibus autem generaliter per piissimi patris Lamberti sacram et admirabilem providentiam donatur religionis forma, infunditurque singulorum cordibus vera et plena karitas. Ipse pater et abbas est, de cuius nimirum virtutibus hoc modo ante nos dictum est. Iste homo ab adolescentia sua partim meruit infirmos curare; dedit illi Dominus claritatem magnam cecos illuminare et daemones effugare.

2. Non solum reverendus abbas Lambertus in aecclesia Deo dilecti confessoris beatissimi Bertini religionis cultum introduxit, verum etiam in vicinis et etiam in longe remotis cenobiis spiritualis vitae ordinem servare instituit.

In Acciensi[b, 1] monasterio ordinis monastici propositum insigniter usque hodie per eius 1101?
venerabilem diligentiam conservatur.

Apud Bergas[2] etiam et monachos[c] et regularem disciplinam eidem monasterio sub- 1106?
veniens transmisit.

Illius laudabile preconium est, quod aecclesia beati Petri apostolorum principis quae 1117.
dicitur de Gant[3] Deo et[d] Dei servitio per eum cum dispersis eiusdem aecclesiae monachis reconciliata est.

Atrebatensis aecclesia sancti Vedasti divinis officiis per eius misericordiam et per mo- 1109.
nachos Sancti Bertini illuc transmissos obedire ab omnibus predicatur[4].

Remensis aecclesia sancti Remigii Francorum apostoli in illius adiutorio et consilio 1118.
honestae conversationis et austerae religionis iugum accipere promeruit[5].

Ipse etiam ad dandam salutem illi aecclesiae per se ipsum frequentavit iam dictam aecclesiam, in qua sua predicatione simul et exemplo in rebus divinis et humanis studium religionis suscitavit. Sunt et aliae plures aecclesiae, quae admirabilis viri Lamberti doctrina ab infamia detestandi testimonii liberate sunt.

3. In suo tempore floruit vinea Domini Sabaoth, quae est aecclesia eximii confessoris sancti Bertini, emittens de se summe religionis viros, qui evidentibus argumentis comprobant sanctitatem reverendi patris Lamberti et auctoritatem. Ipsi, edocti a beatissimo patre Lamberto, aecclesiis Dei in dignitate pastorum, in ordine abbatum ad exemplum et ad indicium totius utilitatis constituti sunt. Laboravit serenissimus pater Lambertus in aecclesia sibi a Deo commissa ultra quam dici potest; quam et religiosa congregatione replevit et possessionibus plurima subsidia conferentibus sufficienter ditavit. Ihesu bone, qui es Deus noster, quantis[e] angustiis vallatus et detentus est pro adquirenda sive restauranda possessione supradicte aecclesiae, tu solus nosti, qui ardorem illius animi et affectum igne inextinguibili succensum potes intueri. Restituit aecclesiae supramemorate ea quae fuerant perdita. Adquisivit etiam in Domino ad usus fratrum Deo ibi servientium terras et alios redditus, quorum administratione sustentantur. Rapuit de ore hominum secularium possessionem ex antiquitate amissam, adtraxit novam, nullo vero tempore habitam, quam ob sui memoriam eidem aecclesiae liberaliter tradendo donavit. Quante famae et quanti nominis apud exteras nationes extiterit, dignum ducimus manifestari. Anglie partes sanctae ac venerande auctoritatis abbas Lambertus á consule Flandrensi[6] transmissus ingressus est[7]. Ubi viriliter exactis negotiis, pro quibus maris ceruleas aquas transierat, regem Anglorum[8] et eius potentiam audaci sermone increpavit et de aecclesiasticis necessitatibus[9], mirabili

a) *sequentia alio atramento alio tempore aut ab eodem scriptore aut ab alio prorsus coaevo scripta sunt* 1; *numeri capitum abhinc desunt.* b) accensi *corr.* acciensi 1. c) monacos *corr.* monachos 1. d) *in loco raso, quo ser scriptum erat* 1. e) *superscr.* 1.

1) Intelligit Alciacense monasterium (Auchi-les-Moines); cf. Simon. II, c. 71, l. l. p. 649 sq. 2) Bergues-St.-Winnoc; cf. ibid. II, c. 74, l. l. p. 650. 3) Blandiniensis; cf. ibid. II, c. 101. 102, p. 655. 4) Cf. ibid. II, c. 83-85, p. 651 sq. 5) Cf. ibid. II, c. 103, p. 656. 6) Roberto II, a. 1100. e Terra Sancta reverso, qui a. 1103, Mart. foedus cum rege Angliae pepigit; Rymer, Foedera I, p. 7. 7) Inter a. 1101. et 1106. hoc iter fecisse videtur; v. c. 5. in. 8) Heinricum I. 9) Tunc lis de iure investiturae inter regem et ecclesiam eiusque defensorem Anselmum archiepiscopum gerebatur.

ardore veritatis succinctus, regiam personam aut non curans aut obliviscens, plenaria narratione quod voluit et quod solitus erat aperta ratione ędixit. Hoc eius proprie proprium fuit et regibus et consulibus et principibus terrae, id est maioribus et minoribus, veritatem oportune et etiam inportune suggerere. Dum ergo in Anglorum regno moraretur, descendit rogatus multis precibus et coactus in urbę Wintoniensi atque in aecclesia sedis[a] episcopalis[1] non hospitium, sed potius propriam mansionem religioni suae condignam comparavit. Comparavit, inquam, benignitatis suae delectabili commercio et magne et inmensae iocun-
Ian. 6 ditatis spirituali colloquio. In adventu eius, qui fuit in solempnitate aepiphaniae, contra consuetudinem aecclesiae Vintoniensis pro solo eius honore, pro inestimabili dilectione, qua beatae recordationis gloriosus pater Godefridus[2], eiusdem episcopatus prioris officium gerens, eum specialiter ac singulariter cum commissis sibi a Christo fratribus diligebat, aecclesia palliis pretiosis aliisque ornamentis[b] adornata est. Festiva dies ducitur, et etiam cantantibus[c] organis et consonae musicae[d] instrumentis, gaudiis universa replentur. In die aepiphaniae, vestibus, auro et[e] lapidibus ultra quam dicimus splendidis adornatus, missarum solempnia decentissima administratione caelebravit. Ex illo ergo die iam[f] non propter famam nominis sui in aecclesia Wintoniensi exceptus fuit, sed propter gratiam quam Deus omnipotens ei prestitit, quam, ubicumque divertit, exercere non destitit. Pacem namque inclitus abbas Lambertus ex bello componebat in locis in quibus adveniebat et repertas molestias tam[g] ex accidenţi quam ex naturali infortunio omnimodus repellere satagebat.

4. Hic pacem novit, quia pacis summus amator,
Cum grege commisso pacis habebat opus.
Quicquid agit, pax est, quia mens pia, conscia pacis,
Virtutem recolit, insequitur vitium.
Non bello, sed pace suos exterruit hostes,
Et sua pax bello constitit utilior.
Religione[h] sua multos devicit iniquos,
Mundo subtraxit atque Deo tribuit.
Noctae[i] dieque simul abbas Lambertus agebat
Quae bona pauperibus, quae pia[k] sunt miseris.
Cum miseros pavit, gazas super astra levavit;
Cultor iusticiae serviit aecclesiae.

Hec de multis breviter succincteque perstrinximus[l].

1106. 5. In illis vero diebus aecclesia Remensis archiepiscopo moriente[3] viduata est. Ad hanc dignitatem suscipiendam egregius pater Lambertus á multis invitabatur[4], sed exigente necessitate aecclesiae sancti Bertini ad effectum non potuit pertrahi, neque conventus aecclesiae suae hoc poterat pati, ut ab ea posset separari. Non dissimilis eventus contigit
1109. defuncto Anselmo Cantuariensi archiepiscopo, sed potius consimilis[5]. Sed pro iam dicta excusatione obstantis aecclesiae non est consummatum. Hoc autem scribimus, ut, quantae auctoritatis fuerit, saltem per partes probemus, quia in toto non possumus. Perfecta igitur aecclesia beatissimi Bertini confessoris Christi, voluit et disposuit eam piissimus pastor et abbas Regi caelesti desponsare atque sub sacramento nuptiali plenius commendare. Con-
1106. vocavit ad diem festum[6] aepiscopos et abbates[m] plurimosque totius patriae nobiles, adiunctis utriusque sexus innumeris turbis, quibus sufficienter victum et alimoniam corporalem effusis manibus, pecuniis large dispensatis, ministravit. Neque vero in dedicationae[i] aecclesiae suae ab aliquo aliquid extorsit, ut consuetudo plerisque est contra iura honestatis, sed plurima dona in diversis rebus personis et aliis advenientibus[n] liberali cordae[i] et scienti dare

a) sed 1. b) oramentis 1. c) cantibus *corr.* cantantibus 1. d) muscę *corr.* musicę 1. e) *post add.* 1. f) *superscr.* 1. g) in *add.* 1. h) Regione *corr.* Religione 1. i) *sic* 1. k) *coaeva manu inter lineas stilo cretoso suppl.* 1. l) pertraximus *corr.* perstrinximus 1. m) et *add., sed erasum* 1. n) adventionibus *ead. m. corr.* advenientibus 1.

1) Prioratu scilicet cathedrali S. Swithuni. 2) Hic prior S. Swithuni, poeta celeber, cuius epigrammata vide 'The Anglo-Latin satirical poets and epigrammatists of the twelfth century' ed. Th. Wright II, p. 103—155, obiit a. 1107, Dec. 27; cf. Hardy, 'Descr. Catalogue' II, p. 101. 3) Manasse II. de Castillione a. 1106, Sept. 17. 4) Cf. Anselmi archiep. Cantuar. epist. l. III, nr. 139: *Quia ecclesia Remensis desiderat et petit reverentiam vestram, sicut scripsisti mihi, ad regimen archiepiscopatus* etc. 5) Hac de re nusquam alibi relatum est. 6) Consecrationis ecclesiae, a. 1106, Maii 1; cf. Simon. II, c. 82, p. 651.

magis quam accipere donavit. Sacramentum desponsationis[a] aecclesiae caelesti expositione fidelibus inibi congregatis exposuit. Quod etiam scriberemus, si prolixitas ipsius tractatus pateretur.

6. Longum est per singula recitare de crucibus et cereis, duodecim interius et totidem exterius, videlicet de patriarchis et apostolis, qui in una gratia unius sacramenti Dominum et Domini incarnationem cognoverunt, habentes gratiam Spiritus sancti. Similiter de alfabeto Grecis litteris et Latinis conscripto, de oleo altari infuso, quod significat donum Spiritus sancti, de cinere, quae[b] indicat penitentiam, de sale, quod demonstrat temperantiam, insuper de ysopo, quod commemorat humilitatem et peccatorum confessionem eorumque remissionem per summum pontificem Ihesum Christum. Grave est brevi tempore disputare de incenso, quo declarantur orationes sanctorum[c], de cimbalis aecclesiae, quae significant ora et linguas sacerdotum, de cortinis aliisque ornamentis, quibus manifestatur virtus omnium Deo servientium, nec sermone aliquid tangendum est. Ista in transcursu prolata prudentissimo et doctissimo Lamberto patri deservire merito videntur[1].

a) despens. *corr.* despons. 1. b) *sic* 1. c) scorum 1, *signo compendii omisso.*

1) Eadem fere verba p. 950, l. 12 sq.

NARRATIO DE RELIQUIIS IN MONASTERIUM SCAFHUSENSE TRANSLATIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

De reliquiis sanctae crucis a. 1125. *et trium sanctorum Treverensium iam aliquot annis antea in monasterium S. Salvatoris Scafhusense translatis iussu Adelberti I. abbatis*[1] *(*1099—*c.* 1140*)*[2] *monachus quidam anonymus huius coenobii aliquanto tempore post a.* 1125.[3] *brevem libellum haud magni momenti conscripsit, quem ex codice bibliothecae S. Iohannis Scafhusensis nr.* 10, *mbr., olim S. Salvatoris, f.* 1'—6, *duabus columnis saec. XII (vel potius XIII ineunte?) exarato*[4], *primus I. I. Schenkel, 'Beiträge zur vaterländischen Geschichte (Schaffhausens)' fasc. II (*1866*), p.* 43—56[5]*; tum F. L. Baumann, 'Quellen zur Schweizer Geschichte' III,* 1, *p.* 146—157, *ediderunt; unde eum recudi fecimus, paucis mendis utriusque editionis sublatis.* *O. H.-E.*

*f. 1'. Quoniam[a] benigna Christi clementia Scaphusensem locum sue visitationis illustrare dignatus est gratia per reliquias sanctissime crucis et dominici sepulchri et corpora sanctorum martyrum Constantis et Alexandri et sancti confessoris Leguntii, dignum videtur narrare cunctis Christi fidelibus, qualiter hec ad consolationem et tutamen fidelium ibidem Deo servientium illo sint translata. Testante enim propheta, omne quod sibi gens queque fidelium colendum[b] proponit, hoc honorat et defendit. Unde necesse est, ut, cum fidelibus cultura aliqua indicitur, causa et ratio eius fideli relatione et veraci testimonio comprobetur, ut, omni dubitationis occasione sublata, eo securius possit honorari et defendi, quo veracius culture eiusdem veritas colentibus datur cognosci. Et quia narrationis huius seriem in unum compingere decrevimus sermonem, quod de reliquiis dominicis dicturi sumus, quamvis sit longe post actum, orationis tamen huius teneat exordium, quia nil sanctorum glorie derogatur, si hoc eis preponitur, per quod omnis sanctus glorificatur et sanctificatur.

1.[c] Igitur temporibus Heinrici quarti huius nominis Teutonici regis, cum sedi apostolice presideret Urbanus secundus papa, vir magne sanctitatis et prudentie, diversis temptationibus oppressa Dei fluctuabat ecclesia, maxime tamen in ea parte, ubi Christus salutem operatus est in medio terre. (cf Ps. 73,12.) Ibi enim vinea Domini, eadem scilicet ecclesia, ab inimicis fidei christiane ita est depasta, ut vix in ea racemi pauci viderentur relicti. Hierosolima enim plebe christiana dudum referta, que ob insignem[d] passionis Christi triumphum obque gloriosam resurrectionem et ascensionem merito locus appellatur sanctificationis, versa fuerat in abominationem desolationis. In ipsa enim et in omni circa regione, que terra olim dicta est repromissionis, expulsis christicolis, gentes ceperunt esse superiores, que, ubique templis Dei de-

a) *littera inil.* Q *deest c.* b) *eadem m. superscr. c.* c) *numeros capitum supplevi.* d) signem *corr.* insignem *c.*

1) Vide libri epilogum. Circa a. 1145. quidem Adelbertus II. abbas monasterio S. Salvatoris praefuit; non vero huius, sed Adelberti I. iussu auctorem scripsisse hunc libellum cum V. Cl. Baumann censuerim, cum auctor, ubi de Adelberto I. loquitur (c. 4. 7. 10), eum 'venerandum' abbatem eodem modo atque eum cuius iussu scripsit appellaverit, nusquam indicaverit Adelbertum I. iam diem obiisse, dum scriberet. 2) Obiit ante a. 1141, quo Burchardus abbas occurrit. 3) C. 5. refert de monachis aliquanto tempore post a. 1125. in Terram Sanctam profectis. 4) Reliqua folia continent Hieronymi commentarium in Isaiam. Cf. 'Archiv' VIII, p. 733. Teste Neugart, Episc. Constant. I, 2, p. 494, altera relationis pars de reliquiis Treverensibus exstat etiam in eiusdem bibliothecae codice nr. 5, a Gebenone abbate Wagenhusano († 1156) scripto. 5) Idem ibidem p. 56—72. versionem Germanicam huius libelli dedit.

structis, paucissima que remanserant in usum sui questus verterant cultoresque Dei, si qui fuissent inventi, sub tributaria conditione cogebant sibi servire omnesque undecumque gratia orationis advenientes obprobriis afficiebant morte gravioribus et iniuriis. Hec illa Hierosolima spiritalis, id est[a] ecclesia, patiebatur calicemque furoris Domini pro peccatis suis bibebat nichilque minus, quam eam voces prophetarum [cf. Ier. 25, 15.] pro negligentia legis Dei passuram prenuntiaverant, sustinebat. Sed, sicut[b] testatur *vox prophetica, [*f. 2] quia non repellet in sempiternum Dominus, nec erit oblivio pauperum in finem, advenerat tandem tempus [Thren. 3, 31. Ps. 9, 19.] miserendi, quo pater misericordiarum et Deus totius consolationis audiret gemitus compeditorum et solveret [2. Cor. 1, 3. Ps. 101, 21.] filios interemptorum. Itaque predictus papa Urbanus, vir totus apostolicus, cernens Hierosolimam habitationem esse exterorum et exteram a semine suo, et venisse gentes in hereditatem Dei, et qui [1. Macc. 1, 40. Ps. 78, 1.] oderunt Deum extulisse caput, materno angebatur affectu et, tactus dolore intrinsecus, sicut propheta quondam destructionem Hierosolime in Trenis suis planxit, ita et iste velut alter Hieremias intimis suspiriis sepius proclamavit, quoniam gentes ingresse sunt in sanctuarium Domini, et illud: *Viderunt eam* [Thren. 1, 10. ib. 1, 7] *hostes et deriserunt sabbatha eius.* Cepit ergo secum sepius tractando revolvere, quo ingenio locum sanctificationis a contaminatione gentium expurgaret et ibi Christi nomen, ubi dudum ceperat, renovaret. Vir itaque beatus, cum sue sollicitudinis curam et cogitatum iactasset in Domino, tandem, ut credimus, per illapsum ei celitus consilium divino inspiratus spiritu, predicavit[1] et ubique predicare iussit, ut, quicunque [1095.] christianus vellet, se ultro Deo offerret hocque penitentia[c] et remissione peccatorum susciperet, quo armatus ad expugnandam Hierosolimam pergeret. Istud vero consilium ex divina magis inspiratione processisse quam ex humana adinventione finis declaravit. Indictum namque christiani sibi hunc procinctum tam devote et tanta susceperunt alacritate, ut tam copiosus ex omnibus mundi partibus multitudine[d] conflueret exercitus, quod non solum predicti apostolici optatum in Hierosolime expugnatione perficerent [1096. 1099.] propositum, sed et per omnem regionem Iudeae, expulsis gentibus, sinum sancte matris dilatarent ecclesie. Et non mirum tam prospere votum sancti viri impletum esse; scriptum est enim de eo qui radicem intentionis sue in Deo fixerit: *Et omnia, quecunque faciet, prosperabuntur.* [Ps. 1, 3.]

2. Prefuit eo tempore Hierosolimitane ecclesie patriarcha Symeon nomine, vir sanctitatis eximie. Ad quem cum huius expeditionis fama pervenisset[2], quamvis gauderet miserationemque Domini adesse speraret, summo tamen formidabat timore, ne signa passionis Christi, preciosissimum videlicet crucis lignum et sepulchrum dominicum, a devoto superveniente exercitu religiosa aviditate vel omnino vel maxima[e] auferrentur ex parte. Ut ergo Christi insignia *servarentur in loco quo passus est, iniit consilium [*f. 2'.] predictus patriarcha cum quodam Samuele Syrorum episcopo, viro religioso et sancto, evulsoque de sepulchro interiori lapide, qui receptaculum corporis Christi fuerat, cum cruce ipsius terre infodientes absconderunt, tollentes sibi inde aliquas portiones. Christi vero bellatores, expugnata urbe et a gentilium sorde purgata, cum celestem thesaurum, in quo spei sue posuerant summam, a predictis viris sensissent occultatum nec ad eius proditionem facile possent eorum flectere animum, sacramento firmaverunt hec se non minori servaturos diligentia, quam antea ab ipsis fuerant custodita. Quoniam autem religiosi viri non malicia suggerente vel invidia, sed sola conservandi hec occultaverant causa, accepto sacramento a victoribus, pro Christi rursus revelarunt gloria[3], illas, quas dudum inde tulerunt, portiones inter se dividentes.

3. Igitur de via remotis gentium[f] impedimentis, concessaque securitate viandi christianis, magne fidelium multitudines diverse etatis et professionis, sexus utriusque Hierosolimam ad confitendum nomini Domini perrexere, ut annuntiarent nomen Domini in Syon et laudem eius in Hierusalem. [Ps. 101, 22.]

4. Erat autem eo tempore Scafusensium nomen Hierosolimis satis celebre. Gerhardus enim Scafusensis abbas[4], vir religiosus ac timens Deum, illuc cum quibusdam suis fratribus ibi permansurus advenerat, qui religionem et predicti loci nomen benigne cunctis ibidem sua commendaverant laude. In eodem autem Scafhusensi loco inter eas que ibidem sub religionis proposito degebant Dei famula fuit quedam Hedewic vocata, que habitum sancte professionis, quem susceperat, probis moribus et vita religiosa observare studebat. Hec itaque die noctuque, dum contemplationi insisteret divine, superno, ut credimus, igne succensa, locum adire desideravit Christi passionis et sancte resurrectionis. Annuente ergo venerando Adelberto[5], eiusdem cenobii patre, sicut desideravit, Hierosolimam venit. Ubi aliquamdiu commorata et hiis pro quibus venerat intenta, pascebat locorum sanctorum crebra visitatione interioris hominis sui esuriem et, quanto dulcius delectabatur visione signorum Christi passionis, tanto adtentius se mactabat per sanctas contemplationes in sacrificio contriti cordis. Ad *hec quibusque, quos religionis [*f. 3.]

a) idem *edd.* b) *in loco raso c.* c) penitentiam et remissionem *corr. edd.* d) multitudo *c.* e) maxime *c.* f) *eadem manu superscr. c.*

1) In concilio Claromontano, a. 1095, Nov. 2) Haec falsa sunt. Patriarcha enim, dum Hierosolyma obsidione cingebatur, in Cypro insula obiit; cf. Alb. Aq. VI, 39, 'Hist. des croisades, occidentaux' IV, p. 489. Urbe a christianis capta, Arnulfus iura patriarchatus suscepit. 3) De particula crucis post urbem captam a quodam Syro detecta cf. Fulcher. Carnot. c. 30, 'Hist. des croisades, occid.' III, p. 361; Raimund. de Aguilers c. 21, ib. p. 302; Alb. Aq. VI, 38, ib. IV, p. 488. Nemo de Samuele episcopo quidquam retulit. 4) Qui a. 1098, monachis eum infestantibus, abbatiam dimiserat, a. 1099. cum exercitu christianorum Hierosolymam venerat (cf. Bernoldi Chron. a. 1098. 1100, SS. V, p. 465 sqq.), ubi custodiam et prioratum sacri sepulchri suscepit. 5) Qui a. 1099, Iun. 24. ordinatus est; Bernoldi Chron., SS. V, p. 466.

fama ceteris pretulerat, se officiosa caritate et speciali familiaritate sociabat, cupiens, si quid in sua emendandum esset vita, pia imitatione exempli illorum corrigere norma. Colebat autem assidua familiaritate pre ceteris domnum Samuelem Syrorum[a] episcopum, ut diximus, virum longevum et sanctitate plenum, et quandam inclusam nomine Emihilt, que erat sanctissima et vel[b] pro singulari religione notissima cunctis. Post aliquos vero annos, cum predicte Dei ancille, scilicet Hedewige, occurreret animo repatriandi cogitatio, sollertissime cepit secum tractare, ne fidelibus domini Salvatoris veniret vacua, sed ut eos pie munifica aliquibus letificaret donis, quorum fuerat in professione socia contubernalis. Dum hec sedule secum volveret, occurrit eius animo nil tam carum, nil eis conferre posse tam preciosum, quam si aliquas de cruce et sepulchro Domini illis afferret reliquias. Sciens autem dominum Samuelem de hoc precioso thesauro portiones habere non modicas, per venerandam inclusam[c] Emihildam et alios familiares amicos appellare eius cepit aures, ut dilataret gloriam Christi, utque anime sue eternam faceret memoriam, mittendo scilicet servis domini Salvatoris quantum ei spiritus Domini suggereret[c] de his muneribus sanctissimis et omni seculo venerandis. Sed dum idem vir sanctus petitiones illorum inprimis quasi nefas refugisset, victus tandem instantissimis eorum precibus, non parve magnitudinis lapidem de sepulchro Domini et crucem de ligno, in quo pependit vita mundi, hac conditione tradidit illi[1], ut pro hiis celestibus donis ardentius sancto proposito insisterent fideles domini Salvatoris, et ut sui perpetuam haberent memoriam in omnibus que facerent bonis. Hec cum magna suscipiens devotione sepedicta Dei ancilla, quia satis sciebat infirmam mentem humanam, ne alicuius fidem oborta turbaret dubitatio, eandem crucem, quam acceperat, cum similibus, que de cruce Domini esse ferebantur, convocatis quibus-
Ioh. 14, 6. dam religiosis, superposuit[d] aque probationis. Ille autem qui dixit: *Ego sum veritas*, quique in ligno crucis morte sua eternam nobis contulit vitam, in hac re veritatis sue certissimam ostendit evidentiam. Nam,
*f. 3'. ceteris more sue nature cadentibus et aque supernatantibus, crux ista submersa *in aqua stabat erecta. Tam inaudito letificata miraculo, cunctisque rebus pro voto suo prospere succedentibus, omnium religiosorum sibi se commendans orationibus, redire disponebat celerius. Illa vero veneranda inclusa, ad quam creberrima de loco Scafusensi pervenerat fama, quanta inibi Deo servientium multitudo, et quam ferventissima illorum esset devotio, summo amore locum eundem dilexit et tanto se huic negotio admiscuit studio, ut, proficiscente cum reliquiis sepedicta Hedewiga, cottidianum sibi indiceret ieiunium, donec certissime resciret usque ad destinatum locum iter eius esse prosperatum. Secundum promissionem vero
Ps 144, 19. prophete, qui dicit: *Voluntatem timentium se faciet Dominus*, et hec fidelis suo non est fraudata desiderio votique sui efficacissimum apud Deum obtinuit effectum. Portitrix enim illa sanctarum reliquiarum[e] sepius in itinere periclitata, aliquando etiam, dum a mansione properaret, earundem reliquiarum oblita nec ante medium diem earum recordata et pro his multa cordis sui perferens temptamenta, tandem, ut credimus, famule Dei suffragiis adiuta, ad desideratum eas attulit locum pervenitque Scafhusam anno
1125. Dec. 28. incarnationis Domini 1125; ubi occursu fidelium, ut dignum, suscepte sunt 5. Kalendas Ianuarii cum magno laudis tripudio.

5. Ut autem Christus, qui Thome vulnera sua ad resurrectionis sue fidem confirmandam obtulit palpanda, de hiis sacratissimis donis fidelium suorum adhuc plenius confirmaret fidem, ipso disponente, quidam de congregatione sancti Salvatoris monachi et presbiteri laudabilis vite et boni testimonii orationis gratia profecti sunt Hierosolimam, predictasque adhuc superstites personas invenientes, dominum videlicet Samuelem et venerandam Emihildam inclusam pluresque religiosos, qui huic rei interfuerant, perdiscentesque ab eis certissimam seriem, sic omnia, ut prediximus, esse gesta, verissimo et fidelissimo regressi hec suo confirmaverunt testimonio.

Adtendant autem fideles domini Salvatoris, ut dignis obsequiis respondeant tantis eius beneficiis, quos per talia admonet dona, ut iugi horum contemplatione mentes eorum excitate carnem suam cum vitiis et concupiscentiis studeant crucifigere, ut consepulti cum Christo per baptismum penitentie consurgant etiam cum illo in novitate vite.

*f. 4. 6. *Restat[f] nunc[g], ad translationem sanctorum martyrum Constantis et Alexandri sanctique confessoris Leguntii vertamus articulum simulque fidelibus narremus ad laudem Domini, quibus miraculis
Ps. 67, 36. Deus, qui est mirabilis in sanctis suis, declarare dignatus sit merita eorum sanctitatis. Nam inspector cordium Deus, nostre infirmitatis prescius, qui tarde credimus, nisi signa et prodigia viderimus, horum sanctorum novitium adventum[h] honorare et illustrare quibusdam signis voluit miraculorum, per que et illorum nobis commendaret merita et nostre devotionis ad honorem eorum et laudem incitaret studia[i].

7. Temporibus predicti regis Heinrici primatum Treverice urbis tenuit Bruno episcopus venerandus[2], moribus et disciplina tante dignitati satis aptus. Hic pro eo, quod a consanguineo suo, comite scilicet Eberhardo[3], locum Scafusensem constructum et a predecessoribus suis, episcopis videlicet Treverice urbis, noverat speciali dilectione semper amatum[4], familiarius et adtentius et ipse eundem dilexit

a) *alia manu superscr. c.* b) *eadem manu superscr. c.* c) et *eadem manu superscr. c.* d) supposuit *edd.* e) req. *corr.* reliq. *c.* f) *littera init.* R *deest c.* g) ut *suppl. Baum* h) ventum *corr.* adventum *c.* i) premia, *superscr.* vel studia *c.*

1) Gerhardus abbas, de quo supra dictum est, reliquias s. crucis habuit (cf. Bertholdi Zwifalt. Chron. c. 21, SS. X, p. 108). Iure Baumann l. l. p. 157. miratur, quod nequaquam Hedewigae cum abbate illo usum fuisse relatum sit. 2) A. 1102, Ian. 13.-1124, Apr. 25. 3) De Nellenburg. 4) Cf. chartam Brunonis d. d. 1122, Maii 30, 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 1, p. 100, ubi haec verba: *notum esse volumus . . . quomodo locum Scaphusensem fratresque in eo servientes . . . speciali*

et coluit locum[1]. Fuit autem idem episcopus divinorum et secularium studiorum scientia ad plenum instructus eratque precipue largitatis et summe affabilitatis. Apud quem venerandus Adelbertus abbas Scafusensis cum specialis familiaritatis haberet usum[a], per quosdam suos familiares appellare cepit eius aures, ut locum, quem sui progenitores construxerunt et predecessores attentius dilexerunt, quem et ipse veneratione et crebra visitatione excoleret, aliquibus donis dignitati[b] sue convenientibus illustraret, scilicet ut alicuius nominati martyris corpore eum ditaret, adtestantes hoc etiam antecessores eius in votis tenuisse, sed variis ex causis ab hac intentione prepeditos esse. Et cum eius animum consueta sibi benignitate petitionibus suis sensissent preparatum, ceperunt insistere, ut ceptum negotium perducerent ad effectum. Episcopus autem, satis in talibus providus, propter metum civium noluit eos suis certificare promissionibus, sed ambiguitate responsionis sue spem illorum incertam suspendit inter utrumque. Deinde abbas urbem Trevericam adiit iteratisque precibus aures episcopi et illorum qui ei artius et familiarius adherebant pulsavit tandemque, superna annuente benignitate, ad consensum eum inflexit petitionis sue. Explorato itaque *ad hoc tempore congruo, criptam sancti Paulini abbas cum fratribus suis et episcopi capel- *f. 4'. lanis intravit, ubi in sarcofagis martirum 11[2], ipsius urbis quondam senatorum, corpora conservabantur veneratione debita. Igitur de illis 11 sancti Constantis corpus expetierunt, quod non erat incertum, in quo loco esset tumulatum. Ad hunc petendum hec ratio illorum amplius illexerat animum, quoniam per quandam Dei famulam sanctitatis illius et meriti non contempnendum audierant testimonium, que, matutinales horas frequentans, affirmabat se verissime iuvenem splendido vultu et ornato habitu vidisse sarcofago ipsius insistere eique, quis esset, dixisse, insuper et monita quedam ad eos qui servitio Dei ibidem deputati erant transmisisse. Hoc autem martyris corpore accepto, talique letificati dono, adhuc in acquirendo[c] corpore sancti Alexandri, qui de predictis quoque 11 martiribus erat unus, summo flagrabant[d] desiderio. Et in hoc episcopus benignum cum prebuisset assensum, tamen quia eius sarcofagum nexibus ferreis erat confirmatum, nec ad dissolvendum tempus erat aptum, visum est episcopo differri illud in posterum. Difficultate autem facta hac, quam diximus, de[e] causa, videbatur eis pondus dilationis huius sic se sustinere levius posse, si vel sancti confessoris alicuius pro expectatione impetrare possent corpus. Itaque venerabilem quendam senem allocuti eumque de sancti Leguntii, Trevirorum quondam archiepiscopi, corpore sunt percontati, quia de eodem sancto ferebatur fuisse pridem revelatum seni predicto, quod non satis accurate iaceret tumulatus in eodem monasterio[3]. Ergo ab eis inventus et cum licentia episcopi sublatus, quasi candidissimum lilium rosis superioribus, id est[f] sancti Constantis reliquiis, est coniunctus. Tanto igitur ditati thesauro, cum omni tandem hilaritate cordis ad Scafusensem locum verterunt gressum. Erat autem in comitatu illorum quidam, quem subito acerrimus dolor invasit dentium, qui nomina et merita invocans eorundem sanctorum, dicto citius ab eodem dolore est sanatus.

8. Inierunt autem abbas[4] et sui consilium, quatenus ob spem, qua erant certificati de corpore sancti Alexandri, interim occulte servarentur custodia diligenti. Sed idem sancti, occultationem suam non passi, apparuerunt cuidam monacho in ecclesia sancti Salvatoris dormienti, ignaro prorsus huius negotii. Cui assistentes, unus *in episcopali, alius in habitu laicali, primitus eum pro quibusdam suis *f. 5. negligentiis durius increparunt, dein, si carum haberet ipsos corporaliter adesse, interrogarunt. Ille vero cum se votis omnibus id optasse diceret nominaque eorum perquireret, is qui pontifex videbatur se Leguntium Trevirorum quondam archiepiscopum testabatur, alium vero esse Constantem, urbis eiusdem senatorem et Christi martyrem, et ne eos corporaliter dubitaret[g] adesse, locum et signa certissima indicavit ei, ubi repositi essent et custoditi. Qui investigans diligentius, cuncta sic invenit esse, sicut in visione ei fuerant dicta.

9. Misit deinde abbas Treverim nuntios ad episcopum, humillima et instantissima deposcens prece, ut promisso dono se suosque letificare dignaretur. Quam supplicationem episcopus clementer et benigne suscipiens, sicut dudum est pollicitus, sancti martiris Alexandri eis concessit corpus. Quod de cripta sancti Paulini cum timore debite venerationis[h] sublatum, cuidam de sociis illorum est traditum ad hospi-

a) ausum *Baumann.* b) dignitatis *c.* c) aquir. *c.* d) flagrabat *c.* e) *eadem manu superscr. c.* f) idem *edd.* g) *e corr. c.* h) est *add. Baumann.*

amplectens dilectione, interdum gratia visitationis adierim, tum propter solatium atque spem orationis eorum atque intercessionis, et ut corporali representatione affectum meum omnibus expressius demonstrarem eoque ordine precibus illorum me peccatorem enixius commendarem, tum etiam quia proximi cognati mei locum ex parte fundaverunt et hic vivi atque defuncti remanserunt. 1) Haec legit et in usum suum vertit auctor Vitae Eberhardi comitis de Nellenburg Germanice conscriptae c. 46, Mone, 'Quellensammlung d. Badischen Landes' I, p. 96, et plura ex hoc libello addita sunt in eiusdem Vitae codice B, ubi haec traduntur: *davon hatte der selb byschoff Bruno das closter ze Schăffhausen gar lieb, wann im der stiffter năch sippe was, und sant grossi klainede und kostbaru an messgewande und an anderem kilchenschacz dem selben clŏster; er sant ouch her zem selben clŏster du kostbaren glasvenster, die in dem selben munster sint. Er kam ouch dikke her, wie verre es von sinem bistům was, das er beide das clŏster und die brůder dez munster gesehe.* 2) Fuerunt tredecim, quorum corpora a. 1072. inventa sunt; cf. Lamb. Hersf. a. 1072, SS. V, p. 190; Sigeb. Gembl. a. 1071, SS. VI, p. 362; Acta Tyrsi et sociorum, Acta SS. Oct. II, p. 376—378. 3) A. 1107, Apr. Thietmarus abbas de Helmwardeshusen a Brunone archiepiscopo petierat, ut corpus s. Legontii ipsi concederet; quod tunc diu in crypta s. Paulini quaesitum inveniri non potuit; cf. Transl. s. Modoaldi c. 11—22, SS. XII, p. 295 sqq. 4) Adelbertus.

cium defferendum. Qui portitor forte erat ponderosus et eiusdem infirmitatis [incommoditate[a]] tam graviter pressus, ut a medicis etiam esset desperatus. Sed cum gestaret pondus tam sanctum, ab eadem infirmitate sanatus est ad integrum.

10. Venerandus autem abbas Adelbertus, de donis, quae[b] ei benignissima concessit largitas Dei, immenso letificatus gaudio, statuit diem, in quo eorum faceret susceptionem, in quo et deinceps digna celebritate illorum colerent translationem. Ad quem vocavit personas illustres, domnum videlicet Trevirorum primatem, eorundem donorum largitorem, et episcopum Constantiensem[1] presulemque Ripensem[2] abbatesque perplures et clericorum copiosam multitudinem. His ergo ad huiusmodi officium debita reverentia omnique studio ministrantibus cum magna populi frequentia suscepta et in ecclesia domini Salvatoris translata sunt sanctorum corpora, ubi etiam cum ymnidicis laudibus, cum digno honore
Oct. 28. 5. Kalendas Novembris sunt condita[3].

11. Post hec laudi et honori et venerationi illorum fratribus cum studiosissima devotione insistentibus et memoriam eorum frequentantibus, quo in divino conspectu fruerentur honore, per quedam signa Christus non omisit ostendere.

12. Quidam enim frater, qui pre ceteris studiosius et adtentius laudibus eorum insistebat et veneF. 5'. rationi, illud summopere precabatur, *ut finem huius vite in illorum passionis clauderet die. Quod ergo plena fide petiit, consequi illorum precibus adiutus meruit, nam in die illorum passionis, ipsis visitantibus eumque consolantibus, ab hac luce est subtractus.

13. Mulier etiam quedam infantulum enixa est cecum. Hac de causa cum ingenti gravaretur tristicia, conspexit quadam die diluculo intrare ad se virum quendam episcopali habitu. Qui eam blande consolatus admonuit, ut monachum ianitorem ecclesie sancti Salvatoris rogaret, quo puerum palla, que martirum tegebat memoriam, operiret. Illa vero interrogante, quis esset, Leguntium Trevirorum quondam archiepiscopum se esse dixit, eidemque monacho, quod cicius de hoc seculo transiturus esset, mandavit pro signo. Paruit illa monachumque adit, quod viderat et audierat nunciavit. Qui mox, ut mulier dixerat, oculos pueri palla sanctorum tersit, protinusque visum recepit. Ipse vero quod de se audierat non oblitus, ieiuniis et orationibus insistens studiosius, non longe, prout ei predictum fuerat, vita est exemptus.

14. Accidit autem per merita sanctorum iocundum et non contempnendum miraculum. Custos ecclesie domini Salvatoris cum sanctorum memoriam omnimodis studeret adornare, aurifex, qui idem opus susceperat, leporis pedem ad hoc necessarium exposcebat. Cumque custos idem leporis pedem diu[c] quereret nullumque acquirere posset, die quadam de hoc sollicitus cum aliis sermocinando stabat. Et subito corvus supervolans leporis ante eos pedem proiecit, quem mirati sustulerunt opusque facienti dederunt.

15. Senex etiam quidam in hospitali domo morabatur, vir simplex, peregrinorum minister et pauperum. Hic aliquando infirmitatem incidens maximam, 7 sine cibo iacuit ebdomadas, corpore exhaustus et morti iam proximus. Huius minister, quadam adveniens die, dicebat eidem egroto, a quodam ignoto per se illi nuntiatum esse monacho, ut pro salutis sue recuperatione sanctorum, quorum postera die celebrandum erat festum, intento corde invocaret auxilium. Erat denique in crastino festum sanctorum Constantis et Alexandri martirum. Quod ille devota mente suscipiens, subsequenti nocte, cum pervigil infirmitatis sue incommoditate fatigatus iaceret, ante matutinalem horam cum maxima luce duos
F. 6. viros vidit sibi assistere coronis splendidissimis redimitos *et vestibus candidissimis vestitos, quorum unus librum brachio gestare videbatur dextro. Perquirentibus autem illis, qualiter se haberet, cum idem infirmitatem suam, prout poterat, eis innotesceret, illi verbis blandissimis gratiam promiserunt ei sanitatis. Cumque hilari vultu aliqua inter se conferrent, que egrotus ille non poterat intelligere, facto signo ad matutinos disparuere. Eger autem, illis discedentibus, fraglantia[d] mirifici et inestimabilis repletus est odoris. Qui etiam aliquot diebus sine corporali cibo, hac tantum suavitate refectus, quasi recreatus mansit et renovatus tandemque auxilio, ut credimus, sanctorum sospitati ad integrum est redditus.

16. Libet ad quosdam nunc aliquantulum verba vertere, qui dispositioni superne moliuntur improbare, quod interdum visiones et miracula, quibus sanctorum declarantur merita, per quasdam videntur personas[e] administrari, que erga vite sue custodiam minus sunt sollicite. Isti adtendant temporibus Nabuchodonosor et Caiphe plures fuisse in populo Dei dignioris et excellentioris meriti, sed tamen non sine dispensatione eius, qui, quotiens voluerit, veritatem per suos etiam loquitur inimicos, rex iniquus in medio fornacis filium cognovit Dei, et sacerdos impius verbis propheticis redemptionem predixit mundi. Accidit et hoc, quod reprehensibiles quidam, dum bonis associantur, per bonorum merita quedam percipiunt bona. Saul enim rex per se spiritum prophetie non meruit, sed prophetis Dei coniunctus[e] cum

a) *supplevi, deest c.; cf. l.* 40. b) quas *c.* c) *eadem m. superscr. c.* d) fraglantiam *c.* e) coniunctius *c.*

1) Udalricum I. a. 1110—1127. 2) Daniae; Torchillum, ut videtur, qui a. 1134. obiit. 3) Has reliquias Treverenses multo ante reliquias s. crucis Scafhusam translatas esse dicit auctor ipse in exordio; quod ante obitum Brunonis archiepiscopi († 1124, Apr. 25), post a. vero 1107. factum esse ex iis quae supra p. 957, n. 3. annotavimus apparet. A. 1117. nullo iure hoc adscribit Görz, 'Regesten d. Erzb. zu Trier' I, p. 471, male intelligens quae Neugart, Episc. Constant. I, 2, p. 21, dixit. Baumann mirum quantum erravit, cum hoc inter a. 1126—1133. factum esse coniiceret l. l. p. 154, n. 2.

ipsis prophetare potuit, unde dicitur: *Num et Saul inter prophetas?* Sancti vero, de quibus nunc sermo 1.Reg.10,11. est, qua sollicitudine locum sibi assignatum a Deo et in eo conversantes tueantur, subsequenti narratione potest dinosci.

17. Monachus quidam de sancti Salvatoris congregatione ilium aliquando incidit dolorem acerrimum. A quo dum inmaniter vexatus quadam nocte in infirmorum domo pervigil decubaret lecto, lumine extincto, lux splendidissima infulsit subito. Ex cuius fulgore dum territus iaceret nimis, conspexit ad se venire tres viros vultu clarissimos, quorum duo habitu erant militari, tercius vestitu pontificali. Cumque assisterent trementi, unus eorum, ne timeret, hortabatur verbisque blandissimis consolabatur, subinferens se esse Constantem, alium vero socium suum, martirem scilicet Alexandrum, *tertium autem Leguntium *f 6'. episcopum; seque et socium suum non parum moveri, quod fratres memoriam sui honorifice frequentarent, sanctum vero Leguntium nulla mentione excolerent. Subintulit deinde dicens: 'Fratribus tuis ex persona nostra tale nuncium debes insinuare, ut actus suos studeant corrigere et a murmurationibus, quas contra prelatos suos faciunt, se continere et operi Dei diligentia maiori insistere. Noverint enim pro diversis negligentiis suis vindictam contra se et locum pridem a Deo fuisse dispositam[1], sed nos a benignissima Christi genitrice nostra obtinuimus prece, ut apud Filium suum dignaretur intercedere, quatenus auferret ultionem ire sue. Quodsi corrigenda voluerint corrigere et bonis studiis insistere, sciant Deum in necessitatibus suis cicius subvenire'. Nonnulla quoque de prelatorum[2] incuria subiunxit verba, postque cum luce eorum disparuit persona.

Hec, pater venerande Adelberte, ut iussisti, simplici sermone digessi offeroque hanc scedulam tue sollertissime pietati, ut prudentie tue discretione ventilata iudicia vitare possint aliena. Tibi quoque ascribatur, si quid est in his laudabile, meae vero vilitati, si quid invenitur in eis reprehensibile.

1) Forsan auctor de impetu Conradi Zaringensis cogitavit, de quo Adelbertus abbas c. a. 1120. Calixto papae retulit; 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 1, p. 93 sq. 2) De Udalrico episcopo Constantiensi, quocum conventus Scafhusensis a. 1120. de villa Waginhusin litem gerebat (cf. 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 1, p. 88 sqq., nr. 53—55), auctorem cogitasse coniecerim. Si enim conceditur auctorem iussu Adelberti I. abbatis hunc libellum conscripsisse, eum non monasterii praelatum, ipsum videlicet hunc Adalbertum, incuriae arguisse satis apparet.

FUNDATIONES ET DEDICATIONES ECCLESIARUM.

EDIDERUNT O. HOLDER-EGGER ET G. WAITZ.

Multae iam historiae fundationum seu restaurationum monasteriorum ecclesiarumque et multae notitiae dedicationum ecclesiarum vel altarium[1] *iam prioribus tomis huius collectionis insertae sunt. Restant vero haud paucae sive nuper repertae sive antea neglectae, quas nunc collectas lectoribus proponere iuvat. G. Waitz b. m. decreverat, ut ipse dedicationum, ego fundationum editiones pararemus. Cum vero vir pio gratoque animo semper nobis colendus lugenda nimis morte praereptus esset, parte sua haud plene absoluta, quae restabant supplenda in me suscepi. Unde nunc fundationes et dedicationes ecclesiarum permixtas, per dioeceses in quibus sitae erant dispositas, exhibere visum est. Etiam similis argumenti libellos quosdam, ut excerpta Vitarum, quibus de fundatis ecclesiis traditur, inter hos edere placuit.*

Haud raro difficile fuit discretu, num haec illave notitia fundationis hoc loco exhibenda esset necne, cum omnes quidem quae in formam instrumentorum redactae sunt iuxta consilium institutum ab hac collectione secludendae essent, nonnullae vero exstent, praesertim libris traditionum praemissae, quae speciem quandam instrumentorum quidem praebent, re vera tamen relationes historicae habendae sunt, aliae, quibus notitiae traditionum insertae sunt, cum reliqua pars scriptoris narrationem contineat. Meo igitur solum iudicio in re dubia permissum fuit diiudicare, quae reciperem, quae reiicerem. Denique moneo lectorem hoc loco tantum historiolas ecclesiarum ante a. 1137. *fundatarum editas, post hunc annum constructarum posteriori tomo reservatas, dedicationes vero et aevi Salici et Staufici exhibitas esse. Profiteor tamen me vereri, ne qui libelli huius generis iam antea editi me effugerint, licet multum laboris in libris perquirendis consumpserim, ut eos congererem.* *O. Holder-Egger.*

NOTAE EGMONDANAE.

Ex cartulario Egmondano, nunc in archivio Hagensi asservato, has notas edidit Van den Bergh, 'Oorkondenboek van Holland en Zeeland' I, p. 335, *unde eas repetendas duximus. Similia leguntur in Annalibus Egmondanis, SS. XVI, p.* 450. 454 *sqq.* 468. 473, *et in Chronico Hollandiae, Kluit, Hist. Hollandiae I,* 1, *p.* 66. 84. 87. 125. *Cf. de Richthofen, 'Die älteren Egmonder Geschichtsquellen' p.* 104. *G. W.*

1) SS. XIII, p. 43. 46. 721. 723. XVI, p. 439. XVII, p. 321. 324. 345. 379 sq. 437. 582. 610. XXIV, p. 29. 826. 829. 832. Fundationum historiae etiam supra p. 164. 622. iam editae sunt.

Anno Domini 1113, Kalendas Novembris dedicatum est altare in cripta turri australi contigua a domino Geroldo episcopo in honorem sanctorum Iohannis baptiste et Andree apostoli, in quo sunt reliquie sanctorum. 1113. Nov. 1.

Anno Domini 1113, tertio[1] Nonas Novembris dedicata est basilica beate Marie in Egmonda a domino Geroldo episcopo vicario Traiectensi. Nov. 3.

Sequenti vero die[1] dedicata est basilica, ubi quondam sanctus confessor Adalbertus corporaliter requievit sepultus, ab ipso episcopo memorato. Nov. 4.

Anno Domini 1136. consecrata sunt in Hecmunda duo altaria a domino Suwaerdo episcopo[2], unum quidem in honore domini nostri Ihesu Christi et sancte Marie matris eius et omnium sanctarum virginum, in quo recondite sunt reliquie sanctarum Winerade, Odilie, Agnetis, Hilarie, matris sancte Afre, Digne, Euprepie, Benedicte, que nata ex sorore sancti Mauritii, mulieris Samaritane, Bartrade et undecim milium virginum, et de sepulcro Lazari; aliud vero in honore sanctorum prothomartyris Stephani, Ieronis[3], Laurentii, Vincencii et omnium martyrum Christi; in quo continentur reliquie sanctorum: digitus Fretherici episcopi[4] et martiris, Dionisii, Palmacii, Pancratii et aliorum plurimorum sanctorum, videlicet[a] Ieronis, Laurentii et Vincencii martirum.

Anno Domini 1143, sub Nonis Octobris dedicatum est templum in Hecmunda a domino Harbarto Traiectensi episcopo, presente Theoderico Hollandie comite nono eiusque venerabili coniuge Sophia comitissa veraciter sancta, sub reverendo patre Waltero abbate, in honore virginis Marie, beatorum apostolorum Petri et Pauli et Bartholomei et sancti Adelberti confessoris.

Eodem vero die consecrata sunt duo altaria ab episcopo memorato, unum videlicet principale et aliud australe. In principali quidem altari recondite sunt reliquie sanctorum Bartholomei apostoli, Ieronis, Mauricii, Cornelii pape, Gengulfi, Lamberti martiris[b], Adalberti levite, Fortunati episcopi, Godehardi episcopi, Celsi confessoris, sanctarum undecim milium virginum atque Cecilie virginis.

Anno Domini 1148, sexto Kal. Marcii consecrata sunt duo altaria a domino Harberto Traiectensi episcopo, unum quidem in honore sancte crucis in medio ecclesie, aliud vero in honore sancti Iohannis euvangeliste in boreali parte ecclesie. In altari vero sancte Crucis continentur reliquie sanctorum Cornelii et Cipriani martiris[b], Servacii episcopi, et de capillis beate Marie Magdalene. In altari autem sancti Iohannis continentur reliquie sanctorum Cornelii, Cypriani, Mauricii, Hermetis, Gengulfi et Ypoliti martirum, Servatii, Germani et Godehardi episcoporum, Benedicti abbatis, sanctarum Ghertrudis et Pancule virginum, et de capillis sancte Marie Magdalene, et eciam reliquie sanctorum Petri apostoli, Laurencii et Vincencii, Sixti pape et Pancracii martiris, Severi episcopi et confessoris, beate Marie Magdalene et Cecilie virginum[c], de tunica Domini, de cruce sancti Andree apostoli, de spinea corona.

Anno Domini 1173. consecrata est capella altaris sancti Michaelis archangeli et sancti Nicolai episcopi a domino Reymundo Ipporiensi[5] episcopo.

Anno Domini 1199. consecratum est altare capelle que paradysus dicitur a domino Brunwardo episcopo[6] in honore sancti Michaelis archangeli, sancti Nicolai episcopi et sancti Ieronis martiris; in quo sunt reliquie recondite sanctorum Gereonis sociorumque eius, septem fratrum, videlicet Iustini, Vincencii et Alexandri martirum, Ghertrudis virginis, et de monte Calvarie, et Nicolai episcopi et Ieronis martyris.

Anno[7] Domini 1250, sexto Idus Decembris dominus Theodericus Vironensis episcopus de ordine fratrum Minorum monasterium seu basilicam perpetue virginis Marie cum cimiteriis episcopalis aque aspersione reconciliavit, sabbato quo cantatur *Veni et ostende* ibidem sacros ordines celebravit. Consequenti die dominica duos abbates benedixit. In octava sancti Stephani duo altaria consecravit, sed et altaris capelle sancti Adalberti 30 dierum indulgencias atque perpetue virginis Marie omnibus devote cum orationibus et elemosinis eadem oratoria visitantibus condonavit. Preterea omnibus devote audientibus antiphonam *Salve regina*, peracta prima missa, 10 dierum indulgencias tribuit. Item omnibus in festo sancti Adalberti, dedicationis ecclesie et capelle devote venientibus centum dies indulgentiarum et unam carenam de iniunctis penitentiis relaxavit.

a) *haec supra ad primam notam pertinere, post* sanctorum (*l.* 3) *ponenda, putarim.* b) martirum? c) *lege:* virginis.

1) Ann. Egmund., SS. XVI, p. 450, haec 4. et 3. Non. Novembris facta dicunt. 2) Mindensi. 3) Qui a. 856. in Hollandia occisus dicitur; cf. Acta SS. Aug. III, p. 476. 4) Traiectensis; v. supra p. 342 sqq. 5) Hipponis Regii Africae, ut videtur, in partibus infidelium, cuius sedis episcopus a. 1076. etiam occurrit. Cf. Ann. Egm. ad a. 1172, p. 468. 6) Suerinensi. 7) Haec ex uberiore nota Annalibus Egmundanis subiecta, SS. XVI, p. 478, excerpta sunt.

FUNDATIO ECCLESIAE S. ALBANI NAMUCENSIS.

Libellus hic de fundatione ecclesiae collegiatae S. Albani a canonico eiusdem coenobii[1] *non multo post a.* 1064.[2] *rudi nimis sermone conscriptus, sed haud parvi aestimandus, exstat*

1) *in chartulario S. Albani, chart. saec. XV, in archivo* ***Namucensi*** *servato, fol.* 24. 25; *ex quo eum V. Cl. W. Arndt in usum nostrum a.* 1867. *descripsit*[3]. *Quem ex eodem codice ediderunt N. I. Aigret, 'Hist. de l'église et du chapitre de St.-Aubain à Namur'* (1881) *p.* 623 *sqq., et H. Bresslau, 'N. Archiv' VIII, p.* 590 *sqq., usus apographo a V. Cl. Van de Casteele facto*[4].

Idem vero libellus olim habebatur in antiquiore codice membranaceo S. Albani, Euangeliarium continente, ex quo in lucem prodiit[5] *in*

2^{a}) *Miraei Operibus diplom. ed. Foppens IV, p.* 501 *sq.*

2^{b}) *Et ex eodem minus accurate transcriptus est a Paulo de Cronendael in libro eius 'Cronicque du pays et conté de Namur' edito a comite de Limminghe Bruxellis* 1878. *I, p.* 133—137[6], *ex codice autographo Bruxellensi nr.* 17295. *Ex eodem libro Fundationem iam antea mendosius edidit*

2^{b*}) *Galliot, 'Hist. générale de la ville et province de Namur' V, p.* 299 *sqq.*

Quae cum ita sint, editionum $2^{a.\,b.\,b*}$ *lectiones quasdam recepimus, alias, quae alicuius momenti videbantur, subiecimus, menda vero singularum editionum omisimus. Quae annotavimus omnia fere ex commentariolo docte composito, quem H. Bresslau l. l. dedit, et ex libro citato V. Cl. Aigret sumpsimus.*

Ex hoc libello locus quidam transcriptus est in Gestis episc. Leod. abbreviatis, SS. XXV, p. 131. *O. H.-E.*

Fuit, ut refert vetustas, coenobium nostrum antiquitus divitiis et ordine monachorum vehementer honorificatum et a papa Cornelio[7] Kalendis Septembris dedicatum. Sed ingruente[a] tribulatione, dicunt esse postea prediis spoliatum et ab omni religione destitutum. Locus autem in suburbio Namucensi situs non penitus absque oratorio mansit, sed exiguo ad quantitatem prioris. Post destructionem igitur elapso dierum multorum curriculo, comes Albertus secundus[8], ortus ex patre Lothariensi[9], matre vero Francigena Ermengarde, nobilissimam[b] Francorum regum prosapiam trahente[c. 10], memor resurrectionis corporis sui, locum hunc sibi requiei[d] elegit, Ermengardis matris, eiusdem[e] coniugis[11]. Antiquitus factam eclesiolam diruit et dirutam, consentiente uxore sua, Gothelonis ducis[12] filia, restruxit, et reaedificata[f], ordinem canonicorum instituit. Evolvebatur tunc temporis annus ab incarna-
1047. tione dominica 1047, indictio[g] 15, eodemque tempore rex Henricus Romanorum sceptro claruerat[h], Wazo vero non minus bonitate quam sapientia preditus episcopium regebat Leodiense[13], cuius sanctitatis opinio diffusa est longe lateque. Temporibusque hisdem Fredericus, qui et Stephanus postea Romanorum papa futurus[14], in conspectu supradicti

a) in congruente $2^{b.\,b*}$. b) nobilissimorum $2^{a.\,b*}$. c) trahentem 1. d) requiem $2^{a.\,b*}$; sue requietis 2^{b}. e) *sic* 1. $2^{b.\,b*}$; eiusdemque *Aigret*; et eiusd. 2^{a}. f) redif. 1. 2^{b}. g) indictione $2^{a.\,b.\,b*}$. h) clarebat $2^{b.\,b*}$.

1) Ut iam ex primis verbis *(coenobium nostrum)* et multis aliis locis apparet. 2) Quoniam mortis Alberti II. comitis Namucensis a. 1063. vel 1064. defuncti, non vero obitus coniugis eiusdem mentionem fecit, ut Bresslau l. l. p. 590. docuit. 3) Menda quaedam huius apographi auxilio duarum editionum ex eodem codice transcriptarum sustulimus. Restituimus *ae* et *oe* pro *e* in codice ubique scripto secundum morem scribendi saec. XI. 4) Etiam Ch. Wilmet, 'Annales de la société archéologique de Namur' V, p. 49 sqq. huius libelli maximam partem edidit, codice 1 inspecto. 5) Ut quidem coniiciendum est, cum haec editio 'e vetustissimo codice S. Albani' prodiisse dicatur et cum sequente editione in quibusdam lectionibus maioris momenti conveniat. 6) Qui apographo suo haec praemisit: 'Cy suit l'extraict tiré de l'Evangéliaire de Sainct-Aubain à Namur' etc. 7) Fabula. 8) Namucensis. 9) Alberto I. comite Namucensi. 10) Filia Karoli ducis Lotharingiae inferioris. 11) Interpretare: *et Ermengardi matri suaeque coniugi*, Reilindi infra dictae. 12) I. Lotharingiae (inferioris) a. 1023—1044. 13) A. 1041 ex. — 1048, Iul. 14) A. 1057—1058.

comitis gratiam invenerat, qui ei familiaritate iunctus, quae erant ecclesiastica cum eo disponebat. Is autem Fredericus locum nostrum facultatibus suis, librorum suorum ornatu et reliquiarum honore, quae a patre Gozelone[a] duce[1] sibi remanserant, ditavit; cuius memoria non recedet a nobis in seculum seculi. Dedit et idem nobis scriniolum hebeninum, sanctorum reliquiis plene refertum. Crescente aliquantulum religione, canonicorum proficiente congregatione, suadente piissimo comite Alberto, dominus Fredericus cum maximo cleri tripudio Magontiam[a*] expetivit et ab archiepiscopo sancto Bardone[b, 2] acceptas reliquias de corpore preciosissimi[c] martiris Albani cum summa laeticia ad nos devexit[3]. Post multum temporis in amicitiam Leonis papae receptus, inmemor huius loci non est factus. Divina providente[d] clemencia, dum Leo papa, pontificum summus, reliquias sancti Gerardi[e] 1050. Tullonensis episcopi ex habitaculo, quo fuerant antiquitus reconditae, elevaret[4] apud Tullum, quo[f] requiescerent[g], tecis tali patrono dignis relocaret, partem corporis eius cum aliis reliquiis dominus Fredericus a papa impetravit et cum dalmatica, qua summus papa utebatur, nobis misit. Defuncto Leone successoreque eius Victore, dominus Fredericus[h] Ro- 1057. manae ecclesiae suscepit regimen Dei dispositione, eandemque benivolentiam quam retro penes nos ostendisset, nisi mors nimium matura prohibuisset. Heu, heu! quantum nobis 1058. incommodum intulit, dum Frederico mors non pepercit. Videns ecclesiasticae religionis amator[5] Deo disponente cuncta quae disposuerat in bonum proficere, congratulari coepit super ecclesiastica aedificatione et ad religionem multiplicandam locum hunc ditavit facultate, Britinium[i, 6] dans nobis cum quinque molendinis, cum prato et nemore. Ermengarde matre eius defuncta, pro eius anima Glonus[k, 7] super Iayram[8] fluvium situm tradidit huic ecclesiae, pro quo ecclesiam sancti Remigii in Duys[9] mutuo accepimus et prediolum in Novile[10], cum monachis Sancti Iacobi[11] facta commutatione. Tradidit et ecclesiam sancti Memmii, annuente uxore, ymmo et hortante, in Dionant[l, 12]. Dedit similiter ecclesiam in Veslomiis[13] Agnetis et sancti Lamberti ecclesiam[l*] in Esmines[m, 14]. Non dissuadente, sed potius stimulante Reilende[n] coniuge sua, locum, quem reparaverat, multiplicavit mansumque unum in Anheia[15], alterum in Sorina[o, 16], tertium in Wederina[p, 17] nobis dedit. Celsas turres pauperumque tabernas mors pulsat[18] et rapit sine discrimine, quoscumque rapere iudicat. Ipsa nobis dampnum illatura[q] non modicum, abstulit et[r] patronum nostrum comitem Albertum, cui requiem dat coenobium nostrum. Sepulto eo, dedit uxor eiusdem medietatem 1063/4. de[s] Holon[19] in ecclesia et in[t] omnibus appenditiis eius.

Non pretereundum arbitror nec dignum silencio quod factum est adhuc vivente comite supramemorato. Lieduinus[u] episcopus Bichariensis[20], genere Lothariensis[v], causa suos visendi Pannoniam egressus, Leodio[w] vel Andenne[x, 21] morabatur. Dei vero providentia causa visitationis nobilissimum comitem expetivit; qui ab eo honorifice susceptus est et habitus cum amicis. Qui videns locum hunc iam dirutum, sed aliquantulum erectis parietibus reaedificatum, hic missam celebrans, multum dedit reliquiarum. Dedit de corpore Georgii

a) Gothel. *hoc quoque loco* 2a. b. b*. a*) Moguntiam 2a. b. b*. b) Baradone 1. c) gloriosissimi 2b. b*. d) favente 2b. b*. e) *alia manu superscr.* Eugenii 1. — Tullensis 2b. b*. f) *sic* 1. 2b. b* (et a. T. quo 2b); et quo 2a. g) requiesser. 1. h) Feder. *h. l.* 1. i) *sic* 2a, *et sic legerunt Aigret et Casteele in* 1; Britimum *Arndt legit in* 1, *et sic Gest. Leod. abbrev.*; Brestunium 2b; Brestinium 2b*. k) *sic Arndt et Van de Casteele legerunt in* 1; Glaims *Aigret*; Glans 2a. b. b*; Glons *G. Leod.* l) Dionantio 2a. b*; Dynanto *G. Leod.* l*) *deest* 2a. b*. m) Emines 2a. *G. Leod.*; Eminnes 2b*. n) Reilendie 1; Reylende 2a. b. b*. o) *sic* 2b. b*. *Aigret*; Sorma 2a; Forina *Casteele*, Foroia *Arndt in* 1 *legerunt.* p) *sic* 2a; Verderina 2b. b*; Wederico *Casteele*, Vederico *Aigret*, Miederitia *Arndt in* 1 *legerunt.* q) illatum 1. r) ut 1; in 2b. b*; *deest* 2a. s) *deest* 1. t) *deest* 2a. b; eccl. cum omn. 2b*. u) Lieduines 2b (Liedsones 2b*); Liedinies 1; Leudinus 2a; *infra* Leuduino 1. 2a. b. v) Lath. 1. w) Leodii 2a. b. x) Andanae 2a.

1) I. Lotharingiae. Fridericus igitur sororius fuit Alberti comitis. 2) A. 1051, Iun. 11. defuncto. 3) Vide litteras Wilhelmi abbatis S. Albani Moguntini canonicis S. Albani Namucensis datas ap. Aigret l. l. p. 625. 4) Quod a. 1050, Oct. 21. factum est; cf. Widrici Mirac. s. Gerardi c. 9, SS. IV, p. 508 sq. 5) Scil. Albertus II. comes. 6) Aigret l. l. p. 12, n. 3. coniicit hanc esse curtem Bretigny vici St.-Servais prope Namur. 7) Glons (arr. Liège, cant. Alleur). 8) Geer (Jaar). 9) Dhuy (arr. Namur, cant. Éghezée). 10) Noville-les-Bois (cant. Éghezée). 11) Leodiensis monasterii. 12) Dinant ad Mosam fl. 13) Velaine ad Mosam fl., supra Namur, ut coniicit Aigret p. 13, n. 1. 14) Émines (cant. Namur-Nord). 15) Anhée (arr. et cant. Dinant). 16) Sorinnes (cant. Dinant). 17) Vedrin (cant. Namur-Nord). 18) Cf. Horat. Carm. I, 4, 13. 14: *Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres.* 19) Hollogne-sur-Geer (arr. et cant. Waremme). 20) Bichar vel Bichor castrum in episcopatu Varadinensi situm erat; unde sedes episcopalis postea in civitatem Grosswardein translata est; Bresslau l. l. p. 594 sq. 21) Andenne ad Mosam fl.

martiris, similiter de corpore proprio Nicholai confessoris, Smyrneorum[a] episcopi, et aliorum, quorum nomina

Scripsit in aeterno caelestis littera libro.

Quomodo autem pontifex, de quo mentio facta est, easdem reliquias sit adeptus, scribi
precepit[b] et penes nos scriptum retineri, factum esse hoc modo nobis notificavit verumque
esse confirmavit. Stephanus rex Pannoniorum[1], ex pagano christicola factus, verae fidei
imitator erat Deoque devotus. Orta vero bellorum tempestate quae [a[c]] barbaris[2] infertur[d]
imperatori Constantinopolitanae urbis, rex Constantinopolis[3] eundem Stephanum ad bellan-
dam[e] barbariem sibi adscivit; cuius amminiculo Cesariem[4] sibi infestam vi debellavit. Cum-
que Constantinopolitani predas raperent[f] et urbem divitiis denudarent, vir vere catholicus
Stephanus a rapina deflexit mentem. Qui ingressus templum sancti Georgii, reliquias,
quas invenerat, asportavit[g], coluit et cum reverentia, utpote christianus, in vita sua servavit;
1038. 1046. sed ipso defuncto, Andreas in regno successit[5]. Qui noviter intronizatus, dum antecessoris
inquireret ornatum[h], supperlectilem[i] regiam, Leuduino presuli precepit, ut breves reliquia-
rum legeret et, quorum lipsana essent, pro certo sciret. Cartas legit pontifex prefatus,
relocansque[k] in eorum thecis, partim[l] sibi retinuit. Ibi[m] eas assumpsit, quas nobis postea
1063,4. dedit. Post obitum[n] vero coniugis sui Alberti Reilendis comitissa comitissarum[o] ei[p] more
regio mausoleum erexit et miro decore fabricari iussit. Quae, honore mundi posthabito,
amisso carnali sponso, famulata est superno. Ornavit locum hunc ornatu egregio, tapetibus
et auleis, albis et crucibus ac casulis, fenestris, thuribulis et universa supperlectili, qua
indiget ecclesiasticus usus.

Sic[q] noviter nostri facta est reparatio templi,
Quod comes Albertus, divino flamine tactus,
Diruit atque suis rebus restruxit et auxit.

a) Smyrreorum *legit Casteele in* 1; *corrige* Myreorum. b) precipit 1. c) *deest* 1. 2b. b*. d) infesta 2a. b*. e) bellandum *legit Arndt in* 1. f) cap. 2b. g) absport. 2a. b. h) et *add.* 2a. i) *sic* 1. k) que *deest* 2a. b*. l) partem 2a. b. b*. m) ubi 2a. n) v. ob. 2a. b*. o) *deest* 1. p) et 2b*. q) *hi versus des.* 2b. b*, *quos libello praemisit* 2a.

NOTAE STABULENSES.

Tituli altarium Stabulensium exstant 1) *in chartulario Stabulensi archivi regii* ***Dusseldorpiensis*** *manu saec. XIV. exarati; unde eos edidit V. Cl. W. Harless, 'Jahrb. d. Vereins v. Alterthumsfr. im Rheinlande' XLVI, p.* 138—140[6]*; et* 2) *in chartulario Stabulensi archivi regii* ***Bruxellensis*** *signato* 116 *B, fol.* 123'. 126, *saec. XV, ex quo eos V. Cl. W. Arndt transcripsit. Pars eorundem edita est Martene et Durand, Veterum SS. Coll. II, col.* 66 *sq.*

His, data occasione, addimus alias notas eiusdem coenobii, unam maioris momenti, quae exstat in ultimo folio codicis bibliothecae ***Bruxellensis*** *nr.* 4335. 4336, *olim S. Remacli Stabulensis, manu saec. XII. exarata, quam et b. m. L. Bethmann et V. Cl. W. Arndt descripserunt, iam editam Martene et Durand, Coll. II, col.* 125 *sq.; deinde alias quas ipse descripsi ex codice* ***Bruxellensi*** *nr.* 1820—1827, *olim S. Remacli Stabulensis, manibus saec. XIII. et XIV. exaratas.* ***O. H.-E.***

1) A. 997—1038. 2) Bulgaris; cf. Bresslau l. l. p. 593 sq. 3) Basilius II. a. 976—1025. 4) Nunc Kesaria villa, prope Kozani oppidum Macedoniae, haud procul a Wistritza fluvio sita, ut Kiepert ap. Bresslau l. l. p. 594. censet. 5) Immo Stephano a. 1038. defuncto Petrus et Ovo a. 1038—1046, deinde Andreas successerunt. 6) Idem p. 140 sq. indices reliquiarum Stabulensium edidit.

Ex chartulariis Stabulensibus.

Titulus capitis beati Alexandri.

Anno dominice incarnationis 1145, 19. Kal. Maii[1], feria sexta, in qua tunc occurrit 1145. Apr. 13.
parasceue, translate sunt a domino Wibaldo venerabili Stabulensi abbate reliquie beati Alexandri martiris atque pontificis, qui quintus a beato Petro Romanam rexit ecclesiam, scilicet cella illa teste capitis cum aliqua parte vestimenti sanguine eius intincta, de loco in quo antiquitùs a venerabilibus abbatibus recondite fuerant, et in capite argenteo, quod ipse dompnus abbas W[ibaldus] ad easdem reliquias reponendas fabricari iusserat, venerabiliter sunt relocate et recondite. Reposite sunt etiam cum eisdem reliquiis et alie reliquie, que simul cum hiis invente sunt, que omnes in hoc scripto continentur: Scilicet de lapide in quo stetit Dominus quando baptizatus est, de barba sancti Petri, de corpore sancti Agapiti martiris, de corpore sancti Crispini martiris, de mensa Domini, de spongia Domini, de sepulcro Domini, de lapide super quem Dominus stetit quando celos ascendit, de corporibus sanctorum Maurorum et sanctorum Thebeorum et sanctarum virginum 11 milium et de sepulcris primorum sanctorum.

Titulus altaris sancte Marie in cripta[2].

Anno Domini 1046. dedicatum est hoc altare a Richardo Virdunensi episcopo ex con- 1046.
sensu Wazonis Leodiensis episcopi in honore domini nostri Ihesu Christi et intemerate genitricis eiusdem virginis Marie et sancti Iohannis euvangeliste et beati Lamberti martiris; in quo continentur reliquie de sepulcro Domini, de vestimento Domini, de ligno Domini, de vestimento virginis Marie, de corporibus apostolorum Petri, Iohannis[a], Iacobi, fratris Domini, et aliorum apostolorum; de corporibus sanctorum Lamberti episcopi et martiris, Pancratii, Ciryaci, Gangulfi[b], Georgii martirum; de vestimento sancti Appollinaris episcopi et martiris et aliorum martirum, et reliquie[c] Materni, Ursmari, Erminii confessorum[d], et reliquie sanctarum virginum: de velo sancte Agathe et de ampulla eius, Agnetis, Darie, Anastasie, Eugenie, Barbare, Columbe.

Titulus altaris sancti Mauricii martiris in cripta.

Anno supradicto eodem die dedicatum est hoc altare ab eodem venerabili Virdunensi episcopo in honore sanctorum martirum Mauricii, Exuperii sociorumque eorum; in quo continentur reliquie eorundem. Continentur etiam reliquie sanctorum Stephani pape et martiris, Quirini et Quintini martirum, et memoria beati Felicis pape et martiris, et reliquie beatorum Trudonis et Celsi confessorum. Iuxta[e] hoc altare a latere dextro hoc scriptum est[f] etc.: *Anno Domini* 1151[g], 1151.
ordinationis autem sue anno 18, *dominus abbas Wibaldus transtulit ossa fratrum nostrorum ab occidentali parte templi, ubi negligenter erant sepulta, et hic decenter collocavit et recondidit.*

Titulus altaris sancti Martini.

11. Kal. Septembris dedicatum est hoc altare in honore sancti Martini, in quo con- 1046. Aug. 22.
tinentur reliquie eiusdem. Continentur etiam reliquie sanctorum confessorum Hylarii et Remigii, de corpore sancti Nicholai, de corpore sancti Maximini, de corpore sancti Servatii, de corpore sancti Germani Autisiodorensis episcopi.

In altare[h] sancti Benedicti sunt reliquie de corpore eiusdem, de corpore sancti Gregorii pape; insunt etiam reliquie sanctorum confessorum Vedasti et Amandi, Hadelini, Monulphi[i], Basilii et beati Mauri abbatis.

Titulus altaris sancti Andree apostoli.

In honore sancte Trinitatis et gloriose virginis Marie beatique Andree apostoli et omnium apostolorum et sanctorum martirum Valentini, Crisanti et Darie consecratum est hoc altare a Wazone Leodiensi episcopo 7. Kal. Maii in Christo feliciter. Apr. 25.

Titulus capelle beati Nicholai[k].

Anno ab incarnatione 1030, indictione 13, Conrardo 7. anno imperatore, Rainardo 6. 1030.
anno[l] episcopo Leodicensi, Popone huius loci abbate 11. anno, dedicatum est hoc altare in honore[m] sanctorum confessorum scilicet Nicholai[k], Martini, Medardi, Vedasti, Amandi,

a) Ioannis 2. b) Geng. 2. c) reliquiis 2. d) confessoris *Harless.* e) Est et iuxta 2; Est etiam iuxta *Mart.* f) est etc. *des. h. l.* 2. *Mart.* g) M.LI. 2. *Mart.* h) altari 2. *Mart.* i) Monulphy 1. k) Nicholaii 1. l) ep. anno 1. 2. m) in hon. *bis scr.* 2.

1) Singulari errore 19. *Kal. Maii* pro *Idibus Apr.* scriptum est; quo die a. 1145. fuit parasceue.
2) Haec altaria dedicata sunt, postquam monasterium Stabulense reaedificatum et a. 1040, Iun. 5. dedicatum est; cf. Vita Popponis c. 22, SS. XI, p. 307, et libellum de dedicatione ib. n. 26.

1030. Dec. 26. Apri, Columbani, Remigii, Maximini, 7. Kalend. Ianuarii; que reliquie inibi continentur, Deo gratias!

Titulus capelle beati Laurentii.

1030. Dec. 24. Anno ab incarnatione Domini 1030, indictione 13, Cuonradi imperatoris augusti 7. anno, Reginhardi episcopi Leodiensis 6.[a] anno, Poponis huius monasterii abbatis 11. anno, 2.[b] Kalendas Ianuarii, id est in vigilia natalis Domini, dedicatum est hoc oratorium sancti Laurentii levite et martiris in honore eius et sanctorum Stephani prothomartiris, Sigismundi, Crispini et Crispiniani martirum[c], Alexandri, Hermetis, Eustachii, Dyonisii, Rustici et Eleuteri[d], Sebastiani, Mauricii et Vincentii, Nichasii, Eutropie et Iocundee[e], Marcelli[e*] et Petri. Quorum omnium et aliorum plurimorum sanctorum reliquie inibi habentur.
1246. Anno autem ab incarnatione Domini 1246[f], mense Mayo renovatus fuit titulus iste.

Ex cod bibl. Bruxell. nr. 4335. 4336.

1148. Anno dominicae incarnationis 1148. Winandus de Lemburch[g], qui dicebatur de Turri, cum suis complicibus Stabulensem aecclesiam multis rapinis et[g] predis molestaverat; super quo a domno Wibaldo[g*] abbate post canonicam ad satisfaciendum evocationem anathematis vinculo innodatus erat. Ordinante interim divina clementia et multiplices casus Stabulensis aecclesiae miserante, subito idem W[inandus] decessit, nec usquam in omni Leodiensi episcopatu metu eiusdem domni abbatis et excommunicationis christiano more sepeliri potuit, sed ad omnium infidelium superstitum terrorem et ad domni abbatis, cuius industria hoc effecerat, et aecclesiae perpetuum munimentum et honorem Bailus[1], que iuxta Lemburch est, extra muros cimiterii sepultus est. Cum tamen idem Winandus consanguineus domni Heinrici II. tunc Leodiensis pontificis esset, et quia magnus[h] erat, sui sic eum decessisse non mediocriter dolentes, cum magna humilitatis instantia, assumptis secum duobus nobilibus dominis suis, Heinrico de Rupe et Heinrico de Lemburch[2], quorum alter, id est de Rupe, advocatus aecclesiae nostrae erat et alterius H[einrici] amitae[3] filius, domnum abbatem et aecclesiam adeunt et, ut, recepta conpositione dampnorum, mortuum suum christiana sepultura non privarent, suppliciter exorabant. Post multimodas igitur supplicationes summa ablatorum ad 100 marcas supputata est, quam summam duo predicti nobiles domno abbati cum suis, quos postea notabimus, se daturos vel deservituros promiserunt. Iuraverunt preterea duo dicti nobiles, quod numquam deinceps per se vel per summissam personam in fundis vel possessionibus vel libertate sua Stabulensem aecclesiam molestarent vel inquietarent. Iuraverunt idem quidam de familia utrorumque et preterea hominagium domno abbati Wibaldo fecerunt et fidelitatem domno abbati et aecclesiae iuraverunt, quod deinceps[i] in[g] fundis vel possessionibus eiusdem aecclesiae et familiam[k] ubicumque locorum libera[k] et intacta[k] ab omni iniusta et indebita vexatione conservarent. Quodsi qui eorum hanc sponsionem temerarie violarent, iuraverunt sepedicti duo nobiles Heinricus de Lemburch et Heinricus de Rupe a castellis et possessionibus suis alienare et exturbare, donec ablata ex integro restituerent et de iniuria domno abbati et aecclesiae congrue satisfacerent.

Ex cod. bibl. Bruxell. nr. 1820—1827.

1232. Iul 24. Hoc[l] anno Domini 1232, 9. Kal. Aug., hoc est[m] in vigilia sancti Iacobi apostoli, indictione 5, luna secunda, in crepusculo diei egressus est ignis validus de quadam domo ville Stabulensis et combussit in eadem villa 156 domos[n], et non remansit in tota villa Stabulensi nisi Canis vicus et vicus Amblavie, et nos[m] maximum sustinuimus ipso die timorem et laborem et calorem[o], defendendo monasterium[p] nostrum[p]. Sed Deo referimus gratias et beato Remaclo, quod neque sola favilla cecidit super ipsum monasterium[4].

a) VII. *Harless.* b) *sic* 1. 2; *lege:* 9. c) martiris 2. d) Eleuterii 2. e) *sic* 1. 2. e*) *lege* Marcellini. f) M CC.LVI. 2. g) *corrector coaevus supplevit c.* g*) W. *scriptum erat, reliquas litteras corr. coaevus suppl. c.* h) mgn9 *c.* i) de *corr. coaevus suppl. c.* k) *sic c.* l) *haec manu s. XIII. scripta sunt.* m) *superscr. c.* n) dom̄ *c.* o) *vox* (nos?) *erasa c.* p) um *e corr.*

1) Baelen (cant. Limburg). 2) II. comes Limburgensis a. 1139—1167. 3) Ignoti nominis, sororis Walrami III. Pagani comitis Limburgensis, patris Heinrici II, quae nupserat Heinrico I. comiti de Rupe, cuius hic Heinricus filius fuit. Cf. de Reiffenberg, 'Supplément à l'Art de vérifier les dates' p. 12 sq. in 'Nouveaux Mémoires de l'Acad. de Bruxelles' VIII. 4) Notae Stabul. SS. XXIV, p. 32. editae partim ex his descriptae videntur; ea anni 1246. cum hac ad verbum congruit.

Anno[a] autem Domini 1246, pridie Kal. Augusti irruit ictus fulminis super eandem 1246. Iul. 31. domum, de qua predictus ignis exivit, et eam incendit, non tamen totam combussit; sed uxor viri domus in ostio ipsius domus cum filio suo sedens, ictu fulminis perterrita, mortua corruit, nulla ferens signa lesionis, filio tamen et patre, qui intra domum operabatur, manentibus illesis.

Anno[b] ab incarnacione Domini 1336, 14. die mensis Novembris combustus fuit Stabu- 1336. Nov. 14. laus a domino Winrico abbate et eius coadiutoribus.

Qui[c] Winricus dictus de Pomerio fuerat monachus et custos Malmundar.; obiit anno 1342.

a) *sequentia alia manu s. XIII. scripta.* b) *haec manu s. XIV. scripta.* c) *sequentia alia manu s. XIV. addita.*

NOTAE S. MAXIMINI TREVERENSIS.

Extant in codice olim S. Maximini, quem ex bibliotheca F. Didot nuper emit bibliotheca publica Parisiensis, ubi Euangeliario manu saec. XII. additae sunt, nunc initio destitutae, folio evulso. Edidit Delisle, 'Bibliothèque de l'école des chartes' 1884, *p.* 578 *sqq.* *G. W.*

. . . .

Iohannis et Pauli martyrum, sancti Maxentii confessoris, de presepio Domini, de sepulchro Domini. A dextris huius arae est altare habens reliquias sanctorum apostolorum Bartholomei, Philippi et Iacobi, Thomae et Iacobi, fratris sancti Iohannis euangelistae. A sinistris vero est ara habens reliquias sanctorum Simonis et Iudae et omnium apostolorum.

Anno ab incarnatione Domini 952, abbate Willero regimen monachile gubernante, 952. Ruperto vero presulatum disponente, dedicata est cripta superior ad pedes sanctorum confessorum Maximini, Agricii, Nicecii, et altare in ea in honore domini Salvatoris nostri et omnium sanctorum, atque in ipsum positae sunt reliquiae de mensa Domini in Chana Galileae, de pallio sanctae Mariae, de cruce Domini, de presepio Domini, de sepulchro Domini, de capillis sancti Petri, de corpore sancti Laurencii, de corporibus sanctarum Priscillae et Aquilae et aliorum multorum. A dextris huius altaris sanctificatum est altare sancti Sixti, in quo habetur de corpore eius, de corpore sancti Laurencii, de capite sancti Ypoliti et reliquiae sancti Quintini et sancti Clementis, de costa sancti Ciriaci, sancti Pancracii, sancti Georgii, sancti Simphoriani.

A sinistris vero est altare in honore sancti Benedicti, in quo continentur reliquiae eius et sancte Scolastice, sororis ipsius, sancti Columbani, sancti Galli, sancti Wichberti, sancti Dissibodi, sancti Florini. Altare quod est ad pedes sanctorum confessorum M[aximini], A[gricii], N[icecii] sacratum est in honore episcoporum Treverensium, ac reliquie ipsorum illo: Eucharii, Valerii, Materni, Agricii, Maximini, Nicecii, Paulini, Liutwini, et reliquie sancti Quiriaci, Lubentis, Maxencii.

In inferiori cripta ipso die consecratum est altare sancti Calixti pape ad dexteram intrantibus, in quo est de corpore eius et reliquiis sanctorum Bonefacii, Cosme et Damiani, Iuliani, Modesti, Crescenciae, Valentini, Felicis, Audacti, Ianuarii.

Iuxta illud altare est ara sancti Mauricii, in qua eius reliquie sunt ac sanctorum Gereonis, Dionisii sociorumque eius et sanctorum Marcelli, Vincencii, Apollinaris.

In medio supradictae inferioris criptae habetur altare sanctae Mariae, genitricis domini nostri Ihesu Christi, ibique continentur reliquiae sancti Stephani papae et martyris et sanctae Felicitatis et septem filiorum eius. A sinistris vero huius consecratum est altare sancti Sebastiani, ipsius habens reliquias, de corporibus sanctorum Gervasii et Prothasii, Crisanti et Dariae, Proti et Iacincti, Gorgonii et sanctorum confessorum Ambrosii, Willibrordi, Amandi, Germani, Castoris. Prope illud est positum altare in honore sanctarum virginum, in quo sunt reliquie sancte Felicitatis, de corpore sanctae Agnetis, sanctae Ceciliae, sanctae Luciae, sanctae Walgisgae, sanctae Modestae, sanctae Brigidae, sanctae Agathae, sanctae Helenae, sanctae Aldegundis.

Anno dominicae incarnationis millesimo octavo decimo, indictione 1, regnante Heinrico 1018. imperatore, venerabilis Poppo Trevirorum archiepiscopus, petitione devoti abbatis Winrici rogatus, oratorium quod est capella abbatis in honore omnium sanctorum 6. Nonas Marcii Mart. 2. consecravit et his sanctorum reliquiis confirmavit: de ligno Domini, de vestimento sanctae Mariae, de capillis sancti Iohannis baptistae, de vestimento sancti Andreae, de corpore sancti Iacobi, de corpore sancti Stephani prothomartyris, de capillis, de vestimento ipsius et de lapide cum quo lapidatus est; de reliquiis sanctorum Vincencii, Georgii, Gengulfi, Ypoliti, Pancratii et sanctorum confessorum Maximini, Agricii, Nicecii, Eucharii, Valerii, Modoaldi, Firmini, Vitoni, Basoli, Cornelii papae, Celsi, Nicolai; reliquiis sanctorum Innocentium et sanctarum virginum Walpurgis, Severae, Beatricis.

FUNDATIO MONASTERII S. MARIAE ANDERNACENSIS.

Historiolam fundationis coenobii monialium S. Mariae, postea dicti S. Thomae, Andernacensis, a. 1129. *restaurati et abbatiae Sprinkirsbacensi subditi, post annum* 1158. *quidem*[1], *haud dubie vero ante finem saeculi XII.*[2] *prior huius coenobii*[3], *ut opinor, et monachus Sprinkirsbacensis, ab abbate huius monasterii illic instituto, conscripsit. Hic libellus olim exstabat in necrologio Andernacensi membranaceo, ex quo per Io. Breitz de Crucenach notarium haud sine mendis a.* 1499, *Iun.* 17. *transcriptus est, et ex hoc apographo, iam, ut videtur, perdito, compluria exemplaria recentia descripta sunt, quorum duo servantur in archivo regio Confluentino. Alterum eorum per I. Raabe canonicum S. Castoris a.* 1700. *exaratum, quod alteri praestat, ut in usum nostrum conferretur, impetravimus; ex alio quodam libellum edidit W. Günther, Codex diplom. Rheno-Mosellanus I, p.* 202—206, *nr.* 101. *Menda aliquot apographo Confluentino et editioni communia tollere studuimus.* *O. H.-E.*

Quae[a] veridica seniorum relatione didicimus necnon ipsi ex parte[b] vidimus etiam posteris nostris perhenni[c] monumento relinquenda commendamus, videlicet qualiter hic locus post multam[d] destructionis et desolationis[e] ignominiam ad laudem et gloriam Dei omnipotentis sit mirabiliter reparatus tantaque religionis apice sublimiter decoratus. Qui autem primo constructionis et congregationis auctores extiterint, omnimode ignoramus, sed qui ipsam ecclesiam plurimis possessionibus ac divitiis dotaverint[f] inclitamque valde reddiderint[f], solum novimus. Trevirorum autem quidam [non[g]] episcopus, sed potius Milo[4] tyrannus, non ecclesiarum pastor, sed avarus raptor, omni illam honore ac[h] dignitate nudavit, prediis omnibus spoliavit, inhabitantes illam sanctimoniales expulit et dispersit bonaque illarum mensae suae cotidianis expensis sacrilegis adoptavit. Successores vero illius eodem hoc modo suis usibus per multos annos retinuerunt usque ad tempora cuiusdam Popponis[5], qui haec[i] aetate nostra cuidam cognato suo vocabulo Rabodoni[k] inbeneficiavit. Ad cuius filium deinde Lupoldum nomine veluti hereditario iure pervenerunt; sicque predicta ecclesia usque in hodiernum diem irreparabiliter abalienata remansit. Ipsam utique ecclesiam quoniam[l], ut scriptum
cf. 1 Macc. 3,45. Thren. 1,2. est, omnes noti eius dereliquerunt[m] eam, nec erat qui ingrederetur ex omnibus caris eius, sic propriis orbata filiabus et omni cultura religionis prorsus vacua solique volucrum vel pecorum spurcitiae patens, miserabilissima[n] specie plus quam ducentis annis permansit[o]. Interim propitiante[p] Domino, postquam Megenerus venerabilis archiepiscopus Trevericae[q] cathedrae honore dignissimo presedit[6], contigit illum aliquando in istius vicinitate[r] loci transitum habere, comitante sibi divino nutu beatae memoriae primo tam officio quam merito Sprenkirsbacensis[s,7] ecclesiae abbate Richardo. Interea levantes oculos, conspiciunt e proximo solum monasterium omni cultore penitus desertum, totius immundiciae sordibus plenum, situm vero loci amoenum valde, satis et latum conservandoque coenobio aptissimum. Quid multa? Inter collocutiones ergo et querimonias transactae miseriae et dispersionis, quae

a) *praemissum hoc lemma, quod non autenticum est:* Fundatio, reparatio, donatio monasterii beatae Mariae virginis canonissarum regularium extra muros oppidi Andernacensis facta et tradita per Richardum reverendissimum abbatem coenobii ecclesiae Sprinkirsbachensis (Springiersbacensis *apogr.*) anno Domini 1129. incepta. b) i. experti *ed.* c) perenni *in marg. suppl. apogr.* d) multum *ed.* e) violationis *ap.* f) dotaverunt . . . reddiderunt *ap.* g) *supplevi, deest ap. et ed.* h) et *ap.* i) hac *ed.* k) Rabad. *ap.* l) quomodo *ap. et ed.* m) derelinq. *ap.* n) miserrima *ed.* o) permanserit *ap.* p) ex prop. *ap.* q) Treverensi *ap.* r) *sic correxi;* in civitate *ap.* (*ubi* in *superscr.*) *et ed.* s) Springiersbac. *ap. semper.*

1) Post obitum videlicet Richardi I. abbatis Sprinkirsbacensis a. 1158. defuncti et Conradi prioris Andernacensis ab hoc instituti, de cuius anno mortis non constat. De utroque enim ita refertur, ut eos tempore scribentis auctoris diem obiisse appareat. 2) Quod ex exordio iam satis mihi elucere videtur. 3) Auctorem enim Andernacensis conventus membrum fuisse apparet ubi dicit: *quem . . . numerum transgredi* *nobis* *non est licitum.* Porro cum moniales adhortans *o filiae* alloquatur, patet auctorem aut huius coenobii magistram aut priorem monachum Sprinkirsbacensem fuisse. Hoc vero multo probabilius videtur cum propter alia, tum quia auctor moniales admonet, ut ecclesiam Sprinkirsbacensem, matrem spiritualem ipsarum, revereantur. Cum vero, qui priores Conrado primo successerint, haud constet, quis auctor fuerit, indicare non licet. 4) A. 713—753. Cf. Gesta Trever. c. 24, SS. VIII, p. 162. 5) A. 1016–1047. 6) A. 1127, Iun. — 1130, Oct. 1. 7) Springiersbach (circ. Wittlich).

dudum acciderant, dolens tantum nefas, idem venerandus pontifex petenti abbati benignissime locum concessit[1] sibique emendationis et renovationis eiusdem curam protinus adiunxit. Egit etiam memorabilis archiepiscopus cum supramemorato[a] Lupoldo[2], qui ipsum pagum cum suis pertinentiis in beneficio habebat, ut illum tantum sibi concederet; quod ut impetravit, eundem abbati divino mancipandum servitio contradidit; nihilque amplius ex omnibus suis prioribus bonis hactenus ecclesia[b] recepit. Idem vero Deo dilectus et hominibus abbas, cuius memoria benedicetur in secula, suscepti ministerium operis promptissima[c] alacritate adimplens, vetustas vix haerentis[d] ecclesiae contaminationes expiavit, parietumque vel tecti ruinas studiosissime redintegravit[e]; quam prefatus pontifex Deo summa devotione et infinito concursu populi sub honore perpetuae virginis ac Dei genitricis Mariae Kalend. Augusti[f] consecravit[3]. [1129. Aug. 1.] Abbas etiam[g], postquam hic alia quaedam habitacula futurae utique congregationi necessaria preparavit, sorores aliquas spirituales, ordinem disciplinae sub ipso edoctas, de Sprenkirsbach hucusque transduxit; quibus et vicinioris[h] agri predium, quod quidam de castro Andernacensi antea ad Dominum conversi Sprenkirsbacensi ecclesiae obtulerant, ad victualium necessitudinem permisit, preponens[i] et eisdem Texwindem magistram, suam carnis et spiritus germanam, tam regularis propositi[k] tenore quam divinae eruditionis lectione peritissimam. Evoluto dehinc aliquanto tempore, sepe memoratus semperque memorandus abbas, aliis locis et curis frequenter occupatus, isti gregi suae de coenobio ipsius reverentissimum[l] presbyterum Conradum nomine priorem constituit, qui et[m] animarum earundem vicaria et fideli administratione curam gereret et exteriorum simul commoditatum provisor sollicitissimus existeret. Sub horum itaque trium cautissima tutela et pervigili sollertia numero et gratia paulatim apud Deum et homines increscentes, usque ad centum multiplicabantur; quem videlicet numerum transgredi nobis non est licitum[4]. Cuius autem pietatis, modestiae et mansuetudinis hic pater spiritualis extiterit[n], melius, ut aestimo, tacentes miramur, quam indigne de abbate dignissimo loquamur. Nescio enim, an primum in illo vel prestantissimam ingenii affluentiam vel humillimi cordis constantiam habitusque mediocritatem laudemus. Quando enim illum vel in apostolicae sedis curia vel episcoporum, quibus erat acceptissimus, frequentia laudantium favor extulit, nil a solito propositi sui rigore relaxavit. Cum ergo sapientissimi quilibet et parentes eius mirarentur eloquentiam, non minus tamen[o] infirmiores quoque et inopes illius benignissimam experiebantur clementiam, et eius sunt mira sermonis suavitate recreati, quicunque ad illum vel peccatorum conscientia vel cuiuslibet adversitatis accesserunt afflicti miseria. Oculus[p] fuit caecis et pes claudis et causam [Iob 29,15 16.] paupertatis, quam ignorabat, diligentissime investigabat; ipse quippe multorum pater monasteriorum et abbas abbatum extitit. Eius mores divini timoris disciplina compositi exemplar gravitatis et totius honestatis speculum erant[q]. Predictus etiam prior ab eodem in hunc locum, Domino annuente, destinatus, quantae strenuitatis, prudentiae consiliique fuerit, quanta per eum suamque adiutricem, illustrissimam scilicet[r] Texwindem magistram[5], Dominus huic loco bona concesserit[s], magis patet ipsam conspicientibus quam hanc scripturam legentibus. Isti itaque, prosperante Deo opus in manibus eorum, fabricaverunt hoc quod in presenti cernitis coenobium, officinas varias et multas omniaque interiora et exteriora, quae in[r] istius ambitu consistunt, habitacula, acquirendo varias et multas possessiones ab abbate donatas; preterea predium, quod solum in proximo agro, ut supra memini, concedente abbate habebant, emptis ad hoc agris et vineis satis admodum amplificabant, partesque[t]

a) super mem. *ap.* b) ecclesiae *ed.* c) pro mitiss. *ap.* d) haerentes *ed.* e) reint. *ap.* f) sedem *add. ap.* g) enim *ed.* h) *sic correxi; cf. infra l.* 42. proximo agro; ruinioris *ap. et ed.* i) prop. *ap.* k) praepos. *ap. et ed.* l) reverendiss. *ap. et ed.* m) *deest ap.* n) existeret *ed.* o) tam *ap. et ed.* p) *in ap. haec male mutata superscr.* Oculo f. caecus et pede claudus, *et sic ed.* q) erat *ap. et ed.* r) *deest ed.* s) concessit *ap.* t) que *deest ed.*

1) Vide chartam Meginheri archiepiscopi a. 1129, Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p. 525 sqq., nr. 466; cf. Honorii II. papae privilegium monasterio Sprinkirsbacensi datum a. 1128, Apr. 10, 'Mittelrh. UB.' I, p. 517 sq., nr. 460 (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 7301); chartam Adalberonis archiepiscopi a. 1138, ibid. p. 558 sq., nr. 504. 2) Forsan iste est Liupoldus de Erenbreitstein, qui chartae Meginheri supradictae testis subscripsit. 3) Quod a. 1129. factum videtur, ut etiam habet Terwelp, 'Gesch. d. Klosters unserer lieben Frau zum h. Thomas bei Andernach' (Progr. Andernach 1881) p. 5, quia eodem anno mense Novembri Meginherus in Italiam profectus ibique mortuus est; Gesta Trever. Cont. c. 28, SS. VIII, p. 199; Görz, 'Reg. d. Erzb. zu Trier' p. 16. 4) Cf. chartam Meginheri laudatam: *Item, quia in omnibus rebus modus tenendus est, centenarium numerum predictae sorores non excedant.* 5) Quae a. 1149. obiisse dicitur; Terwelp l. l. p. 6.

prediorum aliquas dantibus fidelibus pro animarum suarum redemptione suscipiebant omnique nisu locum suum et ecclesiam, sicut apparet, glorificare studebant. His itaque et aliis per eosdem utentes bonis, o filiae, progenitores vestros in Christo pie recognoscite, qui in hoc loco plurimis annis pariter degentes incolumes vos susceperunt, vestri curam habuerunt, vobis laboraverunt. Sub ipsis estis eruditae, sub ipsis sacro velamine consecratae pluribusque donis ditatae. Matrem vestram respicite et recognoscite, a qua religionis et fundationis sumpsistis exordium! Springirsbacensis autem ecclesia omnimodam[a] de vobis in Domino sollicitudinem gerat[1]. Nec pretereundum puto, quam ingens huic beatissimo patri abbati adornandae ecclesiae studium inerat, qualiter in acquirendis, quas[b] nullas reperit, campanis invigilavit, quanta devotione calices et cruces deauravit, vestes sacras ac varia altaris ornamenta multiplicavit, missalia quoque valde bona acquisivit, vela pulchra varietate depicta ecclesiae parietibus suspendit[2].

a) *sic ap. et privil. n. 1. laudatum;* omnimodum *ed.* b) quos *ed.* — nullus *ap. et ed.*

DEDICATIONES MONASTERII LACENSIS.

Codex bibliothecae palatinae Darmstatensis nr. 981, *mbr.* 4⁰, *olim monasterii Lacensis, dioeceseos Treverensis, f.* 169—170'. *notitias de dedicationibus huius ecclesiae et altarium continet, saec. XII. et XIII. scriptas, quas V. Cl. A. Wyss exscripsit, iam partim edidit V. Cl. E. Dümmler, 'N. Archiv' XI, p.* 411 *sq.*
O. H.-E.

*f. 169 *Maius altare consecratum est in honore sanctae Trinitatis et sanctae Mariae Dei genitricis semper virginis sanctique Nicholai confessoris. In quo reconditae sunt reliquiae de ligno Domini, de sepulchro Domini, de sudario Domini, de tunica inconsutili, de presepio Domini, de petra unde Dominus ascendit in crucem, de panno in quo involutus est Dominus in presepio, de sepulchro sanctae Mariae, de vestimentis ipsius, de sepulchro Lazari, de baculo sancti Petri apostoli, reliquiae sancti Pauli apostoli, Andreae, Bartholomei, Philippi et Iacobi, Iacobi, Thomae apostolorum, Marci euvangelistae[a], et sanctorum martyrum Paulini, Albani, Apollinaris, Ignatii, Antonini, Adriani, Miniatis, Innocentii, Nerei, Achillei, Pancratii, Sisinnii et Smaragdi, et sanctorum confessorum Nicholai, Eucharii, Agricii, Willebrordi, Benedicti abbatis, et sancte Mariae Magdalenae sanctarumque virginum Agnetis, Emeritae, Susannae et sanctarum undecim milia[b] virginum.

Altare minus consecratum est in honore sancti Iohannis baptistae. In quo continentur ipsius reliquiae, de capillis eius, de spelunca eius, et reliquiae sanctorum apostolorum Symonis et Iudae, de capite Ypoliti martiris, Cornelii et Cipriani, Primi et Feliciani, Simphoriani, et sanctorum confessorum Materni, Liborii, Ődalrici episcoporum, et sanctarum virginum Margaretae, Ceciliae, Brigidae, undecim milia[b] virginum.

*f. 169'. *Altare ante chorum consecratum est in honore sanctae Crucis. In quo continentur reliquiae de ipsa cruce, de sepulchro Domini, de presepio Domini, de sancto Paulo apostolo, de sanctis martyribus Georgio, Hermete, Pamphilo, Vito, et sanctorum confessorum Nicholai, Eucharii, Materni, Egidii, Willebrordi, et sanctae Mariae Magdalenae sanctarumque virginum Walburgae, Agathae et sanctarum 11 milia[b] virginum.

Altare in capella domni abbatis consecratum est in honore sanctae Trinitatis et sanctae Mariae et sancti Lamberti sanctique Benedicti. In quo continentur reliquiae de vestimentis sanctae Mariae, de vestimentis apostolorum Petri et Pauli, de corpore Mathei apostoli, et sanctorum martyrum Sebastiani, Thebeorum, Bonefacii, Clementis, et sanctorum confessorum atque pontificum Maximini, Agricii, Nicetii, Beati, et sanctarum virginum Agathae, Petronillae, Dignae, 11000 virginum.

Altare in dextro membro aecclesiae consecratum est in honore sancti Andreae, Mathiae apostolorum. In quo continentur ipsorum reliquiae et sancti Thimothei apostoli et sanctorum martyrum Saturnini, Crisanti et Dariae, Valentini, Christofori, Thebeorum, et sanctorum confessorum Materni, Agricii,

a) euugelistę *c.* b) *sic c.*

1) Haec verba sumpta sunt ex privilegio Eugenii III. papae coenobio Andernacensi dato a. 1152, Maii 27, 'Mittelrh. UB.' I, p. 626, nr. 566; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 9586, ubi: *decernimus . . ., ut semper ad Springirsbacensem ecclesiam tamquam ad matrem ecclesia vestra respiciat et ab ea disciplinam et correctionem suscipiat, a qua religionis sumpsit exordium. Springirsbacensis autem ecclesia omnimodam de vobis sollicitudinem habeat.* 2) Procul dubio extrema pars huius libelli periit.

Amandi, Florini, Bonefacii martyris, et sanctarum virginum Ursulae, Potentianae, Cancianillae, undecim milia[a] virginum.

Altare in sinistro membro aecclesiae consecratum est in honore sanctorum martyrum Stephani, Laurentii, Vincentii; in quo continentur ipsorum reliquiae et sanctorum martyrum Cosmae, Privati, Ciriaci, et sanctorum confessorum Valerii, Willebrordi, Cirilli, et sanctarum virginum Luciae, Speciosae, Walburge, 11 milia[a] virginum.

*Altare quod situm est in occidentali parte monasterii consecratum est in honore sancti Martini. *f. 170. In quo continentur reliquiae sanctorum martyrum Calixti papae, Gervasii et Prothasii, Blasii, Vincentii, Gereonis, Maurorum martyrum, et sanctorum confessorum Briccii, Augustini, Galli, et sanctarum virginum Gerthrudis, Odiliae et sanctarum undecim milia[a] virginum.

Altare[b] in medio ecclesie consecratum est in honore beate virginis, decem milium martyrum, Agnetis et Margarete virginum. In quo continentur reliquie de palla sanguine perfusa, de sepulchro beate Marie, Mathye apostoli, Adriani, Paulini, Alexandri, Fabiani et Sebastiani, Eustachii, Christofori, Vincentii, Ciriaci, Quirini, Gereonis, Laurentii, Albini martyrum, et sanctorum confessorum Nycholai, Materni, Eucharii, Martini, Augustini, Lubentii, Florini, et sanctarum virginum Agnetis, Ursule, 11 milia[a] virginum.

*Anno[c. 1] ab incarnacione Domini 1156, Adriano tercio apostolice sedis[a] presidente, *f. 170'. regnante Friderico imperatore augusto, Fulberto abbate post primum proximo huic cenobio providente, 9. Kal. Septembris dedicata est ecclesia a domino Hyllino venerabili Treverorum archiepiscopo, apostolice sedis legato, in honore sancte Trinitatis et perpetue Dei genitricis virginis Marie et sancti Nicholai confessoris et omnium sanctorum feliciter amen. 1156. Aug. 24.

a) *sic c.* b) *abhinc alia manus paulo recentior pergit in c.* c) *alia manus s. XIII ex. pergit in c.*

TERMINATIO ECCLESIAE IN HAIGER.

Notitia de ecclesia in Haiger ducatus Nassoviensis dedicata et finibus parrochiae eius circumscriptis exstat in chartulario Wormatiensi saec. XII ex., in bibliotheca regia Hannoverana XVIII, nr. 1020. *adservato, fol.* 42 *sq. (cf. 'Archiv' XI, p.* 478*); quam consueta cum benignitate V. Cl. E. Bodemann in usum nostrum descripsit. Eam 'ex archivo Dillenburgico' et chartulario supradicto bene edidit Kremer, Orig. Nassoic. II, p.* 120 *sqq., nr.* 80. *O. H.-E.*

TERMINATIO ECCLESIE AD HEIGERIN PRESENTE EBERHARDO TREVERENSIS ECCLESIE ARCHIEPISCOPO. f. 42

Anno dominicae incarnationis 1048, indictione 1, regnante Heinrico imperatore II°, anno regni eius 17[2], imperii autem secundo, 4. Kal. Maii dedicata est ecclesia in loco qui dicitur Heigerin[3] ab Eberhardo venerabili Trevirorum archiepiscopo, presente et cooperante Arnoldo Wormatiensis ecclesiae episcopo in honorem domini nostri Ihesu Christi et sancte Crucis Deique genitricis Mariae omniumque sanctorum et illorum specialiter quorum reliquie ibidem continentur, id est sanctorum martirum Vitalis et Nazarii, Alexandri et sanctorum confessorum Martini, Gregorii, Goaris et sancte Walburgis virginis. Eodem vero die prefatus archiepiscopus Eberhardus eiusdem ecclesie terminationem sua *episcopali potestate publice confirmavit, sicut[a] eandem terminationem simul cum ecclesia Cŭnradus rex ad altare sancte Walburgis virginis in Willanaburg[4] constructum regali potestate, sicut infra scriptum continet exemplum, antea tradiderat[5]. Hec est enim terminatio ecclesiae ad Heigerin, quam prefatus rex Cŭnradus sancte Mariae et sancte Walburgi in Willanaburg tradidit. Que incipit inter Donesbach[6] et Heigere, ubi terminatur Herbore marca[7] 1048 Apr. 28. *f. 42'.

a) *sic ut c.*

1) I. Wegeler, 'Das Kloster Laach' (Bonn 1854) p. 15. affert inscriptionem ecclesiae cum hac concordantem: *Anno* 1156, *ecclesiae Romanae curam agente Adriano tertio pontifice maximo, illustrissimo Friderico augusto regnante, Fulberto abbate secundo providente, nono Kalendas Septembris dedicata est ecclesia Lacensis a reverendissimo patre et domino Hillino* etc. 2) Immo anno ordinationis eius 20, regni 9. 3) Haiger (prov. Nassau, circ. Dillenburg). 4) Weilburg ad fl. Lahn. 5) Vide diploma Conradi I. d. d. 914, Apr. 24, Dipl. I, p. 18, nr. 19; quod f. 14, non infra, in chart. Wormat. exstat. 6) Donsbach ab Haiger orientem et meridiem versus. 7) Oppidi Herborn ad fl. Dill.

et predium liberorum virorum, et inde ad Westerwald et deorsum Westerwald usque ad Ultimam Nistram[1]; inde deorsum Nistram usque ad Meginheresfanc; a Meginheresfanc usque ad Drutgerestein; inde ubi oritur Abelebach et deorsum Abelebach usque ad Magnam Nistram[2]; inde deorsum Magnam Nistram usque ubi Bodenbach influit; inde sursum Bodenbach usque ad ortum Bodenbach et ab ortu Bodenbach usque ubi oritur inferior Crumbenbach; inde deorsum usque ad Hovenistram[3] et sursum Hovenistram usque ubi Nigra Morla influit; inde sursum Morlam usque ubi ipsa oritur; inde deorsum Morla usque Diedesbrunnon; inde deorsum Diedesbrunnon usque in Lindehdunaha; inde[a] deorsum Lindehdunaha usque in Elbenam[4]; inde deorsum Elbenam usque ad Wizzenstein, et a Wizzensteine usque ad Angeshart, et ab Angeshart usque ad Stafful inter Wisnerofanc et terminationem predii liberorum virorum. Inde usque ad Widenenbusc in Sigin[5] et sursum Sigin usque ad Sciurevelt; inde sursum Sciurevelt usque ad quercum in Nodenbraht et ibi ad Hileweg, et totum Hileweg usque ad Crucilohc[b], et de Cruciloch[b] usque ad Sprengelohc; inde ad Bliggeresbahc[b] et deorsum Bliggeresbach[b] usque ad Bochendenhaganbuchun, et de Bochendenhaganbuchun, sicuti ductus est Froudesbrahderofanc, usque ad Bennenloch, et de Bennenloch, sicuti ductus est comitatus in Heigeromarca, usque in ortum Dietsulze et deor-
43. sum Dietsulzam usque ubi ipsa influit Dillenam[6]. Huius itaque *dedicationis, eiusdem ecclesiae terminationis confirmationem multorum clericorum simul et laicorum infra scriptorum presentia vidit et audivit: Folmarus corepiscopus, Wolframmus Willanaburgensis prepositus, Bennelinus archipresbiter, Rihgoz eiusdem ecclesie presbiter, Embricho presbiter, Ozman presbiter, Baldewin presbiter, Azzo presbiter. Isti sunt milites predictorum episcoporum: Anshelm, Mazcelin, Reginbodo, Altman, Reginolt, Burchart, Adelhart eiusdem ecclesiae advocatus, Reginheri. Isti sunt iudices comitatus in Heregeremarcun[c] ibidem assistentes: Wizcelin, Guntram, Rûbraht et alii quam plures. Isti sunt ex familia de Herboremarca: Ebo, Hiltwin, Lanzecho, Radelahc, Rûgger, Egibraht, Hiltwin, Adelbraht, Meginwart.

a) *in marg. suppl. c.* b) *sic c.* c) Heiger. *hoc quoque loco legendum videtur; cf. l.* 16.

FUNDATIO MONASTERII GORZIENSIS.

Fabulis plena nulliusque pretii est narratio fundationis et dedicationis monasterii Gorziensis, quam D. Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed. 2. II, Probat. col. XCVII—C. ex codice quodam non indicato[7] *edidit. Cuius cum oratio syllabis consonis in terminis sententiarum exornata sit, eam demum saeculo XI. conscriptam esse apparet. Cuius auctor quaedam ex Vita Clementis primi episcopi Mettensis, ex Pauli Gestis episc. Mettensium, ex Vita Chrodegangi sumpsit, omnia vero quae de dedicatione narrat tam audacter quam inepte effinxit. Huius narrationis pars posterior*[8], *cui inscribitur:* Dotalicium quo Pippinus rex dotavit ecclesiam Gorziensem *etc., in chartulario Gorziensi, nunc in bibliotheca Mettensi servato, saec. XII, p.* 16. *exstat*[9], *quam V. Cl. A. Schuster, huic bibliothecae praefectus, in usum nostrum benigne exscripsit. Et eandem partem, eodem titulo inscriptam, sed alio exordio*[10] *praemisso auctam, ex codice Gorziensi ignoto edidit Meurisse, 'Hist. des évesques de l'église de Metz' p.* 163 *sq.* *O. H.-E.*

1) Hintere Nister rivus, qui se cum Magna Nistra coniungit. 2) Grosse Nister fluviolus, qui in fl. Sieg defluit. 3) Nescio an sit fluviolus nunc Schwarze Nister dictus, qui in Magnam Nistram defluit. 4) Elb rivus, qui in fluvium Sieg defluit. 5) Sieg fl. 6) Dill fl. 7) Exstabat olim in codice nunc perdito, saec. XII, ut dicitur, exarato, f. 1—4, cuius apographum saec. XVIII. V. Cl. F. des Robert Nanceii possidet, de quo vide infra p. 974. 8) Priorem partem a Calmeto editam non postea huic praefixam, sed in chartulario fragmentum tantum huius libelli iam antea compositi transcriptum esse, ex exordio eius: *Gloriosus itaque Chrodegangus* iam satis elucet. Sed cur scriptor chartularii quasdam donationes in priore recensione commemoratas praetermiserit, infra p. 974, n. 5. notavi. 9) Cf. 'Archiv' XI, p. 435; Sickel, Acta Car. II, p. 233. 10) Hoc postea fragmento chartularii praefixum esse apparet.

Flavius Clemens consul et patricius Romanorum, patruus Clementis, discipuli ac successoris apostoli Petri, licet gentilitatis errore detentus, omnium virtutum extitit honestate perclarus. Hunc beatus Petrus ex huius mundi salo hamo fidei ad tranquillum sanctae ecclesiae transtulit portum. Qui statim ut sacri unda renatus est baptismatis, gloriam nobilitatis ad usum convertit religionis et omnibus pompis abrenuntians secularibus, repente ex veteri novus homo effectus, Christi iugo colla submittens, beati Petri humilis coepit esse discipulus. Denique ad quantum sanctitatis continuo fastigium ascenderit et quam religiose reliquum suae aetatis tempus duxerit, sermo brevis explicare nequit.

Igitur dum beatus Petrus Asiam, Pontum, Galatiam ac totam pene Italiam iugo fidei subiugasset, Gallias Transalpinas dolens idolorum cultui fore deditas, beatissimum Clementem, fide plenum, sapientia praeditum, morum honestate praecipuum, pontificali infula decoratum, ad nobilissimam Galliae civitatem, quae Metis a Metio quodam principe suo nuncupata est[1], destinavit, ut, ubi peccatum superabundavit idolatriae, ibi verbo veritatis filios procrearet sanctae matris ecclesiae. Beatus ergo Clemens gratanter mandata executurus, cum sociis sibi ab apostolica auctoritate donatis, Celeste scilicet presbytero et Felice diacono[2], Roma egrediens, ad urbem sibi a Deo praedestinatam ire contendit. Cumque ad locum quendam non longe ab urbe situm, nemorum opacitate densissimum, aquis irriguum, regio venatui consecratum (V. Chrodeg. c. 27) — quem Gorziam vocari ea dedit occasio, quia Octavianus imperator inde usque ad civitatem aquaeductum fieri instituit — devenissent, ibique aliquandiu remorantes, ea quae Dei sunt agerent, venerabilis antistes oratorium in honore beati Petri, praeceptoris sui, construxit, ubi cum illo suo sanctissimo comitatu, priusquam ad urbem accederet, ieiuniis, vigiliis, psalmis et hymnis divinis intentus, totum se in eius sacrificio mactabat, cui se famulaturum devoverat. Deinde qualiter in eodem loco a principe civitatis repertus sit et ad urbem perductus, et quantis virtutum signis ipsum regem cum populo ad veram pertraxerit fidem, quia propriam habet et plenariam tractationem[3], requirat ibi qui nosse vult rei ordinem.

Veruntamen post multa temporum curricula crescente undique religione christiana, Metensis ecclesia, pastore viduata, Crodegangum, illustrem virum et in omni Francorum regno clarissimum, Deo favente et (V. Chrodeg. c. 21) Pipino rege, eius avunculo, annuente, caelo terraque gaudente, sibi episcopum elegit; quem beatus Stephanus (ib. c. 26) papa apostolica benedictione sanctificans, pallio etiam archiepiscopi decoravit, quatenus dignitate semper proficeret in ecclesia, quem Deus omnium virtutum perfuderat gratia. Exinde sanctus Domini sacerdos coepit praedicationi insistere, ecclesias construere, clerum coadunare, normam eis instituens, qualiter ad instar coenobii infra (Pauli G. ep. Mett.) claustrorum septa Deo deberent militare. Dum vero diebus vitae suae numquam[a] ab opere Dei cessare disposuisset, (V. Chrodeg. c. 27) monasterium magnae nobilitatis in Gorzia[4] Deo et sancto Paulo condere inchoavit. Et quia locus idem situ erat habilis, solitarius, antiquitate et dignitate venerabilis, ditans eum opibus maximis, aeternum statuit habitaculum fore religiosis monachis.

Quadam sane die sabbati, dum insisterent coepto Domini pro viribus operarii, ipse summus monitor aderat (ib.) sedens in cathedra pontificali. More vero ecclesiastico pulsante signo pro opere laxando, ferebatur lapis maximus, quem nitebantur artifices adhuc iungere parietibus. Quod videns homo Dei religiosus, mox deponi iussit onus et propter dominicae noctis honorem quiescere iam omnes a laboribus. Ut autem omnipotens Deus servi sui devotionem amplificaret, dum transacta dominica ad opus rediissent opifices, repererunt lapidem illum grandem loco angulari, quo fuerat locandus, angelica virtute melius insertum quam aliqua manu cementariorum.

Perfectis* igitur habitaculis et murorum decore in circuitu bene compositis, gloriosus presul domnum apostolicum Iohannem[5], qui tunc in Magontia concilium adunaverat, adiit et eum omnesque

*) *Hoc loco incipit fragmentum in chart. Gorziensi p. 16. transcriptum:*

DOTALICIUM QUO PIPPINUS REX DOTAVIT ECCLESIAM GORZIENSEM IN DIE QUA DEDICATA EST.

Gloriosus itaque Chrodegangus Metensis episcopus, perfectis Gorzie habitaculis et m. d. in circ. b. comp., dominum apost. *etc.*

Notitia a Meurisse p. 163 sq. cum eodem titulo edita sic incipit:

Completo ergo dicto monasterio, ordinatisque et provisis necessariis ad vitam duodecim una cum abbate religiosorum, urgente monastica necessitate, idem praesul Chrodegangus Romam petiit et, ut primum ad ungendum Pippinum regem beatum Stephanum papam in Franciam[6], sic etiam tunc ecclesiastica utilitate sanctum Iohannem apostolicum in Alamaniam adduxit et in Maguntia concilium cum multis episcopis celebrare fecit. Peractis ergo omnibus quorum gratia apostolicus venerat, eundem cum rege avunculo et multis episcopis venerabilis pontifex Gorziam ad benedicendum praefatum monasterium precibus adduxit. Cum igitur beatus papa, mon. cons. eccl. more compl., inter miss. cel. *etc.*

a) *sic V. Chrodeg.;* unusquisque C.

1) Cf. Sigeberti Vita Deoderici ep. Mett. c. 17, SS. IV, p. 477; Gesta ep. Mett., prol., SS. X, p. 534. 2) Qui secundus ac tertius episcopi Mettenses fuisse dicuntur. Cf. V. Chrodeg. c. 1. 3. 3) Auctor igitur Vitam Clementis episcopi, hucusque, ut videtur, ineditam, legit. Sed partim haec fabulosa iam a Paulo, G. ep. Mett., SS. II, p. 261, et Vita Chrodeg. c. 1. 3. narrata sunt. Cf. etiam Chron. S. Clementis Mett., SS. XXIV, p. 492. 4) V. Chrodeg. haec verba de monasterio S. Petri habet. 5) Reliqua omnia pure esse efficta vix est quod moneam. Iohannem papam tunc non sedisse neque ullum papam inter a. 754 799. in regnum Franciae venisse omnibus notum est. De dedicatione per Iohannem papam facta legitur etiam in Notis Gorz., infra p. 975; unde auctor haec forte sumpsit. 6) Cf. V. Chrodeg. c. 24.

quos poterat episcopos ad benedicendum monasterium conduxit; in quo postea nobilissimum martyrem magnumque patronum Roma delatum collocavit Gorgonium[1]. Beatus igitur papa, monasterii consecratione ecclesiastico more completa, cum inter missarum celebrationem clarum exhortationis habuisset ad populum sermonem, hunc tandem loquendi fecit[a] finem: 'Quoniam', inquit, 'in nomine Domini sumus Matth. 18,20. congregati, non duo tantum vel tres, verum etiam 24 ecclesiarum Dei presules, secundum ipsius promissionem Christum in medio nostrum esse credimus presentem et nostri officii cooperatorem. De cuius nos misericordia confidentes in verbo eius, sub testimonio filii nostri regis christianissimi et presentis ecclesiae statuimus pacem loco Gorziensi et perpetuam libertatem, in quo cum quiete monachi et sine impedimento seculari Deo nostro servire debeant omni tempore securi. Et ut proposito suo liberius insistant, interdicimus auctoritate apostolorum Petri et Pauli, in quorum honore locus ipse dedicatus est, ut nullus episcopus, clericus aut laicus de rebus eorum necessitati fidelium devotione et precipue carissimi fratris nostri Chrodegangi[b] datis vel dandis, ecclesiis[c], decimis, villis, redditibus sive omnibus quae ad eos pertinent imminuere[d], usurpare aut extra rationem inquietare presumat. Si quis autem, huius decreti nostri tenorem sciens, scelerato ausu contemptor extiterit et pauperum Christi sustentationem deliberato consilio et corde perverso [nimie[e] et indiscrete] invadens abstulerit, nisi resipuerit et monachos quos lesit digna satisfactione placaverit, ut sacrilegus anathematis vinculo eternaliter obligatus sit'. Quam sententiam cum ceteri una voce confirmassent episcopi, dicentes: 'Amen, amen[f]', et placuisset omnibus, rex processit ad altare devotus, offerens super illud fiscum regium qui Noviant[g, 2] vocatur cum omnibus appendiciis eius[h] et* Warenigisi-villam[3] cum omnibus appendiciis, Wasnou quoque ac montem Gudni cum omni integritate sua, videlicet campis, cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis, vineis, aquis aquarumve decursibus, rebus mobilibus et immobilibus, domibus, aedificiis, mancipiis utriusque sexus, litis, accolabus, adiacentiis, cum integris terminis ad prefatum monasterium cum omni libertate commisit moxque privilegii sui auctoritate corroboravit[i] retinendum ecclesiae[4]. Deinde multi nobiles offerebant multa cum tali gaudio et leticia, qualis non fuit in regione[k] nostra nec ante[l] nec postea. Acta sunt autem hec omnia in conspectu gloriosissimi regis Pippini secundi 17. Kal. Iulii**, anno quoque 762. ab incarnatione Domini.

*) et — libertate commisit[5] *des. Dot.*

**) *Meurisse sic:* 17. Kal. Iul., die dominico[6], anno quoque 761. ab incarnatione Domini, indictione decima quarta.

a) finem fecit *C.* b) Crod. *C.* c) ecclesiae *Meur.* d) minuere *Meur.* e) n. et ind. *des. C.;* nimis *Meur.* f) amen tertio *add. Meur.* g) Novcant *Meur.* h) suis *Meur.* i) roboravit *Meur.* k) religione *C.* l) antea *Meur.*

NOTAE GORZIENSES.

Ferdinandus des Robert a. 1884. *Nanceii librum edidit 'Deux codex manuscrits de l'abbaye de Gorze', quorum alter, quem ipse V. Cl. des Robert possidet, non ante saec. XVIII. quidem exaratus, sed ex antiquiore, qui saec. XII. exaratus fuisse dicitur, descriptus, complures continet notas de dedicationibus saec. X—XII. factis, ut coniicere licet, diversis eius temporis auctoribus tribuendas, l. l. p.* 8 *sqq. editas, quas hic repetere iuvat. G. W.*

f. 4'. 1105. Ian. 30. Anno ab incarnatione Domini millesimo 105, indictione 13, 3. Kal. Februarii dedicatum est oratorium in turri in honore sancti Michaelis archangeli a domno Richardo Albanensi episcopo. In quo posuit reliquias de sepulcro Domini, et de virga qua flagellatus est Dominus, et reliquias[a] sanctorum Iohannis baptiste, Petri apostoli, Syxti pape, Calixti pape, Gorgonii, Vincentii, Vitalis, Pantaleonis, Dionisii[b], Privati martirum Christi; Medardi, Germani, Benedicti confessorum; Scolastice, Walburgis virginum. Hoc petente et presente domno Warnero abbate[7], a quo dotem altaris requisivit. Atque idem abbas alodium, quod Hugo cum appenditiis suis Sancto Gorgonio apud Lebodi-villam[8] dedit, ibidem contradidit, talisque conventio facta est ibi:

a) reliquorum *ed.* b) Dionosii *ed.*

1) Cf. V. Chrodeg. c. 30. 31; Ann. Petav. et Lauresh. a. 765. 769, SS. I, p. 11. 13. 28. 30. 2) Novéant ad Mosellam prope Metz. 3) Varengéville ad fl. Meurthe. 4) Unum spurium diploma Pippini monasterio Gorziensi datum exstat (Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr. 91), in quo nihil de his donationibus. 5) Donationes praediorum Warengisivillae et Wasnou scriptor chartularii ideo omisisse videtur, quia hoc a Chrodegango (Calmet II, Probat. col. c sq.), illud demum ab Angelramno episcopo (ib. col. CXIII sqq.) donata esse scivit. 6) A. 761. Iun. 15. feria secunda fuit. 7) Abbas a. 1093 post a. 1109. 8) Labeauville prope Gorze.

Custos ibidem debet luminaria ministrare, et congregatio[a] in ipsa dedicatione sollempne officium penitus adimplere nocte dieque, servitium refectionis predictus custos caritative eis impendere. Hec omnia ita ordinata taliter sunt confirmata, ut presul idem excommunicaret, audiente plebe, ne quis quicquam horum auderet refringere*.

Anno dominice incarnationis millesimo sexagesimo 8, indictione 6, dedicata est f. 56'. 1068.
basilica sancti Petri a domno Utone Trevirorum archiepiscopo in honore eiusdem apostolorum principis. Huius dies dedicationis celebratur 6. Kal. Iulii. Et in principali altari continentur Iun. 26.
reliquie beatorum apostolorum Petri, Andree, Mathei, Bartholomei sanctique Iohannis baptiste, et sanctorum Innocentium et beatorum martyrum Stephani, Gorgonii, Cornelii, Urbani, Laurentii, Vincentii, Tyburtii, Sebastiani, Lamberti, Candidi, Georgii, Pancratii, Cristofori, Gregorii, sanctorumque confessorum Sylvestri, Hilarii, Remigii, Nicholai, Arnulfi, Romarici, Terentii, Benedicti et sanctarum Marie Magdalene et Helene regine. Eodem die ab ipso archiepiscopo consecratum est altare ad Crucem in honore sancti Clementis pape et martyris; in quo eius continentur reliquie et sanctorum Dionisii, Felicis, Laurentii, Genesii, Preiecti et Carpofori martyrum; et Materni, Apri, Patientis, Petri, Legontii atque Fronimii confessorum.

Anno ab incarnatione Domini millesimo 227, indictione 15, dedicatum est altare 1227.
sancte Dei genitricis Marie a venerabili[b] archiepiscopo Treverensi Theodorico in honore ipsius beate semper virginis omniumque virginum Christi. In quo continentur preciose eius reliquie et sancte Marie Magdalene sanctarumque virginum 11 milium Agripinensium et sanctarum Lucie, Margarete, Cecilie, Barbare, Scolastice, Walburgis, Odilie, Ursule, Aprintie. Huius altaris dedicatio colitur 12. Kal. Maii. In dextro altari venerantur reliquie prothomartyris Stephani et sancti Georgii, Apr. 20.
Cypriani, Paterni, sanctorumque confessorum Martini, Gregorii, Hylarii, Domnini. In quorum honore dedicatum est 17. Kal. Iulii. Iun. 15.

17. Kal. Iulii [762.[c]] dedicata est domus maioris basilice a domno papa Iohanne[1], multorum episcoporum cetu cooperante, in honorem apostoli Pauli. Cuius reliquie in principali continentur altari et sanctorum Vincentii, Mauritii, de sudario Domini et de linteo quo precinctus pedes lavit discipulorum.

Anno 765, tempore Pipini regis, Rodgangus Mettensis ecclesie archiepiscopus corpus 765.
gloriosi martyris Gorgonii de Roma in Franciam transtulit et in eodem templo, quod ipse a fundamento erexit, retro altare honorabiliter locavit.

Anno ab incarnatione Domini 1088, cum dubitatio fieret de corpore martyris, abbas 1088
Heinricus[2], vir religiosissimus, dubie rei faciens fidem, vetus in quo prius iacuerat scrinium tulit et caput martyris ceteraque principalia membra particulatim populo, qui tunc innumerabilis convenerat, ostendens, in novis iterum scriniis decenter adornatis cum omni diligentia recondidit.

In scriniolo superius posito conservantur reliquie sanctorum martyrum Naboris, Nazarii et Basilidis; brachium sancti Clementis pape et martiris, brachium quoque Fabiani pape et martiris, itemque brachia sanctorum martirum Adriani et Eustachii, Clementis quoque primi Metensis episcopi et reliquie aliorum quam plurimorum sanctorum martirum, confessorum, virginum.

Anno dominice incarnationis 1099. altare sancte Crucis consecratum est cum maxima 1099
cleri plebisque devotione a venerabili episcopo Mettensi domno Poppone in honorem eiusdem victoriosissime Crucis et beati Gorgonii martyris. Ibi continentur absque dubio de ligno Domini atque sepulchro reliquie, de capillis[d] sancte Marie, de pallio sancti Michaelis archangeli; reliquie sancti Iohannis baptiste, Petri apostoli atque Andree, Iohannis euangeliste, sancte Marie Magdalene, sancti

*) *Similia in chartulario Gorziensi f.* 194. *leguntur, ibidem p.* 11. *edita:*

DE ALTARI SANCTI MICHAELIS IN TURRI.

In nomine sancte Trinitatis. Notum sit fidelibus cunctis, quod dominus Richardus Albanensis episcopus cardinalis, volente domino Warnero abbate, Gorziam venit, eoque cum fratribus deprecante, capellam sancti Michaelis consecravit. Ad hanc vero dotandam aliquod predium ab eodem abbate requisivit. Qui alodium, quod Hugo cum appendiciis suis Sancto Gorgonio apud Lebodi-villam dedit, per manum ipsius pontificis ibidem contradidit. In hac tum condonatione hec conventio cognoscitur statuta fuisse: Custos ecclesie debet ibidem luminaria ministrare et fratribus qui in ecclesia ipsa dedicatione plenarium officium implebunt die nocteque servitium refectionis communiter caritative impendere. Omnia sunt confirmata ipsius presulis iussione, adiuncta etiam pro ipso alodio terribili excommunicatione, ne quis illud auderet ullo modo infringere. Acta sunt hoc anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo sexto. 1106.

a) *forte emendandum:* congregatione . . . adinplente b) venerabile *ed.* c) *alia manu post add. erat in c.* d) capellis *ed.*

1) Haec fabulosa. Cf. p. 973, n. 5. 2) A. 1055–1093.

Stephani, sancti Laurentii, dens sancti Gorgonii et dens sancti Lazari a Domino resuscitati; reliquie sanctorum Thebeorum martirum et sancti Ypoliti, Dionysii, Georgii, Vincentii, Pancratii, Christofori, Leodegarii, Cerealis, Emeranni; de ossibus sancte Lucie; de oleo quod manavit ex tumba sancti Nicholai; *f. 58'. *reliquie sancti Martini, sancti Lamberti, sancti Romarici, sancti Sulpicii episcopi, sancti Benedicti, Mauri atque Columbani et aliorum plurimorum sanctorum, quorum memoria in benedictione est.

Porro in scrinio quod ibi est continentur sex corpora sanctarum virginum de illis undenis milibus Agripinensium, quorum tria venerabilis abbas Henricus, tria postmodum reverende memorie Albertus[1] abbas ad nos transtulerunt. Cum eisdem quoque sacris virginibus, sicut Deus preordinavit, presul et magnus confessor Domini Rodgangus requiescit.

Oratorium sancti Iohannis dedicatum est 13. Kal. Maii; in cuius altari habentur reliquie sancti Iohannis apostoli et euangeliste et sancti Iuliani martiris atque Nazarii. 17. Kal. Iulii dedicatum est oratorium sancti Mauricii a domno Azone episcopo[2] in honorem omnium f. 59. martyrum Christi, et precipue sancti Mauricii, Laurentii, Ciriaci, Syxti, Pancracii, Cristophori, Quirini, Naboris, Nazarii, Victoriani.

1065. Iun. 2. Anno ab incarnatione Domini 1065, indictione 3, 4. Nonas Iunii dedicatum est oratorium in hospitali ab Azone episcopo in honore omnium confessorum Christi et specialiter illorum quorum ibi continentur reliquie, id est sancti Nicholai, sancti Gregorii pape, Augustini, Briccii, Celestis, Aniani, Maximiani, Gerardi et sancti Walarici[a] episcopi et confessoris.

1077. Dec. 4. Anno ab incarnatione Domini millesimo 77, indictione 15, 2. Nonas Decembris, oratorium quod venerabilis Henricus abbas edificavit dedicatum est a domno Herimanno Mediomatrice sedis presule in honore apostolorum Christi. Et in principali altari continentur reliquie de tunica, de ligno et de sepulcro Domini, sancte Marie matris Domini sanctorumque apostolorum Petri, f. 59'. 1077. Pauli, Andree, Thome, Bartholomei, sanctorum Innocentum, Stephani prothomartyris, Dionysii, Clementis, Apollinaris, Vitalis, Gervasii et Protasii, Symphoriani, Alexandris[b], Quirini, Cornelii, Pancracii, Syxti, Laurentii, Vincentii levite, Blasii, Chrisogoni, Albani, Ciriaci, Largi et Smaragdi, Marcelli pape, Marcellini et Petri, Urbani pape, Tiburtii et Valeriani, Pantaleonis, Albini, Quintinii[b], Vincentii episcopi, Mauricii et Thebeorum ac Maurorum martirum; Primi et Feliciani, Sergii et Bachi, Viti, Georgii, Donati, Sigismundi regis, duorum Ewaldorum, Gingulfi martirum; et sanctorum confessorum Silvestri pape, Clementis, Materni, Mansueti, Ammonis, Petri, Severini, Remigii, Nicholai, Agerici, Arbogasti, Probi, Bricii, Adelphi et Chlodulfi episcoporum, Benedicti et Galli abbatum; et sanctarum Felicitatis martiris, Marie Magdalene, Helene regine, Richarede auguste.

f. 60. Altare dextrum consecratum est ipso die ab eodem Christi sacerdote in honore sancti Pantaleonis martyris; in quo eius habentur reliquie et sanctorum Sebastiani, Georgii, Viti, Ypoliti, Theodori, Cosme et Damiani, Felicis et Faustini, Vincentii, Valentini, Fidelis et Ianuarii, Maurini abbatis et martiris, Laurentii episcopi, Sanctini episcopi, Legontii episcopi atque Isaac monachi.

Item in sinistra parte altare dedicatum est eodem die in honore sancte Dei genitricis Marie sancteque virginis Cecilie, Margarete et sanctarum Agripinensium virginum atque Scolastice, Walburgis, Gertrudis, Glodesindis, Neophite, Odilie et Iulitte, quarum reliquias continet.

f. 60. 1338. Sept. 20. Anno[c] ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tricesimo octavo, dominica die ante festum beati Mathei apostoli et ewangeliste dedicatum est altare . . . capelle [site] in loco noncupato Grangia[3] prope Gorziam a domino Daniele Morenensie[d] episcopo in honorem sancte Katherine virginis; in quo [posuit] reliquias, videlicet vestimentorum et capillorum gloriosissime Marie virginis atque Margarete virginis. Item de cruce Domini et de terra ubi [ipsa] crux fixa extitit. Item de lapidibus quibus Iudei proiesserunt in Ihesu, quando abscondit se exeundo de templo. Item et capillorum sancti Martini confessoris[e] Turonensis civitatis. Item iuncturarum sancti Leonardi abbatis.

f. 60'. 1338. Sept. 21. Anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo 30. octavo, in die festi beati Mathei apostoli et ewangeliste, mense Septembri dedicatum est altare capelle site in loco noncupato Grangia prope Gorziam petitione et studio venerabilis et discreti viri dompni Ludovici dicti Sarpate monachi monasterii Gorziensis in honore et reverentia sanctorum et sanctarum, et specialiter beate Katherine virginis; in quo continentur preciose eius reliquie, vestimentorum et capillorum gloriosissime Marie virginis beateque Margarete virginis. Item de cruce Domini et de terra ubi ipsa crux fixa extitit. Item de lapidibus de quibus Iudei proiesserunt in Ihesum, quando abscondit se exeundo de templo. Item de scapula beati Martini episcopi. Item iuncturarum beati Leonardi abbatis. Omnibus vero vere penitentibus et confessis qui [die[f]] consecrationis seu dedicationis predicte capelle, videlicet in die festi predicti, ibidem oraturi devote

a) Walrici *ed.* b) *sic ed.* c) *sequentia manu multo posteriore scripta erant in c.; qui exemplar fecit non omnia notae sequentis legere potuit, quae uncis inclusa partim supplevimus ex nota post eam sequente, ex illa partim descripta.* d) *sic ed.; quid sit, ignoramus.* e) qf *ed.* f) *supplevi; deest ed.*

1) A. 1161 — post a. 1168. 2) Chorepiscopo Metensi, ut videtur. 3) 'Est un lieu, appelé actuellement Derrière la Grange, qui est situé derrière le château de Sainte-Catherine, où existe une chapelle castrale, sur la route de Novéant à Gorze'. ROBERT.

pervenerint, et quotienscumque hec quisquam fecerit, auctoritate domini episcopi Metensis quadraginta dies indulgentie et totidem auctoritate domini archiepiscopi Treverensis et auctoritate prefati domini Danyel episcopi[a] de iniuncta ipsis penitentia, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius suffragio et intercessione confisi, misericorditer in Domino relaxamus.

a) et *add. ed.*

NOTITIAE FUNDATIONIS MONASTERII BOSOŃIS-VILLAE.

Quinque notitias de primordiis monasterii Bosonis-villae, dioeceseos Mettensis, a. 1033. ab Adalberto comite Alsatiae fundati, quasi unius auctoris libellum compactas mendose nimis edidit Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed. 2. III, Probat. col. LXXX sqq. (ed. 1. I, p. 543) ex folio membranaceo, nunc in archivo publico Mettensi *servato, contrito nimis et deterso, in quo quatuor columnis saec. XII. ex. vel saec. XIII. in. exaratae sunt; quod V. Cl. E. Sauer, eidem archivo praefectus, in usum nostrum benigne exscripsit. Earum quatuor item in unum quasi libellum coniunctas, alio vero ordine dispositas, iam antea in lucem dedit Vignier, 'La véritable origine des très-illustres maisons d'Alsace' (Paris 1649) p. 97. 99. (102.) 106. 109 sq.; unde eas Sammarthani, Gallia christ. IV, p. 191 sqq., repetiverunt. Hae vero notitiae diversis temporibus a diversis auctoribus*[1] *conscriptae esse videntur, et prima quidem post a. 1123*[2], *cum de charta hoc anno data in fine relatum sit. Reliquae quo tempore conscriptae sint, non satis quidem apparet, quas tamen omnes prima antiquiores esse coniicio, etiam primae auctorem reliquas, certe IV. et V. legisse puto. Tertia est nota dedicationis ecclesiae, quarta indiculus fundatorum et benefactorum huius monasterii, reliquae maximam partem chartis iam perditis nituntur et de eis referunt. Quas eo ordine quo in folio illo membranaceo exaratae sunt et Calmet eas exhibuit repetimus. Vignerii lectiones varias nonnullas annotavi, cum Calmet eum alio quodam apographo usum esse dixerit, licet mihi persuasum sit eum dictum folium male descripsisse.* *O. H.-E.*

I. In[3] libro Ecclesiastes ut verba Salomonis perhibent: *Omnia tempora tempus habent*, Eccl. 3, 1.
interdum tempora bona peioribus et[a] econtra mala mutantur melioribus. Florente adhuc copia mundi, Adalbertus comes marchio et uxor sua[b] Iuditha omnem spem salvandae animae ponentes in Domino, ipse perrexit Ierosolymam propter sancti sepulchri amorem[4]. Ipsa interim domi residens, monasterium Buosonis[c]-villae[5] construxit venerande[d] crucis

a) at *V.* b) eius *V.* c) Bos. *V.* d) reverendae *V.*

1) Not. I. II. V. partim eadem alio modo referunt. Auctor not. I. exempli gratia Cunonem abbatem post a. 1034. institutum esse dicit, not. II. vero eundem iam a. 1033, Ian. 31. eidem monasterio praefuisse asserit. 2) Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 47, n. 6, et Ladewig, 'Poppo von Stablo' (Berlin 1883) p. 90, n. 5, qui diversas notitias inter se non discernunt, dicunt eam paulo post a. 1070. conscriptam esse, cum Theoderici ducis Lotharingiae, qui a. 1070. patri successit, mentio facta sit; quod tum tantum statui posset, si ea quae de Reimaro abbate et charta a. 1123. data sequuntur ab alio auctore postea addita essent. Hoc vero nullo modo probari potest v. p. 977, l. 28. p. 978, l. 35). 3) Hanc notitiam Vignier post tertiam exhibet. 4) Cf. notam in dorso chartae a. 1030. (Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p. 355, nr. 303) scriptae, 'N. Archiv' XI, p. 104: *Sciendum est, quod ista nobilis matrona Iůtta marcionissa, marito suo Adalberto duce et marcione existente ultra mare, ipso dicto mortuo, prout rumor plurimorum auribus suis instillavit, quod tamen omni caruit veritate, dicta matrona bona infrascripta legavit monasterio Sancti Eucharii et Valerii et Materni. Postea modico tempore praeterito, dictus maritus suus sanus et incolumis ad propria remeavit, et eadem bona dicto monasterio tradita seu legata unanimi consensu, ut in imperatorum privilegiis insuper confectis apparet, roboraverunt et dicto monasterio tradiderunt.* Ladewig, 'Poppo von Stablo' p. 91, coniecit eum a. 1028. 1029. cum Poppone Trevirensi archiepiscopo in Terram Sanctam profectum esse. 5) Busendorf (Bouzonville; circ. Bolchen) ad fluvium Nied.

in honorem. Comes autem, dum Ierosolymam venit[a], studium uxoris suae non celavit
auribus domini patriarchae; qui sibi cum aliis reliquiis dederat partem non modicam do-
minicae crucis. Unde nimium gavisus, ut est patriam[b] reversus, mox Theodoricum Met-
1033. tensem invitavit episcopum[1], ut in honore[c] sanctae crucis prefatum benedixisset locum[2],
quem prius allodiis et mancipiis utriusque sexus liberalissime dotavit rebusque ecclesiasticis,
auro vel argento exornavit, congregans illuc[d] monachos, qui Deo et sanctis eius servirent
studiose, datis[e] eis victus et vestitus necessariis copiose. His ita rite dispositis, comes
1034. supradictus post annum moriens[3], in choro sanctae Crucis est sepultus, et uxor sua Iuditha
in medio monasterii est sepulta. Successitque eis Gerhardus[f] comes[g] marchio filius, qui cum
uxore sua Gisila[h] locum prefatum omni custodiens diligentia, monachis preposuit erudi-
1049? tum[i] virum abbatem Cuononem[4]; cuius consilio invitavit[5] Romanum pontificem domnum[k]
Leonem[6], qui altare sanctae Crucis pontificalibus decoravit donis, monachis et caeteris atrio
eiusdem loci degentibus pacem firmam bannivit, adeo ut, si quis eis[l] violentiae aliquid vel
manum potestativam fecisset, apostolica auctoritate anathematizatus et[m] damnatus esset[7].
Constituit autem ad haec comes prefatus monachorum familiae defensorem virum nobilem
pro se[n. 8], quem fideli hominio ammonebat, ut familiam servili conditione libertati nuper
datam honestius tractaret[o], sicubi opus esset, adiuvaret, nihilque ab eis exigeret, nisi
per annum ter iudicio vel decreto scabiniorum, si aliquid concionando acquireret[p], una
pars sibi, due cederent abbati. Tali ergo moderamine curam disponens eiusdem familiae,
duodecimo anno post mortem patris defunctus[9] et[q] in choro sanctae Crucis ad latus patris
est sepultus, uxorque sua Gisila[r] in choro sancti Petri est sepulta, succedentibus sibi filiis,
Odelrico[s. 10] videlicet comite et Gerhardo duce. Isti namque parentum suorum liberalita-
tem sequuti, fratres et familiam eis datam benivolentia custodiere omni, sicque[t] immature
1070. ambo vitam morte mutavere[11]; et dominium Buosonis-villae[u] suscepit dux Theodericus,
puer parvulus, Gerhardi ducis filius. Qui dum in curia Adalberonis[12] Metensis episcopi
nutriretur, rogavit presul puerum, ut sibi commutaret Buosonis-villae[u] cénobium pro
castro Commarciaco[v. 13]; quod et fecit, retinens sibi posterisque suam[w] advocatiam loci
iure hereditario. Firmata est igitur haec commutatio inter Metensem pontificem et[x] Theo-
dericum ducem coram monachis et clericis et principibus multis, ea conditione videlicet,
ut, quem parentes sui communi electione fratrum et[x] conventus sancte Crucis huc usque
constituerant, deinceps ab[y] eis rite et canonice electum[z] reservarent, [cui mo]dernus[a]
episcopus[b] Metensis investituram donet ac benedicere debebit in futurum stabilienda
ratione.

Abbas[c] Reimarus[d] ...nus[e] constitutus est ab episcopo Metensi venerabili Popone[14] sine
sub]rogatione[f]. Abbatis namque huius temporibus bona tempora mutata sunt peioribus,

a) pervenisset *V.* b) in p. *edd.* c) honorem *edd.* d) illic *edd.* e) datis — copiose *des. C.* f) Gerardus *V. semper.* g) et *add. V.* h) Gisilia *V.* i) er. v. abb. *des. C.* k) *deest V.* l) ei *V.* m) esset et d. *edd.* n) *sic c.;* prole *C. V.* (*qui addit: 'al.* pro se'); *cf. infra p.* 980, *l.* 23. o) et *add. V.* p) sibi acquirerent *V.* q) et — sepultus *des. V.* r) Giselia *V.* s) Deoderico *V.;* Deodelrico *C. falso.* t) sed *V.* u) Buosonvillae *V.* v) Commerc. *V.* w) suis *C.;* suis suam *V.* x) ac *V.* y) ab eis *des. V.* z) ductum *V.* a) *sic conieci; uncis inclusa legi nequeunt in c.;* ::::dericus *legit V. Cl. Sauer;* Nicodemus *nimis corrupte edd.* b) episcopos Metenses investitura *V.* c) *nullum intervallum nec nova linea incepta in c.* d) Rainerus *edd.* e) *tres fere litterae iam legi nequeunt in c.; hanc vocem omisere edd.* f) sub *legi nequit in c.; nescio num potius* derogatione *an* prorogatione *legendum sit.*

1) II. a. 1006—1047. 2) Quod a. 1033, Ian. 31. factum est; vide infra p. 979. 3) Num Adalbertus a. 1034, ut hoc loco dictum est, obierit, dubium est; vide infra n. 9. Exstant quidem duae chartae eius et uxoris eius Iuttae a. 1037, Iun. 12. datae ('Mittelrhein. UB.' I, p. 363 sq., nr. 309), sed earum autographa supposititia sunt, altera certe falsata est. 4) Quem misit Poppo abbas Stabulensis, cui Adalbertus comes monasterium nuper fundatum tradiderat; cf. Vita Popponis c. 19, SS. XI, p. 305. Infra vero p. 979. dictum est, Cuonem iam a. 1033, Ian. 31. abbatem Bosonis-villae fuisse, quod etiam cum Vita Popponis l. l. melius concordat. 5) Calmet putat auctorem hoc loco Gerardum II. comitem cum Gerardo duce, filio eius, confudisse, hunc videlicet Leonem IX. invitasse, ut Bosonis-villam veniret; cf. n. 9. Sed etiam notitiae quintae auctor idem atque hic asserit. 6) IX. a. 1049—1054; qui a. 1049, mense Octobri hunc locum adiisse videtur; cf. infra p. 980, n. 5. 7) Hoc privilegium non exstat; v. infra p. 980. 8) Eadem verba v. infra p. 980, l. 22 sqq. 9) Hoc pugnat cum eo quod supra dicit, Gerhardum invitasse Leonem IX. papam, eius patrem vero a. 1034. defunctum esse, ut Ladewig l. l. p. 90, n. 5. monet; cf. supra n. 3. 10) Odelricus frater Gerhardi ducis occurrit in charta Adalberonis III. episcopi Mettensis, SS. X, p. 335; ex editionum falsa lectione Gerhardum tertium filium Deodericum dictum habuisse perperam credebatur; cf. Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 48, n. 1. 11) Gerhardus dux obiit a. 1070. 12) III. a. 1047—1072. 13) Commercy ad Mosam fl. 14) A. 1090—1103.

quia familia sanctae Crucis variis tribulationibus oppressa est et angustiis duris, eiusque[a] defensores facti sunt raptores et rerum invasores, auferentes ab eis diatim[b] pecuniam, annonam, pabulum, iniustum[c] hospicium; unde paupertate coacta petit exilium[d]. Monachi autem, rusticis abeuntibus, qui terras excolerent, non habentes[e] unde viverent, clamaverunt ad Dominum, qui dedit eis liberalissimum patronum, comitem scilicet Theodericum[f,1], pie memoriae maioris ducis[2] filium; qui benigne clamorem fratrum audiens et familiae sancte Crucis, kartam domni Leonis papae[3] et avi sui Gerhardi fecit legi[g] coram se et[h] principibus suis; que nihil questus advocatis in familiam sancte Crucis ostendit nisi tria conditia[i,4] per annum, in quibus quicquid iudicio vel decreto scabiniorum conditialiter[k] fuerit concionatum, due[l] partes abbatis villicus, tertiam partem accipiet advocatus[5]. Que omnia benivolo comes Theodericus suscipiens animo, coram omnibus principibus interdixit advocatis et eorum ministerialibus sub obtentu beneficii, ut nullam exactionem, nullam violentiam nullamque iniustitiam monachis ulterius et familiae suae ingessissent, si dominio suo et amicicia perfrui voluissent. Ut autem istud ratum maneret et indisruptum[m], adhibiti sunt plures testes nobilium: domnus Wigericus de Walcourt[n], Iohannes de Ditdenhof[6], Valterus[o] de Ernesdorf[7], Godefridus[p] de Diffurt[8], Hezel advocatus de Patra[q], Adalbertus, Albericus, fratres eius. De familia Theoderici comitis: Heremannus dapifer, Drudewin[r], eius gener, Esso[s] et Stephanus, frater eius. De familia eiusdem loci: Bencelinus ministralis[t] comitis, Radin et Bencelinus filius eius, Waltman[u] de Filezdorf[9]. Acta sunt haec omnia in eadem Buosonis-villa anno dominicae incarnationis 1123, indictione 1, 1123. anno 2. domini Stephani sanctae Metenssis[v] aeclesiae archiepiscopi[w].

II. Cum[10] scriptum sit[11]: *Nescit vox missa reverti*, poterit res quondam effecta preconio vocis manualiter transscripta oculis fidelibus intueri, sicque fama narrante, patulis accrescens auribus audientium, longioris temporis manendi litterarum consequitur monumentum. Adalbertus comes marchio et uxor sua Iuditha, remedio animarum [suarum[x]] posterorumque suorum, qui[y] magna cum haberent studia, oratorium Buosonis-villae construxerunt in honore sanctae crucis, donantes villas quasdam cum allodiis suis, cum fiscalium redituum appenditiis et utriusque sexus mancipiis. Anno autem millesimo tricesimo tertio, in- 1033. dictione 1, idem comes Theodericum secundum Metensem invitavit episcopum, ut in honore sanctae crucis et omnium sanctorum eundem consecraret locum, quem magnis ampliavit donis ac variis decoravit ornamentis. Eodem namque in die[12] comes prefatus benevolentiam animi sui erga Domino et sanctae Cruci servituros volens liberaliter exhibere in vestitu eorum, posuit census proprietatis suae omni anno centum solidos et 18 denarios thelonii de Tullensi mercato[13]. Consilio igitur prefati pontificis et ammonitu domni abbatis Cuononis[14] coram principibus suis constituit familiae supradicto loco tradite iuridicialia[z] rectitudinis, ut quidam eorum abbati[a] et fratribus beneficiati[b] aequitando servirent, alii omnes census et alia constituta hereditario iure darent quamdiu viverent. Si quis autem de familia hac vel advena in banno sancte Crucis hereditatus mortuus fuerit, si aequum vel bovem vel quicquid melius in mobilibus reliquerit, indigena capitali, et advena aralicio terre domino dare debebit; quod in Niddensi pago et in toto ducatu Lotharingiae servatur usque hodie.

III. Anno[15] ab incarnatione dominica 1033, indictione 1, epacta 16[c], concurrente[d] 7, pri- 1033. Ian. 31 die Kal. Februarii, regnante imperatore Counrado, rogante glorioso comite Adalberto una cum optima atque christianissima coniuge sua Iuditha, dedicatum est oratorium a sancto ac venerabili Metensi episcopo Deoderico II. in honore victoriosissimae sanctae crucis et sancte

a) eiusdem *V.* b) dictam p. annuam *edd.* c) vestitum *edd.* d) auxilium *edd.* e) habentibus *V.* f) Theodor. *V.* g) legere *edd.* h) ac *edd.* i) comitia *edd.* k) conditionaliter *V.*; comitialiter *C.* l) *sic c.*; *cf. p.* 980, *l.* 26. *p.* 978, *l.* 19. m) indiscussum *V.* n) d'Euualecourt *V.* o) Walterius *V.* p) Gotofredus de Difurt *V.* q) adv. Alsatiae *edd.* r) Drouim g. e. *V.* s) *deest edd.* t) ministrator *edd.* u) Walturam de Filzdorf *edd.* v) *sic c.* w) episcopi *V.* x) *supplevit C.*; *deest c.* y) *delendum videtur*; quarum *add. C.* z) iuridicilia *c.* a) abatti *c.* b) beneficati *c.* c) *lege:* XVII. d) conc. 7. *des. C.*

1) Qui a. 1128. comes Flandriae factus est. 2) A. 1115, Ian. 23. defuncti. 3) Supra p. 978, l. 13. dictam. 4) Vide Ducange-Henschel s. v. *conditio*; sed infra p. 980, l. 25: *comitiis*. 5) Cf. eadem fere p. 978, l. 17 sqq.; infra p. 980. 6) Diedenhofen. 7) Ersdorf (circ. Forbach). 8) Differten (circ. Saarlouis). 9) Filsdorf ad fl. Nied supra Busendorf. 10) Hanc notitiam non habet Vignier. 11) Horat. Epist. II, 3, 390. 12) Ian. 31; cf. infra l. 41 sq. 13) Cf. infra p. 980, l. 3. 14) Cf. supra p. 978, n. 4. 15) Hanc notam de dedicatione ecclesiae Vignier p. 97. ante primam notitiam positam praebet.

Marie perpetue virginis ac sancti Petri et multorum sanctorum, quorum inclytae reliquiae in eo[a] sunt[b] reconditae, et in veneratione omnium sanctorum Dei. Comes prefatus eodem in[b] die de foro Tullensi centum solidos et octodecim[c] denarios tradidit pro dote dedicatae aecclesiae.

IV. Haec[1] sunt nomina vivorum atque defunctorum fratrum, quae scripta adesse[d] videntur in libro vite caelestis, quorum allodio vel aelemosyna iste sancte Crucis locellus bene est fundatus: Adalbertus comes atque domina Iuditha, eius insignis femina; Gerhardus comes, Gisila[2] et illius proles inclyta, Adalbertus[3], Gerhardus[4], Cuonradus[e], Adalbero, Beatrix, Cuono, Gisila, Huoda[f] abbatissa, Azelinus, Ida, Adeleth[g].

V. Gerhardus namque comes prefatus, parentum suorum, qui locum construxerunt Buosonis-villae, devotionem imitatus, Romanum pontificem domnum Leonem, qui Brun dicebatur, invitaverat, ut locum, quem Theodericus venerabilis Metensis episcopus benedicendo[h] consecrasset, ipse apostolica[i] auctoritate roborando confirmasset. Qui magno
1049? conventu[k] episcoporum, abbatum, monachorum[l], clericorum susceptus honorifice[5], oratorium et altare sanctae Crucis muneribus datis ditavit magnifice, atrium eiusdem loci visitando, multis comitantibus, circuivit, monachis et Deo servientibus ibidem pacem firmam indixit[m]; violatores autem atrii et qui violentiam aliquam vel potestatem iniquam in loco facerent[n], gladio sancti Petri, id[o] est[p] anathemate suo, percussit[6]. Commendavit autem isdem papa[q] presentem locum comiti, ut, quem parentes sui liberum fecissent servicio Dei, ipse diligeret et excoleret, augeret ac melioraret, res aecclesie traditas et allodia fratresque sanctae Cruci servientes quasi pater, quasi liberalis patronus custodiret super omnia. Comes igitur omnia bona cupiens fratribus et loco, cum Cuonone tunc abbate aliisque amicis adhibito consilio, quia alias occupatus esset, constituit pro se defensorem virum nobilem, qui cum abbate vel preposito ter in anno per abbatiam equitaret, iniusta[r] corrigeret, aequa corroboraret, et quicquid his tribus comitiis iudicio scabiniorum acquireret, eorum etiam[s] decreto due partes abbati, tertia pars defensori cederet[7]. Quem villicus abbatis cum uno milite tribusque famulis venientem debet suscipere et per noctem bene pascere. Elegerat etiam de familia prefata[t] quosdam servientes, qui abbati fratribusque equitando servirent[8]; sicque ab omni servitio inmunes essent, nisi secum vel cum filiis suis equitarent eorumque nuntia infra provinciam ferrent. Hec igitur omnia recitata[9] sunt in
1043. eadem Buosonis-villa anno 1043[u], indictione 11.

a) eodem *edd.* b) *deest V.* c) viginti *V.* d) scr. a Deo *V.* e) Conrardus *V.* f) Itnoda *V.*; Isedda *C.* g) Adelech *V.* h) benedictione *V.* i) opera et *V.* k) comitatu *V.* l) et *add. edd.* m) induxit *V.* n) fecerant *V.* o) id est *des. V.* p) sancti Petri *iterum add. c.* q) isdem *iterum add. c.*; eidem *add. edd.* r) est in. *V.* s) esset ac de caetero duae *V.* t) dicta *edd.* u) MXLVI, ind. XIV. *V.*

FUNDATIO ECCLESIAE S. MAXIMI BARRENSIS.

Notitiam fundationis ecclesiae S. Maximi Barrensis (Bar-le-Duc), dioeceseos Tullensis, licet a. 1032. *in formam instrumenti publici redacta sit, cum tamen narrationem historicam exhibeat, praetermittere noluimus; quam D. Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed.* 2. *II, Probat. p. CCL sq., edidit; unde eam repetimus.*
O. H.-E.

1) Hanc notam de benefactoribus Vignier p. 106. post sequentem notitiam positam praebet. 2) Uxor Gerhardi praecedentis. 3) Steindorff, 'Heinrich III.' II, p. 47, hunc putat fuisse ducem Lotharingiae a. 1048. occisum. Vignier p. 4. falso sequentes hos omnes liberos Gerhardi et Gisilae fuisse opinatur. 4) Dux Lotharingiae, ut videtur. 5) A. 1049, Oct. Leo IX. Bosonis-villam venisse videtur, cum eodem mense in Mettensi urbe moratus sit (Jaffé, Reg. ed. 2. I, p. 533). Verum quidem est eum etiam a. 1050. ex. vel 1051. in. hunc locum adire potuisse. 6) Privilegium non exstat; cf. supra p. 978. 7) Cf. eadem supra p. 978, l. 15 sqq. 8) Eadem p. 979, l. 36. 9) Auctor dicere voluisse videtur, chartam Gerhardi comitis a. 1043. datam esse; quod igitur factum est, antequam Leo papa Bosonis-villam venit, licet de huius adventu antea relatum sit.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Sit notum omnibus hominibus in Christo credentibus tam praesentibus quam futuris, qualiter Dei voluntate olim in Barrensi castello ab antiquis viris religiosis constituta, consecrata necnon ornata sit basilica. Temporibus igitur Lotharii Francorum magni principis et Frederici strenui ducis[1], qui in Lotharingiensibus partibus militabat, fuit quidam miles nobilissimus nomine Heselo[a] in Barrensi castro, qui, tactus caelica inspiratione, construxit oratorium in supradicto castello pro suorum venia delictorum et animae suae remedio. Idem etiam fecit constructum oratorium consecrare a sanctae memoriae Gerardo Tullensium pontifice[2] in honore sanctae et gloriosae genitricis Dei Mariae sanctique protomartyris Stephani et omnium sanctorum; postea autem ipse decoravit consecratum oratorium de reliquiis pretiosissimi confessoris Maximi ex Turonicis partibus divina dispositione delati. In ipso itaque die contulit ad ipsum locum venerabilis ductrix nomine Beatrix[3] fiscum nomine Varenam[4], ut sibi et antecessoribus suis omnipotens Deus concederet atque indulgeret delictorum veniam. Amalricus etiam miles quidam nobilissimus pro remedio animae suae uxorisque contulit ad ipsum locum mansum unum in villa Tannaco[5] nominata et quintam partem de ecclesia in supradicta villa. Similiter et Valterus miles strenuissimus pro remedio animae suae contulit ad ipsum locum quartam partem ecclesiae Giwraudis-valle[6]. Praepositus etiam Robertus ad ipsum locum contulit in ipsa villa Fain[7] unum mansum cum appenditiis suis. Theodoricus etiam dux[8] insignis et egregius et nobilissima ductrix Richildis[9] dederunt postea ad ipsum locum pro suorum facinorum relaxatione in villa Maxuntia[10] nomine quartam partem ruris proprii. Similiter et idem, postea vero ex praecepto papae pro captae genitricis[11] absolutione contulit memoratus dux ad ipsum locum molendinum unum in Longa-villa[12] bannalem cum universis usuariis, uti eo die possidebat. Idem autem postea ad praedictum locum tradidit ecclesiam in villa nomine Villeta; et super amnem Mosam in villa Rimaco nominata tradidit quidam miles nomine Rogerus pro suis et antecessorum suorum facinoribus quintam partem de ecclesia cum pratis et aliis terris. Dux etiam praefatus, ut adimpleret quod sibi papa praeceperat, videlicet quod pro delicto captae matris quatuor de suo ducatu construeret praebendas, ad ipsum locum postmodum tradidit ecclesiam de Nova-villa. Et matrona quaedam Ama nobilis et religiosa pro sui coniugis suorumque criminum venia tradidit ad ipsum locum super Marnam fluvium unum praedium quod nuncupatur Alumna. Eadem vero aliud praedium dedit in villa quae vocatur Mons-Athalensis. Zezelina siquidem matrona pia et nobilis tradidit Sancto Maximo dimidiam partem ecclesiae Salderensis[13]. Quodam tempore transacto, in rivulo Salice[14] affuit quaedam matrona vidua nomine Thezelina cum Gunrino nato suo ac clientibus suis Morino, Rucillino, Rancero, Arnaldo, Holgero, quae[b] alodii sui particulam, sancti Hilarii decimae tertiam partem et mansiculum terrae cum molendino bannali et omnibus usuariis, videlicet terram, prata cum nemore eiusdem alodii, Sancto Maximo in vadimonium dedit pro centum solidis nummorum et duobus modiis frumenti. De piscatione vero, quam eadem matrona in manu sua retinere voluit, infinita dissentio[c] fuit, tandemque a probissimis viris Helalino de Nant[d], Lethardo praeposito, Albrico clerico sic definitum, quod instrumenta ad capturam piscium utilia pariter agerent pariterque participarent, excepto quod solum cursum rotarum Sanctus procul dubio Maximus obtineret. Posteritati reliquae, ne oblivioni traderetur, has litteras membranae isti tradere curavi ac legitimis testibus corroboravi, scilicet Valfrodo castellano, Rudulpho Lietardi, praeposito Letardo, Dodone, anno ab incarnatione Domini millesimo trigesimo secundo, indictione decima[e] quinta, Lodovico comite Barrum obtinente, 1032.
Hermando praesule in Tullensi cathedra residente.

a) Heseb *ed.* b) Holgeroque *ed.* c) dissentia *ed.* d) Hel. Denant *ed.* e) trigesima *ed.*

1) I. a. 959—984. 2) A. 963—994. 3) Uxor Friderici I. ducis Lotharingiae superioris, soror Hugonis Capeti. 4) Varennes-en-Argonne, ad fl. Aire. 5) Tannois ad fl. Ornain, prope Ligny-en-Barrois. 6) Givrauval a Ligny versus meridiem. 7) Fains ad fl. Ornain prope Bar-le-Duc. 8) I. Lotharingiae superioris a. 984—1026. 9) Uxor Theoderici I. 10) Maxonce olim vicus, nunc destructus, communis Vassincourt. 11) Beatricis supradictae. 12) Longeville ad fl. Ornain prope Bar-le-Duc. 13) Saudrupt ad fl. Saulx, ab Ancerville septentrionem versus. 14) Saulx, qui cum Ornain coniunctus in Matronam fl. defluit.

FUNDATIO ECCLESIAE S. GEORGII LUNARENSIS.

Notitia de fundatione hospitalis s. Georgii Lunarensis a moniali S. Remigii Lunarensis, cui monasterio haec ecclesia subdita erat, saec. XI ex., post a. 1070. *certe, conscripta est. Quam D. Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed. 2. II, Probat. col. CCLXV. edidit; unde eam repetimus.* *O. H.-E.*

Qualiter ecclesia beati Georgii, quae dicitur Domus Dei, constructa sit, scripto memoriae commendare curamus, quatenus et praesentes et futuri agnoscant, cur locus ille fundatus sit, et quid iuris nostro loco[1] debeat. Fuit quaedam nobilis domina nomine Uda[2], a cunabulis Deo consecrata, in Romaricensi ecclesia[3], soror domini Alberonis Metensis episcopi[4], quae in ecclesia Lunarensi[5], petente fratre eius Alberone episcopo, post mortem Adeleidis abbatissae[6] in abbatiam successit, quam etiam quamdiu[a] vixit usque ad senectam strenue rexit. Quae quia religiosa vita cum sibi sociatis virginibus pollebat, locus autem ille hospitali domo carebat — hospites enim supervenientes quam saepe eas infestabant —, cum consilio fratris sui sub ponte iuxta castrum hospitalem domum instituit, ut inibi supervenientes hospites certis et incertis horis reciperentur, et ipsa pro posse necessaria ministrabat. Sed cum ipsa domus graviter infestaretur a militibus castri, saepe ante ipsam abbatissam querelae proveniebant. Quapropter ipsam[b] ex consilio sapientum virorum amovit et in locum quo nunc est posuit[7]. Est autem mansus super quem domus stabilita est, quem mansum comes Folmarus[8] senex pro salute animae suae beato Remigio tradidit. Ipsa autem abbatissa cum consilio proborum virorum sic ordinavit, ut, quisquis inibi praelatus esset, summis festivitatibus necnon dominicalibus diebus processionibus interesset cum officio missae, refectioneque cum eis accepta, ad domum rediret. Item autem instituit, ut, praelato defuncto, in capitulo beati Remigii insimul conveniant et ibi coram omnibus personam cum timore Dei eligant, ab ipsa et ab omnibus successoribus suis instituendam et corroborandam.

Comes Godefridus[9] dedit Sancto Remigio apud Priviliacum 7 quarteria et dimidium et tertiam partem nemoris.

Comitissa Iudith[10] dedit Sancto Remigio vineam iacentem ad Bovengis.

Comes Folmarus[11] dedit Sancto Remigio tres mansos pro anima uxoris suae Spanchildis iacentes ad Marengis[12].

Comes Folmarus et Godefridus pro anima patris sui Folmari dederunt Sancto Remigio quicquid ad Consengis habebant; quod donum suscepit Bibo Tullensis episcopus[13] et Oda abbatissa[14], et prece illorum inde excommunicavit.

a) quia diu *ed.* b) ipsum *ed.*

CONSECRATIO ECCLESIAE SENONIENSIS AUCT. ANTONIO ABBATE.

De consecratione ecclesiae Senoniensis a. 1124. *facta paulo post hunc annum*[15] *Antonius abbas eiusdem monasterii (a.* 1090—1137*), qui eam reaedificari fecerat,*

1) Scil. abbatiae monialium S. Remigii Lunarensi, ut infra patet. 2) Filia Friderici comitis Mosellacensis († 1019). 3) Remirémont ad Mosellam. 4) III. huius nominis a. 1047—1072. 5) Lunéville ad fl. Meurthe. 6) Haec a. 1034. monialibus tunc institutis praefecta est a Godefrido infra memorato et Hermanno comitibus, expulsis inde monachis a patre eorum Folmaro institutis, qui 'violatores et raptores sanctae ecclesiae' fuisse dicuntur; cf. chartam dictorum comitum, Calmet, 'Hist. de Lorraine' ed. 2. II, Probat. col. CCLXVI. (Gallia christ. XIII, Instr. col. 463, nr. 18). Adilheidis ultra a. 1052. huic monasterio praefuit; cf. Gallia christ. XIII, col. 1365. 7) Videlicet ecclesiam s. Georgii. 8) Mettensis et Lunarensis, qui monasterium S. Remigii circa a. 1000. fundavit. 9) Filius Folmari I. supradicti, ut infra apparet. 10) Uxor Godefridi. 11) Filius Folmari I. supradicti. 12) Marange-Silvange (circ. Metz). 13) A. 1070 1107. 14) Eadem quae Uda supra dicta est, ut videtur; cf. Gallia christ. XIII, col. 1366. 15) Cum auctor donationis cuiusdam a Stephano episcopo a. 1124. factae, non vero cellarum de Danubrio et Lorching abbatiae Senoniensi a. 1126. et 1128. traditarum (cf. chartas, Gallia christ. XIII, Instr. col. 489 sqq., nr. 40. 41) mentionem fecerit, hanc notitiam non post a. 1126. conscriptam esse coniicere possis.

cuiusque Vita metrica SS. XXV, p. 345 *sqq. edita est, sequentem notitiam conscripsit; quam D. Calmet abbas Senoniensis 'ex autentico' edidit 'Hist. de Lorraine' ed.* 2. *II, Probat. col. CCCII sq.; unde eam repetivimus*[1]. *O. H.-E.*

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Antonius Senoniensis[2] coenobii qualiscumque provisor et abbas[3] omnibus ecclesiae catholicae filiis beatitatem verae perpetuaeque salutis. Quoniam processu temporis et oblivione multa solent, quae non oporteret, a cognitione viventium deperire, congruum et rationabile nobis visum est consecrationem nostri monasterii litteris innodare et, a quo, quando, quo ordine peracta sit, posteris nostris scripto transmittere. Et licet nostrae narrationis exordium a proposito forsitan videatur extraneum, progrediente tamen sermone, non usquequaque absurdum invenietur.

Cum Metensis ecclesia, modo sine rectore, aliquando rectore persecutionem secundum Domini sententiam fugiente, interdum et lupis subintrantibus, nostra aetate multimodis [Ioh. 10,11.] tempestatibus quassata fuisset, tandem Dominus misertus illius, pastorem ei tribuens, pacem quoque aliquantulam praestitit. Cuius nomine Stephani pater comes[4] Theodericus, et avunculus domnus Guido Viennensis archiepiscopus, post urbis Romae papa effectus, extitit; [1119.] quique iam summae et apostolicae sedis antistes eundem Stephanum, canonice electum, [1120.] magnis precibus impetratum et a se consecratum episcopum praefatae civitati direxit[5]. Hic cum paci constituendae firmandaeque multam operam daret, tum praecipue congregationibus diuturnis pressuris laborantibus relevandis reformandisque invigilabat. Ea quoque tempestate vallis ista nostra latrunculorum et circumiacentium municipiorum frequentibus direptionibus ita erat desolata, ut, rarescentibus habitatoribus, in antiquam pene solitudinem, exceptis monachis et eorum habitaculis, videretur esse redacta. Verum nos in annis superioribus, uti prosperioribus, claustrales officinas ipsiusque exterioris muri ambitum necnon et monasterium, prioribus vetustate collapsis, ex[a] fundamentis, Domino auxiliante, restruxeramus[6]; sed monasterium, quamvis iam dudum perfectum, multis causis impedientibus, nondum erat consecratum. Et quoniam supra memoratus episcopus nostris interdum super vastatione loci nostri questibus pulsabatur, pressuras nostras non ignorabat; sed nobis, nimirum longe a se positis, sicut optabat, opem ferre non valebat. Tamen a nobis rogatus, de utilitate nostra quae posset tractaturus, ad nos accessit, praecipueque monasterio [1124] sacrando postulatus advenit. Ante hos dies aliquanto temporis spatio Tullensi ecclesia Ricuino venerando pastore[7] viduata, dubium erat, quem post ipsum quando foret habitura. Igitur, ut dicere coeperamus, advenit praefatus Metensis episcopus et, apostolica gratia et auctoritate praeditus, anno ab incarnato Dei Verbo 1124, indictione 2, concurrente 2, epacta 3, [Iun. 21.] in honore apostolorum Petri et Pauli monasterium et maius altare consecravit; et ei consecrato fratribusque in eo Deo servituris homines Sancti Stephani in valle Bruschae[8] fluvii manentes donavit. Ego autem contradidi cellam quae dicitur Leonis-mons[9] cum appenditiis suis, secundam quae dicitur Siuris[10] cum appenditiis suis, tertiam[11] quae est apud Vicum[12] cum appenditiis suis, praedium Igononis et Eucilinae uxoris eius apud Moin[13], praedium ibidem Galteri de Haydun-Chastel et heredum ipsius, praedium Alnoldi[b] et filii ipsius Cononis apud Fonteneium[14], mercatum et praedium domnae Cunigundis apud Domnum-Petrum[15]. His rite peractis, anathematis vinculo praesul obligavit sacrati monasterii violatores et

a) et *ed.* b) *sic ed.*

1) Num Richerus Senon. hanc notitiam legerit, non apud me constat; certe male ac negligenter ea II, 23. usus est, si eam vidit. 2) Senones in saltu Vosago (dép. Vosges). 3) Hic Papiae natus, praepositus Lacensis (Lay prope Nancy), a. 1090. ab Herimanno episcopo Metensi († 1090, Maii 7) abbas Senoniensis creatus, hoc monasterium 47 annis rexit, a. 1137, Oct. 28. defunctus est, ut Vita metrica eiusdem v. 49 sqq. 154 sqq., SS. XXV, p. 346. 348, tradit; ut vero Richerus II, 23, SS. XXV, p. 282 sq., scribit, a. 1136. obiit; sed hic falsissime eum 38 annis (i. e. 1098—1136) abbatiam rexisse, a Stephano vero episcopo Metensi a. 1120. demum electo eidem praefectum esse dicit; quae nimis inter se pugnant. Cf. Calmet, 'Hist. de l'abbaye de Senones publiée par F. Dinago' p. 62 87. 4) H. Barrensis (a. 1093—1104). 5) Nescio an hoc loco Richerus seductus sit, ut Antonium a Stephano abbatem creatum esse falso diceret. 6) Cf. Vitam Antonii metr. v. 92 sqq., p. 347; Richer. II, 23, p. 283. 7) Qui a. 1124, Febr. 2. defunctus erat (non a. 1126, ut vulgaris opinio fert). 8) Breusch. S. Stephani homines sunt ecclesiae cathedralis Mettensis. 9) Léomont prope Lunéville. Vide de donatione harum cellarum Richer. II, 23; Vita Ant. metr. v. 115 sqq. 10) Xures ad fluviolum Sanon. 11) S. Christophori. 12) Vic (Deutsch-Lothringen). 13) Moyen (arr. Lunéville, cant. Gerbéviller). 14) Fontenay (arr. Epinal, cant. Bruyères). 15) Dompierre (cant. Bruyères).

1124. Iun. 22. eius rerum supradictarum et aliarum praesumptores et direptores. Die vero altera dedicavit alia quinque altaria: primum in honore sancti Stephani, secundum in honore sancti Andreae, tertium in honore sancti Simonis, quartum in honore sancti Iohannis baptistae et sancti Iohannis euangelistae, quintum in honore sanctae crucis.

Iun. 21. Consecratum est autem monasterium et maius altare 11. Kal. Iulias ab ipso domno Stephano venerando Metensium episcopo, praesentibus pluribus religiosis et nobilibus personis, domno videlicet Milone abbate Medianensi[1] et domno Alberto praeposito Deodatensi[2], comite[3] Herimanno, huius loci advocato, et comite Conrado de Langstein et domno Bencelino de Truchstein[4], Conone de Buri-villa[5] et Rainero de Domno-Iuvino[6], Rainero de Baldo-villari et Richero de Masnili[7] aliisque quam pluribus diversi sexus et ordinis; Calixto, qui et supra Guido, apostolico, imperatore Henrico, domino nostro Iesu Christo regnante in sancta ecclesia, qui cum Patre et Spiritu sancto est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

EX PASSIONE S. ALBANI MARTYRIS AUCT. GOZWINO.

Iuvat hoc loco quaedam dare fragmenta libelli quem de passione Albani martyris Magontiaci culti, petentibus Bardone abbate et monachis coenobii S. Albani Magontini, Gozwinus conscripsit, cum de fundatione huius monasterii quaedam in eo relata, etiam quae de ruderibus antiquae Magontiacae urbis traduntur non nullius sint momenti. Integros damus prologos ad Sigefridum archiepiscopum Magontinum (a. 1060—1084*) et ad Bardonem abbatem, quorum hucusque quaedam frustula tantum edita erant*[8]*. Hic Gozwinus, ut nuper demonstravi*[9]*, idem fuit ac Gozechinus, cuius amplissimam epistolam ad Walcherum scholasticum Leodiensem, discipulum ipsius, datam habemus*[10]*; qui in Fuldensi monasterio, ut videtur, ante a.* 1031. *litteris imbutus, postea ipse ante Walcherum scholam Leodiensem rexit, deinde a Liutbaldo archiepiscopo (†* 1059*) Magontiacum accitus, scholasticus et canonicus ecclesiae cathedralis Magontinae cum titulo praepositi fuit, inter a.* 1075. *et* 1080. *obiisse videtur.*

Ceterum quae hoc libello, inter a. 1060. *et* 1062, *ut opinor, composito*[11]*, de ipso s. Albano narrantur ita fabulosa sunt, ut D. Papebroch locum eis in Actis Sanctorum denegandum esse censeret*[12]*, ex brevi Passione Theonesti ac sociorum paulo antiquiore sumpta*[13]*, ex Historia tripartita ac nonnullis aliis libris historicis aucta, ubi Gozwinus historiae parum gnarum*[14] *se ostendit, multum vero in carminibus veterum poetarum, maxime Horatii, volutatum, quorum versus dictaque aeque atque in epistola ad Walcherum data sermoni plane syllabis periodos terminantibus consonis exornato inseruit.*

Ad edenda fragmenta haec usui fuerunt nobis codices

1) Musei Britannici nr. 19991, *mbr. fol., a.* 1395. *in monasterio Carthusiensi prope Treverim exaratus*[15]*, f.* 2 *sqq., qui solus prologum primum ad Sigefridum archiepiscopum continet. Hunc prologum variasque lectiones reliquarum particularum V. Cl. A. Schüddekopf exscripsit.*

1) Moyenmoutier. 2) St.-Dié. 3) De Salm. 4) Türkstein (circ. Saarburg). 5) Buriville (arr. Lunéville, cant. Blamont). 6) Domjevin (cant. Blamont). 7) Le Ménil prope Senones. 8) Acta SS. Iun. IV, p. 88 sq. et a Serario ap. Joannis, Rerum Mogunt. vol. I, p. 124. 9) 'N. Archiv' XIII, p. 11 sqq. 10) Mabillon, Analecta ed. 2. p. 437 sqq. Cf. Wattenbach, GQ. ed. 5. II, p. 103. 11) De hac opinione et de omnibus quae de auctore dixi vide dissertationem meam laudatam. 12) Acta SS. Iun. IV, p. 89. 13) Ex ms. Windbergensi (nunc Monacensi Lat. nr. 22241) edita Canisii Lect. ant. ed. Basnage IV, p. 167 sq. Exstat etiam in codice Monacensi Lat. nr. 2552 (Aldersbacensi 22) saec. XII, f. 62—63'. 14) Ut pauca afferam, Leonem I. papam et Hunericum regem Vandalorum et sanctos Augustinum atque Ambrosium coaevos fuisse, Attilam tempore s. Hieronymi Galliam vastasse fabulatur. 15) Cf. 'N. Archiv' IV, p. 363.

2) Vindobonensis bibl. palatinae nr. 336, *mbr. saec. XIII, pars magni legendarii Austriaci*[1], *f.* 346'—352', *ex quo prologum ad Bardonem abbatem et varias lectiones V. Cl. Steinherz descripsit.*

Ex codice ms. Rebdorfensi sine prologis hunc libellum edidit H. Canisius, Lect. antiquae V, p. 648—665; *ed. Basnage IV, p.* 158—166; *cuius lectiones nonnullas cum codice* 2 *plerumque convenientes annotavimus. Codicum* 1 *et* 2 *rationem verborum scribendorum eo ad morem saec. XI. reduximus, ut* ae *pro* e *ubique scripto restitueremus.* *O. H.-E.*

INCIPIT[a] PROLOGUS IN PASSIONEM SANCTI ALBANI MARTIRIS GLORIOSI[b].

Apostolico sacerdoti et specialis prerogativae antistiti domino Sygifrido archipresuli Moguntinensi humilis frater Gozwinus[c] quidquid hominem Deo commendat acceptius. Quamvis christianae religioni ex sacri ordinis professione debeam, ut Deo et sanctis eius omnibusque orthodoxis humili devotione deserviam[d], tibi tamen, mi pater sanctissime, tibi et ecclesiae cui auctore Christo presides speciali quadam servitutis lege memet[e] addico[f] et ad humilitatis iugum sub manu tua cervicem mentis inclino, ad hoc quidem pervigili tendens instantia, ut quid faciam dicamve, quod tua commendet sanctimonia. Neque vero minoris fecerim, si quid in me tuo sedeat beneplacito, quam si, ut salva fidei reverentia dixerim, divino probetur iudicio. Cui enim mortalium mens divinior ad spiritalia pertractanda, cui ratio sanior vel subtilior ad quaelibet negocia discutienda? Quis[g] subtilius rerum hominumque proventus[h] appendit in libra discretionis, quis attentiori diligentia advigilat in cura pastoralis regiminis? Cuius verbi satione honestius floreant ecclesiastica, cuius precepti ratione melius fructificent regularia, nisi tam obnixe et pertinaciter reclament mores et tempora? Quid vero est tam divino homini in huiusmodi placere, nisi gratiam Christi de caelo habere? Cum ergo hunc bonae opinionis odorem Spiritus sanctus de thuribulo suo cordi tuo immitteret[i] multosque ad te imitandum caelesti desiderio accenderet, me quoque, minimum christianae fidei alumpnum, huius divini nectaris dulcedine perfundens, ipsa suavitate allexit et pia aviditate suspirantem in haec verba compulit: *Trahe me post te, curremus in odore ungentorum tuorum.* Cant. 1, 3. Nunc ergo iussu tuo intra scolaris disciplinae officinam reclusus, iniuncto operi tam libenter quam instanter accingor, sed vicio temporis vehementer impedior, nec licet uti maiorum ferulis et disciplina, quippe ubi multiformis[k] Protheus vultum mutat . . . . . sa[l],

Quo, inquit, *teneam nodo*[m] *mutantem Prothea vultus?*[2]

Ut tamen propter incertos secularis vertiginis casus et graves mundanae tempestatis impetus a bonis non est desistendum, quin potius hiis fortiter resistendum et illis gnaviter insistendum: sedato ergo fluctuantis animi motu huiuscemodi propositi sententia, inter duros scolaris palestrae sudores hanc lucubraciunculam tuo nomini dedicavi, quae quid afferat, quidve ad hanc me impulerit, in promptu est audiri. Videns ergo urbem Moguntiam sancti Albani martirio illustrari et patrocinio sustentari, neque vero vitam eius aut virtutes preter admodum pauca sacris codicibus contineri, quaesivi diligenter a senioribus loci, quidnam causae esset, quod vir tantae venerationis et martir tanti nominis debito munere careret et ad salutem credentium vita eius hystorico sirmate[n] non pateret. Qui cum simplici veritate quaerenti[o] exponerent antiquo urbis excidio vel potius maiorum abolevisse[p] desidia et plura huiusmodi, quibus propter notam temporis supersedendum est, obnixe coeperunt

a) *prologus primus in solo cod.* 1 *exstat.* b) patroni monasterii Carth[usiensis] prope Treverim *add.* 1, *quae non autentica sunt.* c) *sic* 2 *infra p.* 987, *l.* 13; Goszwinus 1 *h. l. et infra.* d) inserviam *Serarius op. Ioannis, SS. R. Mogunt. I, p.* 124, *ubi initium huius epistolae editum est.* e) memor 1. f) adiicio *Ser.* g) uis *abscis.* 1. h) s *abscis.* 1. i) emitteret 1. k) mulformis 1, *recenti manu corr.* multif. l) *pars huius vocis, primae folii* 2', *abscisa* 1. m) n *abscis.* 1. n) quaerentibus *add. Boll.* o) *deest h. l. Boll.* p) obsolevisse *Boll.*

1) Cf. 'Archiv' X, p. 645 sq. 651. Etiam legendarii Austriaci codices Sanctae Crucis, Admuntensis nr. 25, Zwetlensis nr. 24, Mellicensis M 5 eundem libellum continent, de quibus vide ibidem. Breviatus sine prologis idem exstat in codice Bruxellensi nr. 98—100, saec. XIII in.; cf. Anal. Bolland., Catal. cod. hagiogr. Bruxell. I, p. 25. Codex Grazensis fol. 42, 63, saec. XII ex. ('Archiv' X, p. 624) eandem Passionem post Gozwinum in aliam formam redactam continere videtur. 2) Horat. Epist. I, 1, 90.

rogare, ut quae ipsi per thomos dispersa legissent vel a maioribus tradita accepissent adhibita cura in unum colligerem et ad honorem tanti martyris salutemque legentium litteris memoriaeque mandarem. Ego vero parvam ingenii venam et tenuem spiritum ad implendam hanc dicendi tubam debita humilitate excusans ac sepe multumque rogantibus me huic operi etiam atque etiam imparem esse pronuncians, tandem rogatu vel potius iussu venerabilis Bardonis abbatis eiusdem loci, magistri nostri Bardonis[1] quam propinqui genere tam non dissimilis sanctitate et nomine — nam fratruelis[2] eius erat —, ipsius, inquam, iussu me ad stilum contuli et quae hac illac per scedas dispersa erant et quae sana seniorum fide auctore didiceram in unum stilo subserviente collegi, non quidem meis viribus innitens, sed in Spiritu sancto confidens, non de cothurnato[a] turgentium verborum presumens fastu, sed viventis aquae refici desiderans haustu. Magni quidem ponderis videbatur tale quid ultra vires aggredi, quippe ubi scirem, si ad publicas prodiret aures, me a pluribus notatum iri; sed iterum ad constantiam animum roborabat reverenda senum[b] canicies, annis matura, cigneo capite florida omnique prorsus auctoritate dignissima, quae me negantem urgebat obedienciae stimulo, renitentem trahebat caritatis loro, dicens, quid me tantopere ab huiusmodi deterreret, cum pene omnis hystoria vel[c] chronica[d] magis audita quam visa denarret. Ita ergo nefas putans huiusmodi non credere, ratum duxi iubentibus parere; unde et prosaice pedestrem pro posse texui hystoriam, in antiphonis vero et responsoriis armonicae dulcedinis respersi melodiam.

Quodsi quis de fastis et chronicis quaedam hic inserta causetur et, cum martiris agonem et coronam texere debuerim, me potius cronographiae vel topographiae ostentaliter studere cachinnetur, agnoscat sobriis auribus nichil tale mirum videri, cum sepe veritas rerum colligi soleat ex congruentia locorum et[e] temporum. Quodsi nos ulterius premens arguat hic aliter quaedam ac in quibusdam hystoriis poni, noverit etiam sanctos euangelistas, licet unam veritatem loquerentur, quae Christus est, non uno[f] modo vel eodem ordine cuncta digessisse, nec umquam multos[g] eiusdem rei scriptores omnibus et verbis et sententiis convenisse. Quodsi adhuc pervicaciter agens liminarem notet paginam aduncam subgannizare:

Hic bellum gemino Troianum orditur ab ovo[3],

scilicet quia nimis longe petitum est opus, velut ab ipso incipiens Christo domino, dicat,
Is. 28, 16 si possit[h], quid aliud hoc in fundamentum debuerim iacere, quam quod iuxta prophetam in fundamentis Syon positum est, lapidem scilicet angularem, electum et preciosum, cum
1. Cor. 3, 11. apostolus dicat: *Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus.* A quo enim rectius inciperet passio martiris, quam ab ea unde exemplatur passione domini Salvatoris? Si ergo de agonizante Crucifixi capitis corpore emanavit passio sanctorum martirum in tipico purpurei sudoris stillicidio, nonne ratio vincet[4], quod ab ipsius corporis capite, id est a Christo, martirum principe, iure martirii coepit descriptio? Sic sic Davitico lapide frontem pertusat[i], cinicum dentem mordax retundat invidia, fragili enim quaerens infigere, offendat solido[5], discatque edentulus vescentium dentibus non invidere, et aboculus lincis oculos non irridere. Sed forte nobilis Moguncia substomachetur et, quod indigenis suis tale quid audendum non reliquerim, iure meritoque causetur. Ad hoc potenti dominae debita humilitate respondeo, me, si placet, iam pro indigena haberi et, si quid valerem, iniuria alienum videri. Non enim augusta sprevit Roma Arpinatis Tullii declamantem tubam aut Mantuani Maronis musam, nec displicuit ei Venusina Flacci lira

a) *sic Boll.;* non decoratu 1. b) seniorum *Boll.* c) et *Boll.* d) chronea 1. e) ordine *add. Boll.* f) tamen *add. Boll.* g) multas e. r. scriptiones *Boll.* h) possem 1. i) *sic* 1.

1) Archiepiscopi Moguntini a. 1031–1051, quod quidem non ex hoc loco patet (verba *ab anno* 1031. *ad* 1050. *archiepiscopi*, quae Acta SS. Iun. V, p. 88. addita sunt, litteris obliquis exprimi debuissent, cum ab editore inserta sint), sed ex Vita Bardonis maiore c. 25, SS. XI, p. 340, certe concludendum est, ubi: *Bardo archiepiscopus misit ad aequivocum suum Bardonem iuniorem, filium fratris sui, monachum praenominati loci* (Fuldensem). 2) Pater Bardonis archiepiscopi erat Adelbero de Oppertshoven (prope Friedberg Hassiae superioris), cuius fratres fuere Heliso et Harderath, quorum alter igitur pater Bardonis abbatis; Vita Bardonis auct. Vulculdo c. 1; V. Bard. maior c. 1, SS. XI, p. 318. 323. 3) Horat. Ep. II, 3, 148. 4) Cf. Horat. Sat. I, 3, 115: *Nec vincet ratio hoc.* 5) Horat. Sat. II, 1, 77 sq.:

Invidia, et fragili quaerens illidere dentem,
Offendet solido.

aut poetrida Persii pica[a, 1]. Sed licet ego longe longeque infra pedes horum iaceam nec simile quid etiam dormitanti eorum scientiae valeam, tamen si quid ad honorem ipsius enitar, cur in me spreverit regina Moguncia, quod in predictis viris non horruit imperatrix Roma? Preponderet etiam phylosophicae vel poeticae argumentationi eorum theologica christianae pietatis collatio, magisque dulcescat ex lapideis euangelicae gratiae ydriis aquam vinum factam potare quam aureis eloquentiae poculis sapientiam mundi, quae apud Deum 1. Cor 3,19. stulticia est, copia affluente haurire. Iam iam, pater sanctissime, ad te redeo, ad te, cui totus innitor, respicio[b]. Tu labenti[c] porrige dexteram, tu nutanti prebe constantiam, errata corrige, hiantia supple, rescinde[d] ambiciosa, commode dicta paterna[e] suscipe gratia! Quidquid enim hic scriptum sit, pro infecto indictove[f, 2] habebitur, nisi tua auctoritate roboretur.

EXPLICIT PROLOGUS PRIMUS.

ITEM[g] ALIUS EIUSDEM PROLOGUS.

Theoretico[h] euangelicae crucis baiulo, domno Bardoni abbati frater Gozwinus spiritu[i] vivere, spiritu et ambulare usque ad coronam gloriae. Precipis, pater sanctissime, et precepti mole me premis, ut vitam, agonem et triumphum sancti Albani iuxta litteram, desidia oblitterante depravatum, lautioris stili acumine in meliorem resculpam[k] formam, quasi vero utile sit ad secretum negociantis otii mei oblatranti invidiae hac occasione aperire ianuam. Fateor quidem, pater, quod, hic divinus martyr etsi multa gesserit, per quae noticia tanti nominis semper superstes vivat, et ita se miraculorum signis usquequaque diffuderit, ut usque in finem mundi nulla oblivione oblitterari metuat, tamen precipuis eius meritis etiam haec debetur[l] reverentia, ut tanti viri vita litteris ad fidem[m] mandata omnium[n] succedentium posteritati in immortalem[o] memoriam porrigatur et ad exemplum christianae perfectionis quasi bene vivendi speculum proponatur. *Scribantur haec*, inquit[p], *in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum.* Ps 101,19. Merito ergo scribentur, si qua de tanto martyre tenaci mente cana notaverit[q] antiquitas, si qua in scedulas fidelium respersit devotio, quantum tunc temporis hereticorum patiebatur immanitas[r], non ut virtutum eius multifaria numerositas sibi ipsa sufficiens mortali preconio egeat, sed ut bonus odor Christi ex hoc[s] purissimo Spiritus sancti vase prodiens totam ecclesiae domum caelesti nectare perfundat. Attamen, alme pater, nichil in me est huiusmodi, vel si quis ad haec valeret, hodie vix curantur talia, nec more maiorum sua virtuti respondent premia, sed magis quam umquam hoc tempore acris[t] invidia pulsans innocentiam, aut obliquo oculo aliena commoda limat[u, 3] aut toxicati dentis clandestino morsu venenat. Proinde id quod proponis ego doctiorem videns exspectare pollicem, consciam[v] tenuis ingenii excuso humilitatem, ducoque satius[w] me sub silentii[x] latibulo abscondere quam scribendo livori ridendum vel rodendum aemulis exponere. Sed quid dixi? Quo stultus aberravi? Mea profecto nichil interest relicta virtute invidiam placare[4], quin potius suis ipsa se stimulis afficiat, et quod invideat videns, tandem suis ipsa telis confossa deficiat. Quia vero tu me instantius urges, nefas videtur iussioni tuae pertinaciter reniti, ideoque auctoritate tua fretus, quod precipis accingor aggredi[y], nutantes insipientiae[z] gressus baculo tuae sustentans sapientiae et caecutientem cordis oculum tuae serenans collirio scientiae. Obnixe autem peto tuis sanctaeque[a] congregationis tibi creditae precibus adiuvari[b], ut sapientia, quae aperit os mutum et linguas Sap 10,21 infantium facit disertas, meis dignetur sensibus aspirare et aridam sterilitatem agri sui, cordis mei, gratiae caelestis rore fecundare, atque ita contemperet[c] animum, linguam et calamum, ut, quicquid animus linguae interpretis[5] officio scribendum mandaverit calamo, nitatur fundamento historicae veritatis, congruis verborum et sententiarum vestiatur orna-

a) poetr. persupica 1. b) et suspicio *Boll.* c) labanti *Boll.* d) rescide 1. e) patrone susc. gratiose *Boll.* f) indictoque *Boll.* g) Prologus in passionem sancti Albani martyris XI. Kal. Iulii *minio* 2. h) Theorico 1. i) domino 1. k) resculpem 1. l) rei *add.* 1. m) finem martyrii mand. *Boll.* n) omni 2. o) mort. 2. p) *deest* 2. q) notavit 1. r) iman. 2. s) *deest* 1. t) aeris 2. u) liniat 2. v) consciencia 1. w) me s. 1. x) silenti 2. y) acgredi 2. z) insi . . . tie, *membrana perforata* 2; iusticie 1. a) que *supplevi*, *deest* 1? 2. b) adiuvare 2. c) contempnere 2.

1) Auctor versum Persii Prol. 13: *Corvos poetas et poetridas picas*, legens, vocem *pica* esse adiectivum appellativum a nomine civitatis cuiusdam derivatum ridicule opinatus esse videtur, *poetrida* falso sumens pro *poesi*. 2) i. e. *vel non dicto*. 3) Cf. Horat. Ep. I, 14, 37. 38: *Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, non odio obscuro morsuque venenat.* 4) Cf. Horat. Sat. II, 3, 13: *Invidiam placare paras virtute relicta?* 5) Cf. Horat. Ep. II, 3, 111: *animi motus interprete lingua.*

mentis, sitque prorsus dignissimum tuae auctoritatis puncto et tanti martyris triumpho. Si autem vestris intercedentibus meritis voti meruero compos existere et optatam huius curriculi metam aurigante Christo contingere[1], nostri laboris xenium ad vestrum mittam examen, malens apud senatores regularis curiae caritatis lima poliri quam apud gimnosophistas mimicae[a] palestrae subdola et palpanti adulatione coram mulceri et livido dente clanculo morderi, ubi hesternam ructantes crapulam,

inter pocula quaerunt
Romulidae saturi, quid[b] *dia poemata narrent*[2].

Cum autem in manus tuas hoc opusculum venerit, in archano mentis palatio pro tribunali sedeat iudex ratio, et quicquid nuntiantibus sensibus ad iudicandum intus admittitur, subtili examine discutiatur, et cum id quod deferimus subtiliter fuerit discussum, tu labori nostro supremam[c] impone manum. Rogo autem, ne tu scedae isti ostium fias vel ab auditorio[d] regularis secreti exitum ei usquam patere permittas, sed tibi tantum tuisque loquatur, vobis[e] inter pia otia fabuletur. Satius est enim, ut corrigatur inter pauperes Christi quam derideatur[f] inter divites seculi. Porro specialiter oro euangelicae crucis senes, quorum pio hortatu et fideli relatu haec adtemptare audeo, ut solitas preces solito enixius Albano suo prosternant et favorem eius conatui nostro conciliare non desinant. Rogo, inquam, euangelicos, immo angelicos senes, qui intra terreni regiam paradisi caelibem ducentes vitam caelestis curiae senatores vitae innocentis puritate student aemulari, ut apud patronum suum hoc continua nobis impetrent prece, quatinus nos in terra de se meditantes et confabulantes ipse de caelo, ubi aeternaliter cum Christo gloriatur, benigne aspiciat et divinam nobis clementiam placare non desinat.

EXPLICIT PROLOGUS[g].

INCIPIT PASSIO SANCTI ALBANI MARTIRIS GLORIOSI.

1. Quod Dominus a mortuis resurgens et in caelum ascendens apostolos ad predicandum mittit.

Postquam aeterni Patris unigenitus . . . .

23. Quod beatus Theonestus a Treveris discedens Moguntiam[h] venit.

. . . . . . Huius nimirum regiae urbis[3] mentionem quoniam[i] et suscepti operis decursus et rerum inibi gestarum historicus iniecit stilus, non ab re videtur, si de primis eius conditoribus deque situ et amoenitate loci, quove modo rerum, quas dicere conamur, series ibidem processerit, succinctus sermo summatim attigerit.

24. Digressio ab historia et descriptio, quis primo condiderit Moguntiam.

Haec igitur augustae nobilitatis[k] civitas primo Iulium, qui tripertitam Galliam ac partem Germaniae decennio armis subegit, deinde Drusum, Augusti privignum, aliosque Romanorum principes habuit conditores et possessores. Qui videlicet Romani terra marique victores hoc speciale privilegium suae asscribebant potentiae, ut, quamcunque gentem[l] vel regionem armis subigerent, statim eo loci municipia, urbes arcesque fundarent, deductisque colonis ad tutamentum regni, in Romanas leges et cerimonias inque linguam Latialem[m] indigenas cogerent. Testantur hoc urbes arcesque[n] per littora Hreni[o], per totamque[p] Galliam ab ipso Iulio vel ipsius auctoritate fundatae, videlicet[q] Moguntia, Tuicium, Agrippina, Iuliacum, Octavia quae et Tungris, Nemetum quae et Spira, aliaeque quam plures[r], quas propter operis compendium, et quia nota referimus, enumerare longum est. De Druso autem testatur Drusilatium in eo qui Speciosus dicitur monte[4] situm, cui ex eo nomen inditum esse volunt, quod sit Drusi latibulum. Habet enim opinio eum ibi esse sepultum. Homines quoque regionis a Druso Drusingi antiquitus vocabantur; unde et adhuc quidam[s] moderno tempore proprio nomine Drusing[t] nuncupantur. Consentiunt huic assertioni etiam fastorum tituli, qui[u] principum nominibus et gestis in perpetem memoriam insculptis[v] lapidibus per totam inveniuntur[w] urbem confracti et disiecti. Hoc etiam astruunt adhuc superstites theatri ruinae, quod Romano more ad ludos circenses et theatrica spectacula constructum est.

a) immite 1. b) quod 2. c) suppr. 2. d) adiutorio 1. e) nobis eciam inter 1. f) quam ut rideatur 1. g) *in 1 sequitur capitum index ut in editione Canisii, inscriptus* Sequuntur capitula; *ex quo argumenta singulis capitibus praemisimus; capitum index deest* 2. h) Mogont. *Can. semper.* i) quantum 2? *Can.* k) nobilitans 1. l) vel reg. vel gentem 1. m) laycalem 1. n) et arces 2. o) Reni 1 *semper.* p) que *deest* 2; perque totam *Can.* q) M. vid. *Can.;* Magontia 2 *plerumque;* Moguncia 1 *saepe.* r) al. perplures *Can.* s) quedam 2? *Can.* t) Drusingi 1. u) quod 1; quae *Can.* v) insculpti 2. *Can.* w) u. inv. fracti 1.

1) Cf. Horat. Ep. II, 3, 412: *Qui studet optatam cursu contingere metam.* 2) Persii Sat. I, 30. 31. 3) Moguntiaci. 4) In quo, valgo dicto 'auf der Schanze', monasterium S. Iacobi a Liutbaldo archiepiscopo conditum erat.

25. Quomodo in persecutione Hunorum Moguntia destructa est.

Ea autem persecutione, quae per Attilam[a] Hunorum regem caelesti iudicio christianis illata[b] esse describitur, contigit eandem urbem, ut adhuc res probat, funditus eversam concidisse et in ultionem hereticae pravitatis divino permissu ignibus conflagrasse. Conqueritur hoc Ieronimus in epistola ad Ageronciam[c, 1], excisam deflens nobilissimam urbem Moguntiacum[d] urbemque[e] Wangionum, Nemetum [etiam[f]] et Argentoriacum[g] cum aliis pluribus ecclesiis et urbibus Galliarum.

26. Quomodo postea a catholicis principibus, mutato loco, iuxta Hrenum fundata est.

Postea vero, quando[h] misericordiam Dei[f] caeli distillaverunt, et divina miserante gratia a[i] catholicis cf. Ps 67,9 principibus reddita pace, Christi ecclesiae conquieverunt, mutato loco, super littus Hreni, a quo prius ducentis plus minus[k] passibus disparabatur, est restaurata[l] et a Francorum regibus maximeque a Dagoberto in pristinam, immo multo ampliorem dignitatem est revocata, caput scilicet[m] effecta regni Orientalium Francorum ac metropolis Galliae Germaniaeque conctarumque[n] urbium cisalpinarum[o].

27.[p] Quomodo primatum tocius Galliae et Germaniae a Romana sede per sanctum Bonifacium accepit.

Gallicanis enim ecclesiis Arriana impietate profanatis, cum divinae animadversionis flagellum per predictum Attilam[a] Hunorum regem usque ad internitionem desaevisset et easdem ecclesias urbesque ad Aurelianam arcem abusque Hreno funditus evertisset, reddita, ut premisimus, pace sanctorum precibus, cum iterum de ordine ecclesiarum redintegrando ageretur, apostolicae sedis auctoritas a quibusdam locis et archiepiscopatus apicem et pallii reverentiam, a quibusdam vero primatus dignitatem censuit transferendam, a nonnullis autem etiam cathedras iudicavit esse mutandas, quarum nomina propter sublatrantem invidiam hic inserere fas non est. Aliae enim earum funditus erant eversae et, divino postulante[q] iudicio, in solitudinem redactae; aliae vero, etsi divinam senserant animadversionem, adhuc tamen hereticum perfecte[r] non correxerant errorem. Quapropter Romanae sedis indixit censura illis in locis cathedras institui, ubi et catholicae fidei integra esset veritas et ecclesiasticae religionis tranquilla securitas. Quia[s] vero ab urbe Mogunciaca[t] eo tempore primus veri solis radius per magnum illum Bonifacium[u] Galliae Germaniaeque illuxit et perfidiae tenebras luce veridicae[v] predicationis exclusit, conctorum assensu adiudicavit apostolicus pontifex Gregorius, deinde Zacharias, magnum Bonifacium et sedem[w] illi creditam primatus dignitate et pallii[x] honore perpetualiter insigniri et per totam Galliam Germaniamque in omnibus conciliis et ecclesiasticis conventibus apostolica vice fungi[y]. Unde, ut[z] in Gestis Francorum[2] legitur, annuente predicto Zacharia papa[a], apud Suessionis[b] Francigenarum urbem Pippinum, Magni Karoli patrem, idem[c] Bonifacius unxit in regem. Deinde[d] locis[e] et urbibus, ubi competebat, videlicet in Wirziburg[f] et Heystat[g], episcopos eligens et consecrans, cathedras episcopales instituit; in aliquibus vero presules[g*] culpa exigente dampnatos apostolica[h] vice et primatus potestate deposuit. Quam videlicet primatus dignitatem predicti Romanae sedis presules Gregorius et Zacharias eidem memorabili Bonifacio et Moguntinae sedi apostolica auctoritate consecrarunt datisque privilegiis et scriptis testamentis perpetua traditione[i] firmarunt. Haec itaque nobilissima urbs opinatissimi[k] illius Hreni[l] fluentis alluitur[m], omnium bonorum et honorum copia perfruitur, ex[n] omni gente et natione confluentibus hospitalis et portuosa, tam per pontificalem primatum divino apice quam per regni fastigium mundiali[o] culmine gloriosa, situ iocunda, glebis fecunda, salubris aere, delectabilis facie omnique prorsus coronata dignitate.

. . . .

36. Quod Richolfus[p] archiepiscopus Moguntinus ecclesiam sancto Albano fabricavit et thesauris et[q] prediis eam dotavit[r].

Aliquanto autem processu temporis evoluto, cum iam civitas ad[s] integrum esset renovata[t], et christiana religio tam catholice quam canonice ad plenum redintegrata, venerabilis Richolfus a presulatu magni Bonifacii tertius sanctae Mogontinae[u] sedis archiepiscopus[3], sicut videbat locum sancti Albani[v] miraculis coruscare, ita hunc fabricis aliisque divinis cultibus aggressus est honorare, fundans primo basilicam tanto nomini condebitam[w, 4]; cuius fabricae modum et structuram quia promptum est oculis cernere, non est[x] opus cartis intexere; estque superfluum[y], ut litteris vel lectione depingatur, cuius facie vel specie omnis ingrediens delectatur. Super sacrum vero cinerem mausoleum erexit, quod auro gem-

a) Athtilam 2. b) illatam 1. c) Ageruntam 1. d) Moguncicam 1; Mogonciacam *Can.* e) urbemque — Argentoriacum *des.* 2. f) *deest* 1. g) Argentoratum *Can.* h) quam 2. i) a *deest* 2. *Can.* k) minusve 1. l) restituta *Can.* m) *deest* 2. *Can.* n) que *deest* 2. *Can.* o) alpinarum 1. p) *c. 27. multo inferius incipit Can.* q) populante 1. r) *deest* 2. s) *c. 27. h. l. incipit Can.* t) Romagontia, Ro. *expunct.* 2; Mogonciaca *Can.* u) Bonef. 2 *semper;* Bonifatium *corr.* Bonifacium 1. v) pr. ver. 1. w) illi sedem 1. x) pallei 2. y) merui *add.* 1. z) et 1. a) *deest* 2. *Can.* b) Suessionum 2; Suessiones *Can.* c) i. B. *des.* 2. *Can.* d) Dein *Can.* e) in l. 2. f) Wyrtzeburch 1. g) Hustat 2; Husted *Can.* g*) *deest* 2. h) v. ap. 1. i) perpetuo (trad. *deest*) *Can.* k) op. i. *des.* 2. l) Rehni *h. l.* 2. m) alitur 1. n) et ex 1. o) mundali 2. p) Rycolfus *h. l.* 1. q) ac *Can.* r) ditavit *Can.* s) esset ad. int. 1. t) revocata 2. *Can.* u) Moguncie 1. v) martyris *add. Can.* w) debitam *Can.* x) o. est 1. y) super 2.

1) Epist. 91, Opera ed. Martianay IV, p. 748. Gozwinus vero parum historiae gnarum se ostendit, cum Attilam Hieronymi tempore Gallias vastasse opinaretur. 2) Reginonis Chron. dicere videtur auctor (SS. I, p. 556), cuius parti huic *liber de Gestis regum Francorum* inscribitur. 3) A. 787—813. 4) Ad a. 796. fundationem huius ecclesiae notat additamentum ad Lamberti Ann., SS. III, p. 40. Quae a. 805, Dec. 1. dedicata est, ut habent Marianus Scotus, SS. V, p. 549, et Ann. S. Albani (Wirziburg.), SS. II, p. 240.

misque[a], argento quoque[b], ubi competebat, vestiens diligenter undique contexit. Addidit[c] preterea in cultum sanctuarii et in ministerium altaris vasa aurea et argentea, sacris ministeriis ydonea, sacras quoque vestes divinis officiis, prout tempus dictat[d], competentes. Construxit etiam omnes regularis vitae officinas, quas voluit servorum Dei inibi degentium ad perpetes martyris excubias esse receptacula, ut, eius suffragantibus meritis, ipsi eum in[e] aeterna recipiant tabernacula. Optulit preterea sancto martyri ad sumptus Deo famulantium predia villasque et ecclesiarum decimas, quas sancto[f] altari rata astipulatione firmavit scriptisque testamentis perpetua stabilitate delegavit[g].

37. Quod propter loci sanctitatem principes regni ibi se poposcerant sepeliri.

Idem autem venerabilis locus in tanta[h] celebritate coepit haberi, ut non tantum[i] eiusdem regiae urbis pontifices, verum etiam regni primores, cum defungerentur, non alibi se poscerent sepeliri. Siquidem in argumentum fidei intra et circa[k] ecclesiam quoquo versum exstant mausolea, singulorum nomen[l] et obitus diem titulis designantia. Sed et potentissimus[m] ille Karolus Magnus et orthodoxus imperator,
794. cum Fastrada, coniunx eius, apud Frankinvurt[n] diem[o] obisset[1], tam nobile funus ad monasterium Sancti Albani precepit deferri et in aquilonari vestibulo ante altare apostolorum[p] terram terrae fecit mandari. Argumento est titulus monumenti eius in eiusdem vestibuli pariete intra fornicem descriptus[2]. Pro cuius[q] animae remedio quaedam sancto martyri contulit predia; unde hodieque fratribus ministratur dieta. Iam[r] nunc sufficiat de innumeris pro[s] compendio pauca[t] libasse; si enim narrando singula percurram, paritura est prolixitas fastidii notam.

38. Laus Moguntiae et exhortatio ad celebrandum natalem martyris.

Vere felix tali[u] patrono Moguntia, olim[v] quidem pervicacia[w] hereticae superstitionis ferrea, nunc vero observantia divinae religionis aurea, aurea, inquam, felix Moguntia, quae[x] tanti martyris sanguine purpuratur, quae tam preciosi cineris[y] theca consecratur, quae victoriosi huius agonistae triumpho coronatur, in cuius veneratione regina assurgit Gallia, nobilis applaudit Germania, immo etiam[z] tota congaudet ecclesia. Quia ergo de perpetua huius preciosissimi martyris non dubitamus gloria, quam in caelesti angelorum meruit curia, nos, qui eius indigemus intercessione, caelestem eius natalem, quia continuatim nequivimus, vel annuatim celebremus, ut eius suffulti[a] meritis ad eam pertingamus gloriam, quam ipse in conspectu Regis sui, pro quo passus est, possidet, non annuam, sed continuam. . . . .

a) que *deest* 2; ac gemmis *Can.* b) argentoque ut comp. 2. c) Addiditque 1. d) dictabat 1. e) rec. in aet. *Can.* f) sacro *Can.* g) legavit 2. *Can.* h) tantam celebritatem 2. i) solum 2. k) citra 1. l) nomina 2. m) ille pot. 2. n) Frankinvort 1; Frankinowit 2. o) *deest* 1. p) sancte Marie 1. q) eius quoque 1. r) c. 38. *iam h. l. incipit Can.* s) cum *Can.* t) l. p. 1. u) tanto talique 2. v) olim — Moguntia *des. Can.* w) pervicana 2. x) qui 2. y) sanguinis 2. z) *deest* 2. *Can.* a) fulti *Can.*

NOTITIA FUNDATIONIS MONASTERII EBERBACENSIS.

Notitiae de monachis in monasterio Eberbacensi institutis autenticum exstat in archivo Wiesbadensi et eius apographum in libro eiusdem abbatiae qui Oculus memoriae dicitur a. 1211. *scripto, ibidem adservato. Ex hoc eam edidit Bodmann, 'Rheing. Alterthümer' I, p.* 108, *ex autentico vero Rossel, 'UB. d. Abtei Eberbach' I, p.* 10, *et W. Sauer, Codex dipl. Nassoicus I,* 1, *p.* 191 *sq., nr.* 263; *ex qua editione eam repetimus. Conscripta est a.* 1174. *vel paulo post*[3] *a monacho quodam Eberbacensi et, ut Sauer monuit*[4], *manu eiusdem qui sex chartas Eberbacenses a.* 1173. 1174. 1178, *duas sine anno, scripsit*[5]; *qui quaedam ex charta Adalberti I. archiepiscopi Moguntini a.* 1131. *data sumpsit.*

O. H.-E.

1) A. 794, Aug. 10. Ex Ann. Lauriss. vel Einh. a. 794. hoc sumptum videtur. 2) Auct. Theodulfo, Carm. 24, Poetae Carol. I, p. 483. 3) Vide: *nunc summi pontificis decreto receptus in sanctorum cathalogo . . . abbas Bernardus . . . de Clara-valle,* quod a. 1174, Ian. 18. factum est; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 12328—12331. Tempus recte statuit H. Bär, 'Dipl. Gesch. der Abtei Eberbach' I, p. 31. 309, nullo vero argumento nisus notitiam a Gerhardo abbate conscriptam esse coniecit; cf. Sauer l. l. p. 192. 4) l. l. p. 194. 5) Harum chartarum tres Sauer l. l. p. 182. 194. 199. supposititias esse iudicat; quod num verum sit, diiudicare hoc loco non oportet. Idem vero cum p. 193. auctorem in hac quoque relatione falsitatis arguat, omnino refellendus est. Primo enim quod dicit, relationem hanc in formam tabulae publicae redactam esse, minime verum est, licet auctor eidem chrismon et invocationem praemiserit, quod in chartarum scriptore non ita mirandum est et in aliis quoque fundationum relationibus

C. In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno dominicae incarnationis 1131[1], 1135. regnante Lothario Romanorum rege glorioso, vir orbi notus pro singularis gratiae privilegio et nunc summi pontificis decreto receptus in sanctorum cathalogo, videlicet dominus abbas Bernardus beate memorie, de Clara-valle rogatu Alberti senioris archiepiscopi Maguntini et apostolice sedis legati transmisit conventum monachorum archiepiscopo iam dicto, deputato eis abbate domino Ruthardo, viro spectabili in omni religione et virtutibus probato, quatinus in predictis viris semen quoddam ordinis ecclesia Maguntina susciperet, et in confinio ipsius favente Deo germen religionis pullularet. Vallis nostra, de qua agitur, primitus tradita fuerat secundum continentiam privilegii[2] abbati et monachis de Monte Sancti Iohannis baptiste[3] cum edificiis et aliis suis appenditiis, remotis inde canonicis regularibus, qui prius habitaverant in loco, sed non multum ibi profecerant. Cum autem nostri ordinis conventus supervenisset, sicut dictum est superius, idem senior Albertus archiepiscopus, communicato[4] consilio priorum aecclesiae Maguntinae, abbatum, prepositorum et caeterorum fidelium cleri et populi, mutavit quod antea fecerat, nequaquam auferens violenter semel collata, sed quod prius dederat gratis redemit de manibus monachorum de Monte datis eis 50 argenti libris. Sic redemptam cum omni integritate et omnimoda libertate tradidit hanc ipsam vallem in manus domini Ruthardi primi abbatis ad honorem Dei et beate Marie, quatinus esset mansio et inhabitatio tam monachorum tunc presentium quam futurorum propter Deum regulariter vivere volentium. Incipit[5] autem vallis a superiori parte secundum primam disterminationem a semita que dicitur Rinnepat[6]. Et quicquid superius est, ubi posita est curticula et domus textorum, usque ad fossatum quod per transversum tenditur, a rivulo videlicet usque ad radicem oppositi montis, per commutationem habemus a civibus de Haddenheim[7], quibus dedimus pro concambio vineam in duabus divisis partibus, iurnalem videlicet et dimidium, vineam, inquam, meliorem, quam ipsi sibi elegerunt, et que melius placuit eis ex omnibus que ad nos pertinere videbantur, et est posita prope villam. Descensus[8] eiusdem vallis tenditur deorsum usque ad locum, ubi antiquitus molendinum positum fuerat in prato, sicut adhuc apparet in veteri fossato, in lateribus vero dextrorsum et sinistrorsum ex una parte protenditur usque ad plateam que ascendit versus Kedercho[9], et ex altera[a] que descendit versus Haddenheim. Infra

a) *supple*: usque ad plateam.

occurrit. Ad secundum quod dicit auctorem, cum perperam a. 1131. Eberbaci Cistercienses institutos esse dixerit, id studuisse, ut haec omnium abbatiarum Cisterciensium in Germania fundatarum prima haberetur, respondendum est iam ante a. 1131. tres abbatias Cistercienses in Germania fundatas esse (Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 286), nec minimo verbo auctorem hanc gloriam abbatiae suae vindicasse, neque omnino Eberbacenses tunc temporis eam appetiisse; vide etiam infra n. 1. Quod vero tertio stultus scriba apographo huius relationis in libro qui Oculus memoriae dicitur, invocatione illa seductus, lemma hocce praemiserit: *Privilegium domini Alberti senioris archiepiscopi Moguntini super ipsa valle, in cuius medio situm est monasterium sanctae Mariae quod dicitur Eberbach*, nescio quomodo crimini dari possit auctori, qui aperte indicavit se multo post obitum Adalberti I. scripsisse. Res sane mira: Sauer arguit monachum tabularum forensium scribendarum bene peritum, qui ipso iudice alias chartas archiepiscoporum Moguntinorum — haud male sane — fabricatus sit, id studuisse, ut haec relatio, quam ipse auctor plus quadraginta annis post Adalberti I. obitum scriptam esse indicat, pro privilegio huius archiepiscopi haberetur! Nec tamen ipse quidquam falsitatis in ea praeter annum illum falsum ostendit. — Multo postea Eberbacenses auxilio chartae Adalberti I. a. 1131. et huius relationis et alius cuiusdam notitiae privilegium Adalberti sibi fabricati sunt, ut Sauer l. l. p. 117 sqq. optime exponit. 1) Hic annus procul dubio falsus est, licet Bär, 'Dipl. Gesch. der Abtei Eberbach' I, p. 88 sqq., eum defenderit; immo a. 1135. demum Cistercienses Eberbaci instituti sunt; cf. Notae Eberbac., SS. XVI, p. 14; etiam in serie chronologica abbatiarum Cisterciensium Waldsassensi, cuius apographum apud nos habemus, et in aliis eiusdem generis tabulis (cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 21) fundatio huius abbatiae ad a. 1135. refertur. Auctor, qui verum annum ignorasse videtur, ideo a. 1131. forte posuit, quia chartam Adalberti I. infra laudatam, qua ecclesia Eberbacensis monasterio Montis S. Iohannis tradita est, a. 1131. datam vidit et haud ignoravit brevi tantum tempore monachos S. Iohannis hanc ecclesiam possedisse. 2) Adalberti I. dati a. 1131, Codex dipl. Nass. I, p. 116 sq., nr. 184; Will, Reg. Mogunt. I, nr. 294; ex quo auctor huius notitiae quaedam sumpsit. 3) Johannisberg. 4) *communicato — populi* ex charta laudata transcripta sunt. 5) *Incipit — Rinnepat*, mutatis mutandis ex charta laudata sumpta sunt. 6) Quae hodieque Rinneweg dicitur; Bär l. l. I, p. 29, n. 41. 7) Hattenheim oppidum ad Rhenum fl. 8) Reliqua usque ad finem maximam partem ex charta laudata sumpta sunt. 9) Kiedrich villa.

hunc, inquam, terminum a sursum usque deorsum et in lateribus ab utraque strata quicquid utilitatis in agris, vineis, pratis et ortis, in aquis aquarumque decursibus monachorum et fratrum labore et industria excultum fuerit et eorum commoditatibus assignatum, in perpetuum cum omni decima operis sui proprie et sine omni contradictione obtineant.

NOTITIAE ALTORFENSES.

I) In archivo Alsatiae inferioris servatur sub H 4 *codex ms. continens Ephemeridem Altdorfensem a P. Amando Trens a.* 1748. *conscriptam. Qui usus codice Altorfensi necrologium continente, nunc perdito, ex eodem fol.* 50.[1] *notitiam saec. XIII.*[2] *de reliquiis a Leone IX. papa allatis conscriptam transsumpsit*[1], *quam edidit A. Schulte, 'Mittheilungen d. Inst. f. österr. Geschichtsf.' IV, p.* 212 *sq.; unde eam repetimus collatam cum codice a V. Cl. W. Wiegand.*

II) 'Ex veteri membrana abbatiae Altorfensis' notitia fundationis huius monasterii edita est Gallia christ. V, Instr. col. 465 *sq.; Grandidier, 'Hist. d'Alsace' I, Probat. p. CLXXXIII sq. = Würdtwein, Nova subsidia V, p.* 379 *sqq.; quam Grandidier perperam iam saec. XI. exeunte conscriptam esse censuit*[3]. *Immo haec notitia ex privilegio Leonis IX. papae et notitia I. ad verbum transcriptis*[4], *nescimus quo tempore, vix vero ante saec. XIII. composita est, paucis additis de praediis abbatiae a fundatore donatis.*

III) Notitiam de decimis abbatiae Altorfensi donatis 'in dorso et a tergo bullae Leonis IX. de antiqua littera scriptam' iudex curiae Argentinensis a. 1462, *Nov.* 5. *transcripsit in instrumento membranaceo confirmato a Leonhardo Valk notario, servato in archivo Alsatiae inferioris, signato H* 1. *Quod V. Cl. W. Wiegand benigne in usum nostrum contulit. Ex eadem charta eam edidit Grandidier l. l. II, p. CXXV, nr.* 469. *O. H.-E.*

I. Sciendum, quod istud monasterium Altdorff[5] est constructum[a] a parentibus sancti Leonis pape[b, 6], et primus abbas[7] huius monasterii fuit consanguineus eius; et propter spe-
1049. cialem dilectionem suorum parentum a Roma veniens, huc secum portari fecit imaginem

a) *sic Schulte;* constitutum *c.* b) *restituimus rationem verborum scribendi saec. XIII. usitatam.*

1) Qui haec de codice annotavit: *Anno* 1200. *renovavit hic abbas* (Conradus) *anatolegion* (i. e. thanatologion = necrologium) *Altdorffensis monasterii seu, ut vocant, mortuarium librum, scilicet etiamnunc hoc anno* 1748. *existentem et ex foliis pergamenicis factum formae quadratae; in quo libro denotati sunt dies obitus quorundam huius asceterii abbatum, priorum et monachorum, quin et anniversaria antiqua multaque alia notatu digna et iura quae hocce monasterium possidebat variis in locis* etc. Eiusdem codicis mentionem fecit Grandidier, 'Hist. d'Alsace' I, Probat. p. CLXXXIV, n. *g*, qui frustra apographum eius ab abbate Altorfensi petivit. 2) Post a. 1226; vide p. 993, n. 7. 3) Auctor falsissime coenobium suum, re vera iam a. 972. vel 973. conditum, demum tempore Leonis papae IX. circa a. 1050. fundatum esse putavit; vixit igitur permulto post Leonem IX. 4) Al. Schulte l. l. p. 209. potius notitiam I. magnam partem ex II. transcriptam esse censuit. Quod nullo modo probari potest. Auctor notitiae I. nihil habet verborum notitiae II. ex privilegio Leonis transcriptorum neque huius turpem errorem de tempore fundationis abbatiae prodit. Porro luce clarius patet indicem reliquiarum notitiae II. ex I, nonnullis nominibus negligenter omissis, quibusdam mutatis, desumptum esse. Si vero auctorem notitiae I. secundam exscripsisse statueres, hunc alium indicem reliquiarum praeter eam in usum vocasse concedere deberes; quod nec verisimile nec credendum est. Cum Grandidier se notitiam II. ex 'veteri membrana' sumpsisse dixerit, facile concludi posset, hanc prius quam not. I. exaratam fuisse; quod si verum esset, censeremus notitiam I. ex antiquiore, quae periisset, ad verbum, paucis in fine additis, transsumptam, eandem etiam ab auctore notitiae II. negligentius descriptam esse. Quare non modo quae notitia II. ex privilegio Leonis sumpta, sed etiam quae cum not. I. communia habet minoribus litteris exprimi fecimus. 5) Altdorf (circ. Molsheim). 6) Cf. Leonis IX. privilegium, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 4206: *corroboramus . . . omnia que a parentibus nostris illi ecclesiae . . . tradita sunt;* Wiberti Vita Leonis IX. I, c. 1, Watterich, Vitae pont. I, p. 129. 7) Benno fuit primus abbas Altorfensis; eum consanguineum Leonis IX. fuisse alibi non relatum est.

sancti Cyriaci martyris[1], in qua posite sunt reliquie infra scripte: Primo reliquie sancti Cyriaci; de presepe domini nostri Iesu Christi, de vestimento eius, de vinea quam propria manu plantavit, de sepulchro eius, de ligno sancte crucis Iesu Christi, de vestimento sancte Marie, de barba sancti Iohannis euangeliste, de vestimento sancti Iohannis baptiste, de vestimento sancti Petri apostoli, de sanguine sancti Pauli, de reliquiis sancti Andree apostoli, reliquie sancti Iacobi apostoli, de capite sancti Bartholomei apostoli, reliquie sancti Laurentii martyris, reliquie sancti Nicolai episcopi, sancti Martini episcopi, sancti Mauritii martyris, sancti Stephani protomartyris, sancti Georgii martyris, sancti Gregorii pape, sancte Cecilie virginis, sancte Gertrudis virginis, sancte Barbare virginis, sancte Petronille virginis, sancti Remigii confessoris, sancti Cornelii pape, sanctorum Cosme et Damiani martyrum, sancti Genesii. Dionisii, Blasii, Vincentii, sancti Pancratii, Victoris, Auctoris, Callisti, sanctorum Iohannis et Pauli, item aliorum sanctorum octoginta sex; que omnia in imagine sancti Cyriaci sunt posita. Item sanctus Leo papa predictus portavit secum huc preter hec brachium sancti Cyriaci, item quatuor scrinia plena reliquiis, item duas casulas et duas tunicas chorales, in quibus ipsemet missas hic cantavit; 1049 et dedicavit medium altare in ecclesia hic[2]. Et extunc tantam vel maiorem gratiam illuc accessisse[a] ut in Criegisheim[3], Tumpieter[4] vel . . . .[b], ubi ipse etiam[c] dedicavit; ubi ei[d] gratia datur atque similis non habetur. Item similiter dedicavit capellam nostram in Eychof apud Itenwiler[5] die Hilarii[6]. 1051? Ian. 13.

Item sciendum, quod hic sint et innumerabiles reliquie sanctorum in scriniis, pixidibus, cristallis, bursis et aliis continentibus, que magnus marescallus Wernerus de Argentina, qui construxit monasterium in Grienenwerde[7], in universo mundo scilicet collegit et in igne per manus sacerdotum probavit.

Item sciendum, quod Deus etiam ad laudem sancti Cyriaci operatus est miracula multa et magna et operatur quasi continuo in demoniacis et febricitantibus. Nam estimatum est isto anno octingentos a febribus liberatos et a pascha predicta[8] quatuor homines a demonibus liberatos. Ergo emendemus . . . . . .[e]

II. Locus erat in Alsatia qui dicitur Altum-coenobium, in suburbano agro Molshemensi, vulgo Altorff appellatur, fluviis et silvis omnique fertilitatis genere affluens; qui cum, excisis[9] fruticibus et arboribus, situ genioque nimium pulcher et amoenus singulari quodam nitore Privil. humanos oculos invitaret, Eberhardus comes Alti-coenobii huius commoditatem advertens, saepius biduo et triduo in eo commoratus est. Et quia vidit locum hunc vitae monachorum nimis congruum esse, saepe proposuit monachico ordine sese velle Deo laudes parare; sed cum, praeveniente aegritudine et morte sequente, impediretur, filius eius Hugo, qui erat aliquantulum raucus, quoniam saepe intellexerat voluntatem parentis, coepit in supra memorato loco aedificare ecclesiam in honorem divi Bartholomei apostoli et summi praesulis divi Gregorii aliarumque reliquiarum. Ad quem zelum corroborandum[10] Leo nonus papa propter specialem dilectionem Not. I.

a) *supple:* dignoscitur. b) *lacuna in c.* c) *forte* ecclesiam *legendum.* d) *quaedam corrupta sunt.* e) *reliqua omisit Trens, addens* etc.

1) Quod hucusque exstare scribit Kraus, 'Kunst u. Alterthum in Elsass-Lothringen' I, p. 4. SCHULTE. 2) A. 1049, mense Oct. vel Nov.; cf. privilegium Leonis laudatum: *quando dedicavimus per nosmet ipsos altare sancti Stephani protomartyris.* 3) Kriegsheim (circ. Strassburg). 4) Ecclesia sita prope Molsheim; cf. A. Schulte, 'Strassburger Studien' II, p. 79 sqq. 5) Eichhofen, Ittenweiler (circ. Schlettstadt). 6) Hoc a. 1051. vel 1053. factum esse potest, cum Leo IX. papa mense Ianuario circa partes Rheni moraretur; cf. Schulte, 'Strassb. St.' II, p. 82. 7) S. Trinitatis Strassburgensis, quod a. 1226. constructum est; cf. Ann. Marbac., SS. XVII, p. 175. SCH. 8) Ignoratur quo anno; nullum pascha praedictum est. 9) Sequentia sumpta sunt ex privilegio Leonis IX. papae dato a. 1049, Nov. 26 (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 4206; Grandidier, 'Hist. d'Alsace' I, Probat. p. CCLV sq., nr. 407), ex quo haec transcripsimus: *Primam edificationem huius loci in hoc privilegio prius manifestemus. Primum excisis fruticibus et arboribus, nimium pulcher visus erat situs loci, quem collectis incolis Altorfii nomine iussit per arva incolere hominesque cohabitare. Hunc locum dum frequentaret Eberhardus comes, sepe commoratus est in eo propter loci delectationem biduo et triduo; et quia vidit illum vite monachorum nimis congruum esse, saepe proposuit monachico ordine sese velle Deo laudes parare, sed egritudine praeveniente et morte sequente impediebatur a bono opere illo. Filius autem eius Hugo, qui erat aliquantulum raucus, quoniam sepe intellexerat voluntatem patris, coepit hic edificare ecclesiolam in honore apostoli Dei Bartholomei et summi presulis Gregorii et aliarum reliquiarum. Ad istas igitur reliquias celebrandas hanc ecclesiolam consecravit episcopus Argentinensis Erchenboldus peticione eiusdem Hugonis; qui Hugo in ipsa dedicatione ad hanc ecclesiolam tradidit decimas istius villae quae dicitur Altdorff unaque omnis montani ruris quod adiacet circa Burcberck tam in longitudine quam in latitudine, in cuius montis cacumine suum extitit castrum, et decimas omnium praediorum suorum in hac vicinitate in praesentia presulis et abbatis Maioli Cluniacensium et coram plerisque primatibus.* 10) Nota errorem auctoris stulte opinantis tempore Leonis IX. papae monasterium Altorfense conditum esse.

Not. I. 1049. suorum parentum, qui constructores eiusdem Alti-coenobii fuerant, Roma veniens, secum portari fecit imaginem sancti Cyriaci martyris, de praesepio domini nostri Iesu Christi, de vestimento eius, de vinea quam propria manu plantavit, de eius sepulchro, de ligno sanctae crucis, de vestimento sanctae Mariae, de barba sancti Iohannis[1] baptistae, de veste sancti Petri apostoli, de reliquiis sancti Andreae apostoli, sancti Laurentii martyris, Nicolai episcopi, de reliquiis sancti Iacobi apostoli, de reliquiis sanctorum Bartholomei, Mauritii martyris, Stephani protomartyris, sancti Gregorii martyris, sancti Gregorii papae, sanctae Ceciliae virginis, sanctae Gerdrudis virginis, sancti Remigii episcopi, Cornelii papae, sanctorum Cosmae et Damiani martyrum, sanctorum Genesii, Cassii, Dionysii, Vincentii, Pancratii, Victoris, Amatoris, Calisti, Iohannis et Pauli martyrum et aliorum octoginta sex sanctorum, quae omnia in statua sancti Cyriaci sunt posita. Idem sanctus Leo papa praedictus praeter haec secum portavit brachium sancti Cyriaci, item duas casulas et duas tunicas chorales, in quibus dedicans medium altare in ecclesia et non mediocrem gratiam Privil. conferens, quae in scriptis[2] habetur, ipsemet missas cantavit. Ad istas igitur reliquias maiori cum fructu celebrandas[3] hanc ecclesiam consecravit episcopus Argentinensis Erchenboldus petitione eiusdem Hugonis comitis; qui Hugo in ipsa dedicatione ad hanc ecclesiam tradidit decimas istius villae quae dicitur Altorff unaque omnis montani ruris quod adiacet circa Burchbergh tam in longitudine quam[a] in latitudine, in cuius montis cacumine suum extitit castrum, et decimas omnium praediorum suorum in hac vicinitate in praesentia praesulis et abbatis Maioli Cluniacensis et coram plerisque primatibus. Neque[4] in tam laudabili donatione Hugo comes acquievit, sed magna maioribus cumulavit beneficiis; siquidem locum ipsum, in quo praefatum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis, publicam curiam in Altorff, liberum advocatum, officinas suas, monetam[b], tabernas cum omni iure suo, curiam Tuttelheim[c. 5] cum[d] banno villae ipsius et iustitiam quae vulgo dicitur masth, curiam Iethol[e. 6] cum banno, capellam beati Michaelis, ecclesiam Berbach[7] cum pertinentiis suis, ecclesiam[f] Grendelbruch[8] cum pertinentiis suis, curiam Argentinae ad Sanctam Aureliam[9] cum pertinentiis suis, curiam Ergersheim[10] et Meistersheim[11] cum pertinentiis suis et alia multa omnibus et singulis eiusdem monasterii abbatibus et superioribus sub glorioso sanctissimi patris nostri Benedicti vexillo militantibus libere et absque ulla contradictione regenda ac in omne aevum possidenda concessit ac demandavit.

III. Notatis decimis ab Engelboldo patre, qui huius loci regimen gubernabat, nominatim in hanc cartam in campo Altdorff, quas attitulavit presul Wernherus[12] et sanxit ad altare sancti Ciriaci[13] in huius templi dedicatione: Ex septemdecim[g] manssis decimas, que dicuntur selegelende, sive predia essent comitis Eberhardi sive comitis Hugonis vel istorum fratrum Gerhardi et Maffridi[14], et decimas proprii fundi sancti Ciriaci ad Osterenforst[15] cum banno et decimas in Deroberde et in Demosande cum banno et decimas ex silva in Berenbac[7] et Grundelbac[8], incipientes a Rotaho[16] fluvio et finientes in Suurbac et ibi in illis locis, que erant istorum dominorum hereditates, et decimas ex omnibus hereditatibus in curtibus et in agris, quas in vico isto possidebant ut et in isto vicinio isti quatuor seniores, preter quartam ecclesie partem ad Torolfesheim[17], quam Guntramus, filius Hugonis, pro anime sue remedio tradidit istis reliquiis; cui parti appendet pars quarta decimarum ex prediis, que tradidit Mefridus, patruus prefatorum dominorum, ad altare sancti Stephani[18] in urbe Metensi. Rursum ipsam partem ecclesie huic abstulit Bertha comitissa, uxor Eberhardi, et donavit ad altare sancte Marie[18] Strasburg cum appendiciis decimarum, quas Guntramus memoratus huic cenobio attribuit, quia[h] presuli[i] Vernhero renuente et negante istud templum ab ipso Deo consecrari, quod homines hic anathematizati sepulti requiescerent. Iterum in villa Altdorff ex curtibus dictorum dominorum que habentur in media villa — he dicuntur selehofa, in una harum scilicet puteus habetur — et omnibus, quas haberent

a) q. in lat. *des. Gall. chr.* b) monetatum *Gr.* c) Tullelheim *W. Gr.* d) in *Gall. chr.* e) Icthol *Gall. chr.* f) e. G. c. p. s. *des. W. Gr.* g) sepdecim *c.* h) *delevit Gr.* i) *sic c.*

1) Quinque verba oculo aberrante omisit auctor ut alia plura. 2) Videlicet in laudato privilegio Leonis IX; cf. alterum eiusdem privilegium datum a. 1052, Maii 7; Jaffé ed. 2. nr. 4273. 3) Vides iterum errorem auctoris putantis ecclesiam Altorfensem post a. 1049. consecratam esse. 4) Sequentia ex eodem necrologio Altorfensi sumpta putarim, in quo Notitia I. exstabat, cum in eodem *iura quae hocce monasterium possidebat variis in locis* notata essent. 5) Düttlenheim (circ. Erstein). 6) Locus ignotus, nisi forte Wiche vicus vallis Schirmeckianae, cuius ecclesia parochialis s. Michaeli ab antiquo est sacrata. GRAND. 7) Barenbach (circ. Molsheim). 8) Grendelbruch (circ. Molsheim). 9) Census curiae Altorfiensis sitae *Argentinae apud Sanctam Aureliam* exhibet antiquus rotulus saec. XIII. ineunte conscriptus. Curia haec periit. GRAND. 10) Ergersheim (circ. Molsheim). 11) Meistratzheim (circ. Erstein). 12) II. Strassburgensis a. 1065—1079. 13) Altorfensis monasterii. 14) Filiorum Hugonis comitis, fundatoris abbatiae Altorfensis. 15) Campus territorii villae Dorlisheim. WIEGAND. 16) Rothaine. GR. 17) Dorlisheim (circ. Molsheim). GR. 18) Ecclesiae cathedralis. GR.

proprias, ex ipsis terminavit decimas isti loco et baptismum constituit hic haberi legitimum et sepulturam ob terminum decimarum. Ymmo presbyter ex iussu Berthe et prelocuto[a] patre composuit, Wernhero episcopo istam sententiam anathemate dictante et firmante in consecratione huius templi.

a) *sic c.*

NOTITIA FUNDATIONIS ET RESTAURATIONIS MONASTERII ASCOVIENSIS.

De praediis ab episcopis Strassburgensibus monasterio Ascoviensi donatis ex chartis eorum nunc perditis saec. XII. notitia conscripta est, quae Gallia christ. V, Instr. col. 473 sq., et a Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. LXXV sqq., ex charta membranacea saec. XII. scripta, nunc in archivo Alsatiae inferioris sub G 2 servata, edita est. Eam ex hoc scriptoris autographo a V. Cl. W. Wiegand emendatam exhibemus. *O. H.-E.*

Quoniam[a] per diversos mundani pelagi anfractus fragilitas humana sepius naufragando labitur, necesse est, quatenus boni operis expiatione commissi delicti summopere studeat consequi remedium. Innotescat itaque tam futuris quam presentibus, quod Remigius Argentinensis aecclesiae episcopus[1] in insula quae vocatur Hascowia[2] pro remedio animae sue sub die Idus Marcii, anno 10. regni gloriosissimi Karoli regis, precipue in honorem (778. Mart. 15.) sanctae Dei genitricis Mariae et sanctae Sophyae et filiarum eius Fidei, Spei et Caritatis et sancti Trophimi martyris monasterium sanctimonialium construxit, et quod in usus prebendarios ibidem Deo famulantium reditus subsequenter assignatos donavit: insulam videlicet predictam cum omni integritate vel soliditate, cum domibus, edificiis, curtis, pomiferis, mancipiis, vineis, silvis, campis, terris, proterrariis, farranariis, pascuis, peculiis utriusque tam maioris quam minoris sexus, aquis aquarumque decursibus, vel quicquid ad eandem insulam pertinuit; insulam quae dicitur Zuzenowe[3] cum harena, in qua aurum colligitur; in villa Corkhe[4] curiam cum conductu ecclesiae et servitio barrochialis sacerdotis, tribus scilicet maturis porcis ét trecentis ovis et triginta capponibus; in eadem villa 8 talenta et obulum de tributariis mancipiis; villam Olswilere cum agris, pratis, molendino et omnibus appendiciis suis; in Birnheim[5] tres mansus; in Dòmenheim[6] mansum unum; in Kestenholz[7] curtim dominicalem cum vineis et prato et 9 mansibus; in Argentina civitate curiam unam; capellam sancti Michahelis ante civitatem Argentinam; in Illekirchen[8] novem mansus tributarios; in villa Ròbeaca[9] curtim dominicalem cum vineis, agris, pratis, molendinis, mancipiis 24, domorum areis 10 et 8 frumenti plaustratis cum consequenti iure; in eadem villa 7 ebdomadarum servitia cum 23 situlis vini; ecclesiam eiusdem ville cum quatuor partibus decimarum ad eandem ecclesiam pertinentium; quintam vero partem predictus episcopus propter opulentiam ville et decimarum inmensitatem barrochiali sacerdoti tantum indulsit. Predictus etiam episcopus propter dilectionem prenominatarum oblationes, quae in assumptione et nativitate sanctae Mariae infra nonam horam prioris diei et sollempnem missam festive diei altaribus Rubeacensis ecclesiae offerebantur, in sumptus luminarium predicto monasterio dari constituit. Post longum vero intervallum temporis, predicto monasterio per tyrannidem Ungarorum destructo, venerabilis Argentinensis ecclesiae episcopus Wideroldus[10], divina revelatione amonitus[b], eiusdem monasterii restaurator extitit

a) *littera initialis Q deest c.* b) *sic c.*

1) A. 765—783. 2) Eschau (circ. Erstein). 3) Hodie est ignota, sed Rheno adiacebat. Forte est hodiernus ad Rhenum vicus Goldscheuer (Baden, supra Kehl), ubi aurum conquiritur, et qui ab auri purgatione suum desumpsit nomen. GRAND. 4) Kork prope Kehl. 5) Inter Artolsheim et Richtolsheim, vicus hodie destructus. GRAND. 6) Vicus destructus, cuius nomen retinuit tractus quidam ad Rhenum dictus Dumenau. GRAND. 7) Kestenholz (circ. Schlettstadt). 8) Illkirch-Grafenstaden (circ. Erstein). 9) Rufach. 10) A. 992—999.

atque laudabile factum predecessoris sui corroboravit, corroborando, ne esset inopia timentibus Deum: in Gŏndoldesheim[1] curtim dominicalem cum tribus mansibus et molendinum; in Meienheim[2] curtim dominicalem cum tribus mansibus et molendinum; in Vescenheim[2] iuxta Renum curtim cum pluribus mancipiis; in Egesheim[3] curiam unam; in Wittenheim[4] novem mansus et capellam sanctae Margaretae; in villa quae dictur Danne[5] mansum unum cum 4 vineis; in Ufholz[6] curtim unam et vineam cum prato; in Namenesheim[7] iuxta Renum sex mansus cum portu; in villa Aspach[8] curtim unam cum duobus mansibus; villam Bedendorf[9] cum pratis, nemoribus, mancipiis et 32 mansibus; capellam sancti Germani in Castro[10]; in Argentinensi episcopatu ecclesiam ville Kerzevelt[11] cum decimis 10 et 8 mansuum et tocius banni eiusdem ville ex utraque parte fluvii qui dicitur Scere[12] firma donatione predictae delegavit aecclesiae. Successor vero Wideroldi Willehelmus venerabilis Argentinensis aecclesiae episcopus[13], tanquam divini cultus amator, in Achenheim[14] curtim dominicalem cum banno et villicatione eiusdem ville, cum vineis, pratis, nemoribus, piscinis, duobus molendinis, 27 mansibus; et ecclesiam Rotenkirchen[15] cum barrochia Sciltenkeim[16]; in Vendenheim[17] mansum unum; in Alburnen[18] duos mansus et 6 iugera vinearum; in Diefendale[19] pratum unum predicto delegavit monasterio. Huius etiam successor Hezel Argentinensis similiter episcopus[20] curiam in Vegersheim[21] dominicalem cum banno et villicatione eiusdem ville et ecclesiam cum duabus partibus decimarum et servitio annuali barrochialis sacerdotis — quod videlicet servitium in festo sancti Michahelis porco uno cum 8 panibus et situla vini, in purificatione sanctae Mariae porco uno comparatur — cum pratis, nemoribus, molendino, piscina, 12, excepta quarta parte, mansus salicae terre mansus[a], tredecim censualibus mansibus et dimidio, octo edificiorum areis; in Geizbodesheim[22] octo agros, sedecim nummos annuatim persolventes, pro remedio anime sue Escowiensi delegavit ecclesiae. Preterea sancta Rigardis[23] duo iugera vinearum in Kŏnensheim[24], sancta Adelheidis[25] novem mansuum decimas in Egenesheim[3]. Comes Egeno de Ŏrahe[26] in Scopheim[27] duos mansus; Anno miles de Kippenheim[28] in Imelenheim duos mansus, et alii quam plures fideles in Mittelenwilere[29] vineam persolventem sedecim amones; in Stotesheim[30] curtim unam et novem iugera in campo; in Mollesheim[31] novem iugera vinearum pro remedio animae sue predicte contulerunt aecclesiae.

a) *sic c.; cum emendandum videtur.*

DE FUNDATIONE MONASTERII S. FIDIS SLETSTATENSIS.

Quomodo ecclesia in Sletstat aedificata a Friderico I. duce Sueviae eiusque fratribus a. 1094. *monasterio S. Fidis Conchacensi dioeceseos Rutenensis tradita, tum, cum in nimiam paupertatem devenisset, ditata sit, monachus quidam Conchacensis brevi libello enarravit, tunc, ut opinor, in monasterio S. Fidis Sletstatensi moratus, quo e coenobio patrio cum reliquis fratribus transmissus esse videtur. Quem hoc opusculum aliquanto tempore post a.* 1108, *sed ante a.* 1138.[32] *composuisse coniecerim.*

1) Gundolsheim (circ. Gebweiler). 2) Meienheim, Fessenheim (circ. Gebweiler). 3) Egisheim (circ. Colmar). 4) Wittenheim (circ. Mülhausen). 5) Thann oppidum. 6) Uffholz (circ. Thann). 7) Nambsheim (circ. Colmar). 8) Oberaspach (circ. Thann). 9) Bettendorf (circ. Altkirch). 10) Chatelet prope St.-Germain (arr. Belfort, cant. Fontaine). WIEGAND. 11) Kerzfeld (circ. Erstein). 12) Scheer rivus, qui in Andlau fluviolum defluit. 13) A. 1030—1047. 14) Achenheim (circ. Strassburg). 15) Scilicet ecclesiam s. Helenae extra Argentinam, dicta quoque Rotkirch, quae olim erat parochialis vici Schiltigheim. GRAND. 16) Schiltigheim. 17) Vendenheim a Strassburg septentrionem versus. 18) Allenburn (circ. Thann). 19, Diefenthal (circ. Schlettstadt). 20) A. 1048—1065. 21) Fegersheim. 22) Geispolsheim (circ. Erstein). WIEG. 23) Uxor Karoli III. imperatoris. 24) Kinzheim (circ. Schlettstadt). 25) Uxor Ottonis I. imperatoris. 26) Urach. 27) Oberschopfheim (Bad. A. Lahr). 28) Kippenheim (Bad. A. Ettenheim). 29, Mittelweier (circ. Rappoltsweiler). 30) Stotzheim (circ. Erstein). WIEG. 31) Molsheim. 32) Post obitum videlicet Begonis abbatis Conchacensis, qui circa a. 1108. evenit, cum narrationem

Autenticam formam libelli huius, quae nunc primo in lucem prodit, praebet

1) codex ***Aaraugiensis*** *bibliothecae, mbr. saec. XII, olim Murensis monasterii, euangelia continens, in cuius ultimis foliis hoc opusculum saec. XII. mendose nimis exaratum est. Quod b. m. Ph. Jaffé in usum nostrum transscripsit.*

Post quinquaginta circiter vel amplius annos[1] *quaedam additamenta huic libello in monasterio Sletstatensi inserta sunt, quem sic auctum continet*

2) codex bibliothecae ***Sletstatensis*** *civitatis nr. 95, olim monasterii S. Fidis Sletstatensis, in duobus foliis postea praefixis saec. XIII. exaratis, cuius reliqua folia s. Fidis Vitam et Miracula Conchacensia saec. XII. scripta continent*[2]*. Ex hoc codice, in usum nostrum a L. Bethmann b. m. collato, hunc libellum satis mendose edidit A. Dorlan, 'Notices historiques sur l'Alsace et principalement sur la ville de Schlestadt' (Colmar 1843) I, p. 48—53*[3]*.*

Ex hoc libello quaedam transsumpta sunt in Historia Friderici[4]*, SS. XXIII, p. 384.*

O. H.-E.

QUALITER[a] SANCTA FIDES ADQUISIVIT PREDIUM QUOD IN ALAMANNIA POSSIDET*.

Licet virtutes et miracula suae martiris Fidis adeo longe lateque Deus propagaverit, ut humana facultas minimam vix inde partem perstringere sufficiat, tamen ut tam audientes quam legentes tantam martirem dignius venerentur, illud miraculum, quo predicta martir predium quod[b] in Alamannia[c] possidet acquisierit, in lucem proferre et ab oblivionis interitu quoad possumus[d] defendere tam dignum arbitramur, quam neglegenter preterire et quasi rem modicam occultare nefandum existimatur.

Tempore igitur domni Begonis abbatis[5], qui Stephano viro venerabili successit, Fredericus[e] dux Alamannorum, qui Romani imperatoris** [6] filiae[7] coniugio decoratus[f], ceteris suae provinciae principibus tali honore se prelatum laetabatur, et duo eius[g] fratres, Argentinensis scilicet episcopus*** et Conradus[h], propter magnitudinem miraculorum, quibus sanctam martirem coruscare diximus, eius limina videre pro peccatorum suorum venia cupientes, peregre Conchas[8] profecti sunt†. Quibus locus ille tam digna martirę celeberrimus necnon eiusdem loci fratrum religiosa conversatio ita fertur placuisse, ut, postquam, peracto suae peregrinationis itinere, sospites in patriam[i] remearunt, episcopus, cuius aucto-

*) *Minio posteriore manu praemissa 2:* Anno Domini 1087. monasterium sancte Fidis virginis in Sletzstat, Argentinensis dyocesis, a duce Friderico Alemannie miraculose fundatur[9], sicut inferius continetur.

**) *Minio in marg. post add. 2:* Friderici primi[10], qui fuit Friderici ducis Swevie filius.

***) 2 *add.:* Otto[11].

†) 2 *add.:* Quibus prefatus abbas una cum suo conventu obviam procedens cum sollempni processione, campanis pulsatis, eos reverenter et honorifice suscepit, et in capitulum introducens, fraternitatem et participationem bonorum omnium, que in ipsius ecclesie capite et in membris perpetualiter fiunt, ipsis et heredibus eorum largitus est.

a) *inscriptio deest* 2. b) est *add.* 2. c) Alem. 2. d) possi::: 1. e) Frid. 2. f) dechor. 2. g) fr. e. 2. h) comes *add.* 2. i) patria 2.

inceperit: *Tempore . . . domni Begonis abbatis;* antequam vero Conradus rex a. 1138. creatus est, cum in prophetia Friderico duci Sueviae data non dictum sit filium eius regem futurum, quod auctor post a. 1138. vix silentio texisset. 1) Vide p. 999, n. *, ubi dictum est Friderici ducis propaginem usque ad imperii finem regnaturam, quod aut extremis annis Friderici I. aut Henrico VI. imperatore aut, quod minus probabile est, Friderico II. regnante scriptum esse patet. 2) Cf. 'Catal. des mss. des départ.' III, p. 588. 3) Hunc libellum ampliatae formae continet etiam codex Claustroneoburgensis nr. 1080, saec. XIV, ex quo Mone, 'Anz. f. K. d. teutschen Vorzeit' 1838, col. 581 sq., eiusdem libelli breviati versionem Germanicam edidit. 4) Auctor legit codicem autenticum, non interpolatum. 5) Qui Conchacensi monasterio post a. 1086. usque ad a. 1108. circiter praefuit; Gallia christ. I, col. 244. 6) Heinrici IV. 7) Agnetis. 8) Conques (dép. Aveyron) ad fl. Dourdon. 9) Quae infra narrantur post a. 1094. gesta sunt; facile vero credi potest ecclesiam s. Fidis a. 1087. aedificatam esse. 10) Error gravissimus. 11) Sedit a. 1085—1100.

ritatem cum prudentia caeteri fratres plurimum reverebantur, Conchacensium[a] abbati, quatinus pro optinenda ad honorem sanctae Fidis aecclesia ad instar Ierosolimitane[b] in predio suo edificata monachum transmitteret[c], de[d] consilio et voluntate ducis ac reliquorum fratrum suorum nuncium dirigeret. Tunc abbas, communi consilio accepto, unum
1094 de fratribus* misit**, qui prefatam aecclesiam suscepit[e, 1] susceptamque diligenter[f] ut potuit custodivit. Quae licet antea a[g] remotissimis et circumiacentibus provinciis sic frequentaretur, ut pluribus[h] etiam monachis victum et vestitum ministrare crederetur, ita tamen postea paulatim[i] a cunctis fere est deserta, ut ille, quem suscepisse aecclesiam prediximus, ad tantam descenderet inopiam, ut victum ostiatim querere plerumque compelleretur. Sed cum ipse et alius***, qui ad eius consolationem postea accesserat, fame et siti ac inportuna frigoris accessione per biennium vexati, locum illum penitus deserere et in patriam tandem redire meditarentur, affuit eis sanctae Fidis consolatio et eos de tam intolerabili paupertate mirabiliter ereptos insperato suffudit[k] gaudio.

c. 1095. Nam cum quidam miles nomine Walterus†, vir audacissimus et in omni bellica administratione peritissimus, in eodem loco secundum morem illius gentis cilicio indutus nudisque pedibus penitentiam suam ageret, consueverat singulis noctibus extra aecclesiam excubans tamdiu devotissime in oratione perseverare, quoadusque monachi divinis laudibus intenti matutinas terminarent[l]. Hic, inquam, miles, dum quadam nocte de more matutinas[m] prostratus audiens, ab oratione surrexisset, forte conspicit curiam, in qua claustrum et caetera officina modo sunt constructa, hominibus albis vestibus indutis[n] refertam, quorum plerique peras[o] in humeris et baculos in manibus peregrino more gestare videbantur. Publica vero strata, que paulo inferius erat, equitibus, qui rubeos equos et vestes[p] habebant, plena apparebat. Quos cum ille peregrinos arbitrans parabat[q] eis introitum monasterii ostendere, quidam ex illis quos candidis vestibus indutos esse diximus, eum proprio nomine appellans, precepit, ut nusquam procederet, sed in eo[r] loco permanens, sermones, quos dicturus ei esset, diligenter intelligeret. Quem cum miles vehementer stupefactus[s] interrogaret, quis esset ille qui tam temere auderet[t] ei imperare, sic respondisse accepimus: 'Ego sum Conradus[u], cuius, dum adhuc in carne viverem, plurimis usus beneficiis, ceteris[v] comparibus felicior existebas, cuius dominio frui te potissimum gaudebas'. Quibus verbis attonitus miles et perterritus, quasi moribundus et omni sensu carens, protinus ad terram corruit. Quem tamen his[w] talibus alloquiis[x] recreasse dicitur: 'Ne te, Waltere, haec res insolita perterreat, nec, quasi fantasma videris, ullo modo paveas, sed potius me[y] illum esse quem dixerim hoc signo firmissime teneas, quod, cum quadam die hiemis tempore venatu redeuntes ad Hillam[2], qui fluvius hunc locum preterfluit, venissemus, veritus, ne frigoris asperitate, si flumen transnatarent, nimis canes lederentur, sicco vestigio eos per pontem traxi, te per vadum, omni depulso periculo, equos traducente. Nec absque divina voluntate mihi permissum esse scias tuo frui colloquio, cuius verbis fratres meos credituros esse non ambigo. Quapropter per fidei sacramentum, quo te mihi convinxisti[z], per bene-

*) 2 *add.:* nomine Bertramnum[3].
**) 2 *add.:* virum scientia et litteratura preditum et omni morum honestate preclarum.
***) 2 *add.:* nomine Stephanus, vir eque morigeratus.
†) 2 *add.:* de Tubelsheim[4].

a) Conchacencium 2. b) Iher. 2 *semper.* c) transmiteret 1. d) de — dirigeret *desunt* 1, *quae errore scribae omissa, non in* 2 *post addita videntur.* e) regendam *add.* 2. f) ut p. dil. 2. g) ad 1. h) in pl. 2. i) a c. p. est fere 2. k) ac replevit *add.* 2. l) terminassent 2. m) pr. mat. 2. n) inductis 1. o) peris 1. p) rubeas *add.* 2. q) pararet 2. r) eodem 2. s) obstupescens 2. t) inciperet 2. u) comes C. 2; Coradus *h. l.* 1. v) tuis *add.* 2. w) *deest* 2. x) ille *add.* 2. y) i. q. me esse dix. 2. z) convixisti 1; coniunxisti 2; als du mir gebunden bist *Versio Germ.*

1) Hildegardis, mater dictorum fratrum, cum filiis suis ecclesiam S. Fidis Sletstatensem a. 1094. monasterio donavit, ut patet ex eius charta data a. 1094, Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CLX, ubi haec: *Ego Hildegardis . . . cum filiis meis, Ottone videlicet Argentinensis ecclesie episcopo Suevorumque duce Friderico, Lodewico, Walthario, Cunrado, et filia mea Adalheida carissima, ante oculos nostros ponentes et pia consideratione attendentes ecclesiam in Slezestat, ad instar dominici sepulchri factam et a prefato filio meo Ottone episcopo consecratam, sancte Fidei in Conca cum curti monachorum officinis apta et cum cetero predio subnotato legali adstipulatione tradidimus eaque ratione confirmavimus, ut ibidem Deo monachice serviatur et a Conchacensis cenobii abbate regulariter regatur.* 2) Ill. 3) Hoc nomen et Ottonis episcopi et reliqua additamenta codicis 2 praebet etiam versio Germanica a Mone edita. 4) Diebolsheim (circ. Schlettstadt).

ficia plurima que tibi contuli te admoneo, ut fratri meo episcopo dicas, ut[a] michi de mundo separato orationibus et elemosinis, hanc etiam aecclesiam sanctae Fidi[b] dedicatam sublimando subveniat. Huius[c] predii partem, que mihi, si viverem, contingeret, in eius dicionem transferat, quae suo interventu me[d], ne igne concremer, defendat. Et ne te quasi mendatium haec te[d] finxisse redarguat, haec certissima signa, quibus indubitanter adquiescet, audiat[1], scilicet quod, cum ego et dux et ipse Conchis fuimus, quisque nostrum per strevile[e], quod dicitur fuisse regis[d] Karoli, brachium transiecit, cuius amplitudinem ego solus grossitudine mei brachii, illis admirantibus, conclusi. Addas etiam hoc[d] aliud nulli adhuc mortalium nisi ei soli cognitum, quod, cum[f] quadam nocte, dum nimis adhuc iuvenis esset, ego et ipse soli, ut condictum fuerat, ad domum quandam venissemus, illi qui intus erant nequaquam credentes episcopum adesse, noluerunt nobis prius aperire, quam certi de sui presencia anulum eius per fenestram eis porrectum viderunt. His signis credulus sciat se, priusquam moriatur, Ierosolimam proficisci[2], post biennium rediturum[g]; qui, si in proposito permanserit, tanto succensus amore caelestibus iniabit[h], ut, que nunc maxime retinere amplexatur, transitoria[i] prorsus contempnenda iudicabit. Sin autem, amisso sui laboris premio, cicius quam existimet[k] de mundo rapietur[3]. Walterum fratrem meum moneo, ut, quo migraturus sit, prevideat. Quantumcumque enim in preciosarum vestium splendore glorietur, quantumcumque in pulcris equis et decoris* armis studeat, quantumcumque opum coacervacione anxietur, ipse tamen prior quam aliquis fratrum[l] me sequetur. Duci etiam dicas, quod eo signo, quo, eum cum ad imperatoris curiam proficiscentem usque ad portam oppidi essem prosecutus, ibi multa secreta, que ipse solus scit, in aure mihi fuisset[f] locutus, sciat se futurum omnium fratrum[l] superstitem[m. 4] et heredem omniumque[n] qui in familia nostra fuerint[o] diciorem*. Hunc[p] maxime deprecor, ut me in periculo positum respiciat, hanc[q] aecclesiam, quam sanctae Fidi communiter donavimus, modis omnibus exaltare satagat. Et ut sua propago ab omni infortunio defensa, sospes et incolomis semper gaudeat, et ego, ab incendiis gehenne ereptus, felicitate fruar perpetua, hoc commune predium in sanctae Fidis usum transferat'. c. 1095.

Tunc ille cui hec dicebantur, animo in audaciam collecto, sustinuit[r] inquirere, qui illi forent, qui curiam quasi peregrini circuire videbantur. Cui ille: 'Hi, quos tu perspicis[s] candido habitu circumdatos, animae sunt illorum, qui caste viventes in mundo, penitentiam de criminalibus[t] egerunt, sanctae Fidis auxilium, eius domum quandoque suis visitando muneribus[u], comparaverunt. Qui licet cruciatus avernales evaserunt[v], nondum tamen requiem, quam desiderant, receperunt, sed, quoadusque perfecta potiantur beatitudine, ducatu sanctae Fidis protecti diducuntur' — quam mire[w] refulgentem in specie puellari** ad hostium monasterii appodiatam ostendebat, per quod nunc monachi claustrum ingrediuntur —. 'Hi vero, quos[f] quasi flamanti corpore rubere intueris, animae sunt illorum, qui*** in prelio interfecti vel aliter sine penitentia vitam finientes, acriter puniuntur. Cum quibus ego cruciarer propter hoc maxime, quia sanctimonialium familiaritatem ultra quam necesse[x] fuit infelix frequentavi, nisi sanctae Fidis presencia ex hoc solo, quod ei hanc aecclesiam cum aliis tradidi, me tueri[y] dignaretur. Hi, inquam, licet a penis tibi cessare videantur, tamen exuruntur; qui hodie usque Nivellam traducti, ibi in quodam monte tartareas flammas patientur'. His dictis, cum miles paululum ab eo deflexisset intuitum, cum omnibus qui cum eo curiam repleverant subito evanuit. Tunc miles solus, ut prius fuerat,

*) 2 *add.:* eiusque propaginem a tempore quo super Romanum imperium regnare ceperit usque ad eius imperii finem regnaturam, si hanc ecclesiam, quam sancte Fidi communiter donavimus, ipse ipsiusque futura proienies modis omnibus studuerit sublimare ac sub sua protectione et custodia libera et pacifica perfrui fecerint libertate.

) 2 *add.:* dyademate laureatam. *) 2 *add.:* divini et humani iuris contemptores.

a) quatenus 2. b) Fidis 1. c) huiusque 2. d) *deest* 2. e) stüile 2. f) *deest* 1. g) reddit. 1. h) inhiabit 2. i) et *add.* 2. k) extimet 2. l) meorum *add.* 2. m) superstem 1. n) omnibusque 2. o) fuerunt 2. p) igitur *add.* 2. q) hanc — satagat *des.* 2. r) non distulit 2. s) prosp. 2. t) criminibus 2. u) sibi *add.* 2. v) evaserint 2. w) miro 2. x) nesc. 2. y) tuere 2.

1) Versio Germ. addit hoc loco: '*Und so du die wortzeichen an vahest ze sagende, so grif an ein grossen stein in der murn sante Johannes cappelle ze Sletzstat, so rucket der stein us bas für die andern steine, das wnt ein zeichen, daz er dir dester bas gelöbet'. Der stein also us gerucket stat hute dis dages noch also.* 2) Aestate a. 1096. Otto cum Godfrido duce in Asiam profectus est. 3) Obiit a. 1100, Aug. 3, paulo postquam rediit. 4) Fridericus I. dux obiit a. 1105. post omnes fratres suos.

c. 1095. relictus, locum, in quo ipse et ille dum loquebatur constiterat[a], bino signavit lapide. Qui,
consumatis suae penitenciae diebus, nemini hanc visionem revelans, inde discessit[b].

Post aliquantulum vero temporis fratres qui supererant in villam veniunt, predium inter se dividunt, monachis nichil aliud petentibus[c] quam molendinum, ortum, pratum et nemusculum nichil inperciunt; et iam quisque fratrum milites et rusticos, qui in suam partem venerant, sibi iurare compellunt, cum miles ille venit, cui ille qui defunctus fuerat apparuisse[d] diximus. Ilico omnes fratres in secretam partem convocat, rem quam viderat et signa que audierat eis per[e] ordinem narrat. Illi vero signa recognoscentes et mortem fratris, que representabatur, amarissime deflentes, soli inter se diu consilium capiunt; tandem partes distributas iterum coniungunt et pro anima fratris aliorumque antecessorum, pro suorum remissione peccatorum[f] predium et homines sanctae Fidi communiter tribuunt.

Sicque factum est, ut monachi, qui[g] nimis pauperem vitam prius ducentes modicam inde[h] partem impetrare nequiverunt[i], suae patronae aminiculo subito divites facti, totum possederunt*.

1 Reg 2, 6 7 *) 2 *add.:* Omnipotentem glorificantes, qui ducit ad inferos et reducit, mortificat et vivificat, pauperem facit et ditat, humiliat et sublevat secreto consilio suo et investigabili, qui in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus per eterna secula. Amen.

a) constiterant 2. b) dicessit 1. c) petentes 1. d) apparuit ut prediximus 2. e) e. ordine 2. f) peccaminum 2. g) *deest* 1. h) p. i. 2. i) nequieverunt 1.

FUNDATIO MONASTERII S. LEONHARDI.

Notitiam hanc de ecclesia collegiata S. Leonhardi parrochiae oppidi Börsch in Alsatia a. 1109. *fundata et de praediis eidem mox donatis canonicus quidam eiusdem coenobii circa medium saec. XII, iubente Adelgozo 'electo provisore'*[1]*, ex relatione Adelberonis canonici, a pueritia in eadem ecclesia nutriti, conscripsit. Quam Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CCLXVII sqq., nr.* 610, *'ex veteri membrana tabularii S. Leonhardi' edidit; unde eam repetimus ignorantes, ubi charta illa nunc servetur.* *O. H.-E.*

Luc. 16, 8. *Quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt,* in omnibus que
agimus rectitudinis lineam sequentes, prudenter a Domino virtutum premoniti sumus, ut
Philip. 3, 19 1. Ioh 5, 19 ab hominibus qui terrena sapiunt cavere debeamus. Mundus quoniam in maligno positus,
malignitatis sue appetitum absque ulla reverentia etiam ad ea que Regi glorie a suis fidelibus collata fideliter inserviunt extendens, malis artibus mala quelibet machinatur et in
infinitum forte progrederetur, si non divina potentia arceretur. Quod divinissimus Isayas
Is. 59, 5. considerans, urbane tales his verbis donavit: *Ova aspidum ruperunt, et telas aranee texuerunt.* Ab iniquis enim ova aspidum rumpuntur, quando perversa cogitatio ad effectum
Ps. 11, 3. pravi operis perducitur, et tele aranearum texuntur, dum labia dolosa in corde et corde[a]
dolum loquuntur. Providentes ergo bona coram Deo et hominibus, proiciamus a nobis
Ps. 2, 3. iugum ipsorum et dolositati eorum, Deo adiuvante, obviare studeamus et, quibus personis
quibusque donis hic locus sit sublimatus, quibusque fidelibus certificare curemus.

Igitur divina prudentia, ut credimus, adordinante, quidam Erkenbaldus, bone voluntatis homuncio, hunc locum primus incoluit ac capellam permissu Burchardi, ad quem
areola ex iure pertinebat, beato Leonhardo edifficavit. Sed quoniam ex toto laicus erat, et
illum ab alio regi et instrui opportebat, Burchardus Megingozo, cuidam docto, innocenti et
simplici viro, locum commendabat; qui sancte et iuste vivendo magna instantia et pia solli-
1109. citudine commendata augebat, fovebat, regebat. Nam anno incarnati Verbi 1109, indictione
Sept. 21. secunda, imperii monarchiam regente Heinrico quarto imperatore augusto, 11. Kalendas
Octobris fecit dedicari oratorium Deo et Christo eius simulque ter beato Leonhardo ab

a) *sic emendavi ex psalmo;* ore *ed.*

1) De quo nihil compertum habeo.

Hezilone Havelbergensi episcopo, licentia tamen a Chunone Argentinensis ecclesie pontifice 1109 impetrata[1]. Quo die Burchardus sepedictus, Cunonis curialis pincerna, ecclesie contulit ex proprio tria iugera; et non post multum tempus viam universe carnis ingressus, octo alia ecclesie retinenda reliquit, que heredum copia in suum ius retraxit; ex quibus quatuor divinitus, ut credimus, inspirati, partes que sibi contingerant loco nostro reddiderunt, scilicet Hugo, Adelbertus, Hadewic, Willebirc[a]; a ceteris vero cetera pretio sunt acquisita. Dedimus enim ex his que ex fidelium donatione in elemosynis accepimus Bertholdo uncias quinque, Walfrido sex, Cuonrado etiam quinque, Hirmingarde[b] quatuor. Herboni autem et Cuonrado pro cultis et incultis agris qui porte adiacent exsolvimus talenta tria et dimidium; Adelberto quoque quatuordecim uncias pro duobus et pro aliis duobus novemdecim uncias; Herenzoni cuidam novem pro uno agro, Hugoni nihilominus pro altero agro totidem uncias; Meginkindo et Lanzelino sexdecim pro quodam prato; ipsi quoque Meginkindo novem pro agro vinifero. Hec ipso anno quo oratorium dedicatum est propter communem et precipue subsequentium utilitatem, famem et nuditatem multam sustinentes, Deo propitio acquisivimus, ipsi gratias agentes semper in omnibus. Et hec quidem hactenus a nobis possidentur, que ex hac parte Berse[2] iacere videntur. Ultra vero Bersam vineam in monte habemus, quam nobis dedit quidam Reginhardus; aliam quoque, quam Billunc, necnon et aliam, quam Megenkint contulit. Vuolmarus autem dedit sancto Leonhardo in Bersa et in Rodesheim[3] areales agros viginti et unum, in Bersa curtem unam cum duobus agris vinearum et arboribus pomiferis et in Rodesheim octo iurnales; cuius videlicet Volmari possessiones in banno Berse, ut verbo utar rustico, ubicunque iacentes octo talentis in nostrum ius absolute traximus. Curtis vera illa, in qua molendinum habetur, a quodam Brunone, eo quod filiam eius fidelibus sociavimus, accepimus. Preterea Diedo, Hanvart et Cunradus agros sex addiderunt. Webo etiam frater quidam, ut vivificaret animam suam, ex proprio in proprietatem nobis contradidit mansum, id est hubam et quartam partem hube hereditariam; a Godesscalco quoque, eius herede, duo iugera et semis emimus duobus talentis. Huobam et cetera que in Valva[4] possidemus duodecim talentis comparavimus. In Hinnenheim[5] pro duabus huobis quindecim talenta dedimus. Rudegerus[6] autem quondam Argentinensis prepositus mansos loco nostro contiguos ea conditione nobis in hereditatem tradidit, ut quotannis duas carratas vini exsolvamus; sicque sine ulla contradictione hereditatem nostram hereditario iure perpetualiter possideamus.

Ecce nostre, immo sanctissimi Leonhardi, ad unguem adscripte possessiones et divitie fidelium elemosynis acquisite. Ecce quibus nostra servitus non, ut hostes garriunt, saginatur, sed utcunque sustentatur. Ecce unde clerici, monachi, laici, nobiles, ignobiles suscipiuntur, honorantur, reficiuntur. Ecce victus et vestitus servulorum, ecce acquisitio iumentorum, ecce cultus vinearum, agrorum, hortorum et, quod est summum laborum, sumptus edificiorum. Ceterum super extrema dementia eorum, qui sua nova et dealbata novitate morum vitam pauperum infamare et dehonestare non metuunt, quid dicendum, quidve faciendum nisi illud propheticum oraculum: *Da eis, Domine! Quid dabis eis? Vulvam sine* Osee 9, 14 *liberis et ubera arencia.* Simulatoribus quippe vulva sine liberis a Domino datur, quando Dei iudicio hypocrisis illorum manifeste annullatur; sed et ubera arentia dantur, cum prava illorum doctrina veritatis luce denudata infatuatur. Vento igitur urente, sancti Spiritus Exod. 10, 13. gratia operante, locuste locustarum levate in mare proiciantur, qui sua fictione pauperes Nahum 3, 17. Christi de suis habitationibus, quas propriis manibus a spinis et vepribus mundaverunt, excludere nituntur. Hec autem non maledicentis voto, sed dolentis affectu dicimus, quia Deus noster nostrum refugium et virtus. Ps. 45, 2.

Iubente ergo Adelgozo electo provisore nostro, Adelberone etiam, qui a pueritia est

a) Willebric *ed.* b) Hirminingarde *ed.*

1) Cf. chartam Cunonis episcopi datam a. 1109, Sept. 21, Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CCX sqq., nr. 554. 2) Börsch oppidum (circ. Molsheim). 3) Rosheim. 4) Valf (circ. Erstein). 5) Innenheim (circ. Erstein). 6) Dicitur idem Rudegerus praepositus in charta anni 1109. memorata (n. 1); non vero erat ipse maior praepositus ecclesiae Argentinensis, sed unus ex quatuor dictae ecclesiae canonicis qui certis curiarum administrationibus praefecti vocabantur quoque praepositi sive mensurnarii. Titulo archidiaconi insignitur in chartis anni 1118. ('Strassburger UB.' I, p. 58, nr. 72; Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CCXXXI, nr. 578). GRAND.

hic nutritus, veritatem rerum, ut est prenotata, verissime indicante[a], fidelium obtutibus
3 Ioh. 3. Ps. 150, 6. ista protulimus, ut veritati testimonium perhibentes, per eum quem laudet omnis spiritus hic et in eternum nobiscum semper bonis que sunt in Hierusalem perfrui mereantur.

a) iudic. *ed.*

NOTA FUNDATIONIS COENOBII SINDELSBERG.

In archivo Alsatiae inferioris permagna tabula exstat tempore Anselmi abbatis (sedit circa a. 1148*) in Mauri-monasterio scripta, in qua praedia Sindelsbergensis coenobii sanctimonialium enotata sunt; cuius imaginem lapidi incisam exhibuit L. Spach, 'L'abbaye de Marmoutier et le couvent de Sindelsberg' (Strasbourg* 1861*), qui libellus separatim recusus est ex 'Bulletin de la société pour la conservation des monuments historiques d'Alsace' V,* 5. *Circum eandem haec nota permagnis litteris quas maiusculas vocamus scripta est, quam ediderunt Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CCXXVI, et Spach l. l. p.* 8 *sq.* *O. H.-E.*

1115. Anno ab incarnatione Domini 1115, Calixto[a] II.[1] papante, Heinrico IIII. imperante, Mons Sindenus[2], a Sindeno, beati Leobardi, Aquileiae Mauri-monasterii primi fundatoris, discipulo, Sindeni-curia quondam appellatus, temporibus Richwini abbatis[3] a Richwino praeposito, postea Novillarensi[4] abbate, ex revelatione fundatus, in diebus pii Adelonis[5] regularis vitae sanctimonialibus deputatus, rogatu inclitae memoriae domni Meinhardi 30.[6] abbatis a venerabili Theodewino Dei gratia Sanctae Rufinae episcopo, apostolicae sedis legato, primitus autem huius loci professo, in honore sanctae Dei genitricis ac beati Blasii
1137. est consecratus anno Verbi incarnati 1137, Innocentio papa[b], Lothario II. regnante.

Istum[c], virgo pia, montem defende, Maria,
Auxilioque pari martir adesto Blasi!

a) *recenti manu superscr.* Paschali. b) PP *c., quod* papante *ut supra legi potest.* c) *hi versus circa imaginem ecclesiae Sindelsbergensis in media tabula pictam scripti sunt.*

NOTITIA FUNDATIONIS CELLAE S. IOHANNIS PROPE TABERNAS.

Notitia de coenobio monialium S. Iohannis prope Tabernas Alsaticas a. 1126. *fundato et abbatiae S. Georgii in Nigra silva tradito in quandam formam quidem instrumenti publici redacta est, continet vero relationem de hac re gesta statim conscriptam cum circumscriptione terminorum territorii eiusdem ecclesiae. Quae ex libro privilegiorum S. Georgii transcripta est in instrumento a.* 1377, *Febr.* 14. *ab Hermanno de Hailbronnen notario publico ad requisitionem Eberhardi abbatis S. Georgii in Nigra silva facto; unde eam ediderunt Schoepflin, Alsatia diplom. I, p.* 204 *sqq. (Sch.), qui instrumentum notarii illius integrum dedit; patres congregationis S. Mauri in Gallia christ. V, Instr. col.* 479 *sq. (G.); melius Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p. CCLXII—CCLXVI, nr.* 608 *(Gr.) Apographum eius a.* 1696, *Nov.* 24. *a notario confirmatum, factum ex apographo a.* 1617, *Maii* 9, *quod in archivo Alsatiae inferioris servatur, sign. H* 2891 *V. Cl. W. Wiegand contulit. Quod nimis mendosum ex editionibus emendavimus, singularum multa menda non annotantes.* *O. H.-E.*

1) Paschalis II. sedit a. 1115. 2) Sindelsberg prope Maursmünster, cui abbatiae hoc sanctimonialium coenobium subditum erat. 3) Mauri-monasterii, qui a. 1073—1115. occurrit. 4) Neuweiler. 5) Abbatis Mauri-monasterii, qui a. 1123—1127. occurrit. 6) Est decimus tertius abbatum Mauri-monasterii in catalogo, quem auctores Galliae christ. V, col. 867. composuerunt.

Notum sit omnibus ecclesie filiis presentibus et futuris, qualiter unus ex nobilioribus Francorum et Salicorum proceribus, comes scilicet Petrus de Luzelburg[a. 1], instinctu divino commonitus, pro peccatorum suorum relevamine et tam pro sue quam coniugis filiique ac parentum suorum animarum redemptione in augmentatione[b] divini servitii aliqua[c] de patrimonio suo erogare deliberaverit, qualiterque consilio fidelium suorum predium suum Mayenhemswilre[d. 2] vocatum in episcopatu Argentinensi, in provincia et comitatu Alsatiensi, iuxta saltum qui dicitur Vogesus, sicut[e] hereditario iure a parentibus suis[f] ad se transmissum et sine omni contradictione hactenus a se possessum, ad hoc opus destinaverit, vel qualiter deliberata ac destinata ad effectum et profectum usque perduxerit. Convocato denique[g] pie memorie domino Wernhero abbate monasterii beati Georgii[3], quod situm est in Nigra silva iuxta flumen Briganam[4], necnon et aliis idoneis ad hoc negotium personis, presentibus et[h] etiam concordantibus ac cooperantibus coniuge sua Itha et unico filio Regenhaldo[i], dedit prefatum predium beato Georgio martyri omnique firmitate, certitudine ac stabilitate delegavit super reliquias eius, perpetua hereditate ab ipso sibique subiectis obtinendum, ea prorsus libertate, iurisdictione atque integritate, quibus a parentibus suis ad se transmissum, a se servatum[k], hactenus possessum, in ecclesiis, in cimiteriis, in decimis, in curtibus[l], in curtilibus, in arvis, in vineis, in pratis, in campis, in pascuis, in saltibus, in venationibus, in decimationibus, in mancipiis, in beneficiis, in servitiis, in tributis, in eulogiis, in tabernis, in aquis aquarumque decursibus, in piscationibus, in molendino[m], in banno et[n] omni iustitia. Peracta igitur traditione, abalienavit et abdicavit advocatiam omnisque potestatis vendicationem super hoc predio a se cunctaque sua posteritate. Facta autem hec sunt in ipsa villa Meyenhemswilre[o] anno ab incarnatione Domini 1126, indictione 4, 1126. temporibus Honorii pape et Lotharii regis, anno scilicet secundo regni eius. Huic traditioni interfuerunt Rabbatho[p], Dietericus et alii plures.

Fuit autem ecclesia ibidem sita ab antiquis temporibus, suis utens legibus, que sunt huiusmodi: Quamvis non sit parochiana, nulli[q] tamen parochiane[r] est subiecta. Ab ipsa recipiuntur omnes huius predii decime a quocunque colono, vel sub quacunque parochia fuerint conquisite[s]; sed et quivis[t] ex mancipiis ad hoc predium pertinentibus, etiamsi sub aliena parochia habitans, fuerit defunctus, apud hanc ecclesiam est sepeliendus. Hec collapsa fuerat et destructa, sed eo tempore in melius reparata. Cumque in Argentinensi ecclesia pro obtinendo episcopatu esset eo tempore inter duos episcopos, Brunonem scilicet et Eberhardum, gravis dissensio, utriusque permissione convocatus est dominus Stephanus Metensis episcopus[5] pro agenda dedicatione prefate ecclesie. Dedicata est autem hec ecclesia anno ab incarnatione Domini 1127, indictione 5, Nonis Februarii 1127. Febr. 5. in honore beati Iohannis baptiste, ex cuius nomine locus ipse[u] Cella Sancti Iohannis de cetero vocari ab episcopo decretum est. Ad quam ecclesiam cum multitudo magna nobilium et ignobilium convenisset[v], comes Petrus iam dictam traditionem notificavit, iteravit et confirmavit coram cunctis[w] qui aderant, ex quibus primi et speciales testes sunt hi: Stephanus Metensis episcopus, Adelo abbas Mauri-monasterii, comes Volmarus[6] de Huneburg[x. 7], qui cum dudum partem rupis prominentis que vocatur Hertenstein[y. 8] suo iuri adicere iniuste voluisset et ob hoc sepedicto comiti Petro certamina crebra intulisset, ipse quoque eodem die huic controversie finem imposuit; nam, si quid in ea iuris habuisset, coram omni multitudine abdicavit et beato Georgio martyri contradidit. Testes etiam[z] Otto de Gerolzegge cum tribus filiis Dieterico[a], Burchardo et Ottone et pariter omnes qui prime traditioni interfuisse inveniuntur prescripti, insuper isti: Eberhardus de Huneburg[b. 7], Eberhardus et

a) Lutzelnburgc *G.*; Lutzelbourg *c.* b) augmentationem *Gr. Sch.* c) aliquid *Gr. Sch.* d) Meyenh. *Gr.*; Mayenheimswiller *Sch.*; Mayenheimsweiller *c.* e) situm *G.* f) fuit *add. Gr.* g) itaque *Gr.* h) ac *c.* i) Regenaldo *Gr. Sch.* k) fuerat *G.* l) canonicatibus *c.* m) molendinis *Gr.* n) et in *Gr. G.* o) Mayenheimswiller *Sch.*; Meyenheimsweiller *c.* p) Raboto *Gr.*; Rabbato *G.* q) t. n. *c.* r) ecclesie *add. Gr.*; est par. *Sch. G.* s) decime site *c.* t) quamvis *c.* u) iste *c.* v) concurrisset *c.* w) omnibus *c.* x) Hünburg *c.*; Huenburg *G.* y) Hart. *c.* z) essent *c.* a) Diederico *Gr. Sch.*; Diethero *G.* b) Hunbourg *c. G.*

1) Filius Friderici comitis de Montione, nepos ex fratre Theodorici comitis Montisbeligardi. GRAND. 2) Nomen hodie est abolitum, ex ipso enim parthenone adiacente vicus dein vocatus fuit St. Johann (prope Zabern; St.-Jean-des-Choux). GRAND. 3) Cuius notitiae infra editae sunt. 4) Brigach. 5) Fridericus, pater Petri comitis, erat patruus Stephani episcopi Metensis. GRAND. 6) Filius Folmari II. comitis Metensis. GRAND. 7) Hüneburg prope Neuweiler. 8) Mons abbatiae S. Iohannis imminens. GRAND.

Berhelmus de Rosalzhusen[a, 1], Berhelmus[b] de Durchelstein[c, 2], Anshelmus[d] de Tannicha[e], Bertramus de Sulza[f, 3], Cuno et Waltherus de Virdenheim[g, 4], Imbertus de Quazenheim[h, 5], Gotfridus de Huneburg[i], Conradus[k] de Neovilla[6]. Dominus Stephanus episcopus, cum, facta bis terque percunctatione, copiam dedisset cuique huic traditioni contradicere volenti, nullusque eius refragator existeret, ipse quoque eam[l] sancti Petri et domini Honorii pape pariterque suo banno corroboravit. Amen.

Est autem huius predii pars quedam determinata et ex toto nostri iuris, non admittens ditionem vel communionem alterius ecclesie sive secularis persone, que hiis terminis designatur: Incipiunt ab orientali [parte[m]], marginalibus lapidibus determinantibus ipsum predium, a predio Sancti Petri Neoville, quod adiacet terminis ville Steinwircke[n, 7], et procedunt inde ad torrentem qui dicitur Wildeguottenbach[o], et tendentes sursum ad locum qui dicitur Rahenstein, extendunt se usque in flumen Sornam[8] perguntque ad locum qui dicitur Ertmura, et pervenientes ad petram que vocatur Hertenstein, ipsam[p] ex toto complectentes, sicque ad terminos ville Volckerswiller[q, 9] perducuntur. Huius etiam ville quarta pars supra memorato predio adscribitur in vineis, in agris, in pratis, in silvis et in omni iure, sed et ultra flumen Sornam tres mansi et semis et forestum quod dicitur Westebrůgel[r], item[s] aliud quod vocatur Falchenberg[t]; in Eggoltzwiler[u, 10] quoque[v] tres mansi absque uno quartario et duodecim curtilia et plus quam tertia pars silve ad communitatem ipsius ville pertinentis. In[w] villa etiam Monholzwiler[x, 11] sex curtilia, et ultra flumen Sornam versus ipsam villam curtis una principalis, et insuper septem curtilia, arvi quoque mansi quatuor et nemorum mansus[y] et semis. Hec omnia sub integritate et iure ipsius predii complectuntur. Preterea adscribuntur ipsi predio vastitates quedam circumquaque sibi adiacentium saltuum, in quibus tamen admiscentur communitates duorum prediorum, hoc est ville Steinwircke[z] ad proprietatem Sancti Petri et Richardis[a] in Andelach[12] pertinentis[b] necnon ville Herolzheim[13], ditioni Sancti Petri Neoville subiacentis. Solis colonis horum trium prediorum licet usus et potestatem habere in hiis saltibus, et extra hos nulli hominum, etiamsi sint ex familia qualibet principalium ecclesiarum ad aliud[c] predium pertinente. Trium igitur[d] curtium unaqueque forestarium suum in hos saltus per se denominat, qui sibi debita eius exquirat. Si quis comprovincialium novales in eis[e] novare voluerit, permissu trium forestariorum hoc expleat, quorum census et decime in tres equales partes dividantur, et sua cuique curti pars tribuatur; de pastione porcorum et reliquis usibus similiter fiat. Horum termini incipientes a predio proprietatis Sancti Petri Neoville quod dicitur Schwega, ascendunt per alveum fluminis Zinzile[f, 14] usque in[g] torrentem Falbach, indeque tendentes usque in rivum[h] qui dicitur Stampfehalda, moxque ad locum vocatum Wasserquelle[i], inde perveniunt usque Volckerswiller, perguntque inde Herolzheim per semitam, que inter duas villas frequentatur, ea que huic semite superiora sunt sibi assumentes, sicque per eandem semitam ex superiori parte ecclesie que est Herolzheim ad locum qui dicitur Steiga reducuntur. In ipsa villa Herolzheim quicquid vineti ex superiori parte semite situm est, de unaquaque area quartarium vini a possessore pro censu persolvitur; cuius persolutionis quantitate in tres equales partes divisa, prefatarum ecclesiarum usibus sua cuique pars tribuitur. Ad predictum etiam ius pertinet aliud forestum nomine Braitenshoh[k, 15] vocatum, incipiens a torrente Vispach[l], et pertingit usque Liederspach[m], et ascendens a septentrionali parte usque ad locum qui dicitur Siben-

a) Rozelizhusen *G.*; Rosselshausen *Sch.*; Rossenhusen *Gr.* b) Berch. *Sch.*; Bech. *Gr.* c) Durck. *G.*; Dürck. *Gr.* d) Anszelmus *Gr.*; Anselmus *c.* e) Tunnicha *c.*; Tannicka *Gr.*; Cannicha *G.*; Canicka *Sch.* f) Sultza *c.* g) W. Vinstenberg *c.* h) Quatz. *c. G.* i) Hunburg *c. G.* k) Cuonr. *G.* l) *deest Gr.* m) *supplevi, deest c. et edd.*; a *add. G.* n) Steinbirche *Gr.*, Stemwirk *G.* o) Wildegurtt. *Sch.*; Wildegutt. *Gr.*; Wildeguzembach *G.* p) ipsum *c.* q) *sic Sch. et infra c.*; Volkersviller *h. l. c.*; Volanarswiller *G.*; Egolckersweiler *h. l. et infra Gr.* r) Wustebruyel *G.*; Wustebrügl *Sch.* s) itemque *Sch. G.* t) Falck. *c.*; Falchenburg *G.*; Falckenburg *Gr.* u) Egoltzw. *G Sch.*; Eckolzwiller *c.* v) quorum *c. Sch.* w) In — predii complectuntur *des. G.* x) Monolzw. *Sch.* y) septem *add. Sch.* z) Steinwirke *h. l. c.*; Steinbirche *Gr.* a) Richardi And. *Sch. G.* b) pertinens *G.*; pertinentes *Sch.* c) alium *Gr.* d) ergo *G. Sch.* e) eius n. districtu *c.* f) Zincilae *c.*; Cincile *G.* g) ad *c.* h) clivum *Sch. G.* i) Wassergevelle *Sch. G.* (Vass.). k) Braitensnoh *Sch.*; Brietensnoch *G.*; Braitenseck *c.* l) Vischbach *c. Sch.* m) Lid. *G Sch.*; Lind. *Gr.*

1) Rathsamhausen castrum (circ. Molsheim). 2) Türkstein (circ Saarburg). 3) Sulz unterm Walde (circ. Weissenburg). 4) Fürdenheim (circ. Strassburg). 5) Quatzenheim (ibid.). 6) Neuweiler (circ. Zabern). 7) Steinburg (circ. Zabern). 8) Zorn. 9) Olim prope St. Johann situm. 10) Eckartsweiler (circ. Zabern). 11) Monsweiler (circ. Zabern). 12) Andlau. 13) Ernolsheim (circ. Zabern). GR. 14) Zinsel. GR. 15) Hodie silva dicta Braittschloss. GR.

buch[a], habensque ibi quaquaversum designatas arborum marginales provincialibus satis notas. Nota, quod inter hos saltus extat quoddam forestum quod dicitur Tarneskala[b], quod ex integro est proprietatis Sancti Petri monasterii Neoville. Predium[c] quod situm est in Schwindrazheim[d, 1] dominus Otto[e] viginti sex agros et quartam partem habet in silvis, dominus Richardus quatuordecim agros, Arbo[f] quindecim, octo Dietricus[g], novem Erbo, octo mulier quedam, et Gerlacus duas curtes, utramque pro quindecim denariis; alter vir habet curiam pro viginti denariis.

a) Sibenbach c. b) Turn. *Gr.*; Tarneskela *Sch.*; Farmeskala *c.*; Farnaskela *G.* c) Ad pr. *Gr.* d) Schwindratsheim *G.*; Schwinzheim *Gr.*; Muratzheim *c.* e) Goc. *Sch. G.* f) Erbo *G.*; arbores *c.* g) Diethr. *Gr.*; Deither. *Sch.*; Dieterus *G.*

NOTITIAE FUNDATIONIS ET TRADITIONUM MONASTERII S. GEORGII IN NIGRA SILVA.

Libellus de fundatione et traditionibus monasterii S. Georgii in Nigra silva conscriptus non antiquo codice manuscripto, sed recenti tantum apographo saec. XVII, tempore Georgii Gaisser abbatis (a. 1627—1655*) facto, ad nos pervenit in codice chartaceo fol. archivi publici Carlsruhani nr.* 798. *f.* 1—59[2], *a scriba quodam rudi neglegentius exarato, servatus. Qui priorem partem capita* 1—13. *complectentem ex Martini Crusii Annalium Suevicorum parte II, libro II, cap.* 2. *(Francofurti* 1595*) II, p.* 34—36, *reliqua vero ex codice quodam iam perdito descripsit*[3]. *Crusius nempe apographum capitum* 1—13. *nimis mendosum a disciplulo suo Samuele Grammero, praeceptore monasterii S. Georgii, a.* 1589. *acceperat, quod suo arbitrio libituque, ut sibi videbatur, emendatum*[4], *potius vero depravatum, loco laudato typis mandavit*[5]. *Illud apographum partim ex Crusii libro, partim ex codice, suo, ut opinor, iussu, descriptum Gaisser abbas cum codice illo contulit et ex eo emendavit*[6].

1) Schwindratzheim (circ. Strassburg). GR. 2) Voluminis 260 foliorum tegumento manu saec. XVIII. inscriptum est: *Historia fundationis cum annotationibus abbatis Georgii II. Item copiae privilegiorum pontificum et caesarum necnon aliorum instrumentorum a primis temporibus etc. Post historiam fundationis et donationum sequuntur vita et acta b. Theogeri, non tamen integra, ex quibus plura colligenda, quae primordia fundationis concernunt. Una cum copia legibiliori.* De hoc apographo plura disseruit Roth de Schreckenstein, 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrheins' XXXVII, p. 341 sqq. in dissertatione de hoc libello conscripta. 3) Capita 1 -13. ex Crusii editione in apographo Carlsruhano a scriba transcripta esse tam facile intellectu, tam clarum, tam certum est, ut valde mirer, quod V. Cl. Roth de Schreckenstein l. l. hoc non perspexerit, immo p. 344. 356. 363. negaverit scribam Crusii librum adhibuisse. Scriba enim ad litteram, haud vero sine mendis, Crusii editionem transcripsit, etiam typographi errorem *Alariae* pro *Mariae* transsumpsit, ea etiam quae Crusius interpretandi causa uncis inclusa adiecerat, ut *permutatione* ad *concambio, proprio bono* ad *allodio,* vel inepte immutaverat, ut *erat Pascalis I,* ubi de Gregorio VII. sermo est, falsis apographi annis 813. etc. pro 1083. etc. seductus, omnia haec scriba excepit, tria verba in extrema linea pag. 34. apud Crusium impressa omisit, quia oculus a linea praecedente ad verbum initiale sequentis paginae, in ima p. 34, ut moris est, repetitum, aberravit. Denique scriba bis *e* apud Crusium impressum *en* falso pro *em* reddidit. Omnia haec ex Crusii editione desumpta, a Gaissero postea correcta annotavi, quae ut Thomae persuadeatur sufficiunt. Denique ex Gaisseri adnotationibus luce clarius apparet, non modo Crusii librum apud monachos S. Georgii Villingae residentes fuisse, sed etiam Gaisserum scivisse priorem partem apographi ex hoc libro descriptam esse. Et in hac parte multa et graviora — a Crusio videlicet immutata — corrigenda habuit, a capite 14. vero, a quo scriba ad codicem recurrit, leviora sunt et pauciora quae emendavit. Hoc iam animadverso, elucet Gaisserum ex codice emendasse quae Crusius male mutaverat, eximuntur omnes scrupuli, quos Roth de Schreckenstein p. 356. 363. sibi ipse iniecit. 4) Ipse ait: *Accepi . . . scriptum admodum mendosum hoc, quod alicubi ex ingenio correxi, cum aliunde auxilio destituerer.* Apographum Carlsruhanum a scriba factum, nondum a Gaissero correctum, neque uno verbo a Crusii editione recedit, immo, ut iam dixi, omnia habet a Crusio immutata. 5) Hoc a Bucelino in Constantia Benedictina ms. t. II. ex Crusii editione descriptum repetivit Fr. Petrus, Suevia ecclesiastica p. 349. 6) Gaisseri manu apographum correctum esse Bader affirmavit, etiam V. Cl. P. Ladewig nulla dubitatione mota accepit, Roth de Schreckenstein p. 342 sqq., non pro certo quidem, sed

Hunc codicem membraneum vel 'in pergameno' scriptum fuisse Gaisser compluribus locis affirmavit[1], *sed eum non autographum fuisse facile est perspectu*[2], *immo eum non ante saec. XIII, potius demum saec. XV, scriptum fuisse mihi persuasum habeo*[3], *hunc vero codicis saec. XII. apographum fuisse coniicio*[4]. *Ille codex Gaisseri iam non integer fuit, sed post c.* 109. *quaedam folia evulsa erant*[5], *quae traditiones inter a.* 1095. *et* 1121. *factas continuerant; eum mendis non vacuum fuisse pro certo habendum est, quem Gaisser satis diligenter quidem contulisse videtur, sed non omnia menda scribae eum correxisse, non omnia eum recte legisse non mirum est, immo ab homine illius saeculi aliter fieri non potuit. Attamen huius libelli textum authenticum nobis servatum, si nonnulla locorum nomina excipis*[6], *perpauca corrupta esse apud me constat. Certe apparet omnes emendationes Gaisseri recipiendas esse praeter eas quas ipse ex ingenio proposuit — sincere enim indicavit quae ipsi emendanda videbantur, licet in codice aliae lectiones haberentur —, Crusii et scribae apographi lectiones, quas Gaisser postea emendavit, nullius momenti esse*[7].

Quem libellum ex apographo Carlsruhano Bader in 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' IX (Karlsruhe 1858*), p.* 193—225. *haud omnibus numeris absolutum*[8] *edidit, quem nunc, apographo illo a V. Cl. P. Ladewig summa cum diligentia in usum nostrum collato, multo emendatiorem lectoribus proponimus*[9]. *Integrum enim eum hoc loco edere placuit, cum historia fun-*

valde probabile hoc esse censuit. Cum igitur omnes qui codicem inspexerunt hac de re consentiant, emendationes Gaisseri manui attributas sigla *G.* signavi. Pauca alio atramento correcta sunt, quae num Gaissero adscribenda sint necne, Roth de Schreckenstein dubitavit. Sed procul dubio haec etiam ex codice emendata sunt, ut c. 4: *praestatione annui* optime pro Crusii corrupta lectione: *peractione alicuius.*

1) Vide quae ad c. 4. 65. 109. adnotata sunt. Duobus locis ad c. 15. et 51. adnotatis Gaisser *ms. nostra* et *exemplaria vetustissima* laudat, ut complures codices habuisse videatur; quod si verum est, praeter codicem membraneum eius apographum recentius tunc extitisse coniiciendum est. Codex membranaceus qui hunc libellum continebat Villingae apud monachos S. Georgii etiam a. 1784. servabatur, quem P. Lenz monachus tunc vidit, ut in Annalibus S. Georgii ms. scribit. Apographum Grammeri ad Crusium missum ex eodem codice quem Gaisser habuit sumptum esse probabile est. Quod Bader p. 193. de codice saec. XV. capita 1—13. continente, ex quo Crusius haec edidisset, protulit prorsus efficta esse Roth de Schreckenstein p. 346 sqq. ostendit.

2) Codex autographus huius libelli a. 1566. ex monasterio S. Georgii sublatus esse videtur; cf. Roth de Schreckenstein l. l. p. 345.

3) Quia saepe *c* pro *t* (etiam *n* pro *u*) et vice versa in apographo Carlsruhano scriptum reperitur, quod facile ex codice saec. XIII—XV, quibus saeculis *c* et *t* eiusdem fere formae sunt, minime sane ex codice saec. XII. provenire potuit. Etiam falsi numeri annorum, quos codex membranaceus habuit (vide quae Gaisser ad c. 4. adnotavit) *DCCCXIII.* pro *MLXXXIII, DCCCXXIIII.* pro *MLXXXIIII.* (c. 13), *DCCCXXV.* pro *MLXXXV.* codicem multo post saec. XII. scriptum fuisse indicant. Et sane *communi*, ut Crusius et apographum c. 11. habent, pro *terminatur*, quod Gaisser procul dubio ex codice recte emendavit, forsan in codice saec. XV, sed minime in codice saec. XII. falso legi potuit (*coi̅, t' ĩat͂*).

4) Cum bis *N* pro *H* scriptum inveniatur (*Nerhartes-kirchung* pro *Herharteskirchun, Nurwilii* pro *Hurwili*). Solo saec. XII. litterae quae dicuntur maiusculae *N* et *H* tam similis formae fuerunt, ut altera pro altera legi potuerit.

5) Vide quae ad c. 109. adnotata sunt.

6) Tamen cum pleraque locorum nomina compluries in hoc libro occurrant, nonnumquam nomina uno loco corrupta ex alio loco corrigi potuerunt. Qua in re tamen cautissime agendum esse duxi, cum scriptores medii aevi eadem nomina diversis modis scripta exprimere soleant.

7) Attamen Crusii lectiones omnes, scribae menda omnia alicuius momenti indicavi praeter levissimos et ridiculos errores (ut *t* pro *d*, *d* pro *t* saepissime perperam scriptum) a Gaissero correctos, sed in nominibus locorum et personarum etiam levissima scribae menda adnotavi.

8) Recte quidem plerasque Gaisseri emendationes recepit, sed iure a V. Cl. Roth de Schreckenstein reprehensus est, quod non indicaverit quae primo scripta erant, haud pauca ex ingenio emendaverit, lectionibus codicis non adnotatis, denique multa verba omiserit aliaque haud pauca menda commiserit. Tamen hoc de libello bene meritus est, cum nonnulla locorum nomina corrupta optime emendaverit, in locorum situm summa cum industria inquisiverit, quorum nomina hodierna pleraque recte constituit; quae sigla nominis eius B. apposita adnotavi, alia quae dubia videbantur interrogationis signo addito repetii, nonnulla quae falso ab eo statuta videbantur aut correxi, ubi licuit, aut silentio praetermisi. Quaedam iam Roth de Schreckenstein l. l. rectius statuit.

9) Verba fere omnia secundum modum apographi recentis scripsimus, paucissima more saeculi XVII. scripta ad antiquam rationem reduximus.

dationis et notae historicae traditionibus insertae ex his apte seligi non potuerint, et hic libellus maximi momenti sane dignissimus sit, qui integer exhibeatur. Capitum divisionem a Badero institutam retinui.

Hunc libellum res a. 1083—1155. *complectentem non ab uno auctore scriptum esse facile est intellectu*[1], *difficilius vero diiudicatu, quo loco alter auctor desierit, alter inceperit, cum in donationibus traditionibusque recensitis indoles ingeniaque auctorum parum agnosci possint. Neutiquam vero Viris Cl. Baumann et Roth de Schreckenstein*[2] *assentior, qui a cap.* 25. *alterum auctorem scripsisse coniiciunt*[3], *immo mihi persuasum est capita* 1—44, *res annorum* 1083—1089. *complectentia, ab eodem auctore circa a.* 1090. *composita, capita* 45—48, *quibus res a.* 1084—1125. *gestae enarrantur, post a.* 1125. *ab alio auctore inserta esse; ac magis adducor, ut capita* 49—109, *post quod caput multa exciderunt, auctori capitum* 1—44. *attribuam, qui donationes a.* 1090—1095. *eodem fere tempore quo factae sunt paulatim adnotaverit. Capita* 110—122. *traditiones annorum* 1121—1155. *continentia a diversis auctoribus paulatim adiecta esse patet.* *O. H.-E.*

1. Deo Patri ingenito et Filio unigenito et Spiritui sancto paraclito accepta sit domini Hezelonis devotio, qua beatum Georgium dilexit dilectumque honorare disposuit. Hunc igitur martirem, a progenitoribus suis prae caeteris sanctis singulariter adamatum, singularius et impensius in tantum recoluit, ut in villa sua nomine Walda[a, 4] ei monasteriolum fieri desideraret, eo quod dilecti progenitores sui ibi ex maiori parte terrae commendati fuissent, qui ibidem construxerant eidem martyri oratorium satis apte et bene, prout in villa solet, reliquiis sanctorum, libris caeterisque utensilibus simulque praediis et familia ditatum.

2. Ad hoc cum toto mentis desiderio anhelaret, ascivit[b] sibi Hessonem, hominem curialem, potentem, praediis bene locupletem, cui par in animo insederat cupido simul de allodio suo[c] aliquid honoris Deo conferendi. Communicato ergo consensu, exposuerunt sibi invicem diligentius saluberrima consilia, ille quidem, quid de villa Walda cogitasset, iste vero de bono quod de hereditate sua conferre desiderasset. Itaque conventum est omnino inter ipsos concordique consensu et consilio amborum comprobatum, ut in honore sancti Georgii in Walda fieret monasterium, in quo secundum regulam sancti Benedicti viveretur, quam nulli unquam liceret aliqua alia regula transmutare.

3. Eandem autem villam quia idem Hezelo uxori suae Berthae in dotem eiusque proli[d] in proprietatem iam dudum allegaverat et idcirco inde secundum suam voluntatem agendi nondum liberam potestatem habebat, accepto cognatorum partimque amicorum suorum consilio, placuit ei praedia fratris sui Adelberti nuper defuncti, quae ad ipsum hereditario iure descenderant, de quibus quidvis constituendi vel agendi liberam potestatem ipse solus habebat, quasi in concambio[e] pro Walda filio suo unico Hermanno, uxore sua supradicta Bertha iam defuncta, per manum fidesponsoris constituere, dictusque est dies et locus, quando haec constitutio[f] fieri deberet.

4. Anno ergo incarnationis Domini 1083[g], indictione 6, 2. Non. Ianuar., feria 4, 1083. Ian. 4.

a) Walta, *Gaisser corr.* Walda *c.* b) *emendavi;* astruit *Cr. c.* c) proprio bono *uncis inclusa add. Cr. c., quae G. expunxit, notans in marg.:* haec verba explicationis causa adiunxit Crusius. d) prolem *Cr. c., G. corr.* proli. e) permutatione *uncis inclusum add. Cr. c., quod G. expunxit, adnotans in marg.:* Crusii verbum est. f) c. f. d. *G. in marg. suppl. c., quae verba scriba omiserat oculo in sequentem paginam aberrante, cum in extrema linea libri impressi Crusii exstent.* g) DCCCXIII. *c., quod G. expunxit, adnotans in marg.:* Ita quidem manuscriptus in pergameno liber habet. Sed perperam. Ponendus est annus MLXXXIII. Ian. 4.

1) Ut Roth de Schreckenstein l. l. p. 351. monuit. 2) l. l. p. 339, n. 2. 352. 3) Immo clarissime patet capita 26—37, quibus praedia post fundationem acquisita enumerantur, ab eodem composita esse qui c. 22 -25. 'praedia primitiva' recensuit, qui cap. 22. primo praedia primitiva, dehinc 'ab aliis devotis tradita' se enumeraturum esse profitetur. 4) Königswaldeck in antiquo pago Eritgau prope Hosskirch situm (regni Wirtembergici in circulo Danubii), ut Bader demonstravit.

1083. Ian. 4. luna 12[1], aput villam nomine Herharteskirchun[a. 2] tradidit supradictus Hezelo in fide comitis Manegoldi de Aleshusen[3] saepedictam Waldam cum omnibus appendiciis suis, cum obtestationibus, ut monasterium, quod ea[b] de villa fieri deberet, cum omnibus in eadem sibi iuste pertinentibus[c] et legaliter collatis et deinceps quarumcunque personarum authentica traditione conferendis beato Petro apostolo sub praestatione[d] annui census traderet, ut eo liberius et constantius ibi Deo serviretur, quo sub Romanae ecclesiae mundiburdo et tuitione in omni immunitate et libertate ita defensaretur, ut nullus sacerdotum, clericorum, regum, ducum, comitum, iudicum seu quarumlibet magnarum aut parvarum personarum praesumeret sibi in eodem monasterio aliquas proprietatis conditiones, non hereditarii iuris, non advocatiae, non investiturae, non cuiuslibet potestatis, quae libertati monasterii nocere posset, vendicare nec ornamenta ecclesiae sive possessiones invadere, minuere seu[e] alienare.

5. Eadem die eodemque loco praetitulatus vir praedia, quae in concambio constituit, filio tradidit in praesentia supradicti comitis, solenniter eum obtestatus, ut, si unquam idem filius suus aut aliquis post[f] iam dictam constitutionem temerarie[g] infringere aut aliquo modo dissipare praesumeret, eadem praedia omnia[h] Romanae ecclesiae omnimodis manciparet, subderet[i] ac subiugaret, ut[k] eorundem ipse eiusque propinqui exheredati in perpetuum forent. Haec autem praedia sunt Degernouua[4] et Ingeltingen[l. 5] cum omnibus sibi pertinentibus.

6. Consummata ergo huiusmodi constitutione immunitatis et libertatis praefati monasterii, Hesso, quem supra diximus, eodem in loco eadem die proprietates suas hereditarias fere omnes in manus et in fidem saepedicti Hezelonis contradidit ea conditione, ut eidem monasterio in omni ditione manciparentur.

7. Paria fieri de suo allodio vir quidam militaris Cůnrat[m] nomine ab Adelberto de Otolveswanc[n. 6] postulavit, cuius fidei illud ibidem eodem die commendavit.

8. Harum omnium constitutionum, pactionum sive postulationum testes qui praesentes fuerunt subscripti sunt: Comes Manegoldus de Aleshusen, Cůnrat[o] et filius eius Eberhardus et Henricus de Sancto Monte[7], Arnoldus de Binezwangen[8], Heinricus et filius fratris eius Heinricus de Hirzescungen[p. 9], Manegoldus et Ludwicus, frater eius, de Sigmaringen, Udalricus, Sigfridus et filius fratris eius Hermannus de Wilere, Rupertus et frater eius Adelbertus de Otolveswanc[n], Rodolphus de Walthusen[10], Pilegrinus et frater eius Udalricus, Landoldus et frater eius Adelgoz[q] de Husenkirchen[11], Liupoldus[r] de Bibra[12], item Liupoldus[r] de Moitinga[13], Heinricus de Baldesheim[s. 14], Bertoldus de Butelsciez[t. 15], Adelbertus de Birchihart[16], Gerungus et Hiltibrant[u], frater eius, de Grundelheim[v. 17], Helpret de Rincsneuth[w. 18],

a) *sic correxi, cum infra quoque p.* 1009, *l.* 1. H *in* N *in c. corruptum sit;* Nerharteskirchung *c., quod G. expunxit et in marg. scripsit:* Nerrateskürchung. Nerharteskürchen. b) ea de v. *expunxit G., adnotans in marg. perperam:* forte: 'in eadem villa'. c) *sequuntur in c. iterum:* ut monasterium quod ea de et legaliter collatis, *quae G. expunxit, sed* et leg. coll. *in marg. restituit.* d) peractione alicuius *Cr. c., post del. et superscr.:* praestat. annui *c.* e) *deest Cr.; G. superscr. in c.* f) posteritatis eius *Bader; forte corrigendum:* posterorum. g) *sic Cr.;* temporarie *c.* h) ditioni *inserit Bader sine causa.* i) superet *c., G. corr.* subderet *et* ac subiug. *in marg. suppl.;* s. et s. *Cr.* k) et, *G. corr.* ut *c.* l) Indedingen *Cr. c., quod G. expunxit et in marg. scripsit:* Ingeltingen. m) Eduart *Cr. c., quod G. expunxit et in marg. scripsit:* Cůnrad. *Cum Bader litteram* t *ex* Eduart *restitui.* n) *sic Bader;* Ocolnesvvanc *Cr. c.* o) Eduart *Cr. c.; G. in marg. adnotavit:* forte Cuonrad ut supra. Ex antiquo ms. sic videtur legendum: Cuonrad *etc. ut in textu.* p) H. et f. fr. e. H. de Hirzessungen *Cr. c., quae G. expunxit et in marg. eadem, sed* Hirzescungen *scripsit.* q) Adelgetz *Cr. c., post corr.* Adelgotz *c.* r) Luip. *Cr. c.* s) Baldes. Beati *Cr. c., G. suppl.* heim *et delevit* Beati, *in marg. adnotans:* Beati, haec vox fugientibus litteris scripta, videtur antecedentis pars esse. Alioquin non scribenda in principio lineae, *ubi nempe Cr.* Beati *posuerat, cum sequenti nomine id coniungens.* t) *sic* c̃. 46; Bittelschere *Cr. c., G. corr. h. l.* Bittelschiez. u) Hibrant, *G. corr.* Hiltibrant *c.;* Hilbrand *Cr.* v) Grundelhaim *Cr.* w) Rincksneuth *Cr. c., G. corr. in marg.* Rincsneuth.

1) A. 1083, Ian. 4. fuit luna 23. 2) Heratskirch (OA. Saulgau). Formam nominis *Herroltskilch* de a. 1275. affert Oesterley, 'Hist.-geogr. Wörterbuch' p. 165, unde recte me nomen emendasse nemo negabit. 3) Altshausen (OA. Saulgau). 4) Degernau (Wirt. OA. Waldsee). B. 5) Ingoldingen (OA. Waldsee). 6) Otterswang (OA. Waldsee). 7) Heiligenberg (Bad. A. Pfullendorf). 8) Binzwangen (Wirt. OA. Riedlingen). 9) Hirscheck (OA. Saulgau). B. 10) Waldhausen (OA. Riedlingen)? 11) Hosskirch (OA. Saulgau). B. 12) Biberach. B. 13) Mietingen prope Laupheim. B. 14) Ober- et Unter-Balzheim (OA. Laupheim). 15) Bittelschiess (circ. Sigmaringen). B. 16) Birkenhard prope Biberach. B. 17) Grunzheim prope Stadion, ut censet Bader; quod si verum est, *Grundesheim* in textu emendandum est; cf. Oesterley l. l. p. 236. 18) Ringschnait (OA. Biberach).

Landolt et Bertoldus[a] de Richhusen[1], Pilegrinus[b] de Hurwilin[c,2], Burchart[d] et Tiethart[e] de Burmundeshusen[f,3], Herman de Richenbach[4], Lampert de Nigro-fluvio[5], Gerunc[g] de Sisson[6], Fridericus de Helribach. 1083.

9. Postea vero, circiter Non. Martii, praesentibus fere omnibus supradictis testibus in Walda in oratorio sancti Georgii, idem rogavit dominus Hezilo comitem[h] Manegoldum, ut eidem martyri eandem villam contraderet, quod ipsum pars fuit in priori conventu factae petitionis, illius videlicet, qua id ipse constituit, ut monasterium beato Petro comes manciparet. Ibidem[i] rogavit Hesso Hezelonem et Cuonradus[k] Adelbertum[7], ut, sicut prius postulaverant, consummarent. Tum[l] super reliquiis sancti Georgii et aliis compluribus, quas uterque, et Hesso[m] et Hezelo[n], conquisierant vel a parentibus suis conquisitas habebant, has ergo Deo et sancto Georgio in perpetuam proprietatem dediderunt: comes quidem Waldam cum omnibus appendiciis[o] suis, uterque vero fidesponsor supradictus proprietates[p] Hessonis et Cûnradi[q] in servitium monachorum, qui futuri forent in monasterio superius dicto, ad hoc[r] construendo Mart. 7.

10. Quibus ita rite peractis, itum est ad reverentissimum[s] abbatem Wilhelmum[8], quem dominus Deus plebi suae exemplum verae religionis praeposuerat operariumque ferventissimum in vineam suam conduxerat, qui in hac nostra Aegypto alter profecto fuit Ioseph vel Moyses. Hunc ergo multis et magnis precibus ambo saepedicti rogaverunt, postulaverunt et exoraverunt, ut intromitteret[t] se ad hoc monasterium condendum, construendum et ordinandum. Cum autem Waldam ipse veniens locum viseret minusque aptum monasticae vitae certius disceret, asseruit alibi rem fieri debere. Et nisi id ipsi annuerent, non ausurum se inde[u] intromittere.

11. Aiunt[v] rem iam antea ita dispositam esse, quasi quae in Walda fieri deberet, nec se quid inde transmutare posse, nisi ipse a Romana sede licentiam adeptus foret. Quam ob rem misit ille Romam quendam monachum suum vocabulo Rupertum[w] ad beatae[x] memoriae Gregorium VII, qui tunc praesidebat Romanae ecclesiae[y]; nactusque licentiam huiusmodi, ubicunque in rem foret, mutationum, transtulit suprascriptam monasterii dispositionem cum supradictis reliquiis in pagum nomine Bara, in comitatu Aseheim[z,9], in quendam monticulum Nigrae silvae, qui locus propter situm terrae dici potest et est ipse vertex Alemanniae[a]. Quod praedium ab oriente terminatur[b] proprietate sanctae Mariae[c,10], ab occidente vero fontibus Brichenae[d,11], a meridie autem longi montis crepidine, at[e] a septentrione protenditur usque ad ipsas proprietates transsilvanorum[f].

12. Verum quia hoc idem praedium in Hezelonis[g] proprietate fuit tantum dimidium, alterum dimidium a quodam, cuius id proprium fuit, nomine Waltario de Teningen[h,12] permutavit Hesso, dato pro eo uno et dimidio bono et perutili[i] manso in villa Phoezen[k,13]. Hoc idem dimidium postea in proprietatem dedit Deo et sancto Georgio Wernherus[l] de

a) Berth. *Cr.* b) Pilger. *h. l. Cr. c.* c) *sic Bader;* Nuwilii *Cr. c., quod G. expunxit et in marg. corr.* Norwülen. d) Burckart *Cr. c.* e) *sic Bader*, Tiechot *Cr. c.* f) *corr. G. ex* T. dominorum Mundeshusen *Cr. c.* g) Beramut *Cr. c., G. corr. in marg.:* Berunc vel Gerunc. h) comiten *c.* (*ex* comite *Cr.*) i) Ibiden *c.* (*ex* Ibide *Cr.*) k) Eduardus *Cr. c., quod G. expunxit et in marg. corr.* Cuonr. l) Item de *Cr. c., quae G. delevit et in marg. scripsit:* Tum super. m) Hesselo *ead. manu corr.* Hesso *c.* n) Hesselo *h. l. Cr. c.* o) appenditiciis *c.* p) *sic Cr.;* proprietatem *c.* q) Eduardi *Cr. c., quod G. expunxit et in marg. scripsit:* Conradi r) adhuc *Cr. c.* s) reverendiss. *Cr. c.* t) intromiteret *c.* u) ibidem *Cr. c., G. superscr.* inde. v) Dixerunt ipsi antea rem *Cr. c., quae G. expunxit et in marg. scripsit:* Aiunt rem iam antea. Ego legendum puto: 'At illi aiunt iam antea rem'. w) Rodpertum *Cr. c., G. corr. in marg.* Rupertum. x) ad eum qui *Cr. c., quae G. expunxit et in marg. scripsit:* ad beatae memoriae Gregorium 7m, qui tunc. y) erat Paschalis I. *uncis inclusa add. Cr. c., quae G. expunxit, adnotans in marg.:* sic scribit Crusius, sed perperam, *videlicet codicis anno falso* 813 (*c.* 4) *seductus.* z) Aschein *Cr. c.* (*corr.* Asehein); *cf. infra c.* 67. 90. a) Alemaniae *Cr. c., G. corr.* Alemanniae. b) communi *Cr. c., G. expunxit et corr. in marg.* terminatur. c) Alariæ *Cr. (typographi errore). c., G. expunxit et corr. in marg.* Mariae. d) Brigae *uncis incl. add. Cr. c., quod G. expunxit, adnotans in marg.:* Crusii explicatio. e) ac *Cr. c., G. corr.* at. f) transsylvaun. *c.* g) Hessel. *h. l. Cr. c.* h) Tenrigen *Cr. c., G. in marg. corr.* Teningen. i) particula mansus *Cr c., G. corr.* perutili manso. k) Phoëren *Cr. c., corr.* Phoezen *c., quod G. expunxit, in marg. alia manu:* Phoezen, Phlözlingen. l) Wernh. — campserat *G. in marg. suppl. c., quae des. Cr.*

1) Riedhausen (OA. Saulgau) censet Bader; quod si rectum est, *Riethusen* in textu emendandum est; cf. Oesterley l. l. p. 566. 2) Hürbel (OA. Biberach). B. 3) Bussmannshausen prope Laupheim. B. 4) Reichenbach (OA. Saulgau). 5) Schwarzenbach prope Saulgau. B. 6) Siessen (OA. Saulgau). 7) De Otolveswanc; cf. c. 7. 8) Hirsaugiensem; cf. Vit. Willih. c. 22, SS. XII, p. 218. 9) Aasen (Bad. A. Donaueschingen). 10) Mariazell (Wirt. OA. Oberndorf). 11) Brigach fl. 12) Thengen (Bad. A. Engen). Dunningen (Wirt. OA. Rottweil) non recte coniecit Bader. 13) Füetzen (Bad. A. Bonndorf). B. Cf. 'Zeitschr. f. G. d. Oberrheins' XXXVII, p. 357, n. 2.

Tirbeheim[a, 1] ab Hessone postulatus fidem, quia id prius a Walthario acceperat, quando illud saepe nominatus campserat.

1084. Apr. 22. 13. Anno ergo incarnationis[b] Domini 1084[c], indictione 7[d], 10. Kal. Maii, feria[e] 2, luna decima tertia, venit Hesso et Cuonradus[f], iam pauperes Christi, cum aliquot fratribus in praedictum monticulum, arborum densitate consitum et horrore silvatico squallidum[g], ubi nondum fuerat vel unum domicilium. Advenerunt quoque circiter Idus[h] Iunii fratres missi a domino abbate[2], qui omnes destruxerunt[i] et dissipaverunt et plantaverunt; factisque aliquot casis, ubi interim repausarent, statim[k] ligneam condiderunt capellam et claustrum qualecunque ei adiacens; placuitque[l] eis eundem locum debere[m] cognominari[n] Cellam Sancti Georgii, eo quod aliis sanctis ibi ipse praehaberetur. Quod ipsum quoque dominus abbas fieri iussit.

Iun. 13.

1085. Iun. 24. 14. Anno ergo incarnationis dominicae 1085[o], indictione 8, 8. Kalendas Iulii, feria tertia, luna 27, dedicata est eadem capella a venerabili Gebehardo Constantiensis ecclesiae episcopo in honore sancti Georgii martyris, praesente domino abbate supradicto; destinavitque et dedit dominus episcopus sancto martyri omnes decimas in finitimis locis futuras[p], quae alias non pertinerent.

1086. Ian. 13. 15. Deinde circiter Idus Ian.[q] venit ad cellulam iam descriptam dominus Hezelo cum filio suo[3] et comite praefato Manegoldo et aliis quibusdam amicis[r] et militibus suis plerisque, et ipsis in praesentia domini episcopi Gebehardi[r*] et domini abbatis Wilhelmi plenius et manifestius innotuit translationem monasterii, scilicet quod ipsum secundum licentiam apostolici a Walda translatum sit, translatumque sequeretur tota prior[s] traditio et deditio, scilicet et Waldae[t] et aliarum, quas supra diximus, proprietatum, salva postulatione et constitutione de monasterio per comitem Romanae ecclesiae mancipando.

16. Haec itaque ipsis innotuit, et totum atque totum ipse cum filio comprobavit, collaudavit et confirmavit[u], et insuper eodem die ambo, et pater et natus, priori donationi addiderunt ipsum praedium dimidium, in quo capella condita condendumque fuit monasterium, et quicquid habuerunt in Stockburg[4] et in villa Baldingen[5] circiter quatuor mansos et aliquas partes silvestres et in Endingen[6] vineti partes septem et areas duas et agri tantum quod sufficiat ad beneficium operatoris earundem vinearum; in Goteheim[7] quoque areas duas et circiter unum mansum agri et tres partes vineti.

17. Facta autem hac[v] deditione etiam super praedictas reliquias, uterque, et Hezilo et Hermannus, eorundem praediorum potestatem, ius et proprietatem a sese ore et manumissione[w] feliciter abalienaverunt et suam, sicubi quandocunque necesse foret, confirmationem et constabilitionem[x] devotissime spoponderunt.

1086. Ian. 13. 18. Haec ergo domini Hezelonis de translatione monasterii relatio itemque ipsius confirmatio pariterque eiusdem et filii sui deditio facta est circiter Idus Ianuarii in Cella Sancti Georgii, in capella lignea super reliquias supradictas, adhuc non repositas, sed ad hoc reservatas, ut recondantur in oratorio consummato, ubi statorius eiusdem martyris futurus erit titulus, in praesentia venerabilis episcopi Gebehardi et reverentissimi[y] abbatis Wilhelmi, astante multa frequentia promiscuae plebis, praesentibus testibus, quorum nomina haec sunt: Manegoldus[z] comes et filius eius Wolverat, Adelbertus de Antringen[a, 8], Fride-

a) Türbeheim *h. l. c.; cf. infra c.* 18. 46. b) incan. *c.* c) DCCCXXIIII. *Cr. c., expunxit G. et in marg. scripsit* MLXXXIIII. d) II. *Cr. c., post corr.* VII. *c.* e) feria — tertia *G. in marg. suppl. c., quae des. Cr.* f) Eduardus *Cr. c., G. in marg. corr.* Cuonradus. g) squalidum *Cr. c., G. corr.* squall. h) LIIII, fratres, missi a domino Alberto *Cr. c., quae G. expunxit, scribens in marg. quae recepimus.* i) arbores *add. Cr. c., quod G. expunxit.* k) deinde *add. Cr. c., quod G. expunxit.* l) Placuit *Cr. c., G. corr. in marg.* placuitque. m) *G. in marg. suppl. c., deest Cr.* n) connominare *Cr. c., corr.* cognominare *c.* o) DCCCXXV. *c., G. corr. in marg.* MLXXXV. p) *sic Bader;* facduras *c., G corr.* facturas. q) Idus Ian., *puncta supposuit G., qui in marg. adnotavit:* Sic expresse habent manuscripta, cum ego diu dubitarim, num genuina, num vero depravata esset lectio, putabam enim esse legendum 'Idus Iulii', ut simul consecratio et fundatoris declaratio in uno conventu absoluta fuisse mihi videretur. *Attamen lectionem* Idus Ian. *probandam esse censet, addens:* Sic habent ms. nostra. r) suis *add c., quod G. delevit.* r*) Geberh. *radendo corr.* Gebeh. *c.* s) piror *c.* t) Waltae *c., G. corr.* Waldae. u) confim. *c.* v) hac — eorundem *G. in marg. suppl., quae in textu post* ore et *exstant, a G. deleta.* w) manumss. *c.* x) *sic c.* y) reverendiss. *c.* z) Managoldus *h. l. c.* a) *sic c.* 45; Andringen *c., G. corr.* Antringen *h. l.*

1) Dürbheim (Wirt. OA. Spaichingen). B. 2) Wilhelmo Hirsaugiensi. 3) Hermanno. 4) Stockburg (A. Villingen). B. 5) Ober- et Unter-Baldingen (A. Donaueschingen). B. (procul dubio recte). 6) Endingen (Bad. A. Emmendingen). B. 7) Gottenheim (A. Breisach). B. 8) Entringen (Wirt. OA. Herrenberg). B. Hic Adelbertus fuit nepos Hezelonis; vide infra c. 45. Cf. 'Zeitschr. f. G. d. Oberrheins' I, p. 245.

1086.

ricus de Wolfaha[1], Eberhart de Sedorph[a, 2], Mazinus[b] adhuc miles et filius Bertholdus de Butelsciez[c], Waldo de Decgingun[3], Adelbero de Sitingun[4] et Walto, filius fratris[d] eorum, Henricus de Monolvingun[5], Benno de Eichisheim[6], Richart et filius eius Richart de Capella[7], Rŏm de Aschaha[e, 7], Werinherus de Tirbeheim, Udalricus de Husen[8], Cŏno de Cimberen, Triutwin[f] de Phorren[9] et alii plures idonei testes.

19. Postea Constantiae, praesidente praefato venerabili episcopo Gebehardo[g] sanctae et legitimae[h] synodo, dominus Hezelo stans cum filio suo in medio conventu exposuit omnia supradicta, secundum quod melius recordari potuit, primo quomodo[i] ipse et dominus Hesso de construendo monasterio concorditer convenerint, quomodo[k] illuc praedia sua allegaverint, qualiterque regulam sancti Benedicti inviolabiliter inibi agendam optaverint[l], et caetera omnia, quae iusta vel quae in rem forent, ordinabiliter promulgavit.

20. Dehinc prorsus universam traditionem sive deditionem superius descriptam ipse et natus Hermannus[m] corde exhilarato levatisque oculis ac manibus iterum voverunt, obtulerunt et delegaverunt domino Deo, sanctae Mariae virgini, beato Petro apostolo et sancto martyri Georgio ob remedium animarum suarum et parentum suorum. Deinde omni potestate, servitio, iure et proprietate praedicti monasterii sese omnino feliciter abdicaverunt. Tunc dominus episcopus sub attestatione nominis domini nostri Iesu Christi et sanctae matris eius Mariae, auctoritate sancti Petri apostoli et omnium sanctorum Dei suaque, quam a Deo acceperat, potestate interdixit, ne qua persona magna vel parva supradicto monasterio eiusque appendiciis[n] auderet vim inferre vel aliquam[o] iniuriam irrogare sive quaslibet proprietatis eius conditiones invadere, minuere vel alienare.

Apr. 1.

21. Acta est haec synodus anno incarnationis dominicae 1086[p], indictione 9, circiter Kalendas Aprilis; in qua simul affuerunt abbates: Augiensis Ecgehardus, Sigefridus Sancti Salvatoris[10], Adelhelmus de Altdorf[11], Trutewinus[q] de Steine[12]; canonici Sanctae Mariae[13]: Otto decanus, Udalricus, Wito, Heinricus, Gunterricus, Azzo et alii plures fratres eorum, et alius non modicus synodalis clerus; duces: Welpho[14], Bertholdus[15] et Bertholdus[16]; comites: Burchart de Nellenburg, Cuono de Wilvelingen[r, 17], Manegoldus de Aleshusen; capitanei: Conradus de Sancto Monte, Adelgoz de Marestetin[18], Arnolt de Binezwang et alii perplures Alemanniae primates, quos longum est nominare, praeterea populus innumerabilis.

22. Nominatius deinceps[s] referamus praedia primitiva ad supradictam cellam pertinentia, ut competentius adiungantur etiam ab aliis devotis eidem[t] donata: Walda cum omnibus pertinentibus sibi, in Baldingen 4 mansi et aliquae partes silvestres, in Stockburg praediolum cum[u] mansis vestitis, in Endingen 2 areae et vineti partes 7 et arvi tantum quod sufficiat ad vinitoris beneficium, in Goteheim unus mansus et duae areae et 3 partes vineti[19]. Haec omnia sunt quae domini Hezelonis et filii eius Hermanni, ut etiam superius dictum est, larga donavit benignitas.

23. Praedii etiam[v] in quo cella est dimidiam ipsi dederunt partem, alteram vero, ut aeque praedictum est[20], acquisivit nobis dominus Hesso, cuius ex benevolentia donata est etiam villa Stetin[21] cum omnibus appendiciis suis, excepto uno solo, qui eius non fuerat, manso, et tertia pars villae Phoezin[22] cum omnibus sibi pertinentibus, excepto uno et semis manso, de quo superius dictum est[20], et in Kambiz[23] 2 mansi agri et vineta valde bona et ampla et dimidia pars capellae et totius ad eundem vicum pertinentis iustitiae.

a) *sic c.* 46; Seedorph *h. l. c.* b) Alazinus *c., G. corr. in marg.* Mazinus. c) Bütt. *h. l. c.; cf. c.* 8. d) *G. in marg. suppl. c.* e) Achaha *c., G. corr.* Aschaha. f) Trutwin *c., G. corr* Truitwin. g) Geberhardo *h. l. c.* h) ligit. *c.* i) *h. l. add. c.:* illuc praedia sua allegauerint qualitergi, *quae G. delevit et infra in marg. supplevit.* k) q. i. pr. s. all., q. *G. in marg. suppl. c., sed* quomodo *etiam in textu, a G. del.* l) apt. *c., G. corr.* opt. m) annus *suppl. G.* n) apend. *c.* o) quam *c., G. corr.* aliquam. p) DCCCXXXVI. *c., quod G. expunxit et in marg. scripsit* MLXXXVI. q) *sic G. in marg. corr. c.* r) Wivel. *c., G. corr.* Wilvel. s) deinque *c., G. corr. in marg.* deinceps. t) eodem *c., G. corr. in marg.* eidem. u) eum magna vistitis *corr.* iustitia *c., G. corr.* cum mansis vestitis. v) aetiam *c.*

1) Wolfach ad fl. Kinzig. B. 2) Seedorf (OA. Oberndorf). B. 3) Doeggingen (A. Donaueschingen). 4) Seitingen (OA. Tuttlingen). B. 5) Mundelfingen (A. Donaueschingen). B. 6) Aixheim (OA. Spaichingen). B. 7) Kappel, Eschach (Ober- et Unter-) (Bad. A. Villingen). B. 8) Hausach (Bad. A. Wolfach)? 9) Pfohren (A. Donaueschingen). 10) Scafhusensis monasterii. 11) Monasterio postea in Weingarten translato (Weingarten-Altdorf, OA. Ravensburg). 12) Stein ad Rhenum fl. (Cant. Schaffhausen). 13) Ecclesiae cathedralis Constantiensis. 14) I. Bavariae. 15) De Rheinfelden, dux Sueviae. 16) H. de Zähringen. 17) Wilflingen (OA. Riedlingen). 18) Marstetten (Wirt. OA. Leutkirch). 19) Cf. supra c. 16. 20) C. 12. 21) Stetten (OA. Rottweil). 22) Cf. p. 1009, n. 13. 23) Kleinkems (Bad. A. Lörrach).

24. Hic Hesso cum tali oblatione obtulit semet ipsum domino Deo et sancto Georgio, ex capitaneo effectus servorum Dei famulus.

25. Conrat quoque praediolum suum quod habuit in villa Hiltewineshus et illud quod habuit in villa Osterendorph et apud villam Bachoubiton[a, 1] silvulam et custodis eiusdem beneficium devotissime obtulit Deo et sancto Georgio et semet ipsum cum eo. Haec ergo sunt primitiva praedia, nunc etiam dicantur caetera.

26. Postea quidam vir liber Hermannus dedidit Deo et sancto Georgio dimidium praedium, quod libere possidebat in Huchilingen[b], nam alteram partem in proprietatem uxori suae Gerhildae[c] donaverat.

27. Item alius vir liber nomine Adelbero dedidit Deo et sancto Georgio praedium suum quod habuit in villa Bolstara et in villa Eichaha[2] et in villa Calcophe[3].

28. Rupertus liber vir tradidit Deo et sancto Georgio 4 mansos in vico qui vocatur Harlesbuch[d].

29. Item quidam miles Lantfridus dedidit Deo et eidem martyri allodium suum in villa Owolvingen[4], circiter 2 mansos.

30. Sigehard quoque et mater eius Ita de Calphe[5] tradidit Deo et eidem martyri aliud praedium quod habuerunt in villa Tunningen[6], circiter 3 mansos.

31. Fridericus de Wolphacha tradidit Deo et sancto Georgio in valle Bor[e] . . . . . transilvana 3 areas et quaecunque pertinerent ad eas.

32. Eberhardus quoque de Sedorph[f] tradidit Deo et sancto Georgio unum mansum in Lideringen[7].

33. Est locus cellae vicinus[g] nomine Welchenveld, qui pertinuit ad abbatiam Scaphusensem, deditus illuc a beato Eberhardo[h] comite de Nellenburg. Hunc campsit senior Richardus de Capella et dedidit eum Deo et sancto Georgio.

34. Est et alius cellae vicinior[i] vocatus Harprehtesvelt[k], quem dimidium tradidit Deo et sancto Georgio Burchardus et Bertholdus de Engin[8]. Altera autem pars pertinet ad concambium quod fecit dominus Hesso cum Waltario[9]. Non solum enim accepit idem Hesso a Waltario dimidium praedium, in quo sita est cella, de quo superius dictum est[10], sed etiam istam partem et in Stockburg unam aream et aliquantisper praedii pertinentis ad eam.

35. Item est alius paulo remotior et vocatur Huphenhus; hic fuit multorum. Quod ergo habuerunt Ingram et frater eius Gerhardus, liberi homines, hoc dediderunt Deo et sancto Georgio.

36. Burchardus et frater eius Conradus, egregii de nobilitate iuvenes, dediderunt Deo et sancto Georgio perbonum praedium in villa Tindenhovin[11], ipsam videlicet dimidiam villam cum omnibus appendiciis suis, et in Alpibus, in loco qui vocatur Weichstetin[l, 12] 12
1088. Febr. 2. mansos et in loco qui dicitur Tennesheim 4 mansos, quarto Nonas Februarii, feria quinta, luna 6, in praesentia domini Hezelonis, eodem scilicet quo obiit anno[13].

37. Sed et caeterae fere omnes supradictae donationes factae sunt in praesentia ipsius et militum eius et aliarum aliquot autenticarum[m] personarum, qui possint sufficere ad firmum et legitimum eius et aliarum testimonium; quos quidem singulos longum est adscribere, sed, si forte[n] necesse fuerit, facile erit invenire. Volvetur enim multum et multum tempus, ut speramus, priusquam[o] inter milites Augensis advocati idoneum nobis defuerit testimonium. Nam, sicut progenitores eius, ita et ipse dominus Hezelo Augensis fuit advocatus[14], qui, quandocunque opus existimabat, etiamsi non alios, suos tamen propter testimonium satis asciverat[p] milites et libertos.

1086. 38. Acta siquidem synodo suprascripta, consummatisque tot testificationibus, dominus

a) Bachonb. *c.* b) Huchcilingen *c.*, *G. corr.* Huchilingen. c) Gerhiltae, *G. corr.* Gerhildae *c.* d) Harlesbach *c.*, *G. corr.* Harlesbuch. e) bor trans . . . . . transilv., *spatio vacuo rel. c.; omisit Bader.* f) Seedorph *c.; cf. p.* 1011, *n.* a. g) *G. in marg. suppl. c.* h) Gebehardo *c.*, *G. corr. in marg.* Eberhardo. i) incinior *c.* k) *sic Bader;* Harprethes-welt *c.; G. adnotavit in marg.:* forte quod hodie Halprehtsgrund vel Halpirsgrundt. l) Weichstedin *c.* m) autemt. *c.* n) forde *c.* o) priusque, *G. corr.* priusquam *c.* p) asciverant *c.*, *corr.* asciverat?

1) Bachhaupten (circ. Sigmaringen). 2) Bolstern, Eichen (OA. Saulgau). B. 3) Kalkofen (circ. Sigmaringen). B. 4) Aulfingen (Bad. A. Engen). B. 5) Hohenkarpfen (OA. Tuttlingen). B. 6) Thuningen (OA. Tuttlingen). Dunningen, ut Bader opinatur, minus probabile videtur. 7) Leidringen (Wirt. OA. Sulz). B. 8) Engen oppidum Badense. 9) De Teningen. 10) C. 12. 23. 11) Dintenhofen (OA. Ehingen). B. 12) Weikstetten nunc dicitur pars territorii villae Laichingen (OA. Münsingen). B. 13) Cf. c. 40. 41. 14) Cf. Roth v. Schreckenstein l. l. p. 354.

Hezelo coepit adeo infirmari, ut evasurum se[a] non crederet; et quia rei profectum se, ante- 1086.
quam obiret, visurum omnino anhelaret, quamvis eadem res admodum esset pusilla et adhuc, ut ita dicam, immatura, rogabat tamen ipse et dominus Hesso simul cum fratribus reverendum abbatem Wilhelmum[b], cuius, ut supradictum, adhuc in providentia fuerat, ut cellae patrem provideret. Ipso itaque providente, simulque divina pietate aspirante[c], electus est Heinricus, boni testimonii frater, sub quo eodem iam fere a principio priore res tota actitata fuerat.

39. Ipse ergo suscepit regendam rem pusillam ordinatusque est abbas et provisor saepedicti loci a praefato venerabili episcopo Gebehardo anno incarnationis dominicae
1086[d], indictione 9[1], 8. Id. Decembris, et egit rem in Domino satis strenue, seditque uno Dec. 6.
— nec plus nec minus[d*] — anno, et fuit idem exitus honoris et animae eius. 1087.

40. Proxima dehinc aestate[2] dominus Hezelo, longa iam maceratus aegritudine, cum 1088.
ingravescente infirmitate finem huius vitae adesse[a] sibi intelligeret, fecit se deferri in
cellam persaepe dictam, ibique obiit Kalendis Iunii[e] feliciter in Domino, factus monachus Iun. 1.
ex Augensi advocato, sepultusque est ibidem iuxta propinquos suos, quos iam dudum illuc transportari fecerat.

41. Quotquot[f] enim in Walda terrae commendati fuerunt, translati in cella consepulti 1087?
sunt 2. Kalendas Octobris, quorum haec nomina sunt: Landolt et Bertha, parentes avi eius, Sept. 30.
Landolt et Gisela, parentes patris eius, Udalricus et Adela, parentes eius, Landolt, frater eius[3], Adelbertus, patruus eius[a], Irmengart, patruelis eius, Bertha, uxor ipsius[4], et Rŏzela
pedissequa. Obiit autem ipse anno incarnationis Domini 1088, indictione 11, Kalendis 1088. Iun. 1.
Iunii[g], ipsumque patrem, defensorem et consolatorem planxerunt Cella, Augia et Allemannia, contestantes probissimum obiisse Suevorum.

42. Eodem obitus eius anno Udalricus[h], consanguineus ipsius, dedidit Deo et sancto Georgio proprietatem in Lideringen, arvi et saltus circiter duos mansos.

43. Sequenti anno Folcmar de Fridingen[5], vir nobilis, tradidit Deo et sancto Georgio 1089.
proprietatem quam habuit ipse in loco qui dicitur Morzeneswilere[6].

44. Ipso quoque anno Gerild[i] tradidit Deo et sancto Georgio per manus fideiussorum suorum, Udalrici[k] germani videlicet sui de Husen et Burchardi militis, praedium suum situm in Huchelingen, quod maritus suus Hermannus sibi donaverat, quando eiusdem praedii aequam partem eidem martyri ipse dediderat[7].

---

45. Anno incarnationis dominicae 1084, indictione 7, feliciter iam surgente habitatione 1084.
loci, quem duo nobiles viri Hezelo et Hesso sancto Georgio dicaverant, dominus Hezilo, qui eundem locum suis votis aptum exsistere gaudebat, eum praeter iam data praediis[l] aliisque quibuslibet bonis ditare anhelabat. Memor ergo conditionis humanae, quam[m] fragilis sit et incerta, praedestinavit, si Hermannus unicus eius filius absque prole legitima moreretur, hereditatem, quam ambo possederant, iam dicto martyri mancipandam. Convocatis ergo suis, quos in hoc fideles sibi fore credidit, congnatis, Landoldo scilicet et Adelberto de Antringen[8], quia et ipsi proximi eorum heredes futuri forent, quicquid iuste inpraesentiarum possederant totum, sive homines sive praedium, excepto eo quod habuerunt in villa Hugoldeshusen[9], ipse et filius fidei eorum tradiderunt, per eandem eos ad praesens obtestati fidem, ut, si id quod de filio eius dictum est eveniret, homines curiales, quos ille relinqueret, ipsi sibi retinerent, caetera vero omnia memorato Christi martyri iure debito manciparent.

46. Haec traditio facta est in villa Urselingen[10] in praesentia testium, quorum nomina haec sunt: Fridericus de Wolfhacha, Landoldus de Winzila[11], Bertoldus de Butelsciez,

a) *G. suppl. c.* b) Wihelmum *c.* c) pietante *corr.* aspirante *c.* d) DCCCXXXV, *c., quod G. expunxit et in marg. scripsit* MLXXXVI. d*) mimus *c.* e) Iulii, *corr.* Iunii *c.* f) Quodquod, *G. corr.* Quotquot *c.* g) Iulii *c., quod G. expunxit et in marg. corr.* Iunii. h) Udalaricus *c.* i) Gerhilt *Bader; cf. c.* 60. k) *sic cum Bader emendandum esse patet ex c.* 60; Valtarici *h. l. c.* l) *sic c. (hoc verbum deesse 'Zeitschr. f. Gesch. d. Oberrh.' XXXVII, p.* 359, *n.* 1. *falso dictum est).* m) que, *G. corr.* quam *c.*

1) A die Sept. 1. a. 1086. currebat iam indictio 10. 2) Scil. post obitum Heinrici abbatis a. 1087. defuncti. Cf. Bernoldi Chron. a. 1088, SS. V, p. 447; Ann. S. Georgii, SS. XVII, p. 296. 3) Omissus est Adelbertus frater Hezelonis, qui supra c. 3. defunctus esse dicitur. Forte verba *Adelbertus frater eius* in apographo exciderunt. 4) Hezelonis; cf. c. 3. 5) Friedingen (OA. Riedlingen). 6) Martinsweiler prope St. Georgen hoc esse contendit Bader, falso hoc loco et alibi scribens *Morteneswilere*. 7) C. 26. 8) Filiis videlicet Landoldi, fratris Hezelonis; cf. c. 41. 46. 9) Oggelshausen (OA. Riedlingen). B. 10) Irslingen (OA. Rottweil). B. 11) Winzeln (OA. Oberndorf). B.

1086. Adelbero de Sitingen, Heinricus de Monolvingen[a], Benno de Spechingen[1], Eberhart de
Sedorph et filii sororis eius Luf et Egelolf[b, 2], Udalricus de Husen, Richard, Werinherus et
Gozoldus de Tirbeheim, Hug de Estetin[c, 3] et alii plures. Hanc autem fidei obtestationem
solverunt filii Landoldi[4], Landoldus scilicet et Adelbertus, sed in tempore atque loco diverso.
1111. Sept. 11. Adelbertus enim solvit eam anno incarnationis 1111, 3. Idus Septembris in villa Basilea
cis Renum[d] sita, in praesentia testium, quorum nomina haec sunt: Dux Bertoldus[e, 5] et
Conradus et Rudolphus[6], Bertoldus de Nuenburg[7], Fridericus de Wolfacha et filius eius
Arnoldus, Conradus advocatus de Waltchirchen[8], Erchenhold de Buesenheim[f, 9], Erchenger
1112. Ian. 16. de Rundestal[10]. Landoldus autem solvit eam anno incarnationis dominicae[g] 1112, 17. Kalendas Februarii[h] in villa Ulma, in universali colloquio ibidem habito, in praesentia ducis Friderici iuvenis[i, 11] aliorumque complurium Sueviae principum atque multorum liberorum hominum.

47. Haec praedia tali iustitia Deo sanctoque Georgio tradita Udalricus de Hurningen[12]
post mortem[k] uxoris suae Helewidae, viduae domini Hermanni[13], iniuste aliquantis annis
possederat, sed hoc proclamante duce Bertholdo[5], advocato Sancti Georgii, idem Udalricus
eadem praedia aput Rotenackher[14] in colloquio ducis Friderici sancto[l] Georgio reddidit et
ea, legali iustitia coactus, in praedicti ducis Friderici manus dedit anno incarnationis
1114. Domini 1114, eaque idem martyr annis circiter octo legaliter[m] recepta possedit. Anno
1122. autem incarnationis Domini 1122[n], duce Bertholdo occiso[15], praedictus Udalricus hostiliter invasit et depraedatus ea in ius suae proprietatis, nec divinam nec legalem iustitiam reveritus, convertit.

1124. Dec. 31. 48. Anno igitur incarnationis dominicae 1125, indictione 3, 2. Kalendas Ianuarii,
Dec. 25. domino Heinrico V. Romanorum imperatore natalem Domini apud Argentinam celebrante, dominus abbas Wernherus in iudicio regali hanc iniustitiam proclamavit. Annitente vero piissima imperatrice Mathilde, duceque Friderico et duce Conrado[16] cunctisque qui aderant iuvantibus, Udalricus iuvenis, filius Udalrici de Hurningen iam defuncti, legali iustitia coactus est coram rege praedicta praedia reddere et in manus ducis Conradi, advocati Sancti Georgii, tradere.

49. Insuper Heinrico de Suenhusen[17], cui praedictus abbas advocatiam praedicti praedii secundum iura et leges monasterii Sancti Georgii iam antea commisit, rex litteras suas[18] misit hoc modo: *Heinricus Dei gratia Romanorum inperator augustus Heinrico[o] advocato gratiam suam. In curia nuper Argentinae[p] celebrata ecclesia sancti Georgii bona sua consilio ac iudicio principum libere obtinuit, quocirca volumus tibique firmiter praecipimus, ut eadem bona ad usus ecclesiae retineas et colligas.*

1090 Sept. 30. 50. Anno incarnationis Domini 1090, indictione 13, 2. Kalendas Octobris dedicatum est altare sancti Iohannis baptistae a venerabili Gebehardo Constantiensi episcopo. Tunc super reliquias eius aliasque non paucas, quae in eodem altari reconditae sunt, tradiderunt primum advocatus dominus Hermannus in Tunningen dimidium mansum cum[q] ipsius possessore eiusque progenie; dehinc Rapoto miles liberalis praedium suum totum quod habuit in vico[r] nomine Husen cum 20 et sex mancipiis, praesente ipsius fratre Udalrico, qui eius praelocutor fuit super hac donatione.

a) *sic c.* 18; Monelv. *h. l. c.* b) Egelof *c.; cf. c.* 79. 103. c) Esteim, *G. corr.* Estetin *c.* d) *G. corr.* Rhenum *c.* e) Berdoldus *c.* f) Bies. *corr.* Bues. *c.* g) domini *c.*, *G. corr.* dominicae. h) *h. l. add. c.:* iuvenis aliorumque complurium Sveviae principum, *quae G. delevit et infra supplevit.* i) iuv. — principum *G. h. l. in marg. suppl. c.* k) martem *c.* l) sancto — manus *G. in marg. infer. suppl. c.* m) *h. l. add. c.:* sancto Georgio reddidit et ea legali iustitia coactus in manus predicti ducis, *quae G. delevit et supra in marg. infer. supplevit.* n) MCXXII *(sic G. corr. in marg.,* MCXV. *in textu)* — MCXXV. *cap.* 48. *G. in marg. suppl. c.* o) rico *G. suppl. c.* p) Argentinensi *c.*, *G. corr.* Argentinae. q) cum — progenie *in marg. suppl. c.* r) vica *c.*

1) Spaichingen. 2) De Thalhausen; cf. c. 79. 3) Ebestetten (OA. Balingen). 4) Fratris Hezelonis; cf. c. 41. 5) III. de Zähringen. 6) Fratres Bertholdi III. ducis. 7) Neuenburg ad Rhenum fl. (A. Müllheim). B. 8) Waldkirch ad fl. Elz. B. 9) Biesheim in Alsatia (cant. Neubreisach)? B. 10) Rundsthal prope Villingen. B. Quod non reperi. 11) II. Sueviae. 12) Hirrlingen (OA. Rottenburg). 13) Filii Hezelonis, advocati Augiensis. 14) Rottenacker ad Danubium fl. (OA. Ehingen). 15) In pugna apud Molsheim die Mart. 3. commissa. 16) De Zähringen, fratre Bertholdi III. 17) Schweinhausen (OA. Waldsee). B. 18) St. 3202[b].

51. Dehinc Arnold liber iuvenis in vico nomine Eccenwilre[1] dimidium[a] mansum, qui[b] 1090. etiam tertio sequentis anni[c] die, id est[d] 3. Non. Ianuarii, tradidit Deo et sancto Georgio 1091. Ian. 3. totum allodium quod habuit in eodem vico et in villa Madelesprun[e] — quod utrumque computatur circiter quatuor mansos et 12 mancipia — in praesentia fratris sui Hermanni, qui eius praelocutor fuit super hac donatione. Haec dedit et insuper semet ipsum Deo optulit hostiam vivam.

52. Deinde vero Engilhardus[f] liber homo praediolum quod habuit[g] in villa Dormu- 1090. tingen[2], scilicet 1 aream, 12 partes arvi et prati ad quatuor carradas foeni.

53. Postremo Richard et Manegold, filii Richardi de Capella, quaecunque sibi hereditario iure obvenire deberent in loco qui dicitur Welchenvelt Deo et sancto Georgio, sicut pater eorum antea iam dudum fecerat[3], contradiderunt; quod idem fratres eorum Marcward et Egilward[h] fecerunt Nonis Decembris, die videlicet illo quo eorum pater apud nos est Dec. 13. sepultus[i]. Hae ergo traditiones factae sunt in praesentia innumerabilium maiorum et minorum personarum.

54. Engelscalc[k] senior tradiderat aliquando fidei Heinrici de Baldesheim praedium situm in villa quae dicitur Adelgiseshoven[l,4] in pago Illirgowe, ut inde facere deberet, quicquid ipse eum quandoque rogare vellet. Rogavit ergo eum, ut hoc idem praedium daret Deo et sancto Georgio in perpetuam proprietatem; factaque est per eundem Heinricum haec traditio, praesente et rogante eodem Engelscalco, anno supradicto 2. Kalendas Novem- Oct. 31. bris in villa Philingen[5] super reliquias sancti Georgii[m] allatas, in praesentia ducis Bertholdi et perplurium eius militum.

55. Rŏm miles dedidit Deo et sancto Georgio unum mansum in villa nomine Starzila[6] 8. Idus Decembris. Dec. 6.

56. Anno incarnationis Domini 1091, indictione 14, 14. Kalendas Februarii Gerhardus 1091. Ian. 19. iuvenis tradidit Deo et sancto Georgio iuxta Tunningen praedium quod vocatur Studeholz et in regione transsilvana circiter 10 et 8 beneficia sita locis quae vocantur Sulcibach[n] et in Arnoldesbach et Swinbach[7], quae sibi in proprietatem dederant germani sui Otto et Fridericus de Wolphaa.

57. Eodem anno in nativitate sancti Iohannis baptistae Hermannus de Madelespuron[8] Iun. 24. dedit Deo et sancto Georgio praediolum situm apud viculum qui vocatur Witichiwilare[9], rogantibus Ruzela femina libera et eius libero[o] viro nomine Wolfgero, quorum[p] hoc proprium fuerat, et a quibus id ipse in fide acceperat.

58. Est mons pascualis iuxta Welchenvelt[q], a septentrione in ipso rivo terminans, a meridie vero in via quae a Walthusin[10] ducit per silvam, ab oriente autem ad fontem[r] et eius rivulum, sed ab occidente finitur versus fontem[r], qui ex altera parte rivi terminus est prioris praedii. Hunc communem cum duce Bertholdo[s,11] in proprietate habuit Nito liber homo, qui una cum filio suo nomine Eberhardo suam partem, dimidium videlicet eiusdem montis, anno praedicto dedidit Deo et sancto Georgio.

59. Anno sequenti 4.[t] Nonas Ianuarii Bertholdus miles[u] de Butelsciez[v] dedit Deo et 1092. Ian. 2. sancto Georgio circiter duos mansos in loco qui vocatur Wolfartisruti[w,12], rogante patruele eius Rudolph, cuius id proprium fuit, cuius et ipse fidesponsor extiterat.

60. Eodem anno 3. Kalend. Aprilis Udalricus de Husin tradidit Deo et sancto Georgio Mart. 30.

a) dimidum *c.* b) qui — Madelesprun *G. uncis inclusit, adnotans in marg.* Quae hic in parenthesi includuntur, ad annum 1091. referenda sunt. c) anno *c.* — die *superscr. G.* d) idem ymmo Kalendas *c.; G. adnotavit in marg.:* sic habent quidem exemplaria vetustissima, sed legendum videtur: 'tertio sequentis anni die, id est 3tio Non. Ianu.' *(recte)* vel 'septimo sequentis anni die, qui est 7mo Idus Ian.' *(minime).* e) Madelespuron *ut c.* 57. *emendandum videtur.* f) Engilhart (*corr.* hard) *c., G. corr.* Engilhardus. g) *supplevi, deest c.* h) Egiluin *c., G. corr.* Egilward. i) sepuldus *c.* k) Engelscald *c., G. corr.* Engelscalc. l) Adelgiseshonen *c.* m) *G. suppl. c.* n) *sic Bader;* Fulcibach *c.* o) leviro *c., G. corr. in marg.* libero. p) querum *c.* q) Welchenwelt (Welh., *G. corr.* Welch.) *h. l. c.* r) fondem *c.* s) Berdholdo *c.* t) 6to *c.; aut* 4, *ut scripsi, aut* 6. Idus *emendandum est.* u) milles *c.* v) Bittelsc. *h. l. c.; cf. c.* 8. w) Wolfartisritti *c.*

1) Eckenweiler (OA. Rottenburg)? Eggenweiler (Bad. A. Überlingen)? 2) Dormettingen (OA. Rottweil). 3) Cf. c. 33. 4) Quae Bader de hoc loco affert falsa videntur. 5) Villingen, oppido Badensi. B. 6) Starzeln prope Hechingen. Non Storzeln (Bad. A. Engen), ut infra c. 61. apparet. 7) Sulzbach (A. Wolfach), Arnoldsbach, Schweinbach in valle fluvii Kinzig. B. 8) Mahlspüren (A. Stockach) aut Mahlspüren (A. Villingen)? 9) Prope Kaltbrunn (A. Wolfach)? B. 10) Waldhausen (A. Donaueschingen). 11) H. de Zähringen. 12) Wolfartsreute (OA. Saulgau). B.

1092. praedium in villa Ginningen[1], minus integro, maius autem dimidio manso, rogante eum sorore eius Gerhilda[a], cuius id proprium fuit, cuius et ipse fidesponsor extiterat.

Apr. 3. 61. Ipso anno 3. Nonas Aprilis fecimus concambium cum domino Hermanno de Meringen[2]. Ipse enim et uxor eius pariter tradiderunt in proprietatem Dei et sancti Georgii super reliquias eiusdem martyris quicquid habuerunt in areis, in agris, in pratis, in saltibus et locis silvestribus in villa quae vocatur Nero[3], pro uno manso quem habuimus in Starzila et uno quem habuimus in Altheim[4] et eo quod habuimus in Dormutingen[b], minus dimidio manso.

Apr. 6. 62. Quarto dehinc die convenimus in Beroam[5] ad faciendum et aliud concambium. Nam dominus Hesso de castro Virst[6] quicquid habuit apud eandem villam in areis, in pratis, in agris, in taberna, in molendinis, aquis, in aquarum decursibus, in capellis, in saltibus, in silvis, in pascuis aliisque appendiciis, ea lege atque iustitia, qua ipse haec a parentibus hereditata hactenus obtinuerat, tradidit in proprietatem et ditionem Dei et sancti Georgii super reliquias eiusdem martyris, in manum advocati Hermani, praesente Theogero abbate; statimque dictus advocatus tradidit in proprietatem eius quicquid in tribus villis habuimus quae vocantur[c] Huchelingen, Nero et Ginningen, eo iure et iustitia, qua nobis dedita fuerunt, quaque nos ea obtinuimus. Factum est ergo hoc comcambium anno incarnationis
Apr. 6. Domini 1092, indictione 15, 8. Idus Aprilis in ipsa, quam diximus, villa Beroa sita in comitatu montium qui vocantur Serrae[7], praesentibus idoneis testibus, quorum haec nomina sunt: Folcmar, Adelbertus, filius patrui eius, de Nendingen[8], Werinherus de Tirbeheim, Adelbertus de Speichingen[9], Egilwart de Nuzdorf[d], Erbo et frater eius Gerunc de Lůttelingen[10].

63. Ipso anno obiit Marcwardus capitaneus de Woffenstein[e]; cuius uxor Iudinta dedidit Deo et sancto Georgio per manum Adelberti, fideiussoris sui, fratris videlicet praedicti mariti sui, duos vel eo amplius mansos sitos in pago Rammescouue, in villa Dalmasingen[f. 11].
Iul. 31. Haec autem deditio facta est anno proxime dicto 2. Kalendas Augusti in ipso monte Wophenstein[g. 12] super reliquias praefati martyris, in praesentia testium, quorum nomina haec sunt: Adelbertus de Salestetin[13], Fridericus de Wolfaha et alii plures familiarium. Quod idem praedium dedimus in concambio supradicto Adelberto, Marcwardi germano, et accepimus in proprietatem nostram in valle transsilvana dimidium praedium Einbac[h. 14].

Aug. 23. 64. Eodem anno 10. Kal. Septembris obiit Burchard comes de castro Stoupha[15], qui iam dudum tradiderat tribus militibus suis, liberis viris, quorum haec nomina sunt: Rum, Hugo et Hermannus, bonum praedium situm in pago Brisgouue, in villis Vorchheim[i. 16] et Endingen, firmiter rogans, ut in Dei et sancti Georgii deditionem illud delegarent et tra-
Aug 29. derent; quod et sic factum est. Facta est ergo haec traditio anno supradicto 4. Kal. Septembris super reliquias praedicti martyris in ipsa villa Vorcheim, praesentibus testibus, quorum haec nomina sunt: Cuno de eadem villa, Arnold de Cancingen[17], Adelbertus[k] de Hasela[18]; Rum autem fuit de Aschaha, Hug de Turreheim[19], Hermanus de Engelschalkiswilre; praeterea praesens fuit non minima populi frequentia.

65. Eodem anno quidam vir nomine Harpret dedit Deo et sancto Georgio totum allodium suum quod habuit in villa quae vocatur Rentwigeshusen[20] et sextam partem capellae
Febr. 5. quae in eadem villa sita est pro remedio animae suae et suorum die Nonarum Februarii[l].

a) Gerhilta *c.*, *G. corr.* Gerhilda. b) *sic cap.* 52; Dormittingen *h. l. c.* c) vocatur *c.* d) Nuszdorf *c.* e) Wolf. *corr.* Woff. *c.* f) Dalmaszingen *c.* g) Wosph. *c.* h) Embac *c.*; *cf. c.* 121: Einbach. i) Vorcheim, *G. corr.* Vorchheim *c.* k) Adelberdus *c.* l) *G. adnotavit in marg.*: Puto haec facta anno MXCIIII, in membraneo ms. potius apparet contrarium.

1) Goenningen (OA. Tübingen). B., quod minus probabile est. 2) Moehringen ad Danubium fl. supra Tuttlingen. B. 3) Nehren (OA. Tübingen). B. 4) Altheim OA. Riedlingen)? 5) Beuron ad Danubium (circ. Sigmaringen) coniecit Bader, Wernwag ad Danubium Gaisser interpretatus est. 6) Quod situm erat in monte Fürstenberg prope Nehren. B. 7) Die Schär. B. 8) Nendingen ad Danubium infra Tuttlingen. B. 9) Spaichingen. 10) Nussdorf (OA. Vaihingen). B. — Lautlingen (OA. Balingen). B. 11) Dellmensingen (OA. Laupheim). B. 12) De situ huius castri vide 'Quellen z. Schweizer Gesch.' III, 1, p. 134, n. 7. 13) Salzstetten (Wirt. OA. Horb). 14) Einbach (A. Wolfach). 15) Staufen in pago Breisgau. B. Hunc Burcardum e gente baronum de Usenberg fuisse censet Bader. 16) Forchheim (Bad. A. Emmendingen). 17) Kenzingen ad fl. Elz. B. 18) Haslach (A. Freiburg). B. 19) Dürrheim (A. Villingen). B. 20) Rengnishausen (OA. Spaichingen). B.

Haec ergo traditio facta est coram advocato Hermanno multisque aliis liberis ac populari- 1092
bus viris super reliquias praedicti martyris in villa quae dicitur Beroa, exceptis testibus,
quorum haec sunt nomina: Landfrid, Ottin, Titpreht[a], Sigebreht, Folcmar[b], Opreht, Rupreht,
Werchere, Richwin, Gebin et Adelbertus, quique hanc donationem laudaverunt et confirma-
verunt et exinde chartam fieri rogaverunt, sane nemine contradicente.

66. Anno incarnationis dominicae 1094, indictione 2, 11. Kalen. Februarii Luopo liber 1094. Ian. 22.
homo de Walthusen tradidit Deo et sancto Georgio in proprietatem quicquid habuit apud
villam Tuchingen[1] in praesentia germani sui Regenbotonis et Rum militis liberi de Aschaha,
praesente etiam frequentia[c] fratrum, utpote in cella, in choro praefati martyris.

67. Eodem anno fecimus concambium cum milite Bertholdo de Almût[2]. Namque
8. Kalen. Februarii in pago Prisiaquensi, apud villam Wiolon[3] tradidimus in proprietatem Ian. 25.
ei praedium in Owolvingen[d], quod dederat nobis senior Lantfridus[4]. Ipse vero Bertholdus
miles delegavit in fidem et manum ducis Bertholdi arvi apud Plansingen[e,5] iugera 21 et
arbusti apud villulam Kambiz[f] circiter 1 mansum, rogans eum sub obtestatione fidei, ut
idem praedium traderet ditioni sancti Georgii. Deinde ergo allatae sunt eiusdem martyris
reliquiae in Aseheim villam, ibique dux 4. Kal. Martii rogata perfecit, suscepitque Herma- Febr. 26.
nus advocatus ipsam deditionem, praesentibus perpluribus. Nam tunc inibi fuit immensum
concilium et colloquium.

68. Ipso anno 16. Kal. Februarii Adelbertus[g] et frater eius Eberhardus, liberi viri de Ian. 17.
Nendingen, tradidit[h] Deo et sancto Georgio quicquid habuerunt in loco qui dicitur Othe-
lineswilere[6].

69. Eodem anno facta est nostri loci ad Romanam ecclesiam deditio. Nempe iam pri-
dem ipse abbas[7] et advocatus Hermannus in conventu fratrum in fide domini Hessonis,
qui cum Hezelone[i] nostri loci nostraeque rei praecipuus fundator extiterat[k], commendave-
runt cellam cum omnibus eius appendiciis beato Petro apostolo in Romana urbe man-
cipandam.

70. Quod idem fecit comes Manegoldus de Aleshusen anno supradicto 16. Kal. Februarii Ian. 27.
in oppido Rotwilere[8] in praesentia ducis Bertholdi[9] et perplurium Alemanniae principum
simulque aliorum infinitorum liberorum, in quantum sibi ex petitione et constitutione prae-
dicti Hezelonis, ut dictum est, pertinuit. Abiit itaque Romam praedictus Hesso et quae
rogatus fuerat ipso anno 10. Kal. Martii consummavit[10]. Febr. 20.

71. Eodem anno 6. Kal. Aprilis obiit Willibirc, domini Hezelonis ex patrueli neptis, Mart. 27.
cuius maritus Gerunc capitaneus pro salute animae eius suorumque omnium tradidit in
proprietatem Deo et sancto Georgio vineta quae possederant in villa Schafhusen[11], in pago
Prisiaquensi[l], et quicquid habuerunt iuxta fluvium Treismam[12], in loco qui dicitur Hagen-
buch, in arvis, in pratis, in molendinis et in omni iustitia. Haec traditio facta est in cella
praedicti martiris[m] 4. Kal. Aprilis, ipso die quo et coniunx eius inibi sepulta est; prae- Mart. 29.
sentesque fuerunt Erbo et Gerunc, frater eius, liberi milites de Luttelingen, et magna fre-
quentia fratrum.

72. Eodem anno 4. Nonas Aprilis Benno et frater eius Gerunc, liberi milites de Eichis- Apr. 2.
heim, tradiderunt Deo et sancto Georgio unum mansum apud villam Nuenhusen[13].

73. Circa idem tempus Eberhardus, Adelbertus, Ripret, Tiepolt, Ruodinus, Herpreht[n],
Walpreht, Reginhart, liberi homines, tradiderunt Deo et sancto Georgio eiusdem martyri de
proprietatibus suis aput villam Tuchingen, primus bina, caeteri circiter singula iugera.
Retribuat illis Deus in vita aeterna!

74. Eodem tempore Manegold et frater eius Gotescalh, liberi homines, ipsi martyri
tradiderunt praediolum suum quod possederunt in loco qui dicitur Ortinswilere.

a) Titpreth, Sigebreth *c.* b) *sic Bader;* Folcmach, Opreth, Rupreth *c.* c) *G. in marg. suppl. c.* d) Owolvinfingen *c.* e) *sic Bader;* Flausingen *c.* f) *potius* Rambiz *scriptum esse in c. censet V. Cl. Ladewig; sed cf. c.* 23. g) Adelberdus *c.* h) *sic c.* i) Hezolone *h. l. c.* k) exdit. *c.* l) Pirs. *c., corr. G.* m) martiriis *c.* n) *sic Bader;* Herpreth, Walpreth *c.*

1) Dauchingen (A. Villingen). B. 2) Allmuth (A. Bonndorf). 3) Wihlen (Bad. A. Lörrach)? 4) Cf. c. 29. 5) Blansingen (A. Lörrach). B. 6) Ettisweiler (OA. Sigmaringen)? B. 7) Theogerus. 8) Rottweil. 9) H. de Zähringen. 10) Cf. Urbani II. bullam datam a. 1095, Mart. 8; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5542. 11) Oberschafhausen (Bad. A. Emmendingen). 12) Treisam. 13) Neuhausen (A. Villingen). B.

1094 Apr. 16. 75. Item eodem tempore, 16. Kal. Maii Gozolt liber homo dedidit eidem martyri in vico qui dicitur Stepheneswilere unam aream cum sex iugeribus arvi et prato ad duas carradas foeni.

76. Circa idem tempus Bernhere, cognatus eius, dedit in eodem vico arvi duo iugera et prope illa saltus aliquantum atque pratum ad unam carradam foeni.

77. Ipso anno Landoldus et filius eius Hug, nobiles viri, talia taliter tradiderunt nobis. Allatae sunt reliquiae sancti Georgii[a] in villam proprietatis eorum nomine Estetin, super quas ipsi delegaverunt et dediderunt quaecunque apud eandem villam habuerunt in arvis, in silvis, in tabernis, in molendinis, in pratis, in pascuis, in aquis aquarumque decursibus et in omnia iustitia, ecclesiam quoque, quae in eadem villa est, et quicquid habuerunt mancipiorum inibi vel ubilibet manentium, exceptis duobus et eorum natis, praeterea quaecunque possederunt apud villam Turriwanc et apud Stokinhusen[1], excepto uno et dimidio manso, ecclesiam etiam in eadem villa Turriwanc sitam cum omnibus appendiciis suis.

78. Haec omnia praedicti viri, ut dictum est, tradiderunt Deo et sancto Georgio super reliquias eiusdem martyris in manum advocati Hermanni. Cum itaque ipsi inde statim discedendo locum possidendi advocato concederent, ad praesens familiam advocatus iuramento mancipavit, castrum, quod inibi fuit, destruxit et de ecclesia et de caeteris omnibus secundum legem Alemannorum prorsus se intromisit. Acta sunt haec anno incarnationis
1094. Febr. 20. Domini 1094, indictione 2, 10. Kal. Martii, luna 1, in praesentia testium, quorum haec nomina sunt: Werinherus, Burghardus, Folcmarus, Adelbertus[b].

Febr. 21. 79. In crastino advocatus[c] ad Turriwang[d] perveniens, ecclesiam quae ibi est et caetera omnia quae ibi sita, hesterno tradita, legaliter mancipavit praedicto martyri. Proxima dehinc
Apr. 23. festivitate sancti Georgii, scilicet 9. Kal. Maii, in ipsa cella, in capella lignea suprascripti viri praefatam traditionem secundum legem Alemanorum confirmaverunt et consummaverunt, ad easdem, quas praediximus, reliquias, in manum pastoris[2] ecclesiae et praedicti advocati, testibus manus suas in chartam mittentibus, quorum nomina haec sunt: Lůpf[e] et Egelolph frater eius de Thalahusen[3], Richart de Capella, Folcmar de Tirbeheim, Adelbero et Wolfprant[f] de Flezelingen[4], Landold.

80. Eodem die et eodem loco Alker liber homo de Rossiwanc[5] tradidit per chartam quicquid possederat in villis Rossiwang et Wilon, adhibentibus manus suas supradictis testibus, insuper et Reginhardo de Tuichingen[6].

81. Eodem etiam die eodemque loco Alker de Wilerespach[7] tradidit per chartam quicquid possederat in eadem villa cum omnibus appendiciis suis, videlicet circiter unum mansum.

82. Tunc quoque Anno liber homo de Filingen[8] tradidit per chartam praediolum suum quod habuit apud eandem villam, unam scilicet aream et quinque iugera, septenis testibus secundum legem, ipsis quoque manus adhibentibus, quorum nomina postea est invenire. Sed tamen hi duo posteriores res praetitulatas per beneficium a pastore receperunt eo pacto, ut singulis annis in festo sancti Georgii uterque nummum pro censu persolveret. Sed et, si uxor Alkeri supervixerit viro, eundem nummum pro censu persolvet. Ambobus vero defunctis, res praedictae ad ecclesiam omnino pertinebunt. Denique praeter supradictos testes hi quoque praesentes fuerunt, quorum nomina subscripta[g] sunt; inter quos, si necessitas exigeret[h], inveniri possunt septem, qui in traditionibus Alkeri et Annonis manus adhibuerunt. Manegoldus comes, Wern[herus][i], Walker, Alker, Reginart, Rődin de Tuichingen[k], Amalunc[l], Herold, item Herold, Keinzo, Hilteboldus de Folconeswilere[9], Liupret[m], Lupelin, Azelin de Walthusen[10], Cozpret, Waltere de Rietheim[11], Tietrich, Hildebert, Engelman[n] de Ascaha, Alker de Fispach[12], Manegold[o], Folcmar, praeterea plebs innumera et magna fratrum frequentia.

a) Georgi *c.* b) Adelberdus *c.* c) advocadus *c.* d) Turiwag, *G. corr.* Turriwang *c.* e) ůpf *G. suppl. c.* f) Wolprant *corr.* Wolfrant *c.* g) subscipta *c.* h) exigerit, *G. corr.* exigeret *c.* i) Kaker *add. c.* k) Tuichengen *h. l. c.; cf. c.* 80. l) Amulutic, *in marg. corr.* Amalunc *c.* m) Linpret, *in marg. corr.* Luipret *c.* n) Engeman *c.* o) Manegod *c.*

1) Dürrwangen, Stockenhausen (OA. Balingen). B. 2) Theogeri abbatis. 3) Thalhausen, vicus communitatis Epfendorf (OA. Oberndorf). B. 4) Flötzlingen (OA. Rottweil). 5) Rosswangen (OA. Rottweil). B. 6) Dauchingen (A. Villingen). B. 7) Weilersbach (A. Villingen). B. 8) Villingen, oppido Badensi. 9) Volkertsweiler (A. Stockach). B. 10) Waldhausen (A. Donaueschingen). 11) Rietheim (A. Villingen). 12) Fischbach (A. Villingen). B.

83. Eodem anno 13. Kal. Sept. Arnoldus capitaneus de castro Cancingen cum uxore [1094. Aug. 20.] sua Ita nomine tradidit Deo et sancto Georgio vineam circiter trium iugerum in villa Endingen, in praesentia Constantiensis episcopi domini Gebehardi[a] et domini Ottonis abbatis de Sancto Blasio et testium Adelberti de Salstetin, Frichonis de Oberendorf[1], Hugonis de Turreheim.

84. Ipso anno 2. Nonas Sept. liber homo Azelin tradidit Deo et sancto Georgio in [Sept. 4.] pago Ratolvesbuch, in villa Maingen[2] unam aream et arvi circiter dimidium mansum, praesente Adelberone de Sittingen et frequentia[b] fratrum; quae dominus abbas[3] dedit in dotem ecclesiae Tindinhoven.

85. Eodem anno 12. Kal. Octobris Erchenfridus capitaneus tradidit Deo et sancto [Sept. 20.] Georgio partem suam de praedio in villis Lideringen et Buckilsperc[4] sito, quod iam pridem germanus eius dominus Udalricus eidem martyri donaverat[5]. Haec traditio facta est in ipsa cella super reliquias praefati[c] martyris in manum pastoris, in praesentia Hermanni advocati et militum eius Rôm et Drutwini et fratrum perplurium. [Paulo[d] post Hermannus advocatus, scilicet 7. Kal. Octobris, occiditur][6]. [Sept. 25.]

86. Eodem anno 6. Nonas Octobris Suigkerus[e] de Ôwingen[7] tradidit Deo et sancto [Oct. 2.] Georgio in villa Cimberen[8] aream 1 et arvi uno amplius manso. Ille ipse etiam 7. Kal. Decemb. tradidit eidem martyri praedium suum apud vicum qui dicitur Horohusen[f], [Nov. 25] quod eius fidei tradiderat Bôbo miles de Bochingen[9], eandem eum obtestatus traditionem.

87. Eodem anno Nonis Octobris obiit Bertholdus miles de Tôchingen[10]; a quo habe- [Oct. 7.] mus quicquid ipse possederat[g] in villa Kniengen[11], excepto uno manso.

88. Dehinc Idibus Octob. Liutfridus[h] de Lideringen tradidit Deo et sancto Georgio [Oct. 15.] unum molendinum apud villam Cimberen et unum saltum circiter octo iugerum.

89. Anno liber homo 14. Kal. Decembris obiit, qui dudum dederat eidem martyri [Nov. 18.] apud villam Fillingen quadrantem unius mansi[12].

90. Heinricus liber homo de Aseheim dedidit fidei Eberhardi militis de Chiengen[i] praediolum suum quod habuit in Stocpurg[k], rogans, ut hoc traderet in proprietatem sancti Georgii. Consummata est ergo traditio supradicta 7. Idus Decembris, praesente duce Ber- [Dec. 7.] toldo[l] et militibus eius Cônone de villa Sulzin[13] et Lamperto.

91. Eodem anno 2. Idus Decemb. libera mulier nomine Irm[engardis][m] dedidit per [Dec. 12.] manum fideiussoris sui supradicto martyri praediolum suum in villa Bukilsberg.

92. Anno[n] incarnationis Domini 1095, indictione 3, 4. Kal. Ianuarii, Hesso capitaneus [1094. Dec. 29.] de castro Virst tradidit Deo et sancto Georgio in pago Serrarum apud villulam Ensingesheim[14] dimidium mansum et quicquid habuit in loco qui dicitur Oberenholz.

93. In episcopatu Augustensi, in pago Mindilriet[15] situm est praedium apud villam [1095.] Choringen[16] et circa ea loca, quod Hermannus capitaneus, filius domini Hezelonis, uxori suae Helikae[17] pro[o] dote delegaverat omnique firmitate proprietati eius mancipaverat. Ex quo praedio servientibus eorum quaedam in beneficiis fuerunt praestita, scilicet apud ipsam villam duo mansi et quae extra sita sunt in vicis Mathesôwa[18] et Weingu. Caetera eius praedii omnia, sive in areis sive in arvis, in pratis, in pascuis, in silvis, in molendinis, in taberna, quartam quoque partem ecclesiae quae in ipsa villa est, omnia haec eadem domina Helica tradidit in proprietatem Dei et sancti Georgii per manum militis Werinheri de Dirbeheim[p. 19],

a) Geberh. *corr.* Gebeh. *c.* b) *emendavi*, praesentia *c.* c) praefacti, c *erasum c.* d) *G. suppl. c.*; Paulo — occiditur *expunxit G. adnotans in marg.*: Haec verba aliunde iuncta (sumta?) sunt. e) Suikgerus, *in marg. corr.* Suigkerus *c.* f) *sic c.*; Herohusen *Bader.* g) posseterat *c.* h) Luitfr. *c.* i) Cniengen *(cf. c. 87) Bader.* k) Stoucpurg, *in marg. corr.* Stoccpurg *c.* l) Berdoldo *c.* m) Item *expunctum et in marg. corr.* Irm. l. Irmengardis vel Irmina. n) 2. idus decembris libera mulier nomine *add. c. ex c.* 91. *repetita, quae G. del.* o) prima *c.*, *quod G. expunxit.* p) *sic corr. G. in marg.*, Dirbehti *in textu del.*

1) Oberndorf ad fl. Neckar. 2) Mengen (OA. Saulgau). B. 3) Theogerus. 4) Bickelsberg (Wirt. OA. Sulz). B. 5) Cf. c. 42. 6) A servis Augiensis monasterii; cf. Bernold. a. 1094, SS. V, p. 460. 7) Owingen (OA. Hechingen). 8) Zimmern (OA. Hechingen). 9) Bochingen (OA. Oberndorf). B. 10) Dauchingen (A. Villingen). 11) Klengen (A. Villingen). B. 12) Cf. c. 82. 13) Sulgen (OA. Oberndorf)? Si forte *Sulgin* emendandum est. 14) Ensisheim (OA. Sigmaringen). B. 15) Circa fluviolum Mindel. 16) Cnoringen legendum esse (Ober- et Unter-Knöringen, Bair. BA. Günzburg) coniecit Bader. 17) Supra c. 47. Helewida dicta est, quae postea Udalrico de Hurningen nupsit. 18) Mattsies (Bair. BA. Mindelheim)? 19) Dürbheim (OA. Spaichingen).

1095. quem ad hoc advocatum elegerat. Haec autem traditio facta est anno supradicto Nonis
Ian. 5. Ianuarii in castro Ekka[1] super reliquias supradicti martyris.

1094. Dec. 25. 94. Eodem anno 8. Kal.[a] Ianuarii obiit Bernhardus de Stevenswilre[b]; cuius uxor pro eius anima tradidit Deo et sancto Georgio apud eundem vicum areolam unam et tria iugera et prati ad unam carradam foeni.

1095. 95. Eodem anno Wortwinus miles et uxor Irm[engardis][c] et filius eorum Harmōt
Ian. 10. 4. Idus Ian. tradidit Deo et sancto Georgio duos mansos sitos apud villam Vulvelingen[2] cum omni iustitia, qua ipsi eos possederant. Haec traditio facta est in castro Haigerloch[3] super reliquias praedicti martyris, in praesentia militum Arnold de Öwingen et Arnold de Chilchberg[d,4] et duorum filiorum eius Arnoldi et Eberhardi et Adelberti[e] de Wildorf[5] et Manegoldi de Ahusin et Walkeri de Gruorum[f,6].

96. Sub eodem tempore Udalricus de Husen et privignus[g] eius Burchardus tradidit Deo et sancto Georgio totum praedium quod idem Burchardus[h] hereditario iure possederat apud villam Scheibenhusen[7].

97. Chunemundus presbiter et fratres[i] eius laici Rudolphus, Adelbertus et Manegoldus tradiderunt Deo et sancto Georgio totum praedium quod habuerunt apud villam Wildorf,
Ian. 15. circiter duos mansos. Hae duae traditiones factae sunt anno praedicto 18. Kal. Feb. super reliquias eiusdem martyris in cella ipsius, in praesentia testium, quorum haec nomina sunt: Cōno, Walker, Manegoldus de Ahusen, Arnoldus[8] et duo filii eius superius dicti.

Febr. 2. 98. Eodem anno 4. Nonas Fèb. Cōno miles de Gisingen[9] et filii eius Bertholdus et Conradus tradidit[k] Deo et sancto Georgio super reliquias ipsius martyris in ipsius cella quicquid habuerunt apud Parmam[10] in rupibus, quae propter asperitatem[l] videntur Serrae vocari.

99. Eodem die Reinoldus, frater domini Folcmari de Fridingen, dedidit Deo et eidem martyri quicquid habuit apud locum qui vocatur Morzeneswilere.

100. Eodem die Rōm miles tradidit Deo et sancto Georgio circiter 12 iugera sita apud villam Ascaha, quae eius fidei dedidit Hildeboldus liber homo de Wilerspach. Hanc ergo traditionem idem Rōm fecit pro anima Bertholdi servientis, qui haec iugera aliqua coemptione a dicto Hildeboldo nactus fuerat.

101. Eodem die Manegoldus miles de Steinbrunnen[11] et uxor eius Adelheidis tradidit Deo et sancto Georgio circiter unum mansum apud Suenningen[12].

Febr. 3. 102. In crastino, videlicet 3. Nonas Feb., Hartmannus miles de Dalehusen tradidit eidem martyri unum mansum et dimidium cum consensu unici filii sui in villula Stokenhusen et servientes Pilegrinum[m] cum uxore sua et eorum natis, scilicet quos exceperant Landoldus et filius eius Hug, quando tradiderant nobis quaecunque habuerunt apud villas Estetin et Turiwang et Stokenhusen[13]. Fuit enim idem Hartmannus gener alterius et levir alterius.

Febr. 10. 103. Ipso anno 4. Idus Febr. Lōf et frater eius Egelolf milites[14] tradiderunt Deo et sancto Georgio unum mansum in villa Kunningen iuxta Calpen castrum[15].

Febr. 11. 104. In crastino Reinoldus miles et unicus filius eius tradidit Deo et sancto Georgio circiter dimidium mansum aput villam Taleheim[16].

Febr. 13. 105. Ipso anno Idibus Febr. duo germani Adelbertus et Eberhardus, nobiles viri, tradiderunt Deo et sancto Georgio quicquid habuerunt apud villam Wilerspach et in circuitu eius in areis, in pratis, in arvis, in silvis et in omni tali proprietate. Praeterea quicquid habuerunt apud locum qui dicitur Morciniswiler eidem martyri delegaverunt et tradiderunt.

a) *expunxit G., adnotans in marg.*: puto legendum Idus, *quod haud absonum est.* b) *sic corr. G. in marg.*; Stephenswilre *in textu c.* c) Irmina *c., quod G. expunxit, in marg. adnotans:* Irm̃ scribitur. d) Khilchberg *c.* e) Adelberi *c.* f) Gruorun *Bader.* g) primogenitus *c., G. expunxit et in marg. corr.* privignus. h) Buch. *c.* i) frater *corr.* fratres *c.* k) *sic c.* l) *correxi*; aspirantem *c.* m) Pilger. *c.*

1) Königseck super villa Walda (cf. c. 1). B. 2) Wilflingen (OA. Riedlingen). B. 3) Haigerloch (Hohenzollern). B. 4) Kirchberg (Wirt. OA. Sulz). 5) Weildorf (OA. Haigerloch). 6) Gruorn (OA. Urach). B. 7) Schabenhausen (A. Villingen). B. 8) De Kirchberg (c. 95). 9) Geisingen (Wirt. OA. Münsingen) (A. Villingen,? 10) Hoc corruptum ex *Beroam* censet Bader. 11) Steinbronnen (OA. Saulgau). B. 12) Schwenningen (OA. Rottweil). 13) Cf. c. 77. 14) De Thalhausen; cf. c. 79. 15) Gunningen, Hohenkarpfen (OA. Tuttlingen). B. 16) Thalheim (OA. Tuttlingen).

106. Eodem die Crapht[a] miles de Dirbeheim tradidit Deo et sancto Georgio circiter [1095.] dimidium mansum situm in villa Altheim[1].

Item[b] eodem anno 12. Kal. Martii[c] Adelbertus miles, frater dicti Crapht de Dirbeheim, [Febr. 18.] tradidit eidem martyri dimidium mansum in Altheim.

107. Item[d] in crastino Bern miles tradidit Deo et sancto Georgio quicquid parentes [Febr. 19.] sui Bern et Ŏticha iuxta villam Ascaha in proprietate habuerant, quique eius fidei idem allodium tradiderant, obtestantes, ut eandem traditionem ipse consummaret.

108. Eodem anno 5. Nonas Martii obiit Wezilo capitaneus, a quo habemus quicquid [Mart. 3.] proprietatis habuit in villa Yppingen[2].

109. Marcwardus liber homo de Aseheim dedit nobis dimidium mansum in eadem villa, Sigefridus quadrantem, Adelgoz circiter unum mansum, Adelbero quadrantem, Eberhardus quadrantem, Engilbertus praediolum, Liuprant[e] et Burchardus, frater eius, praedium suum . . . .[f]

110. Ego Heinricus de villa Lefingen[3], cogente necessitate patriam meam exiturus, sub abbate Wernero, in praesentia multorum 14. Kal. Iunii anno ab incarnatione Domini [1121. Maii 19.] 1121. praedium sancto Georgio ea conditione tradidi, ut, mortua matre mea, si non redirem, in proprietate esset monasterii, si autem ego antea vel postea quandocunque redirem et si hoc vellem, praedium meum libere sicut prius haberem.

111. In[4] comitatu Alpium, in episcopatu Constantiensi est locus silvaticus et interiacentibus pratis amoenus, aquis irriguus, de quarum etiam profluvio nomen accepit Urspring[5]. Adiacet autem et prope est castrum germanorum militum et villa, quae simili nomine ambo appellantur Scaelkelingen[6], et cedunt in hereditatem trium germanorum militum nobilioris prosapiae, Rudigeri scilicet, Adelberti[g] et Waltheri, possessorum eius, de quo hic verbum est. Igitur dominicae incarnationis anno 1127, primo anno imperii Lotharii [1127.] regis, qui Heinrico quinto Romanorum imperatori successit in regno, indictione 5, tradiderunt praenominati germani nominatum locum ac ecclesiam ab annis anterioribus in loco constructam Deo et sancto Georgio pro remedio animarum. Caetera supplenda ex[h] authenticis[7].

112. Anno incarnationis dominicae 1132. quidam militaris homo, libertate nobilis, [1132.] Heinricus nomine de Stouphenberg[8] in ipsa sancta die pentecostes[i] in monasterio Sancti [Maii 29.] Georgii se monachum fecit. Tradidit autem super altare praedicti martyris praedia sua, in Ŏwingen et Ŏsingen[9] 15 mansos, in Betechoven[10] et Mimminhusen[11] 16, Steingart et Pruwelingen[12] 6, in Keingen[13] et Ŏberach[14] 4, quorum omnium summa 41 mansos[k] faciunt. Hi testes sunt: Arnoldus de Wolfacha, Bruno et Conradus de Hornberch[15] et alii plures.

113. Anno dominicae incarnationis 1136. Rudolphus liber homo de Salenstat[16] tradidit [1136.] pro remedio animae suae, nullo contradicente, super reliquias beati Georgii martyris quicquid praedii habuerat in villa vel in marcha Endingen, eo iure quo ipse hoc possederat. Recepit autem hoc ipsum praedium acsi pro beneficio ea conditione, ut fructuarios usus[l] usque ad vitae suae terminum ex eo percipiat et censum numismatis singulis annis inde persolvat[m]. Facta ergo traditione, mox a fratribus nostris in proprietatem sancti Georgii redactum triduoque ab eis secundum leges Francorum et Allemannorum[n] possessum[o] est. Huius rei testes sunt: Conradus advocatus de Suarzenberg, Heinricus, Liuthold[p] de

a) Craph *h. l. c.* b) Item — Altheim *post suppl. c.; in marg. adnotatum:* Craphtonis de Dürbheim militis donatio. c) Mi *c.* d) *post superscr. c.* e) Luiprant *c.* f) *G. adnotat in marg. infer. c.:* Hic multa desiderantur, gesta nimirum et donationes 25 annorum. *Alia manu post add.:* Cum in membraneo codice locus aptissimus sit novis inserendis quaternionibus, iidem haud dubie, nescio cuius temeritate vel inscitia, excisi sunt et disiecti, prout etiam contigit actis b. Theogeri. g) Adelberdi *corr.* Adelberti *c.* h) et *c.* i) petec. *c.* k) mansum *c.* l) *supplevi, deest c.* m) persovat *c.* n) Alem., *G. corr.* Allem. *c.* o) possessorum *c.* p) Luithold *c.*

1) Altheim (OA. Riedlingen). 2) Ippingen (A. Donaueschingen). B. 3) Löffingen, oppidum Badense. B. 4) Hoc caput ad verbum ex charta edita 'Wirtemb. UB.' I, p. 372 sq., nr. 290, exscriptum est. 5) Urspring (Wirt. OA. Blaubeuren). B. 6) Schelklingen (OA. Blaubeuren). 7) Videlicet ex charta supra laudata. 8) Staufenberg (OA. Balingen). B. 9) Isingen (OA. Sulz)? B. 10) Bettighofen (OA. Ehingen). 11) Mimmenhausen (A. Überlingen). B. 12) Bräunlingen (A. Donaueschingen). 13) Kneingen Bader scripsit, quod Klengen esse censuit. 14) Überachen (Bad. A. Bonndorf). B. 15) Hornberg, oppidum Badense (A. Triberg). 16) *Scalcstat* (Schallstadt, A. Freiburg) legendum esse censet Bader.

vico Wilere, Eberhardus et Eberhardus, Folchardus, Einhardus, Megenwardus[a] et alii plures.

1138 114. Anno Domini 1138. de Baldingen Hugo liber homo tradidit Deo et sancto Georgio pro remedio animae suae et Gerhardi, fratris sui defuncti, quicquid praedii habuerunt in Beggenhoven[1]. Huius rei testes sunt: Conratus de Wartenberg, Bertholdus de Guotmatingen[2], Arnoldus, Bernhardus, Folcmarus et alii plures.

1139. 115. Anno incarnationis dominicae 1139. Wernherus liber homo cum uxore sua tradidit Deo et sancto Georgio quicquid habuit in Vockenhusen[3], exceptis duobus curtilibus. Receperunt autem hoc pro beneficio sub annuo censu numismatis, quod etiam triduo a nostris hominibus possessum est. Huius rei testes sunt: Marcwardus et filius eius Ruom, Rudolphus de Tetingen, Sigeboto, Alker, Heinricus, Adelbero, Bertholdus, frater eius.

116. Ipso anno Burchardus liber homo et filius eius Hermannus tradidit Deo et sancto Georgio super altare ipsius martyris quicquid habuerunt agrorum, pratorum et silvarum in utroque Nortstetten[4] et Wilresbach[b], in Suenningen, in Ortiniswiler, coram testibus istis: Marcwardus[c] de Ramestein[d, 5], Burchardus de Walde necnon aliis quam pluribus. Et pater quidem inter fratres exteriores, puer vero inter monachos assumptus, saeculo abrenuntiaverunt.

Apr. 23. 117. Deinde post tres hebdomadas, videlicet ipso die sancti paschae, qui erat 9.[e] Kal. Maii, Theodoricus[f] liber homo dedit nobis in Lideringen circiter mansum unum sub testimonio praedicti Marcwardi de Ramestein et filii eius Rŏm necnon liberorum istorum: Egelwardi[g] de Capella[h], Richardi, Arnoldi de Sittingen, Arnoldi de Baldingen[i], Marcwardi[c] de Bachcymberen[6].

118. Eodem die Conradus de Rundestal permissu Conradi ducis, domini sui, tradidit nobis per manus iam bis praescripti Marcwardi[c] partem silvulae in Sconibrunnen sub universis iam praenominatis personis necnon aliis quam[k] plurimis.

1140. 119. Anno dominicae incarnationis 1140. Burchardus liber homo et tres filii eius,
Ian 8. scilicet Conradus, Walterus, Udalricus, tertia die post theophaniam fecerunt Deum[l] et sanctum Georgium heredes omnium bonorum suorum quae in Suenningen legitime possederant in mancipiis, in curtilibus, in agris, in pratis, in silvis, omnibusque legitime exuti[m], statim conversi sunt. Testes autem, quos secum ad altare beati Georgii vocaverant, omnes sunt de eadem villa et omnes liberi: Waltherus, Heinricus, Marcwardus, Adelbero, Adelbertus, Benno, Udalricus.

120. Ipso anno Hug obtulit Deo et[n] sancto Georgio in proprietatem quicquid habuit apud . . . . .[o], recepitque hoc pro beneficio sub censu numismatis in festo sancti Georgii annuatim persolvendo. Post obitum vero eius, etiamsi liberos post se reliquerit, praedium hoc nobis vacabit Tradidit etiam ipsa hora praefato[p] martyri quicquid habuit apud Brunnohoubiton[q, 7] unumque mansum in Baldingen, insuper et totam mancipiorum suorum familiam, recepitque haec sub censu numismatis habenda, sed ea conditione, ut, si post obitum suum liberos reliquerit, cum omni libertate haec ipsi recipiant. Et sciendum, quia haec omnia a nostris hominibus nostrae ditioni legitimae subigi triduoque possideri voluerit. Harum traditionum testes sunt: Conradus de Wartenberg, Marcwardus de Ramestein, Arnoldus de Baldingen, Dietricus de Lideringen, Gozbertus de Walthusen[r].

1148. 121. Anno incarnationis dominicae 1148, indictione 11, Fridericus nobilis et illustris vir de Wolfacha dedit Deo et sancto Georgio pro remedio animae suae et parentum suorum sollemni donatione ecclesiam quae est apud Husen[8] et forestum quendam apud Einbach. Haec autem oblatio facta est audientibus Alewico comite de Sulza[9], Brunone de Hornberg et fratribus eius Burchardo et Conrado, Gotefrido de Emphingen[10], Rŏm de Ramestein, Richardo de Capella. Iterata est denuo eadem traditio in villa Wolfacha, abdicante se ibidem Con-

a) Megewardus *c.* b) *G. corr.* Wilersbach *c.* c) Mareward. *c.* d) Ramesleim *h. l. c.* e) 8vo *c.* f) Theodricus *c.*, *G. corr. in marg.* Theodor. g) Eberwardi *c.*, *G. corr. in marg.* Egelwardi. h) Capa, *G. corr.* Capella *c.* i) *sic infra c.* 120; Balde *c.*, *G. in marg.:* Bald., forte Baldeck vel Baldsheim. k) aliisque *c.* l) Deun *c.* m) exutis, s *del.* ? *c.* n) *G. suppl. c.* o) *spatium vacuum rel. c.* p) praefacto *c.* q) Brunnenh. *corr.* Brunnoh. *c.* r) Walthausen *h. l. c.*

1) Beckhofen (A. Villingen). B. 2) Wartenberg, Gutmadingen (A. Donaueschingen). B. 3) Vockenhausen (A. Villingen). 4) Nordstetten (A. Villingen). B. 5) Ramstein (OA. Oberndorf). 6) Bachzimmern (A. Donaueschingen). 7) Bronnhaupten curtis (OA. Balingen). 8) Hausach (A. Wolfach) ad fl. Kinzig. B. 9) Sulz ad fl. Neckar. 10) Empfingen (OA. Haigerloch).

rado clerico, fratre eiusdem Friderici, omni iure proprietatis suae pro quatuor marcis et aliis sponsionibus, quas a nobis recepit. Testes hi tunc affuerunt: Egelwardus de Capella et Rudolphus de Wieldorf et alii plures.

122. Anno incarnationis dominicae 1155. Bertholdus vir illustris de Husen conversus est apud Sanctum Georgium cum contectuali sua. 1155.

DEDICATIO CAPELLAE LITBACENSIS.

Haec notitia edita est 'Fürstenbergisches UB.' V, p. 31. ex apographo saec. XVIII, quod in archivo parochiae Kluftern eius parochus Sulger reperit. Quae perantiqua est, etsi quaedam in transcribendo alterata esse videntur. *O. H.-E.*

Anno ab incarnatione Domini millesimo minus 10 consecrata est haec capella Litbach[1] 990. a venerabili domino Constantiensi episcopo sancto Gebhardo, tunc procuratore ecclesiarum Pataviensis[a] et Papiensis[b], in honore sanctissimae [Dei[c]] genitricis Mariae; cuius reliquiae sunt in eodem altari, scilicet vestes eius, et sancti Laurentii, qui est patronus ibidem, de osse eius et craticula. Dedicatio est dominica post Petri[2]. De pane quem benedixit in coena Iul. 6? Dominus, de sepulchro eius, de manna, de osse sancti Gebhardi, Ciriaci et sociorum, Cornelii, Pancratii, Panthaleonis, Martini, Nicolai, Agathae, Catharinae, de cilicio Wiboradae[d] virginis, 11 milium virginum, Iacobi maioris, Mariae Magdalenae crinis et vestes, Theodori martyris, Georgii martyris, Wiliboldi, Pelagii, Appolinaris, Iohannis et Pauli, Menhardi[e], Frisodosii[f], Verenae. A[g] venerabili Gebhardo indulgentiae 40 dierum criminalium [datae sunt[h]] anno nongentesimo nonagesimo sexto[3], tertio decimo vero anno Ottonis augusti eiusdem nominis tertii.

a) Pataviensi *c.* b) Papinensi *c.* c) *deest c.* d) Wilibrordae *c.* e) Meinradi *corr. ed.* f) Fridolini *corr. ed.* g) s. (sancto) *c.* h) d. s. *des. c., ubi etc. add.*

NOTAE REICHENBACENSES.

Ex libro traditionum monasterii Reichenbacensis[4]*, dioeceseos Constantiensis, saec. XII. medio conscripto, in bibliotheca publica Stuttgartensi Cod. hist. 4°. nr. 147. servato, iam ter edito*[5]*, hasce duas notulas exhibemus.* *O. H.-E.*

Sane positum est fundamentum aecclesiae anno sequenti[6] et infra tres annos consummata est. c. 2 1083.

Anno igitur incarnationis Domini 1085, indictione 8, 10. Kalendas Octobris dedicata est aecclesia a venerabili Gebehardo Constantiensis aecclesiae episcopo, qui tunc temporis in partibus Theutonicis legatus apostolici extitit, ad laudem et gloriam sanctae et individuae Trinitatis et beatae Dei genitricis Mariae et in honore eorum quorum reliquiae vel nomina 1085 Sept. 22.

1) Lipbach (in magno ducatu Badensi, A. Überlingen). In pariete sacristiae eiusdem capellae legitur inscriptio super antiquiorem scripturam renovata: *Anno Domini* 990. *est haec capella consecrata per venerabilem dominum sanctum Gebhardum episcopum Constantiae. Renovatum cum appositione altaris anno* 1602. *Supra scripta denuo renovata sunt anno. . . .* 2) Ignoratur, quae festivitas s. Petri dicatur. 3) Obiit iam a. 995, Aug. 26. Haec de indulgentiis multo recentiore tempore addita videntur. 4) Reichenbach ad fl. Murg (Wirt. OA. Freudenstadt). 5) Kuen, Coll. script. historico – monastico – ecclesiasticorum II, 2, p. 37—71; C. Pfaff, 'Würtemb. Jahrbücher' 1852, fasc. 1, p. 104—157; 'Wirtemb. UB.' II, p. 391 sqq. 6) Praecedit charta Wilhelmi abbatis Hirsaugiensis de fundatione monasterii Reichenbacensis data a. 1082, Maii 15, edita 'Wirt. UB.' I, p. 284, nr. 236. A quo abbate in coenobio Reichenbacensi ipsi tradito monachi Hirsaugienses instituti sunt.

habentur in ea, sed precipue beati Gregorii papae et confessoris, contradens ei omnem decimationem circumiacentis vallis iure perpetuo. . . . . . .

f. 10. 1091. Anno incarnationis dominicae 1091, obeunte beatae memoriae Willehelmo abbate Hirsaugiensi, domnus Gebehardus, eque memorabilis, illi successit in regimine cenobiali. Cuius nutu et patratu confirmata sunt et aucta quaelibet ab antecessore ipsius bene acta fuerant et instituta. . . . . . .

NOTAE WESSOFONTANAE.

In codice *Monacensi Lat. nr.* 14221 *(Emm. C* 40*) f.* 54′. 55, *aliis erasis, quae ad Rabani opus de computo pertinebant, notitia brevis de fundatione monasterii Wessobrunnensis legitur manu saec. XI, antiquiorem scripturam quasi aevi Merowingici imitata, exarata, quae iam vix et aegre legi potest, hucusque inedita. Eadem paulo ampliata, mutatis quibusdam verbis, exstat in codice Monacensi Lat. nr.* 22021 *(Wess.* 21*; Cim.* 144*) f.* 1′. *manu saec. XII. scripta*[1], *iam quater edita: Khamm, Hier. August. p.* 3*; Hund, Metrop. Salisb. ed. Gewold (Ratisb.* 1719*) III, p.* 336*; Leutner, Hist. Wessofont. p.* 9*; Mon. Boica VII, p.* 372. *In eodem codice exstat notitia de dedicatione ecclesiae Wessobrunnensis a.* 1065, *quam edidit Leutner l. l. p.* 107 *sq.; et scedula eidem post f.* 4. *insuta exhibet catalogum abbatum manu saec. XII. exaratum; qui hucusque ineditus supplementum est catalogorum SS. t. XIII. editorum. Haec omnia b. m. G. Waitz ex codicibus descripsit. Quae ex cod. nr.* 22021, *dicto 'libro gemmato', exhibemus omnia transcripta sunt in cod. Monacensi nr.* 1927. *et Monacensis archivi regii Wessobrunn. nr.* 3, *qui annales a Stephano Leopolder monacho Wessofontano*[2] *conscriptos continent*[3]. *O. H.-E.*

Cod. Monac. Lat. nr. 14221.

Anno Christi 752. Thassilo, filius Odilonis ducis et Hiltrude, sororis Pipini, patris Magni Charoli, dux Baioarie, iam in marchia ducatus, tunc regni Baioarici, in saltu proprio[a] qui Rotwalt dicitur inter Aprariam[4] et Licim venationi operam dabat aprorum, iuxta fluvium qui Rotam[5] influens ex eius nomine Thessilespach[6] nuncupatur; ubi dum sopori in tentorio iacens per noctem se dedisset, vidit in somnis iuxta fontem per 4 partes e terra scatentem se astare et exinde ad meridianum scalam ad celos porrectam et angelos ascen-

Cod. Monac. Lat. nr. 22021.

Anno Domini 753. Thassilo, filius Otilonis ducis et Hildrudae, sororis Pippini, patris Magni Karoli, sub imperio eiusdem Magni Karoli dux Baiorum[b], in marchia ducatus, tunc regni Baiorum, in saltu foresti qui Rotwalt dicitur inter duo flumina Aprariam et Licum venationi operam dabat aprorum. Et dum forte per noctem iuxta fluvium qui ex eius nomine Thessilespach dicitur sub tentorio dormiret, vidit in somnis iuxta fontem eiusdem foresti per quatuor partes e terra scatentem se assistere et exinde ad meridianum scalam ad celos porrectam et angelos Domini ascendentes et descendentes per illam, sanctum autem apostolorum principem innixum scalae et canentem eam que in officio dedicationis communio cantari consuevit.

a) *in marg. suppl. c.* b) *sic c.*

1) Unde transcripta est in codicibus Monacensibus Lat. nr. 27164, chart. s. XV, f. 31′. et iterum ibid. f. 96; Lat. nr. 1802, s. XV, f. 132′; Vindobonensi nr. 3520 (Lunael. in q. 59), chart. s. XV, f. 172′; Monacensibus nr. 1807, f. 191, s. XV, et nr. 901, f. 197, s. XVI; in codicibus supra laudatis Stephani Leopolder. Integra inserta est in Viti Arnpeckh Chron. Bav. II, 33, Pez, Thes. III, 3, p. 96. In cod. nr. 22021. praecedit saec. XV. scripta narratio brevis de Tassilone duce, edita Hund, Metrop. Salisb. ed. Gewold (Ratisb. 1719) III, p. 80: *Noverint certo testimonio Christi fideles universi Thessilonem huius ecclesie clementissimum — — Horum beneficiorum testimonia perhibent in Laurissa adhuc superviventes.* Quae etiam in aliquibus codicibus modo laudatis descripta est. 2) De quo vide Leutner l. l. p. 388 sqq. 3) Quorum apographa a b. m. E. Ehrenfeuchter et V. Cl. W. Arndt facta habemus. In iis inveniuntur notae quas Leutner l. l. App. p. 36. 39. 42. edidit, quas vero hoc loco repetere noluimus, cum minime constaret, in transcribendo eas non mutatas esse. 4) Ammer fl. 5) Rott fluviolus, qui in Ammer fl. supra lacum Ammersee defluit. 6) Rivulus, qui apud Wessobrunn oritur, cuius nomen hodiernum nusquam reperire potui.

dentes et descendentes per illam. Cuius venatorum alter Taringeri, alter Wezzo dicebatur. Quorum Wezzo fontem qui fons Wezzonis dicitur a se inventum ostendit in modum + ebullientem de terra. Ubi rex monasterium eiusdem nominis, cooperante sancto Bonifatio, constituit. Ubi I[us] abbas Ilsungus, Althahensis monachus, qui post 41 annos 2. Idus Maii obiit et in meridionali plaga sepultus est.

Et venatorum Thassilonis alter Tharingeri, alter Wezzo dicebantur. Quorum Wezzo fontem qui hodie fons Wezzonis dicitur a se repertum in + modo e terra bullientem ostendit. Ibi rex monasterium eiusdem nominis, cooperante sibi Bonifacio, aedificavit et possessionibus ampliavit. Ubi primus abbas Ilsungus, Altahensis monachus, qui post 41 annos, quibus religiose prefuit, 2. Idus Mai diem obiit et in meridionali plaga aecclesiae sepultus est. Otilo, prius rex, postea Baioaria in provincia redacta dux, Altaha monasterium ex suo fundavit alodio, et sepultus est cum uxore in Osterhoven, quod nichilominus monasterium sub regula sancti Benedicti egregie satis dux ipse construxerat[*].

Cod. Monac. Lat. nr. 22021.[a]

Anno dominicae incarnationis 1065, indictione 3, regnante autem Heinrico rege, Hein- 1065.
rici imperatoris filio, 2. Kal. Decembr. haec aecclesia a venerando Embricio[b] presule Augu- Nov. 30
stensi in honore sanctae et individuae Trinitatis, sanctae crucis, sanctae Mariae matris Domini, sancti Michahelis, sancti Iohannis baptistae, sancti PETRI apostoli, sancti Pauli, sancti Andreae, sancti Marci euangelistae et omnium apostolorum, sancti Stephani protomartyris[c], Laurentii, Pancratii, Alexandri, Georgii, Mauricii, Marii, Quirini[d], Hemmerammi et Castorii martyrum, sanctorum Martini, Ődalrici, Willibaldi et Leudegarii, Syri et Savini episcoporum, Benedicti[e] confessoris, sanctae Scolasticae, Margaretae et Waldburgae v[irginum] consecrata est. Continentur etiam hic reliquiae sanctae Mariae m[atris] d[omini] S[alvatoris], sancti Iohannis baptistae, sancti Petri apostoli, sancti Marci euangelistae, s[anctorum] Stephani protomartyris, Pancratii[f], Alexandri, Georgii, Mauricii, Marii, Quirini, Hemmerammi et Castorii m[artyrum], sancti Martini, Ődalrici, Syri et Savini episcoporum.

Ad[g] sanctum Petrum.

In honore sanctae et individuae Trinitatis, sanctae Mariae m[atris] d[omini] S[alvatoris], sancti Michahelis, sancti Iohannis baptistae, sancti PETRI apostoli, Pauli, Andreae, Marci euangelistae et omnium apostolorum, sancti Stephani, Pancratii, Mauricii, Marii et Castorii m[artyrum], sancti Martini et sancti Ődalrici confessorum.

Ad sanctam Crucem.

In honore[h] sanctae crucis, s[anctorum] Georgii, Alexandri et Castorii m[artyrum], Syri et Savini episcoporum, sanctae Margaretae, sanctae Waldburgae v[irginum].

Ad sanctam Mariam[1].

In honore Domini, sanctae Mariae matris eiusdem, sancti Stephani protomartyris, Laurentii, Quirini, Hemmerammi m[artyrum], sancti Martini et sancti Leudegarii episcoporum.

Ad sanctum Michahelem.

In honore sancti Michahelis, Georgii martyris, sanctorum Ődalrici et Willibaldi episcoporum.

Cod. Monac. Lat. 14211.[i]

880. Obiit Karlomannus rex.

894. Iob venit in monasterium Sancti Emmerami[k]. Tuto in eodem anno episcopus[2] fuit.

---

*) *In cod. Monacensi Lat. nr.* 27164, *chart. s. XV, f.* 96, *ubi huius notitiae apographum exstat, add.:* Unde sunt versus:
Tassilo dux primum, post rex, monachus sed ad imum,
Ydibus internis decesserat iste Decembris.
Iidem versus cum tribus aliis etiam f. 95'. *eiusdem codicis exstant. Et iidem duo versus cum quinque aliis etiam in codicibus St. Leopolder sequuntur.*

a) *haec notitia in cod. Monac. Lat. nr.* 1927, *p.* 63. *recentiore manu inserta est, ex hoc cod. descripta, cum titulo:* Hec consecracio facta est in die sancti Andree apostoli post electionem Adelberonis abbatis. b) *sic c., Leop.* c) p m. *superscr. c.* d) *haec* — Marię m. d. s. *in loco raso c.* e) B. c. *superscr. et in marg. suppl. c.;* sancti Ben. *Leop.* f) Pancr. — Castorii *in loco raso ead. manu, ut videtur, c.* g) In summo altari ad s. P. apostolum *Leop.* h) honor̄ *c.* i) *tabulae paschali a.* 864—1063. *huius cod. f.* 17. *hae duae notae adscriptae sunt.* k) Emmī *c.*

1) In cod. Monac. Lat. nr. 1927, pag. 62. recenti manu scripta haec leguntur ex hac nota sumpta: *A. D.* 1065. *consecravit hanc ecclesiam Embrico episcopus Augustensis cum summo altari et ad sanctam Crucem et capellas superiores, videlicet beatae Mariae virginis et sancti Michaelis.* 2) Ratisponensis.

SERIES ABBATUM WESSOFONTANORUM.[a]

Primus abbas Ilsungus 41 annis prefuit.
Adelmarus 32[b] annis.
Reimundus 43.
Adelhelmus 12.
Snello 18.
Hatto 2.

Tiento 13. Sub* hoc defecit vita cenobialis, et prepositi pro abbatibus numero 8[1]; quorum primus Rôthardus. Sigimarus[c] II. III. Germanus. Quartus Guntherus. V. Harmannus. VII.[d] Albero, qui, abdicato habitu canonico, monachus effectus est et 46 annis prefuit[2].

Post eum Sigihardus 19.
Hinc Adalbertus 1 annum.
Wålto 27 annis.
Norpertus 5.
Liutoldus 6.
Chŏnradus 40 diebus.
Ŏdalricus 6 annis[3].

*) *In cod. Monac. Lat. nr.* 1927, *pag.* 58, *recenti manu haec series praepositorum chronico Stephani Lepolder inserta est, cui subscriptum: 'Haec omnia ex cod. Tegernseensi'*:

Ruthardus, alias Richardus, praepositus.
Germanus praepositus.
Guntherus praepositus.
Hartmannus praepositus.
Anselmus praepositus, obiit 3. Id. Feb.
Ian. 1. Sympertus praepositus, obiit in die circumcisionis.

Deinde sequitur eadem manu scripta, praemissa nota: 'Ms. E.', haec series: Ruthardus, alias Richardus. Germanus. Guntherus. Hartmannus. Anshelmus obiit 3. Id. Febr. Simpertus obiit in die circumcisionis. Adalbero.

a) *hic catalogus in cod. Monac. Lat. nr.* 1927, *pag.* 61, *chronico Stephani Leopolder recenti manu insertus est, ex hoc codice descriptus, cui praemissum*: Catalogus abbatum et praepositorum antiquior ex libro gemmato, *et subnotatum: 'Verum et hic catalogus corruptus est, ut in archetypo legenti patebit'.* b) 33 *Leop.* c) Sigimar̂ *superscr.*, II. III. Germanus *in loco raso c.* d) *sic c., Leop.*

TERMINATIO ECCLESIAE IN HABACH.

Notitia de dedicatione et terminatione ecclesiae in Habach dioeceseos Augustanae fundatae manu saec. XII. scripta est in folio membranaceo nimis mutilato, in archivo regio Monacensi servato, quam V. Cl. E. Oefele, locis mutilis ex ingenio sagaciter suppletis, edidit in 'Oberbayerisches Archiv für vaterländische Geschichte' XXXII (München 1872—1873*), p.* 8—10*; unde eam cum eiusdem V. Cl. annotationibus repetimus.* *O. H.-E.*

1073. Oct. 13. Anno dominicae incarnationis millesimo 73, indictione 10, 3. Idus Octobris aecclesia sancti Oudalrici episcopi quae est in Hegibach[4] a venerabili Embricone episcopo Augustensi rogatu Nortperti praepositi sui[5] tertia vice dedicata est et totiens amplificata. Idem vero episcopus eidem attitulavit aecclesiae terminationem in orientali parte incipientem, ubi Hegibach excerptus est ad Superiorem molinam[6], quae attinet Zanchdorf[7], inde sursum ad montem Striche, dein ad Louppach[8], Louppach[a] sursum, usque dum minor Louppach

a) *eadem manu superscr. c.*

1) Cf. Leutner, Hist. Wessofont. p. 89 sqq. 2) Cod. Monac. nr. 1927, p. 62. haec de eo recenti manu inserta leguntur: *X. Adalbero abbas successit in abbacia a. D.* 1064. *et praefuit* 42 *annis. Hic fuit prius canonicus regularis, ideo in libro sacristiae de eo sic habetur: 'qui, abdicato habitu canonico, monachus est effectus et obiit* 3. *Non. Aug.'* 3) Sedit c. a. 1168—1174. 4) Habach (BA. Weilheim, prov. Oberbayern), ubi coenobium canonicorum a Nortperto mox dicto fundatum est; cf. Hund, Metrop. Salisb. ed. Gewold. III, p. 267 sq. 5) Postea a. 1079. episcopi Curiensis facti. 6) Obermühl hodieque in comm. Habach. 7) i. e. ze Anchdorf, Antdorf septentrionem et orientem versus a Habach. OEF. 8) Lothdorfer Bach. OEF.

maiorem influit, minorem verso sursum usque in Tiufental, deinde sursum usque ad Pettin 1073.
bach, hinc supra Tribuhele, inde usque Wilwech, ubi discernitur inter Hegibach et Slehdorf[1], inde ad Dietrichesowa, hinc occidentem versus ad Loupdorf[2], inde versus boream ad Racineswinchele, inde ad fontem sancti Oudalrici, inde ad Ratinriet, hinc ad rivulum qui fluit ad Rechperch, inde ad Louppach, ubi Bubenberch[3] incipit, a quo sursum usque ad vallem Irmboldesriet secernentem, hinc quoque ad Oucinesriet, sursum in fontem ubi rivus nascitur, qui separat Waldecca et Pennenriet, inde ad fontem ubi maior Hegibach oritur, usque Reginhartesriet, inde sursum Steinperch, inde in minorem Hegibach, deorsum in maiorem, inde orientem versus ad locum quo[a] incipiebat terminus et insuper villam Re[in]e[b.4], deinde Langenowa, quae incipit in Steinbach[5], abhinc sursum ....[c] ad Duringesmos[d], deinde ad Heidenowa, d[ein Mu]lgraben, exinde in Steinbach. Quicquid autem [in praef]atis locis cultis decimae et in incultis postmodum fuerit [acquisitum], ad eandem aecclesiam suo banno confirmatum sancti Oudalrici in Hegibach attitulavit altari. Huius autem terminationis testes sunt probatissimi: ex canonicis Nortpertus praepositus, Erchanricus decanus[e], Adalpertus, Heinricus [patriarcha[e]][6], Reginhardus, Macelinus, Oudalricus; abbas quoque Ratmunt[7], praepositus Arnolt de Pollingen, decanus Liutericus, Heinrich, Hilteprant, Ezzo, Herimunt, Suompreht, Petto, Ebermunt; praeses Sigemar[8], Augustensis advocatus Adalgoz, praefectus Augustensis Gerbold, Fridericus, comes Sigimar[f], Adalpero, Richere, Gunpreht, Gebino, Friderich, Oudalscalch, Aribo, Piligrim, Ato, Adalpero, Dietrich, Friderich, Reginwart, Gotepolt, Ebo, Anshalm, Suitger, Gozwin, Adalhart, Hartwich et aliorum multitudo permagna tam clericorum quam laicorum. ....[g] [ad altare sancti Ouda]lrici in Hegibach quidam Adalpero rogatu Nortperti tale praedium contradid[it], ...[h] ingen et in H[ugo]lfingen[9] possedit. Ad hae[c ip]se Nortpertus beneficium quod tum Petto cano[nicus possidebat[i] eiusdem]que portionem quam possidebat Suompertus: haec, inquam, tria beneficia modo culta, vel quicquid coloni eius ex [terris noviter cultis] postmodum adiecerint, in oblationem fratrum ibidem Deo servientium contradidit pro remedio animae suae omniumque [parentum suorum. T]estes sunt [per] aures tracti: S..........[k], A[da]l[pero], Gotepolt, Richere, Reginwart, P[er]no. .... gilia ... l........[l]

a) q. inc. *bis scr. c.* b) *uncis inclusa in cod. deleta supplevit Oefele.* c) *sedecim litterae fere deletae in c.* d) *hoc nomen vix certe legi potest.* e) *eadem manu superscr. c.* f) *Oef.* Fridericus comes, Sigimar *contra codicis distinctionem legendum esse censet.* g) Eodem die *supplevit Oef.* h) 25 *litterae circiter deletae c.;* quale titulo feodali in? Eglolf? Ebrolf *(Eglfing aut Eberfing) supplevit Oef.* i) nicus istius ecclesiae eiusdem *supplevit Oef.* k) *fere* 18 *litterae deletae;* Sigemar praeses? *coniecit Oef.* l) Acta sunt autem haec in aecclesia sancti Oudalrici in Hegibach dominica die in vigilia Callisti papae *(die videlicet Oct. 13. supra dicto) coniecit Oefele, quae satis probabilia sunt.*

DEDICATIO ALTARIUM POLLINGANORUM.

Hae notulae de consecratione altarium coenobii canonicorum regularium Pollingani editae sunt 'ex membrana antiqua' a Radero, Bavaria sancta (Monaci 1615*) II, p.* 270, *et Hund, Metrop. Salisburg. ed. Gewold (Ratisb.* 1719*) III, p.* 81; *(Monaci* 1620*) III, p.* 117 *sq., unde eas repetimus. O. H.-E.*

Dedicatio altaris sanctae Mariae Magdalenae.

Anno ab incarnatione Domini 1160, indictione 7[a], 3. Nonas Novembr. dedicatur hoc 1160. Nov. 3.
altare a venerabili sanctae Brixinensis ecclesiae episcopo Hartmanno[10] in honorem sanctae

a) *sic Rader h. l.;* VIII. *h. l. Gewold e coniectura, quia cum a.* 1160. *ind.* 8. *et* 9. *congruunt, infra vero* 7.

1) Schlehdorf. OEF. 2) Lothdorf. OEF. 3) Rehberg et Baumberg montes, inter quos rivus de Lothdorf fluit. OEF. 4) Frauenrain? OEF. 5) Steinbach viculus comm. Frauenrain. 6) Aquileiensis a. 1077 -1084. 7) Monasterii S. Benedicti Burani OEF. 8) Occurrit in Not. Bur., SS. XVII, p. 321. Nescio num hic an qui sequitur comes Sigimar dicatur in charta Nortperti a. 1085, edita Hund l. l. III, p. 268: *Hegibach . . . in pago Huosin, in comitatu Sigemari comitis.* 9) Huglfing. OEF. 10) Hartmannus hanc dedicationem fecit, quia coenobium Polling in dioecesi Augustana situm advocatiae episcopatus Brixinensis subditum erat, et quia Conradus tunc abbas familiaris eius erat.

Dei genitricis Mariae virginis, sanctorum apostolorum Simonis et Iudae; sanctorum martyrum Alexandri, Felicissimi, Sisinnii; sanctorum confessorum Germani, Felicis; sanctarum Mariae Magdalenae et Anastasiae virginis.

Dedicatio altaris sanctae Crucis.

1160. Nov. 3. Anno ab incarnatione Domini 1160, indictione 7, 3. Nonas Novembr. dedicatum est hoc altare a venerabili sanctae Brixinensis ecclesiae episcopo Hartmanno in honorem sanctae Dei genitricis Mariae, sanctorum apostolorum Andreae et[a] Iacobi. Continentur[b] autem de ligno in quo passus est sanctus Andreas et reliquiae sanctorum martyrum Georgii, Vitalis, Cassiani, Colomanni; sanctorum confessorum Ingenuini, Albuini, Gisilarii; sanctarum virginum Eufemiae, Walburgae.

a) *deest R.* b) Continetur *Gew.*

FUNDATIO MONASTERII COMBURGENSIS.

In archivo regio Stuttgartensi *adservatur fasciculus octo foliorum saec. XII. exaratorum, quae traditiones Comburgenses*[1] *continent, insuta septem aliis foliis membranaceis, in quorum primo et altero historiola de fundatione monasterii Comburgensis, dioeceseos Wirzeburgensis, manu saec. XIV. exarata est*[2]. *Hanc olim ex hoc codice a Duellio, Miscellanea II, p.* 270 *sqq., nimis mendose editam, iam a V. Cl. Stälin codice collato emendatam exhibemus*[3]. *Quae cum multa fabulosa contineat, non ante medium saec. XII. a monacho quodam Comburgensi composita videtur*[4].

Eam cum libro traditionum saec. XIV. Michael de Leone canonicus Wirzeburgensis, Böhmer, Fontes I, p. 451 *sqq., et Anonymus Comburgensis, Schannat, Vind. litter. II, p.* 41—43, *exscripserunt.* *O. H.-E.*

INCIPIT HYSTORIA DE CONSTRUCTORIBUS HUIUS LOCI.

Cuncte res geste, quantumlibet fuerint magne et suo tempore celebres et famose, cicius tamen in oblivionem devenissent, si non ab hiis qui vel eis interfuerant vel qui eas certa relacione compertas habebant literis tradite fuissent. Quapropter videntur[a] plurimum utilitatis conferre posteris qui res gestas et maxime eas unde legentes edificentur, pia scilicet sanctorum virorum facta, studuerint tradere litteris. Quamvis etenim in memoria
cf Ps. 111, 7 eterna iusti sint aput Dominum, digne tamen in memoriam vertuntur[b] hominum, qui pro virtutum meritis ad gaudia iam transierunt angelorum. Pauca igitur de constructoribus huius Kambergensis[5] cenobii ad posteritatis memoriam cupientes scribere, primo, qui ipsi fuerint, deinde, quid egerint, oportet nos dicere.

1.[c] Fuit in hac provincia quidam comes nomine Richardus de Rotenburg[6], habens duos fratres, Emhardum scilicet et Ruggerum, quorum prior, id est Emhardus, neque liberos neque uxorem habens multasque divicias possidens, construxit duas ecclesias, Tůngetal[7]

a) videtur *c.* b) vertitur *c.* c) *nulla capitum distinctio in c.*

1) Postremo editas 'Wirtemberg. UB.' I, p. 391 sqq. 2) Reliqua folia catalogum abbatum et praepositorum aliaque varia a Weyprecht Schenk de Schenkenstein saec. XVI in., qui codicem tunc possidebat, lingua vernacula conscripta continent, edita a Duellio l. l. p. 276 sqq. Weyprecht ad calcem codicis haec notavit: *Anno Domini im M*[lo] *V*[Co] *und XXV*[to] *jaren, in Bauren-krieg, do gab mier her Gorg von Bisswag diß stiffer buch, do schrieb ich allerlay handlung, wie vorstelt, dorein, und dornach alls der Fronhoffer dechandt ward, do gab ich es ihme; do stondt unsser sachen nitt fast woll. Hilff Gott, du ewigs wort, dem leib hie, der sell dort. Weyprecht Schenck von Schenckenstein etc.;* qui, ut ex alia nota patet, fuit *chorher und canttor zu Comberg.* 3) Codex mendis haud vacuus minime auctoris autographon haberi potest. 4) Aliquanto tempore post a. 1108. eam conscriptam esse ex c. 3. apparet. Sed non multo post medium saec. XII. eam compositam esse censeo, quoniam nonnumquam, praesertim in prologo, syllabae sententias terminantes consonant. 5) Comburg prope Steinbach (OA. Schwäbisch Hall); cf. Moser, 'Beschr. des Oberamts Hall' (Stuttgart u. Tübingen 1847) p. 244 sqq. 6) Rothenburg a. d. Tauber. 7) Thüngenthal (OA. Hall).

et Reinoltesberge[a] [1], in urbe quoque Wirceburgensi oratorium quod vocatur Novum-monasterium[2]. Ruggerus vero, frater eius, genuit duos filios, Albertum et Ruggerum, quorum anterior, id est Albertus, postmodum se cum suis omnibus ad hunc locum contulit, ibique pro Christi amore multos perferens labores, post plures annos monachus vitam finivit. Richardus predictus comes sic montem acquirens concambio ab Augustensi episcopo, firmis eum edificiis munivit et in eo habitavit; et post eius mortem Emehardus sed[b] et Burchardus, Ruggerus et Heinricus, [filii[c] eius], per aliquantos hic communiter habitaverunt annos. In huius montis occidentali parte habebatur capella in honore sancti Bartholomei dedicata, iuxta quam quercus excreverat; sub cuius umbra sedendo sive iacendo quiescere solebant. Sub hac predictus Emehardus die quadam, in cuiusdam fidelis femine sinu caput reclinans, obdormivit meridie, fratre suo Ruggero iuxta se in alio quiescente; viditque in sompnis mire pulcritudinis monasterium in medio montis spacio stare seque cum summa admiracione pro rei novitate circa illud deambulare. Cumque hoc stupens intueretur, vidit quendam[d] veneracionis virum episcopalibus indumentis ornatum subito ad se accedere mediamque illius monasterii partem in locum qui tunc Minus-Camberg vocabatur transponere. Evigilans a sompno, cum predicte femine quod viderat retulisset secrete, illa Deum testem invocans, cum iuramento asseruit se non dormiendo, sed vigilando ipsam[e] vidisse quatuor candelas in modum crucis ardere in loco, in quo mediam partem monasterii transposuit senior ille. Quod ille audiéns, fratri suo Ruggero et quod ipse in sompnis viderat et quod mulier eadem hora se vidisse perhibuit secrete indicavit, et quod uterque locus quandoque ad Dei servicium esset informandus, veraci sentencia, sicut nunc cernitur, prophetavit. Non autem incongrue huic viro Emhardo, qui iam ad Dei servicium erat consignatus et postmodum episcopus effectus est in Herbipoli[f] [3], primitus est revelatum, quod hic locus divino cultui esset mancipandus. Rûggerus igitur omnia verba hec diligenter cf. Luc. 2,19.
in corde suo conferens conservabat et proprie[g] conscius voluntatis in hac re Deo crebris oracionibus omnia commendabat; et licet frater eius Burchardus eandem haberet voluntatem, neuter tamen eorum que corde [gerebat[h]] alteri prodere audebat.

2. Cum ergo nocte quadam idem Ruggerus huiusmodi cogitaciones in corde versaret, vidit in somnis seniorem quendam valde venerabilem sibi assistentem[i] palmamque porrigentem sibi et dicentem: 'Noveris te Iherosolimam profecturum et in ipso itinere presentem vitam finiturum'. Cui cum ille diceret: 'Quando hoc fiet, domine?' ait ei senior ille: 'Cum in hoc loco et per te[k] et per fratrem tuum Burchardum monasterium fuerit constructum'. Et Ruggerus: 'Quid', inquit, 'de Minori-Kamberg fiet?' Ad hec senior: 'Non', inquit, 'hoc ad vos pertinet, sed postquam defuncti fueritis, frater vester Heinricus ibi servicium Dei instituet'. Hiis dictis, et ille disparuit, et iste evigilavit Factum est post hoc, ut in die sancto pentecostes, dum ambo fratres in capella sancti Bartholomei missam audirent, interim, dum sacerdos sequenciam de sancto Spiritu cantaret, tantam compunctionem uterque conciperet, ut a fletu se continere non possent. Egressique de oratorio, convenerunt secrete in unum locum, et tandem sibi vicissim suas aperiunt voluntates cum lacrimis, iam pridem divinitus inspiratas. Abhinc iam ceperunt mutuis cottidie tractare consiliis, qualiter id quod animo gerebant ad effectum perducerent operis. Contigit autem eos ipso anno Saxoniam 1075?
in expedicione pergere cum Heinrico imperatore. Qua peracta, confestim dominus Burchardus adduxit in hunc locum monachos[4] Deo inibi servituros fecitque eos in sui iuris per aliquot annos habitare edificiis. Multifarias tunc servi Dei tolerabant iniurias, tam per antiqui hostis quam membrorum eius insidias. Nam, dum milites in una urbis parte dyabolicos ludos exercerent, in alia monachi debita Deo servicia exhiberent, utraque pars alteri contraria agebat, et unde isti meliores, inde fiebant illi deteriores. Semper enim adversari solent Egipcii Israelitis, affligentes eos quibus poterunt iniuriis. Nam tunc venerabilis Burchardus arma deposuerat[l] et secularem habitum mutaverat; sed quia frater eius Ruggerus, qui adhuc ob defensionem loci arma ferebat, homines suos vel amicos in destructione

a) s *corr. in* ſ *c.* b) *membrana perforata, hoc vocabulum certe legi nequit c.* c) f. e. *multo posteriore manu inserta c.* d) magne *vel simile verbum suppl. videtur.* e) ipa (ipsa) *c.* f) H'ibipoli *c.* g) prope *c.; cf. infra c.* 4, *p.* 1031, *l.* 36. h) *deest c.; hoc vel aliud verbum, ut* volvebat, vertebat, cogitabat, habebat, *supplendum.* i) assistantem *corr.* assistentem *c.* k) et parte *c.* l) depusuerat *c.*

1) Reinsberg (OA. Hall). 2) Cf. Ussermann, Episc. Wirzeburg. p. 217 sq. 3) A. 1088-1104. 4) Hirsaugienses; cf. Bernoldi Chron., SS. V, p. 451; Vit. Willihelmi abb. c. 22, SS. XII, p. 219; quibus Guntherus abbas praefectus est, Hist. Hirs., SS. XIV, p. 263.

urbis offendere nolebat, utrorumque consilio ipse oracionis causa Romam peciit fratrique suo urbem evertendi facultatem contradidit. Cumque de provincia Romam iturus exisset, 1079. Apr. 25. die quadam, hoc est 7[a]. Kalendas Maii[1], dominus Burchardus clam turrem per ianuam ingrediens eamque vectibus interius diligenter muniens, in summitatem eius ascendit, cepitque lapides in suppositorum edificiorum tecta, in quibus milites ad prandendum residebant, subito iactare, cunctos sibi frustra resistere conantes ictibus lapidum extra urbis portas fugare; cui cum repugnare non auderent, post infinitas blasphemias tandem singuli in propria recesserunt eumque inviti quod ceperat perficere permiserunt. Ex hoc iam tempore studuit in hoc loco noxia et inutilia evertere, destruere, disperdere et dissipare et queque ad Dei servicium utilia et necessaria edificare et plantare[2]. Post hec Ruggerus comes de peregrinacione rediens urbemque suam destructam inveniens, gavisus est gaudio magno magnasque pro hoc facto gracias egit omnipotenti Deo; quo eciam sibi auxiliante, cepit locum et queque ad ipsum pertinencia, prout potuit, defendere. Et quia Deus omni bonum operanti conswevit cooperari, misit eis optimos cooperatores, fidos per omnia et locupletes, Wignandum[3] scilicet de Moguncia cum Adilheide coniuge eius religiosissima, qui ita fideliter[a] eis cooperabantur, ut una fides et unus spiritus veraciter esse crederetur in omnibus illis*.

*) *Iuvat hoc loco primam traditionum Comburgensium, postremo editam 'Wirt. UB.' I, p. 391 sq., qua de fundatione monasterii Comburgensis agitur, adnotare:*

Per nomen sanctae et individuae Trinitatis omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris notum esse cupimus, qualiter Burchardus, vir preclarae ingenuitatis, triumphans mundum cum principe suo, destruxit proprietatis suae oppidum Kamberc et locum ipsum, cum baltheo secularis militiae miles Christi futurus in arma regularis vitae. Ad hoc tam sanctae inchoationis perficiendum opus manus Domini, quae Barnabam Paulo dignum cooperatorem, associavit eidem Burchardo Wignandum Mogontinum civem et servientem; ob cuius consilium et promissionem cooperationis tradidit sancto Martino ipsum locum cum omnibus pertinentiis suis. Ex hoc idem Wignandus, cum hoc tam grave talentum, id est[b] Kamberc ecclesiam, contulisset sancto Martino, quasi servus euangelicus domino suo, omnia bona quae in loco qui iuxta Mogontiam Castellum[4] dicitur habuit [cum[c]] edificiis, agris, vineis sanctis Dei confessoribus Martino et Nycolao contradidit. Preterea idem Wignandus multa multorum predia eidem Kambergensi aecclesiae acquisivit, nihil horum in suam proprietatem redigens, sed viros ingenuos, ex quibus haec verbo et argento emit, eadem ad altare sancti Nykolai sub testimonio delegare fecit. Ex hac diversitate prediorum queque singula, id est[b] loca in quibus sita sunt ac delegatorum nomina necnon et delegationis tempora, decrevimus titulis ac testibus stabilire, ut Christo et sancto Nykolao servientibus inconvulsa possint permanere. Inprimis Wignandus ipse, verus exspoliator mundi, operarius, pro denario edificandae domus Domini tradidit sancto Nykolao tres mansos et 60 iugera vinearum in loco qui Castellum dicitur. Hae omnes traditiones harum omnium delegationum absque omni contradictione factae sunt, singulae singulis testibus subscriptis stabilitae, ea vero ratione, ut haec omnia predia, licet in diversis ubivis terrarum locis seposita sint, sicut tamen ad unum caput pertinentia, intus habent unum patrem monastici regiminis, sic et foris non habeant preter unum advocatum mundanae defensionis, nisi abbas ex advocato sibi subadvocatum petat, quem et ubi velit et quamdiu velit. Abbas tamen nullam potestatem habeat ex his omnibus bonis, preter illa quae prius servientibus aecclesiae prestita erant, quid cuiquam prestare, sed solummodo haec pro Christo et Christi famulis ministrare; si aliter fecerit, conditioni que in maiori cyrographo[5] continetur subiaceat. Haec sunt predia, que domnus Wignandus tradidit ad altare sancti Nykolai Kamberc: in Castello Mogontino[d] 2[os] mansos et dimidium et 60 iugera vinearum, in Iegersheim[6] 20 mansos et totidem iugera vinearum, in Lampoldeshusen 17 mansos, in Volcheshusen 6 mansos, in Wideren 1 mansum, in Witigistat 10 mansos, in Ingilvingen 2 mansos et dimidium, in Geizzebach 8 mansos, in Liuraha 8 mansos,

a) fedel. *c.* b) idem? (*haud dubie* idē) *c.* c) *deest c.* d) Mogon̄t *c.*

1) De anno vide infra c. 5, p. 1031, n. 2. 2) Cf. chartam Ruthardi archiepiscopi Moguntini datam a. 1090, 'Wirt. UB.' I, p. 286 sqq., nr. 239; ubi dictum est Burchardum monasterium Comburgense Wezeloni archiepiscopo Moguntino (a. 1084—1088) subdidisse. Cf. Ussermann, Episc. Wirzeb. p. 98 sqq. 3) De quo vide Hist. Hirsaug. c. 4, SS. XIV, p. 257; Vit. Willib. c. 13, SS. XII, p. 216. 4) Kastel. 5) Videlicet in charta Ruthardi archiepiscopi n. 2. laudata, ubi statutum est, ut abbas deponatur, si de *prediis aecclesiae quicquam alicui saecularium accommodaverit.* 6) Locorum nomina hodierna in 'Wirt. UB.' annotata sunt haec: Igersheim (OA. Mergentheim), Lampoldshausen (OA. Neckarsulm), Volkershausen (OA. Crailsheim), Widdern (OA. Neckarsulm), Ober- et Unter-Wittstat (A. Krautheim, Baden), Ingelfingen, Gaisbach et Laurach (OA. Oehringen).

3. Preter hos, qui columpne huius spiritalis edificii fuerunt, plures alii eciam extiterunt, quorum Deus corda tetigerat, tam viri quam mulieres, divites et mediocres, qui in eiusdem edificii, super petram que Christus est fundati, perfectione laboraverunt devote, conferentes ei predia, substancias sive pecunias singuli secundum suam possibilitatem[a] et celitus sibi inspiratam voluntatem. Tandem monasterio iam ad perfectum extructo, dedicatum est[1] ad Adilberone[b] Wirceburgense[c] episcopo per omnia catholico in nomine 1088. sancte Trinitatis et in honore omnium sanctorum, specialiter autem in honore beate Marie semper virginis et beati Nycolai episcopi et confessoris. His ita patratis, Ruggerus comes iter Iherosolimitanum post aliquot tempus arripuit, in quo et hanc, ut predictum ei fuerat, vitam fideliter finivit. Post aliquot autem annos eciam venerabilem Burchardum vocacio divina 4. Non. Decembris ab hac vita subtraxit et congregacioni iustorum in terra vivencium associavit. Cepit autem urbem suam destruere et monasterium construere anno ab incarnacione Domini millesimo 88[2], indictione 11, 12. Kal. Ianuarii, regnante 1088. Dec. 21. Heinrico quarto. Post cuius obitum dominus Wicnandus cum coniuge sua Adilheide tanta in hoc loco operatus est pietatis opera, ut difficile sint[c] stilo comprehendi omnia. Et ipse post plures annos cum obisset et condignam pro benefactis suis mercedem recepisset, frater domini Burchardi Heinricus comes, qui adhuc superstes erat, preter ea que in hoc loco post mortem fratrum suorum operatus est beneficia, non inmemor eorum que de se predicta fuerant, in loco qui Minus-Kamberg vocabatur cellam sancti Egidii cepit construere[3] millesimo centesimo octavo anno incarnacionis dominice; et post hec eciam ipse quievit 1108. in pace.

4. Libet in fine narracionis huius apponere aliqua que in hoc loco celitus sunt ostensa miracula. Adhuc urbe Kamberg in suo statu consistente, et nemine de eius permutacione cogitacionem vel voluntatem gerente, quidam religiosi viri et femine pro audienda matutina pergebant in una nocte secundum conswetudinem ad ecclesiam que est ad radicem istius montis in honorem sancti Iohannis baptiste constructa. Cumque essent in itinere, ceperunt subito cantum mire dulcedinis in hoc monte audire, putantesque clericum matutinam cantare, cursu concito ceperunt illuc festinare; quo pervenientes et clericum adhuc dormientem invenientes, non dubitaverunt cantum, quem audierant, fuisse angelicum. Frequenter autem audiebatur ibi multarum sonus campanarum et maxime in precipuarum noctibus festivitatum. Quadam eciam die cum domino Burchardo[d] quidam nobilis vir, cognatus scilicet ipsius, iter agens ad hunc locum tendebat; qui cum monti appropinquaret, sicut sedebat super caballum, subito erexit se et contra hunc locum inclinavit se admodum studiose; quod dominus Burchardus conspiciens et, cur inclinasset, inquirens, audivit ab eo: 'Inclinasse quidem me memini, sed cur fecerim, omnino nescio'. Ad hoc dominus Burchardus proprie conscius voluntatis: 'Prestet', inquit, 'Dei gracia, ut non vana fuerit inclinacio tua'. Processu vero temporis, cum iam spelunca latronum[e] in oracionis permutata fuisset domum, dyabolus totis viribus tam per se quam per sua membra conabatur ceptum opus impedire, dolens [sibi[f]] perire, quod Domino cernebat proficere. Denique non semel neque bis, sed multociens aperte se videndum exhibebat seque videntes multifarie deterrebat. Quadam namque die peregrinum se simulans, iactavit se in obscuro loco, ibique per totam noctem miserabiliter clamans, facto mane, cum quidam fratres ad perquirendum, quis esset, illuc accessissent, ille cum ingenti cachinno disparuit. Altera vice quidam frater,

---

in Dungetal[4] 2 mansos et dimidium, in Tullouwe 2 mansos, in Ingesingen 5 mansos, in Lare 4 mansos, in Hisolvestat 6 mansos et 20 iugera vinearum, in Almaresbiunt 12 mansos, in Wostene 7 et dimidium mansos, in Cimberen 6 mansos, in Mistelouwa[5] 6 mansos, in Cregelingen totius predii partes.

a) posibil. *c.* b) Adelb. *corr.* Adilb. *c.* c) *sic c.* d) Burhardo *h. l. c.* e) lotronum *c.* f) *supplevi, deest c.*

1) A. 1088, Dec. 21; cf. infra c. 5. 2) Immo a. 1079, Apr. 25. construere coepit monasterium, quod a. 1088, Dec. 21. dedicatum est, ut infra c. 5. dicitur. Quare post *construere* haec fere verba excidisse coniicio: *anno ab incarnatione Domini* 1079, *indictione prima, 7. Kal. Maii; quod dedicatum est* etc. 3) Cf. trad. 2, 'Wirt. UB.' I, p. 392 sq. 4) Thüngenthal, Tullau (OA. Hall), Insingen (prope Rothenburg a. d. Tauber), Lohr (OA. Crailsheim), Eibelstadt (BA. Ochsenfurt, Baiern), Gross-Allmerspann (OA. Hall), Wüstenau (OA. Crailsheim). 5) Mistlau (OA. Crailsheim), Creglingen (OA. Mergentheim).

custos fani[a], hortum ingressus, videt eum in specie abbatis sui in summitate arboris sedentem; quem ille cum non sine admiracione salutasset, dicens: 'Benedicite, domine!' mox evanuit impius ille. Item cum fratres quadam nocte solito quiescerent, contigit, ut plures ex illis vocem diabolicam taliter clamantem audirent: 'Hoc anno hic bene agitur, sequenti melius agetur'. Sequenti anno tanta ibi dissensio pro quibusdam causis ex operacione antiqui hostis est excitata, ut magna pars fratrum, eciam ipse abbas inde discederent. Et de hiis satis est dictum.

1079. Apr. 25. 5. Anno[1] incarnacionis[b] dominice 1079, indictione prima[c, 2], 7. Kalendas Maii, die Mercurii[d, 3], beate memorie dominus Burchardus[e] cepit urbem suam Kamberg[f] destruere 1088. Dec. 21. et monasterium construere. Anno autem ab[g] incarnacione Domini 1088, indictione 11[4], 12. Kalendas Ianuarii dedicatum est idem monasterium ab[h] venerabili Adelberone[i] Wirzeburgensi episcopo catholico in nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte et victoriosissime crucis sancteque Dei genitricis Marie et[k] precipue sancti Nycolai episcopi et confessoris et omnium sanctorum etc.[l]

a) *sic coniecit V. Cl. Stälin;* hani *c.* b) dom. inc. *Sch.* c) II. *Sch.* d) Maii feria III. *Sch.* e) Burkardus *Sch.* f) Cohenburg *Sch.* g) ab i. D. *des. Sch.* h) a *Sch.* i) Adalb. Wirzib. *Sch.* k) et pr. *des. Sch.* l) *deest Sch.*

FUNDATIO MONASTERII BANZENSIS AUCT. HEINRICO ABBATE.

Libellus, quem de monasterio Banzensi post medium saec. XI. fundato et circa a. 1110. *restaurato Heinricus, quondam abbas huius monasterii, dimissa hac abbatia*[5], *circa a.* 1300. *rogatu praepositi et conventus coenobii Heidenfeldensis conscripsit, fabulis plenus est verarumque rerum gestarum vix quandam incertam atque obscuram traditionem exhibet. Quamvis enim auctor chartas quasdam de fundatione et restauratione monasterii legerit et laudaverit*[6], *maxime tamen seniorum fratrum narrationes, ut ipse cap.* 1. *profitetur, secutus est.*

Hunc libellum Andreas abbas Montis S. Michaelis, rerum scriptor celeber, integrum Catalogo suo episcoporum Bambergensium a. 1494. *composito, secundis videlicet curis tunc recensito, inseruit, qui exstat in*

1) *codice bibl.* Bambergensis, *Ms. hist. perg.* 1, *mbr. fol., f.* 64—84, *in monasterio Montis S. Michaelis ipso Andrea, ut videtur, iubente et dirigente eleganter et accurate scripto*[7]; *unde hunc libellum f.* 77'—81. *exstantem exscripsi. Ex apographo eiusdem codicis a.* 1614. *facto eum edidit I. P. de Ludewig, SS. R. Germ. (Bamberg.) II, col.* 47—64[8], *innumeris mendis maculatum. Et ex eodem codice transcriptum esse opinor*

1) Inscriptionem ecclesiae Comburgensis eadem quae hoc caput praebet habentem affert Schannat, Vind. litt. II, p. 42. 2) Secunda indictio congruit anno 1079, et hanc habet Schannat l. l. 3) A. 1079. dies Iovis fuit Apr. 25. Quia vero indictio et feria hic indicatae in a. 1078. congruunt, hic annus forsan pro 1079. ponendus est. 4) A die Sept. 1. anni 1088. iam 12. indictio incepit. 5) Ut ipse cap. 1. dicit. Heinricus abbatiam Banzensem inter a. 1280—1288. adeptus, a. 1295. vel 1296. hac se abdicavit. Quando mortuus sit, non constat, tamen a. 1315. superstes erat. Cf. P. Oesterreicher, 'Gesch. d. Herrschaft Banz' (Bamberg 1833) II, p. CLII sq.; Ussermann, Episc. Wirzeburg. p. 318. 6) Cap. 5. 6. 7) De quo vide infra praef. ad Relat. de piis operibus Ottonis ep. Bamberg. 8) Ad calcem huius apographi scriba annotaverat: *Habet haec frater Andreas, famulorum Christi famulus in coenobio S. Michaelis, ordinis S. Benedicti, in monte monachorum prope Babebergam, inibi tum degens et commorans viginti annos, postea venerabilis dominus ac reverendus pater eiusdem monasterii abbas, in suo Catalogo pontificum sanctae Bambergensis ecclesiae ad* 1494. *a fundatione primaeva usque ad sua tempora, circa S. Othonem octavum episcopum. Coniunctum est et praemissum huic Catalogo aliud opus historicum vel fasciculus abbatum in monasterio S. Michaelis Montis monachorum* (f. 1—61. dicti codicis Bambergensis). *Est autem volumen satis grande ab autore editum et in charta pergamena folii mediani manuscriptum. Ex*

2) apographum saec. XVIII. quod exstat in I. W. Fabricii collectione manuscripta t. VII, codice bibl. Wirzburgensis, Ms. chart. fol. 260. *Attamen variam eius lectionem a b. m. Ph. Jaffé exscriptam annotavi, ut hoc lector ipse diiudicare possit*[1].

3) Codex Bambergensis Rf. II. 11, *Ms. hist.* 134, *chart.* 8°, *eiusdem Catalogi episcoporum Bambergensium auctore Andrea breviorem recensionem a.* 1497. *factam continet, in quo f.* 21'—23'. *excerpta quaedam capitum c.* 2—10. *Fundationis Relationi de piis operibus Ottonis episcopi Bambergensis infra edendae inserta sunt. Verba vero Heinrici in hoc codice Andreas plerumque mutavit, quare perpaucas varias lectiones eius enotavi.*

Capitum divisionem apud Ludewig institutam retinui. *O. H.-E.*

Incipit relacio reverendi patris[a] domini Heinrici, quondam abbatis monasterii in Bantz[b], de fundacione eiusdem monasterii, et quomodo per sanctum Ottonem episcopum Babenbergensem sit post desolacionem restauratum in pristinum statum et reconsecratum per eum in propria persona anno Domini millesimo centesimo vicesimo tercio in honore sancti Petri apostoli et sancti Dyonisii martiris.

1. Viro venerabili et in Christo karissimo domino preposito in Heydenvelt[c] suoque conventui ibidem Heinricus quondam abbas monasterii in Bantz cum devotis oracionibus preteritarum et futurarum beatitudinum quantum poterit adoptare.

Optime novit[d] vestra benignitas, quod multa acta precedencium patrum deperierunt[e] ab humanis intellectibus, in quibus nunc homines gauderent, si in scriptis essent memoriis hominum commendata. Unde et nos Bantzensis[f] ecclesie fratres plurimum dolemus, quod a precedentibus patribus nostris tam felicis recordacionis matrone, videlicet beate Alberadis, vita et acta nobis in scriptis non sunt tradita; quod tamen abinde estimo esse, quia post obitum beate Alberadis ecclesia nostra noscitur fuisse devastata et predia destructa, libri deportati[g], et si scripta[h] fuerunt, cum aliis libris tunc temporis poterant esse deportata[i]. Sed quia prefate matrone conversacio maxime nostris senioribus innotuit, apud quos eiusdem[k] matrone sacrum corpus requiescere noscitur[l], que ab ipsis didici, rogatu vestro ex divino amore scribere curavi quorundam nostrorum [relacione[m]] cognita[n] seniorum.

2.[o] Fuit quondam castrum situm in monte, ubi nunc cenobium nostrum videtur, nomine Bantz a gentilibus constructum, novem turribus ornatum, nichilominus et[a] firmatum, in quo morabatur quidam marchio[2] nomine Hermannus, habens uxorem Alberadam nomine, per quam duos filios genuit, unum nomine Heinricum, alterum Ottonem. Erat autem predictus marchio preditus pluribus insigniis dignitatum, cuius predia extiterant dilatata usque ad castrum Schaumberg[3] et ad castrum Sonnenberg[p. 4] et ad confinia Herbipolensium pertingentia[q] et ad confinia civitatis Geylhausen[5] et Selboltes[6], predio nostro circa Heydenvelt premisso. Sed prefatus marchio quodam tempore, cum quoddam torneamentum accessisset[r], volens cum aliis nobilibus torneamenti miliciam exercere, ibidem grandi infortunio sibi comitante, intra multitudinem aliorum corruens est oppressus[7]. Quod cum generose domne Alberadi[s] innotuisset,

a) *deest* 2. b) Banz *semper* 2. c) Heydenfelt *semper* 2. d) noverit 2. e) deperierint 2. f) Banthensis 2. g) deperdita *in marg. eadem manu add.* 2. h) scripti, i *in loco raso* 1. i) deportata *eadem m. corr.* deportati 1, *et sic* 2, *ubi* deperditi *in marg. add.* k) eidem 1. l) dignoscitur 2. m) *supplevi, deest* 1. 2. n) cognitu 2. o) *nulla capitum distinctio* 1. 2; 3 *incipit:* Nam ut in cronica eiusdem cenobii legitur: In eodem monte, ubi modo cenobium *etc.* p) Sunneburg 2. q) pertinentia 2. r) aecepisset 2. s) Alberadae 2.

quo fideliter educens transscripsit hoc f. Iohannes Hunerbein, sacerdos et monachus, prosenior conventus Banthensis, 1. *et* 2. *Octobris anni post Christum natum* 1614. *Bambergae in dicto monasterio, quando per auctoritatem suorum superiorum in Carinthiam ire cum alio confratre directus fuit, abbate sui monasterii reverendo domino patre Thoma Bacchio.* 1) Praebet quidem hoc apographum paucas meliores lectiones, ubi codex Andreae levia menda habebat, sed has e coniectura librarii emendatas esse mihi persuasum est. Nam alios locos gravius corruptos apographum hoc cum eodem communes habet, unus locus Andreae nimis corruptus omissus est, nonnumquam facile intelligi potest, quonam modo ex scriptura Andreae menda apographi exorta sint. 2) De Vohburg. Qui vero hoc loco filii dicuntur Alberadae, non ex Hermanno, sed ex eius primo coniuge ignoti nominis nati erant, ut infra p. 1034, n. 3. apparet. Cf. Ussermann, Episc. Wirceburg. p. 310 sqq. Quod Sprenger, 'Dipl. Gesch. d. Bened.-Abtey Banz' (Nürnberg 1803) p. 65 sqq. contendit, uxorem Hermanni marchionis vocatam Alberadam huius Alberadae filiam fuisse, aliaque quae idem alucinatus est negleximus. 3) Schaumberg prope Schalkau ducatus Meiningensis. 4) Sonneberg ducatus Meiningensis. 5) Gelnhausen. 6) Langenselbold inter Gelnhausen et Hanau. 7) Priorem maritum Alberadae in torneamento occisum esse facile credi potest; Hermannus vero non antequam Banzense coenobium constructum est obiit, sed cum ipsa Alberada idem fundavit; vide chartas infra p. 1035, n. 1. laudatas.

cum suis caris super[a] ruinam sui mariti gemitu multiplici lamentabatur. In ipsa eciam contricione mentis confestim Herbipolensem episcopum adiit, memorato marchioni sancte matris ecclesie cimiterium obtinendum. Que cum impetrare nequiverat quod desideravit, assumens sibi familiam congruam, Romanam[b] curiam perrexit et, que equis et curribus vectari[c] poterat, interdum nudis pedibus arreptum iter gradiebatur, quandoque[d] genibus super terram repsisse ob salutem anime sui[e] mariti famata est, quandoque curru vectata[f] artus sui corporis refovebat. Que cum ingenti gravamine laborum et mesticia cordis ad sedem apostolicam pervenisset et a quibusdam cardinalibus fuisset summo pontifici presentata, sicut prudens femina, cur venisset, aut cuius condicionis aut nobilitatis fuisset, pape innotuit ipsique cordis sui[g] intencionem reseravit, dicens: 'Sancte pater, ego humilis tua famula supra modum turbata maritum habui marchionem, qui oppressus in quodam torneamento extinctus est. Et quia apud episcopos Alemannorum[h] parcium sepulturam sancte matris ecclesie impetrare non potui, ad vestram piam clemenciam veniens, vestramque[i] sanctitatem supplico corde humilimo, quatenus dicto quondam meo marito sepulturam sancte matris ecclesie indulgeatis'. Quibus verbis papa respondit: 'O bona filia, non est catholicis licitum, ut qui in torneamentis interfecti fuerint cum aliis fidelibus tumulentur, quia per maximum vicium animarum
Eccli. 10,15 torneamenti vanitas exercetur, et inicium[k] omnis peccati est superbia'. Beata Alberadis respondit: 'O sancte pater, qui oppressos miseriis digne consolaris, predicatores nostrarum parcium nobis sunt soliti[l] predicare, quod, cum vir et mulier thoro legittime contraxerint et secundum ritum ecclesiasticum fuerint copulati, ambo sunt in carne una duas tantum animas habentes. Hec vera[m] catholica fides nos credere iubet; cui mandato fiducialiter obediens, vera esse credo. Proinde, quia ego et maritus meus una caro sumus, cum media pars in patria mea mortua remansit, quamvis graviter peccaverit, altera pars cum multis doloribus oscula pedum vestrorum querens, corde contrito et devoto, deinde[n] vestre gracie fulta et spe consolacionis, toto conamine vestram[o] sanctitatem supplico, ut, quicquid pars carnis, videlicet mariti mei, peccavit, michi imputetur, et pro peccatis eiusdem michi iniungatur penitencia salutaris; et quod pars mortua peccavit, opitulante divina gracia, viva particula emendabit'. Hiis verbis summus pontifex[p] beate Alberadi respondit, dicens: 'Venerabilis filia, per magnam caritatem et fidem tuam fiat tibi, sicut petisti'. Memoratus quoque[q] papa, iniungens beate Alberadi penitenciam salutarem, sepulturam indulsit suo marito, ipsam vero cum sua familia ad suam patriam licenciavit[r], comitante apostolica benedictione. Corpore itaque memorati marchionis fidelium sepulture tradito, adhuc beata Alberadis tres filios habuisse relatum est et unam filiam, cuius nomen nobis non innotuit. Nomina filiorum Heinricus et Otto in thuribulo uno argenteis litteris descripta habemus; tercium filium, videlicet nomine Conradum, vobiscum in Heidenvelt et unam filiam estimamus sepultos.

3. Fuere tunc temporis nobiles de Ratzenberg[s] nominati, pincerne beate Alberadis et sui mariti, qui beatam Alberadem[t] despicientes, unus eiusdem generacionis prefatam filiam rapuit violenter et[u] ad silvam forestam deduxit[v, 1]. Quod cum beate Alberadi relatum fuisset, cuius proprietarii fuerunt, in vehemencia mentis unam cirotecam de manu abstrahens proiecit sursum, dicens: 'Cum hec persona michi iure hereditario astricta sit proprietaria cum omnibus suis progenitoribus, sit dyaboli, que michi filiam meam noscitur violenter rapuisse; ipsam hodierna[w] die et ius meum in ipsa persona et in[x] omni generacione sua habitum dono dyaboli potestati[y]'. Ciroteca vero, que de manu eius fuit proiecta, coram omnibus tunc presentibus dicitur evanuisse. Trium quippe filiorum[2] unus in flumine Mogo sub castro, ubi nunc monasterium situm est, ludens troco, fracta[z] glacie, submersus est; alii duo infirmitatibus pressi viam universe carnis ingressi sunt. Per hec omnia probare possumus Dominum omnipotentem beatam Alberadim[t] non modicum dilexisse, qui ei[x] subtraxit terrena, ut quereret celestia, prout sanctus Gregorius
Ps 15,4. dicit in Moralibus: *Mala, que hic nos premunt, ad celestia ire compellunt;* unde et Ps.: *Multiplicate sunt infirmitates eorum,* videlicet terrena infortunia, *confestim Dominum invocantes, quesierunt celestia*[a]. Unde
Hebr 12,6 cf. Prov. 3,12. et Paulus: *Quem enim diligit Dominus corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit.* Et Dominus
Apoc 3,19. per Iohannem: *Ego quos amo arguo et castigo.*

4. Fertur eciam, quod beata matrona nostra castellum laudabile habuerit prope cenobium nostrum in monte qui Steglitz[3] nominatur[b]. Et cum beate Alberadi tot infortunia acciderent, quidam nobiles prefatum castellum invadentes, nocturnis insidiis irruentes, contra voluntatem beate matrone nostre possede-

a) sub 2? b) *sic* 3; *deest* 1; ad Rom. c. 2. c) vegetari *post corr.* vehi 1, *et sic* 2. 3. d) quando, *post suppl.* que 1. e) m. s. 2. f) vegetata *post corr.* vecta 1, *et sic* 2. 3. g) *deest* 2. h) Alemannarum 2. — parcium *deest* 3. i) vestraeque sanctitati 2. k) est in. p. sup. 2. l) n. solent 2. m) *sic* 2?; vero 1; *deest* 3. n) dein 3. o) sanctitati vestrae 2. p) permotus *add.* 3. q) vero 3. r) licec. 1. s) Ratzenburg 2. t) Alberadam 2. u) *deest* 2? v) dededuxit 1. w) hodierno 2. x) *deest* 2. y) potestate 1. z) fracto 1. a) postea acceleraverunt *Vulg.* b) qui dicitur Stegliz *(semper)* 2.

1) Non quendam nobilem de Ratzenberg, sed Wolframum comitem de Abenberg Hermanni et Alberadae filiam Hedewigem vocatam in matrimonium duxisse, cuius filius fuit Rapoto infra c. 10. memoratus, contendit Sprenger l. l. p. 114 sq. 2) Alberadae scilicet, ut ex praecedente capite et sequentibus apparet, non pincernae de Ratzenberg, ut putari posset. Primum maritum et filios Alberadae defunctos fuisse, cum haec monasterium Banz construeret, confirmat Eberhardus, Trad. Fuld. ed. Dronke p. 139, nr. 60[a]. *Comitissa Albrat . . . tradidit Deo et sancto Bonifacio martiri quoddam monasterium in Banze constructum pro remedio anime sue et defuncti mariti sui ac filiorum requie.* 3) Castrum Steglitz (Stekkilze) a. 1071. Hermanni marchionis et Alberadae fuit; vide eorum chartam a. 1071, Sprenger p. 291.

runt. Et quia beata Alberada possessa[a] erat ex propinquitate eiusdem castelli, turbata multum, Domino suas molestias et tribulaciones commendabat conspicere, ipsumque[b] supplicabat attencius multisque fletibus, ut eam dignaretur de suis inimicis eripere, die noctuque modicum valens requiescere. Sed dum plurimum a suis inimicis tribularetur, fiduciam tamen magnam habuit in Domino[c]. Una vero noctium, cum mesta esset, excogitavit[d], quid esset de suis inimicis factura, inspiracione divina. Lucescente die suos nobiles convocavit et illis secreto affamine dixit: 'Scit aliquis vestrum, quid de inimicis nostris simus[e] facturi?' Illi sanum consilium dare nescientes, beata Alberadis inquid: 'Audite consilium meum! Optime nostis, quod castellum ab inimicis nostris possessum[f] a nobis sit inexpugnabile. Scrutamini[g] per astutos exploratores, quantus sit numerus armatorum in castello et equorum, et eorum colorem et totum signum vexilli et clipeorum et picturam eorum et varium colorem eorum; et[h] cum ad plenum indagati fueritis, ego vobis reserabo, quid tunc facturi simus'. At illi dixerunt omnem voluntatem eiusdem consilii se[i] facturos. Postea, cum sui milites et alii famuli sui iuxta suum[k] consilium omnia premissa explorassent[l] et numerum armatorum, varietatem equorum signumque vexilli et picturam clipeorum beate Alberadi narrassent, secrecius ipsos instruxit, dicens: 'Fidelissimi mei, ad omnes affines nostros pergite et numerum et similitudinem memoratorum equorum conquirite et magno secreto similitudinem vexilli et clipeorum comparate, et quid facturi simus[m], protinus enodabo'. Qui[n] confestim iuxta consilium beate Alberadis[o] fecerunt, et congregatis omnibus rebus[p] premissis, iterum suis vocatis, secretis verbis ad eos inquid: 'Carissimi mei, iterum exploratores emittite et silenti studio conspicite, quando inimici nostri castellum egrediantur, protinus hoc nobis innotescant, numerum et varietatem equorum et clipeorum, vexilli et armatorum'. Qui[n] exploratores protinus emissi, tempore congruo reversi sunt et que viderant narraverunt de verbo ad verbum per omnia. Tunc beata Alberadis[q], iterum suis fidelibus convocatis, in Domino confidens, inquid: 'Nunc preparantes numerum armatorum inimicorum nostrorum cum similibus[r] equis ipsorum, vexillo, clipeis, quorum omnia similia vos habere noveritis, ante castellum pergite, ingressum petentes; et forsitan divino suffragio credent vos suos esse et[h] aperient, et ita divino opitulamine inimicos nostros poterimus vincere'. Qui statim cum magna confortacione mentis consilium beate Alberadis adimplentes, ad predictum castellum post egressum inimicorum venerunt cum omnibus apparatis premissis, ingressum petentes. Quos cum hii qui intra castellum fuerunt conspicerent cum omnibus signis premissis existere suis similes, sibi[s], repente egredientes habitacula interiora, valvas aperierunt. Et cum milites beate Alberadis ingressi fuissent, confestim evaginatis gladiis, quosdam percusserunt, quosdam captivarunt, quosdam eiecerunt, signumque victorie clamantes, sepedictum castellum denuo possederunt. Quod cum nunciatum fuisset beate Alberadi, pre gaudio lacrimatâ est et, sursum elevatis manibus oculisque ad celum, collaudavit Dominum, qui eam de suis[t] inimicis liberaverat, reducens ad memoriam, quod *iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvat*[u]. Ps. 33, 19

5. Beata itaque Alberadis cogitabat intra se, quomodo omnipotenti Deo grates multiplices referret pro omnibus bonis sibi exhibitis et demonstratis, et quoniam[v] omnia que hic videntur sunt transitoria, vana et inania, et mente sua cepit[w] divina inspiracione terrena contemnere et amare celestia et deliberavit in mente sua omnium rerum suarum Christum heredem facere. Visitaverat enim Dominus cor eius, prout Dominus in forma sponsi in Canticis canticorum sanctam ecclesiam aut unamquamque fidelem animam alloquitur, dicens: *Que*[x] *habitas in ortis, ausculta; fac me audire vocem tuam.* In ortis enim Cant. 8, 13. sancta ecclesia vel[y] unaqueque fidelis anima habitat, que in viriditate spei est et multorum bonorum operum repleta. Sicca quippe est[z] spes huius seculi, quia omnia que hic videntur cum festinacione arescunt. Unde et Petrus apostolus festinare admonet, dicens: *In hereditatem incorruptibilem, incontaminatam et immarcessibilem in celis.* 1. Petr. 1, 4. Huiusmodi[a] igitur spe beata Alberadis tacta cognovit, quod per beatum Iohannem scriptum est: *Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt.* Et beatus Iacobus ait: 1. Ioh. 2, 15. *Que est vita nostra super terram? Vapor nebule ad modicum parens.* Contemnens itaque[b] terrena, que- Iac. 4, 15 sivit celestia, ad memoriam ducens Paulum[c] dicentem: *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia* Rom. 8, 28. *cooperantur in bonum.* Quia que cum marito et filiis forsitan sanctificari non poterat, subtracto marito et filiis, in spiritu humilitatis et in[h] animo contrito se ipsam et[h] cum omni multitudine militum et rerum temporalium offerre satagebat. Quod hodierna die conspicere possumus, quia laudabile castrum suum[h] tunc temporis Bantz appellatum cum copiosa multitudine turrium et altis[d] murorum meniis munitum destruxit et ibidem domum Domino erexit[1], ubi ordinem sancti Benedicti collaudare nomen Domini diebus c. 1058. et[e] noctibus instituit, donans fratribus ibidem Deo famulantibus prolixum et proficuosum predium inter

a) *sic* 1. 2. b) ipsique multis fl. att. suppl. 2. c) Dominum 2. d) cogitavit 2. e) sumus 2. f) obsessum 2. g) Scrutemini 2. h) *deest* 2. i) se *deest* 1. k) c. s. 2. l) explorasset 1. m) sumus 2? n) Quod 2. o) Alberadae 2. p) pr. r. 2. q) Alberada 2. r) silibus 1. s) *sic* 1. 2 (*pro* eis), *ut saepius.* t) in. s. liberavit 2. u) salvabit 2. *Vulg.* v) quod 2. w) incepit 2. x) Qui 2. y) ut 2? z) sp. est 2? a) Humili 2? b) igitur 2? c) sanctum P. 2. d) al||cium 1. e) ac 2.

1) Quod c. a. 1058. factum est. A. 1058, Iul. 21. Alberada monasterium Banzense nuper fundatum monasterio Fuldensi tradidit; quod Heinricus abbas nescivit (cf. Dronke, Trad. Fuld. p. 138 sq. 144 sq., nr. 60[a]. 66). Postea vero hanc traditionem irritam fecit, ut ex chartis fundationis Hermanni marchionis et Alberadae data a. 1069, Iul. 7 (Jaffé, Bibl. V, p. 66 sq., nr. 35) et a. 1071 (Sprenger l. l. p. 290 sqq.) et ex chartis Adalberonis episcopi Wirzburgensis data a. 1069, Iul. 7 (ib. p. 288 sqq.) et capituli Bambergensis (ib. p. 293) apparet.

ipsum castrum et Sonnenberg[a] et castrum Schaumberg[b] et inter Ytesam[1] et Mogum, flumina nobis propinqua. Donavit eciam[c] ecclesie Bantzensi[d] omne dominium[e] beneficiorum suorum et iudicii cum quibusdam aliis bonis, quorum privilegia in cenobio Bantz habentur. Sed ubi bona sint, a monachis ibidem penitus ignoratur.

6. Optime eciam novit[f] vestra caritas beatam Alberadam vestrum monasterium fundasse, Heidenvelt nominatum, cum aliis eiusdem structure edificiis, que vobis[g] multo melius quam aliis innotuerunt. Et in privilegiis nostris[2] invenimus beatam Alberadam ecclesiam vestram[h] cum quodam predio Folkvelt[i] nuncupato dotasse cum aliis bonis, que forte in vestris[k] privilegiis plenius continentur. Dicitur eciam construxisse quoddam cenobium Selboltes[l] nominatum, cuius confinia michi minime innotuerunt, nisi quod prope opidum Geilnhusen[m] fertur fore situm. Et beata Alberadis, quamdiu vixit, omnes personas et omnem familiam in structuris, quas fundaverat, sicut pia[n] cum omnibus rebus necessariis fideliter procuravit.

7. Relatum est eciam nobis a nostris senioribus, quod beata Kunegundis[o] imperatrix, antequam esset sancto Heinrico desponsata, in castro Bantz fuerit nutrita et sumptibus et[p] disciplina beate Alberadis fideliter educata[3]; unde eciam[c] Spiritus sanctus utriusque cor inflammavit, ut omnium rerum suarum Christum facerent heredem. Quod hodierna die benê claret in Bantz et in[q] Babenberg. Beata igitur Alberadis, cum sibi mortem corporalem cognosceret imminere, tunc temporis abbatem et conventum monasterii Bantz convocavit et ipsos quasi prophetissa hortabatur, dicens: 'Scio, quod post mortem meam multitudo malorum hominum cenobium hoc invadent et predia istius ecclesie sibi diripient et vastabunt. Rogo igitur vos, ut, dum obiero, in monasterio vestro corpus meum in profunditate quinque cubitorum sepeliatis, ut[r], dum cenobium[s] devastatum fuerit, et fere agrestes et silvestres hic morari contingat[t], corpus meum effodere non valeant, quia vastitatis desolacio non diu durabit, sed Dominus omnipotens sua gracia restaurabit.

8. Beata itaque Alberadis postquam a memoratis fratribus iuxta suam peticionem extitisset tumulata[4], deinde post aliquod[u] tempus presagii ipsius matrone multi malefactores antedictum cenobium invadentes, omnia predia devastarunt, res mobiles et immobiles conventui subtraxerunt villasque suas undique penitus devastarunt in tantum, ut neque abbas neque[v] monachi possent in ipso cenobio[w] sustentari; quare monasterium relinquentes, omnes[x] recesserunt[5]. Erat autem quidam frater apud Deum devotus, qui, recedentibus omnibus, iuxta ipsum monasterium ob amorem Dei per tempus diutinum vitam solitariam duxit, qui monasterii privilegia custodivit. Sed idem frater illiteratus[y] dicitur fuisse, quia ibidem literati non poterant sustentari. Tandem Dominus omnipotens, qui omnia que bona sunt, antequam fiant, novit, sic sua disposicione ordinavit, ut sanctus Otto episcopus Babenbergensis[z.6] monasterium Bantz transiens, ex alto inspiratus, visitare desiderans, cum suis ad locum memoratum perrexit ibique fratrem memoratum reperit, et quid in ipso edificio quandoque[a] fuisset, et alia multa a fratre illo didicit. Frater vero omnia que sibi cognita fuerunt sancto Ottoni narravit[b], quod quandoque cenobium ibidem fuisset sancti Benedicti, et quedam marchionissa construxisset, et alia omnia que novit sancto Ottoni de ipsa structura de verbo ad verbum racionabiliter reseravit. Postea vero[c] sanctus Otto fratrem interrogavit, si adhuc aliqua privilegia superessent, quecunque prefatum monasterium habuisset; frater ille respondit se nescire, sed quoddam[d] sibi conservatorium monstravit, quod adhuc clausum repperit. Quod cum aperuisset[e], invenit in ipso conservatorio lapideo privilegia fundacionis predicte ecclesie et predia[f], cum quibus fundata extitit ecclesia, et alia[q] privilegia, de quibus sanctus Otto plurimum gavisus est. Attamen ipsa privilegia humore lapidum et rasione nimia aliquantulum viluerant, sed tamen tenor totarum literarum legentibus patuit, ipsaque privilegia ab episcopo Herbipolensi lucidius sunt renovata.

9. A sancto itaque Ottone episcopo memoratum cenobium conspectum et in omnibus sufficienter visitatum, confestim perrexit ad quoddam cenobium in Bavaria situm et[q] ab eo constructum, Bru-

a) Sonneburg 2. b) Schaumburg 2. c) et 2? d) Banthensi 2. e) *sic ed.*; donum 1. 2. f) noverit 2. g) nobis 1. 2. h) nostram 2. i) Volckfeldt 2. k) nostris 1. 2. l) Seboltes 2. m) Gailhausen 2. n) *forte* mater *supplendum.* o) Kunig. 2. p) ac 3. q) *deest* 2. r) et 2. s) vastatum coen. 2. t) continget 2. u) t. a. 2. v) nec 3. w) monasterio 2. x) inde *add.* 3. y) dic. ill. 2. z) Bamberg. *h. l.* 1. a) quoque 2. b) narravit — Ottoni *des.* 2. c) ubi *add.* 2. d) ipsi *add.* 2? e) apper. 1. f) predicta 2.

1) Itz. Cf. chartam Hermanni et Albradae ap. Sprenger p. 291: *quidquid inter Itesam et Moin situm est.* 2) Adalberonis episcopi scilicet, supra p. 1035, n. 1. laudata, ubi: *dominicatum suum in Volkvelt beato Kyliano cum prepositura Heidenvelt obtulerunt.* (Cf. etiam chartam Hermanni et Albradae ap. Jaffé l. l. p. 66). Quem locum Heinricus abbas male intellexit; Volkfeld enim non fuit praedium, sed pagus circa flumen Volkach situs. 3) Mera fabula procul dubio. Kunigundis circa 50 annos ante Alberadam nata esse videtur. 4) Cf. Eberhardi, Trad. Fuld. ed. Dronke p. 145: *Quae defuncta sepulta est in monasterio sancti Dionisii martiris in prefato loco castelli sui Banze vocato.* 5) Cf. notitiam maximam partem ex charta Ottonis infra p. 1037, n. 2. laudata exscriptam, Sprenger p. 301: *Sed cum iam dicta domina Alberat, nondum nova plantatione sua ad votum provecta, de hac vita migrasset, praelatorum negligentia, sua, non quae sunt Christi, quaerentium, locus ipse modo miserabili coepit vastari et praedia eius iniustis beneficiis et violentis usurpationibus in saecularium manus dissipari; et haec desolatio, penitus ibidem divino servitio deficiente, usque ad tempora Ottonis venerandi Babenbergensis ecclesiae octavi episcopi perduravit. Qui cum in omni regimine suo sacrae religionis fundator et amator esset ardentissimus, huic quoque loco pie providens et sollicite intendens* etc. 6) A. 1103–1139.

veningen[a, 1] nominatum, Ratisponensi civitati propinquum, ibique e[b] conventu eiusdem congregacionis sibi venerabilem elegit personam, Balduinum nominatam[c], adiunctisque sibi aliis venerabilibus[d] personis, in cenobio Bantz ad famulandum Domino collocavit[2]. Quos sanctus Otto tamdiu[e] pavit, quousque predia distracta eidem cenobio recuperaret et, suffragante Domino, salubriter restauraret[f]. Sanctus itaque Otto antedictum abbatem ab episcopo Herbipolensi ordinari in abbatem procuravit eique spiritualia et temporalia commisit et ad ipsa confirmatum ad sanctas virtutes confortavit et omni studio ipsum, suffragante divina gracia, iuvit dispersa congregare, congregata conservare, destructa edificia reedificare. c. 1114.

10. Erat autem tempore ipso quidam comes Rapoto[3] nomine, de Wolfeswack cognomine, qui asserebat se esse advocatum cenobii[g] Bantz, idemque comes maximam partem prediorum predicti cenobii subiugaverat sibi; quem venerabilis episcopus Otto cum abbate Balduino tociens placitorum[h] affaminibus alloquebatur occupando, quousque omnia predia ablata antedicto cenobio libere[i] restitueret et advocaciam[k] in cenobio habitam penitus resignaret[4]. Insuper de die in diem predia distracta omni studio cumulavit. Ignorabatur eciam a pluribus dedicacio monasterii et dedicacio principalis altaris et quinque altarium in[l] monasterio hodierna die existencium. Quapropter sanctus Otto monasterium reconcilians, dedicavit anno Domini 1123.[5] in propria persona, in honore[m] sancti Petri apostoli et sancti Dyonisii martiris. 1114
Quibus[n] peractis, sanctus Otto antedictum monasterium cum rebus ditavit, cum[o] personis in honorem Domini sic ampliavit, ut, cum prelibatus abbas Balduinus sepulture commendaretur[6], quadraginta persone claustrales eius tumulum circumstarent[p]. c. 1139.

11. Erat eciam[q] tunc temporis in dicto cenobio monastica disciplina Deo tam grata, ut noctibus ac[r] diebus a conventu eiusdem temporis divina[s] haberentur obsequia pro omni ecclesia et precipue pro beate Alberadis anima, quatenus iuxta sepulchrum[t] beate Alberadis signa et miracula laudabilia cernerentur. Iuxta sepulchrum[t] dicte matrone, operante divina gracia, illuminabantur ceci, curabantur paralitici, liberabantur captivi, suffragio beate Alberadis[u] invocato. Quorum miraculorum instrumenta custos nostre etatis pene nonaginta annorum michi hec omnia seriose[v] valde narravit, qui eciam predictorum instrumenta miraculorum iuxta sepulchrum[t] beate Alberadis sub Dei testimonio se audisse testatus est.

12. His itaque signis miraculorum visis, tandem multis honestis viris congregatis, decreverunt corpus beate matrone[w] canonisare ad laudem Domini, cuius gracia iuxta memoratum sepulchrum tot miracula extiterant[x] conspecta. Et cum, accepta apostolica auctoritate, multitudo venerabilium virorum ad ipsum opus apti congregati fuissent et terram sepulchri effodere cepissent, tanta densitudo nebule in monasterio celitus sparsa est, ita ut ex densitate eiusdem nebule omnes viri ibidem congregati desisterent ab incepto opere, mirantes plurimum et animo suo divina iudicia tractantes, iuxta quod sanctus Paulus Romanis inter cetera scribit, dicens: *O altitudo diviciarum sapiencie et sciencie Dei! Quam in-* Rom. 11, 33
comprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius; et Ps.: *Iudicia tua abissus multa.* Cum igitur Ps. 35, 7
omnipotenti Domino ad universa opera sua digne nemo audeat dicere: 'Cur hoc facis?' cum tamen iudicia iuxta psalmistam iustificata sunt in semet ipsa, speramus tamen corpus beate matrone nostre esse apud Ps. 18, 10
Deum canonisatum, supra cuius sepulchrum altare in honore[y] sancte Trinitatis et beate Marie virginis et omnium sanctorum et in honore[y] sancte crucis consecratum est et sancto decreto collocatum, in quo pene cotidie missarum solemnia ad laudem Domini ob salutem beate Alberadis celebrantur; et in ipso altari multe sanctorum reliquie sunt recondite[z]. Credimus utique ex antedicta nebula Deo placuisse memoratum altare incorruptum permansisse, quam sacrum[a] altare divino sacramento dedicatum et sanctorum reliquiis dotatum et sanctificatum[b] ob honorem eiusdem corporis [et[c]] canonisacionem fuisse abruptum[d]. Quis non sperat[e] multos sanctos apud Deum in celestibus gratulari, quorum corpora in terra non sunt canonisata? Et qualis est melior canonisacio apud Deum[f] nisi sanctarum missarum sanctificacio? Dicit quippe sanctus Augustinus in libro de civitate Dei: *Quatuor opera sunt, quibus anime a penis infernalibus liberantur, videlicet missa sacerdotum, oracio iustorum, elemosina amicorum, ieiunia carorum.* Deus itaque multa operatur, que investigare non[g] possumus nec debemus, quia sanctus Paulus
ait: *Noli altum sapere, sed time.* Et Salomon: *Sicut, qui mel comedit[h] multum, non est ei bonum: sic, qui* Rom. 11, 20 Prov. 25, 27.
scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Ad[i] hec Augustinus: *Demus[k] Deum aliquid nosse, quod*

a) Priveningen 2. b) ex 2. c) nominatum 2 d) p. v. 2. e) sua impensa *add.* 3. f) *sic* 3; retractaret 1. 2. g) monasterii 2. h) placidorum 2. i) libera 2. k) advocationem in monasterio hab. 2. l) hod. die in m. 2. m) honorem 2. n) rite *add.* 3. o) et c. 3. p) *desinit* 3, *ubi add.*: Hec de fundacione cenobii Bantzensis dicta breviter sufficiant. q) autem 2. r) atque 2. s) diurna 2. t) sepulturam 2. u) Alberadae 2. v) n. s. v. 2. w) Alberadis 2. x) extiterunt 2. y) honorem 2. z) cond. 2? a) sanctum 2? b) quam *add.* 1. 2. c) *deest* 1. 2. d) incorruptum permanere *iterum h. l. add.* 1. 2. e) speret 2. f) eum 2? g) nec 2? h) mult. com. *corr.* c. m. 1. i) Ad — posse *des.* 2. k) Demum Deo 1.

1) Prüfening (dioec. Regensburg). 2) Cf. chartam Ottonis episcopi ap. Sprenger p. 297 sqq., ubi: *Baldewinum, virum probabilem et omnibus bonis convenientem, abbatem inibi ordinavimus, adiunctis ei viris fidelibus et religiosis.* Quae verba Heinricus legisse videtur. 3) Rapoto fuit comes de Abenberg. 4) Haec ex eadem charta sumpta sunt, ubi: *petente ipso venerabili abbate, a comite Rapotone, qui eo tempore advocatus eius erat, hoc obtinuimus, ut omne ius suum, quod sibi de ipsa abbatia deberi affirmabat, in manus nostras remitteret.* Minime vero Rapoto advocatiae renunciavit, ut Heinricus ex hoc loco coniecit; cf. Sprenger l. l. p. 172 sqq. 5) Immo a. 1114, Sept. 17, ut ipse Otto dicit in charta l. l. p. 298: *ipsam vero ecclesiam anno dominicae incarnationis 1114, indictione 7, 15. Kal. Oct. sollemniter dedicavimus.* 6) Obiit circa a. 1139.

fateamur nos investigare non posse. Ego[a] non utique diffido beatam Alberadam esse sanctam, quia[b] diurno atque nocturno tempore circa sepulchrum eius morans, duabus vicibus sensi tam miri odoris fragranciam iuxta sepulchrum eius, quod[c] olfactu meo michi, Deo teste, odorem tam suavem attrahere non valui sufficienter.

13. Profiteor eciam coram Deo, quod temporibus felicis recordacionis domini Bertholdi de Sternberg Herbipolensis episcopi[1] quidam sacerdos, monachus nostri conventus, tempore quadragesimali, in (Apoc. 1, 10.) quadam dominica, cum, prout sanctus Iohannes suam visionem se vidisse describit in Apocalipsi, sic dictus monachus in dominica surrexit circa tempus medie noctis, cum orationibus suis consuetis preparavit se ad dicendam missam ante tempus matutinum. Deinde officium matutinale cum adimpletum fuisset, adhuc diluculum non poterat considerari; sed dictus monachus, ad missam preparatus, missam ante diem dicere non audebat, sed lassus ex humana fragilitate perrexit ad cellam suam et, capite et brachiis mense sue innixis, sedens tamen in scamno, pausans dormire aliquantulum cepit; et in ipsa requie corporis raptus extitit eius spiritus in monasterium iuxta sepulchrum beate Alberadis, quia[d] idem monachus pene cotidie in altari super sepulchrum beate Alberadis locato missam dicere consueverat. Et cum iuxta sepulchrum staret, apparuit persona venerabilis stature, sedens super runcinum nigrum, griseis vestibus indutus[e], habens pilium[f] in suo capite, ovino pelle vestitum. Statimque memorato monacho a Deo datum fuit cognoscere sedentem super runcinum esse marchionem Hermannum, maritum quondam beate Alberadis, et distancia fuit inter monachum et marchionem vix spacii sex pedum. Respiciens itaque monachus marchionem, est[g] multum gavisus, quod eum videre meruit, ob amorem beate Alberadis; sed et marchio monachum humili vultu intuitus est et extenta[h] manu inclinavit se[i] aliquantulum corpore monacho. Et cum marchio inclinaret se corpore, runcinus, in quo marchio sedebat, priora crura curvavit cum marchione. Monachus quippe exspectabat marchionem sibi aliquid loqui, marchio vero extentam[k] manum movens, humili voce dixit monacho: 'Eya, quam bene facis, quod cotidie consuetus es dicere missam in altari super tumulum beate Alberadis. Eya, habeto eciam deinceps memoriam mei apud Deum!' Ad hec verba monachus extendit manum suam ad manum marchionis, volens sibi promittere velle adimplere peticionem suam. Sed marchio retraxit manum suam et non permisit manum tangere neque ipsum monachum, sed dixit humiliter monacho: 'Bene, confido verbis tuis'. Et statim marchio disparuit, et monachus evigilavit; eciam diluculum per fenestram cellule proruperat. Monachusque, ad missam preparatus, ad antedictum altare confestim perrexit missamque devota mente, memorata visione, celebravit, in qua studiosa oracione animam beate Alberadis et memorati marchionis lacrimando Deo commendavit. Modico itaque tempore elapso, sepedictus monachus quibusdam de fratribus suis prefatam visionem narravit; qui omnes decreverunt in capitulo de cetero memoriam prelibati marchionis apud Dominum retinere.

14. Beata itaque Alberadis, dum ex ruina sui mariti esset viduata et ex perdicione filiorum et filie graviter humiliata et a circumsedentibus inimicis pluribus molestiis occupata, erat tamen ex divina gracia in animo robusta, ut nec ex occupacione inimicorum a via rectitudinis flecteretur nec ex amissione carorum ab amore divino removeretur. Erat enim anima eius[l] armata divina confidencia et bonorum operum multis virtutibus munita; iuxta quod Salomon de sancta ecclesia aut de fideli anima loquitur (Cant 4, 4.) dicens in Canticis: *Collum tuum sicut turris David, que edificata est cum propugnaculis; mille clipei pendent ex ea, omnis armatura forcium.* Sic namque beata Alberadis divinorum eloquiorum clipeis animam suam in hac vita munivit et contra spiritales nequicias exemplis sanctorum patrum salubriter armavit. Quoniam[m] enim mortem mariti et ablacionem filie postmodum ad Deum corde erecto decessumque filiorum pacienter toleravit, erudita sanctis predicacionibus, multitudine clipeorum animam suam munivit, quoniam[n] omnia que in hoc seculo possedit Domino, monasteria[o] construens, resignavit et contra omnia anime adversancia se viriliter armavit, firmiter speramus in Domino, quod de area, in qua monasterium nostrum[p] situm est, in qua eciam[q] sanctum corpus beate Alberadis requiescit, cenobium Bantz meritis eius hanc obtinuerit graciam, ut, quamdiu vigeat ordo beati[r] Benedicti, eciam in ipso monasterio non deficiat religiosorum virorum commansio, qui eciam ibidem sint mancipati divinorum officiorum obsequio. Quare[s] de eventibus, que[t] in preteritis temporibus novimus corpori beate Alberadis commorantes, non tacebimus miracula, que propter ipsum monasterium et in ipso monasterio fecit Dominus.

15. Antedictum montem Steglitz nuncupatum, qui nostro monasterio, videlicet Bantz, tam propinquus esse dinoscitur, ut, quandocunque castrum desuper edificaretur et a nobilibus aut aliis possideretur, dubium non est, quin cenobium[u] Bantz desolaretur[v] —: nam ad ipsum montem dux Meranie quoddam castrum edificaverat, quod subito disposicione divina abruptum[w] est. Deinde heres illius viri, qui quandam[x] filiam beate Alberadis rapuerat, castrum in dicto monte Steglitz reedificavit, ut[p] ipsum castrum tam firmum edificatum securus pre omnibus possideret[y]. Sed possessores eiusdem castri ex securitate sue municionis non aliquos alios[p] nobiles circumsedentes aliquatenus verebantur. Per possessores itaque eiusdem castri cenobium Bantz cotidie interiit[z]. Una enim die ante cenobium rapuerunt vaccas,

a) Adhuc ergo 2. b) qui 2? c) quam 2? d) quod 2. e) induta 2? f) *sic* 1; pileum 2. g) *sic correxi;* qui multum 1; march. vultu gav. 2. h) extensa 2. i) *superscr.* 1. k) extensam 2. l) illius 2. m) Quando 1. 2. n) quando 1. 2. o) monasterium 2. p) *deest* 2. q) et 2? r) sancti 2. s) *correxi;* quia 1. 2. t) qui 2. u) monasterium 2. v) *sic* 1. 2, *sententia non finita.* w) ruptum 2. x) quondam 2? y) possidebat 2. z) periit 2.

1) A. 1267—1287.

altera die abstulerunt equos, deinde sine differencia omnia que poterant rapuerunt. Disperiit itaque monasterium de die in diem usque ad[a] nichilum. Et quando porrum aut alia olera ex monasterio nostro ad aquas extra portam lavanda portabantur, famuli predicti castri de suis latibulis accurrentes, Dei timore postposito, rapuerunt omnia. Hiis malis itaque per aliquod tempus durantibus, fratres cenobii in Bantz inierunt consilium, quid de huiusmodi malo essent facturi. Et pene simul omnium decretum extiterat, ut omnes exire deberent et cenobium relinquere solum. Sed quidam senex pater eiusdem conventus dixit: 'Placeat utique, ut audiatis[b] meum consilium, priusquam omnes egrediamur de cenobio'. At[c] alii dixerunt: 'Loquimini, et audiemus[d]'. Et ille senex ait: 'Non videtur michi bonum, ut sic recedamus, non invocato auxilio divino, cum tamen scriptum sit: *Quis unquam speravit in Domino et derelictus est ab eo?* Propterea[e] utique placet[f], ut patronis nostris obsequia devota et obsecraciones exhibeamus, quatenus ipsi pro nobis ad Deum intercedant, quia forsitan, que nostre preces non obtinent, merita sanctorum patronorum nostrorum apud Dominum impetrabunt, quia *iuxta est Dominus hiis qui tribulato* Ps. 33, 19. *sunt corde, et humiles spiritu salvabit*'. Hoc itaque consilium simul omnibus placuit, et decreverunt patronos suos, videlicet sanctum Petrum et sanctum Dyonisium et alios patronos suos cum beata Alberade devotissime invocare et decreverunt solemnitatem patronorum predictorum peragere, quasi solemnitas eorum interesset. Vesperas[g] die prima iniciantes[h], secunda matutinas cum omnibus horis canonicis, nichilominus et missam, quam cum omnibus attinenciis solemniter celebrarunt, et devotissime Dominum supplicarunt, ut meritis memoratorum patronorum eos de magnis suis tribulacionibus clementer eruere dignaretur.

16. Quibus divinis[i] obsequiis peractis, non tempus diuturnum transiit[k], et in una[l] noctium dominus castri Steglitz per omne corpus suum inquietari[m] graviter cepit, necquicquam utiliter dormire potuit. Qui cum in lecto iaceret et dubius esset, utrum vigilans aut dormiens esset, dixit quidam spiritus ad eum: 'Intende que[n] loquor tibi'. Et dominus castri dictus de Ratzenberg dixit: 'Loquere!' Et spiritus, qui loquebatur, sibi dixit: 'Moneo te divina monicione, quatenus castrum istud[o], quod multis ad dispendium et gravamen edificasti, confestim abrumpere non differas'. Et spiritus statim loqui cessavit. Prelibatus itaque de Ratzenberg perterritus cogitabat, quod lucescente die castrum[p] vellet destruere et abinde recedere. Et cum dies clara illuxisset, et sublimi speculacione in suo castro multas regiones cum castris, civitatibus et villis circumpositas conspiceret, ait intra se dicens: 'Stultum opus fuisset, quod per iussum cuiusdam fantasmatis tam nobile castrum destruxissem[q]'. Habuitque idem de Ratzenberg filium Kiseline[r] nomine, quem eiusdem castri fecerat heredem, quem pre aliis diligebat. Hic repente rabidis morsibus manus proprias dilaniare cepit et insania gravissima et pessima vitam finivit. Secunda nocte spiritus iterum veniens ad dominum castri antedicti noctis silencio, iterum[s] dixit ad eum: 'Cur non fecisti circa castrum quod iussus es hesterna nocte?' Et perterritus evigilavit et graviter infirmari cepit. Die autem claro facto, cogitavit intra se, quid esset facturus. Durum quidem sibi videbatur, si monicionem memorati spiritus desereret, et gravius, si id ipsum castrum contra Deum possideret. Senciebat enim ex divina vindicta horribili morte perdidisse filium et magnam infirmitatem suo inherere corpori. Tercia itaque nocte, cum corpus suum sopori dedisset, terribiliter pressus a quodam spiritu, audivit eundem[t] spiritum dicentem sibi: 'Quia non es correctus neque per ruinam filii tui neque ex[u] infirmitate corporis tui, noscas certissime, si crastina die castrum istud resignatum non[v] deserueris[w], sequenti die in funeris feretro invenieris'. Et statim evigilavit, et infirmitas sui corporis augmentari cepit, diemque difficulter exspectavit. Die autem facto, invocavit Dominum, ut crudelem mortem in ipsum repentina calamitate differret; optima arma[x] sua accipiens, sedit super optimum suum runcinum, cum suis famulis paucis venit ad cenobium Bantz devotaque mente optulit se abbati et conventui, dicens: 'Rogo vos omnes meos dominos, ut castrum Steglitz a me resignatum accipiatis, runcinum quoque meum et arma mea vobis offero, rogans vos precibus studiosis, ut, quicquid[y] de dicto[z] castro vobis et cenobio isto[a] contra iusticiam nocui, michi indulgeatis, quia per sancta sanctorum iurabo vobis deinceps fore innocuus in omnibus vestris bonis'. Hec verba[b] abbas et conventus audientes, gavisi in cordibus suis, Deo gracias multiplices retulerunt, castrumque[c] suum Steglitz in potestatem suam et alia munera ipsis oblata grataner acceperunt. Deinde abbas Conradus[1] et conventus cenobii Bantz, spiritualibus vestimentis induti, quasi solemnitatem aliquam sanctorum celebraturi, cum ymnis et canticis ad antedictum castrum accedentes, magna tamen multitudine virorum processionem[d] memoratorum fratrum subsequente, ingressi castrum Steglitz, propugnacula et omnes municiones eiusdem castri confregerunt. Fertur eciam, quod, cum speculator propugnaculi descendere ipso tempore debuerat, lapsis pedibus, de scala ad necis articulum corruisse, et in destructione eiusdem castri quoddam lignum casu portarium oppressisse. De ipsis quoque lignis queque abbati et conventui placuerunt ad cenobium Bantz deduxerunt[e]; quorum aliqua me vidisse profiteor, per quendam senem patrem monachum michi demonstrata.

a) in 2. b) audiatur 2. c) Et 2. d) audiamus 2. e) Preterea 1. 2. f) placeat 2. g) Vespertinas preces 2. h) incientes 1. i) divins 1. k) pertransiit 2. l) uno 1. m) inquietare 1; gr. inq. 2. n) quid loquar 2. o) *deest* 2. p) Steglitz *add.* 2. q) destruxisset 1. r) Kiselinum 2. s) d. it. 2. t) eum 2. u) per infirmitatem 2. v) *deest* 1. w) desereris 1. x) s. a. arripiens 2. y) quicq̃ (quam) 1. z) c. d. 2. a) *sic* 1; isti 2. b) una 2. c) que *deest* 2. d) processione 2. e) detulerunt 2.

1) De hoc nihil constat. Credunt eum primum fuisse abbatem post fundationem Albradae; Sprenger l. l. p. 116; Oesterreicher l. l. II, p. CXLVI.

FUNDATIO MONASTERII EBRACENSIS.

In Libro pitanciarum monasterii Ebracensis in archivo regio Bambergensi servato exstat f. 33. 34. manu saec. XV. exarata brevis historiola fundationis huius coenobii ordinis Cisterciensis, quam inde edidit Fr. X. Wegele, Monumenta Eberacensia p. 1—7. Quae quidem post obitum Adami primi abbatis († c. a. 1161)[1], haud vero multo post[2], ut arbitror, simplici ratione ac fide digna conscripta est[3].

Subiunximus notitiam de donis a Cunone praeposito Bambergensi in fundatione huius coenobii monachis datis, quae in eodem Libro pitanciarum f. 42'. exstat, a Wegele l. l. p. 45 sq. edita[4]. *O. H.-E.*

RELACIO A QUIBUS ET QUANDO DOMUS HEC FUNDATA SIT.

f. 33 1127 Anno ab incarnacione Domini 1127, sub reverentissimo papa Honorio et secundo imperii anno Lotharii imperatoris, temporibus etiam venerabilium archiepiscoporum Adalberti Moguntini senioris, Friderici Coloniensis, Cunradi Salczburgensis, Norberti Madeburgensis necnon beate memorie pontificum Cunonis Ratisponensis, Ottonis Babenbergensis obtulerunt quidam duo milites, qui erant carne germani fratres, Berno et Riwinus[5], castrum suum Ebera[6] dictum ordini Cysterciensi ad construendam abbaciam, obnixe rogantes, ut, destructo servicio demonum, construeretur ibidem sub regula sancti Benedicti congregacio monachorum die noctuque domino Deo serviencium. Quod et factum est[7]; et ordinatus est illic abbas quidam sapiens ac religiosus Adam[8] nomine, natus ex provincia civitatis Agrippinensis Colonie. Fundatoribus vero loci, fratribus illis Bernone et Riwino, dominum abbatem rebus suis strenue iuvantibus, multisque principibus amminiculantibus, precipue tamen Cunrado rege cum uxore sua Gerdrude regina, non tamen adhuc coronatis, nondum renitenti diademate potitis et regali sceptro sublimatis[9], cepit edificari festinanter et cum tanto
1134. studio insigne cenobium, ubi paulo ante fuerat spelunca latronum, ut septimo anno, Dei opitulante gracia, totum illud opus perficeretur egregium. Unus autem de supradictis fratribus, Berno videlicet, qui senior fuit etate, zelo Dei succensus, cum maximo fervore actibus seculi et pompis eius renuncians, sancte conversacionis habitu vestiri meruerat, sub quo quasi bonus dispensator necessariis fratrum subserviendo invigilans et monasterio multis utilissimis occupacionibus administrans, sancte religioseque vivebat et virtutum culmine clarus et consummatus usque in finem perseverabat. Riwinus vero, licet milicie cingulo succinctus esset et seculari tunica vestitus incederet, euangelium tamen Christi sicut religiosus in pectore gerebat; quod occultavit militaris habitus et obumbravit clamidis aspectus. Perfectis itaque edificiis omnibus decenter et secundum ordinem bene compositis,
1134. Oct. 7 consecrata est anno ab incarnacione Domini 1134, concurrentibus septem, epactis existentibus quatuor, indiccione vero 12[10], die Nonarum mensis Octobris eiusdem anni sancta Dei Eberacensis ecclesie basilica et tria capitalia eius altaria, principale scilicet ad dexteram et

1) Quem auctor *sancte recordacionis, felicis memorie* et *cuius memoria in benediccione* dicit. 2) Cum Eugenio Montag in historia Ebracensi manu scripta, quam Wegele p. IX. citavit, eam non post a. 1180. compositam esse censeo, cum auctor posterior vix recte episcopos a. 1127. enumerare potuisset, ut hic in exordio factum est; porro cum auctor tam pio animo Adami virtutes praedicet, ut eum vivum vidisse videatur. Haud ita absonum est quod Montag coniecit (Wegele l. l.) auctorem fuisse Rapotonem abbatem, Adami successorem, quod ei haud dubie haec verba persuaserunt: *Adam . . . propositus est . . . exemplum . . . post nos futuris abbatibus.* Monendum vero est haec etiam a monacho quodam scribi potuisse, qui verba *post nos* eandem vim ac *post nostra tempora* habere voluerit. 3) Hodierna nomina locorum a V. Cl. Wegele annotata cum eiusdem nominis sigla apposita in notis repetivimus. 4) Quam iam Weigand, 'Gesch. d. Fränk. Cisterc. Abtei Ebrach' (Landshut 1834) p. 3. fere integram edidit, qui et historiola fundationis usus est. 5) Hos Conradus III. rex ad Manuelem imperatorem a. 1146. misit; cf. Otto Frising., Gesta Frid. I, 25, ed. Waitz p. 34. 6) Burgebrach in Franconia superiore, prope quod monasterium Ebrach situm erat. 7) In tabulis chronologicis abbatiarum Cisterciensium fundatio Ebracensis ad diem Iul. 25 (falso in nonnullis ad a. 1126, in aliis recte ad a. 1127) refertur; cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 13. 286. 8) Idem est, ut videtur, ad quem epistolae s. Bernardi nr. 5. et 7. (ed. Mabillon) datae sunt, antea monachum Morimundensem. 9) Auctor dicere voluit: *cum Cunrado et Gerdrude, qui postea* (a. 1138) *rex et regina creati sunt.* 10) Auctor epactas, sed non indictiones, die Sept. 1. mutatas computavit.

levam eius a venerabili et catholico viro Embricone, Wirczburgensis ecclesie episcopo, rogatu sancte recordacionis et omni laudis preconio dignissimi prefati Adam, primi eiusdem loci abbatis. Hic enim erat verus Dei cultor, monastice religionis, honeste paupertatis disciplineque regularis ardentissimus amator, fidelissimus emulator[a]. Porro sub cura et regimine tanti pastoris cepit idem monasterium per divinam clemenciam non mediocriter in brevi Christi bono odore repleri, in sancta conversacione proficere, opinione clarescere, rebus necessariis crescere, spirituales eciam Deo filias[b] procreare, id est[c] plures abbacias per diversa terrarum loca construere. Quarum primam construxit in Charinthia Runam[1], postea Lancheim et Halsprune[2], deinde in Boemia Nepomuk[3] et in Bavaria Aldersbach[4], ad extremum Wildhusen[5] et Willering[6]; quas oportet omnes pariter sancte Eberacensi ecclesie tamquam filias matri secundum tenorem et decretum ordinis Cysterciensium tam devotam quam debitam reverenciam exhibere. Comparavit quippe eciam vir sacer ille circumquaque coram certis testibus predia multa, vineis peroptimis, campis, pratis, pascuis ad animalium nutrimenta et nemoribus consita, emitque ea partim concambio, partim pecunia, construens in eis horrea et multa edificia. Suntque hec omnia cum matre eorum Eberacensi abbacia per providenciam eius Romanorum pontificum[7] apostolica et eiusdem urbis imperatorum regia auctoritate[8] privilegiata et regule sancti Benedicti deputata. Quodsi forte quis ordinem rei, qualiter hec gesta sint, curiosius voluerit investigando perscrutari, poterit ea plenius in cartis sigillatis, que pro testimonio reservantur in monasterio, si easdem enucleacius et attencius perlegerit, ediscere. Prima vero Eberacensium curiarum, quas in supradictis prediis construxerat pater idem, vocatur Stokheim, secunda Alotzheim[9], tercia est in civitate Wirczpurg, quarta dicitur Husen[10], quinta Hernstorff[11], sexta Sulczheim[12]. Nam circa prima tempora ordinacionis sue construxerat curiam unam iuxta ambitum claustri et septa monasterii.

Ecce qualiter bonis omnibus cumulata et supereffluens prudencia felicis memorie abbatis Ade, qui fuit fidelis servus et prudens super familiam Domini sui, providit hinc inde (Matth 24,45) stipendia conservis suis in perpetuum servientibus Christo in Ebera sub religione monastica. Tali namque modo contigit, sicut dictum est, ut Eberacense cenobium apostolico et imperiali decreto iuri sancti patris nostri Benedicti mancipatum et monastico ordini determinatum ab exordio sui, et hoc exigente, sicut putamus, meritis et industria eiusdem Deo digni et per cuncta laudabilis viri, fama fieret celeberrimum, religione conspicuum; quodque his omnibus est pre multitudine ceterorum illustrium virorum tam clericorum quam laicorum et quorundam ex ipsis secundum seculi dignitatem nobilium atque potentum non parum quidem declaratum et sic in presenti cernitur cunctarum virtutum flore decoratum. Ergo talis ac tantus vir merito valde glorificandus, honorandus ac beatificandus est, cuius memoria in benediccione est. Ipse enim talem se exhibuit, dum adviveret et in hoc fragilitatis corpusculo positus peregrinaretur in terris, ut ab omnibus amaretur et veneraretur electis. Nam suavis et mitis erat, dulcis et affabilis, sobrius, castus et quietus, iustus, benignissimus et, ut breviter dixerim, fuit et per cuncta beatus, utpote incomparabilis et totus desiderabilis; qui velud civitas in monte constituta, que non potest abscondi, vel lucerna ardens et lucens (Matth. 5,14 15.) super candelabrum posita, ut luceat omnibus qui in domo sunt, propositus est speculum, forma et exemplum sidusque perlucidum omnibus ecclesie filiis qui presunt, precipue tamen post nos futuris abbatibus et in locum regiminis eius sibi invicem succedentibus. Digne igitur cani posset ad tumulum laudis eius carmen hoc ab omni fidelium conventu:

Hic vir despiciens mundum et terrena triumphans,
Divicias celo condidit ore, manu.

De manu namque sinistra transmisit ad dextram et posuit opes suas in celesti thesaurario, ubi nullus hostis poterit ultra nocere beato, ubi fures non effodiunt nec furantur, nec erugo (Matth. 6,20.)

a) *sic corrigendum esse censuit Wegele;* amator *c.* b) filios *c.* c) idem *ed.*

1) Reun prope Graetz, fundata a. 1130. 2) Langheim et Heilsbronn in Franconia, fundatae a. 1133. 3) Nepomuk fundata a. 1145. 4) Aldersbach dioec. Pataviensis, fundata a. 1146. 5) Bildhausen in Franconia superiore, fundata a. 1158. 6) Wilhering ad Danubium in Austria superiore, fundata a. 1146. 7) Innocentii II, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 8213; Eugenii III. ib. nr. 9179. etc. 8) Conradi III. St. nr. 3563. 3587. 3599; Heinrici VI. St. nr. 4844. 4954. 9) Mönchstockheim et Alitzheim (BA. Gerolzhofen). W. 10) Kaltenhausen ad Moenum fl. prope Volkach situm. W. 11) Herrnsdorf in Franconia superiore prope Burgebrach. W. 12) Sulzheim in Franconia inferiore (BA. Gerolzhofen). W.

nec tinea demolitur. Quoddam tam insigne et multum laudabile fulsit et enituit in eo, quod specialius notari poterat, exceptis innumeris virtutibus, quibus refloruit et preditus erat: nam omnes qui personam eius caritatis officio colebant, et quibus preconia meritorum eius innotuerant, non mediocriter mirabantur eum sine dissolucione hylarem, sine turbulencia gravem,
Iob 29, 15 amplectebantur eius in religione modestiam, in consilio prudenciam. Oculus quippe fuit ceco et pes claudo, et quemadmodum de quodam legitur, cunctis largus erat et sibi parcus erat. Propter hanc itaque tantam perfectionem, quam habebat, propter superexcellentem vitam, conversacionem mundissimam ac religionem eximiam, qua preminebat, omnibus filiis hominum nimium carus extiterat et Deo, angelis et celestis curie ordinibus gratissimus erat. Sedis autem apostolice presulibus et episcopis adeo acceptabilis et familiaris erat, ut eum multociens epistolis suis supra modum extollendo et honorificando preferrent ipsique multa ecclesiastica negocia sua in Teutonico regno tractanda[a] et determinanda committerent[1]. Quibus eciam de quacunque re, vel quocienscunque expedivit et necessitas exegit, quasi facundissimus orator convenienter luculento peritoque sermone respondit ipsisque et de mundi contemptu et celestibus desiderandis sepissime docto, venusto congruoque dictamine scripsit. Abbates vero, prepositi et abbatisse in tantum acclines fuerunt ei et pretulerunt eum sibi, ut eum de spiritualibus ac dubiis rebus frequenter humillime consulerent[b] ipsumque pre nimia dileccione[c] Deo et hominibus diligentissime commendarent. Imperatoribus autem, regibus et proceribus in principali culmine constitutis et timori et amori fuerat[2], quibus et
2. Tim 4, 2. interdum velut magister discipulis imperabat, complens illud apostolicum: *Argue, obsecra, increpa*, monita dabat et salutis consilia amministrabat. Pro hiis omnibus, et quia omnibus
1. Cor. 9, 22 erat omnia factus, sublimibus personis satisfaciens, infimis vero in nullo se preferens aut equipperans[d], sed suppeditando prosternens et, ut paucis perstringam, quia a monachis et fratribus suis semper plus amari quam timeri desideraverat, non inaniter creditur, quod dulcis memoria eius in eterna beatitudine immortalis, felix et benedicta permaneat.

f. 34 Dedicata est autem ecclesia et principale altare eius in honore regine celi sancte Dei genitricis semperque virginis Marie et sancti Iohannis apostoli et euangeliste sanctique Nicolai episcopi et confessoris; ante quorum altare iacet eciam sepulta pie memorie supradicta nobilis et inclita Gertrudis Romanorum imperatix et mater Heinrici regis[3], que obiit
1146. Apr. 14. 18. Kal. Maii anno Domini 1147.[4] et nono regni eius, primo scilicet anno ante illam maximam expedicionem Iherosolimitanam mariti sui Conradi, christianissimi regis Romanorum, ac Ludowici serenissimi regis Francorum.

---

f. 42' Eo tempore quo dominus Adam venerabilis Eberacensium abbas et fratres sui in Orientalem
1127. Franciam venientes, vagis sedibus incerti, tandem in loco Ebera consederunt, res eorum tenuis erat valde, et per multos annos egestate laborabant. Itaque dominus Conradus custos maioris ecclesie in Babenberg et prepositus Sancte Marie in Turstat[5], paupertati eorum compaciens, cum in voluntate viveret oracionis gracia visitare dominicam sepulturam, accepto a religiosis viris consilio, omnem expensam ad iter preparatam, 30 videlicet talenta, ad iacienda[e] monasterii fundamenta erogavit, ea sane intencione, ut, quidquid in ipso loco deinceps superedificatum foret, coram omnipotente Deo ipsius saluti proficeret. Postmodum vero 10 talenta ipsis fratribus obtulit, ut in fundo ecclesie ipsius agros ex silva novarent, ex quorum fructibus, anniversarium eius singulis annis celebrantes, absque omni contradiccionis scrupulo servicium refeccionis ubertim habere debeant. Item exstructo eorum dormitorio, cum pre inopia rerum lumen sufficienter ibi habere non possent, ipse[f] solita circa eos usus benignitate, 5 talenta dedit, ut agros facerent, ex quibus prefate domui ab anno in annum lumen provideretur. Item, proficientibus rebus eorum, cum fratres augmentari cepissent, ad dilatandum monasterium et fratribus exterioribus chorum faciendum 10 talenta impendit et aureum anulum marcam valentem. Insuper, cum cara esset annona, ad
1134. prefatum opus 10 modios frumenti dari precepit. Item in consecracione monasterii omnibus altaribus camisias de suis impensis faciebat et tapete de nobili opere ad crucem adornandam in parasceue et in festivitatibus ante altare ponendum dedit. Omnia hec si rite computata fuerint, 60 talentorum summam facient. Hec idcirco literis breviter ad memoriam revocantur, ut apud fratres eiusdem loci maiori gracia et pleniori caritate ipsius recordacio habeatur, quia necessitatis tempore rudius surgenti ecclesie etiam parva donaria graciori oportunitate prodesse videbantur magis quam nunc adulte ingencia.

a) tractando *ed.* b) consulerint *ed.* c) dilecione *ed.* d) *sic c.* e) iacenda *Weg.* f) ipsa *Weg.*

1) De talibus negotiis eius cf. Weigand l. l. p. 12 sqq. Cf. Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 8477. 9231. 9232. 2) Conradum regem a. 1146. comitatus est; Otto Frising., Gesta Frid. I, 42. A. 1152. a Friderico rege ad Eugenium papam legatus missus est; Jaffé, Bibl. I, p. 499. 3) (VI) a. 1149. ante patrem defuncti. W. 4) Potius a. 1146, quocum etiam annus regni 9. Conradi, et quod huuc annum primum ante expeditionem Hierosolymitanam dicit convenit; cf. Bernhardi, 'Konrad III'. II, p. 471. 5) Suburbium Bambergense.

NOTITIAE FUNDATIONIS MONASTERII CORBEIENSIS.

Duas notitias breves de fundatione Corbeiae novae edidit b. m. R. Wilmans, 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' I, p. 507—510,

I) alteram cum memoria donatorum regum et comitum et nobilium paulo ante a. 1158. *scriptam*[1], *manu saec. XIII. continuatam, ex codice celeberrimo olim Corbeiensi, iussu Adalberti praepositi conscripto*[2], *nunc archivi Monasteriensis signato I,* 133, *pag.* 93, *cuius maximam partem iam antea ediderunt Kindlinger, 'Sammlung merkw. Schriften u. Urkunden' p.* 168—171, *et Wigand, 'Gesch. v. Corvey' II, p.* 222;

II) alteram ex codice Hervordiensi[3] *VII,* 5208, *qui eandem bis, scilicet* 1) *p.* 16. *saec. XIII.* 2) *p.* 33. *postea, paulo post a.* 1262. *videlicet, exaratam praebet. Utramque ex hac editione recudimus, notis clarissimi editoris partim repetitis.*

C. Rodenberg, 'Die Vita Walae' (Diss. Gott. 1877) *p.* 97 *sqq. recte falsam opinionem Wilmansii*[4] *reiecit contendentis notitiam II. iam saeculo X. compositam*[5] *et ab auctore notitiae I. exscriptam esse, sed ipse non minus falso statuit et in utraque notitia et in additamentis Corbeiensibus ad capita Thietmari VII,* 9. 53. *(et I,* 10), *SS. III, p.* 840. 860. (740), *quandam notitiam fundationis perditam exscriptam esse, cum facile sit perspectu additamenta ad Thietmarum ex notis Catalogo abbatum Corbeiensium praemissis, SS. XIII, p.* 274 *sq., et notitia supra dicta I. et Annalibus Quedlinburg. et Corbeiensibus congesta esse, ut Wilmans p.* 110. *optime censuit*[6], *auctorem vero notitiae II. iam notitiam I. exscripsisse; illam igitur post medium saec. XII. et ante medium fere saec. XIII. conditam esse.* *O. H.-E.*

I.

Domnus Liudewicus imperator augustus emit hanc marcam a quodam Bernhardo comite[7] ita distinctam: Ab oriente terminatur fluvio Wisera, ab aquilone Beringison et Albahtesson, a meridie Gudolmon et Meingotesson, ab occidente Liutmaressen[8]. Electis autem probatissimis de Gallia monachis cum sancto Adelhardo, datis reliquiis sancti Stephani[9], hoc Corbeiense coenobium ipse construxit et dedicari fecit. Post excessum beati Adelhardi Warinus, regiae prosapiae vir, abbas ordinatur. Qui dono prefati divae memoriae imperatoris et Hildewini abbatis corpus Viti septennis pueri monasterio intulit[10], et mox patrocinio tanti martyris Saxonia rerum suarum prosperitate in inmensum excrevit, multorumque regum aliorumque fidelium oblationibus paupertas loci nostri decrevit. Quorum post imperatorem primus erat ipsius capellanus Geroldus diaconus[11], vir omni scientia eruditus. Qui, traditis sanctis Stephano et Vito omnibus quae habebat — inter quae obtulit Gudolmon et argenteam crucem 12 librarum magnamque copiam librorum —, iam Christi pauper se ipsum abnegans, libertatem secularem servitute Dei et sanctorum eius nobilitavit.

Donatorum autem ideo memoriam annotamus, ut sine intermissione precum eis mercedem rependamus.

1) Cf. Wilmans l. l. p. 111. 2) Qui etiam catalogum abbatum et nomina fratrum, SS. XIII, p. 274 sqq., continet. 3) Continet etiam Vitam Waltgeri, quam Wilmans l. l. p. 488 sqq. ex eo edidit. 4) l. l. p. 22. 507. 5) Pro qua probanda Wilmans nihil aliud afferre potuit, nisi quod nominis forma *Hludowici* in ea occurrat, quod nihili est. 6) Recte igitur idem p. 111 sq. statuit Annalistam Saxonem, qui codicem Thietmari additamentis Corbeiensibus auctum adhibuerit, non ante a. 1158. scripsisse. — Quod Rodenberg p. 99. huic opponit argumentum quidquam valere iure denegare mihi videor. P. 101. idem concedit, notas catalogo abbatum praemissas quidem, sed non notitiam I, quae in eodem codice eodem tempore scripta est, in additamentis Thietmarianis exscriptas esse. 7) De quo vide Rodenberg l. l. p. 97 sqq. 8) Brenkhausen, Albaxen, Godelheim, Maygadessen, Lütmarsen, omnes in circulo Höxter. WILM. 9) Haec ex diplomate Ludovici Pii, Reg. Imp. I, nr. 754. 10) Cf. Transl. S. Viti c. 12—15, SS. II, p. 580 sq. 11) De quo cf. Wilmans l. l. p. 66 sq.

Liudewicus imperator dedit piscationem in Wisera quae dicitur Huocwar[1].

Lotharius imperator Slavos quos debellavit sancto Vito donavit.

Heinricus imperator pius cum uxore Mahtilde dedit inpensas auri et gemmarum ad fabrefaciendum altare sancti Viti.

Otto comes tradidit Burstalli. Thuring comes Forste et Liutheressen. Amulung comes Bikethop; Hathuwig, mater eius, Amulungessen. Esic comes vineas in Kastinaco; Bilidrud, sua coniux, Budinaveldan; Ida, secunda coniux eius, Imminchusan et Helmenskethen. Thinchradus Sturmethi. Ecbertus Medesthorp. Arnulfus imperator Lacheim. Sifridus dux Gruoninge. Conradus rex Kaminatam. Item Sifridus comes Sconlare. Wal pater[2] Budrike. Marcbodo Ercluon. Bia Folkeresson. Rodegerus comes Meingotessen. Wicmannus comes Dungon. Hatuwih comitissa Beverunge. Heremannus Mylenhusen. Thiethart et Hathuwif Rimbike. Uffed Stale, Albehtessen, Hegenhusen. Folchart Lottun. Ricclint Ittere castrum.

Item[a] Ludewicus imperator ecclesiam Eresburch et Meppiam cum ecclesiis subiectis[3].

Lodewicus secundus abbatiam in Visbeke cum singulis basilicis ad ipsam spectantibus ac decimis[4]. Item tradidit hereditatem in Westerwolt cum ecclesiis inibi existentibus in proprietatem huius ecclesiae Corbeiensis. Item Asschendorp cum ecclesiis sibi subiectis[5].

Has decimas tenet ecclesia nostra: Decimam de curia Liuthardessen. Beveruggen. Dasburch. Mulenhusen. Buthelesthorp. Giumunde. Bodrike. Munichusen. Belderinchusen. Wulvelage. Hunburstelde. Folcmaresheim. Liuthmaresheim. Liutheressen. Mersch. Erclen. Brumelincthorp. Leciaci Kastinaci. Hottepe. Nutlon. Keflike. Nen. Croppenstede. Hemmenthorp. Holthusen. Gronigge.

In Fresia quandam possessionem que vocatur Merthen. Item in eodem loco ecclesiam de Lingverd, insulam Rougianam et piscationem Hocwar.

Magintillis comitissa 4 mansos in Dalenhusen totumque montem Haddenbarch cum villa et omni iure prediumque suum in Culingen.

Amenungk comes tradidit maiorem partem ville et agrorum in Tidlixen et in Hestern.

Meynhard tradidit unum mansum in Helmwerdeshusen et duas hopas in Firwerdinghusen.

Heroldus comes tradidit Kathwinkel prope Drendelborch.

II.

Ludowicus imperator cesar, servorum Dei amator, maxime monachorum[b], volens monasterium facere in provintia Saxonum, quam pater suus[c] Karolus augustus subegerat in
Not I. suam ditionem, emit itaque possessionem a quodam Bernhardo comite, qui tunc temporis nobilissimus Saxonum necnon in sua tribu princeps et precipuus habebatur. Qui voluntati cesaris libenter acquiescens, tradidit ei possessionem suam, hoc est villam Huxeri[6] cum domo sua lapidibus exstructa[d], que usque hodie permanet — quam villam Bernhardi Selicasam[e]
ib. vocant —, et omnem Huxeri marcam in potestatem. Que ita distinguitur: Ab aquilone pertingit ad Berinchusen[f] et ad villam Albrathinchusen[g], ab occidente habet terminum Lutmereshusen[h], ad meridiem pervenit usque Gudulmo[i] et Meingodeshusen, ab oriente cingitur fluvio Wisara. Hec est marca Huxeri. Quicquid infra est in agris, in silvis, in montibus, hereditas fuit Bernhardi comitis, quam
ib. tradidit Hludowico cesari. Qui, vocatis de Gallia monachis religiosis, commendavit eis reliquias sancti Stephani protomartyris, et dans hanc markam ad reliquias predictas, iussit[k], ut ista marka ecclesiam construerent et dedicari facerent in nomine sanctissimi protomartyris Stephani. Quod Deo
844. disponente ita peractum est[7] temporibus Warini abbatis, qui quinto anno huius loci inchoationis regimen accepit tenuitque annis 30 Tradidit etiam monasterio huic in eius diebus piissimus imperator supradictus Hludowicus abbatiam[l] in Eresburg[m] et alteram abbatiam[n] in Fisbiki[o] nominatam pro se suisque omnibus antecessoribus suis vel parentibus[8].

a) *sequentia manu saec. XIII. post addita sunt.* b) man. 1. c) *deest* 1. d) exstructam 1. 2? e) Celic. 2. f) Bercingehusen 2. g) Alberteshusen 2. h) Meygodeshusen 1. i) Godulmo 2. k) iussitque 1. l) abbadiam *corr.* abbaziam 1. m) a. Mersberg, hoc est in monte Martis 2. n) abbadiam 1. o) Visbike 2.

1) Ex dipl. Reg. Imp. I, nr. 871. 2) Walo abbas, qui a. 1015. depositus est. WILM. 3) Ex diplomatibus Reg. Imp. I, nr. 804. 906. 4) Ex dipl. ap. Wilmans l. l. p. 438 sqq.; BR. Car. nr. 772. 5) Harum donationum diplomata non exstant; Wilmans eas non probabiles esse iudicat. 6) Höxter. 7) Cf. Ann. Corb., SS. III, p. 3. 8) Haec ex notis SS. XIII, p. 275. editis vel ex additamento notitiae I. sumpsit, falso Fischbeck a Ludovico imperatore donatum esse scribens, fonte male lecto.

Post hanc itaque et huiuscemodi veritatem addidit adhuc pius imperator Hludowicus hanc eandem ecclesiam sancti Petri sanctique protomartyris Stephani glorificare gloria magna deditque preciosissimum Christi thesaurum, hoc est corpus sancti Viti martyris, quod transportaverunt de Gallia Warinus abbas et eiusdem loci venerabiles monachi, in cuius laude et gloria omnibus Saxonie partibus pax Christi permanet[a] et victoria. Amen.

a) permaneat 2.

FUNDATIO MONASTERII SCHILDECENSIS.

Ut integram historiam fundationis coenobii monialium Schildecensis in dioecesi Paderbornensi a. 939. *constructi ederemus, eo potissimum adducti sumus, quod hic libellus, qui etiam Vitae Marcswidis, fundatricis huius coenobii, titulo inscribi potuisset*[1], *hucusque ineditus lateret, cum vix dignus sit, qui huic collectioni inseratur. Demum enim eo tempore conscriptus est, quo rei vere gestae vix ulla memoria supererat, et quae vera ei insunt ex diplomatibus regum ipsi insertis et ex calendario quodam Schildecensi*[2] *sumpta, reliqua omnia aut ex incerta nimisque obscura traditione hausta, aut, quod apud me constat, efficta, certe fabulosissima sunt. Quo tempore auctor vixerit, ipse quidem non indicavit, multa autem indicia sunt, quae mihi persuaserunt hunc libellum non ante saec. XIII. conscriptum esse. Hoc enim dicendi narrandique ratio, hoc verba antea raro aut omnino non usitata*[3], *hoc alia etiam gravioris momenti suadent*[4]. *Vix etiam contradicerem, si quis saec. XIV. demum hunc libellum compositum esse censeret. De auctore quod coniiciam, nil habeo, nisi eum architecturae peritum vel saltem amantem*[5], *ideoque clericum, non monialem Schildecensem, fuisse.*

Codex membranaceus Schildecensis, qui hunc libellum continebat, iam periisse videtur, superest vero apographum eius ab H. A. Meinders a. 1707. *factum, servatum in archivo regio Monasteriensi, signatum*[6] *VII.* 3336 (5. 1), *chart.*

1) Fundationis vero titulum praetulimus, cum auctor ipse in exordio se scripturum dixerit, *qualiter et a quibus ecclesia Schildecensis sit fundata.* Titulum autem Vitae Marcswidis ei indiderunt, qui de hoc opusculo retulerunt, ut Wilmans, ‘Kaiserurkunden der Provinz Westfalen’ I, p. 316. II, p. 35. 2) Quod c. 17. laudatur. 3) Velut c. 1. *moralitas*, c. 2. *transsubstantiata*, c. 7. *favoralitas, consistorium pape* (quod ap. Ducange-Henschel primo ex Gestis Innocentii III. affertur), c. 9. *rochae acuminatae, rudibilis, cognoscibilius*, c. 17. *audibiliter.* 4) Ipsi Vitae post diploma Ottonis I. charta Sifridi episcopi Paderbornensis (a. 1178—1186, inserta est; quod quidem incuria librarii factum videtur, ex cartulario forsan hanc chartam post diploma illud scriptam temerarie transcribentis, cum argumentum chartae cum narratione neutiquam cohaereat, sed quae auctor c. 15. retulit huius iam chartae ratione habita scripsisse videtur (v. p. 1051, n. 4). Porro quae auctor c. 5. 7. de arte aedificandi dixit, quae c. 8. scribit: *papa ... memorabile factum Registro commendavit* et praesertim c. 15: *minoribus curtibus que vulgo vorewerck vocantur* mihi persuadent, ut auctorem non ante saec. XIII. scripsisse censeam. Nonnullis locis quidem syllabae sententias terminantes consonae occurrunt, quod auctorem saec. XII. iam scribentem indicare alicui videri posset, sed hoc non tanti momenti putarim, cum raro tantum hac arte sermo exornatus sit, quod etiam post saec. XII. facile fieri potuit. 5) Vide c. 5. 7. 6) Continet librum a Meinders compositum et prelo praeparatum, sed nusquam editum, quem inscripsit: *Origines et antiquitates Schildecenses sive Vita Marcswidis illustris matronae et fundatio monasterii secularis Schildecensis* etc., cuius maiorem partem occupat hic noster libellus cum amplo et verboso, sed prorsus fere inutili commentario. Primo folio Meinders inscripsit: *Vita illustris matronae Marcswidis comitissae, ni fallor, Ravensbergensis ex manuscripto antiquissimo ecclesiae Schildecensis septingentorum praeter propter annorum in minori forma quadrata litteris monachalibus barbaris conscripta et eruta opera et studio Hermanni Adolphi Meinders iurisconsulti Bilfeldiensis, regi Borussiae a consiliis iustitiae et directoris dicasterii Ravensbergensis. Accesserunt origines et antiquitates illustris monasterii Schildecensis cum variis documentis et chartis hactenus ineditis. Anno* 1717. In alio vero titulo legitur: *Meinders ... quaestoris Ravensbergensis et iudicii ibidem assessoris primarii. . . . Anno* 1707. Idem f. 61. de codice

fol., f. 66—107′, ex quo eum transcripsimus[1]. — *Versionem Germanicam eius, quam W. E. Alemannus a. 1686. ab H. Tegeler parocho Schildecensi accepit, nuper edidit Tümpel, 'Sechster Jahresbericht d. Hist. Vereins für die Grafschaft Ravensberg zu Bielefeld' (Bielefeld 1886) p. 5—32. Excerptum libelli a Strunck factum in eius notis criticis ad Schatenii Annales Paderborn. edidit Erhard, Regesta hist. Westfaliae I, p. 125, n.; eo usus est auctor Historiae Schildecensis dipl. ap. Harenberg, Monumenta hist. adhuc inedita fasc. II, p. 97 sqq.* *O. H.-E.*

Antiqui[a] gentiles maxime ad ethicam studia sua torquentes illustrium virorum dicta et acta memoratu digna aut litteris commendabant aut picturis similabant aut in quacunque durabili materia laborioso celte[2] effigiabant, ut quisquis novus tyro campum moralitatis ingrediens, dum militiam virtutum inspiceret parmaque inglorius alba[3] appareret, ad imitationem eorum provocaretur, quorum post mortem virtus effigiata successores traheret ad exemplaris contemplationem laudisque inspiraret amorem. Si itaque sic in aridis divine scientie expertibus, quanta decet de triumphalis ecclesie speculo ad imitamina virtutum exemplaris eniteat reverberatio, unde perfectus iocundetur et neglectus incitetur. Unde non immerito, inter prosperos crescentis ecclesie successus qualiter et a quibus ecclesia Schildecensis sit fundata, posteritati mandare opere pretium duxi, ne tanta gratia nube negligentie obtenebrata deliteat, immo eniteat; ut in quo meruerint institutores[b], in eo gratulentur successores. Hanc itaque materiam non ex fastu iactantie, non presumptionis temeritate assumo, sed simplicitate quasi faber primus ad primam incudem massam rudem apporto, quam subtilis inspector igne sublimioris scientie excoctam operoso pollice, expectabili opere ad unguem elimare et expolire poterit.

1.[c] Fuit quedam nobilis matrona in pago Wassega nuncupato Marcswidis nomine, que morum ornamentis et prediorum copiis abundavit. Que cum fuisset unica heres, monente posteritatis amore, parentes, ut decebat, nobili viro matrimonio in primeva etate eam copularunt, divinam misericordiam implorantes, ut per eam tante ditioni sue heredem obtinerent. At Dominus, iustarum precum intentor et plus quam votorum exauditor, prolem, qualem petebant[d], negavit, sed successorum inexplicabilem progeniem matre virtute editam eis destinavit. Languebat enim in illa genitive virtutis operatio, ut desperate secundum hominem prolis inopinata postea per adoptionem exuberaret propagatio. Sterilis quidem fuit in utero, ut uberius de matrice cordis nasceretur indeficiens filiatio. Dominus enim, ut impotentiam nature in ea demonstravit, ita matricem cordis eius divinis affectibus fecundavit, ut non matrissaret cum parturientis dolore, sed ad laudem Domini per adoptionem delectabiliter generaret cum exultatione.

2. Defunctis itaque parentibus, viro quoque nutu Domini de medio facto, dum liberam disponendarum rerum haberet facultatem, que hactenus corruptibili natura[e] erat sterilis, pium et fecundum cordis conceptum spiritualis mater profudit. Pro exemplari autem voti sui habebat Hervordensem ecclesiam, que a domino Waldero[4] noviter initiata, regale sanctimonialium monasterium attitulata, a regibus et principibus feliciter aucta, prosperis successibus florebat. Eodem itaque proposito, Domino tantum conscio, diu ferbuerat et Dominum in adiutorium eius intendere et ad votum eius festinare fletibus et sedulis orationibus die[f] noctuque interpellabat. Habebat autem proximos heredes patruelem unum Hogerum nomine, Paterbrunnensis ecclesie canonicum, et sororem eius Emmam nomine, que optime indolis in teneris annis militiam spiritalem in Hervordiensi ecclesia susceperat. Hii cum agnatis admodum virtuosis et potentibus ad dominam Marcswidem[g] morte[h] viri et parentum orbatam gratia consolationis

a) Praefatio *praemisit M.* b) institores *c.* c) *capita nusquam distincta in c.* d) petebat *c.* e) naturae *c.* f) diu *c.* g) Marsw. *h. l. c.* h) de m. *c.*

dicit: *Est libellus in duodecima forma, ut vocant, in membrana, ab anonymo sive incognito auctore de vita Marcswidis nobilis matronae, ut vocat, descriptus, quem mecum benevole communicavit nobilissimus ac solertissimus dominus Wolffgangus Ernestus Alemannus, scriba ac secretarius provincialis. . . . Is . . . hunc thesaurum ex tenebris extraxit et . . . manuscriptum codicem, originalem sive authenticum, ut puto, describendum dedit.* Idem Alemannus, qui etiam versionem Germanicam huius libelli servavit, dicit ap. Tümpel p. 32: *Das lateinische exemplar, so auf pergament in duodetz geschrieben und eingebunden, wurd mir den 29. Novembris 1689. vorgezeiget.* — Quanto erraverit Meinders, cum codicem circa a. 1000. exaratum esse censeret, iam ex eo patet, quod charta c. a. 1180. data, ut supra dictum est, libello inest. Ad quem errorem eo adductus est, quod f. 64′. hunc libellum tempore Heinrici II. a monacho Abdinghofensi; eodem forte qui Vitam Meinwerci scripserit, compositum esse nullo iure coniecerit. Hoc sane ex iis quod indicat statuendum est, codicem non post saec. XV. exaratum fuisse. — Aliud apographum operis huius a Meinders compositi, cui Fundatio Schildecensis inest, exstat in volumine collectaneorum ad historiam Bielefeldensem pertinentium, quod possidet societas historica comitatus Ravensbergensis in urbe Bielefeld; Tümpel p. 6. 1) Cum Meinders verba more sui aevi scripserit, rationem saec. XIII. usitatam restituimus. 2) Est instrumentum sculptorium. MEINDERS. 3) Verg. Aen. IX, 548: *parmaque inglorius alba.* MEIND. 4) De quo vide Wilmans, 'Kaiserurk. d. Provinz Westfalen' I, p. 275 sqq., eius Vitam ib. p. 469 sqq.

convenerant et per verba consolatoria ad nuptiarum delectationem et heredum amorem eam instigabant. At illa conscium propositi sui tacito corde interpellans, fundata mente in petra, constanter affirmabat secundas nuptias se nunquam acceptaturam. Et hec dicens, flevit amare. Tum dominus Hogerus, sicut erat facundior et consanguinitate propinquior, pro omnibus sic intulit: ‘Ne fleas, carissima! Mors quidem propter prevaricationem vitam sibi fecit obnoxiam, debita tamen viventibus a Domino instituta non impediens. Si ergo infausta mors matrimonium tibi contractum sine fructu diremit, attamen fecundioris copule contractionem non abstulit. Indulge iuventuti tue, quam speciositas venustat et latum dominium exaltat. Cui arrident virecta[a], applaudunt nemora, alludunt aquarum decursus et optabiles agrestium ferarum saltus; cui ager[b] cultus et consitus, pascuus et floridus hortus cum omnibus deliciis suis se inclinant, ut eis ad dominandum et tibi ad condelectandum comparem assumas. Certe, si tanta Sabina feritas cunctis feminis affuisset, frustra Conditor machinam mundi, brutis animalibus habendam, erexisset. Debitum femine potius femina persolvas, et sicut tu matri, sic imago tui fiat tibi, unde, domina, delecteris et in populo tuo glorieris’. cf. Eccl. 24, 1. Tunc domina Marcswidis videns illorum constantiam, et quod sub specie consolationis insererent seminaria corruptionis et vota contraria, confidens in Domino et crucem cordi imprimens, respondit: ‘Quod mihi primo de morte proponitis, tanto attentius teneo, quanto amarius importunitatem eius habeo in experimento. Mater prima perennitati creata delectationem Creatori debitam in delectationem creature, pomi scilicet inhibiti, transtulit. Et merito perennitas, quam Creator creature indiderat, recidivas passa est. Sic natura in primo stipite vitiata in hac lacrimarum valle ad nos derivata est; unde non immerito corruptibilis nuptiarum delectatio indicibili dolore punitur in puerperio. O misera matrimonii conditio, que[c] morti generamus, ut quotidem pignorum, totidem funerum matres existamus! O miser homuncio, iuste vagis, cum in prima effusione matris equis gradibus vitam et mortem ingrederis! Vita enim quotidem dies accedentes accipit in incremento, totidem dies preteritos, qui nec manent nec redeunt, mors habet in detrimento. Quid igitur vite diuturnitas nisi protracte mortis infirmitas? Nam quantum in annosis incrementis vita prorogatur, semper in contrariis detrimentis mors ei proportionatur. Sicuti ergo nullus ita timidus, qui non mallet semel cadere quam semper pendere, ita nemo vite tam cupidus, qui non mallet semel mori quam semper infirmari. Si ergo hoc argumento vita, quam amplectimur, amara probatur, et mors, que finis malorum est, optabilis efficitur, quid mihi gaudia vite proponitis, quid florida virecta[a], que cras arent, ut igni habiliora incinerentur? Hec[d] bene vos allegorizant, qui florentes et mundi speciem fallacem delectantes, cras ardetis[e] igne inextinguibili. Bene nemorum applausus opponitis: Sicuti enim arbores multum expasse et robori confise, in luto autem radicate, uno turbine radicitus evelluntur, ita caducis honoribus tumentes et nos supra nos extollentes, in soliditate autem Christi minime fundati, uno rictu mortis corruimus, tanto atrocius puniendi in imis, quanto ventosius fastus nostri tumuerunt in summis. Quod vero decursus aquarum delectabiles asseritis, inconstantie fluxum perpendo, quorum sine fructu

Tempora pretereunt more fluentis aque[1].

Quod autem saltus ferarum vos delectant, levitatem vestram mystificat[f]. Sicut enim saltus ferarum sunt incerti, ita spebus incertis affectus sunt perplexi. Quisquis igitur huiusmodi ferarum ministeria non in gratiarum actiones Creatori debitas, sed in luxum convertit, iam non habet, unde primos parentes pro transgressionis pena causetur, cum ex proprio arbitrio beneficiorum ingratitudine et donorum Domini abusione iuste proscriptionis sententiam incurrat. Igitur, amici, depositis apud vos cum gratiarum actione utimini, non gloriemini, animo vilipendentes honores, patrimonia et illecebrosa fortune mendacia. Et si vobis aliqua est Domini reverentia, desiderium cordis mei perficite! Ecce in instanti resigno vobis beneficia omnia, ut vestro assensu de hereditate mea cellam conventualem instituam in honore sancte Domini genitricis Marie et sancti Iohannis baptiste, ut tanto patrocinio grex inibi sit tutus, sicut mihi humili ancille sue revelare dignatus est Dominus. Quia vero canonicorum et varie professionis monachorum ubique iam fervent exercitia, virgines, in quibus large floret ecclesie matris gloriosa fecunditas, congregare vovi, ut, sicut hostis antiquus in hoc fragili sexu invidie sue consolationem invenit, sic in eodem sexu malitie sue iacturam incurrat. Votum meum igitur promovete, opus Domini mecum instaurate, ut pro caducis stabilia, pro transitoriis eterna capiatis emolumenta, que oculus non vidit nec auris audivit’. cf. 1. Cor 2, 9 Dixerat hoc modicum, quia fuit breve tempus. Et omnes, divino timore et amore inspirati simulque novitate allecti, voto eius devotissimum prebuerunt assensum. Noverant enim eam in elemosynarum largitione liberalissimam, in ieiuniis promptam, in vigiliis strenuam, in oratione devotam necnon in omni plenitudine virtutum operatricem eximiam, ut iam ascensiones poneret in corde suo, iens de virtute in virtutem, videre Dominum dominorum in vera pacis visione. cf. Ps. 83, 6 Accedunt itaque[g] ad altare, utpote in quo ob memoriam Christi passionis, ad vegetationem animarum panis substantia in dominicum corpus transsubstantiata, in eodem altari se ipsos lacrimis mactando et se hostiam offerendo, hereditatem predictam domino Deo tanto devotius offerrent, quanto propensius de summo altari participationem eterne hereditatis expectarent.

3. Domina ergo Marcswidis, occasione[h] nacta, et in conclavi parum morata, mutato habitu regressa est. Delitiosum enim superpellitium simplici lineo mutaverat, pro chlamide auro intexta nigrum pallium induerat, nigrum quoque mitrum[2] caput operuerat, ut, qui[i] color albus erat oblectationi, ob custodiam virtutum nunc esset contrarius albo.

a) *sic c., forma in antiquis codicibus saepe obvia.* b) agri *c.* c) qui *c* d) Hoc *c.* e) ardentes *c.* f) mystical *c.* g) igitur *del. et superscr.* itaque *c.* h) *sic c.* i) *aut* cui *aut* quia *emendandum videtur.*

1) Ovid. Ars am. III, 62: *Ludite! Eunt anni more fluentis aquae.* 2) Hanc vocis *mitrae* formam alibi non inveni, quae neque apud Ducange-Henschel occurrit.

Namque superficies, quas gloria falsa colorat,

sponsus ecclesie non intendit, sed ab intus mentis nitorem diligit. Hoc ut idem sponsus assignanter ostenderet, Ethiopissam duxit uxorem[1]. Huiusmodi itaque tegumentis domina Marcswidis protecta, in campo dominico cum vitiis conflictura se exhibuit, et geniculans ante altare, clara voce et consona mente Dominum benedicebat. Ex hac itaque subita transformatione et tante constantie animadversione omnes adstantes in stuporem versi et insolita quadam dulcedine extra se facti, senserunt, quam suavis et dulcis est Dominus. Postquam igitur domina Marcswidis Deo omnipotenti vota sua commendaverat, conversa ad Emmam[2], dixit: 'Coram Omnipotente et carissimis cognatis adstantibus facio tibi professionem in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, eligens te in matrem spiritualem et ecclesie huius abbatissam. Tu vero liberalibus imbuenda disciplinis intus contemplare, ego foris satagam circa frequens ministerium'. Cognati ex subita mutatione insperate salutis allecti, ad promotionem sancti propositi sese exhibituros fideliter polliciti sunt, Dominum mirificantes, qui de stirpe et hereditate sua ecclesiam conventualem habere dignaretur. Et vale dicto, ad propria redierunt.

4. Domina vero Marcswidis, urgente proposito, cum domino Hogero Paterbornensem adivit ecclesiam et ardens votum suum domino Dudoni venerabili episcopo[3] et toti ecclesie exponens, licentiam transferendi ecclesiam suam in locum uberiorem et conventui habiliorem humiliter postulabat. Dominus vero episcopus et fratres ecclesie magno gaudio repleti, quod in terminis suis adhuc pene vacantibus huiusmodi ecclesia consurgeret, congratulantes, ad promotionem eius cooperari polliciti sunt. Domina itaque Marcswidis, impetrata licentia, et benedictione accepta, reversa est.

939 5. Anno igitur dominice incarnationis nongentesimo tricesimo nono, indictione 12, Stephani VI.[4] pape anno primo et primi Ottonis regni[a] quinto[5] domina Marcswidis, accitis cognatis et aliis pluribus zelo Domini ferventibus, transtulit ecclesiam et cuncta eius utensilia a villa Schildesche[6] nuncupata trans flumen[7] versus austrum in locum uberrimum et omnium rerum proventibus opimatissimum[b] et Novam Schildesche appellavit; ubi erecta cruce loco altari summo destinato, in hymnis et cantionibus benedicebant Domino. Et imposita solenni missa de sancto Spiritu, domina Marcswidis terre adstrata, et spiritu contribulato et corde contrito se in lacrimis mactando[c] orabat, ut, in ea humane fecis contagione sopita, quanto validius carnem spiritui subiectarat, tanto liberius purificata mens in Domini amore suspensa vacaret. Ex hac itaque contemplatione quasi expergefacta, iam poterat cecinisse, quod vere est Dominus
Gen. 28, 17 in loco isto et domus Domini et porta celi. Percepta igitur benedictione misse, ingenui artifices operis cementarii, quos de Gallia vocaverat, puncto meridiei reperto, circulo exin quadrato, punctum veri orientis fixerunt. Ab illo autem sanctuarium semiciclo rotundatum dimensi sunt. Effossa autem terra loco fundamenti, domina Marcswidis novum lapidem sustulit et deosculatum in medio semicicli, ubi compago parietum utrimque connectitur, deposuit et orans et operis initium committens ipsi summo
Eph 2, 21. angulari lapidi Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Ab illo ergo die operi tam strenue insistebant, ut in eadem estate de terra totius ecclesie fundamenta consurgerent. Descripserant quoque porticus et officinas conventui necessarias. Et in remotiori angulo duarum porticuum capellam cum acceleratione construxerant, in qua conventus a malleorum strepitu liber divinis officiis excubaret. Providerat enim sagax illa, ut, si quando daretur optio manendi in maiori ecclesia, capella hec iuxta infirmatorium sita infirmis dominabus esset preparata.

940. 6. Anno igitur abhinc secundo rex Otto Corbeiensem ecclesiam invisit. Domina igitur Marcswidis eo venit, et stans coram rege, dominus episcopus Dudo pro ea perorans sic intulit: 'Quia, domine serenissime, Domino largiente, Romane monarchie summam regis, placeat clementie tue, ut in ecclesiis Domino construendis tanto sis alacrior, quanto adepte maiestatis regie a te exquiretur ratio reddenda districtior. Matrona presens ad honorem Domini et sancte Marie semper virginis ecclesiam de hereditate sua instituit, in qua sanctimoniales congregavit. Tota igitur devotione clementiam tuam efflagitat, ut eandem ecclesiam in tuam suscipere digneris tuitionem'[8]. Cuius pie petitioni rex acquiescens, Schildecensem ecclesiam cum omnibus attinentibus et attinendis sub immunitatis sue tutelam suscepit. Et super hoc huiusmodi privilegium dicte ecclesie conscribi iussit[9].

. . . .

7. Domina Marcswidis de curia regali lete reversa, impetrata regis patrocinia privilegii attestatione suis monstravit et prius in opus ecclesie fervidos igne desiderii maioris inflammavit. Indifferenter enim miles et clericus, armiger et rusticus insudantes, alii terram effodiunt, alii pyras instituunt, alii lapides aggregant, alii cementum distemperant, alii lapides quadrant, alii muros instaurant, alii angulos rectan-

a) regno *c.* b) *sic c., quam vocem superlativam usquam me legisse non memini.* c) *e corr. c.*

1) Ex Cant. cant. (1, 4): *Nigra sum, sed formosa.* MEIND. 2) Quae abbatissa occurrit in diplomate Ottonis II. a. 974, infra n. 9. laudato. 3) Paderbornensi a. 935—960. 4) Noni potius. 5) Cum tertio et quarto anno Ottonis a. 939. congruit. Auctor ex diplomate infra allato annum regni falso transsumpsit, indictione recte mutata. 6) Schildesche prope Bielefeld (septentrionem versus). 7) Iohannesbach, ut censet Tümpel. 8) Hanc orationem auctor effinxit, quia in mox laudato diplomate legitur: *intercedente . . . dilecto presule nostro Dudone.* 9) Sequitur diploma Ottonis I. datum Corbeiae a. 940, Sept. 25, MG. DD. I, p. 120 sq., nr. 35 (ubi p. 121, l. 5. nomen legas *Marcsuit* vel *Marcswith;* quae enim ibi recepta est forma nominis *Martswith* monstruosa est). Dehinc sequitur charta Sifridi episcopi Paderbornensis (a. 1178—1186) sine anno et die: *In nomine sanctae Trinitatis Sifridus Dei gratia Paterbrunnensis ecclesiae episcopus. Provida sanctorum — — feriatur anathemate.*

gulant. Peritiores distantias moderantur et summum imo semissi proportionantur. Sic alternantibus studiis, iam non erat: 'Coge nolentes', sed potius: 'Inhibe volentes!' Hac igitur accelerationis cupidine post aliquot annorum curricula muri pro debito suo sublimati, nondum adhuc usu testudinis clauduntur, sed laquearibus quercinis operiuntur. Parietes autem intrinsecus planati miro celamine variantur. Laquearia quoque laboriosa pictura venustantur. Et quanquam Marcswidis in tanto iam opere sibi poterat complacere, dum ecclesiam tam cito conditam intueretur, tanto acrius mente torquetur, quod sancti Iohannis reliquias non habeat, cui constructe ecclesie patronatum a primo devoverat. Nihil enim adhuc actum reputat et exspem quietis se iudicat, ni precursoris Domini reliquias obtineat. Quo igitur se divertat? Adhuc vix erant aliquot cathedrales ecclesie, et ille satis noviter radicate, et in iisdem adhuc pauce sanctorum reliquie. Statuit igitur super hoc Romanam ecclesiam petere. Et si repulsam ibi pateretur, Constantinopolim et in Sebastem[a, 1] et late loca transmarina peragrare, pro nihilo reputans vitam et res, ut domini sui reliquias ad destinatam sibi ecclesiam reportaret. Confinium igitur episcoporum intercessoriis ad dominum papam impetratis, impatiens more, socios laboris eligit. Mulum strui et sarcinas ad viaticum necessarias ei imponi iussit et varia concupiscibilium xeniorum donaria, quibus curiam Romanam reverenter posset honorare et benevolentiam captare. Et committens domine Emme abbatisse fideliter ecclesiam, peregre profecta et a Domino prosperata Romam devenit. Primo itaque apostolorum visitans[b] limina, ad effectum voti eius eorum poscebat suffragia. Deinde aliorum sanctorum lustrabat ecclesias ac eorum intercessiones postulabat, ut, dum domini sui sancti Iohannis ecclesiam intraret, tanta devotione se exhiberet, ut ipso dignante ardenti voto potiretur, et in aliqua particula sanctissimi corporis sui eam sequi ad optatam sedem dignaretur. In hunc igitur modum postulatis sanctorum suffragiis, novissime monasterium domini sui sancti Iohannis ingreditur, pavimento prosternitur, atque eum quem quesivit, quem optavit, quem dilexit, uberrimis fletibus interpellavit, ut desiderium suum effectui mancipare dignaretur et intimi amoris ac longi laboris pretium ipsum habere mereretur. His itaque cum summa devotione expletis, consistorium ingreditur et pedibus domini Marini II. pape[2] affusa, petitionem suam verbis et scriptis insinuat et litteras episcoporum intercessorias presentat. Erat autem in eius exhibitione videntium ammiratio et in verbis gratie oblectatio, utpote quam Dominus gratia perfuderat, omnium in se favoralitatem trahebat. Censet igitur eius devotioni annuendum, que sumptuoso labore tot terrarum spatia dimensa sit. Impetrato itaque voto, domino pape, dein curie, prout quemque decebat, presentat donaria que tulerat. Que cum multa gratiarum plenitudine recepta sunt. Ac sicut acceptissima semper

Munera sunt, auctor que pretiosa facit,

sic data xenia, licet in se essent pretiosissima, tamen a pretiosa datrice gratiosiora sunt facta. Statuto itaque die proferunt capsellulam ligneam, et vidente matrona, reliquias sancti Stephani protomartyris et multorum sanctorum imponentes, sancti Iohannis reliquias ostentatas subtraxerunt. Et clausum scrinium, clave retenta, matrone tradiderunt et benedictione apostolica donatam hilarem remiserunt ad patriam.

8. Matrona scrinium proprio collo appensum ducebat et nulli secum nisi capellano aliquando ducendum credebat. Et in prima dieta intravit hospitium suum, ubi prius pernoctaverat. Et post cenam statuit de cetero totis noctibus pulchrum cereum Domino suo lucere. Post modicum itaque somnum surgens, matutinas de sancto Iohanne cum capellano suo legebat. Quo rursum soporato, matrona scrinio attracta, per noctem fuit in oratione. Et ante diluculum stabat sanctus Iohannes coram ea dicens: 'Non sum hic tecum'. Et hoc dicto, disparuit. Mane itaque facto, iterum versus Romam iter arripuit, et stans coram apostolico, scrinio in collo eius appenso, locuta est: 'O pastor apostolice, pater universalis ecclesie, si presumptio alicuius ovicule suo pastori auderet preiudicare, me exulem et feminam, que per tot terrarum spatia, tot nemorum et montium latrocinia, Alpium precipitia et per alia multa pericula tuam petivi[c] clementiam, paternius exaudire debueras. Hac nocte, dum supra scrinium illud, ardente cereo, legens excubarem, ante diluculum dominus meus sanctus Iohannes astitit, se cognoscendum prestitit, dicens ad me: "Non sum hic tecum". Et hoc dicto, evanuit. Si igitur mihi reliquias eius subtraxeris, quod tibi pretiose sunt et magne[d], pensare tamen debueras, quod magna nonnisi magnis vincenda sunt. Terra enim nostra a Carolo expugnata et baptismate inundata multos adhuc sectatur errores gentilicos[e], qui, licet furca divini verbi arceantur, tamen usque recurrunt[3]. Oportebat igitur, ut magnus ille, cui nemo maior (Luc 7, 28) inter natos mulierum, magnitudinem vitiorum terre illius evinceret, quippe qui preparator est cordium, (cf. Luc 3, 4. 5) director viarum, alta humilians, aspera planans, rudes adhuc et in fide hebetes pararet Domino plebem perfectam. Nunc igitur, qui habes celi claves, resera mihi ianuam misericordie, et quas peto reliquias impertire, ne ovicula tua in ulteriori labore depereat[f]'. Dominus papa super tali miraculo intime consternatus, culpam recognovit et veniam petivit. Et donatis reliquiis ultro sequi volentibus, cum solennitate matronam deduxit et memorabile factum Registro commendavit. Matrona lete profecta, notum iam hospitium intravit. Et nocte lucente cereo, cunctis in domo[g] sopitis, sola reliquiis suis invigilavit. Et ecce sanctus Iohannes hilariori vultu astitit et dixit ad eam: 'Perge in pace, quia tecum sum'. Et hec dicens, evanuit. Mane itaque facto, dixit ad socios: 'Letantes accingimini ad reditum, quia pretium mei amoris et laboris sanctus Iohannes est mecum'.

a) *uncis incl. add.* Hyerosolymam *c.* b) l. v. *corr.* v. l. c. c) petivit *c.* d) magni *c.; forte quaedam verba exciderunt, ut* magni eas aestimas, *sed versio Germanica tantum habet:* da sôlches (heiligthumb) werth und groß ist. e) *sic h. l. et infra c.* 11; *quae lectio etiam nota ad versionem Germanicam ed. Tümpel p.* 25. *confirmatur.* f) *e corr. c.* g) domino *c.;* im hause *versio Germ.*

1) Samariam postea hoc nomine dictam, ubi Iohannes baptista decollatus esse dicitur. TÜMPEL.
2) A. 942—946. 3) Cf. Hor. Epist. I, 10, 24: *Naturam expellas furca, tamen usque recurret.*

9. His itaque proficiscentibus, hostis antiquus, de tanta prosperitate saucius, in vertice Alpium molitur insidias, ut precipitium terrificatos deiciat. Eo itaque dum venerunt, in Domino confisi, non sine horrore transiverunt. Diabolus vero, ne nihil ageret, mulum cum sarcinis precipitavit. Hunc itaque ruentem non erat sequi vel querere, ubi de horroris vertigine timor erat despicere, ubi roche[a] acuminate erant in occursu et de profunditate abyssus tenebrosa desubtus. Exspes igitur muli domina Marcswidis processit ad hospitium. Et socios confusos revocabat, dicens: 'Ne desperetis, carissimi! Temptat enim nos Dominus, ut probet, si diligimus eum. Faciet autem nobis cum temptatione proventum, ut tristibus Iob 1, 21 letiora, dampnis meliora restituat. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut[b] ei placuit. Et ex hac alteratione[c] in secula benedictus sit! Sic igitur necessitas postulat, equos ad expensam nostram vendamus et in nomine Domini pedites procedamus et necessitatem vertamus in voluntatem. His itaque dictis, nox supervenit, et matrona expers luminis carissimo domino suo sancto Iohanni invectivas huiusmodi obiecit: 'Mulum tuum perdidisti, argentum tuum et reculas tibi paratas et cereos proiecisti, sta ergo in tenebris, sicut meruisti'. Post modicum autem freno compunctionis ire contorsit habenas. Et cereo comparato et accenso, modico admodum somno reparabat membra labori. Deinde surgens et de cetero noctem in orationibus insomnem ducens, circa medium noctis sensit foris sonitum quasi muli sarcinas quatientis submisse et rudibili voce introitum petentis. Et excitans capellanum, dixit: 'Ut spero, mulus est pre foribus. Igitur surge et eum intromitte!' Capellanus respondit: 'Domina mea, quiesce! Deludunt te phantasmata', et obdormivit. Et post modicum tempus mulus[d] cum sarcinis strepuit cognoscibilius. Et capellano rursum excitato dixit: 'Surge et mulum intromitte, quia ante ianuam est'. Capellanus ironice respondit: 'Mulus mortuus est et membratim comminutus, de morte resurrexit, de abysso ascendit. Pausa, domina, te fallunt montis huius phantasmata'. Hec dicens, soporatus est. Et post morulam mulus foris cepit rudere et sarcinas quassare ac fronte ianuam pulsare. Tunc matrona vehementius capellanum excitavit et ei pigritie vitium obiectavit. Capellanus surgens respondit: 'Ecce ianuam aperio, et latrones forsitan intromitto'. Et semiaperta ianua, mulus cum sarcinis tanto impetu inferebatur, ut impulsu ianue clericum prosterneret et queque obstantia proculcaret. Et stans altissime cepit rudere et quasi lasciviendo se rotare, ita ut omnes expergefacti surgerent et mulum exonerarent et pabulo reficerent. O mira Salvatoris clementia, qui dilectoribus tuis[e] in luteis adhuc habitaculis degentibus, que secutura eos maneant bona, demonstras[f], dum famule precursoris tui bestiam admodum necessariam, sed perditam et omnino insperatam reddidisti.

10. Igitur ancilla Domini, que tantis se honoratam videbat beneficiis, tanto magis ac magis crescebat in variarum virtutum exercitiis. Cum autem phebea lampas iubare suo mundum venustaret, matrona iter arripiens, dominum suum ducebat vel potius a ducto ducens ducebatur et a portato portabatur. Non mirum igitur, si patriam cito revisit, cui director viarum Domini comes fuit. Cum autem ad civitatem Paterbornensem[g] venisset, multis occurrentibus necnon honorem reliquiis deferentibus, matrona capsellam reverenter ferens, in monasterium solenniter recepta est. Cumque clerus alternantibus choris hymnizaret et canticum Zacharie sancto Iohanni decantaret, ineffabilis odor suavitatis totam ecclesiam complevit. Qui odor incognitus et fragrantior odoramentis omnibus, que natura vel arte eliciuntur de thuris aromatibus, manifestum divine presentie dedit inditium. O si possibile esset pregustare, quanti sit odor celicus, cum in hoc corruptibili aere tanti potuit odor esse terrenus. Unde in eodem monasterio nocte vigilie solennes cum matrona peracte sunt, statimque ut roseum iubar aurore illuxit, celebrata missa, matrona cum suis profecta, multis studio devotionis sequentibus, multis quoque, quos fama evocaverat, occurrentibus, et solitudinem quam Sinadi vocant[1] lete transeuntes, in curtim suam Silehusen[2] nuncupatam venerunt. Premisit autem matrona legatos ad dominam abbatissam et totam ecclesiam, ut in adventu domini sui ecclesiasticas personas de toto confinio congregarent et omnem quam possent solennitatem apparerent et in crastinum eis occurrerent. Interea Silehusen de vicinis parochiis innumerabilis populus catervatim confluxerat et in adventu tanti patroni sese officiosum exhibebat. Et pia matrum turba lumina et varie donationis donaria ferebat, et tota nocte reliquiis sanctorum invigilabant et mutuis devotionum studiis sese invicem accendebant. Ibi erat videre lumina noctem fugantia astrorum numero similia, ibi fumi tractus in aere ex aromatibus thuris et myrrhe; ibi erat audire a vallibus et montibus Is 55, 12. vicini[h] nemoris voces canentium resultare, ut Scripture verbum alluderet quod dicit: *Montes et colles cantabunt coram Domino laudes.*

11. Cum autem aurora diem prenuntiaret, matrona, facto silentio, astanti populo locuta est: 'Quia, Luc. 7, 28. carissimi, summi pontificis auctoritate, signorum etiam attestatione sanctum Iohannem, quo nemo maior inter natos mulierum, terra hec patronum accipere meruit, pro tante devotionis vestre exhibitione vobis statuimus, ut annuatim secunda[i] feria pentecostes, Spiritu sancto cooperante, eundem patronum parochiis vestris longo ambitu circumferentes et domos vestras lustrantes pro gentilico[k] ambarvali[3], in lacrimis et varia devotione vos ipsos mactetis et ad refectionem pauperum elemosynam comportetis et in hac curti pernoctantes super reliquias vigiliis et canticis spiritualibus solennisetis, ut predicto mane determinatum a vobis ambitum pia lustratione complentes, ad monasterium cum honore debito reportetis. Confido

a) *uncis incl. add.* rupes *c.* b) sic *c.* c) *sic correxi ex versione Germ., ubi:* und wegen dieser unser alteration seye der Herr benedeyet; benedictione *c., quod errore scribae ex sequenti* benedictus *haud dubie exortum est.* d) strepuit *h. l. add., sed del. c.* e) suis *c.* f) demonstrans *c.* g) Paderb. *corr.* Paterb. *c.* h) vicinis *c.* i) f. II. *corr.* sec. f. *c.* k) *cf. supra p.* 1049, *n.* e.

1) Versio Germanica: *welche man die Sinadi, ietzo die Senne nennet.* 2) Sellhausen versus meridiem et orientem a Bielefeld. 3) Cf. de hoc loco J. Grimm, 'D. Mythol.' ed. 4. I, p. 52.

autem de patroni huius misericordia, quod sic ab eo girate terre semina uberius provenient, et varie aeris inclementie cessent'. Verba hec populus ardentissime acceptabat et preterita gaudia novis his gaudiis instaurabat.

12. His itaque peractis, ad Schildecense monasterium processerunt. Matrona itaque affluentis populi turbis stipata, monasterio cepit appropinquare, portans in manibus venerabiliter capsellam sancti Iohannis baptiste. Abbatissa autem domina Emma et conventus cum universis ecclesie ornamentis, sequente multitudine populorum, cum adventantibus populis[a] ad iactum sagitte appropinquassent, ad terram omnes prostrati, venientem dominum uberrimis lacrimis sunt deprecati, quatenus ita super eos patronatum assumeret, ut ab omni periculo protectos eterne vite consignaret. Cumque de terra surrexissent, et uterque populus venientium et excipientium coadunatus esset, omnes uno ore in voce exultationis celum pulsabant, et tota vicinia sonitu canentium intonabat. Nec mirum, si spirituali letitia fuerant corda eorum dilatata, que eius meritis quem sequebantur divine laudis amore credimus inspirata. Omni igitur honore quo poterant patronum ecclesie sue intulerunt et in sede sua, ubi gloriosus requiescit, locaverunt. Ubi meritis eius multa beneficiorum coruscant miracula, prestante Domino, qui est benedictus in secula.

13. Igitur anno dominice incarnationis nongentesimo sexagesimo, anno quarto Agapiti II. pape[1], 960. anno vigesimo quarto primi Ottonis imperatoris[b], dominus Folcmarus Patherbornensis ecclesie venerabilis episcopus quarto pontificatus sui anno[2] dedicavit Schildecense monasterium et in eo quatuor altaria, primum sancto Iohanni baptiste, consecravit, cui felix illa fundatrix a principio patronatum destinavit, et merito, qui de tribu regali et sacerdotali oriundus, ora prophetarum clauserat et vox Verbi incarnati antique et iam desperate legis silentium clamando ruperat, quique Christum indice monstrando, baptizando, ad inferos precurrendo nuntiaverat, quem Dominus inter natos mulierum maiorem testatus erat: Luc. 7, 28. merito, inquam, nove gratie preco tantus et summus ecclesie paranymphus post matrem Domini primo altari patrocinatur. Altare vero directe oppositum ad honorem sancti Petri et sanctorum apostolorum consecravit, ut, quibus omnis edificatio in Domino constructa quasi columnis in medio positis innititur, cf. Eph. 2, 21 iuste in medio monasterio principentur[c]. Tertium altare in aquilonari manica, in choro dominarum sancto Stephano et omnibus sanctis martyribus consecratur, ut astantes domino Deo dicate cum vitiis conflictature sanctorum martyrum constantiam in exemplo habeant et dulcia voluptatis incendia lubricam mentem titillantia digna severitate subiciant et in huiusmodi passionum agonia prevalentes martyrum coronam percipiant. Devota quoque fundatrix speciali devotione sanctum Martinum amabat, unde quartum altare in australi manica ei et omnibus sanctis confessoribus deputabat.

14. His itaque patratis, domina Marcswidis longo labore et senio confecta, iam quasi miles emerita et rude donata[3], actualibus Marthe curis renuntiavit et tranquilliori portu contemplationis sese recepit. Ubi oleo nitentis conscientie corde recondito, et inextincta lampade Dominum revertentem a nuptiis prestolata, tandem venienti et pulsanti ianuam corporis pervigil aperuit et animam bene meritam et totam Domino mancipatam 2. Kalendas Augusti feliciter exhalavit. Cuius venerabile corpus domina Emma abbatissa cum tota ecclesia in aquilonari porticu monasterii terre commendavit[d] et anniversariam refectionem conventui deputavit.

15. Domina Emma venerabilis abbatissa videns se tante matrone solatio destitutam, teneram iuventutem incanescere studuit in morum maturitatem, et corpore iuvencula, sed animo cana, messem adhuc in filiis maturavit, sensus corporis a sinistris affectibus castigavit morumque temperantiam equa lance trutinavit. Igitur circa divini cultus exercitia mente inflammata[e] et manum euangelico imponens aratro, mentis obtutibus ad bravium superne vocationis anhelavit. Instituit personas spiritualis prophetie fructu delectantes et theologie appetitu ad supernum conventum aspirantes, et de prediorum redditibus vix sibi necessariam stipem retinuit, reliquum vero totum ad speciale granarium conventus deputavit et posteritati sue omnem emergentis litis occasionem diremit. Statuit quoque cellarium, quemcunque conventus annuatim eligeret, ut de reditibus sibi adscriptis conventui dispensaret. Assignavit quoque cellario totius ecclesie mancipia, ut primo officinis abbatisse servitores ordinaret[4], deinde 11 curtibus 2 aratores, 2 aratorum ministratores, 2 ancillas, 1 pastorem provideret; minoribus vero curtibus que vulgo vorewerck vocantur 1 aratorem et 1 ministratorem et 1 ancillam et itidem sacerdotibus et cuique dominarum unam ancillam provideret, reliqua vero mancipia in usus tributarios sibi converteret. Tanta igitur inibi fuit concordia tantaque mutue devotionis constantia, ut tota fraternitas domine sue glutine caritatis esset compaginata. Tanta quoque in illis angelice castitatis et divini amoris enituit ammiratio, ut extrinsecus quidem homines, intrinsecus autem angeli credi potuissent.

16. Dum igitur tot virtutum floribus vernaret ecclesia, coluber lividus, antiqua tabescens invidia, eundem gregem in paradiso contemplationis iocundantem corrumpere et corruptum a Domino alienare studuit et virulentas totius subtilitatis versutias admovit. Porro grex ex fidei flamma et divini amoris flagrantia nullum candoris sui pertulit dispendium, sed in petra fundatus, hostem insidiis sprevit confusum.

a) cum *iterum add. c.* b) imperio *c.* c) principetur *c.* d) mand. *corr.* commend. *c.* e) inflammavit *c.*

1) Agapitus II. sedit a. 946—955; a. 960. vero Iohannes XII. ecclesiae Romanae praefuit. 2) Immo Folcmarus demum ipso anno 960. ordinatus est. 3) Cf. Hor. Epist. I, 1, 2. 4) Haec post chartam Sifridi episcopi supra p. 1048, n. 9. allegatam et ratione eiusdem habita scripta videntur, qua decretum est, ut mancipia, quae abbatissa nullo iure in suum servitium attraxerat, praebendae conventus servitura restituerentur, pauca tantum servitio abbatissae remanerent ad opus pistrinum et textrinum etc.

Tabescens itaque hostis in se rabiosus, invidie stimulis punctus et huiusmodi querelis frendebat: 'Heu mihi! qui protoplastos manu Conditoris effigiatos, divino spiraculo animatos, toti mundo prefectos, conditione perpetuos, poteram mihi mancipare. Nunc autem despicabilia mulierum conventicula nostras vires valent enervare. Livoris igitur perfossus aculeo, more impatiens, se ocius in aere rotavit et primo fratrem domine abbatisse dominum Hogerum, Patherbornensis ecclesie canonicum, deinde cognatos eius amore Dei minus munitos, utpote mundanis rebus implicitos, circumvenit et male suggestionis venena melle deceptionis condita cordibus eorum dulciter inspiravit, ut oblata Domino hereditatis vota male pacta revocarent et gregem Domini exterminarent et predia male perdita sibi et dulcissime soboli restaurarent. Effectum heu! celerem habuit suggestio, et patrandi sceleris diem et locum Schildece prefigit. Illecta cognatio cogitur. Dicto itaque die et loco cognati alacres conveniunt, domini Hogeri prestolantes adventum. Mane igitur primo dominus Hogerus, licet a canonicis super hoc multum fuisset commonitus, monitoribus asper et urgente proposito irrevocabilis, equum ascensum rotavit. Capescende hereditatis estuans avaritia et oblati honoris inflatus superbia, grassanter de pleno pectore sorori ructabat minas, quas illex hostis inspiraverat; ire dedit vias, furori laxabat habenas, immemor sui, oblitus Domini. Porro virtus Domini, que Balem[a] obstitit, ne Israel malediceret, que et Saulum in media via stravit, ne fideles suos perimeret, dominum Hogerum in media platea extra suburbium convenit et equum eius insolito horrore perterruit. Terrificatus vero insessorem de sella excussum precipitavit, precipitatus autem, terre allisus, fracta cervice, subito exspiravit. Qui cum domum reportatus infuneratur, legatus nuntiare casum ad cognatos Schildece dirigitur.

17. Interea hostis antiquus, accitis satellitibus suis in Schildecense claustrum, varias temptationum machinas erexit et dominicum gregem, lilio pudicitie candidatum, odore bone opinionis super omnia refertum, duabus turmis expugnandum aggreditur. Extrinsecus impetuosi cognati quasi arietis impulsu arcem pietatis tot ictibus feriunt quot modis, dum dominus Hogerus primus heres affuit, exterminii minas obiciunt. Intrinsecus quoque cordibus Domino plenis maligni spiritus aciem vitiorum instituunt et spicula male suggestionis toxico delibuta castis pectoribus iniciunt. Foris ergo bella fervent consanguinea, intus autem bella corruptionis incentiva, ut tanto efficacius urbs Domini in deditionem cogatur, quanto instantius utrimque expugnatur. Sed in his omnibus mansit mens imperterrita, et civitas Domini stetit inconcussa. Divina enim providentia castra virtutum fidei caractere et vecte patientie ita firmaverat, ut imbres telorum, qui caderent, nec etiam minimo puncto sauciarent. Devote autem intus orabant et auxilium de celo postulabant. Et ecce de civitate Patherbornensi legatus venit et miserabilem casum domini sui nuntiavit. Et flens amare, singultu verba impediente, locutus est: 'O domini mei! Ego servili conditione domino meo adhesi; sed quia fatalis horula eum assumpsit, iure ad vos redeo et debita fidelitate vobis persuadeo, ut a proposita invasione cessantes digito Domini non obsistatis et cum domino meo infaustam mortem et eterna tormenta non incidatis'. Consternati igitur mentibus cognati, compage membrorum soluta, fiunt gementes, prius furentes, et oculos, quos ira tremendos fecerat, compunctio tremebundos exhibebat. Quos enim pre ire magnitudine cruenta nubes obsederat, nunc cor contritum lacrimas eliciens abluebat. Cervices quoque, quas superbia rigidas reddiderat, nunc humilitas ad satisfactionem incurvabat. Pedibus itaque domine Emme abbatisse et conventus advolvuntur et nimis se deliquisse fatentur, et ut indulgentiam super iis consequantur, toto nisu mentis et corporis implorabant. Devotus itaque conventus, (cf Rom 12, 20) videns carbones caritatis, quos super[b] capita furentium congesserat, effectum habuisse, misericordiam Domini se glorificantem beatificavit et divinam potentiam, que salvat sperantes in se, mirificavit. Dimittitur noxa, donatur indulgentia, et benedictione accepta, redeunt ad propria. Maligni autem spiritus girati per aerem dampnationis sue querelas audibiliter eiulabant. Domina autem Emma super morte fratris sui[c] turbata, eundem diem obitus sui, qui est Kalend.[d] Martii, kalendario intitulabat et conventui anniversariam oblationem de perpetuis redditibus assignavit. Ab illo ergo die nemo illi cenobio iniuriam presumpsit irrogare, quia malignos timor plene arcebat, benignos autem amor iustitie et spes future glorie magis accendebat.

18. His itaque sopitis, domina Emma abbatissa perpendens[1], quod curtes ecclesie adiacentes domino episcopo adhuc decimales essent, ne per importunitates decimatorum litibus subiacerent, quandam villam Sarramannihusen nuncupatam reditibus episcopalibus commodam ecclesie Patherbornensi in proprietatem donavit et decimationes de curtibus suis in proprietatem Schildecensis ecclesie per concambium recepit. Ut igitur rata manerent hec concambia, ad palatium conveniunt et huiusmodi imperatoris privilegium super hoc accipiunt[2]:

. . . .[e]

a) *sic etiam versio Germ. pro* Bileam. b) sub *c.* c) *superscr. c.* d) Kalendae *c.* e) *post diploma in codice Schildecensi, teste Alemanno ap. Tümpel p.* 32, *scriptum erat:* Liber est scriptus, qui scripsit sit benedictus.

1) Sequentia ex diplomate Ottonis II. mox laudato sumpta. 2) Sequitur Ottonis II. diploma datum a. 974, Apr. 19; St. nr. 623.

FUNDATIO ORATORII S. MARIAE AD CRUCEM IUXTA HERVORDIAM.

B. m. R. Wilmans edidit hanc relationem de constructione coenobii S. Mariae ad Crucem vel in Monte prope Hervordiam ex tomo IV. librorum Variorum bibliothecae Theodorianae Paderbornensis in 'Westfälisches UB.', Add. p. 101—103. *Quam ab auctore Vitae Meinwerci c.* 158, *SS. XI, p.* 139 *sq., excerptam ideoque ante eam, id est ante a.* 1160. *circiter, conscriptam esse recte statuit*[1]. *Ex eius editione hunc libellum, cui nihil fere verae historiae inest, mendis nonnullis sublatis, recudi fecimus.* *O. H.-E.*

DE REVELATIONE CONSTRUENDI ORATORII SANCTAE MARIAE IUXTA HERVORDIAM, QUAE EST TERTIO DECIMO KALENDAS IULII.

Si quis hominum desiderio sciendi flagitaverit, unde quod iuxta monasterium Herifordense dedicatum est monasterium in honorem sanctae Dei genitricis virginis Mariae exordium sumpserit, quid causae extiterit, praesens litteratura lecta et intellecta docebit.

Post Hungariorum vastationem simul et rabiem, quam propter nostrorum criminum perpessi sumus magnitudinem, Herifordense monasterium, quod, sicut [Deus[a]] plus ceteris undique secus locis dilexit, ita magis per illos — adeo ut ne sacra quidem ipsave incombusta aut ullum reliquissent vivum vel, si vivum, secum veherent captivum, tentando corripiens afflixit, iuxta apostolum cum tentatione etiam faciens (1.Cor 10,13.) proventum, tali divinitus solamine declaravit, quod se eius curam et suam matrem ibi sedem habere liquido demonstravit.

Cuidam ergo tantae paupertatis puero[2], ut fame attenuatus et fere esset nudatus, in die natalis sanctorum martyrum Gervasii et Protasii ad praefatum monasterium propter auditam inibi sanctimonialium (Iun. 19.) munificentiam ire cupienti voluit Deus, non per somnium, sed per oculorum intuitum, visionem nostris ante inauditam[b] temporibus ostendi. In medio namque cum esset nemore, quod praelibatae tam densum, ut ne solis quidem radii perlustrarent, adiacebat ecclesiae, tanta lux caelitus emissa cum mirae suavitatis odore emicuit, ut solis fulgori comparata longe excelleret, et nihil sibi aliud sperare fuerit, quin omnes arbores et terram ipsam exusserit. Cuius lucis[c] immensitate cum ipse perterritus cecidisset et humi prostratus diu quasi mortuus iacuisset, feminam tamen, cuius vestis sicut nix et aspectus esset ut fulgur, in media stantem luce sensisset, ecce manus eum attigit, et vox subsecuta proprio eum ita dicens nomine appellavit: 'Quare non interrogas, quae sim, vel cur tibi apparuerim?' Ille ad eius allocutionem confortatus et oculos aperiens, tremula inquit voce: 'Non illibens, quae esses, interrogarem, sed nequaquam[d], domina, auderem'. 'Confortare', ait, 'nec timeas, licet angelis videre solitam meam faciem inspicias. Ego Dei genitrix sum Maria, per cuius partum humano generi reserata vitae sunt ostia. Idcirco enim tibi apparui, ut legationem meam te nuntio ad istud monasterium dirigerem et meam inibi congregationem ad viam rectitudinis amplius, quam nunc sint, retorquerem. Surgens ergo vade et dic monasterii abbatissae[3], si vitam suam tam diligenter interius castigent, ut munire exterius aedificiis ardent, quod ego sedem meam ibi revisam et invocantes me perpetua tuitione custodiam. Insuper etiam indica, quod hunc ipsum locum, in quo tibi apparui, ad mei nominis venerationem et ad christianorum elegi intercessionem, ut, si quis hic me quaesierit, inveniat et quod iuste petierit se adeptum esse gaudeat'. 'Heu mihi', puer inquit, 'misero! Qualem me nuntium tu, omnium potens regina regnorum, ad tam famosum dirigis monasterium? Quis nudum, famelicum, labiis incircumcisum audiet? Quis meis verbis, cum abiectissimus de te, mundi domina, caeli regina, praedicem, confidet? Hoc solum mihi apud huius colonos terrae sedebit tormentum, quod de tuo, sancta domina, nomine assumere audeam praedicamentum. Nisi enim aliquod signum mihi dederis, quod ego demonstrandum habeam illis, quod me miseris et in-

a) *deest c.* b) inauditum *ed.* c) luce *ed.* d) *corr. Wilmans;* quamquam *c.*

1) Quod iam ex eo certissime patet, quod in Vita Meinwerci nomen abbatissae fundatricis Godesti memoratum est, in relatione non legitur; quod auctor huius relationis certe non omisisset, si Vitam Meinwerci ipse legisset. Cum vero Wilmans l. l. p. 100. ex nomine abbatissae omisso concludat, hanc relationem Godesti superstite (c. a. 1002—1040) compositam esse, non modo non assentior, sed potius mihi patet, auctorem abbatissae nomen ignorasse. Qui etiam de tempore constructionis nihil certi compertum habuisse facile deprehenditur (v. infra n. 2). Non monialis Hervordensis, sed alius quidam, nescimus cuius conditionis, hunc libellum conscripsit. 2) Cum Hervordense monasterium a. 924. ab Ungaris vastatum esse videatur (Waitz, 'Heinrich I.' ed. 3. p. 77, n. 2; Wilmans, 'Kaiserurkunden Westfalens' I, p. 115), quae sequuntur non ita multo post hunc annum gesta esse auctorem putavisse patet; at, si testimoniis infra n. 3. et p. 1054, n. 1. allatis fidem habere vis, quae infra narrantur tempore Meinwerci episcopi (a. 1009—1036) a. 1011. facta sunt. 3) A Godesti abbatissa (c. a. 1002—1040) coenobium S. Mariae ad Crucem vel in Monte iuxta Hervordiam constructum esse referunt charta Bernhardi episcopi Paderbornensis data a. 1151, Mart. 10, 'Westfäl. UB.', Add. p. 103, et Vita Meinwerci c. 158, SS. XI, p. 140.

dicare praeceperis, verberibus me affectum cruentis, claustris inicient carceris'. 'Signum', inquit Dei genitrix, 'hoc tibi constituam, quod nullam omnino tam dirae sententiae poenam formides accedere ad veritatem meae legationis confirmandam, quia nullam ullatenus, ne cicatricis quidem, patieris molestiam'. 'Ne aspereris[a]', inquit puer, 'dominarum domina, si adhuc alterum a te deprecor signum, quia unum incredulis ad satisfactionem haudquaquam erit dignum'. 'Praecide', ait Dei genitrix, 'baculum, et faciens[b] inde [crucis[c]] signaculum, pone, ubi meorum statum cognoveris esse pedum; et si non credunt verbo signi prioris, credent ostensioni sequentis, quia, in quocumque tempore hunc locum adveniunt, me super eandem, quam facturus es, crucem in columbae specie sedentem videbunt'. Haec ut ait, repente visio omnis disparuit, et ipsa in auras ab oculis eius evanuit. Ille post tanti luminis claritatem viribus utcumque receptis, quia super pedes suos ambulare nequivit, ad locum, quo pedes Dei matris steterant, repsit eumque facta de stipite cruce et alte in terra defossa, ne facile caderet, notavit. Deinde ut celerrime potuit ad civitatem perlaturus nuncium venit, ibique sanctorum reliquiis cum timore exoratis, uni sanctimonialium legatum se ad abbatissam indicavit eamque, ut hoc ei intimaret, suppliciter rogavit. Sanctimonialis haec audiens obstupuit et, quia diutius colloqui cum eo non praesumpsit, sub celeritate quod rogabatur abbatissae intimare curavit. Illa ut haec primitus aure percepit, eam errare non dubitans, quid diceret, inquisivit. Et cum secundo tertioque sermonem repeteret, quod quidam[d] egenus ad se legationem haberet ipsamque sibi duci flagitaret, se mirando, quid hoc prodigii esset, consignavit et ad eum usque in basilicae vestibulum processit. Egenus abbatissam esse cognoscens, ut decentissime potuit bonum ei diem optans salutavit adiecitque: 'Gratiam vobis filiabusque vestris sancta Maria demandavit et quod, si vitam vestram conversationibus ornaretis, sicut monasterium aedificiis undecumque ornatis, ipsa hic sedem suam reviseret et pro vobis ad Christum filium suum die noctuque intercessura, locum istum, ne amplius foret a[e] barbaris polluendus, protegeret'. Abbatissa ob pavorem simul et admirationem vix, ut ista peroraret, operiens[f], terrae occubuit et diligenter parvitatem legati et quantitatem legationis attendens, diutius prostrata iacuit. Rursum ergo erecta, diligentius, quid apportaret aut quando vel ubi eam videret, qualeve ei signum ostenderet, inquisivit. Ille iterum narrationem ab exordio ingressus, quo diei tempore vel quanta lucis claritate, aut quid iuberet qualeve signum ostenderet et quod[g] eundem locum in quo apparuit ad sui nominis honorem et christianorum intercessionem eligeret, indicavit. Ipsa enim saepius de qualitate signi interrogante, respondit hoc esse signum, quod nullius poenae[h] tam dira esset sententia, quam accedere ad confirmandam tantae veritatis auctoritatem non auderet, et quod, quocumque tempore advenirent, super eandem crucem, quam pro signo posuerat quo sancta Dei genitrix steterat, niveam sedere columbam invenirent. Relicto eo, abbatissa secretarium incessit, signum dari iussit, sorores convocavit et omnibus [per[i]] ordinem sermonem enarravit, in nimiumque stuporem conversis, quid eis videretur, interrogavit. Consulunt proximorum monasteriorum clericos et inde sapientiae expertos accersiendum, ut ipsi decernerent, quid super hac re sit faciendum. Missum est circumquaque, rogati sunt, venerunt. Ieiunandum et orandum ipsumque sive[k] aqua vel ignito ferro fallacia[l] purgandum decreverunt. Factum est, ieiunando et orando a Deo quaesierunt et has utrasque sententias in eo consummaverunt. Verum ille in neutro horum, sicut Dei promisit mater, laeditur. Nam in aqua missus non mergitur, ignem portans non comburitur, adeoque securus, ut ne nota quidem laesionis[m] inveniretur. Priori signo iam probato, secundum quaerunt et ita sicut praedixit columbam sedere super crucem inveniunt. Tunc venerati sunt quod antea credere noluerunt et basilicam sanctae Dei genitricis matris, vocantes eam Ad Crucem, aedificaverunt[1], ubi usque hodie per eius merita omnifaria miracula clarescunt, praestante filio eius domino nostro Iesu Christo, qui Patri coaeternus et sancto Spiritui vivit et gloriatur in saeculorum saecula. Amen.

a) asperueris *ed.* b) *sic V. Meinw.;* facies *ed.* c) *sic V. Meinw.; deest ed.* d) quidem *ed.* e) *sic vel* daretur barb. *emendandum;* furetur b. *ed.* f) aperiens *ed.* g) quid *ed.* h) pene *ed.* i) *deest c.;* iuxta *suppl. Wilm.* k) sine *c.;* sententie *male ed.* l) fallacie *ed.* m) sic *add. ed.*

FUNDATIO MONASTERII HEININGENSIS.

Relationem fabulosissimam ac ridiculam de fundatione coenobii monialium Heiningensis (dioec. Hildesheim.), quam saec. XIV. vel XV. demum conscriptam esse puto, hoc loco non exhibuissem, nisi G. Waitz b. m. ei locum non dene-

1) Quam a Meinwerco dedicatam esse, tradit V. Meinw. c. 158, l. l. p. 139, et hoc a. 1011. factum esse refert inscriptio ecclesiae S. Mariae ad Crucem, quam affert Schaten, Ann. Paderb. ad a. 1011: *Anno* 1011, *die sanctorum Gervasii et Protasii hanc visionem gloriosa virgo Maria per quendam pauperculum devotissimae memoriae pastorem abbatissae Hervordensi revelare et manifeste ostendere dignata est tempore sancti Meinwerci episcopi Paderbornensis, qui et hanc visionem per varias examinationes probavit et approbavit et hunc locum ad honorem eiusdem sanctae Dei genitricis Mariae consecravit.*

gandum esse censuisset. Quam ex libro copiali, ut dicunt, monasterii Heiningensis a. 1573. *scripto, in archivo ducali Guelferbytano adservato, L. Bethmann b. m. describendam curavit. Eam ineditam esse puto.* ***O. H.-E.***

Anno dominicae incarnationis nongentesimo nonagesimo in partibus Italiae orta est tempestas 990.
valida, ventus turbinis arbores immensas radicitus evulsit, ecclesias cum domibus aedificiisque evertit, aquarumque inundatio hominum multitudinem cum pecoribus extinxit. Tunc Alfridus rex Germanorum fugit in Saxoniam cum magno apparatu et exercitu clarissimo et valido nimis, seculari honore insignito, assumptaque sibi uxore sua Hildeswid, quae fuit filia ducis Saxoniae. Idemque praedictus rex erat amator pacis, Deum, amatorem[a] pacis, venerabatur; cui imperator in tota Slavonia potestatem concessit investiendi episcopos et multiplicandi christianitatem; in brevi universis Saxoniae civitatibus potitus et[b] optimatibus est dignitate regia satis honoratus. Uxor autem eius erat eximiae probitatis, nobilis et praeclara, quae generis dignitate fulgebat. Dederat enim eis Dominus prolem foemineam eximiae indolis, virginem decentem et pulchram, cui nomen Alburgis indiderunt, quae cum, ut regiam decuit prolem, regali ambitione educata, naturalibus incrementis proficeret, teneros etatis annos morum cepit maturitate praecedere. Anno igitur incarnationis dominicae millesimo duodecimo, regnante Ottone imperatore tertio, 1012.
factum est generale passagium ad Terram Sanctam; de mandato quippe summi pontificis praedicabatur crux in subsidium Terrae Sanctae. Tunc ille praedictus princeps, zelo fidei accensus, contra inimicos Christi fideliter pugnaturus, cum multis principibus aliisque fidelibus cruce signatus est in nomine Ihesu Christi, dispositaque terra, suisque principatibus ordinatis, valedicens reginae et inclitae filiae, relictis omnibus, terra opulenta, parentibus et amicis praedilectis, peregre profectus est. Tunc dolor et gemitus invasit omnes parentes, nobiles et amicos prae discessione tanti principis. Post non vero multum tempus fama volavit per totam provinciam de morte praedicti principis; revertuntur igitur nuncii tristem[c] legationem de morte tam pii principis reportantes. Audita tam lamentabili legatione, regina simul et filia eius intollerabili maesticia perseverantes, hinc virgo Deo devota, divinitus inspirata, quae Domini sunt cogitans, mundum cum suis pompis abrenuntiare decrevit. Matre vero felici filiae proposito congratulata[d] annuente, regale dyadema deposuit et sponso immortali virginitatem suam vovit totumque patrimonium suum Deo et beatae virgini Mariae necnon beato Petro apostolorum principi tradidit iure hereditario possidendum; in quorum honore monasterium construxit ac ibidem coenobium virginum instituit in oppido Heningen[1] citra fluvium quod dicitur Ovacra; ibidemque Deo servientibus hereditariam partem regni, praedia, possessiones, villas, sylvas, nemora, prata et multos praecipuos curiales cultorum et theloniorum familiis, clarissimis aedificiis renitentes, copiasque multas famulorum et omnia quae possiderunt in his locis tradiderunt in usus sanctimonialium virginum, quas ibidem sub canonica regula pluris sane honoris et utilitatis in Dei timore condunaverunt eisque[e] moenia regia paraverunt[f]. Venerabile quoque templum pulchris aedificiis satis artificiose constructum ac regia hereditate sufficienter dotatum pluribus ornamentis redimire studebant, libris scilicet et praeciosissimis missalibus, serico, auro, argento, gemmis aliisque utilibus ecclesiasticis ornamentis. Beatissimus igitur Berwardus Hildensemensis episcopus, cum a praefatis dominabus omnia didicisset, repletus gaudio, una cum eis Romam adiens[g] ad impetrandam libertatem plenariam coenobio memorato, ad caesarem Ottonem tertium venientes. Cum igitur Romam venissent ad caesarem, recepit eos totius Romani imperii celsitudo. Invictissimus igitur imperator a dilecto sibi Berwardo causam devotionis plenaliter intelligens tantorumque principum, magnificans dominum Ihesum Christum, qui in sexu fragili tanta mirabilia operabat[h], subscriptione imperialis privilegii[2] libertatem integram concedens ordini iam praefato pleno iure ac iurisdictione perfecta in aquarum piscationibus, in viis ac inviis, nemoribus et caeteris mundanae[i] gloriae pompis, in pratis, cultis pariter et colendis, villis et oppidis et omnibus attinentiis et molendinis; et omnes sui homines, quovisque[h] transierint, a thelonei potestate exempti; et nulli hominum ad dandas decimas teneantur et ab omni iurisdictione nobilium tam baronum seu principum immunes[k] esse totaliter et exemptae. Cunctis desideriis eorum expletis magnifice apud dominum apostolicum quam apud caesarem, devotissima virgo Alburgis accepit iugum abbatissae coenobii eiusdem pro nomine Ihesu Christi. Datum est ergo sancto praesuli et condigno Berwardo et successoribus suis in executionem et confirmationem ius praelaturae vel abbatiae praedicti monasterii.

a) amorem *c.* b) ab *emendandum videtur.* c) tristam *c.* d) congratulatur *c.* e) easque *c.* f) paverunt *c.* g) adivit *forte emendandum; sed cf. infra l.* 40 *sqq.* h) *sic c.* i) mundiae *c.* k) immuneue *c.*

RESTAURATIO MONASTERII S. PETRI SALISBURGENSIS.

In codicis traditionum S. Petri Salisburgensis libro primo a. 1004. *conscripto, pag.* 42, *nr.* 91, *brevis notitia de hoc monasterio a Friderico archi-*

1) Heiningen a Wolfenbüttel versus meridiem (prov. Hannover). 2) Exstat privilegium Heinrici II. a. 1013. monasterio Heiningensi datum; BR. nr. 1096; St. nr. 1580.

episcopo restaurato exstat, edita in 'Notizenblatt' ('Beilage z. Archiv f. K. Oesterr. GQ.') VI (1856), p. 41—43, *ex qua editione eam repetimus*[1], *et iam antea typis mandata erat Novissimum Chron. S. Petri p.* 171. 179. *O. H.-E.*

ISTA EST RATIO, QUALITER RENOVATA EST VITA MONACHORUM AD SANCTUM PETRUM A FRIDARICO ARCHIEPISCOPO*.

Temporibus beati presulis Ruodberti religiositas monachice augmentationis, quae maximę in antiquissimo coenobio Petri principis apostolorum Iuvavensiumque concionum multis annorum curriculis sine dilatione divinis concessionibus floruit, presulibus cunctis deificis illustratis karismatibus ex hac luce migrantibus, aliisque, mundialium honorum cupidioribus quam in divinis vigere virtutibus, succedentibus, paulatim tepescere coepit. Et tam diu coenobialium profectuum flosculis caruit, quousque nobilis prosapiae Fridaricus
958. pontificalique excellentia dignissimus electione pontificum plurimorum infulari promeruit[2]. Qui divino zelo accensus, quasi in peiora prolapsa in melius restaurare alacriter studuit. Illeque miro pollens ingenio unum monachici habitus Titonem nuncupatum, virum venerabilem, inveniens huncque abbatem ordinans, pauca ex innumerabilibus prediola, quae priori servierant fraternitati, illius procurationi commendare curavit. Sed postea predictum presulem paulo tardiorem ad bene incoepta devotae[a] perficienda Cognitor occultorum, quam debuisset, sentiens, acrioribus corporalium morborum stimulis nisus est excitare, ita ut supra modum diocesim sui iuris, tanto vitae suae spatio transacto, sine monachico apostolicoque primitus instituto fundamine durare doluisset. Itemque antedicta data floccipendens monasticoque congregamini, ni maiora adderet, putans valere non sufficere, adhuc curtarum[a] stipendia ruribus sita feratioribus largiter amplificare conatus est. Deinde eandem dationem firmiorem facere volens, multos nobilium viros convenire precepit, et in eadem beati Petri basilica benivolentiam suae largitionis manifeste omnibus illic presentibus aperuit. Ascendensque in locum eminentiorem, affabilibus verbis intimans: 'Universi scitote, quanta qualiaque subplementa sumptuum hodie huic coenobio, vobis presentibus, dedo'. Et in presentia Adalberti advocati sui, summo altario in honore apostoli Petri dedicato, istas possessiunculas pro mercimonio perpetue requiei monachorumque regulariter viventium reddiderat usui, quarum haec nomina sunt: Portam et omnia ad eam pertinentia, Gruncita[3], Preitinowa[4], Peirheim, Meinwisa, Anava cum decima, Cretchicha[5] cum decima, Wildorf[6] cum decima. Iste sunt proprietates antiquorum fratrum: Munichohus. Ad Glana[7]. Duo loca quae Irmanbertus nobilis presbiter dedit. Ellinpurgochircha[8], quae alio nomine Phaffindorf[8] vocatur, quam Wicigowo comes dedit. Ad Walarsem aecclesiam sancti Petri[9] cum decima et cum manso dotali. Ruotinga. Tacginga[10]. Ita ut omnia ad eas pertinentia fixa stabilitate huic actuali conversationi[b] servitura essent, eaque Titoni abbati committens communiter conversantibus dispensanda eumque paterna suasione ammonens ea tali moderamine discretionis competenter gubernare, quali tremendo Iudici voluisset reddere rationem. Et alios proceres sibimet ipsi militari servimine subditos humillimo ortamine flagitabat, quicumque eorum terminum vitae ipsius supervixissent, ne, quantum facultas resistendi subpeteret, alicui direpcionem his rebus monasterialibus inferrae[a] sinerent.

Neque supersedendum utile fore puto, quod uni mulierculae clari generis, quae proprio vocabulo Truta appellabatur, Dominus inspirare dignatus est, ut tam sancte inceptioni participem se libuisset efficere. Quae quamvis sub vidualis vitae continentia viguisset

*) *In marg. cod. post add.:* Hic sanctum Wolfgangum consecravit in episcopum Ratisponensem tempore Ottonis secundi imperatoris, anno Domini 972; quem sanctus Hartvicus archiepiscopus postea eundem sanctum Wolfgangum in sepulcrum deposuit anno Domini 994, quem Leo papa canonisat anno 1052.

a) *sic c.* b) conversatione *Not.*

1) Typographi menda haud pauca, altera editione adiuti, sustulimus. — Nomina villarum hodierna adnotantes secuti sumus von Koch-Sternfeld, 'Topogr. Matrikel geschöpft aus dem dipl. Codex der Iuvavia'. München 1841. 2) Sedit a. 958 -991. 3) Grünzing, locus ad montem Iosephsberg prope Wien. 4) Breitenau (Traungau). 5) Bergheim, Mayerwiesen, Anif, Gredig prope Salzburg. 6) Weildorf (Bair. BA. Laufen). 7) Münchhausen, Maxglan ad rivulum Glan, quae nunc unam communitatem faciunt, prope Salzburg. 8) Pfaffendorf parrochiae Anger (BA. Berchtesgaden). 9) Seekirchen ad lacum Wallersee. 10) Taching (BA. Laufen).

sacroque velamine Deo dicata spontanea subiectione diu serviret, tamen istius loci in monachica norma restaurationem avida optavit prestolari. Et ideo assidua visitatrix caelestium civium corpora hic sepulta plurimaque reliquiarum patrocinia sanctorum facinora sua flendo frequentare conata est. Et tunc demum amabile votum suum, quod sepe secum tacito libramine tractata est[a], eidem antistiti propalare non distulit, atque mansas numero 10 proprie potestatis suae ad villulam nomine Gotingun iacentes cum ipsis colonis in comitatu Meginhardi huic pro Deo mortificate contioni pro requie animae mariti sui defuncti Weriandi hicque sub spe future resurrectionis quiescentis, atque eadem intentione redemptionem anime suae eidem traditioni admiscens, perpetuo fruendum tradidit. Hanc deditionem, presente eodem archipresule advocatoque suo Adalberto, in libro vite, ut stabilior posset esse, scriptitare publice precabatur. Isti sunt testes per aures adtracti: Engilpreht comes, Dietmar, Engilmar, Penno, Waltunc.

Haec sunt karitativa eiusdem presulis Fridarici ortamina, quibus se[a] succedentium precordia ad meliora provocat pontificum: 'Vos, quibus summus Pastor regimen sui aecclesiastici ovilis tradidit Christus[b], huic loco monachicoque conventui cum sollicitudine magis prodesse quam preesse verbis amabilibus suadeo, presertim cum precessores nostri sedem pontificalem, non invidiosi huic monasterio existentes, sed normali vitae, ut hic secretior potuisset esse, consulentes, clericali commoratione in aliam basilicam motaverint[a] commodiorem. Certissime scientes, quod hinc per beati merita Ruodberti imitatorumque eius Deo dicatam religiositatem cultus gentilitatis istius regionis coepisset minui vigorque divina clementia favente christianitatis augeri'.

a) *sic c.* b) christianus *c.*

FUNDATIO MONASTERII S. PAULI IN CARINTHIA.

Codex traditionum monasterii S. Pauli in Carinthia, adhuc in eodem monasterio servatus, mbr. 4°, 24 *foliis constans, saec. XIII in. exaratus est, editus a V. R. B. Schroll, Fontes R. Austr. Ser. II, t. XXXIX (Wien* 1876*); unde capita* 1—8.[1] *repetimus, quibus de exordio huius monasterii et primis traditionibus ad idem factis agitur. Quae iam antea edita sunt in 'Archiv für Gesch., Geogr., Staats- u. Kriegskunst'* 1820, *p.* 282 *sq.* 289 *sq.* 1819, *p.* 113. *Haec capita transcripta sunt ex antiquiore codice, quem Hartwicus archiepiscopus Magdeburgensis (†* 1102*) eidem monasterio donaverat*[2], *neque haec capita quidem, licet eandem scriptoris indolem prodant, eodem tempore conscripta videntur*[3]*; quae ad historiam comitum Lavantinorum ac Trevisanorum et ducum Carinthiae ex gente comitum de Sponheim exortorum illustrandam magni momenti sunt. Quae annotavi omnia fere commentario a V. R. B. Schroll docte composito debeo, cuius nominis litteras plerumque apposui.* ***O. H.-E.***

1) Haec enim capita inter se quodammodo cohaerent et eodem modo eodemque fere stilo conscripta sunt. Traditiones vero quae a c. 9. sequuntur alia ratione aliaque indole compositae diversis temporibus paulatim additae esse videntur. 2) Cf. c. 7: Hartwicus *enim, premisso primitus hoc ipso, quem manu tenes, codice aliisque . . . . donariis* etc., sive hic alia continuerit, foliis quibusdam vacuis relictis, in quibus haec capita exarata fuissent, sive, quod minus probabile est, codex vacuus fratribus S. Pauli transmissus sit, ut historia fundationis et traditiones in eo scriberentur. Neutiquam vero cum V. R. Schroll l. l. p. 11, n. 3. coniiciendum est, ab ipso Hartwico historiam fundationis conscriptam esse. 3) In cap. 1. syllabae quaedam periodos terminantes consonant, quod in reliquis capitibus non invenitur. Cap. 2. et 3. anno 1091. conscripta videntur; cum in fine cap. 3. legatur: *Acta sunt hec omnia pascali sollempnitate nuper elapsa . . . anno* 1091. Quae capitula ante cap. 1. scripta et eidem praeponenda esse arbitror, cum cap. 1. contineat quae inter a. 1095 –1099. facta sunt, caput 2. etiam exordium narrationis continere videatur. Capita 4 7. autem post a. 1101. conscripta sunt, cum c. 4. martyrii Tiemonis archiepiscopi hoc anno occisi mentio fiat. Caput 8. denique circa a. 1120. additum esse potest.

1. Engelberto comite[1] seniore vitam mortalem in eternitate beatificanda determinatione 1095. commutante[2], patris tam clarissimi filii eque illustrissimi, Engelbertus scilicet eius primogenitus, Sigfridus, Bernhardus et Hainricus, cum quibusdam[a] milicie eorum prepotentibus, claris testimonio et aptis consilio, in providam, piam ac laudabilem sese congregavere collocutionem, omni inter se industria, Domino condictante, perquisituri, qualiter locus hic, qui benivola ac Deo grata patris eorum largitate domino Deo ac sancto Paulo sibi suisque omnibus ad remedium oblatus est, sic, eis viventibus adhuc, ordinari posset ac muniri, ne tam decenter iniciatum cepti paterni opus egregium ulla in perpetuum valeat quassatione dissolvi neve parentum vel heredum aut aliarum potestatum quavis temeritate contribulari, quin potius, eorum sollertia procurante, procul omni violentia molestante fixa in evum stabilitate perseveret. Coeuntes itaque pro tam causa beatificanda Dominique sorte roboranda huiusmodi conventum ad ipsius habuere monumentum. Inito inibi de prefatis, zelo Domini subter fervente, consilio, nichilominus adstante ac rem specialius definiente monasterii primo beate memorie patre Wezelino, ac cum pro diversorum opinione res huc atque illuc ventilata staret in ambiguo, Domino eam suum ad arbitrium dirigente, unum de pluribus visum est eis utilissimum fore et cautissimum, quod et fecerunt; monasterium videlicet hoc cum omnibus eius appendiciis tribus viris his, Weriando scilicet, Meingozoni ac Friderico tradiderunt, ab eisdem denuo Rome subdendum cum huiusmodi dumtaxat vectigali[3], recapiende quidem ex hoc liberalissime defensionis indicio, quod regiminis loci sedem gubernantis solius, dico, domini abbatis predecernatur arbitrio. Sed et huius actionis iniciata, omni erroris occasione suspicandi resecata, tam discrete tutissimeque premoderata constat auctoritas, ut, vectigali condicto annuatim de more representato, Romani vel quilibet horum imperator super hanc Dei domum prorsus omni potestate viduentur. Cuius tradicionis in trium predictorum virorum manus hi sunt testes: Ŏdalricus, Otacher, Ortolfus, Engilmarus, Sibito, Penno, Adelbreht, Pero, Otto, Perhtolfus, Ůgo, Wolframmus, Helembertus, Dietricus, Sighardus, Gotfridus.

2. Comes Engelbertus, ex patre Sigfrido[4] Francorum civis, ex matre Rihkarda maiorum Karinthie primus, virtute nulli secundus, superne miserationis gratia se preveniente, cepit sollicite cogitando ruminare, quia necdum seculi contemptor esse posset, qualiter multi-
cf. Eph. 2, 4. tudinem peccatorum suorum operire deberet. Deus autem, qui dives est in misericordia super omnes invocantes se, fecit in aure cordis eius semen hoc verbi convalescere, quod
Luc 16, 9. ad redimenda divitum peccata Salvatoris promitur ore, scilicet: *Facite vobis amicos de*
ib. 6, 38. Matth 10, 41 *mammona iniquitatis*, et: *Date, et dabitur vobis*, et: *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Hac igitur animatus confidentia, misit filium suum Engelbertum[5] in partes Alemannie ad venerabilem Willihelmum abbatem Hirsaugie et ductos exinde pauperes Christi[6], sub regula sancti Benedicti degentes, constituit in ecclesia beatissimi Pauli apostoli; quam videlicet, patre suo in peregrinatione defuncto, mater eius ampliando super ripam Lavandi fluminis in castro suo construxerat, ut, si Deo omnipotenti placeret, congregatio monachorum ibi fieret, et ipse eos rebus a Deo concessis iugiter sustentaret, primo pro amore domini Salvatoris et omnium sanctorum, deinde pro remedio anime sue suorumque genitorum ac debitorum omnium, domini etiam Hermanni[7] et omnium Christi fidelium vivorum ac defunctorum.

3. Notum igitur sit omnibus Christi et ecclesie fidelibus, quod accipiens idem vir strennuus reliquias sanctorum, que tunc ibi fuere, tradidit cum eis eandem ecclesiam et omnia ad ipsam pertinentia Deo omnipotenti et sanctissimo Paulo apostolo et omnibus Dei sanctis, ac deinde super easdem sanctorum reliquias donavit in manum reverendi viri Wecelini, qui primus eius loci fuit abbas, predia denominata cum mancipiis ad sustentationem omnium regulariter ibi conversantium ac pro pace et stabilitate universalis ecclesie fideliter orantium.

a) quibus *c.*

1) De Sponheim, I. comite Lavantino et Trevisano, filio Sigfridi comitis de Sponheim, ut c. 2. 7. patet. 2) Cf. infra p. 1060, n. 2. 3) Cf. privilegium Urbani II. datum a. 1099, Mart. 26, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5784, qui aureum bizanzium Romanae sedi annuatim solvendum esse decernit. 4) Cf. infra c. 7. 5) Postea a. 1124—1134. ducem Carinthiae. 6) Wezilonem abbatem supra dictum cum fratribus, inter quos fuere Sigewinus et Gaudentius; cf. Hist. Hirsaug., SS. XIV, p. 263; Necrol. S. Pauli ad d. Ian. 2, 'Archiv f. vaterl. (kärntnische) Gesch. u. Topogr.' X (1866), p. 42. 7) Advocati Magdeburgensis, fratris huius Engelberti I.

Hec autem sunt predia que consensu dilecte coniugis sue Hadwige et unanimi natorum deliberatione Deo et sancto Paulo primus ipse contradidit: In territorio Laventino curiam ipsam que dicitur ad Sanctum Paulum cum adiacenti villula que vocatur Brugga, cum agris, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, exitibus atque reditibus, quesitis et inquirendis et cum omni prorsus utilitate, quam vel ipse habuerat, vel ullo modo exinde provenire potuerit, sola dumtaxat castorum venatione excepta, 'ne qua liberorum meorum', inquit, 'loco sancto suboriatur invidia'. In monte quoque meridiem versus obposito dedit ecclesiam sancti Lamberti cum agris suis atque novalibus de Loschental[1] adusque Rotenstein[2] pertingentibus, trans flumen[3] vero stabulariam curtim Entrichsdorf[4] et Reculach[5] et Gezendorf[6] et Rûnitz[7] et Molewach[8] et stabulariam curtim Laventmundi[9]; ultra montem predium Cela[10] et Gorinsig[11] ecclesiam et curtim stabulariam cum vineis atque mancipiis, stabulariam curtim Grivina[12] et iterum Grivina cum mancipiis suis ac terminis ad Alpem usque pertinentibus, Skiltaren[13] quoque et Pusters[14] novale, Strielach[15] etiam cum vineis et omni decimatione. In monte Ferrario[16] duos mansus. In Foro-Iulii villam Lipinik[17] dictam et mansum unum sub castro Retin. In marchia trans silvam[18] vineas duas, ultra Travum villam Rŏste[19] et heremum huic contiguam Radimlac dictam, ubi etiam fratres aliquot Christo militaturos se vivente substituit. Huius itaque delegationis ut in nullo unquam vacillet auctoritas, Christi et ecclesie testimonio ac testium subscriptorum est astipulatione subnixa: Hainricus ipsius comitis filius[20], Ludewic Ludewici comitis[21] filius, Weriant de Grêz[22], Dietricus de Kriwig[23], Meinhalmus et Dietricus, Meingoz, Eppo, Penno, Rûdolf, Kecil, Hartwicus, Hecil, Albino, Frazlav, Meginwart, Variman, Pernhart, Reinbertus, Liutgoz, Pilgrimus, Almar, Cholo, Pabo, Marquart, Rihbertus, Gerwalh, Herman Giel, Rûthart, Adilwart et alii multi. Acta sunt hec omnia pascali sollempnitate nuper elapsa, circa Kal. Mai., dominice incarnationis anno 1091, pontificatus domini Urbani pape IIº, regnante Heinrico imperatore IIIIº.
1091. Apr. 13.

1092. Dec
4. Anno dehinc secundo[24], Decembris mensis inicio, templi dedicatione sollempniter peracta, concessit eidem ecclesie partem quandam decimationis obtentu eiusdem domini nostri, advocati sui Engelberti, cum consensu presentis tunc plebis ac cleri vir merito beatificandus Tiemo sancte Iuvavensis sedis archiepiscopus, non longe post[25] Christi martir futurus, ea dumtaxat conditione, ut in tribus monasterii possessionibus, hoc est Gorinsig, Grivina et Andrichsdorf, terciam partem decime, que scilicet ad episcopum pertinebat, illi fratres haberent, novalium decimas, que intra episcopii terminos iam tunc adeptus esset, idem locus in perpetuum obtineret. Regimen quoque plebis a tempore sancti Hardwici[26] ad eandem ecclesiam pertinentis abbati eiusque successoribus concessit, sepulturam loci omnimodis liberam esse decrevit[27]. Que res in omnium qui tunc ibi confluxere perlata noticiam cunctorum ipsius procerum et ascriptorum est testium corroborata presidio: Poppo gener comitis[28], Cholo sororis episcopi filius, Chûno Scrôt, Ludwich Ludwici filius, Arnolt, Adilman, Reintach, Perhtolt de Vochenburch, Manegolt, Otto, Brûn et Raben cum compluribus aliis.

5. Tunc temporis etiam prefatus Poppo Histriensis marchio dedit sepedicto loco unum curtile cum hortis suis intra muros Aquilegie urbis. Weriant de Grez duos mansus trans silvam aput Celnitz[29]. Ludwich Ludwici filius duas hobas et quartam partem vectigalium in Vůstriz[30], et ut homines ecclesie qui eadem bona incolunt communionem habeant in saltu adiacente, a torrente Ůdmunt dicto usque ad torrentem Gêmnitz, pascendo, venando et omni

1) Loschenthal vallis. SCHROLL. 2) Rötelstein curtis a S. Paulo inter meridiem et orientem. SCHR. 3) Lavant. 4) Andersdorf in parrochia St. Georgen. SCHR. 5) Raglach in parrochia Rojach. SCHR. 6) Gözendorf prope St. Georgen. SCHR. 7) Ober- et Unter-Rainz in parrochia S. Pauli. SCHR. 8) Möllbach ad pedem montis Choralpe. SCHR. 9) Lavamünd. 10) An der Zell olim dictum, ad commune Lavamünd pertinens. SCHR. 11) Gorentschach (circ. Völkermarkt). SCHR. 12) Griffen (circ. Völkermarkt). SCHR. 13) Iam non exstat, olim situm in circulo Weinberg. SCHR. 14) Pustriz (circ. Völkermarkt). SCHR. 15) Ströglach (circ. Klagenfurt), ut videtur. SCHR. 16) Mons prope Eis villam. SCHR. 17) Lippa a Gradisca orientem versus. SCHR. 18) Drauwald. SCHR. 19) Maria-Rast haud procul a Dravo fluvio supra Marburg. SCHR. 20) Supra c. 1. dictus, postea a. 1123. dux Carinthiae. 21) De Foro-Iulii. SCHR. 22) Windischgrätz. SCHR. 23) Kreig prope St. Veit. SCHR. 24) Non a. 1093, ut Schroll contendit, annus enim secundus iuxta morem scriptorum medii aevi sequens annus dicitur. 25) A. 1101, Sept. 28. 26) Archiepiscopi Salisburgensis a. 991—1023. 27) Cf. Urbani privilegium p. 1058, n. 3. laudatum: *Sepulturam eiusdem loci omnino liberam esse decernimus.* 28) Marchio Istriae, cuius uxor fuit Richarda filia Engelberti I. 29) Zellnitz in sinistra ripa Dravi fl. supra Marburg. SCHR. 30) Feistritz infra Zellnitz. SCHR.

utilitate. Item Arnolt et Sitzo tradiderunt duos mansus in Plêsteten[1] sitos pro anima Perhtoldi nepotis sui. Harum 4^or donationum insimul factarum testes sunt hii: Engelbertus comes, Poppo marchio, Weriant, Arnolt, Purchart, Petrus, Herolt, Marquart, Rûthart, Herman et alii multi.

1095. Apr. 6. Duo dehinc anni et 4^or menses effluxerant, et pius ille sacri fundator cenobii, hora preventus extrema, diu desideratum monachicum cepit indumentum, sicque mira Dei bonitate clementer eum preveniente, clementius subsequente, vitam gloriosam termino gloriosiore conclusit[2].

7. Successit huic affectu et natura germanus Hartwic Magdeburgensis archiepiscopus[3], cuius erga locum sanctum quam fuerit sincera devotio, factorum ipsius hodieque declaratur indicio. Is etenim, premisso primitus hoc ipso, quem manu tenes, codice aliisque pluribus atque magnificis tam in ebore quam in vasis, in palliis et candelabris, paraturis atque codicibus, in ecclesie ornamenta donariis, tandem misit donum desiderabile super aurum et lapidem preciosum, ossa videlicet pie matris[4], que in remoto Germanie sinu apud Spânheim[5] locata fuerant, ipse tamquam thesaurum dulcem effodiens et hic ad paterni dextram sepulchri postmodum ea per se, quasi de finibus christiani orbis advolando, recondens. Ubi non dissimulanda nec vilipendenda superne dispositio pietatis hanc premiorum vicissitudinem suis fidelibus hic in presenti reddentis. Sigfridi natale solum Spânheimmense
1065. fuerat castrum, Richkart Laventinis oriunda extitit oris[6]. Hunc in reditu ab Ierusalem[7] defunctum et in Vulgaria sepultum coniux plena fide precio dato recepit ac tumulandum propriis laribus intulit; hanc ad Sanctum Iacobum[8] eundo peregre[a] mortuam et apud Spanheim, ut diximus, conditam filius levat et patri velut e latere consessuram offert. Nonne tamquam ob ortu solis et occasu alter alteri occurrisse et ad condictum quodammodo requietionis sue locum pari voto convenisse dicantur? Igitur archiepiscopus, matre ad votum sepulta, tradidit sancto Paulo 20 mansus, hoc est stabulariam curtim Stadilaren[9] dictam ac curtim elemosinariam cum mancipiis et appendiciis suis, villam Puhelern[10] montemque Wînsperch[11] cum mancipiis et omnibus ad se pertinentibus, et hoc subscriptis confirmavit testibus: Herman comes, frater episcopi[12], et E[ngelbert], Sigfrit et Pernhart et Hainric, nepotes sui[13]; Adilram et filius Adilram, Ceizolf[14], Dietrich et filius eius Hugo, Hecil et alii multi.

8. Post hec omnia Hadwich cometissa, E[ngelberti] relicta, cum in castro Musse[15] posita pervenisset ad extrema, dedit sancto Paulo 5 mansus in campo qui vocatur Hard[16] inter Travum et Lavandum sitos et hoc istis confirmavit testibus: Engelbert et Pernhart et Hainrich, filii ipsius; Otto de Nauna[17], Engelinch de Mosiburch[18], Meingoz, Dietrich, Meinhalm, Dietrich, Rûpreht de Cella, Heinrich, Scrowil, Penno, Wecil.

Hoc predium cum filius eius Sigfridus et post ipsum eius coniux Adilheidis aliquandiu detinuissent violenter, tandem Sigfridus, illorum filius, divino nutu commonitus, hanc parentum factionem abhorruit et ecclesie bona sua recognovit atque remisit. Huius rei testes sunt: Pernhart comes[19], Erchinger, Adilram, Reinbertus, Dietricus, Hainricus, Hugo, Wolfker, Willinch, Reinbot, Volpreht et Wîker, Gebhart, Franch, Perhtolt, Pernhart, Ingram, Sigbot.

a) in p. *c.*

1) Plesteten a S. Paulo orientem versus. SCHR. 2) Necrol. S. Pauli, l. l. p. 53, ad d. Apr. 5. habet: *Engelbertus comes de Spanheim, dux Carinthiae* (falso dictus), *fundator monasterii S. Pauli, in quo sepelitur; habet anniversarium.* Necrol. Seccoviense vero, Pusch et Frölich, Dipl. Styriae II, p. 365, ad diem Mart. 21. habet: *Engelbertus, fundator S. Pauli in Lavent.* SCHR. 3) A. 1079—1102, frater Engelberti I. comitis. SCHR. 4) Richardae supra c. 2. dictae. 5) Sponheim (circ. Kreuznach). 6) Necrol. S. Pauli ad d. Febr. 8, l. l. p. 47, habet: *Benefactrix magna et fundatrix summi templi, Richarda comitissa Lavantina, mater Engelberti fundatoris.* 7) Cum archiepiscopo Moguntino et episcopo Bambergensi a. 1064. in Terram Sanctam profectus, sequenti anno in reditu obiit die Febr. 7, ut Necrol. S. Pauli, l. l. p. 46. habet. 8) Gallaeciae. 9) Stadling communis Kolnitz, a S. Paulo inter septentrionem et occidentem. SCHR. 10) Ober- et Unter-Pichling prope Rojach. SCHR. 11) Weinberg a S. Paulo orientem versus. SCHR. 12) Cf. supra p. 1058, n. 7. 13) Filii Engelberti I. c. 1. dicti. 14) Filius Hermanni comitis supradicti, cum Cod. trad. c. 11. legatur: *Ceizolfus senioris Engelberti fratris filius.* SCHR. 15) Mosa a Gradisca septentrionem versus. SCHR. 16) Am Hart a S. Paulo meridiem et orientem versus. SCHR. 17) Pordenone in Venetia. SCHR. 18) Moosburg (circ. Klagenfurt). SCHR. 19) Filius Engelberti I. supra dictus, patruus huius Sigfridi III. de Sponheim-Liebenau.

FUNDATIO MONASTERII BAUMBURGENSIS.

Narratio est iucunda et haud levis momenti, licet haud pauca et falsa et dubiae fidei contineat, quam canonicus Baumburgensis de fundatione monasterii sui, saec. XII in. a Beringero comite de Sulzbach conditi, post a. 1155[1], *sed, ut videtur, ante finem saeculi XII. conscripsit; qui id praesertim studuit, ut ecclesiam Berchtesgadensem ad sui monasterii ius pertinere probaret. Haec relatio ex codice Baumburgensi saec. XIII, nunc archivi regii* Monacensis, *signato Baumburg fasc. I, nr. I, mbr. fol., p.* 19—24[2], *eleganter quidem, sed haud sine mendis gravioribus exarato, edita est apud Hund, Metrop. Salisburg. ed. Gewold (Monaci* 1620*) III, p.* 81—84. *(Ratisponae* 1719*) III, p.* 56—58*; deinde nimis mendose Monumenta Boica II, p.* 173—179*; quem codicem ipse iterum exscripsi. Adieci notam de dedicatione eiusdem ecclesiae. O. H.-E.*

FUNDATIO CLAUSTRI IN BÒMBURCH. p. 19.

Fuit in Bawarie provincia comes illustris prosapie Cůno vocatus, omnibus eiusdem provincie nobilioribus sicut genere, sic etiam potestate seu[a] diviciis excellens, cuius genuinus et cognitionis et cognationis posterorum eius postmodum communis locus usque hodie Vranthenhusen[3] nuncupatur. Qui comes egregia liberorum procreatione fecundatus, habuit dulcissime indolis filiam Adilheit vocatam, puellam mire pulcritudinis[b], ita ut inter electissimas predicte terre mulieres, quantum genere prestantior, tantum forma decentior appareret; quam pater tenere diligens, dum, quia specie comparem filiam non reperit, et virum, cui desponsaretur, eque nobilem vel adeo perfectum invenire desperaret, et hac hesitatione, quid faceret, quid non, animus eius pro filia desponsanda multumque diuque vacillans versaretur in dubio, divina[c], *ut creditur, permissione factum est, ut hec mentis ipsius non satis approbanda (*p. 20) elatio in se ipsam, quid esset, recognoscendum retraheretur hoc modo. Quidam comes Marcohardus, de castro a nomine possessoris[d] Marcarstain[4] appellato, ab hominibus prefati comitis quam plurimis incursionibus et violentiis in se et in suis aspernanter et contumeliose dehonestatus, nec tantum hec a remotis vel eo absente, verum etiam ad proprium intuitum ignominiosis lacessitus iniuriis, dum ultionem expetere de hiis nec vi valens nec metu volens inestimabili et utilitatis et honoris subiaceret discrimini, sapienti usus consilio, sanius esse deliberavit malum in bono vincere quam se cum suis a malo vincendos periculo committere, simulque reputans stultum esse contra ictum fluvii conari, maluit potentiori et forciori se sub specie[e] familiaritatis obsequi, quam quod frustra obnitens nitendoque nichil obtinens, sed magis in deterius vergens, sua suorumque dampna de cetero semper inultum iri pateretur. Per industrios itaque mediatores firmissima inter eos compositione facta, oblivione sepeliuntur quecumque retro irrogate molestie, minorque maiori tamquam unus suorum in omnibus obsequendo deferens, quietis et pacis gratia comes comitem comitatur. Cumque et ita se gerere nichilominus iudicaret inhonestum, ut vir prudens, quiddam aliud animo concepit, de quo non iam simulata, sed perfecta dilectio inter eos certius haberetur; et forsitan maximum per hoc glorie poterat consequi incrementum, nisi maledicti hostis invidia, ut postea narrabimus, intercidente[f], in novissimo benedictione caruisset. Divina tamen[g] clemencia huic dyabolice machinationi, secus quam cogitaverat, secundum inmensam pietatis habundanciam, ut sequencia declarabunt, misericorditer obviavit. Predictus igitur M[arcohardus] comes, ut voti sui compos efficeretur, ipsi comiti C[ůnoni], cui adheserat, cunctis sibi attinentibus in omnibus gestis suis graciosum se reddidit et acceptum, precipue

a) sue *c.*; sua *edd.* b) pulcritudis *c.* c) *bis p.* 19. *et* 20. *scriptum c.* d) *sic recte emendatum est Mon. B.*; possessionis *c.* e) spē *c.* f) *sic c.* g) tm̄ *c.*

1) Cum Hartwici episcopi Ratisbonensis a. 1155 - 1164. mentio facta sit. 2) P. 1—4. huius codicis perditis, p. 5 14. continent indiculum bonorum et redituum Baumburgensium, p. 15—19. privilegia Paschalis II. et duo Innocentii II. pontificum huic monasterio concessa. P. 24. legitur: *Iste liber est sancte Margarete in [Bòm]burch.* 3) Frontenhausen ad Vils fl. (BA. Vilsbiburg). Vide de hoc comite de Megling etiam dicto E. v. Koch-Sternfeld, 'Gesch. d. Fürstenthums Berchtesgaden' p. 12 sqq.; Moritz, 'Stammreibe u. Gesch. der Grafen v. Sulzbach' in 'Abh. d. bair. Akad., hist. Kl.' I, 2, p. 74. 4) Marquartstein (BA. Traunstein) ad Achen fl.

tamen in exercitio militari[a]; per quod etiam quia ignita puellarum corda, viri affectancia cognitionem, maxime accenduntur, contigit prenominate puelle, ipso procante[b], ad consensum amoris sui animum inclinari; sed nec quia furtivum amorem diu celari, nec patris permissione manifestum seu legittimum inter se coniugium fieri posse sciebant, sub stricta venere coerceri laboriosum estimantes, cupitis etiam amplexibus libere frui iocundum *p. 21. reputantes, de raptu et fuga invicem condixerunt. Quo condicto ad effectum *conducto[c], pater egre ferens et plurimum indignans, generum quidem minime persequendum censuit; filiam vero non solum sponsali iure non ditavit, sed et omni patrimonio suo penitus exheredavit. Hiis ita gestis, duo iuvenes, privigni[d] comitis Mar[cohardi], cum quorum matre, muliere quidem nobili, ante dormire consueverat, dolentes[e] de matre relicta, quam, licet absolute amatam, iugiter tamen cum ipso sperabant fore[f] permansuram, duobus mensibus post peractas nuptias vix decursis, in quo loco erat transiturus positis sibi insidiis, ad mortem[g] usque vulnerantes, semivivum eum reliquerunt. In extremo igitur vite sue articulo, nec gravissimi doloris accerbitate nec metu mortis intercipiente, recordatus et noviter et breviter amate coniugis sue, qualiter sui causa non modo patris demeruisset gratiam, sed etiam inexorabilem incurrisset offensam, secundum magnanimitatem constancie sue acerrimi agonis aculeo non effracte de desolatione nove nupte non minus quam de mortis amaritudine anxiabatur, metuens, ne, sicut eo vivente propria est hereditate destituta, sic eo moriente suo quoque patrimonio eam privari, insuper etiam parentum solatio contingeret orphanari. Ad consolandam ergo tam subite viduitatis desolationem predictum castrum Marquarsten cum ministerialibus, prediis quoque et mancipiis omnibusque ditioni sue attinentibus in manus sepius dicte coniugis sue, quia herede caruit, libera traditione sub tali comisso delegavit, videlicet ut post mortem suam, quo cicius posset, ob communem utriusque memoriam de ipso patrimonio cenobium in honore beate Margarete construeret, personis aliquot inibi Deo servientibus prediis, quantum necessitas exigeret ad tempus, collocatis, ipsa quoque defuncta, idem patrimonium, exceptis ministerialibus, huic cenobio totaliter attineret. Marquardo siquidem comite talem vite finem sortito, comes Ůdalricus de Pactavia[1], et prepotens ac predives, ita ut vulgo Vilrich[2] appellaretur, viduam ipsius duxit uxorem; per quam tamen solam filiam generans nomine Ůtam, Eingelperto duci[h] de Chraieburc[i, 3] eam desponsavit. Cui duci nati sunt per eam quatuor filii: Bernhardus[4] dux Charintie, Eingelpertus marchio Ystrie, Hartwicus postea Ratisponensis episcopus[5] et comes Rapoto de Chregeburc[6]; de quibus propter notionis[k] compendium modo tacebimus. Defuncto vero 1099. comite Ůlrico[7], Alheidis comitissa, denuo vidua, Berngero[8] comiti de Sulzphach, tunc *p. 22. etiam viduo, tercio nubens, ministeriales et patrimonia duorum comitum, sicut erga *maritos suos erat devotissima, sub tali conditione scilicet, ut ex uno illorum cenobium, ipsis adhuc viventibus, sicut predictum est, construeretur[l], libere donavit. Milites autem comitis Ůlrici in manus aliene ditionis se transferri equanimiter non ferentes, usque ad retractionem huius facti repugnare non cessabant; et tamen consensu comitis hac donatione remissa, omni tempore quo domina eorum advixit marito eius, quemadmodum iuris ratio exigebat[m], debitis obsequiis deferentes nichilominus adheserunt. Dumque iam sepius iterati monasterii constructio longa dilatione protraheretur, supervenit dies, quo Alheidis comitissa, viam universe carnis ingressura, a mortis prenuncia corriperetur infirmitate; iamque in suprema laborans egritudine, accersito ad se comite, sue in ipsum fidei devotionem ad memoriam eum revocare coegit, replicans ei, quod duorum comitum patrimonia, licet ipse unum sponte remiserit, in suam transtulerit dicionem, et ut laudamentum de constructione monasterii multociens ab eo sibi factum et ut votum primi coniugis sui, quo eam adiuraverat, ad effectum perduceretur, copiosa precum et lacrimarum effusione prout poterat expetebat. Qui, ut erat ad promittendum paratior, in continenti verbum ex ore eripiens, et primam et

a) milititari *c.* b) procurante *falso edd.* c) condicto *c.*; deducto *edd.* d) ꝑvigni *c.* e) dolente *c.* f) forte *c.* g) morte *c.* h) duce *c.* i) Chreieb. *ead. m. corr.* Chraieb. *c.* k) nationis *c.* l) contrueretur *c.* m) exiebat *c.*

1) Passau. 2) i. e. mhd. 'vil rich'. Cf. Ekkeh. a. 1099, SS. VI, p. 210. 218: *Oudalricus comes, quem multum divitem dicebant.* 3) Comiti de Kraiburg, marchioni Istriae et a. 1124—1134. duci Carinthiae; cf. Vita Salomae et Iudith, supra p. 847. 4) Immo Ulricus dux Carinthiae a. 1134—1144. 5) II. a. 1155—1164. 6) Et Ortenburg. Omissus est quintus filius Heinricus abbas Villariensis, episcopus Trecensis a. 1143—1169. 7) A. 1099; cf. Ekkeh., SS. VI, p. 210. 218. 8) I. Cf. Moritz l. l. p. 82 sqq.

ultimam peticionem ipsius affectu et effectu se prosecuturum verissime, porrecta dextera, pollicetur. At illa obiciens testamentum matris sue[1] comitisse Irmigardis[2] simili de causa per desidiam suam adhuc in irritum remanere[3], ante non destitit, donec ipso comite cum 12 ministerialibus electissimis iureiurando se obligantibus certissime confirmatum est, non prius eam sepulture commendari, antequam cenobium sub patrocinio beate Margarete, secundum quod pie memorie Marquardus comes per eam fieri primitus instituerat, fundaretur. Hiis ita dispositis, Alheidis comitissa post felicem vitam beato exitu defungitur in Domino[4]; quam comes iuxta capellam suam in Sulzpach, ipsa terra propter iusiurandum, quo se cum suis obligaverat, sepulcri causa non effossa, sed humo aliunde asportata fecit operiri; ubi per 12 annos requiescens, legitima caruit sepultura. Unde ministeriales graviter commoti, omnes in commune dominum sunt agressi, attentissime supplicant, quatenus et salutis sue causa et, ne simul cum eis ad ultimum periurus inveniatur, testamentum matris sue iam diu neglectum satageret adimpleri. Hiis ergo assidua interpellatione frequenter et acriter instantibus, comes, omnibus suis in locum qui Rordorf[5] dicitur convocatis, tractare cepit de duarum *coniugum suarum[6] testamentis, proponens eis, quod e duobus *p. 23.
unum consilio inter[a] se habito salubrius esse discernerent, aut duo cenobia, sicut ipse laudaverat, de prediis ad hec deputatis, licet rerum et personarum penuriam habencia, aut unum sine utriusque defectu construi rebusque et mancipiis coadunatis honorifice dotari. Quibus unam ecclesiam cum copia quam duas cum inopia fundari sanius esse iudicantibus, comes capellanum suum Arnoltum[b] sacerdotem cum illis 12, qui se una cum ipso iuramento astrinxerant, ad montem qui tunc et nunc Bŏmburch[7] appellatus est dirigens, considerato hinc inde diligentissime loco, fecit metiri spacia, primo ubi fabrica templi decentissime poneretur[8], deinde claustri ambitum et fratrum habitacula, postremo dispositionem officinarum[c] congrue ordinari. Edificatione vero templi ordinata, C[onradus] Salzpurgensis archiepiscopus[9], natione Saxo, ad dedicandum hoc ipsum monasterium adveniens, peracta dedicatione, rogatu Berngeri[d] comitis, eiusdem templi fundatoris, locum Berhtersgademe[e, 10], in quo Irmigardis comitissa 4[or] fratribus cellulam fieri, dum adhuc viveret, instituit[11], cum omnibus appendiciis suis super altare beate Margarete verbo auctoritatis sue assignavit[12]; et preterea, si quid tamen super huius verbi confirmationem valere potuit, ipse comes, cuius ditioni uterque locus prius libere attinebat, traditionali iure delegavit. Beate igitur memorie Adelheidis comitissa, cuius sagaci sollercia ecclesia Bomburgensis hoc, ut diximus, ordine est fundata, tunc demum legittime traditur sepulture. Transactis vero aliquot annis predictus archiepiscopus, et dotale et traditionale ius per secula sanctum infringere non metuens, locum Berhtersgademe, si tamen potuit vel debuit, preter Bŏmburgensis

a) int[9] *c.* b) *post corr.* Arnolfum *c.* c) offinarum *c.* d) Bergeri *c.* e) Berhterhgademe *c.*

1) = *eius*, scil. Berengeri comitis. 2) De fundando coenobio Berchtesgadensi; v. Fund. Berchtesgad., infra p. 1065. 3) Attamen cum Adelheide, coniuge sua, viva Berengerus comes canonicis Berchtesgaden cum aliis praediis tradidit; cf. infra p. 1066, n. 1. Eademque Adelheidis ecclesiae Baumburgensi praedium Etinvelt donavit (Trad. Baumb. nr. 22, Mon. Boica III, p. 10). Moritz quidem l. l. p. 95 sqq. hanc Adelheidem tertiam uxorem Berengeri comitis, de Wolfrathshausen natam, fuisse contendit. Cf. v. Koch-Sternfeld in 'Abh. d. bair. Akad., hist. Kl.' V, p. 20 sqq. 4) Die Febr. 24, Necrol. Baumb., Mon. Boica II, p. 265; quo vero anno non constat. Nullo enim certo argumento nisus Moritz l. l. p. 87. eam a. 1100. mortuam esse contendit. 5) Rohrdorf (BA. Rosenheim). 6) Auctor potius *matris et coniugis* dicere debuisse videtur. Nomen et gens primae uxoris Berengeri ignota sunt. 7) Situs ubi Alz et Traun fluvii confluunt. 8) *Ecclesiam in loco Baumpurg ad honorem s. salvatoris nostri Iesu Christi sancteque Dei genetricis Marie et sancte Margarete* iam circa a. 1020. *comes Sizo cum coniuge sua Iudita construxerunt;* Trad. Baumburg., Mon. Boica III, p. 3, nr. 1. Etiam praedicta Adelheidis comitissa iam curtem quandam eidem ecclesiae *pro anima mariti sui Marcwardi* donaverat; Trad. Baumburg. l. l. p. 4, nr. 2. Erravit igitur auctor narrando a Berengero comite hanc ecclesiam primo constructam esse, qui eam ditavit et canonicos ibi instituit; cf. Trad. Baumburg., l. l. p. 4, nr. 4. p. 13 sq., nr. 33; cf. etiam supra n. 3. 9) A. 1106—1147. 10) Berchtesgaden. 11) Cf. Fund. monast. Berchtesg., infra p. 1065. 12) Ecclesia Berchtesgadensis neque inter res a Berengero comite monasterio Baumburgensi traditas, Mon. Boica III, p. 4, nr. 4, neque inter possessiones eidem ab Honorio papa confirmatas, Mon. Boica II, p. 180 sqq., Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 7397, occurrit. Verum est Eberwinum praepositum Berchtesgadensem primo etiam ecclesiam Baumburgensem rexisse, illo vero etiam vivo huic ecclesiae Gotscalcum praepositum praefectum esse; Fund. Berchtesg., infra p. 1065. Eberwinus etiam a. 1142. coenobium Berchtesgadense regebat (Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 8193), Baumburgensi vero iam ante a. 1130. Gotscalcus praefuit (Jaffé nr. 7397).

ecclesie assensum pristine libertati donavit. Inde noverint omnes fideles — nisi visis et auditis nulla sit fides adhibenda, et quodcumque testamentum huic simile, non tantum[a] duorum aut trium nec centum vel mille testium, verum etiam innumere gentis contestatione publice approbatum, privatim et clam sit reprobandum, et ut totam iuris regulam breviter comprehendam, omne rationabiliter statutum preter rationem sit destituendum — locum Berhtersgademensem[b] ecclesie Bōmburgensi non inpari iure quam matri filiam attinere. Dignitas enim Romani apicis non minime in hoc contemptam se esse doleat, quod auctoritate patroni sui eo tempore sibi presidentis, Pascalis videlicet piissimi pastoris[1], ea que prefatus comes de utroque, unde sermo agitur, loco, supra memorato capellano suo
*p 24 Arnolto[c] ad Romanam sedem ob hoc ipsum directo, verbo *summi pontificis sanciri postulaverat, eodem capellano causam et ordinem facti sibi veraciter reponente[d], in quantum virtute apostolica stabiliri poterant[e], firmissime solidata[2], contra omnem iusticie normam inferioris dignitatis presumptione, per se ipsam etiam[f] quandoque iuste confirmata, post ad libitum suum contra ius infirmante, irreverenter et temere sunt soluta, maxime cum inditio de omnibus hiis capiende veritatis ecclesia Bōmburgensis annuatim aureo denario Romane ecclesie censualis esse teneatur[3], ob testamentum scilicet singularis prerogative, per[g] quod eadem ecclesia sibi ad confirmationem eorum, quibus tam dotata quam ditata fuerat, a matre ecclesiarum libertatis privilegio meruit insigniri.

In[4] monasterio Pawmburgensi Salzburgensis dyocesis, ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, sic scriptum invenitur: In nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte Marie perpetue virginis et sancte Margarethe virginis et martyris omnium-
1156. Iul. 12. que celestium virtutum consecrata est hec ecclesia[5] anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indiccione 3[6], quarto Ydus Iulii, sub imperio Friderici cesaris, marchione Engelberto[7] et uxore eius Maechthilde, eiusdem ecclesie advocato, et sub patre venerabili Gotteschalco, eiusdem ecclesie fabricatore et preposito. Dedicata autem est ecclesia a piissimo Salzburgensis ecclesie archiepiscopo Eberhardo et a duobus suffraganeis eius, Ratisponensi videlicet episcopo Hartwico et a patre sanctissimo Brixinensis ecclesie Hartmanno etc.

a) tū *c.* b) Berhtʾgadʾ *c.* c) *radendo corr.* Arnosto, *ut videtur.* d) *sic in c. hanc vocem detersam legere mihi videor;* deponente *edd.* e) poterat *c.* f) et *edd.*: *sed* ꝉ *in c. fuisse videtur, quod iam non satis certe legitur.* g) *detersum, iam legi nequit; deest edd.*

FUNDATIO MONASTERII BERCHTESGADENSIS.

De coenobio canonicorum regularium ordinis s. Augustini Berchtesgadensi saec. XII. ineunte fundato narratio brevis omnique fide digna paulo post mortem fundatoris Berengarii I. comitis de Sulzbach[8] († 1125, Dec. 3) conscripta videtur[9]; qua ea quae praecedenti relatione de coenobio Baumburgensi ab eodem comite fundato tradita sunt partim confirmantur, partim augentur, partim refutantur aut melius perspiciuntur. Haec initio codicis traditionum Berchtesgadensis, nunc in archivo regio Monacensi servati, manu saec. XII. scripta exstat, unde cum integro codice traditionum a K. A. Muffat, 'Quellen u. Erört. z. bayer. u. d. Geschichte' I, p. 231 sqq. edita est. Apographum huius

1) Cf. eius privilegium Eberwino praeposito Baumburgensi datum Mon. Boica II, p. 179 sqq., Jaffé, Reg. ed. 6434. 2) Neque in privilegio Paschalis papae modo laudato neque in eiusdem privilegio ecclesiae Berchtesgadensi eodem die ac Baumburgensi modo laudato dato, Jaffé nr. 6433, dictum est hanc monasterio Baumburgensi traditam esse. 3) Cf. privilegium Paschalis papae laudatum: *allodium suum . . . Romane ecclesie obtulit sub unius aurei censu annuo.* 4) Haec nota exstat in codice Oenipontanae universitatis II. I. C 12, f. 22, olim monasterii Novae-cellae, post Vitam Hartmanni episc. Brixinensis manu saec. XIV. scripta, unde eam edidit H. R. de Zeissberg, 'Archiv f. österr. Gesch.' LVI, p. 454 sq. 5) Baumburgensis. 6) Immo quarta. 7) III. Istriae de Kraiburg. 8) Quem *piae memoriae* auctor dicit. 9) Vivo Eberwino praeposito, qui a. 1142. obiit; vide p. 1066, l. 8.

historiolae exstat in 2) libro copiali, ut dicunt, Berchtesgadensi saec. XIII in., in archivo Monacensi servato, ex quo primo in lucem prodiit apud Wig. Hund, Metrop. Salisb. ed. Gewold (Monaci 1620*) II, p.* 154 *sqq. (Ratisponae* 1719*) II, p.* 106 *sq. Codicem utrumque V. Cl. K. Schäfer contulit. O. H.-E.*

Cenobium regularium canonicorum, quod auctore Deo in silva Perthersgadem situm est, dignum duximus ad posterorum noticiam scripto presenti transmittere, qualiter institutum sit, videlicet quo auctore fundationis originem acceperit, tum etiam consequenter exponere, quibus pro intentione et spe remunerationis aeternae locum eundem de patrimonio suo pie iuvantibus, quibusque euangelicae perfectionis culmen appetendo cum coniugibus et liberis ibidem conversis et omnia quae habebant in seculo, non quidem relinquentibus, sed fervente[a] devotionis studio Deo secum offerentibus[1], altius atque in melius profecerit, ita ut in brevi vasta solitudo, quae paulo ante fuerat saltus ferarum et cubile draconum, fieret tabernaculum Dei habitantis cum hominibus, fieret etiam palestra spectabilis, videlicet pro patria caelesti [cf. Is. 34, 13] luctantium et carnem suam cum viciis et concupiscentiis mortificantium. Quibus desiderio mundum fugientibus atque intentione sancta longe factis a seculo quantum prosit corporalis solitudo, oculo sapientie causam attendentibus facile constabit, videlicet ut tam corpore quam mente fugiant secularium hominum nimiam frequentiam, edificantes sibi cum regibus et consulibus terrae solitudinem, in qua fugiendo elongantes atque elongando manentes veraciter exspectent eum qui eos salvos faciat a pusillanimitate spiritus et tempestate.

Itaque mater comitis Perengarii[b, 2] nomine Irmingart[c, 3], nobilitatis atque honestatis in seculo, pietatis ac devotionis titulis coram Deo mulier insignis, voto facto, summopere studuit in aliquo patrimoniorum suorum loco congregationem clericorum communis vite instituere, ubi quicquid pii laboris, quicquid religionis ac sancte conversationis servatum fuisset, in perpetuum sibi etiam ad salutem opitulari tam non inaniter quam fideliter credidit, cum de loco predicto sui predii sueque institucionis tamquam de sinu suo ac manu multorum merita ad Deum transirent, videlicet omnium usque in finem seculi ibidem sanctę ac regulariter viventium. Amplius etiam alto divinoque ac supra mulieris animum sapienti usa consilio, proximorum quoque utilitati studuit providere, in uno videlicet eodemque opere et sibi in futurum prospiciens et aliis exemplum atque occasionem sua Deo spe supernae retributionis conferendi instituens. Sic profecto sua fideliter et devote Domino offerens, quatinus etiam posteri haberent, ubi peccatorum suorum precia, id est oblationes Christi pauperibus erogandas, reponerent, mundumque studio et amore perfectionis relinquere cupientes locum Deo serviendi preparatum invenirent.

Verum cum huius tam sancti propositi differretur effectus, non interveniente desidia, sed impediente[d] occupatione terrena, contigit eam seculo valefacturam ultima infirmitate fatigari[4]. Que, morte imminente, filium supradictum Peringarium vocans sueque illi voluntatis propositum aperiens, vehementer supplicat, quatinus a debito voti Deo facti et matrem liberet et sibi proprium ac speciale apud Deum remuneracionis eterne premium, de matris quidem proposito, de opere vero suo collocaret[5], designatis quibusdam allodiis, que, patre[e] comitis Perengarii[b] defuncto[f, 6], ab illo cui postea nupserat[g, 7] dotalicii nomine possessa huic operi devoverat[h], scilicet Perthersgadem ac Niderhem[i, 8]. Quibus ille precibus susceptis et matris voluntati suam iungens, tam devote quod petebatur impleturum se promisit, quam fideliter postea, accepta oportunitate, implevit.

Eodem sane[k] tempore Reitenbuchensis[9] ecclesia, communis vitae[l] privilegiis regulariter instituta, latissime congregationis filiis fecunda, religiose conversationis patribus sublimata,

a) fervere *corr.* fervente 2. b) Pering. 2. c) Irimgart 2. d) o. t. imp. 2. e) *sic leviter emendandum esse patet;* pater 1. 2; pater c. P. de fundo . . . possesso *falsissime scripsit Muffat.* f) defunto 1. g) nupsera 1. h) devovera 1. i) Niderheim 2. k) sanae 1. l) ritę 1.

1) Haec ad traditiones huic narrationi subiectas, a nobis omissas, spectant. 2) I. de Sulzbach. 3) Filia Chunonis comitis palatini Bavariae, ut demonstrat Moritz, 'Abh. d. bair. Akad., hist. Kl.' I, 2, p. 65 sqq. 4) Quae obiit die Iun. 15 (Necrol. Baumburg., Mon. Boica II, p. 266) a. 1108. vel 1109, ut Moritz l. l. p. 77 sq. non satis certis argumentis nixus contendit. 5) Cf. Fund. Baumburg., supra p. 1063. 6) Gebhardo I. comite de Sulzbach, qui circa a. 1080. obiit. 7) Cuidam comiti de Horburg, cuius nomen non constat; vide Moritz l. l. p. 74 sq. 8) Niedernheim in pago Pinzgau, ducatu Salzburgensi (LG. Taxenbach). 9) Raitenbuch (dioec. Frisingensis), ubi coenobium regularium canonicorum a. 1086. a Welfone duce fundatum erat. Cf. Greinwald, Orig. Raitenbuchae I, p. 231 sqq. 250 sqq.

fama et opinione sanctitatis longe lateque fulgebat. Inde itaque tamquam de fertilissimo sanctitatis et religionis horto nove institucionis plantaria querere optimum ducens, Ůdalrico tunc eiusdem loci venerabili preposito suae ac maternae voluntatis propositum insinuans, summopere supplicat, quatinus ei et consilio adesset, qualiter id faceret, et auxilio[a], ut perficere posset. Qui tanti principis a Deo inspiratum affectum nefas existimans denegato assensu ab opere pio avertere, octo illi misit pro auxilio honestas personas, quatuor videlicet clericos et totidem[b] laicos fratres, factoque de ipso suo collegio ex communi electione preposito, venerabili scilicet, qui[c] nunc adhuc superest, Eberwino, Perhthersgademe venerunt. Ubi brevi tempore commorati, ceperunt paulo negligentius rebus suis operam dare, vastam solitudinem, utpote silvam terribilem, perpetui frigoris et nivium horrore squalentem, fastidientes, atque ideo silentio preterire quam exponere maluimus, quam sepe loca mutaverint, aptiorem sedem futurae congregationi querentes. Unde et contigit, ut circa ipsos et locum invitatoris eorum animus paulatim languesceret, cum tandem memoratus Eberwinus, divini consilii armatus virtute, iacto in Dominum cogitatu, a quo sperabat omnem difficultatis asperitatem fidelium sensibus et posse mitigari et mitigandam, silvam Perhthersgadem repetiit, omnemque demum dubietatis nebulam ac mutabilis[d] animi postponens levitatem, conductis lapidum artificibus, monasterii fundamenta locavit. Quod ut conperit comes pie memorie Peringarius, vehementer exultans et Deo gratias agens, omnemque tunc primum adhibuit diligentiam prepositi vota iuvare, fratrum necessitatibus subvenire, locum colere eumque pecuniis, possessionibus et mancipiis exaltare[1].

Quia vero scripto presenti adversus hominum calumpnias posteris responsionem pre parare cupimus, dicto quo ordine, quo auctore, cuius rogatu locus institutus sit, nunc dicendum breviter, qualiter in defensionem Romanae ecclesie venerit. Memorata itaque comitissa, cum de instituendo[e] clericorum monasterio, ut predictum est, filio commendaret, ante omnia supplicans monuit, fundo super altare beati Petri delegato, auctoritate domini apostolici causam aggredi. Quod et facere statim, oportunitate accepta, non distulit per manum fratris sui[2] Cůnonis[f] de Horburc[g], eunte cum illo pariter loci preposito Eberwino, atque hoc ab apostolico in munimentum[h] monasterii datum est privilegium[3]:

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Peringario et Cůnoni[f] comitibus salutem et apostolicam benedictionem. Piae postulacio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Proinde, filii in Christo karissimi, vestris iustis postulacionibus annuentes, allodia vestra, villam scilicet Berthersgadem[i] et Niderheim, cum omnibus suis pertinentiis, quae pro remedio animarum vestrarum et matris vestrae [Deo[k]] et beato Petro sub annuo censu obtulistis, sub tuicione apostolicae[l] sedis suscepimus. Statuimus itaque, ut nulli omnino liceat predicta allodia beato Petro subtrahere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur pro utilitate et sustentacione monasterii, quod, largiente Domino, in eisdem allodiis edificare vovistis. Si quis vero hanc nostrae constitucionis paginam sciens contra eam venire temptaverit, secundo terciove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, sciat se omnipotentis Dei indignatione et terribili sancti Spiritus iudicio feriendum. Data Laterani 7. Idus Aprilis.

a) consilio *iterum* 1. 2. b) todidem 1. 2. c) q. n. a. s. *des.* 2. d) mutabitalis 1. e) instuendo 1. f) Chŏn. 2. g) Horburch 2. h) monim. 1. i) Bertherg et Nideheim 1. k) *deest* 1. 2; *suppl. Gewold.* l) a. ap. 2.

NOTAE TEGERNSEENSES.

Codex Monacensis Lat. nr. 19101 *(Tegerns.* 1101*), mbr. fol. saec. X, fol.* 1. *continet notas de restauratione coenobii Tegernseensis et abbate Hartwico*

1) Cf. traditiones, quae hanc relationem sequuntur, 'Quellen u. Erört.' I, p. 236 sq., quarum prima sic refert: *Notum sit omnibus aecclesiae filiis tam futuris quam presentibus in perpetuum, qualiter comes illustris Peringarius una cum uxore sua Adelheida ac filio Gebehardo tradidit in stipendium fratribus communis vitae aecclesiae beatorum Iohannis baptistae et Petri apostoli Perthersgadem quicquid ei ex hereditate matris obvenerat in villa Grettich et in Sconeberge et in Gravingadem tam in mancipiis quam in possessionibus pro remedio animae suae suorumque parentum. Huius rei testes sunt: Gebehardus filius eius* etc. 2) Ex eadem matre, ex alio vero patre, comite videlicet de Horburg; cf. p. 1065, n. 6. Cf. v. Koch-Sternfeld, 'Abh. d. bair. Akad., hist. Kl.' V, p. 32 sqq. 3) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6433, quod inter a. 1100—1115. datum est. Eodem die eidem Eberwino privilegium Paschalis pro Baumburgensi coenobio datum est; cf. supra p. 1064, n. 1.

coaeva manu scriptas[1]. *Sequitur tabula paschalis annorum* 969—1025, *cui nihil additum esse non possumus quin doleamus. Ultimo vero folio diversae manus saec. XI. quaedam de reliquiis intulerunt. Quae ipse exscripsi. G. W.*

Item in extrema pagina 386. *codicis* ***Monacensis*** *Lat. nr.* 18840 *(Tegerns.* 840), *mbr.* 8°, *indiculus reliquiarum ab Aribone abbate acquisitarum manu saec. XII. scriptus est, quem exscripsi et praecedentibus subiunxi. O. H.-E.*

Ex cod. Teg. 1101.

Anno 978, 4. Non. Mar. coepta est regularis conversatio in hoc monasterio a venerabili monacho Hartwico de Sancto Maximino. f. 1

Eodem anno mancus quidam, digitis in volam[a] infixis, per virtutem sancti Quiryni officium manuum recepit.

Anno 979. ab imperatore Ottone secundo idem Hartwicus baculum[b] et privilegium[2] recepit et a venerando episcopo[3] Abraham benedicitur, et monachi regulam professi sunt.

Anno[c] 982. bonae memoriae idem Hartwicus abbas obiit 6. Idus Aug.

Istae[d] reliquiae reconditae sunt in cruce dominica argento[e] decorata: De ligno Domini. De tunica Domini inconsutili. De spinea corona. De sepulchro Domini. De Calvariae loco. De capillis et de veste sanctae Mariae Dei genitricis. De corpore sancti Petri apostoli. Sanctorum martyrum reliquiae: Chrisogoni martyris, Castorii martyris, Kyliani martyris, Cosmae et Damiani martyrum, Gordiani martyris, Vincentii martyris, Anastasii martyris, Sebastiani martyris, Quintini martyris. Sanctorum martyrum Alexandri, Eventii, Theodolis. De sanguine sancti Stephani protomartyris. De sanguine sanctorum martyrum Basilidis, Tripodis[f] et Mandalis. Sanctorum confessorum Remigii, Amandi confessoris, Florentii, Vindemialis. Sanctae Iulianae virginis.

De[g] cruce Domini. De mensa Domini. De sepulchro Domini. De capillis sanctae Mariae Dei genitricis. De vestimento sancti Petri apostoli. De sanguine sancti Pauli apostoli. De sanguine sancti QUIRYNI martyris. De dente sancti Laurentii martyris. De veste sancti QUIRYNI martyris. De sanguine sancti Stephani martyris. De corpore sancti Georgii martyris. De corpore sancti Xyxti episcopi et martyris. De corpore sancti Yppoliti martyris. De corpore sanctorum Alexandri, Eventii, Theodoli. De corpore sancti Sebastiani martyris. De corpore sanctorum Cosmae et Damiani. De corpore sancti Blasii martyris. De corpore sancti Rufi martyris. De corpore sanctorum Abdon et Sennes. De sanguine sancti Gordiani martyris. De sanguine sancti Andocii martyris. De corpore sancti Quiriaci martyris. De corpore sancti Adalperti martyris. De veste sancti Venezlai martyris. De veste sancti Desiderii martyris. De sanguine sanctorum Basilidis, Tripodis, Mandalis. De corpore sancti Florentii confessoris. De corpore sancti Vindemialis confessoris. De corpore sancti Servatii episcopi et confessoris. De corpore sancti Arsacii confessoris. De corpore sancte Regine virginis. De corpore sanctae Ceciliae virginis. De corpore sanctae Agnae virginis. De corpore sanctae Eugeniae virginis.

De[h] aliis acquirendo monasteriis has reliquias in istud coenobium Ellingerus[4] attulit abbas: De corpore sancti Stephani episcopi et martyris. De sanguine sancti Mauritii martyris. De dente sancti Oswaldi regis et martyris. Reliquiae sancti Alexandri martyris. De 7 fratribus. De corpore sancti Crispini et Crispiniani. De corpore Yppoliti martyris. Reliquiae sancti Irmini confessoris. Reliquiae Lantperti episcopi et martyris de Liuticha[5]. Reliquiae sancti Cantii. De corpore sancti Ursicini martyris. Reliquiae sancti Cantiani. De corpore sancti Arthemii martyris. De corpore sancti Tyburtii et Valeriani martyrum. De corpore sancti Epiphanii episcopi. De corpore sancti Nonnosi confessoris. De corpore sanctae Cantianillae virginis et martyris. De stola sancti Ŏdalrici. De corpore sancti[i] Regulae martyris. De corpore sancte[k] Iulittae virginis. De corpore sancte[l] Honestae virginis. De corpore sancte[l] Speciosae virginis.

Reliquiae[m] hic in sequentibus scriptae super sepulchrum sancti Quiryni positae lapidibus et cemento sunt obsitae: Reliquiae sancti Dionisii et sancti Yppoliti. De ostio templi Domini. De terra ubi sancta Maria Christum genuit. De sepulchro sancti Lazari. De sepulchro Domini. De candela caelesti igne accensa. Reliquiae sanctorum Felicis et Fortunati martyrum. De Calvariae loco. De ligno Domini. De sarcofagis et pulvere corporum multorum sanctorum. De ossibus sancti Castorii martyris et aliorum plurimorum[n] sanctorum, quorum nomina nescimus. Deus scit.

Ex cod. Teg. 840.

Has sanctorum reliquias acquisivit domnus Aribo abbas Tegrinsensis[6]: De ligno sanctae crucis, de sepulchro Domini, de pallio Domini, de corpore sancti Iohannis babtistae et de pheretro eius, de

a) *quaedam erasa c.* b) pac. *corr.* bac. *c.* c) *alia manu vel certe alio atramento scr. c.* d) *haec ultimo folio codicis inscripta sunt.* e) a. d. *superscr. c.* f) Iripodis *c.?* g) *alia manu s. XI. scr. c.* h) *haec prima manu scr. c.* i) *ita c.* k) sancti *corr.* sancte *c.* l) *post add. c.* m) *alia manu paulo posterioris temporis scr.* n) plur *c.*

1) Quae 'N. Archiv' VIII, p. 377. editae sunt. 2) St. 741. 3) Frisingensi. 4) A. 1017—1026. 1031—1041. 5) Lüttich. 6) A. 1102—1134.

corpore sancti Lazari, de corpore sancti Petri apostoli et de cruce eius et de kathedra eius, de corpore sancti Pauli apostoli, de capite sancti Andreae et de cruce eius, de monumento sancti Iohannis euangelistae et de manna sepulchri eius, de corpore et de dente sancti Bartholomei apostoli, de corpore sancti Iacobi apostoli, reliquie sancti Mathei apostoli et euangelistae, reliquie apostolorum Iacobi, Philippi, Thomae, Iacobi, Simonis et Iudae, Lucae euangelistae, Barnabae et aliorum apostolorum. Reliquie sanctorum Innocentum, de corpore sancti Stephani protomartyris, sancti Laurentii martyris, sanctorum martyrum Iohannis et Pauli, sancti Georgi[a] martyris, de corpore sancti Vincentii martyris, de corpore sancti Clementis papae et martyris, Urbani papae et martyris, Calisti papae et martyris, de corpore sancti Sebastiani martyris, sancti Apollinaris episcopi et martyris, sanctorum martyrum Viti et Modesti, Christofori martyris, Lantperti episcopi et martyris, Cyriaci martyris, Castuli martyris, Cholomanni martyris, sanctorum martyrum Primi et Feliciani, Adriani martyris, de dente sancti Tiburtii martyris, de corpore sancti Pantaleonis, Albani martyris, reliquie 40 martyrum, reliquie sanctorum confessorum Gagii[a] papae, Gregori[a] papae, sancti Ambrosii episcopi et confessoris, Benedicti abbatis, sancti Zenonis confessoris, Remigii confessoris, Corbiniani confessoris, Wolfkangi episcopi confessoris. Reliquie sancti Martini episcopi, sancti Antonii heremitae, sancti Sabae heremitae, Malchi pueri. Reliquie sanctarum virginum: Agathae virginis, Barbare virginis, Christinae virginis, Eunomiae virginis, Felicitatis martyris; reliquie sanctae Mariae Magdalenae et aliorum sanctorum. De veste sanctae Mariae virginis, de costa sancti Cyriaci martyris, Afri martyris, Vigilii episcopi et martyris, de casula sancti Bonifacii martyris, Sisinni[a] martyris. Reliquie sanctorum confessorum: Sancti Solae confessoris, Waltonis confessoris, de camisia sancti Widonis et de pellicio eius, de lecto eius, de sella eius. Reliquie sanctarum virginum: De capillis sanctae Ceciliae virginis, sanctae Waltpurgae virginis, Leonidae virginis et martyris, Eutropiae martyris; de corpore sanctae Mariae Magdalenae.

a) *sic c.*

DEDICATIO MONASTERII FISCHBACHAU.

Hanc notam nimis mutilam exscripsi ex codice M o n a c e n s i *Lat. nr.* 9573 *(monast. Altahensis superioris* 73*), mbr. fol., f.* 217. *in spatio olim vacuo relicto manu saec. XII. exaratam.* *O. H.-E.*

1087. Nov. 15. Anno incarnationis Domini 1087. obtentu Willi[helmi[a]] Hirsaugensis[b] coenobii abbatis 17. Kal. Decemb., anno autem ....[c] eius dedicata est haec aula Dei[1] a Meginwardo vene[rabili[a]] Frisingensis ecclesiae episcopo in nomine domini nostri Ihesu Christi et sanctae Dei genitricis et perpetuae virginis Mariae. Con[tinentur[d]] reliquiae de sancta cruce, sanctae Mariae, sancti Iohannis ....[e]

a) *uncis inclusa abscisa sunt.* b) Hisaug. *c.* c) *numerus* (XVI?) *abscisus.* d) *uncis inclusa legi nequeunt in c.* e) *sequuntur pauca verba, quae legi nequeunt, reliqua abscisa sunt.*

EX VITA SS. MARINI ET ANNIANI.

Eapropter hoc loco excerpta quaedam ex Vita ss. Marini et Anniani damus, quia in eadem perpauca de fundatione monasterii Rotensis ad Oenum fluvium siti relata sunt. Quae manu saec. XII in. exarata exstat in

1*) codice* M o n a c e n s i *Lat. nr.* 18625 *(Tegerns.* 625*), mbr.* 4°, *f.* 68—71′, *et ex huius apographo descripta est in codicibus*

2*) Monacensi Lat. nr.* 15608 *(Rot* 108*), chart.* 4°, *saec. XV, f.* 4—8′.

3*) Monacensi Lat nr.* 23846 *(ZZ* 46*), chart. fol., f.* 349—353′, *inter alias multas Vitas sanctorum; ubi quibusdam locis interpolatis aucta est. Quos codices ipse excripsi. Ex codicibus* 1. 2 *integra edita est Monumenta Boica I, p.* 343—350.

Quae de ss. Marino et Anniano hoc libello circa a. 1100, *nescimus quo auctore, composito traduntur fabulosissima esse nuper ostendi ('N. Archiv'*

1) Ecclesiam monasterii Fischbachau ad lacum Schliersee siti, postea ad Schirense monasterium pertinentis, hoc loco dici patet ex Conr. Schir. Chron. c. 6, SS. XVII, p. 617, qui hanc ecclesiam *in Vispach* a. 1087. a Meginwardo episcopo *optentu Wilhelmi abbatis in honore beatae Dei genitricis Mariae* consecratam esse dicit; qui hanc vel similem notam dedicationis legisse videtur.

XIII, p. 22 sqq.), composita partim ex sermone brevi de his sanctis, partim ex scriptiuncula spuria[1]*, quam Priamus presbyter tempore Philippi et Karlomanni conscripsisse mendaciter et nimis inepte dicitur; quam ob rem haec omnia omisi.* *O. H.-E.*

VITA[a] VEL SERMO DE SANCTIS MARINO MARTYRE ET ANNIANO CONFESSORE. f. 68.

Cum fides christiana post incarnationis domini nostri Ihesu Christi magnalia late per orbem terrarum gentes plurimas illustraret, et multitudo populorum christianorum inspirante Deo ad agonem spiritalem contra antiquum hostem pugnare properaret, evenit, ut quidam[b] sacerdos nobilis nomine Marinus*) heremum quandam in Norica provintia cis Alpinos montes sitam peteret atque ibidem omne tempus vitae suae permaneret. . . . . . . Ipse quoque sanctus Annianus[c] levita Dei non longe ab hospiciolo beati Marini in ipsa heremo habebat hospitium, fere duorum spatio miliariorum[2]. . . . . . . Gesta eorum f. 68'. sancta scimus descripta esse pauca, veluti de sanctis Enoch et Melchisedech nobis modicum quid indicat Veteris Testamenti pagina. In Novo quoque[d] Testamento parum legimus de apostolo Mathia atque de aliis sanctis, quorum nomina sunt plurima, et tamen ipsorum merita in Deo per loca pleraque glorificantur mirabilia. Similiter istorum sanctorum dicta et facta quamvis[e] breviter sint[f] scripta, coram Deo tamen laudibus ab angelis et hominibus digne extolluntur per secula. . . . . . .

Temporibus ergo regum Pippini et Karolomanni[3], quando in Frantia regnaverunt, ipsi sancti pre- f. 69. dicti, ut suprascriptum est, mira sanctitate in Norica provintia in deserto quodam cis Alpinos montes sito per multos annos in Christo claruerunt. . . . . . .

Denique post felicem obitum eorum ex divina revelatione quidam presbyter sanctus nomine Priamus f. 70 in eodem pago habitans sepelivit eos pariter in uno loco, ubi requieverunt eorum corpora tempore longo[4]. Quanta autem miracula Dominus ibidem fecisset *per merita et intercessiones eorum, ex negle- *f. 70'. gentia scriptorum minime tradita sunt memoriae posterorum. Verum nec nomen heremi scimus, in qua viri sancti viventes conversati sunt, nec locum, in quo defuncti a Priamo tumulati sunt[5]. Forsitan etiam tunc temporis scriptores propter hostiles incursiones rari inveniebantur, seu certe nomina eorundem locorum hi homines occultare nitebantur, qui in alium eiusdem Noricae provintiae locum sanctorum istorum corpora transtulerunt, quae in aecclesia cuiusdam villae iuxta Enum fluvium sitae et de quodam amne Rota[6] vocatae[g] sepelierunt. Nimirum et apud posteros nomina eorum sunt occultata, a quibus iam dictorum membra sanctorum fuerunt translata, quia timebant, si ante multos annos illa translatio vulgaretur, quod a prepotentibus viris thesaurus tam sanctus illis raperetur. Locus quidem ipse, in quo nunc idem sancti sepulti sunt, proprius ex antiqua parentum suorum hereditate erat famosi in Bawaria presidis Poppo nomen habentis**). Post hunc quoque heredes eius ipsum locum in proprietatem, ut par fuit, acceperunt, qui in aula regali tam clarissimi Noricorum quam etiam nobilissimi fuerunt. Horum omnium corpora iuxta aecclesiam predictam sanctorum Marini et Anniani modo sunt sepulta[h], quam ipsi presides, dum adhuc vixerunt, ornare et locupletare studebant opulentia[i] multa; ubi[k] primum ministros Domino ex clericali officio quam plures colligebant, posteaque monasticam ibi vitam Chônradus aulicus preses***)[7], utriusque Popponis, avi scilicet et patris eius, preclarus heres, pro anima filii sui[l] in bello occisi[8] et pro aliis suis cognatis instituebat[m][9] et predia sua illuc plura in elemosinam sui tribuebat[m].

*) 3 *add. fabulosa quaedam:* et Anianus cappellanus suus de Hybernia regione — ibidem episcopatum tenuit, illam[n] resignavit pure propter Deum —; sed ipsi magis — — solitudine[n] sew heremum.

**) *In marg. alia manu saec. XII—XIII. scr.* 1: Fundator monasterii Rott Poppo dictus est cum heredibus Chunrado et aliis.

***) *Superscr. manu saec. XV.* 1: alias[o] Chuno comes, *et in marg. infer. eadem manu saec. XV.* 1, *quae* 2. 3 *in textu habent:* Chuno[10] comes palatinus, fundator monasterii in Rot; Werta fundatrix[11]; Chuno iunior comes filius; Elizabeth, uxor filii[12], de Lotring; Irmgart filia, soror iunioris palatini.

a) *lemma deest* 2; Passio sancti Marini martyris. Transitus sancti Anniani confessoris 3. b) episcopus et *add.* 3. c) Anianus 2 *(semper).* 3 *(saepe).* d) vero 2. 3. e) *deest* 2. 3. f) sunt 2. 3. g) vocato *e corr.* 2; vocare 3. h) sepulti 2. 3. i) opulenta 2. 3 (*corr.* opulentia). k) ibi 2. l) Chônonis *add.* 2; Chuenonis *add.* 3. m) instituebant . . . tribuebant 2. 3. n) *sic* 3. o) Chůno (Chôno 2) aulicus (*post del. et superscr.* aulanus 2) comes *in textu* 2. 3.

1) Et sermonem et hanc notitiam ibidem edidi ex cod. 2; exstant etiam in cod. 3, qui nondum in manus meas venerat, cum hanc dissertationem scribebam. 2) Eadem sermo de ss. Marino et Aniano habet ('N. Archiv' XIII, p. 25). 3) Pseudo-Priamus tempore Pippini et Karlomanni eorum corpora inventa esse, ante 150 annos vero eos vixisse dicit. 4) Pseudo-Priamus eorum corpora, postquam 150 annis sepulta erant, se invenisse scribit. 5) Attamen in scriptiuncula Pseudo-Priami legitur: *et exportate sunt* (eorum reliquiae a loco quo sepulti erant) *in loco nuncupato Arrisio* (ubi 3 addit: *vulgariter Rőt*). 6) Rott (prov. Oberbayern, BA. Wasserburg), ubi Rott fluviolus cum Oeno coniungitur. 7) Comes palatinus Bawariae, Cuno plerumque dictus. De quo vide Moritz, 'Abh. d. bair. Akad., hist. Kl.' I, 2, p. 69 sq.; v. Koch-Sternfeld, ibid. V, p. 7 sqq. 8) Cunonis, qui a. 1081, Aug. 11. in pugna apud Hochstädt commissa occisus est; Ekkeh. Chron., SS. VI, p. 205; Casus monast. Petrishusen c. 40, SS. XX, p. 647; Ann. Yburg., SS. XVI, p. 431; cf. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p. 546. 9) Quod factum est ante a. 1086, quo anno die Febr. 26. Cuno maior obiit. Heinrici IV. diploma, quo haec fusius narrantur, St. nr. 2767, spurium est. 10) Haec ex diplomate spurio n. 9. laudato sumpta, sed haud dubie vera sunt. 11) Uxor Cunonis maioris. 12) Cunonis iunioris.

*f. 71. Illic denique Christus saepedictos sanctos suos signis *et prodigiis glorificat, quibus fideles suos de eorundem patrociniis sanctorum certificat, quod egritudines tam animarum quam corporum iugiter ab omnibus in aecclesia illorum digne orantibus depelluntur, atque optata illis beneficia inibi conceduntur. Quanti vero energumini ibidem a doemoniis liberati, quantique caeci sint[a] illuminati, quot[b] surdi auditum illic clarum saepe percepissent, quotque claudi inde[c] forti gressu redissent, et quam plurimi manci in eodem loco manibus sanitate plenis sint letificati, vix quisquam sapiens grammaticus litteris pleniter potest testificari, etiamsi in metro Virgilii potiatur scientia seu Tullii in prosaico dictamine perfruatur eloquentia. Quos vero scimus de supernis laudibus exultare, nos nequaquam digne valemus laudare. Hinc cum
Sap. 10, 21. poeta[1] predicto dicimus dolentes: *Non omnia possumus omnes.* Verum sapientia Dei, quae os[d] muti aperit et linguas infantium[e] disertas facit, nobis, ut speramus, facultatem dignatur donare, qua saltim unum de istis sanctis miraculum, Veteris Testamenti signo propemodum simile, utcumque valeamus, licet vili sermone, enarrare.

Legimus enim in Genesi libro, quia Loth inter iniquos Sodomitas iuste et pie vivens quodam vespere duos angelos suscepit hospitio[f]. Hos vero quia ignorabant impii Sodomitae tribulare cupientes, per totamque[g] noctem domum Loth errando circuientes, eius ianuam non poterant invenire; de qua demum confusi pre lassitudine[h] coacti sunt abire. Similiter temporibus sancti Ŏdalrici Augustensis episcopi, sicut legitur in Vita eius[2], Ungarii[i] adhuc pagani de suis egressi sunt finibus, qui totam Bawariam vastantes, ad aecclesiam predictam sanctorum Marini et Anniani venerunt, cuius ianuam in clara die invenire non potuerunt, intra quam multi christiani cum suppellectile sua tunc fuerunt. Irati ergo[k] Ungarii putabant aecclesiam ostium non habere, quod in aspectu habentes, divino nutu non poterant videre. Moxque in australi parte aecclesiae securius cedentes murum fragili lapide constructum, caelitus
*f. 71'. enervati viribus, perforare nequiverunt; unde adhuc venientibus *illuc geminis fornicibus in muro semicesis signi huius memorabilem[l] famam reliquerunt. In atrio etiam eiusdem aecclesiae ianuam oratorii illic constructi invenientes clausam, vix ab illa unam absciderunt particulam. Et statim divinitus perterriti inde arripuerunt omnes celerem fugam. O nimis laudanda sanctorum merita veneranda! O ineffabiliter laudabilis Christi gratia, perpetim incomparabilis! Duobus olim angelis intervenientibus nocte Sodomitis ostium domus Loth invenire non valentibus, cito eis venit interitus flammis caelestibus. Duo quoque angelici viri Marinus et Annianus a Domino obtinuerunt, quod Ungarii aecclesias eorum ingredi non potuerunt, qui deinde omnes, nisi pauci profugi, a primo Ottone imperatore in campo qui Lehfeld[m] dictus est occisi interierunt.

Nos ergo, fratres, hoc signum saepe memorantes, deprecemur istos sanctos iugiter pro[n] nobis orare Dominum, ut nos semper protegat ab insidiis inimicorum omnium. . . . . . .

a) sunt 2. 3. b) quod 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) ap. os. m. 2. 3. e) infantum f. d. 2. 3. f) in h. 3. g) que *deest* 2. 3. h) d *e corr.* 1. i) Ungari *e corr.* 2. k) tunc 3. l) memorialem 2. 3. m) qui dicitur Lechfelt occ. 2. 3. n) or. pro n. 2. 3.

FUNDATIO COENOBII DIETRAMMI-CELLAE.

Brevis notitia de fundatione Dietrammi-cellae monasterio Tegernsee subditae certe multo post hoc coenobium fundatum, sed quo tempore non satis apparet, conscripta est a monacho, ut videtur, Tegernseensi. Quam Gewold in editione sua Hundii Metrop. Salisburg. (Monaci 1620*) II, p.* 253 *sq. (Ratisp.* 1719*) II, p.* 175 *sq. edidit ex libro traditionum ms. huius coenobii et codice quodam Monasteriensi; ipse eam inveni in codicibus*

1*) Monacensi Lat. nr.* 27164, *olim Tegernseensi, chart.* 8°, *saec. XV, f.* 1—2, *qui collectanea ad historiam monasteriorum Bavaricorum continet, eiusque apographis duobus:*

1[a]*) Vindobonensi nr.* 3520 *(Lunaelac. in q.* 59*), chart.* 8°, *saec. XV, f.* 151[b].

1[b]*) Monacensi Lat. nr.* 1802 *(Bav.* 802*), chart. saec. XV, f.* 119.

2*) Monacensi Lat. nr.* 19487 *(Tegerns.* 487*), chart. fol., saec. XV ex., in folio libro impresso qui inscribitur* Flores Albumasaris *assuto.*

Huic narrationi subiunxi brevem notitiam de fundatione eiusdem monasterii a monacho quodam Tegernseensi conscriptam, apographo saec. XII. chartae episcopi Frisingensis, qua is fundationem huius cellae confirmat[3]*, praefixam, ex qua charta tota fere notitia descripta est. Edita est a Gewold l. l. p.* 254. *et Mon. Boica VI, p.* 164 *sq.*[4]*, unde eam repetii.* *O. H.-E.*

1) Verg. Ecl. VIII, 63. 2) Auct. Gerhardo c. 12, SS. IV, p. 401. 3) Editae Mon. Boica VI, p. 163 sq. 4) Ibidem sequitur indiculus bonorum ab abbate Tegernseensi Dietrammi-cellae traditorum, quem omisi.

DE FUNDACIONE MONASTERII SANCTI MARTINI EPISCOPI CANONICORUM REGULARIUM SANCTI AUGUSTINI IN DYETRAMSCELL[a].

Anno Domini[b] 1098[c], sedente in apostolica sede Urbano secundo, pontificatus autem 1098. eius anno 10, imperante Heinrico[d] IIII[e], regni autem eius 43[f], quidam Otto et quidam Berengerus pro eterna mercede pompas mundi spernentes, cum quodam sacerdote valde venerando nomine Dietramo[g] in quandam silvam se contulerunt secus locum[h] qui tunc Eglingerfurt dicebatur, et ibidem duos annos continuaverunt. Post hoc autem anno incarnationis Domini[i] 1100.[k] transtulerunt sua domicilia propter aque penuriam ad rivum qui erat in 1100. eadem silva, ibique ecclesiam in honore[l] sancti Martini edificaverunt[1]. Eodem vero tempore orta est contencio de terminis et limitibus[m] eiusdem silve. Quapropter[n] ad dirimendam litem convenerunt comes Otto de Dyessen[o] cum duobus filiis suis, videlicet[p] Ottone et Heinrico, abbas[q] Udalscalcus[r] cum advocato suo[s], Reimbertus de Rute cum fratribus suis Ruperto et Adelberto[t] et Liebhardo[u] cum multis aliis, de quibus duodecim sunt electi, in[l] quorum noticia maior[v] certitudo estimabatur. Qui, tactis sacrosanctis[w] ewangeliis, iuraverunt se certos limites ostensuros. Sed eorum testimonio inventa est supradicta silva quasi[x] vacans possessio. Sed sepedictus Reimbertus[y] cum fratribus suis in contentione persistentes, predicte descriptioni non consenserunt. Mutatione autem dextere[z] Excelsi omnes maturiori usi[a] consilio, divino cultui tradiderunt quicquid iuris possent per contentionem obtinere, insuper et dexteram dederunt, quod prefatum cenobium simul omnes foverent, manutenerent atque ab iniuriantium[b] manibus defenderent. Eodem etiam die sepedictus Reimbertus cum fratribus suis tradidit supradicto oratorio tantum circumadiacentis terre, quod plene posset hubam nobilis viri complere. Similiter et comes Otto cum filiis suis et abbas cum consensu advocati et suorum monachorum[c] contulerunt eidem cenobio quod ipsis fuerat assignatum*. Et ut ista possent perpetua firmitate constare, decreverunt pracmatica[d] sanccione confirmare. Quapropter direxerunt provisorem eiusdem celle ad dominum papam Pascalem secundum, petentem muniminis sui tuicionem. Qui plene ipsorum petitionem suscepit et statuit, ut quecumque predia, quecumque bona per supradictum abbatem aut per eius successorem[e] vel per alios fideles concessa sunt[f] vel in futurum donatione pontificum, liberalitate[g] principum, oblatione fidelium iuste illic dari offerrive[h] contingerit[i], firma[k] ipsis ipsorumque successoribus permaneant. Decimam[l] etiam novalium ipsis habendam[m], remota ministrorum episcopalium contradictione, concessit. Acta sunt hec 7. Ydus Aprilis anno dominice incarnationis[n] 1107[2]. Contracto vero temporis consilio et 1107. Apr. 7. auxilio predictorum dominorum, venit idem sacerdos ad dominum apostolicum Kalixtum[o] secundum, qui concessa predecessoris sui Pascalis secundi suo privilegio confirmavit et quedam adiecit, que in eius privilegio[3] plenius inveniuntur[p]. Factum est autem hoc anno[q] 1123, pontificatus autem eius anno 4, regnante Heinrico quinto[r], anno regni eius 17[s]. Omnia 1123. etiam hec Innocencius II.[t] papa suo privilegio confirmavit[u].

Anno Domini[t] 1156[v], 8. Kal. Maii dedicatum est monasterium in Celle[w] a venerabili 1156. Apr. 24.

*) 1 *in superiore marg. eadem manu suppl.*, 2 *in textu add.:* tali condicione, ut aliqua predia monasterii Tegernsee, que circa silvam circumquaque[x] iacent, possint[y] perpetuis temporibus recipere ligna ex ea pro eorum usu tantum, quemadmodum clarius[z] in litteris expressum est.

a) *hanc inscriptionem habet* 2; Dietrammes-celle *solum* 1. 1[a]; Dyetrams-cell 1[b]. b) *deest* 1. 1[a.b]. c) millesimo nonagesimo nono *ed.* d) Hainr. *semper* 2. e) *deest* 1[a.b]. f) XIIII. 1[b]. g) Dyetrammo 2. h) *sic* 1[b]. *ed.;* lacum 1. 1[a]. 2. i) *deest ed.* k) MXC. 2. l) honorem *ed.* m) liminibus 1. 1[a.b], *in marg.* al. limitibus 1, *in marg.* limitibus 1[a]. n) Quam propter dir. *ed.* o) Dieszen 1. p) *deest ed.;* scilicet 1[b]. q) et a. 2. r) Uldalscalcus 1; Ulscalcus 1[a.b]; Udalschalcus 2. — Tegernsensis *add.* 2. s) *deest* 2. — Reinperto 2. t) Adalb. *semper* 2; Adelp. *ed.* u) Liebharto *ed.;* ac Lienhardo 2. v) maiori certitudine *ed.* w) sanctis 2. x) quare, *in marg.* al. quasi 1; -si *e corr.* 1[a]. y) Reinpert. *semper* 2. z) dextre 1[a.b]. a) cons. usi 2. b) iuraucium 1; *alio atram. in loco raso* 1[a]; iniuriantibus def. 2. c) fratrum 1[b]. d) bracm. (kram. 1[b]) sanxione 1. 1[a.b]. e) successor(um) *corr.* successores 1[a], *et ita* 2. f) *sic* 1[b]. *ed.;* tunc 1. 1[a]. 2. g) libertate 2. h) offerrique 2. i) *sic* 1. 1[a]. *ed.*, *in marg. corr.* contingeret 1[a]; contigerit 1[b]. 2. k) firmo 2. l) *pro* Dec. — concessit *ed. solum habet* concessa. m) habendas 1. 1[a.b]. 2. n) a. Domini 2. o) Cal. 2. p) continentur 2. q) Domini *add.* 2. r) filio 1[a.b]. s) XIIII. 1[a.b]. t) *deest* 1[a.b]. u) *prorsus aliena h. l. inserta habet* 1[a], *quae in infer. marg. folii* 1. *scripta sunt in* 1. v) MCLX. 1[a.b]. w) Cella 2. x) circa circumque silvam 1. y) possent 2. z) in l. cl. 2.

1) Cf. chartam Heinrici episcopi Frisingensis datam a. 1102, Oct. 16, qua fundationem Dietrammi-cellae confirmat, Mon. Boica VI, p. 163 sq. 2) Quod privilegium hucusque non typis impressum est. 3) Quod non exstat.

episcopo Frisingensis[a] ecclesie Adelberto[1], cooperante sibi Hartmanno Brixinensi[b] episcopo, in honore sancte Trinitatis, sancte Marie virginis, sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi, sancti Martini episcopi et sancte Walpurge virginis et aliorum plurimorum[c] sanctorum martirum, confessorum atque virginum, sub Adriano IIII.[d] papa, regnante augusto cesare Friderico[e] primo.

Udalschalcus pie memorie huius cenobii abbas[2], qui venerabili abbati Ewerhardo successit, divinitus inductus, consensu domini Heinrici Frisingensis ecclesie episcopi et coniventia matricularium advocatorum nostrorum Bernhardi de Grube et Sigibotonis[f] comitis de Neuenburgk et astipulatione huius congregationis et ministerialium huius ecclesie fundavit cellam ac prelaturam in allodio huius monasterii, in loco qui Eglingerfurt dicebatur, collectis ibidem religiosis personis ad divini servitii cultum. Dotavitque eandem ecclesiam de sui monasterii possessionibus, preficiensque huic titulo prepositum huius ecclesie filium Dietrammum[g], de institutione futurorum prepositorum coram domino Frisingensi episcopo Heinrico et eius capitulo, conlaudanteque primo preposito Dietrammo[g] et cum collectis ibi[h] personis sic diffinitum est et privilegio[3] confirmatum, ut, obeunte preposito, fratres eiusdem ecclesie consensu et consilio abbatis prepositum sibi eligant, et electus possessionem et investituram temporalium ab abbate Tegrinseensi accipiat, domino Frisingensi episcopo in spiritualibus respondeat. Acta sunt hec incarnationis dominice anno
1102. millesimo centesimo secundo.

a) Freys. 1; Freisign. 2. b) Brixn. 1. 1b. c) *deest* 1b; sanctorum pl. sanct. 1. 1a. d) *superscr.* 1; *deest* 1a.b. 2. e) Fridrico 1a.b. — primo *deest* 1a. f) Sigibotis *Mon. B.*; Sigibitonis *Gew.* g) Dietramn. *Mon. B.* h) sibi *edd.*

NOTAE EX CODICE FALKENSTEINENSI.

Ex celebri libro reddituum Sigbotonis III. comitis de Neuburg, dicto codice Falkensteinensi, servato in archivo regio Monacensi, damus notas quasdam huc spectantes, quae cum integro codice editae sunt Mon. Boica VII, p. 501. 503. *et in 'Drei bayerische Traditionsbücher aus dem XII. Jahrh.' (München* 1880*) p.* 42 *sq., iam antea in Hundii Metrop. Salisburg. ed. Gewold (Monaci* 1620*) III, p.* 502 *sq. (Ratisponae* 1719*) III, p.* 348. *Cum codice eas contulit V. Cl. K. Schäfer.* *O. H.-E.*

f. 37'. 1160. Iun. 11. Anno ab incarnatione Domini 1100. sexagesimo, indictione 9, 3. Idus Iunii dedicata est basilica ad Hadamarsperc a venerabili domino Eberhardo Iuvaviensis ecclesie archiepiscopo in honore sancte Trinitatis et victoriosissime crucis et perpetue virginis Marie precipueque in honore sancti Iacobi apostoli. Et hee sunt reliquie ibi condite: De sepulcro Domini, sancte Marie, sancti Iacobi apostoli, sanctorum Innocentum, Vincentii, Lamperti, Crisogoni, Gereonis, Dyonysii, Antonii martyrum; sanctorum confessorum Martyni, Nycolai, Galli, Ődalrici, Fortunati; sanctarum virginum Felicitatis, Affre, Waltpurge, undecim milium virginum.

1164 Sept. 8. Anno ab incarnatione Domini 1164, indictione 12, sexto Idus Septemb., Friderico imperatore regnante, peticione comitis Sibotonis[4] sub statu bono aecclesiae dedicata est aecclesia Nouwimburc[5] a venerabili Frisingensi episcopo Adelberto in nomine sancte Trinitatis et sanctae crucis et specialiter sancte Mariae. Sunt autem ibi reliquie de veste sanctae Mariae, de ligno Domini, de sepulcro eius, de presepe eius, Iohannis baptiste, apostolorum Andreae, Iacobi, Lucae euangelistae; Laurentii, Pancratii, Tripolis et Mandali, Mauricii, Silvestri, Nicolai, Valentini, Ceciliae virginis.

Alterum altare in eadem aecclesia dedicatum est in honore sancti Iohannis baptiste, Iacobi apostoli, Georgii, Pancratii, Kyliani, Tripolis et Mandali, Fortunati, Nicolai, Leonis, Wunebaldi, Materni, sancte Mariae Magdalene.

Comitis Sigbotonis[4] pater dicebatur Rődolfus, avus eius Herrandus, attavus eius Patto. Eiusdem comitis mater dicebatur Gerdrut, avus eius Sigboto[6], attavus eius Gerolt. Filii comitis Sigbotonis dicebantur Chŏno et Sigboto, mater vero eorum Hiltegardis.

f. 40'. 1133. Quando tenebre factae sunt super omnem terram, tunc fuerunt dies annorum comitis Sigbotonis septem.

1) Adelbertus demum a. 1158. episcopus Frisingensis factus est, aut igitur annus supra dictus falsus, aut ecclesia non ab hoc, sed ab Ottone episcopo consecrata est. 2) Tegernseensis. 3) Quod supra p. 1071, n. 1. laudavi, ex quo quae sumpta sunt typis minoribus exprimi feci. 4) III. de Hadmarsperch, Niuwenburch et Falkenstein vel de Wiare. 5) Neuburg castrum ad fl. Mangfall (prov. Oberbayern). 6) I, fundator monasterii Wiarensis (Weyern, dioec. Freising).

NOTAE SWEIGO-MONASTERIENSES.

Ex codice Monasteriensi (Münchsmünster, dioec. Ratisponensis), nunc in archivo regio Monacensi (Münchsmünster nr. 30) asservato[1], *mutilato nimis et liquore maculato, notas de dedicatione ecclesiae Monasteriensis f. 19—21. manu saec. XII. exaratas descripsi, quas cum traditionibus in eodem codice exstantibus edidit A. Nagel, Notitiae origines domus Boicae illustrantes (Monachii 1804) p. 25 sqq.*

Subiunxi his notitiam brevem a. 1133. vel paulo post de coenobio Monasteriensi ab Ottone episcopo Bambergensi a. 1131. fundato conscriptam, quam Gewold in Wig. Hundii Metropol. Salisburg. (Monaci 1620) II, p. 518. (Ratisponae 1719) II, p. 357 sq. 'ex libro antiquo fundatorum' eiusdem monasterii, iam, ut videtur, perdito, ubi pag. 33. exstabat, edidit. *O. H.-E.*

Anno dominicae incarnationis 1092, indicione autem 15, consecrata est[a] haec aecclesia f. 19. sancti Petri apostoli a venerabili episcopo Wichnando[2] ad vicem Gebehardi Radesponensis presulis in 3. Non. Febr. in honore sanctae et individuae Trinitatis ac victoriosissimae 1092. Febr. 3. sanctae crucis ac perpetuae virginis Mariae et sanctorum angelorum, archangelo[rum[b]] et sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andreae, Iohann[is], Iacobi et sanctorum martyrum Stephani, Georgi[i], Dionisii, Ypoliti, Fidenti, Albani, Albini, Desiderii, Lantperti; sanctorum confessorum Silvestri, Martini, san[cti] Benedicti, Corbiniani; sanctarum virginum Agathae, Waltpurgis, ...[c] Regulae, Romanae, Clementae.

De [reliquiis].

Continentur autem insuper in alta[ri] . . . . .[d] De terra promissionis. De Iordan[is arena ubi a[e]] Iohanne pabtizatus[f] Christus. De m[ensa ubi[g]] sedens Dominus[h] aquam in vinum convertit. [De panibus] ordeaceis. De columna in qua [Dominus flagellatus est[i]]. De loco Calvariae[k]. De sepulch[ro eius. De] terra in monte super quam stans Dominus[l] in caelum ascen[dit]. De sancto altari unde[m] crux inventa est. De [vesti]mento Salvatoris[n]. De sindone eius. De sanguine. *De cruce Domini. *f. 19'. Sunt ibi tria patrocinia: De lacte sancte Mariae, quod per mamillam suam fluxit. De vestimento sanctae Mariae. De catena sancti Petri et de ossibus vel capillis ac de veste nec non de planeta eius. De reliquiis sancti Pauli. De ossibus sancti Andreae et de vestimento eius. De ossibus et de vestimento sancti Iacobi, fratris Domini. Reliquiae sancti Iohannis euangelistae et de reliquiis sancti Iacobi, fratris eiusdem Iohannis. De ossibus et de talmatica[m] sancti Stephani. Genu totum et aliae reliquiae sancti Georgii. De capite sancti Ypoliti. De corpore sancti Fi[d]entii, 5 reliquiae sancti Albini, reliquiae sancti Dionisii, [reliquiae] sancti Desiderii, reliquiae sancti Albani, reliquiae [sancti Lan]tperti martyris.

[De reliqu]iis sanctorum confessorum: Silvestri, ...[c] Nicolai, Corbiniani, Samson, ...i[c], Patritii.

[De sanctis vi]rginibus: De veste Agathae. De . . . . . .[o] Waltpurgis. Reliquiae Regulae, Petrae, [Em]eritae, Romanae, Clementae.

Continentur in altari ad crucem: De sancta cruce. De sepulchro Domini. Reliquiae sanctorum apostolorum *Petri, Iacobi, Iohannis; sanctorum martyrum Stephani, Albini, Lantperti; sanctorum con- *f. 20 fessorum Martini, Benedicti, Patricii, Corbiniani; sanctarum virginum Clementae, Petrae.

Dedicatio sanctae Mariae sanctique Six[ti].

In eodem anno et in priori die, id est 4. Non. Feb., ab eodem episcopo aecclesia alte[ra] 1092. Febr. 4. consecrata est in honore sanctae et individu[ae] Trinitatis ac victoriosissimae sanctae cr[ucis] et[p] perpetuae virginis Mariae et sanctorum angel[orum] necnon et archangelorum et sanctorum apostolorum Petri et [Pauli], et sanctorum martyrum Sixti, Felicissimi et Agap[iti], Georgii, Laurentii, Eustachii, et sanc[torum] confessorum Martini, Nicolai, Wolf[kangi], Paulini, et sanctarum virginum Agath[ae], ...[q]

Ad crucem continentur in illo al[tari]: De sancta cruce, sanctorum martyrum C. . . . . .[c], [Desi]derii, Mamae[r].

a) *eadem manu superscr. c.* b) *uncis inclusa abscisa sunt in c., quae supplevi.* c) *unum nomen abscisum.* d) *duo fere verba abscisa.* e) *haec supplevi ex p.* 1074, *l.* 11. *infra.* f) *sic c.; supple* est. g) *haec supplevi ex p.* 1074, *l.* 12. *infra.* h) *post superscr. c.* i) *haec supplevi ex p.* 1074, *l.* 13. *infra.* k) eius *add., sed expunctum c.* l) *minio post superscr. c.* m) *sic c.* n) *eadem manu superscr.* eius *c.* o) *una vox absc.* p) et — archangelorum *alia manu saec. XII. in loco raso c.* q) *unum nomen abscisum videtur.* r) *alia manu s. XII. in loco raso c.*

1) Constat 28 foliis formae quadratae non compactis, quorum f. 1—8. kalendarium, f. 8'—28. traditiones multas eiusdem monasterii diversis manibus saeculi XII. scriptas continent. 2) Chorepiscopo, ut videtur.

Dedicatio [capellae].

In eodem die consecrata est cap[ella ab eodem] episcopo in honore sanctae et in[dividuae Tri]nitatis ac victoriosissimae [sanctae crucis] et perpetuae virginis Mariae [et angelorum et archangelorum et sanctorum apostolo[rum Pe]tri et Pauli, Symonis et Iudae, et
*f. 20' sancto[rum martyrum] La[ntperti], Pancratii; *sanctorum confessorum Martini, Nicolai, Paulini, Ŏdalrici, Wolfkangi, Innocentii; sanctarum virginum Luciae, Paulae, Gunthildae; de sepulchro Domini.

Insuper in cenobio sanctae Mariae sanctique Sixti martyris nec non in capella continentur reliquiae, quae in altaribus non sunt conditae: Inprimis de petra, id est de monte Syna, in quo Dominus legem dedit. Reliquiae Salvatoris, id est de panno in quo Christus fuit involutus, quando in presepio erat positus, et de eodem presepio. De arena Iordanis ubi Christus erat baptizatus sub[a] [m]anibus Iohannis. De petra, id est de mensa [ipsa] ubi de aqua vinum fecit. De ip[sa . . . .]na quam Dominus ipse manibus suis [tenuit]. De eucharistia, id est de calice . . . .[b] [De co]lumna in qua Dominus flagellatus [est. De C]alvario[c] loco. De ligno Domini. [De cr]uce Domini. De sepulchro Domini. [De altari[d]] sancto sub quo crux inventa est. [De loco ter]re in quo Dominus stetit, quando in [cae]lum ascendit. Item de monte Oliveti unde Christus ad caelum ascendit. De . . . .[e] De lecto . . . .[e] *Reliquiae
*f. 21 sancti Petri: De ossibus eius et de libello quem ipse scripsit. Reliquiae sanctorum martyrum: De testa sancti Georgii, reliquiae sancti Alexandri papae, Cornelii, Cypriani, Syxti, Felicissimi, Agapiti, Quatuor coronatorum, Lantperti, Emmerammi episcopi, Ypolyti, Theodori, Firmini; sanctorum confessorum Paulini, Patricii, Germani, Honora[ti], Corbiniani episcoporum, Benedicti, Walarici, Samson, Magni, Heilrammi[f]; sanctarum virginum Reginae, Brigidae, Colunchillae, Cheren.

Nota. Est locus quidam prope Danubium in episcopatu Ratisponensi situs, quem vicini a collaterali villa Sweigam[1], alii ab apposita villa Monasterium nuncupant, ut fama refert, antiquitus monasticae quieti, utpote aptissimus, ad laudem Christi et honorem sancti Petri apostolorum principis mancipatus erat et sedi apostolicae delegatus et traditus, amplis et magnis possessionibus admodum dilatatus fuerat necnon et sub multis patribus ad ecclesiae consolationem aliquandiu decenter floruit. Deinde instinctu diaboli exterioribus rebus potentium personarum violentia, videlicet Arnolfi ducis Bavarici, subtractis, in solitudinem redactus est hic locus in tantum, quod expulsi monachi, possessiones distractae vel inbeneficiatae, privilegia disrupta, et intus ac foris ita omnia destructa sunt, quod pro multis monachis vix pauci et pauperes clerici, fidelium oblationibus utcunque sustentati, in proxima villa ad titulum sancti Sixti quasi quoddam indicium prioris gloriae secuturis seculis remanserint. Postmodum vero temporibus Lotharii tertii Romanorum imperatoris augusti piae memoriae Otto Babenbergensis episcopus prefatum monasterium religione et rebus penitus nudatum cum paucis adiacentibus terris et habitaculis necnon et cum[2] adiacente parochia eiusdem nominis auri et argenti pretio ab Henrico duce Bavariae et a Diepoldo marchione[3] comparavit et regali privilegio[4] antedicti Lotharii in proprietatem Babenbergensis ecclesiae collatum suscepit virosque religiosos ordinis monastici ibidem collocavit.
1131. Acta sunt haec anno incarnationis dominicae 1131.

Anno incarnationis Domini 1133[5], indictione undecima, sub domino papa Innocentio II. et Lothario Romanorum principe dominus Chuno tunc Ratisponensium presul, Deo et hominibus acceptus et honorabilis, provocatus fidelium querelis, ad restitutionem loci omnimodis animum intendit. Ad quod perficiendum, ope et consilio subnixus domini Erbonis venerabilis abbatis de Pruvinigen, quendam religiosum virum de fratribus Richardum
1132. nomine designavit abbatem; nec multo post ipse de hac luce premature assumptus, ad vitam transiit meliorem. Post cuius discessum successor ipsius venerabilis dominus Heinricus antistes, predecessoris sui statuta collaudans et confirmans, eundem dominum Richar-
1133. Dec. 4. dum, quamvis multum renitentem et flentem, pridie Non. Decemb. consecravit abbatem, eumque frequentiae populi producens publice, et ipsi et fratribus eius et omnibus habitis

a) *superscr.* oe (?) *c.* b) *vox abscisa.* c) *sic c.* d) *haec supplevi ex p.* 1073, *l.* 23. *supra.* e) *duo fere verba abscisa.* f) Heilram *c.*

1) Schweig (BA. Kelheim) prope Münchsmünster. 2) Sequentia verba — *collatum suscepit* leguntur etiam in Relat. de piis operibus Ottonis, infra edita, hinc, ut videtur, transsumpta. 3) III. de Vohburg. 4) BR. 2131; St. 3286; dato a. 1133, Oct. 23. 5) Annus hoc loco falso positus est, cum Cuno episcopus iam a. 1132, Iun. 19. obierit. Auctor Ricardum a. 1133. abbatem consecratum esse dicere voluisse videtur.

vel acquirendis rebus immunitatem[a] banni sancti Petri et papae cum propria et totius ecclesiae auctoritate denunciavit. Hi sunt testes, quorum iudicio haec acta sunt: Hagano prepositus, Engelbertus decanus, Rupertus archipresbyter, Altmannus, Heinricus, Wolfherus, Heinricus custos, Idunc magister, Udalricus capellanus.

a) immunitate *ed.*

EX LIBELLO MEMORIALI PRUVENINGENSI.

Codex traditionum in monasterio Pruveningensi[1] *ante medium saec. XII. pulchre conscriptus est, qui inscribitur* Libellus memorialis de fundatione, de institutis, de prediis *etc., nunc servatus in archivo regio Monacensi*[2], *editus Mon. Boica XIII, p. 1 sqq., cuius quatuor capita priora, quibus de monasterio hoc ab Ottone episcopo Bambergensi fundato refertur*[3], *ex codice emendatos hoc loco repetimus*[4]. *O. H.-E.*

INCIPIT LIBELLUS MEMORIALIS DE FUNDATIONE, DE INSTITUTIS, DE PREDIIS f. 16'.
SEU ALIIS BONIS AECCLESIAE SANCTI GEORGII MARTYRIS.

1.[a] Quia per incuriam vel negligentiam prepositorum plerumque aecclesias destrui et bona aecclesiarum alienari vel distrahi videmus, ob hoc videlicet quod nulla sint indicia, ipsae aecclesiae per quos fundatae, et quae vel a quibus collata[b] sint aecclesiis, nos prospicientes in posterum, nostra aecclesia a quo, quando vel quomodo sit fundata, unde vel per quos primitus disciplinis regularibus instituta, quae a quibus ipsi aecclesiae sint collata, breviter annotare et sic post futurorum memoriae mandare curavimus.

2. Igitur notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter domnus Otto VIII. Babenbergensis episcopus, inspiratione divina edoctus, in ducatu Bawarico, in pago Danubiaco, in suburbio Ratisponensi locum cui Privilegii nomen est inditum in salvationem animarum previderit eligendum. Sex etenim mansos iuxta Amberch[5] per se acquisitos cum 14 mancipiis aecclesiae Dei genitricis virginis, cuius Vetus capella vocabulum est, per manum liberi hominis Meribotonis de *Ebermundesdorf[6] (*f. 17.) delegavit et cum his predium quoddam, quod quidam[c] homo Raggo nomine ad eandem aecclesiam pertinens olim possederat, cum in ius illius aecclesiae iuste et legitime pervenisset, ab ipsa aecclesia commutavit illudque de manu Adalberti de Windiberge[7], ipsius aecclesiae advocati, sicut ius exigebat, accepit[8]. Testes huius rei more Bawarico per aurem tracti sunt hii: Hartnith[d] scilicet de Thiuren[9], Gebehart et frater eius Gumpreth, Wicnant de Wolvespach[10], Eggerich de Minnaha, Richere. Sed cum in eadem possessione magnam contradictionem a Friderico de Purgetore, filio Heinrici, filii predicti Raggonis, haberet, datis ei octoginta argenti libris, omnem contentionem eius dissolvit.

3. Anno igitur Domini 1109, presidente universali aecclesiae papa Paschali, regnante (1109) Heinrico huius nominis quinto, construxit ibidem in honore Dei omnipotentis et sancti Georii martyris monasterium monachorum secundum regulam beati Benedicti degentium, in perpetuum favente misericordia Dei inibi futurorum.

a) *numeri des. in c., sed secundum capitum divisionem in c. institutam positi sunt.* b) collatę *c.* c) qdam 1. d) barnith, *ead. m.* t *superscr. corr.* hartnith *c.*

1) Prüfening prope Regensburg. 2) Libellus memorialis f. 16. codicis incipit, folia 1—15. huic postea praefixa posteriores traditiones et notas dedicationum SS. XVII, p. 610 sqq. editas continent. 3) Hic libellus iam ab auctore Relationis de piis operibus Ottonis episcopi infra editae adhibitus est. 4) Narratio brevis *de fundacione monasterii Sancti Georii in Pruviningin,* quae in folio codici Monacensi Lat. nr. 12004 (Prüf. 4) praefixo saec. XV. exarata legitur, ex Vita Ottonis episcopi auct. anonymo, SS. XII, p. 758, n. * *(Heinricus proinde — a fundo exstruendi)* ad verbum exscripta est. 5) Amberg oppidum. 6) Ebermannsdorf (BA. Amberg). 7) Windberg (BA. Bogen). 8) Haec ad verbum fere cum charta fundationis Ottonis episcopi data a. 1138, Dec. 11. conveniunt, minime vero ex ea sumpta sunt, sed scriptor chartae potius hunc libellum in usum vocasse videtur. Haec exscripta sunt in Relatione n. 3. dicta, infra edita. 9) Theuern (BA. Amberg). 10) Wolfsbach (BA. Amberg).

4. His rite dispositis, venerandus episcopus dona nuntiosque honestos Hirsaugiam misit atque a venerando eius monasterii abbate Brunone sanctum et venerabilem virum Erminoldum, cuius iam dudum in terra sua famam audierat, petiit et impetravit eumque
*f. 17'. novo monasterio, quod in Bawaria ingenti studio ac labore *construxerat, abbatem prefecit.
1114. Aug. Nam anno Domini 1114, mense Augusto electus et cum nonnullis fratribus admodum reli-
1117. Maii 20. giosis ad nos missus, anno Domini 1117, mense Maio, 13. Kal. Iunii a venerabili Ódalrico Pataviensi episcopo, consensu et rogatu Hartwici Ratisponensis episcopi, in abbatem sollemniter ordinatus, idem monasterium annis 7 nobiliter rexit et monastici ordinis disciplinam, quam a venerabili Willihelmo Hirsaugiensi abbate didicerat, nobis tradidit observan-
1121. Ian. 6. dam. Qui multis virtutibus clarus, anno Domini 1121, 8. Idus Ianuar., ipso videlicet theophaniae Domini die, decedens atque a venerando Ratisponensi episcopo Hartwico in aecclesia ante altare sanctae Crucis, loco videlicet suis meritis congruente, sepultus, reverentissimum virum Erbonem, priorem Celle Sancti Georii quae est in Nigra silva, habuit
Iul. 21. successorem; quem predictus Hartwicus episcopus 12. Kal. Augusti consecravit abbatem.

NOTAE PRUVENINGENSES.

Notis Pruveningensibus SS. XVII, p. 610 *sqq. iam editis addimus alias in eodem monasterio conscriptas, quas exscripsi ex codice* **Monacensi** *Lat. nr.* 13002 *(Rat. civ.* 2*), mbr. fol. maximi, in monasterio Pruveningensi a.* 1158 *—*1165. *exarati. Ubi f.* 8. *nota de scriptoribus huius codicis*[1] *manu saec. XII. post a.* 1158, *f.* 229'. *notae de dedicationibus altarium*[2] *et reliquiis tribus manibus saec. XIII ex.—XIV in. post inscriptae sunt.* *O. H.-E.*

f. 8. 1158. Anno[a] Domini millesimo centesimo quinquagesimo octavo, beatissimo papa Adriano sub gratia domini nostri Iesu Christi[b] et apostolicae auctoritatis universe catholicae ecclesiae feliciter presidente, illustrissimo imperatore Friderico[c] in fascibus agente et honorem imperii pace et victoriis promovente, cum sedem Babenbergensem Eberhardus[c] Deo dignus huius nominis secundus episcopus auctore Deo incomparabiliter illustraret, et hoc Bruviningense coenobium sub regimine et magisterio reverendi patris Erbonis[c] Christi bono odore longe lateque fraglaret, idem Deo devotissimus pater, cum iam annum quadragesimum indefessus gregis Domini pastor[d] et institutor ageret, provocatus studiis filiorum suorum, Wolfgeri[c] scilicet, qui armariae suae curam gerebat, et Swicheri[c], qui se etiam, ut scriptoris onus exciperet, sponte offerebat, ad huius laborem operis plenum negotii et sollicitudinum animum induxit, et Deo piis votis suggerente effectum, ad finem usque perduxit. In hoc sane opere predictum hominem Dei, qui se armariae sub pii patris levi iugo pro sui officii debito devotior impendebat, sua omnibus nota et grata sollicitudo commendabat. Denique ut opus non impediretur, sed cresceret et compleretur, dum nichil sibi sumptuum de publico daretur, ipse quae necessaria erant arte et ingenio ita undecumque contulit, ut nemo gravaretur. Talis itaque illum tamque vehemens sollicitudo detinuit, nec tamen minus item predicto scriptori laboris incubuit. Revera enim, ut paucis multa concludam, id egit, ut preter spem opus in brevi finiretur, dum quidem in communis ordinis labore non ultimus[e] inveniretur. Quid multa? Ambo cucurrerunt, ambo pro virili parte certaverunt, non quidem ut alter bravium haberet, alter frustraretur, sed ut ambo comprehenderent, ambobus merces deberetur. Huiusmodi tunc discipulis scola egregii patris insignis habebatur, de quorum moribus eius meriti cognitio tanquam de speculo imago

a) *litterae vocis* Anno *pulchre pictae sunt in c.* b) *hucusque omnia litteris maiusculis rubris et nigris scripta in c.* c) *litteris maiusculis rubris nomen scriptum in c.* d) ni pastor *in loco raso eadem manu scr. c.* e) *in loco raso eadem manu scr. c.*

1) De quo vide Catal. codd. Lat. bibl. regiae Monac. II, 2, p. 41 sq. et quae 'N. Archiv' XIII. retuli.
2) Quarum prima a. 1273. Mon. Boica XIII, p. 32. ex hoc codice edita et inde SS. XVII, p. 612. repetita est.

reddebatur. Alii contemplationi, alii studiis, alii diversis artificiis, alii exteriorum administrationibus utiliter[a] inserviebant, quos tamen unâ omnes foris arta monasterii clausura et custodia, intus unus spiritus, unum cor et una anima colligebat. Parcendum vero verbis est, quia, si que dictis addenda sunt plena fide non tacentur, ipsa eadem que dicta sunt fide maiora dicentur. Interdicit item verbis ulterius procedendi libertatem, quod verbis consequi non licet rerum dignitatem. Profecto, si qua restiterint in posterum veterum monimenta studiorum, ipsa per se poterunt subsequentium profectibus precedentium suggerere caritatem. Nunc igitur, quorum supra memini, qui tuae quieti suis sponte laboribus providerunt, de te, quicumque laboris eorum laetus fructum decerpseris, id meriti beneficii sperant, quo id sane obtineas, ut coram superni Remuneratoris oculis nullis excessibus operis sui fructum vel amiserint vel amittant.

f. 229'. 1273. Dec. 16.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, 17. Kal. Ianuarii, presidente universali ecclesie domino papa Gregorio decimo, regente imperium christianissimo rege Růdolfo, gubernante Průvnigense cenobium domino Wernhero abbate reverendo, huius nominis secundo, consecratum est hoc altare a venerabili Ratisponensis ecclesie episcopo Leone in honore beatorum apostolorum Andree, Iohannis ewangeliste et beate Anne matris sancte Marie, specialiter vero in honore beate Katarine virginis ac martyris Deo digne. Continentur in eo reliquie: de ligno sancte crucis, de sepulchro Domini, de vestibus sancte Marie virginis, de vestibus sancte Anne matris ipsius; sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, de vestibus sancti Iohannis ewangeliste, Philippi, Bartholomei, de vestibus sancti Thome apostoli, Iacobi Zebedei, Symonis, Mathie; sanctorum martyrum Stephani, Georii, Laurentii, Iohannis et Pauli, Kolomanni; sanctorum confessorum Augustini episcopi, Nycolai episcopi, Egidii abbatis; virginum et martyrum: Agathe, de sepulchro sancte Katarine, undecim milium virginum. Item reliquie beate Marie Magdalene et sanctarum martyrum Afre, Felicitatis, sanctarum virginum Aurelie, Chůnigundis.

1279. Nov. 11.

Anno[b] dominice incarnationis 1279, tertia[c] Idus Novembris, presidente universali ecclesie domino Nycolao papa tertio, regente imperium christianissimo rege Růdolfo, gubernante Pruvenigensem ecclesiam religioso viro domino Brůnone abbate et patre reverendo, consecratum est altare beati Ottonis a domino Heinrico Ratisponensis ecclesie episcopo in honore beati Martini et beati Augustini episcoporum et confessorum et sanctorum Heinrici imperatoris et Kůnegundis regine, specialiter vero in honore beatissimi Ottonis Babenbergensis episcopi et confessoris, fundatoris huius loci. Continentur in eo reliquie: De presepio Domini, de ligno sancte crucis, de sepulchro Domini, de vestimentis sancte Marie, de sepulcro sancte Marie virginis; sanctorum apostolorum Petri, Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste, Philippi, Thome, Iacobi, Bartholomei, Symonis et Iude, Mathie, Barnabe, Marci ewangeliste; Abraham patriarche; sanctorum martyrum Georii, Stephani protomartyris, Dyonisii Aryopagite, Laurentii, Vincentii, Viti, Blasii, Pantaleonis, Christofori, Iohannis et Pauli, Sergii et Bachi, Mauritii, Sigismůndi regis, Theodori, Silvani, Cypriani episcopi et martyris, Lamperti, sanctorum Innocentum; sanctorum episcoporum et confessorum Ottonis episcopi, Martini, Augustini, Silvestri pape, Ůdalrici[1], Erhardi[2], Brictii, Růperti, Nycolai; confessorum Benedicti, Galli, Magni, Egidii, Bernhardi[3], Alexii; Marie Magdalene; virginum ac martyrum Agnetis, Margarete, Afre, Felicitatis, Cecilie, Christine, Adelheidis regine, undecim milium virginum.

1282 Mart. 20.

Anno[d] Domini 1282, regente ecclesiam Pruvenigensem domino Ulrico abbate XVI[mo], consummata fuit ymago argentea fabricata ad honorem beati Georii patroni nostri et martiris invictissimi in vigilia beati Benedicti abbatis, et recondite sunt in eo reliquie subnotate: Primo de cruce Domini, de sepulchro Domini, de clavo quo crucifixus est Dominus, de lintheo quo precinctus est Dominus, de presepi Domini, de petra ubi cenavit cum discipulis Dominus, de cingulo Domini, de purpura Domini, de statua in qua flagellatus est Dominus, de manna filiorum Israel. De capillis sancte Marie matris Domini, de vestibus ipsius, de sepulchro beate virginis. Abrahe patriarche, Symeonis patriarche, Iohannis baptiste; apostolorum: Petri, de dente sancti Pauli, Andree, Philippi et Iacobi, Thome, de vestibus Iohannis ewangeliste, Iacobi maioris, Mathie, Barnabe, reliquie 12 apostolorum, Bartholomei apostoli; sanctorum martirum Georii, Dionisii Ariopagite, Stephanî protomartiris, Sebastiani, Vincentii, Laurentii, Stephani pape et martiris, Sergii et Bachi, Pancratii, Iohannis et Pauli, Proti et Iacincti, Hirenei episcopi et martiris, Marci et Marcelliani, Ignatii, Calisti pape et martiris, Christofori, Clementis pape et martiris, Tiburtii et Valeriani, Blasii, Viti, Nerei et Achillei, Felicissimi et Agapiti, Quatuor coronatorum, Mauritii, Kolomanni,

a) *in loco raso eadem manu scr. c.* b) *haec nota alia manu saec. XIII—XIV. scripta in c.* c) *sic c.* d) *haec nota alia manu saec. XIII ex. scripta in c.*

1) Augustani. 2) Ratisponensis, ut fabula habet. 3) Clarevallensis abbatis.

Processi et Martiniani, Cosme et Damiani, Lamperti episcopi et martiris, Oswaldi regis et martiris, Quirini martiris, Silvani martiris, Forini[1] martiris, Nazarii, Ypoliti, Chrisogoni, Gangolfi, Tiburtii, Modesti, Hellari martiris, Donati, Firmini, Fusciani, Victurici martiris, Eleutherii, Marcialis, Adeletharii[1], Gůmperti[2], Felicis martiris, Hermetis, Ermachore et Fortunati, Cypriani, Basilidis, Nonnosi, Cantii, Cantiani, Cantianilli martirum[a], Theodori, Damiani, Stephani pape et martiris, Bassani episcopi et martiris[b], Christiani martiris dens, Crescentii martiris, Sigismundi regis, Florentii, Patritii martiris de Ierusalem[3], Vigilii episcopi et martiris, Cyriaci, Servatii episcopi et martiris, Kiliani, Valentini, Emilii episcopi et martiris, Iohannis martiris, Innocencii martiris de legione Thebeorum, Thome in Anglia, Iacobi martiris et patriarche Antiocheni, Iocundi episcopi et martiris, Tatiani[1] martiris, Fossiani[1] martiris, Dyonisii avunculi Afre, Cantii martiris, Anastasii martiris, Bonifatii martiris, Narcissi, Baraa[c. 1] episcopi et martiris, Harimundi[1] martiris, Buntifiali[d. 1] abbatis et martiris, Quirici, Afferii[4], Numarchi[1] episcopi et martiris, Remigii martiris, Bursi[1] martiris, Efferardi, Iuliani martiris; sanctorum confessorum Gregorii pape, Benedicti abbatis, Ottonis episcopi[5], Egidii abbatis, Silvestri pape, Arbogasti, Alexii confessoris, Willibaldi[e] confessoris, Epiphanii episcopi et confessoris. De tunica sancti Udalrici, in qua incineratus fuit, Columbani abbatis, Chunradi confessoris, Achonis confessoris, Ysaac monachi, Wolfkangi episcopi[6], Ruperti episcopi, Arabani[1] ducis, Martini episcopi, Leonhardi confessoris, Bernhardi abbatis, Amandi episcopi, Anthonii monachi, Martini et Anthonii confessorum[f], Vitalis episcopi, Magni confessoris, Aurelii episcopi, Habrunoch[g. 1] et Medebaldonis[1] confessorum[f], Nycolai episcopi, de lumbari sancti Willibaldi, Ieronimi presbiteri, Galli confessoris, Theobaldi confessoris[h]; Felicitatis martiris, undecim milium virginum, Aurelie virginis et martiris, Serene virginis et martiris, Gunthildis virginis et martiris, Hylarie martiris, Digne martiris, Affre martiris, Margarete nove virginis et martiris, Maurore[7] virginis et martiris, Rote[1] virginis et martiris, que fuit filia regis Hybernie[8], Faravie[9] virginis et martiris et Pinnose, Geanivre[k. 10], Anastasie virginis et martiris, Cecilie virginis et martiris, Faravine[9] virginis et martiris, Christine virginis et martiris, Darie virginis et martiris[l], Adelheidis virginis, Grate virginis, Margarete virginis, Sabine virginis, Prisce et Aquile virginum, de sepulchro Marie Magdalene, Pelagie peccatricis, Agathe virginis, Scolastice virginis, Chunegundis inperatricis, Columbe virginis, Marie Iacobi, Waltpurgis virginis, Gerdrudis virginis, Rode[i] virginis et regine[8], Eugenie virginis, Iuliane virginis, Emmeranciane[m] virginis, Eutropie et Eugenie virginum.

a) mr̄ *c.* b) Christofori *add., sed del. c.* c) *extremum* a *non perspicue scriptum est in c.* d) butifiali *c.* e) *alia coaeva manus pergit c.* f) ꝯf. *c.* g) *littera* o *propter fissuram membranae certe legi nequit in c.* h) *dimidia linea vacua rel. c.* i) *sic h. l. c.* k) *sic aut* Geamure *legi potest in c.* l) *dimidia linea vacua rel. c.* m) *sic c.*

FUNDATIO ET NOTAE MONASTERII RICHENBACENSIS.

Brevis haec notitia de fundatione monasterii Richenbacensis (dioec. Ratisponensis), ex duabus chartis maximam partem composita, praecedit libro traditionum eiusdem monasterii, in archivo regio Monacensi *nunc servato, signato Reichenbach nr.* 1, *mbr. fol., f.* 2. 2', *sub Erchengero abbate inter a.* 1135. *et* 1176. *iam condito; unde edita est Monum. Boica XIV, p.* 406, *nr.* 2; *ib. XXVII, p.* 3 *sq., nr.* 1; *Ried, 'Regensburger UB.' I, p.* 177 *sq., nr.* 190. *Codicem ipse iterum evolvi; ex quo notulas quasdam de dedicationibus huius ecclesiae subiunxi.* *O. H.-E.*

f. 2 Ab inicio nascentis ecclesie pia cepit institucio, scilicet ad honorem Dei ecclesias facere, factas adiuvare; fideliter enim tenetur, quod per elemosinas ac bona temporalia fidei merito celestia comparentur. Hac spe et[11] imitacione marchio Dietpaldus[12] dives, prepotens ac nobilis, rogatu matris sue Lukardis[13], consensu uxoris sue Adalheidis liberorumque suo-

1) Huius sancti nomen apud patres Bollandianos non occurrit. 2) Senonensis archiepiscopi. 3) Sabaitae; cf. Acta SS. Mart. III, p. 166. 4) Afferis quidam martyr apud Bollandianos invenitur. 5) Bambergensis. 6) Ratisbonensis. 7) Neque haec sancta apud patres Bollandianos occurrit, neque Aurora quaedam inter sanctas reputata apud eosdem invenitur. 8) Rota martyr Romana invenitur apud Bolland. Acta SS. Iun. I, p. 209 sq., nulla vero filia regis Hiberniae eiusdem nominis. 9) Neque haec sancta apud patres Bolland. invenitur. 10) Gemivera quaedam sancta apud patres Bolland. invenitur, nulla vero Geanivra nec Geamura. 11) Sequentia omnia usque ad verba *abbate Romam misso* ex charta fundationis Dietpaldi marchionis a. 1135, Iun. 15, Mon. Boica XXVII, p. 10 sqq., nr. 10, sumpta sunt. 12) III. de Vohburg. 13) Cf. quae Andreas Ratisbon., Eccard, Corpus hist. I, col. 2074 sq., de hac re narrat.

rum spontanea concessione locum in Richenbach[1], quem hereditario successionis iure pos- 1118.
sederat, Deo sancteque et intemeratae Dei genitrici, perpetuae virgini Mariae optulit, ecclesiam fundavit, monasticae religionis fratres secundum regulam sancti Benedicti abbatis instituit ac sic servicium Dei inibi pro posse iniciavit. Eundem vero, quem prefati sumus, locum Romanae libertati subiugavit ac omnia ad eum pertinentia secundum proprietatem
qua ipse ea possederat, in villis, pratis, piscationibus, silvis, *pascuis, cultis et incultis et *f. 2.
in quibuslibet possessionibus, Deo et sanctae Mariae pro animae sue remedio ac prenominatae propinquitatis sue delegavit. Sane ne opus tam bonum sine auctoritate irritum esset, et ut detractorum iniuria cessaret, prefatum locum cum omnibus possessionibus suis in manum cuiusdam nobilis viri nomine Gotefridi de Werde delegavit, et eodem viro cum
venerabili Erchengero ipsius loci abbate Romam misso, apostolicae defensioni et potestati 1122.
contradidit; unde etiam domini Kalixti tunc Romanae sedi presidentis assensum meruit, qui ipsum locum et omnia ad eum pertinentia in apostolicam suscepit defensionem ac privilegii sui auctoritate imperpetuum[a] corroboravit[2]. Cepit autem loci huius edificatio anno ab in-
carnatione Domini millesimo centesimo octavo decimo, indictione 11, regnante invictissimo 1118.
Romanorum imperatore Heinrico quarto, presidente Ratisponensi ecclesiae venerabili Hartwico, sub Erchengero eiusdem loci abbate.

1135.[3] Hoc anno dedicatum est monasterium in Richenbach a venerabili Ratisponensi 1135.
episcopo prenominato Heinrico septima decima Kalendas Iulii in honorem sanctae et per- Iun. 15.
petuae virginis Dei genitricis Mariae.

Anno[4] Domini 1284, temporibus domini Heinrici venerabilis[b] episcopi Ratisponensis 1284.
ecclesie et venerabilis[b] Hermanni[c] abbatis in Reichenbach, dubitantibus de dedicacione dicte
ecclesie, fractum est altare publicum, nec ab eis aliter consecratum, sed anno Domini 1302. 1302.
reconciliatum est vel pocius consecratum a domino Chunrado venerabili episcopo, domino
Hermanno abbate providente, in die sancti Alexii confessoris, adiectis 5 altaribus, videlicet Iul. 17.
Stephani, Nicolai, sancte Crucis, Iohannis baptiste et sancte Marie Magdalene. Tamen ad
peticionem domini Octonis venerabilis[b] abbatis in diem Viti[5] tocius monasterii nostri de- Iun. 15.
dicacio est translata a domino Ch[unrado] reverendo episcopo antedicto.

a) *sic c.* b) ven̄ *c.* c) h i *c.*

FUNDATIO ET NOTAE MONASTERII ENSDORFENSIS.

Codex traditionum monasterii Ensdorfensis, dioeceseos Ratisponensis, ab atavo augustissimae gentis Wittelsbachicae a. 1121. *fundati, paulo post obitum Ottonis episcopi Bambergensis*[6] *(†* 1139*), vivo etiam, ut videtur, Hartnido secundo abbate istius loci, qui circa a.* 1145. *obiit, conditus et sequentibus temporibus paulatim ampliatus, usque in medium saec. XIII. continuatus est.*

In cuius exordio de fundatione huius monasterii breviter relatum est, deinde inter notitias de bonis acquisitis, quae sane maximi sunt momenti, sed iuxta consilium huic collectioni institutum a nobis secludenda erant, multa alia adnotata sunt de abbatibus sibi succedentibus, de fundatoribus defunctis, de capellis altaribusque consecratis, alia, quae in hoc tomo exhibenda sunt.

1) Reichenbach ad fluvium Regen (prov. Oberpfalz, BA. Roding). 2) A. 1122, Mart. 24; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6957; Mon. Boica XXVII, p. 5 sq., nr. 3. 3) Haec in libro tradit. f. 7, in fine chartae editae Mon. Boica XXVII, p. 12 sq., nr. 10. 11, scripta sunt post has temporis notas: *Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo tricesimo quinto, regnante Romanorum rege Lothario, sub Heinrico Ratisponensis ecclesiae episcopo, tempore Erchengeri abbatis.* 4) Haec in libro tradit. f. 7. in margine manu saec. XIV, a latere chartae supradictae scripta sunt, unde edita sunt Mon. Boica XXVII, p. 12 sq., nr. 11. 5) Quo die ecclesia a. 1135. consecrata est. 6) Cf. c. 2. 9, ubi Otto *pie memorie* dicitur.

Codex traditionum autographus periit, sed hoc etiam saeculo exstitit eius exemplar saec. XIV. exeunte factum, quod ubi nunc servetur, frustra quaesivimus. Unde oportuit, ut excerpta ista, quantum licuit emendata, repeteremus ex editione, quam Moritz paravit apud M. de Freyberg, 'Sammlung hist. Schriften u. Urkunden' (Stuttgart u. Tübingen 1828) *II, p.* 180—352. *Capita* 1—4. 24. 26. *aliquantum immutata ex alio apographo, nescio an ex collectione Iacobi Parfuess monachi Ensdorfensis*[1], *edidit Ried, 'Regensburger UB.' I, p.* 178—180, *quae titulo fundationis monasterii Ensdorfensis inscripsit. Cuius perpaucas tantum varias lectiones attuli.*

Quae de nominibus hodiernis locorum adnotavi ex indice a Moritz adiecto sumpsi. *O. H.-E.*

1. Origo huius cenobii, quo anno et quo die ceperit inchoari.

1121. Maii 23. Anno ab incarnacione Domini millesimo centesimo vicesimo primo, 10. Kal. Iunii inchoatum est edificari hoc monasterium, imperante Heinrico quarto imperatore.

2. A quibus ceperit fundari.

Huius autem edificacionis locum Fridericus[2], vir nobilis, pater scilicet palatine que Heylica nomen habuit, in proprio domate fundari cupiens, Ottoni sancte veneracionis Babenbergensi episcopo, ut fundamentum poneret, conmisit. Sancta autem intencio eius fuit, ut hereditatem suam in hereditatem Domini transmutaret et de allodiis suis, immo et de beneficiis, quibus a Babenbergensi episcopio[a] inbeneficiatus erat, largius ditaret. Sed, pro dolor! ne ad votum pertingeret, via universe carnis obstitit. Otto autem palatinus de Witilinisbac, gener illius[b] ex prelibata filia, in hereditatem succedens, spiritu Dei conceptum affectum perduxit ad effectum[3].

3. Annus et dies, quando et cuius patrocinio dedicata sit hec domus Dei.

1123. Anno autem dominice incarnacionis millesimo centesimo vicesimo tertio, indictione prima, imperatore Heinrico quarto[c] monarchiam regni gubernante, et in Ratispona civitate
Iul. 25. Chunone ex abbate[4] in episcopatum assumpto, atque illius concessione 8. Kal. Augusti dedicatum est hoc templum a venerabili Ottone Babenbergensi episcopo, fundatore ipsius, in nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte et superexaltate virginis Marie et sancti Iohannis baptiste et sancti Iacobi apostoli, fratris Iohannis ewangeliste, nomini illius specialiter attitulatum.

4. Sub qua professione et sub quo ordine fratrum conversio constituta sit.

Fundator autem, prefatus episcopus, collaudante advocato Ottone palatino et Heilica palatina, ut locus iste odorem noticie sue in omni loco diffunderet, monasticam vitam sub regula sancti Benedicti hic fieri voluit, atque ut ad arcioris vite fastigia conscenderet, magnarum virtutum abbatem Walchunum nomine cum nonnullis religiosis fratribus de religioso claustro Sancti Blasii elegit et cum ipso sacre veneracionis illius cenobii ordine in huius novelle plantacionis agrum tamquam ligna fructifera secus salutarium aquarum decursum transplantavit; Deo autem incrementum dante, predictus episcopus, alciori usus consilio, huius propositi ordinem, ut firmus et inconvulsus permaneat, sua auctoritate stabilivit[5].

5. Quibus auctoritatibus locus iste sublimatus sit.

Ut autem cunctis liquidius enitescat, qua vigilancia vir discretissimus novelle sue ecclesie bona pacis et tranquillitatis eciam in futurum providerit, aliquas tam episcoporum quam imperatorum inserimus confirmationis epistolas.

. . . .

a) episcopo *Ried.* b) illus *ed.; eius Ried.* c) *sic Ried;* V[to] *h. l. ed.; cf. l.* 14.

1) Ex hac duo capita edita sunt Mon. Boica XXIV, p. 35—37, nr. 11. 12. 2) De Lengefeld. 3) Cf. diploma Heinrici V. d. d. 1124, Apr. 25 (St. 3196). 4) Siegburgensi. Quem vero iam tunc episcopum fuisse perperam auctor scribit. Tunc sedit Hartwicus I. a. 1106—1126. 5) Vide chartam Ottonis datam a. 1139, Mon. Boica XXIV, p. 15 sqq., nr. 6.

9. Annotacio, a quibus vel a quorum prediis hec ecclesia sublimata sit vel quorum delegacione confirmata. Lintenharde.

In nomine summe perfecteque Sapiencie communi utilitati ac stabilitati et quieti ecclesie nostre in futurum prospiciendo commodum duximus confirmare, qualiter et a quibus personis prediis, allodiis et novalibus sit sublimata et ditata, annuos quoque reditus et testes singulorum prediorum cum personis que eadem predia sponte huic ecclesie tradiderunt, vel eciam a quibus precio comparata sunt, immo eciam a quibus delegata sunt, infra distinximus.

Primo ergo loco primus et precipuus fundator huius cenobii pie memorie Otto episcopus sancte[a] Babenbergensis ecclesie cum universis oblacionibus que huic ecclesie contulit quasi fundamentum inconvulsum ponatur. A sanctuario autem Domini incipientes, pre- cf. Ezech. 9, 6.
titulamus, quod ecclesiam que est de novalibus in Crusenareforste[1] sita in villa Lindinharde[2], in predio Ottonis palatini, consilio canonicorum maioris ecclesie et ministerialium huic monasterio devocionis intencione dedit cum omni iure, peticione et institucione, ut barochianum investiamus et episcopo ad confirmandum offeramus et duas porciones decimarum tam in animalibus quam in frugibus possideamus, sacerdoti ecclesie tercia parte divisa. Omnes vero laycos, qui de novalibus iniqua presumpcione aliquid sibi usurpaverint, cum Cain in signum malediccionis posuit, ut divisi et excommunicati a Deo et ab ecclesia partem habeant cum Anna, Iuda et Caypha.

. . . .

24. Predia que contulit nobis a principio Fridericus et postea gener eius Otto palatinus vice illius.
Kalbelinge. Uschelsperge. Ecclesia sancti Stephani.

Predium[b] in quo locus huius cenobii fundatus est et curiam huius cenobii[3] et adiacencia predia in monte Kalwelingen[c. 4] et Udilscalkesberge[d. 5], Peringozzesrewte[6] cum vineis, nichilominus et ecclesiam sancti Stephani prothomartyris, que mater est cenobii in anteritate, filia in subieccione. Est vero eadem a principio fundata et sublimata ecclesia, ut per se parrochialia habeat iura in baptismo, in sepulturis, in decimacionibus, in ecclesiasticis iudiciis[e], ad nullum barrochianum habens respectum. . . . . . .

45. Tunc temporis[7] beate memorie abbas Walchunus huius loci primus, ut Deo libe- 1137.
rius militaret in terris, resignata abbacia, cessavit a negociis secularibus, et subrogatus est ei abbas Dietwinus, de claustro Sancti Michaelis Babenbergensi[f] assumtus, qui ordinem quem de claustro Sancti Blasii invenerat ad normam sui claustri transmutavit. Romam quoque adiens, hoc privilegium[8] attulit.

. . . .

48. Vinea in Winzer[9], que nunc area facta est et solvit annuatim 60 denarios, comparata est in expedicione illa magna sub Chunrado rege, empto aureo calice, quem dederat 1147.
Heylica palatina, et argenteo, quem Regenboto comes[10] dedit.

. . . .

59. Tundorf.

Frater suus[11] etiam Hermannus de Smidigadme[12], in expeditione Ierosolimorum cum 1147.
Chunrado rege sancta intentione pergens, predium in villa Tundorf[13] per manum Udalrici de Ebermundestorf[14] delegavit huic ecclesie. . . . . . .

a) sanctus *ed.* b) *Ried praemisit ex lemmate, quod omisit:* Fridericus, pater palatine, et postea gener eius Otto palatinus vice illius contulit nobis. c) Kalbingen *Ried.* d) Udilscalkesperge et Peringozreut *Ried.* e) ind. *edd.* f) Babenberg *ed.*

1) Silva magna nunc dicta Kutschenrain. 2) Lindenhardt (BA. Pegnitz). 3) *Praedium in quo locus ipse fundatus est cum adiacenti curia Wilinbahc, Beringozesreut cum vineis, Kelvelinc, Oudelscalchesberc,* charta Ottonis laudata. 4) Kalbling vel Kelbling dicitur campus montanus ab Ensdorf orientem versus situs. MORITZ. 5) Uschelberg prope Ensdorf. MOR. 6) Forte Günzenried (BA. Stadtamhof), parrochiae Pettendorf, ut coniecit Moritz, Mon. Boica XXIV, p. 29. 7) Nullus annus antea indicatus est; cf. Ann. Babenberg., SS. X, p. 4. 8) Quod sequitur, datum a. 1144, Febr. 24, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 8499. 9) Winzer (BA. Stadtamhof). 10) De Giech. 11) Chunradi custodis maioris ecclesiae Babenbergensis, qui c. 58. occurrit. 12) Schmidgaden (BA. Nabburg). Fuit filius Wirntonis, cum c. 57. *Wirnt, filius eius Hermannus de Smidigadme et Härtnidus, frater ipsius,* testes occurrant. 13) Diendorf (BA. Nabburg). 14) Ebermannsdorf (BA. Amberg).

68. Eo tempore[1] Dietwino[a] abbatiam resignante, Hartnidus bone memorie, de Byburch claustro assumptus, successit.

. . . .

88. Mule predium.

1151. Hoc tempore incumbente fame propter sterilitatem terre[2], venditione prediorum quorundam temperavimus famis inopiam, predia que a fundatore Ottone episcopo possedimus, licet gravato corde, tamen vicinis[b] ea in mercationem postulantibus, quia ideo pluris erant in pretio, utique pro pretio dedimus. Cuidam itaque Ottoni de Pokberg datum est Mule predium, quod a Babenbergensi ecclesia habuimus. Alia autem que predictus episcopus huic ecclesie comparavit, scilicet Rabichingen, Hage, Eicha, Reginboto de Haselbach[3] de ecclesia ista comparavit.

. . . .

96. De obitu Ottonis palatini 2. Nonas Augusti. Wintpozzingen.

1155. Aug. 4. Tunc temporis[4], primo anno Helmerici abbatis hoc in loco quarti Otto palatinus, non solum a patronatu vel patrocinio patronus, sed, dici si fas est de laicis, a paternitate pater huius ecclesie, viam universe carnis ingressus, positus est hic ante ecclesiam beate Marie[c] virginis in capitolio fratrum, ubi et Fridericus, pater palatine, et domina Heilwic[d], soror palatine, et Gebehardus, maritus eius de Lewkenberge[5], et filii illorum Fridericus et Gebehardus requiescunt. In exequiarum autem die oblata sunt a palatina et a filiis huic ecclesie septuaginta talenta et insuper predium Wintpozzingen[6] a filiis delegationis iure oblatum. Testes sunt: Otto lantgravius de Steviningen[7] et frater eius Heinricus burgravius Ratisponensis[8], Gebehardus et Marquardus de Lewgenberge[5], Udalricus et Wicnandus fratres de Wolfesbach[9], Hartnidus de Tuwern[10], Udalricus et Eppo de Ebermundestorf et alii multi de longinquo et ministeriales palatini Pilgrimus Zollo et filius eius Udalricus Zollo et universaliter ministeriales eorum.

. . . .

1170. 116. Helmricus[e, 11] abbas vita decessit; Boto successit.

Sept. 14. 117. De obitu Heylice palatine 18. Kal. Octobris.

Sept. 13. Anno[12] ab incarnatione Domini 1170, indictione 3, Idus Septemb.[13] Heilica palatina de
Eccli 39,13. huius vite curriculo transiens[14], hic feliciter obtinuit, ut nomen eius requiratur a genera-
Eccli. 47,12. tione in generationem. Dedit enim in celebrationibus decus et ornavit tempora[f] usque ad consumationem vite. Ornavit autem faciem templi et alterutrum chorum et ipsum sanctuarium circum sancta sanctorum quinque cortinis plumarii operis necnon sacerdotem ad sancta sanctorum ingredientem festivo vestivit vestimento, casula scilicet frigiata, ymo etiam margaritis et auro intexta, atque proinde aliis casulis frigiatis et aliquibus non frigiatis, similiter cappis frigiatis et absque frigio, talmaticis[g], tunicis que subtilia vocantur, stolis ex auro et gemmis et auleis in faciem templi. Proinde in libro vite celestis asscribi gestiens, verba et gesta Verbi incarnati, plenarium videlicet, describi iussit, quod intus et deforis, ut hodie datur perspici, auro et gemmis micantibus adornavit; iunxit vero prelibato operi calicem instar codicis elimatum, ut, que[h] liber doceret, vas sacramenta representaret. Insuper etiam duo candelabra ac turribulum anaglifi[i] operis ex multo pondere argenti necnon ampullas de lapide precioso, onichino et berillo, ad vasa[k] misterii divini obtulit et
Prov. 31, 19. alia multa ad ornatum altaris atque ecclesie. Nihilominus manum suam mittens ad fortia,

a) Dietwnio *ed.* b) a vic. *ed.* c) et Heylwic *h. l. perperam add. ed.* d) *hoc loco inserenda videntur:* mater palatine, et Heylwic; *vide n. c et infra c.* 117. e) Heinricus *c.* f) *sic ed. et Vulg.;* templa *falso M. B.* g) *sic edd.* h) utque *edd.* i) anaglisi *edd.* k) va *c.*

1) Quae c. 66. referuntur *acta sunt anno inc. D.* 1148, *ind.* 12. 2) De horrenda fame a. 1151. per totam Germaniam grassante multi annales referunt. Nullo iure Moritz de a. 1153. aut 1157. cogitaverat. 3) Haselbach (BA. Burglengenfeld). 4) Nullus annus antea indicatus est; sed vide Ann. Babenb., SS. X, p. 4; Herm. Altah., SS. XVII, p. 383. 5) I. de Leuchtenberg (BA. Vohenstrauss). Cf. 'Hist. Abh. d. bair. Akad.' VI, 1, p. 13 sqq. 6) Windpaissing (BA. Nabburg). Cf. chartam datam a. 1160, Mon. Boica XXIV, p. 37, nr. 12. 7) Stefling (BA. Roding); plerumque dictus de Lengenfeld. 8) Cf. geneal., SS. XXIV, p. 76. editam. 9) Wolfsbach (BA. Amberg). 10) Theuern (BA. Amberg). 11) Nullus annus indicatus est, sed vide Ann. Babenb. add. Ensdorfense SS. X, p. 4. 12) Hoc caput editum est etiam Mon. Boica XXIV, p. 35 sq., nr. 11. 13) Ex his diebus Id. Sept. et 18. Kal. Oct. prior est emortualis, alter memorialis, scilicet postriduanus, qui communiter inscriptus est necrologiis. MORITZ. 14) Ad a. 1173. obitus eius falso refertur Ann. Babenb., SS. X, p. 4.

fecit aque ductum ex plumbi fistulis per ocultos terre meatus, de fonte rivum derivans ad singulas monasterii officinas. Ut autem in serie delegationum predictum est, predia et ex hereditate sua et ab aliis comparata large ecclesie huic tribuit ac multis mobilibus rebus profuit. Statuit vero, ut eterno iure pro requie eterna anniversaria dies eius et Ottonis palatini, mariti sui, instar cene Domini multa consolatione fratrum et elemosinis pauperum ex predio Haselah[a] officiose peragatur. Confirmatum est quoque ab[b] abbate tunc temporis Hartnido et ab universis unanimiter fratribus quasi sacramento, ut psalmus *De profundis* cottidie ad singulas horas inter familiares psalmos pro ipsis ac pro[c] filiis suis vita decedentibus dicatur. Idem quoque psalmus constitutione abbatis Helmerici post priorem missam sancitus est cottidie cantari. Sepulta est itaque in capitolio in sepulchro Ottonis palatini, viri sui, habens ad dextram[d] crucis in proximo mausoleo collaterales[e] sibi patrem et matrem, Fridericum et Heylwic[f], in ulteriori autem sepulchro sororem suam Heilwic[f] et maritum eius Gebehardum[g] et filios eorum Gebehardum et Fridericum de Lewkenberge[h], ad sinistram vero crucis collateralem[i] habens Hartnidum abbatem[k] huius loci tercium ordine, sed primum perventione; resignaverant enim abbatiam[l] anteriores sui Walchunus[m] et Dietwinus. Walchunus[n] autem pausat in sepulchro in introitu capitolii.

. . . .

125. Wunnenharde.

Predium in Bunneharde possidemus a Wernhardo de Lengenvelt[1] hoc iure: Astmatico morbo laborabat, scilicet suffocatione anhelitus in naribus, quod vix spirabat, et Salernum curationis causa adiens, duas curias in prenominato predio nobis pro 14 talentis impignoratas reliquit tali conditione, ut, si eventu sinistro reditum non haberet, unam curiam pro oblatione fraternitas ista possideret, alteram curiam cognatus eius Heinricus de Werde 9 talentis a pignore exemptam sibi retineret. Ille vero qui in hereditatem eius debuit succedere, morte preventus, prior cepit decedere, hereditarium autem ius tali tunc sorte ad filios[o] suos pertingebat, qui respectu devotionis et deiectionis[p], ne ecclesia nostra tanta pecunia frustraretur, alteram curiam in oblationem dederunt. Testes sunt huius rei: Werenherus de Gibistorf, Volcholdus et Isingrimus de Sigenhofen[2], Marqwardus.

. . . .

149. Anno dominice incarnationis 1179. constituit Deus diem solempnem in condensis 1179. Ps 117,27.
usque ad cornu altaris, ecclesia quippe superioris chori a Friderico palatino constructa
15. Kal. Augusti dedicata est in honore beate et superexaltate virginis et genitricis Dei Iul. 18.
Marie a venerabili Cunrado sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopo, fratre scilicet
eiusdem Friderici et Ottonis ducis Bawarie[3] et alterius Ottonis palatini[4]. Cooperabatur
autem ei Chuno Ratisponensis episcopus venerandus, qui ipso die consecravit duas ecclesias
in inferiori monasterio, unam in honore sancti Petri apostoli[q], alteram in honore sancti
Pauli. Prelibatus autem archiepiscopus, ut cognoscat[r] eum Dominus in benedictionibus cf Eccli 44,26.
suis, benedixit alia duo altaria in predicta ecclesia, principali altari collateralia, ad dexteram sub titulo sancti Iohannis baptiste, Martini episcopi et aliorum sanctorum, ad sinistram
sub titulo sancti Blasii episcopi et martyris et sancti Nicolai[s] episcopi et aliorum sanctorum. Sequenti quoque die, 14. Kal. Augusti consecrata est a predictis presulibus basilica Iul. 19.
sancti Iohannis euangeliste et Margarete virginis et martyris et aliorum, videlicet archiepiscopo dedicante et episcopo cooperante. Notandum vero, quod ecclesiam sancte Marie prefatus Fridericus dotavit mansu uno in villa que dicitur Newwendorf; cui postea alium addidit ad concinnanda lumina in sanctuario ipsius ecclesie. Ecclesiam quoque sancti Iohannis euangeliste Chunradus archiepiscopus predio . . . . . .[t] dicto[u] dotavit, quo domus Dei in luminibus ornetur, et fratres in festo sancte Margarete solempni obsonio[v] gaudeant. Testes sunt Otto dux Bawarie et frater eius Otto palatinus et alii multi.

150. Anno autem 1180. ab incarnatione Domini, qui nova facit omnia, novo ordine 1180. cf Is 43,19

a) Hasellach *M. B.* b) *sic M. B.; deest ed.* c) *deest M. B.* d) dexteram *M. B.* e) collatantes *M. B.* f) *sic M. B.;* Helwic *ed.* g) Gebh. *M. B.* h) Leutenb. *M. B.* i) collatantem *M. B.* k) h. l. a. *M. B.* l) abbacia *M. B.* m) *sic M. B.;* Walchinus *h. l. ed.* n) Wachunus *c.* o) *emendavi;* nos *c.* p) delect. *c.* q) apostoly *c.* r) agnoscat *ex Vulg. emendandum videtur.* s) Nicolay *c.* t) *nomen deest c.* u) dictum *c.* v) abs. *ed.*

1) Burglengenfeld. 2) Siegenhofen (BA. Amberg). 3) Qui a. 1180. demum dux Bawariae factus est. 4) Filiorum Ottonis (V) palatini a. 1155. defuncti.

1180. monasterium nostre habitationis in dedicatione renovatum est. Cuius renovationis causa est: Cum Otto episcopus Babenbergensis, cuius memoria in benedictione est, fundamentum
cf Apoc. 4, 6. huius ecclesie fundaret, habens oculos ante et retro, in presenti circumspectus, in futurum prospexit et ante structuram templi altare in honore sancte Marie et sancti Iacobi apostoli
cf 4 Reg. 16, 15 constructum sanctificavit, offerens super illud holocaustum et ymmolans victimas, fecit sacrificium vespertinum et letus obtulit universa in odorem suavitatis predia. Erat edicula
cf Is. 4, 6 vilibus ex lignis constructa super altare in umbraculum diei ab estu et in securitatem et absconsionem a turbine et a pluvia. Postea vero constructum templum dedicatum est ad titulum altaris sancte Crucis. Placuit deinde, ut et templum et chorus in longius proten-
Mai 29. derentur, et destructo altari, destructio totius dedicationis facta est Proinde 4. Kal. Iunii hoc monasterium ad titulum altaris sancti Iacobi cum ipso altari denuo consecratum est per Chunradum archiepiscopum Salzburgensem, adiuncto patrocinio sancti Andree apostoli. Predictus autem Chunradus archiepiscopus auctoritate Alexandri pape presedit Salzburgensi ecclesie tunc temporis, sed postmodum[1] in Mogontinam sedem solempniter restitutus est.

. . . .

153. Hegelingen.

De predio Hegelingen[2], quod Udilsclalcus ecclesie nostre contulit, talis est ratio: Cum uxor eius nomine Agnes thorum viri[a] infamia publica macularet, coram episcopis accusata, ad hoc ventum est, ut legitimum conubium viro negaret; sed testibus victa, legitimam copulam fideliter se servaturam spopondit. Iterum rupta fide thori, preterite iniquitati publice adhesit. Vir autem eius Udilscalcus iterum eam sumens in sua, ratum duxit, ut sic eam constringeret, scilicet si quando retro respiceret ad iniquitatem, predium Hegelingen nihil eam attingeret, sed sub viri arbitrio esset, quo illud daret. Pro dolor! quod ita factum est. Determinata est ea causa sub his testibus, et sub ipsis testibus atque aliis pluribus oblatum est et delegatum ecclesie nostre. Testes sunt: Fridericus aliquando palatinus[3], Otto lantgrawius de Steviningin. . . . . . .

a) vire *ed.*

NOTITIA FUNDATIONIS MONASTERII RORENSIS.

Sequens notitia edita est ex tabula saec. XV. olim in domo capitulari Rorensi appensa a P. Dalhammer, Canonia Rohrensis (Ratisbonae 1784) p. 2, qui eam etiam aeri incisam exhibet, et repetita Mon. Boica XVI, p. 100; quam exinde recudi fecimus. *O. H.-E.*

Notum[4] sit universis, quod dominus Adalbertus, vir liber, nobilis et illustris, dictus de Ror, qui[a] dedit cuncta que de patrimonio suo habuit ad manus reverendissimi patris et domini domini Hainrici Ratisponensis episcopi[5] super altare sancti Petri apostoli in Ratispona, asstante clero et populo, tali condicione, ut in Ror[6] canonici regulares secundum regulam beati Augustini episcopi ordinarentur, quibus necessaria de predictis rebus ministrarentur communiter. Et ipse Adalbertus, pauper Christi factus, statim communem vitam ibidem agressus est. Prefatus eciam dominus episcopus Brunonem, virum religiosum, eidem loco prefecit et ipsum monasterium in propria persona dedicavit in honore Marie semper virginis
1133. Oct. 6. anno Domini 1133, 6. Octob. Noluit eciam monasterium habere advocatum[7].

a) *sic tab., quod delendum videtur.*

1) A. 1183. 2) Högling (BA. Nabburg). 3) Tunc monachus Undersdorfensis. 4) Haec notitia exscripta est in altera ex Chronico Ms. Rorensi Mon. Boica XVI, p. 99 sq. edita. 5) H. a. 1132–1155. Cf. eiusdem chartam Mon. Boica XVI, p. 100 sqq.; bullam Innocentii d. a. 1136, Apr. 24, ib. p. 102 sqq. (Jaffé ed. 2. nr. 7770); chartam Heinrici canonici Ratisponensis d. a. 1138, Maii 10, ib. p. 104 sqq. 6) Klosterrohr prope Abensberg (BA. Kelheim). 7) Sed a. 1138. ipse, mutato consilio, Gebehardum comitem de Abensberg advocatum instituit; Mon. Boica XVI, p. 106 sqq.

NOTITIAE FUNDATIONIS MONASTERII BIBURGENSIS.

I) In archivo regio Monacensi *exstat magnum volumen, sign. Biburg. nr.* 3, 460 *paginarum, apographum recens saec. XVIII. codicis traditionum et chartarii huius abbatiae*[1]. *Exordium codicis traditionum p.* 1—9. *est relatio de fundatione monasterii Biburgensis*[2] *post a.* 1164.[3] *composita, quam exscripsi. Eadem ex codice autographo, ut videtur, iam edita est Hund, Metrop. Salisburg. ed. Gewold (Monaci* 1620*) II, p.* 203 *sq. (ed. Ratisponae* 1719. *II, p.* 140 *sq.); ex qua editione apographum illud nimis mendosum emendavi*[4], *sed etiam aliquot menda editionis auxilio apographi sustuli.*

II) Hund l. l. p. 202 *sq. (ed.* 1719. *p.* 139 *sq.) brevior relatio de fundatione eiusdem monasterii edita est, ex praedicta ampliore, paucis additis, nescimus quo tempore, descripta. Quam in exemplari Monacensi non reperi, ex editione sola recudi feci.*

III) Subiunxi seriem abbatum Biburgensium usque ad saec. XIV ex. deductam, quae p. 215. *apographi Monacensis exstat.* *O. H.-E.*

I.

Omnia tollit aetas et cuncta tollit oblivio, litterae solae suffragantur memoriae et preterita reddunt oculis quasi sint presentia. Unde cum iocunda sit preteritorum cognitio, plurimum etiam solet prodesse tam in privatis quam rebus publicis, reportat enim gratiam etiam mortuis, ad exempla bonorum invitat, pravorum cupiditates mitigat, dirimit lites, derogat avariciae, veritati non parum astipulatur: huius rei gratia permoti, qualiter vel a quibus cenobium beatae Dei genitricis Mariae Biburch institutum sit, vel quae nostris temporibus a fidelibus Christi fratribus ibidem Deo[a] servientibus collata sint, breviter et[b] summatim annotare curavimus, propter hoc maxime, quia bona aliarum ecclesiarum distrahi et alienari plerumque videmus, ob hoc videlicet, quia nulla existant documenta, quibus eisdem ecclesiis collata demonstrentur, simul etiam ut hoc breviarium memoriae futurorum[c] reportet beneficia fidelium defunctorum, et a[b] quibus ipsi devotionem per bona temporalia perceperunt, vicissitudinem specialis[d] obsequii non graventur[e] illis rependere.

1. Primum ergo non ociose reperimus[f], quia locus ipse, ipsa videlicet congeries, ut putatur, in qua[g] nunc tota cella fundata cernitur, tribus heredibus divisa pervenerat[h]. Pars illa, in qua capella beati Stephani sita est, iuri subiacebat Frisingensis ecclesiae. Pars altera, contra occidentem attingens piscinam superiorem, cuiusdam feminae nobilis erat Willibirch dictae. Porro pars illa, in qua monasterium constructum est, Heinrici cuiusdam viri nobilis et uxoris suae[5], religiosae, ut putabatur, feminae, quae et[i] Berhta dicebatur, ditioni subiacebat.

2.[k] His ergo commodum visum est, ut partem illam, in qua fundata fuit ecclesia beati Stephani, commutatione legitima suae parti copularent. Et cum iuvaret eos tempus, utpote qui benivolum habebant dominum Heinricum tunc temporis Frisingensis ecclesiae pontificem[6] et Ellenhardum eiusdem ecclesiae prepositum, fratrem Berhtae predictae —: cum ergo iuvaret eos tempus et oportunitas, dederunt partem predii sui, unam hubam iuxta rivulum qui dicitur Phetrach[7] et ecclesiam unam in fundo suo sitam, in villa quae dicitur Berge[8] iuxta Ysaram fluvium, cum decimatione una, quae iuxta consuetudinem temporis illius iuris eorum videbatur: haec, inquam[l], dederunt Frisingensi ecclesiae, recepta parte

a) Domino *ed.* b) *deest c.* c) futurae *c.* d) spiritalis *ed.* e) gravarentur *ed.* f) repetimus *ed.* g) quo *c.* h) provenerat *ed.* i) etiam *ed.* — Bertha *ed. semper.* k) *numeri capitum in marg. positi sunt c.* l) unquam *c.*

1) Nescio an eiusdem codicis, qui nunc in bibliotheca Philippsiana Cheltenhamii nr. 4214. exulatur; quem quod in usum nostrum advocare non potuerimus, aegre ferimus; cf. 'Archiv' VIII, p. 765. 2) Situm erat in dioecesi Ratisponensi (BA. Kelheim, LG. Abensberg). 3) Quia §. 8. Hartwicus II. episcopus Ratisponensis a. 1164. defunctus *beatae memoriae* dicitur. 4) Scriba apographi multa verba codicis quem exscripsit legere nequiverat, unde spatia vacua reliquit. 5) Hi fuere parentes Eberhardi archiepiscopi Salisburgensis; cf. infra p. 1088; SS. XI, p. 78, n. 5. 6. 6) A. 1098—1137. 7) Pfettrach, qui apud Landshut cum Isara fl. coniungitur. 8) Berg (BA. Landshut).

tertia totius illius montis, in quo nunc cella consistit, cum omnibus suis pertinentiis et decimatione unius curtis adiacentis quae dicitur Waltungesbrucha a manu Ottonis comitis de Schiren, qui tunc erat advocatus ecclesiae Frisingensis, duodecim etiam ministerialibus prefatae ecclesiae sub attestatione iurisiurandi firmantibus legitimam et sufficientem et ecclesiae suae utilem esse commutationem.

3. Dein procedente tempore complacuit possessoribus et heredibus partis tertiae, Tymoni scilicet et Willibirgae, non, ut credimus, sine nutu Dei compellente eos penuria rei familiaris, ut et ipsi, accepto duodecim librarum[a] argenti pretio, consentientibus et astipulantibus liberis suis, quod sui iuris erat in manus transfunderent predictorum. Sic olim Deus per David[b] futurae domus suae, quae per Salomonem fabricanda fuit, providit et ordinavit expensam[c], ita nunc quoque per fideles suos prestruit[d] viam et oportunitatem preparat, ut, quando vult et ubi vult, opera magnificentiae suae[e] in quibus et per quos vult declaret. Commanentibus ergo predictis fidelibus, nati sunt eis undecim filii. Et pater quidem intendebat animum et pro viribus agebat, ne suis aput seculares inferior haberetur et ne[f] inferiores se relinqueret heredes. Mater vero interni[g] Iudicis placere studebat conspectibus et divitiarum suarum solum Dominum exoptabat heredem. Itaque sex filiis naturae concedentibus, et ambobus parentibus e[h] medio sublatis, quinque superstitibus dividitur hereditas, et duobus quidem iunioribus cessit in hereditatem locus predictus, quorum alter Chunradus, alter Arbo dicebatur.

4. Quid ergo? Infra unius anni circulum, quamvis illis pro aetate, pro conditione satis arrideret mundus — erant enim secundum seculum[d] parentibus non infimis —, spiritu[i] tamen[k] Dei attacti, tam locum ipsum[l] in quo nunc cella constructa est quam cetera sua predia divinis mancipare decreverunt obsequiis. Quorum exemplo quidam ipsorum propinqui vehementer accensi, non solum sua, verum etiam se ipsos Domino devoverunt, quorum nomina fuerunt Ludolfus de Griezpach[m], Burchardus de Panzingen, Rahewinus de Wichse. Habita itaque cum paucis arbitris deliberatione, hoc in eorum omnium sedit arbitrio, ut[n], patrimoniis suis in unum aliquem locum collatis, in honorem beatissimae Dei genitricis Mariae et sanctorum apostolorum congregationem monachorum, si Dei voluntas fuisset, instituerent[o]. Requiritur locus institutioni conveniens et[p] sine contentione concur-
1133. rentibus omnium votis ibi designatur, ubi nunc cernitur. Sed quia ad perficiendum propositum suum ipsi minus sibi videbantur sufficere, cooperatorem asciscunt[q] sibi venerabilem Ottonem Babenbergensem episcopum, immo fundatorem loci constituunt[r], cuius tota intentio in construendis monasteriis et sustentandis pauperibus versabatur; quoque promptior foret[s] eius animus, neve[t] in alieno seminare videretur, locum predictum cum omnibus eidem collatis ad altare beati Petri in[u] sancta Babenbergensi ecclesia per manum Erbonis predicti delegari fecerunt, ea videlicet conditione, ut electio abbatis loci ipsius[v] ab omni esset coactione extranea; electus tamen abbas ab episcopo investiretur, neque inferior haberetur locus ipse ceteris[w] monasteriis, quae a prima institutione episcopatus ibi collata noscuntur; essetque in abbatis et fratrum potestate eligere sibi[x] advocatum, quem voluissent; unoque decedente, nullum heredum illius iure hereditario succedere nisi ex abbatis et fratrum beneplacito[1].

5. Itaque bonae et sanctae memoriae venerabilis episcopus[y] quae tunc[z] inpresentiarum cum predicto loco susceperat designari fecit in cartula, quorum nomina subscripta sunt: Villam totam quae dicitur Griezpach[a], quatuor mansos Mozenhoven[b.2], duas curtes Luzenhusen[c], iuxta castrum Brixiensis episcopi quod dicitur Sevena[3] mediam partem quae dicitur Gubdun[d], quae solvit quinque carradas vini, curtem unam Rapertesdorf[e], curtem

a) librarii *c.* b) dominos *c.* c) expensa *ed.* d) *spatio vacuo relicto deest c.* e) suis *ed.* f) non *ed.* g) interim *ed.* h) de *ed.* i) sp, *spatio vacuo rel. c.* k) tam *c.* l) *deest ed.* m) Griespach *ed.*; Griczbach *c.* n) in *c.* o) institueret *c.* p) quae *c.* q) sibi adsc. *ed.* r) constitutum *c.* s) esset *ed.* t) ne *c.* u) in sancta *des*, *spatio vacuo rel. c.* v) illius *ed.* w) cetris *c.* x) adv. q. sibi *ed.* y) episcopi *c.* z) tamen *c.* a) Griezbach *c.* b) *sic c. et charta Alexandri;* Morenhoven *ed.* c) *sic c.;* Lucinhusen *dipl. Frid.;* Bolzenhusen *ed.* d) *sic ed. et dipl. Frid.;* Bubdun *c.* e) Raphtesdorf *c.;* Rappertesdorff *ed.*

1) Cf. chartas Innocentii II. Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 7939. 7974); Alexandri III. (Jaffé nr. 12815, ubi in editione unica Gewoldi falso nomen abbatis Henrici legitur; in codice archivi Monacensis, qui p. 226–233. hanc bullam continet, recte Ysanrico abbati data legitur); diploma Friderici I. (St. 4195), qui etiam praediorum infra nominatorum partem abbatiae confirmant. 2) Griessenbach (BA. Landshut); Motzenhofen (BA. Aichach). 3) Säben.

unam Linten[1], curtem unam Sikelingen, Hergesingen[a, 2] unam, decem mansos in villa quae dicitur Puch, Pichenpach[b, 3] curtem unam, Eicha unam, Haezechoven unam, Rantpolteshoven[c] unam, Puchoven[d] unam, Umbelstorf[e, 4] unam, Machtrisdorf[f] unam, molendinum unum Hegenwanch, Rapertesdorf[g] unum, Lobesingen[h, 5] unam curtem.

6. Dedit ergo predictus episcopus expensas ad aedificandum monasterium quingenta et sedecim talenta et ad stipendia[i] fratrum septem mansos novalium in Tagrintele[6] et beneficium cuiusdam ministerialis sui in villa quae dicitur Tispach[k, 7] prope fluvium Ysaram.

7. Et sex annis consummavit monasterium, ipseque septimo anno plenus dierum bono- 1139.
rum defunctus est. Cui successit Egilbertus episcopus. Et ipsius anno secundo dedicatum 1140.
est monasterium ab Heinrico Ratisponensi episcopo in natalicio apostolorum Symonis et Oct. 28.
Iudae. In dedicatione ergo monasterii renovata est prenominatorum prediorum traditio per manum Udalrici advocati, qui etiam superaddidit quandam villam suae proprietatis Perchach[8] dictam, consentiente et rogante uxore sua Helica et filio suo Purchardo, quatuor videlicet curtes et duas vineas, vineam unam et curtem unam ad hospitale pauperum, tres reliquas cum pomerio et area sua et vinea et omnibus[l] suis pertinentiis ad usus fratrum destinavit.

8. Gebehardus quoque de Hittinburch tradidit eidem monasterio ecclesiam Adelungestorf[9] cum omnibus suis pertinentiis, duas curtes Mirenberch cum molendino uno. Quam ecclesiam cum cura et decimatione et omni iure suo beatae memoriae episcopi[m] Heinricus et Hartwicus[10] Chunrado abbati et omnibus suis successoribus in perpetuum concesserunt.

9. Chunradus de Waninberch mansum unum in adiacenti villa Ozenbach[11].

10. Preterea Gotfridus prepositus Ratisponensis et archipresbyter per manum prefati Udalrici advocati tradidit curtem unam Meginwartestorf.

11. Et Ruzelmus prepositus Veteris capellae[12] in eadem villa curtem unam.

12. Et Chunradus iuxta eandem villam in Seirisperch curtem unam. Huius traditionis testes sunt: Udalricus advocatus, Purchardus filius eius, Gebehardus de Hittinburch, Gotfridus de Werde, Reginoldus de Otelingen, Adelpertus de Musse[13] et fratres eius Durinchardus et Isinricus, Rihwinus de Seamhobet, Chunradus et Dietmarus de Totinaker, Helmpertus de Mure[14], Pernhardus frater eius et Marquardus et Chunradus de Hohenheim et Megingotus, Chunradus de Waninberch, Chunradus de Oweneshoven, Pabo de Umbelesdorf, Willehalmus et Maheten de Mingenhusen, Ekkebertus de Hahsenacher, Willehalmus de Barbingen, Chunradus et Heinricus de Tollingen, Megingotus de Sunechingen, Wernherus, Bruno et Ekkebertus de Schirlingen, Hartwicus et Chunradus de Tanne, Herbordus de Imnanteshusen, Ernestus et Udalscalcus de Abenesperch[15], Sigboto de Woneberge, Titto et Otto de Mulbach[16].

II.

Cum iocunda sit preteritorum cognitio, plurimum etiam soleat prodesse tam in rebus publicis quam privatis, Not. I
ideo breviter et summatim annotare libet litteris, qualiter vel a quibus coenobium Dei genitricis Mariae in Biburg fuerit institutum, vel quae eidem bona a fidelibus sint collata.

Erant duo fratres Chunradus et Arbo cum sorore Pertha[17], quibus locus ipse, ubi nunc fundata est cella, in hereditatem divisa pervenerat, ibique habebant residentiam corporalem. Hi ergo, quamvis illis tum pro aetate tum pro conditione satis arrideret mundus — erant enim secundum seculum ex ingenuis et liberis

a) Hersegingen *ed.*; Ergesingen *dipl. Friderici.* b) Pichenbach *c.* c) Rantolteshoven *c.* d) Puchenhoven *c.* e) Umbelsdorf *c.*; Umelstorff *ed.* f) Maetriesdorf *c.*; Mechtrisdorf *ed.* g) Raphtesdorf *c.*; Rappertorff *ed.* h) *sic c. et dipl. Frid.*; Lebesingen *ed.* i) stipendium *c.* k) Tisbach *ed.* l) omnibus — Adelungestorf cum *des. ed.* m) episcopus *ed.*

1) Rappersdorf (BA. Kelheim); Linden (BA. Landshut). 2) Irnsing (BA. Kelheim). 3) Pickenbach (BA. Kelheim). 4) Oberhatzkofen (BA. Rottenburg); Rappelshofen, Buchhofen, Nieder- et Ober-Umelsdorf (BA. Kelheim). 5) Höhenwang (BA. Kelheim); Lobsing (BA. Hemau). 6) *Tanngrundel* in marg. codicis adscriptum est, nescio ubi situm. 7) Teisbach (BA. Dingolfing). 8) Fortasse Perka prope Biburg. 9) Allersdorf (BA. Kelheim). 10) H. Ratisponensis a. 1155—1164. 11) Etzenbach (BA. Kelheim). 12) Ratisponensis. 13) Wörth ad Danubium; Ettling (BA. Ingolstadt); Grossmuss (BA. Kelheim). 14) Schambaupten, Tettenagger (BA. Hemau); Mauern (BA. Kelheim). 15) Hexenagger (BA. Hemau); Barbing (BA. Regensburg); Ober- et Unter-Dolling (BA. Ingolstadt); Sünching (BA. Regensburg); Schierling (BA. Mallersdorf); Thann, Umbertshausen, Abensberg (BA. Kelheim). 16) Mühlbach (BA. Hemau). 17) Hoc falsum esse videtur; cf. not. I, c. 1—3.

Not. I. parentibus —, spiritu Dei tamen adtacti, se ipsos, locum ipsum cum omni adiacenti terra et prediis divinis decreverunt obsequiis mancipare. Convocatis igitur parentibus et amicis, Ludolpho de Griespach, Burchardo de Panzingen, Radwino de Weichs, bona deliberatione prehabita, requiritur locus institutioni regulari conveniens et ubi nunc cernitur designatur. Adsciscunt ergo cooperatorem sibi venerabilem Ottonem Bambergensem episcopum et fundatorem loci constituunt, se et sua omnia cedentes eidem, ea videlicet conditione, ut, constructo monasterio cum officinis congregationi monachorum Deo ibidem servientium competentibus, electio abbatis loci ipsius ab omni esset coactione extranea. Electus tamen vestiretur ab episcopo Babenbergensi, essetque in abbatis et fratrum potestate eligere sibi advocatum quem vellent; unoque decedente, nullum heredem illius in iure hereditario succedere nisi ex abbatis et fratrum beneplacito.

Sex igitur annis construitur et consummatur monasterium cum reliquis officinis, et coadunatis fratribus Deo ibidem servientibus, abbas primus eis preficitur filius predictae Perthae, vir religiosissimus Eberhardus, postea Salisburgensis archiepiscopus[1]. Qui videlicet abbas cum fratribus de communi consilio Ulricum de Lapide, avunculum predicti abbatis, primum sibi eligunt advocatum. Septimo igitur anno dominus Otto episcopus Babenbergensis moritur in Domino, et Engilbertus succedit eidem, cuius anno secundo dedicatur monasterium in honore Dei genitricis Mariae
1140. Oct. 28. ab Hainrico Ratisbonensi episcopo anno Domini 1133[2], in festo Simonis et Iudae. Ipsa igitur die renovata est prenominatorum prediorum traditio per manum Ulrici advocati, videlicet locus ipse cum adiacenti terra, agris, vineis, aquis aquarumve decursibus, silvis, pratis, pascuis, locis cultis et incultis, cum omni iure quo ipsi nobiliter in pace possederant; iurisdictionem quoque iudicandi, exceptis tribus casibus, de possessionibus seu hominibus eidem monasterio adiacentibus et adtinentibus, videlicet Alungstorff, Raperstorff, Oezenpach, Tůrenpuch[3], Machterstorff, Perchach, Pichach[a], Hŏrlpach[4].

III.

1133. Anno Domini millesimo centesimo 33. Pyburch construitur[b].

NOMINA ABBATUM ECCLESIAE BIBURG.

Sanctus Eberhardus abbas rexit 14 an.	Rudolfus abbas 5 an. [1255[e]].
Chunradus abbas.	Ulricus abbas 13 an.
Hainricus abbas.	Heinricus abbas 3 an., menses 7.
Ysanricus[c] abbas 4 a.	Heinricus abbas 3 an., mens. 2.
Albero abbas 18.	Fridericus abbas 16 an.
Iohannes abbas 11 a.	Ludwicus abbas 9 an.
Ditricus abbas.	Albertus abbas 7 an.
Poppo abbas 6 ann.	Ulricus abbas 7 an.
Hatzo[d] abbas 17 an.	Otto abbas 18 an. [1329[e]].
Pertoldus abbas 5 a.	Chunradus abbas Peffenhauser 18 a.
Heinricus abbas 8 an.	Hainricus abbas Eysteter rexit 18 a.[5]
Albertus abbas 6 an.	

a) *sic ed.;* Pirchach *legendum videtur.* b) construit *c.* c) Usanritus *c.* d) *sic in loco raso, ubi* W . . . . *antea exstabat;* Nanzo *hic vocatur apud Gewold l. l. p.* 214. e) *numerus in marg. adscriptus c.*

FUNDATIO MONASTERII WALDSASSENSIS.

Historiam fundationis monasterii Waldsassen, ordinis Cisterciensis, dioeceseos Ratisponensis, in silvae Bohemicae parte septentrionali siti, a. 1133. *exstructi, quam integram primo edimus, exscripsimus ex codice Monacensi Lat. nr.* 1091 *(Bav.* 91*), olim Waldsassensi, mbr.* 4°, *toto fere eadem manu saec. XIV. post a.* 1360. *magnis litteris satis elegantibus, haud vero sine mendis exarato, ubi ea f.* 1—7'. *exstat. Sequitur f.* 8—20. *eadem manu scripta eadem narratio in versus Germanicos redacta, quam Schmeller, 'Verh. d. hist. Vereins von Oberpfalz und*

1) A. 1147—1164. Cf. Vit. Eberh. c. 2, SS. XI, p. 78. Monasterium Biburgense rexit Eberhardus a. 1133 — 1147, ex monasterio Pruveningensi ascitus. 2) A. 1133. monasterium construi coeptum est, dedicatum a. 1140. 3) Allersdorf, Rappersdorf, Etzenbach, Altdürnbuch, omnes prope Biburg sitae. 4) Perka, Birka, Hörlbach (Mittel-, Ober-, Unter-) prope Biburg. 5) A. 1352—1371; Gewold l. l. p. 215.

Regensburg' X, p. 82—99[1], *et Fr. Keinz, 'Die Gründung des Klosters Waldsassen' (München* 1885*) ediderunt; tum f.* 20'—34'. *eadem manu scripta Iohannis III. abbatis Waldsassensis (*1310—1329*) narratio rerum in monasterio Waldsassensi gestarum et Catalogus abbatum usque ad Iohannem V. continuatus*[2]*; f.* 36—43. *index bonorum et reddituum huius monasterii; denique f.* 43—58'. *series chronologica fundationum abbatiarum Cisterciensium*[3] *aliaque minoris momenti.*

Historia fundationis plena est fabellis poeticis, cui, cum auctor nec privilegia neque alia documenta domestica consuluerit, incerta tantum obscuraque memoria rerum in fundatione gestarum inest; unde eam non ante medium saec. XIII, forte demum saec. XIV. ineunte compositam esse censeo. Unde vero certius definiatur, quo tempore conscripta sit, nihil in ea occurrit[4].

Praeter poetam carminis Germanici supradicti eam auctor Chronici Waldsassensis[5] *et uno loco Andreas Ratisponensis*[6] *exscripserunt.* *O. H.-E.*

1.[a] Quidam torrens est in partibus Westfalie, qui vulgariter Rura[b] Australis seu Slavica nuncupatur. f. 1. Sed ut evidencius eiusdem torrentis sit indicium, sciendum, quod idem iuxta quoddam oppidum Dispergium[7] nomine in Reni alveum derivatur. Super quem torrentem situm quoddam castrum est districtibus Coloniensibus attinens nomine Volmunstein[c, 8]. Cui castro quidam nobilis cum uxore sua et familia presidebat, cuius nobilis uxor sicut vitis habundans in lateribus domus sue genuit ei quatuor filios eximios, Ps. 127, 3. qui erant sicut novelle olivarum in circuitu mense sue. Enimvero ex illis primogenitus Gerwicus nomine, vanitate distractus seculi, secundum tempus strenuissime se exposuit exercicio militari. Qui eciam exercicii eiusdem illectus desiderio, diversarum provinciarum terminos, ubi memoratum[d] vigebat exercicium, pertransibat. Sed in confiniis Bâwarie quendam repperit nobilem Theobaldum nomine, principatus seu dicionis eminencia marchionem[9]. Qui princeps milicie Gerwici insuperabilem animositatem considerans, dilexit eum ut animam suam, et conglutinata est anima principis anime militis, et confederati sunt indissolubilis amicicie firmitate. cf. Gen. 34, 3. Qui duo, princeps videlicet et nobilis prefatus, antedicti exercicii occasione nec non et delectamine plurimas provincias pomposissime alis amminiculantibus[e] militaribus pariter transvolabant. Sed numquam sustinebant *in prelibatis milicie exerciciis ab invicem separari. *f. 1'.

2. Quodam autem tempore ad quoddam planum pro militari spectaculo, sed sevissimo, quod torneamentum appellant, plurima convenerat militum multitudo. Ad quod spectaculum sepedicti conmilitones cum multa gloria accesserunt. Sed ibi contra eorum consuetudinem et voluntatem in diversis aciebus pro eventu huius spectaculi fuerant ordinati. Marchio vero cum animosus multum esset, dirumpens aciem propriam et vibrans hastam in adversam, digestorum miliciam viriliter provocabat. Sed ex adversa acie Gerwicus miles, cuius hasta in bello numquam est aversa, eciam digestorum gloriam affectans, precipitavit se viriliter principis in occursum. Non enim novit miles principem, quia princeps insignia differencialia deposuerat illa vice. Igitur Gerwicus miles per preceps irruens in principem, transfixit lancea collum eius; qui in terram decidit vulneratus; et factus est planctus vehemens circa ipsum. Audiens autem Gerwicus, quod princeps esset qui iacebat saucius suus amantissimus, conpunctus corde est, et gravissimi doloris mucrone perculsus, cecidit super principem lacrimosissime eiulans et lamentans. Intelligens autem princeps Gerwicum esse qui lamentabatur super se, conpaciendo lacrimis eius amaris-

a) *numeri cap. des. c.* b) uira *in c. scriptum videtur.* c) *sic Carmen;* Volmunst[s] in *radendo corr.* Volmunsti *c.* d) memora, *post superscr.* tum *c.* e) amminiculan|| *c.*

1) Idem ibid. p. 80 sq. initium historiae fundationis Latinae haud paucis mendis maculatum imprimi fecit. 2) Iohannis abbatis opusculum edidit Bern. Pez, Bibl. ascetica VIII, p. 465—490. 3) Cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. XVII. 4) Auctor carminis Germanici (quod Schmeller l. l. p. 78. nulla sana ratione nisus ab Iohanne IV. abbate Waldsassensi a. 1329—1339. compositum esse coniecit, cui Keinz l. l. p. 21. temerarie nimis assentitur, cum carmen et Bawaricae et Thuringicae dialectorum indicia prodat, et Iohannes IV. abbas Thuringus fuerit. Ut cetera taceam, numquid uterque oblitus est, ubi Waldsassen situm sit?) ante medium saec. XIV, ut videtur, compositi certe non idem est qui historiam Latinam conscripsit. Hanc vero laudavit Iohannes III. abbas in opusculo suo supradicto circa a. 1325. conscripto his verbis: *ut in eis prophecia fundacionis verificaretur, qua dicitur, quod loci huius incole ad eterna gaudia nonnisi per multas tribulaciones debeant pervenire;* quae verba in hist. fund. c. 8. leguntur. Unde aliquanto tempore ante a. 1325. eam compositam esse apparet. Auctor eius haud dubie seriem chronologicam abbatiarum Cisterciensium in eodem codice, ut diximus, exstantem legit (vide cap. 9), quae a. 1308. desinit, sed hoc ad tempus auctoris definiendum nihil efficit, cum hanc seriem certe multo ante hunc annum conditam et paulatim continuatam esse apud me constet. — Nullius auctorum quorum opuscula continet codex Monacensis autographus est. 5) Oefele, SS. Bavar. I, p. 53 sqq. 6) Eccard, Corpus hist. I, col. 2075. 7) Duisburg. 8) Volmarstein (circ. Hagen). 9) III. de Vohburg.

simis, ipsum favorabiliter consolabatur dicens: 'Cesset tua lamentacio, quia infirmitas hec non est ad
mortem, sed optime convalescam'.
*f. 2 3. *Postea vero Gerwicus mente perseverans lugubri ad propria remeavit[a]. In domo autem
parentum persistens, quodam tempore insaniis[b] interfuit corearum. Ibi autem a Deo inspiratus, qui
unam conpluit civitatem, alia inconpluta, conpunctus corde vehementer, considerabat, quod transit mundus
cf.Eccl 1,2 et concupiscencia eius, et quia in omni parte seculi vanitas vanitatum est, a memorata turbabundus in-
sania se subtraxit, et sic animadvertens intra se, de prope matris pedes sollicitus residebat. Que cer-
nens filium et[c] turbatum, suspirans ait illi: 'Quare merore consumeris, fili mi? Numquid michi tristicie
tue suggeris racionem?' Qui ait: 'Non turbor, mater, sed considero, quod fallax est mundi gracia et
vana pulchritudo, et solum timenti Deum in novissimo bene erit'. Et mater: 'Non te', inquit, 'fili mi,
Prov. 17, 22. distrahant cogitaciones tue. Nam spiritus tristis desiccat ossa. Nos enim parentes tui processimus in
diebus nostris, et tu, vendicatis tibi omnibus possessionibus nostris iure primogeniture tue, uxorem
dignam nobilitate tua diviciis et pulchritudine cum gloria sorcieris'. Qui ait: 'Nec hoc in mente mea
residet, mater mea'. Accersitoque servo, forcipes[d] postulavit. Quibus acceptis, irruit in cesariem pro-
priam et cepit illam precidere et truncare. Quo viso, parentes rati sunt illum mente alienatum, et cum
singultibus eum in cubiculo recluserunt. Sed intempeste noctis silencio accito servo sibi familiariori,
*f. 2' iussit equos adduci et arma *et quandam summam pecunie, quam habuit pro viatico reconditam, iussit
eciam apportari. Et sic ascenso equo, cum servo foribus castri apropinquat. Sed portarius veritus eum
extra mittere recusabat. Cui minis impositis eum portas[e] conpulit aperire. Sed egrediens in furore
spiritus, ibat quocumque eum voluntas sua duxit. Et sic veniens in Syberch[1] claustrum Nigri ordinis,
quod tribus leugis[f] distat a Colonia, et ibidem receptus in ordinem, sumpsit habitum monachilem, et
adiutus Dei gracia, grata fulgens conversacione, ad graciam omnium est receptus. Qui eciam propter
graciosam conversacionem suam procuracioni hospitum est prefectus, coram quibus ad graciam con-
versatus est, omnibus serviens ad favorem. Illo[g] vero tempore fuit quidam nobilis Cuno nomine pre-
positus maioris ecclesie Ratisponensis, qui prepositus studii gracia versus Parisius est profectus[2]. Qui
veniens in Syberch, a Gerwico hospitalario cum plurimo favore et affabilitate receptus est et exhibitus
cum honore. Sed et ipse prepositus homo benignus extitit, beneficiis non ingratus. Quem Gerwicus
monachus considerans pium hominem et mansuetum, prosecutus est ipsum beneficiencia pociori. Pre-
positus autem recedere disponens, agens grates hospitalario de sibi illatis beneficiis, ut decebat, ait Ger-
wicus: 'Si inveni, domine, graciam in oculis vestris, peticionem parvulam ad vos habeo, ne faciem meam
*f. 3 confundatis'. Cui cum multa affabilitate respondit prepositus: 'Quidquid, *dulcissime, a me postulaveritis,
nisi omnino non valeam, impetrabitis, quia hec beneficia vestra plurima meruerunt'. Et ait monachus:
'Cum Dominus vos a studio reduxerit, me pauperem amicum vestrum in loco hoc dignabimini visitare'.
Cui prepositus: 'Ista peticio pro me est. Sed si contra me foret, ipsam pro posse perficerem, si se
voluntate Dei oportunitas exhiberet'; et ita prepositus processit in viam suam, et monachus in cenobio
suo remansit, in officio suo devocius amministrans.
1126. 4. In illis vero diebus Ratisponensis episcopus[3], vocante ipsum Domino, universe carnis semitam
est ingressus; vita enim hominum cursus est ad mortem, in quo nulli stare paululum permittitur aut
pausare. Quis est enim homo fortis sive potens, nobilis aut dives, qui vivit et mortis interitum non
2.Reg.14,14. videbit? Aut cuius anima ab inferi manibus eruetur? Nempe nullius. Omnes enim morimur et quasi
aque dilabimur super terram. Sed mortuo episcopo memorato, canonici eiusdem ecclesie Cunonem
prepositum in studio persistentem elegerunt canonice in episcopum et pastorem. Et destinatis pro eo
nunciis sollempnibus, ad kathedram suam ipsum cum gloria vocaverunt. Quo pergente versus patriam,
venit in Syberch. Sed illo veniens ipso die, non inmemor accepti beneficii et promissi quod fecerat
Gerwico monacho sibi grato, sequacibus aiebat: 'Apud hoc claustrum pausare nos per huius noctis
*f. 3'. spatium oportebit'. Illis autem more renitentibus placido vultu *dixit: 'Amicum quendam hic habemus,
karissimi, illum est ex promisso necessarium visitare'. Et illis annuentibus, hospicium introivit; qui a
Gerwico monacho, propter quem ad cenobium declinaverat, gratissimo vultu et iocundissimo est receptus
et optime exhibitus illa vice. Considerans autem electus hospitalarii sobrietatem in moribus et pruden-
cf.Rom.2,11. ciam in dispensacione, fortitudinem in operacione, iusticiam in communitate, quia non erat personarum
Eccli.4,7.4. accepcio apud eum, et in congregacione pauperum affabilem se fecit et faciem ab ullo paupere non
1. Cor. 9, 22. avertit, et tamen omnibus omnia factus, unicuique congruum obsequium inpendebat, clementer pauperi-
bus, divitibus reverenter, intra se cepit revolvere meditans, quod huius viri sagacitas utilis existeret, et
eum fore in sua dyocesi peroptabat, advertens, quod sua maturitas et providencia sibi et suis omnibus
proficeret ad salutem; et grata facie conversus ad ipsum, verbis placidis inferebat: 'Utinam', inquit,
'hospitalarie, nostra circa vos quemadmodum vestra circa nos peticio prevaleret'. Et respondens
hospitalarius ait illi: 'Non solum peticioni vestre animum inclinabo, sed preceptis parebo, in quantum

a) *post in marg. suppl. c.* b) insanus *c.* c) *sic c., quod delendum videtur aut* ita *legendum.* d) forpices *c.*
e) ptas *post corr.* portas *c.* f) *post corr.* leucis *c.* g) *nulla distinctio* (illo) *c.*

1) Siegburg. 2) Quae hoc et sequente capite narrantur prorsus fabulosa sunt. Cuno ab a. 1105. (cf. SS. XII, p. 637, n. 70) usque ad a. 1126. abbas monasterio Siegburgensi praefuit. Facile credendum est eum, cum a. 1126. episcopus Ratisponensis eligeretur, Gerwicum monachum sibi subditum eo secum abduxisse, ut infra narratur. Reliqua autem omnia falsa sunt. 3) Hartwicus I, qui obiit a. 1126, Mart. 3.

obediencia, cui obligor, permiserit, et oportunitas se obtulerit et facultas'. Electus: 'Desiderii nostri est constitui vos dominum domus nostre et principem possessionis nostre, et per vestram urbanam sapienciam erudiri principes nostros, sicut vosmet ipsos et senes vestros[a] prudenciam edoceri. Nec vos a mense nostre conviviis *umquam pateremur aut latere segregari'. Sed vir clarus, cum devotissimus esset, *f. 4. honores et delicias non adtendit. Sed quia dudum cor eius asperiori cultui inheserat, quam quo cenobite Sybergenses illo tempore utebantur, intra se discrecius advertebat, si forsitan occasione transitus illius duceretur quod desideraverat ad effectum, verbis electi non sine reverencia respondebat: 'Non deliciarum delectamine, quas vestra benignitas pollicetur[b], sed, si forsitan utilitatis commodum in eo existeret, quod hortamini prosequerer, si hoc abbatis mei discrecio, soluto vinculo quo ei obligor, indulgeret'. Quo audito, electus gavisus est et cepit continuo pro dicta indulgencia abbatis[1] auriculas precibus oppulsare. Quo rennuente quod postulabatur, electus in peticione perseverans, abbatis se pedibus, ut suo desiderio animum inclinare vellet, exhibuit humiliter ad provolvendum. Quod considerans abbas, electum prohibuit, et manu mittens monachum, turbatus est. Nam in congregacione illa in omni conmendato fuerat laudabiliter conversatus. Et ex illa hora accepit eum electus in sua, et sic in gaudio ad Ratisponensem ecclesiam sunt profecti, ubi eciam Gerwicus monachus sine querela ad omnem emendacionem plenus maturitate et Dei gracia duxit vitam.

5. Peracto vero exiguo temporis spacio, vir clarus cepit impensam gloriam sibi et delicias fastidire, advertens, quoniam non in esca et potu consisteret regnum Dei, sed pocius in virtute, et quod gloriam cf. Rom. 14, 17. et delicias dampnacio sequeretur, *sacra pagina referente: *Quantum fuit in deliciis et glorificavit semet* *f. 4'. Apoc. 18, 7. *ipsam, tantum date illi tormentum et luctum.* Et tremore concussus disposuit in corde suo vitam cultui exponere acriori. Sed et [ad[c]] auriculam episcopi de concepto proposito plenius revelavit. Sed episcopus dolens de remocione hominis Dei, nisus est ei sanctum quod conceperat propositum disuadere[d]. Super quo turbatus vehementer homo Dei, cepit ad oracionum et lacrimarum subsidium convolare. Quadam autem die fervens in sancto proposito, profusis habundancius lacrimis, cepit divinum auxilium attencius implorare, ut Deus et Pater domini nostri Ihesu Christi, pater misericordiarum et Deus tocius cf. 2. Cor. 1, 3 consolacionis, omni semoto impedimento et pia promocione adhibita, dignaretur ei perfectionis tramitem demonstrare. Persistente vero eo in oracione, ad mensam se episcopus reponebat, et non reperto Gerwico, qui ex more sedere iuxta ipsum consueverat, donec veniret, conmedere recusabat. Quo quesito et non reperto, de mensa exiliens episcopus: 'Ego novi', ait, 'ubi latitat homo Dei'. Et personaliter ad capellam accedens, rogavit, ut ad mensam veniret, promisso premisso, quod eum in proposito promoveret. Quo audito, vir Dei cum tripudio capellam aperuit, se numquam cibum sumpsisse cum tanta leticia asseverans. Acto autem prandio, vir sanctus ardens desiderio, dilacione remota, simplicitate devota conmonebat episcopum de promisso, et accepta littera ab episcopo reponendi se in *Ratisponensi *f. 5. dyocesi ubi vellet, et lustrans dyocesim in consideracione loci congruentis, in metis Bohemie vastissimam et asperrimam silvosam repperit solitudinem ad iurisdictionem Theobaldi marchionis, quandoque conmilitonis et socii sui, pertinentem; in quam solitudinem se reposuit, ignarus tamen, quod alicui iure cederet speciali. Et ordinatis sibi aliquot[e] viris devotis, peregrinis et pauperibus, incepit novare sibi novale, volens serere super spinas. Et sic elongando fugiens, cepit densissimam solitudinem, que solis venatoribus[f] pervia erat, colere et plenus Dei desiderio habitare. *In terra enim deserta, invia, inaquosa* Ps. 62, 3. *sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam.* Et filii Israel in terra deserta et Deut. 32, 10. loco horroris et vaste solitudinis a Domino sunt inventi.

6. Porro illis diebus Theobaldus princeps itinerans illam silvam densissimam transibat secundum vestigia venatorum. Et veniens ad locum quem Gerwicus cum sociis suis cultui preparabat, vidensque silvam exstirpatam, indignabatur, eo quod hoc, cum ad se silva pertineret, sine suo imperio fuerat attemptatum. Et disquisitis cultoribus et repertis, querere cepit furibundus, qua fronte seu auctoritate sibi sua allodia usurparent. Sed Gerwicus optime noscens marchionem, ab eo tamen incognitus, in squalorem faciei sue pulchritudine variata, cum multa mansuetudine respondit, quod illa solitudo cuiuspiam proprietati cederet, penitus ignoraret. *Sed reposuisset se ibi auctoritate dyocesani, et super hoc *f. 5'. ipsius litteras demonstrabat. Sed principe non advertente litteras, exhibuit se cessioni Gerwicus: 'Nisi forte', inquiens ad principem, 'dominacio vestra ad honorem Dei et remedium anime vestre nobis hic locum dignetur concedere ad habitandum et Domino serviendum'. Princeps autem videns viri mansuetudinem, corde conpunctus, cepit de nomine ipsius et patria sciscitari. Sed Gerwicus volens clauso ostio orare Patrem suum, et ut nesciret sinistra eius, quid faceret dextera eius, et Pater, qui videt in abscon- cf. Matth. 6, 6. 3. 4. dito, redderet ei quesita, rennuit indicare. Sed perseveranter sciscitante principe, ait illi: 'Gerwicus michi nomen est, patria Volmunstein[g]'. Quo audito, princeps irruit super eum deosculans et amplexans et conmonuit eum de vulnere, quod ei inflixerat in exercicio militari. Et asserente illo, quod hoc doleret graviter, ait princeps: 'Omnis silva ista in potestate tua sit tradita, et planta et utere ea sicut libet'. Sed vir Dei considerans periculosum fore quitquam[d] sine labore possidere, principi aiebat: 'Si placet dominacioni vestre, tantum michi largiamini de nemore, quantum possum unius diei spacio peragrare'.

a) *num* n̄ros *an* ūros *in c. scriptum sit, distingui nequit.* b) *verbum quoddam ut* allicior *forsitan excidit.* c) *supplevi; deest c.* d) *sic c.* e) aliquō *post corr.* aliquot *c.* f) viatoribus *c.; correxi, quia carmen German. habet:* Vroleich hub er sich zuhant | an das gemerk Peheymer lant, | an so grozzes gevilde, | daz nicht dann jeger in der wilde | Tzogten nach irem gewinnen. g) Volmunst'in *radendo corr.* Volmunsti *c.; cf. supra p.* 1089, *n.* c.

1) Abbas ipse fuit Cuno, ut supra p. 1090, n. 2. monui.

Sed et princeps hoc liberaliter annuebat[1]. Postea autem circuiens de silva quantum volebat cum testimonio et signans sancto usui vendicabat, et sic de cetero securius pusilla illa congregacio exstirpabat.
*f. 6. Colentibus autem illis silvam *in loco qui usque in hodiernum tempus Colnergrune[a] vulgariter nuncupatur, quidam casu discedens, rivum qui Wondrewe[2] dicitur invenit magnis piscibus repletum, et exuta veste superiore, cepit multitudinem piscium copiosam. Quibus allatis ad socios, de rivo locuplete et situ bono circa rivum eis cum gaudio nunciavit et, ut ibi terram colerent et mansiunculas facerent, persuadebat. Quod et fecerunt, considerata aptitudine loci, sanum consilium imitantes.

7. Post hec autem Gerwicus securus de aliqua possessionum copia, nec non et aliquantula terra culta, et quibusdam habitaculis preparatis, sanctum Bernhardum adiit, et recitatis ei universis, supplicabat, ut ad locum de quo actum est destinare monachos dignaretur, qui locum et possessiones ordini reciperent et ibidem Domino deservirent. Sed sanctus Bernhardus defectum causans monachorum, rennuit postulatum. Deprecante vero suppliciter, tradidit ei Cysterciensem ordinem, quem eciam propria cuculla vestiebat. Rediens autem ad suos, in diversis cenobiis monachos postulavit; sed nullis impetratis, ad socios remeabat et in devocione spiritus Domino prestabat cum suis sedulum famulatum.

1133. 8. Postea autem perseveranter pulsans ad ostium abbatis[3] de Volcoldrod[4], demum sibi illud in
*f. 6'. tribus monachis meruit aperiri. Qui venientes ad locum, ipsum Domino nec *non et ordini mancipaverunt[5]; quorum unus Wigandus nomine ardens spiritu in amore Dei, reliquis ignitis eciam amplius fervescebat. Qui quoque inter ceteros, omnibus concordantibus[b], prioris officio fungebatur. Hii vero omnes cum quadam nocte surgerent diluculo querentes bona et in ceptis strennue laborarent, circumfulsit eos lux de celo, in qua luce videbant quasi processionem ordinatissimam clericorum. Qui induti sacris consecranti episcopo in signis et instrumentis consecrariis[c] ministrare necessaria videbantur. Quos sequebatur quidam plurimum reverendus ornamentis pontificalibus redimitus, qui aspersorium manu gestans, habuit se ad modum atrium consecrantis. Sed fratres illi concussi terrore, visum sustinere non poterant seque depost arbores et suffossa humo a facie formidinis glorie Domini abscondebant. Inter quos eciam frater Wigandus, quem Deus singulari devocionis gracia perfuderat, tremebundus, sed supplex visui latitabat. Circa quem cum venisset pontifex, gradum sistebat, et conversus ad ipsum, sereno vultu et verbis placidis aiebat: 'Frater Wigande, egredere et sume audaciam te nostris conspectibus presentandi!' Quo coram astante, pontifex ait illi: 'Quere, frater, si de aliquibus desideras edoceri'. Et ille: 'Ex quo michi gracia vestra querendi prestat audaciam, precipuum questionis mee est, que sit vestra reverencia, et quid inten-
*f 7 datis *hanc ariolam[d] consecrando'. Et pontifex ait illi: 'Ego sum Iohannes ewangelista, qui missus sum locum istum Domino et beatissime virgini ipsius genitrici et michi specialiter dedicare. De loco vero certum habeas, quod servitus divina in eo numquam deficiet; accolas tamen loci huius oportet tribulaciones varias sustinere, quia oportet per multas tribulaciones ingredi in illam requiem, et omnes qui volunt pie in Christo vivere tribulaciones et miserias paciuntur'. Et hiis dictis, visio disparebat. Convenientibus autem fratribus et cum ammiracione de visione tractantibus, luporum apparuit multitudo, qui, levatis molaribus[6] versus celum, horribiliter ad sydera ululabant. Qui pro interpretacione eruditorum sunt demones sanctificacioni loci et divino famulatui invidentes et forsan calamitatem et tribulacionem, quam famuli Dei in eodem loco passuri erant, suis rictibus et rabie premonstrantes. Sed et ista visio disparebat. Post aliquos vero dies ista visione fide digna populo promulgata, catervatim ruunt populi et accurrunt turbe gloriosam Domino et sanctissime genitrici eius et beato ewangeliste Iohanni in loco ab eodem ewangelista consecrato basilicam erigentes. Assistunt eciam reges terre et principes con-
1179. venerunt in unum, Romanorum imperatore[7] illo tempore in oppido eiusdem confinii quod Egra dicitur curiam celebrante. Cui imperatori supradictus Theobaldus princeps filiam suam[8] dudum ante hos dies
*f 7'. desponsaverat, *quam eciam toto illo territorio dotaverat, in quo monasterium illud est constructum; quapropter idem monasterium usque in presens imperio attinet Romanorum. Imperet autem nobis, cuius
Matth. 8, 27 imperio venti et mare obediunt, dominus Ihesus Christus!

9. Sed ad prelibatam curiam cum ceteris principibus convenientes, pontifices aliquot collegerunt concilium, hinc inde racionabiliter disputantes, utrum terrea manus consecrare debeat ecclesiam, cuius atrium celestis opera consecravit, et determinato, quod ita, ecclesiam in honore Dei omnipotentis et gloriose virginis Marie et beati Iohannis ewangeliste, gaudentes in Domino de tam veneranda revelacione eiusdem ecclesie, cum sollempni reverencia consecrarunt[9]. Abbas autem de Volcoldrod cernens locum in Domino prosperum, misit ad eundem pro conventu plenum numerum monachorum. Quibus ibidem

a) Colvergrune *etiam legi potest in c.* b) concordancius *c.* c) *sic c., quae vox apud Ducange-Henschel non invenitur.* d) *sic c.* (*i. e.* areolam).

1) Vix monendum est hanc esse fabellam pulchram sane et poetice inventam. Cf. diploma Conradi III. a. 1147, Mart. 1. vel 2. datum, Mon. Boica XXIX, 1, p. 297, nr. 479 (St. 3537): *Itaque cellam b. Dei genitricis Mariae sitam in loco qui dicitur Waltsassen, cuius fundator extitit vir illustrissimus marchio Theobaldus, in tuicionem regiae auctoritatis suscipimus.* 2) Wondreb, qui in fluvium Eger defluit. 3) Engelberti. 4) Volkenrode in ducatus Gothani particula separata situm. 5) Fundatio huius monasterii in annalibus fundationum abbatiarum Cisterciensium ad a. 1133, Oct. 1 (in aliis ad a. 1132. et 1134) notata est; cf. Janauschek, Orig. Cisterc. I, p. 29 sq. 287. 6) i. e. dentibus. 7) Friderico I. De curia magna a. 1179, mense Iunio Egrae habita auctor loqui videtur. 8) Adelheidem, quam Fridericus a. 1149. in matrimonium duxit. 9) Primo ecclesia Waldsassensis procul dubio iam circa a. 1133. consecrata est.

Domino devote ministrantibus, surrexit locus in abbatiam, opitulante in omnibus gracia Salvatoris. Quoddam autem memorabile, quod domus Waldsassensis in ordine Cysterciensi centesimus est[1]; qui numerus cum sit typicus, perfectionis consumacionem noscitur designare. Quid autem domus hec perficiat, dominus noster Ihesus Christus, qui centesimam ovem perditam quesivit misericorditer et inventam imposuit Luc 15,4.6.
humeris suis gaudens et ad caulam propriam reportavit, habitatores dicte domus perficiat in omni bono et perfectos in virtute transferat ad gaudia paradysi. Amen.

EXPLICIT FUNDACIO LATINALIS.

NOTAE S. EMMERAMMI.

Notis monasterii S. Emmerammi Ratisponensis de dedicationibus capellarum altariumque et reliquiis conscriptis, quae SS. XVII, p. 572 *sqq. editae sunt, spicilegium notarum similis generis, quas ex codicibus S. Emmerammi exscripsi, subdo.*

I) Nota de reliquiis a Ramwoldo abbate allatis exstat in codice Monacensi Lat. nr. 14221 *(S. Emm.* 221*; C* 40*), in spatio olim vacuo relicto f.* 60'. *manu saec. X, procul dubio ipsius Ramwoldi abbatis*[2], *scripta.*

II) Demum saec. XV. collectae sunt notae, quas secundo loco damus, sed hoc loco eas exhibendas esse duximus, quia notae de dedicationibus saec. X—XIV. sine dubio ex antiquioribus codicibus ad verbum transscriptae sunt, licet is qui eas saec. XV. collegit fabulas vel potius commenta monachorum S. Emmerammi de dedicatione ecclesiae a Formoso papa facta, de indulgentiis ab hoc et Leone IX. papa concessis veris praemiserit et inseruerit[3]. *Exscripsi eas ex codicibus*

1*) Monacensi Lat. nr.* 14870 *(S. Emm.* 870*; o.* 3*) f.* 115'—118. *manu saec. XV. exaratas.*

2*) Monacensi Lat. nr.* 14511 *(S. Emm.* 511*; F* 14*) f.* 163—169. *saec. XV. ex codice* 1, *ut opinor, descriptas, sed menda quaedam codicis* 1 *correcta sunt.*

3*) Monacensi Lat. nr.* 14719 *(S. Emm.* 719*; G* 103*), qui f.* 61'. 48. 48'. 73. *tantum brevia fragmenta earum saec. XV. scripta continet.*

Aliis vero locis praedictorum codicum quaedam ex his notis saec. XV. excerpta, in brevius contracta, aliquantum immutata leguntur, quae littera B signata annotavi, videlicet B 1*) nr.* 14870, *f.* 87. 87'. *post Orationes s. Dionysii maximam partem in loco raso scripta; B* 2*) nr.* 14719, *f.* 46—47[4].

III) Denique exhibeo notas quasdam, nescio quo tempore, partim ex Annalibus S. Emmerammi minoribus, SS. XIII, p. 47 *sq., et Annalibus S. Emmerammi saec. XI, SS. XVII, p.* 571, *sumptas, partim aliunde collectas, quas exscripsi ex codice Monacensi Lat. nr.* 14870 *(S. Emmerammi* 870*; Q* 2*), mbr. fol., saec. XV, f.* 130'*; quibus altera manus saec. XV. seriem abbatum S. Emmerammi saec. XII—XV. subiunxit.* *O. H.-E.*

1) Centesimum locum obtinet monasterium Waldsassense in serie chronologica abbatiarum Cisterciensium, quae in eodem codice qui hanc fundationis historiam continet exstat. In serie vero emendata ap. Janauschek p. 287. 71. locum habet. 2) Quia hic *indignus abbas* vocatur. 3) Reliqua accurate ex codicibus antiquioribus transsumpta esse duabus notis a. 1060. 1064. probatur, quae ne uno quidem verbo mutato ex codice saec. XII. etiamnunc exstante, Monacensi Lat. nr. 14868 (S. Emm. 868; o. 1) descriptae sunt, editae SS. XVII, p. 572 sq. 4) Has notas ineditas esse puto, sed Coelestinus abbas, Ratisbona monastica p. 258, locos quosdam ex eis citavit.

I.

f. 60'. Reliquiae in duobus[a] crucibus, quas Ramvoldus[1] indignus abbas de Sancto Maximino ad Sanctum Emmerammum obtulit[b]: De corpore proprio sancti Quintini martyris, Audomari episcopi et confessoris, de capillis eius, Cassiani episcopi et confessoris, ex digitis eius. Item Cassiani episcopi, ex dente eius. De virga Moysi cum qua percussit mare. De ligno Domini. De corpore sancti Maximini, de stola et de[c] pallio eius. De lecto sancti Petri et de catena eius[d].

II.

Hic[e] infra notatur tempus, quo videlicet monasterium beati Emmerammi et eciam altaria in eodem et circum posita in capellis dedicata et consecrata sint.

Nota[f] olim[g] temporibus paganismi in isto loco, ubi nunc est monasterium Sancti Emmerammi, tunc[h] extra muros civitatis fuit lucus arborum silvestrium, ubi diversorum simulachra ydolorum ab infidelibus colebantur. Qua supersticiosa stulticia[i] hominum tandem[k] divina voluntate [et[l]] gratia evanescente et fide katholica[m] mediocriter scintillante, ibidem luco deposito, viles case pauperum suburbanorum civitatis constructe fuerant. Inter has casas constructum erat humile oratoriolum[n] per Christi fideles tunc clarentes in honore beati[o] Georgii martiris. Et hec capella hic steterat tugurii[p] more. Postquam vero beatus Emmeramus[q] primo docendi gratia populum in fide orthodoxa in[r] Ratisponam se transtulisset, post crebros frequenter labores circa gregem Domino[s] nostro lucrandum ipse in hac secreta capella, tumultibus hominum aliena, solus soli Deo vigiliis et orationibus vacans[t].

Anno[u] Domini 752. Sinbertus Ratisponensis[v] ecclesie preficitur episcopus. Qui sedit annis 33. Hic[w] anno regiminis sui 32. monasterium Sancti Emmerami Ratispone magnifice ceptum[x] est iussu et sumptu Karoli Magni, eo tempore quo Karolus Magnus adhuc[y] fuit patricius Romanorum, id est pater et tutor pupillorum et viduarum[z].

Anno dominice incarnacionis 898, indicione prima, imperante invictissimo Romanorum augusto Arnolfo, presidente huic sedi felicis recordacionis Tutone episcopo, dedicatum est hoc templum Dei octavo Kal. Octobris a sanctissimo sedis apostolice presule Formoso[2] in honore sancte et individue Trinitatis et sanctissime Dei genitricis Marie et beati Petri apostolorum principis et preciosissimi martiris et episcopi Emmerami, presente et hoc ipsum procurante domino Arnolfo imperatore predicto, presentibus[3] quoque Agrippine archiepiscopo, Sigemundo Belvanense[a] episcopo, Iringo Basiliensi episcopo, Theodolfo Curensi, Engelmaro Ossen[brugensi[b]] episcopo, Hattone Maguntinensi[c] archiepiscopo, Rudolfo Erbipolensi[d] episcopo, Hercenbaldo Rubilocensi[4] episcopo, Adalgario Brunne[e] archiepiscopo, Baldone Frisingensi episcopo, Wichperto Hiltirnensi[f] episcopo, Salomone Constanciensi episcopo, Adelberone[g] Augustensi episcopo, Rapotone Treverensi archiepiscopo, Albrammo[5] Argentinensi[h] episcopo, Brugone[6] Mundensi[i] episcopo, Theotlao Wormacensi episcopo, Tocherato[7] Spirensi episcopo, Rudperto[k] Mettensi episcopo, Thadone Wirdunensi episcopo. Omnibus itaque vere contritis et confessis templum hoc devotis orationibus seu elemosinarum largicionibus frequentantibus relaxat dominus papa predictus 40 dies criminalium et 80 venialium. Et una cum ipso 4[or] archiepiscopi et 16 episcopi supradicti singuli ipsorum 40 dies criminalium et octuaginta dies venialium, auctoritate et consensu prefati domini pape interveniencibus, perpetuis futuris temporibus duraturam[l].

980. Notum[m] sit omnibus Christi fidelibus, quod anno Domini nongentesimo[n] octuagesimo consecrata est cripta sancti Ramvoldi a beato Wolfgango episcopo Ratisponensi, cuius corpus in hoc cenobio requiescit humatum, in honore sancte et individue Trinitatis et omnium sanctorum, procurante et cooperante beate memorie Ramvoldo abbate, huic cenobio a supradicto sancto Wolfgango prefecto, qui eandem criptam una cum 6 altaribus in ea sitis sanctorum reliquiis magnifice necnon et corpore suo venerando ditavit. Altare

a) *sic c.* b) obttulit, *radendo corr. c.* c) *eadem manu superscr. c.* d) *eadem partim* Reliquiae in duobus crucibus Ramoldus — ex digitis eius *iterum f.* 60'. *codicis manu scribendi parum gnara scripta sunt.* e) *sic* 2; *nulla inscriptio* 1. 3. *B* 1. 2. f) Notandum 3. *B* 2. g) quod olim *B* 1. h) *deest B* 2. i) h. st. *B* 1. 2. k) d. t. *B* 1. 2. l) *sic B* 1. 2; *deest* 1. 2. 3. m) chath. 1; cath. *B* 1. n) oratorium 2. o) s[ancti] *B* 1. p) m. t. *B* 1. 2. q) Emmerammus 2 *semper.* r) infic, fic *post del.* 1; in *deest B* 1. 2. s) dominicum lucr *B* 1; modo *add.* 3. *B* 2, *sed del. B* 2. t) et cet. *add.* 2; vacabat *B* 1. 2. u) *sequentia des.* 3. *B.* v) *sic* 1; Ratisponeñ 2. w) Hoc 2 x) in ceptum, in *eras.* 2. y) aduc 2. z) et cet. *add.* 2. a) *sic* 1. 2 *pro* Halverstatensi. b) Ossenu 1; Ossen 2. c) Magont. 2. d) Herbip. 2. e) *sic* 1. 2 *pro* Bremensi. f) *sic* 1. 2 *pro* Hiltesheimensi. g) Adelber. 1. 2. h) Argenteñ 1. 2. i) *sic* 1. 2 *pro* Mindensi *vel* Minidensi. k) Rudeperto 1. l) *scil.* indulgentiam. m) *sequentia exstant* 3 *f.* 48. *alia manu scripta quam ea quae B* 2 *scripsit.* n) nom̃gent. 1. 3.

1) A. 975 -1001. Ramwoldus fuerat monachus S. Maximini Treverensis, antequam abbatiam S. Emmerammi suscepit. 2) Haec audacter efficta esse vix monendum est. Formosus iam a. 896. obiit neque unquam in Germaniam advenit. 3) Sequentia nomina episcoporum ex actis synodi Triburiensis a. 895, LL. I, p. 561, quibus iidem subscripserunt, fallaciter sumpta sunt. 4) i. e. Eichstetensi. 5) Waltrammo vel Baldrammo. 6) Drogone vel Druogone. 7) Hoc nomen ex Cothetanco corruptum est; sed a. 898. fuit Einhardus episcopus Spirensis.

medium huius cripte consecratum est in honore Salvatoris et quatuor ewangelistarum. 980.
Continentur autem hee[a] reliquie: De sancta cruce, de vestimento Domini, de sepulchro Domini, de terra ubi Christus natus est, de petra ubi Christus oravit, de pane quem Christus benedixit, de costa sancti Iohannis baptiste[b], reliquie trium ewangelistarum Iohannis, Mathei et Marci. Altare sequens ad partem dextere[c] manus consecratum est in honore sancti Pauli apostoli et omnium apostolorum. Continentur autem hee reliquie sanctorum apostolorum: Petri[d] et Pauli, Andree, Iacobi[e], Iacobi fratris Domini, Iohannis, Thome apostolorum. Altare oppositum huic ad partem sinistre manus consecratum est in honore Sebastiani[f], Dionisii[g] et sociorum eius, Felicis et Adaucti et omnium martirum. Continentur autem hee[h] reliquie: sancti Stephani prothomartiris, Sebastiani, Dionisii sociorumque eius, Emmerami, Mauricii, Laurencii, Lamperti, Iohannis et Pauli, Georgii, Clementis, Cesarii, Tiburcii[i], Christofori, Stephani episcopi et martiris, Agapiti, Cirini, Donati, Cassiani, Marcellini et Petri, Bonifacii, Quintini, Theodori, Floriani, Ciriaci, Marcialis, Blasii, Alexandri, Pangracii, Cornelii, Cipriani[k] martirum et sanctorum Innocentum. Altare situm in angulo dextro sacratum est in honore sancti Gregorii[l] et omnium sanctorum confessorum. Continentur hee[m] reliquie: sancti Gregorii pape, Leonis pape, Martini, Ambrosii, Paulini, Maximini, Amandi, Wilibrordi, Benedicti, Wicperti, Othmari confessoris. Altare situm ex opposito in angulo sinistro consecratum est in honore sancte Dei genitricis Marie et sancte Agnetis et Agathe[n] et omnium sanctarum virginum. Continentur vero hic[o] reliquie: de vestimentis beate virginis Marie, sancte Agnetis, Agathe, Cecilie, Columbe, Margarethe, Christine, Scolastice, Modeste, Iuliane, Radigunde, Gerdrudis, Eugenie, Eufrosine et Theodore virginum.

Sciendum* eciam est, quod locus iste, in quo constructum est monasterium Sancti Emmerami, Mons martirum antiquitus vocabatur. Nam persecucione seviente, in eodem loco infiniti pro fide katholica martirium subierunt. Et omnes isti martires in cripta sancti Ramvoldi sepulti sunt. Et altare sancti Iohannis, quod propter eosdem martires 'ad pedes sanctorum' vocatur, ob eorundem reverenciam versus occidentem constructum est.

Anno incarnacionis[p] dominice 1001. sancte memorie Ramvoldus huius loci abbas migravit[1] ad Dominum 15. Kal. Iulii et sepultus est in presenti cripta ante altare sancti 1001. Iun. 17.
Gregorii[q]. In cuius sepulchro ista que secuntur scripta sunt[r]: *Dicite, fratres mei, inprimis dic sancto[s] Redemptori: Ihesu Christe, filius Dei vivi, miserere anime famuli tui Ramvoldi[t] abbatis! Requiem eternam dona ei, Domine, et lux perpetua luceat ei! Anima eius in bonis de-* Ps. 24, 13
morabitur, et semen eius hereditabit terram. Sancta Dei genitrix virgo Maria cum omnibus sanctis ora pro spiritu et anima famuli tui! In pace sepulta est[u].**.

Versus[v]: *Signis clarescit pius hic Ramvoldus humatus*[w],
Celo fulgescit, celestibus associatus.

Altare sancti Stephani consecratum est in ipsius honore et sanctorum Laurencii martiris et levite, Blasii episcopi et martiris, Saturnini, Genesii, Theopancii et Vitalis martirum[x], Felicitatis martiris. Dedicacio huius altaris celebratur semper in die sancti Laurencii martiris[y]. Aug. 10.

Capella sancte Marie Magdalene consecrata est in honore sancte Trinitatis et Marie Magdalene et Marthe, sororis eius, et Affre et[z] sociarum eius. Dedicacio huius capelle celebratur semper in octava pasce, et hec capella specialiter dotata est magnis indulgenciis.

Anno*** dominice incarnacionis 1052, 2. Nonas Octobris[2] Hainricus[a] imperator Pannoniam secundo 1052. Oct. 6.
peciit, et inde cum triumpho rediens, habuit secum in comitatu sanctum Leonem papam nonum. Qui Ekk.

*) *Sequentia B 1. 2 aliquantum mutata habent:* Notandum[b], quod locus in quo constructum est monasterium Sancti Emmerami Mons martirum antiquitus vocabatur, pro eo quod[c], tunc fide katholica pullulante[d], in eodem loco infiniti pro fide katholica martirium pertulerunt. Et omnes isti martires in cripta sancti Ramvoldi sepulti sunt. Et altare[e] sancti Iohannis[f] versus orientem ob reverenciam eorundem martirum est constructum[g].

**) 3 *add. f.* 73: Anno Domini 1001, 15. Kal. Iulii sancte memorie Ranvoldus abbas huius loci transivit ad Dominum.

***) *B 1. 2 haec habent:* Procurante[h] Arnolfo imperatore, huius[i] ecclesie fundatore, Formosus papa, presentibus 20[ti] episcopis et archiepiscopis, dedicavit hoc templum in honore sancte Trinitatis

a) h' 3. b) wapt. 1. 3. c) dextre 2. 3. d) Pauli Petri 3. e) *deest* 2. f) s[ancti] Sebast. 3. g) Dyon. 2 *semper*. 3. h) hic 3. i) Tiburci 3. k) Cypr. 2. l) Georgii 2. m) autem hic 3. n) Agate 2. o) *sic* 2. 3; h' 1. p) d. inc. 2. q) *desinit* 3 *f.* 48'. r) Epithaphium *in marg.* 2; Nota. Epythaphium beati Ramvoldi abbatis *minio in marg.* 1, *hoc epitaphium in* 3 *f.* 73. *separatim scriptum exstat cum hoc titulo:* In sepulchro s. Ranvoldi. s) sancte 1. 2. 3. t) Ranvoldi 3. u) *sic* 1. 2. 3. v) *hi duo versus in* 3 *etiam f.* 48'. (*post* Gregorii *l.* 27) *exstant.* w) *sic* 3 *f.* 48'; humandus 1. 2. 3 *f.* 73. x) martiris 2. y) et cet. *add.* 2. z) *deest* 1. a) Heinr. 2. b) Item not. *B* 1. c) quia *B* 2. d) pulul. *B* 1. e) ibidem *add. B* 2. f) baptiste *add. B* 2. g) consecratum *B* 1. h) Notandum proc. *B* 2. i) fundator h. e. et Form. *B* 1.

1) Ann. S. Emm. breviss., SS. XVII, p. 571, eius obitum ad a. 1000. notant; cf. etiam Ann. S. Emm. min., SS. XIII, p. 47. Sed ex Arnoldo de S. Emmerammo II, c. 31. 36, SS. IV, p. 566 sq., apparet eum a. 1001. defunctum esse. 2) Intelligendus esse videtur dies, quo imperator ad S. Emmerammum advenit, dedicatio enim et translatio Oct. 7. factae sunt, ut infra recte dicitur.

1052. Ekk. veniens Ratisponam, reliquias beati Dionisii Ariopagite, de quibus diu dubitatum fuerat, an haberentur, presentibus Parisiensium ac regis Francie legatis, diligenter perspexit, ibique sanctum corpus eius haberi approbavit. Sanctum quoque Wolfgangum de priori tumulo levavit et in criptam occidentalem transtulit et eandem dedicavit. Eodem quoque anno et die templum istud exustum reconciliavit et secundam confessionem principali altari beati Emmerami imposuit, presentibus[1] et annuentibus Gebhardo huius sedis episcopo, Beldingo[a] Salczpurgensi[b] archiepiscopo, Dominico patriarcha Ierosolomitano[c. 2], Huncperto[c] Sancte Rufine episcopo, Othchero Parusine [ecclesie[d]] episcopo, Severo Pragensi episcopo, Gebhardo Aureatensi episcopo. Prefatus[3] dominus papa una cum singulis episcopis ante dictis, singuli eorum omnibus vere contritis et confessis devotis orationibus seu elemosinarum largicionibus locum hunc frequentantibus relaxat 40 dies criminalium et octoginta dies venialium, perpetuis futuris temporibus duraturam[e]. Indulgenciam quoque per supradictum dominum Formosum papam et viginti episcopos prescriptos huic loco traditam antedictus dominus Leo papa confirmavit. Aug. 10. Incipit autem prescripta[f] indulgencia singulis annis in festo beati[g] Laurencii et durat usque ad octavas beati Emmerami. Summa tocius indulgencie prescripte mille centum 20 dies criminalium, bis mille ducenti 40 dies venialium. Leti ergo et gaudentes concurrant omnes Christi fideles ad recipiendam tam largam et salubrem indulgenciam delictorum, ut in hoc loco requiescencium patrociniis sanctorum mereantur remissionem recipere omnium peccatorum et post huius mundi decursum pervenire ad gloriam sempiternam. Dominus[h] Alexander papa quartus, perspectis indulgenciis venerabilium[i] patrum, Formosi scilicet[k] et Leonis pape noni[l], huic ecclesie concessis, superaddidit auctoritate[m] sua in singulis festis patronorum[n] et dedicacionum huius ecclesie 40 dies criminalium et 80 dies venialium[o].

Cripta[p] Wolfgangi.

1052. Oct. 7. Anno[4] Domini 1052. translatum est corpus sancti Wolfgangi episcopi et confessoris Nonas Octobris[5] in hanc criptam occidentalem, que et eodem die et anno dedicata est a beato et venerabili papa Leone IX, presentibus et annuentibus Gebhardo huius sedis episcopo, Beldingo Iuvavensis ecclesie archiepiscopo et Dominico patriarcha de Venecia, Hunperto[q] Sancte Rufine ecclesie episcopo, Gebhardo Aureatensi episcopo, presente eciam serenissimo imperatore Hainrico[r] III. Continentur hic reliquie sanctorum apostolorum Petri, Andree, Iacobi fratris Domini, Bartholomei, Marci ewangeliste.

Nicolai[p].

Hoc altare consecratum est in honore sancte Trinitatis et sancti Nicholai[s] confessoris et omnium confessorum. Continentur autem hic reliquie sanctorum confessorum Martini, Nicholai[s], Wilibaldi, Wunebaldi, Udalrici, Corbiniani, Benedicti, Columbani[t], Galli, Magni, Alexii, Nonnosi, Zenonis, Symeonis, Severi et aliorum sanctorum confessorum tam episcoporum quam abbatum.

Barbare[p].

Hoc altare consecratum est in honore sancte Trinitatis et sancte Dei genitricis Marie. Continentur hic reliquie sanctarum virginum Cecilie, Agathe, Agne[c], Walpurge, Tecle, Basille, undecim milium virginum, Affre martiris et aliarum multarum[u].

---

et beate Marie et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Emmerami. Et[v] ipse dat 40 dies criminalium et 80 dies venialium, et singuli episcopi et[w] archiepiscopi, qui presentes fuerunt, unusquisque totidem sicut ipse papa, scilicet[x] 40 dies criminalium et 80 dies venialium[a]. Post[y] centum et quinquaginta annos Hainricus imperator veniens de Pannonia, id est Ungaria[z], cum triumpho, habuit secum in comitatu sanctum Leonem papam nonum. Qui veniens Ratisponam, reliquias beati[a] Dionisii, de quibus diu[b] dubitatum fuerat, an ibi haberentur[c], presentibus legatis regis[x] Francie, diligenter quesivit, ibique sanctum Dionisium[d] invenit et[e] approbavit; et[f] sanctum Wolfgangum transtulit ac canonizavit et templum hoc[g] eodem anno exustum reconciliavit, presentibus septem episcopis et archiepiscopis; et unusquisque dat[h] 40 dies criminalium et 80 venialium.

a) Bedingo *h. l.* 1. 2, *sed vide infra l.* 25. b) Salczburg. 2. c) *sic* 1. 2. d) *deest* 1. 2. e) duraturum 2. f) predicta 2. g) sancti 2. h) *B* 1. 2 *pergunt post notam ****: Item Al. *B* 1; Notandum Allex. *B* 2. i) v. p. *des. B* 1. 2. k) pape *B* 1; *deest B* 2. l) n. h. e. conc. *des. B* 1. 2. m) auct. sua *des. B* 1. 2. n) patronum 1. o) *sequuntur quaedam de indulgentiis B* 1 *(in loco raso)*. 2, *quae omisimus. Reliqua non habentur in B* 1. 2. p) *tituli des.* 2. q) Huncperto 2. r) Heinr. 2. s) Nicolai 2. t) *bis scr.* 2. u) etc. *add.* 2. v) Item *B* 2. w) et arch. *des. B* 2. x) *deest B* 2. y) Notandum quod post *B* 2. z) de Uncaria *B* 2. a) sanctissimi *B* 2. b) tunc diu *B* 2. c) an non *add. B* 2. d) hic *add. B* 1. e) tandem hoc *add. B* 2. f) Item *B* 2. g) *deest B* 1. h) dedit *B* 2.

1) Haec — *Aureatensi episcopo* ad verbum fere cum nota authentica infra sequente et Ekkeh. Auct. Altahensi a. 1052, SS. XVII, p. 364, congruunt. Cf. etiam notam S. Emm. a. 1052, ib. p. 572. 2) Immo Gradensi, ut habet nota a. 1052; *de Venetiis* Auct. Ekkeh. Alt., sicut et infra l. 25. legitur. 3) Sequentia efficta esse vix monere oportet. 4) Ex hac nota sumpta sunt quae Auct. Ekk. Alt. a. 1052, SS. XVII, p. 364, hac de re leguntur. 5) Eundem diem habet Necrol. S. Emm., quod citat Jaffé, SS. XVII, p. 572, n. 29. 6) Haec ex locis supra p. 1094. editis sumpta sunt.

De[a] capella sancti Benedicti.

Anno Domini 1064. indicione secunda — — sociarumque eius[1].

Scolastice[a].

Hoc altare consecratum est in honore domini nostri Iesu Christi et sancte Scolastice virginis omniumque sanctarum virginum. Continentur hic reliquie Scolastice virginis, Anastasie virginis, Margarethe, Affre, Digne, Hylarie, Eunomie et Eutropie martirum, Helene, Columbe[b].

De[a] capella sancti Andree Clusa.

Anno dominice incarnacionis 1060, indicione 14 — — Liobe[2].

De[a] choro sancti Dionisii.

Anno incarnacionis Domini 1211, indicione 14, regnante imperatore Ottone IIII, obtentu 1211.
Eberhardi abbatis dedicatum est hoc altare cum choro[c] suo a venerando sedis huius episcopo
Chunrado II. 17. Kal. Februarii in honore sancte et individue Trinitatis et sancte Dei geni- Ian. 16.
tricis Marie et beati Iohannis baptiste et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste, et precipue sanctissimi Dyonisii Ariopagite episcopi et martiris.
Continentur hic reliquie: de ligno Domini, de sepulchro Domini, de lintheo Domini, reliquie sancte Marie, sancti Iohannis baptiste; sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste; sanctorum Innocentum; sanctorum martirum Dionisii, Stephani, Laurencii, Albani, Sixti pape, Clementis pape, Alexandri pape, Cornelii et Cipriani[d], Sebastiani, Viti, Tiburcii et Valeriani, Marcellini et Petri, Ypoliti, Bonifacii, Castuli, Vincencii, Georgii, Christofori, Evencii, Ciriaci[e], Vitalis, Eustachii, Cosme et Damiani, Adelberti, Leodegarii, Cancii, Canciani et Cancianille, sanctorum Thebeorum martirum, Sigismundi, Garkisi; sanctorum confessorum Hilarii[f], Silvestri pape, Augustini, Nicolai, Maximini, Paulini, Udalrici, Corbiniani, Ottonis, Heinrici, Wicperti; sanctarum[g] virginum Braxedis, Brigide, Gunthildis, Chunigundis, undecim milium virginum[b].

De[a] capella sancti Osbaldi.

Iste reliquie sanctorum continentur in altari basilice Oswaldi regis et martiris, que dedicata est 11. Kal. Octobris: De sancta cruce, de sepulchro Domini, de veste sancte Marie matris Domini, sancti Iohannis baptiste; sanctorum apostolorum Pauli, Bartholomei, Mathei; sanctorum martirum Oswaldi[h], Urbani pape, Innocencii pape, Stephani prothomartiris, Mauricii, Blasii, Lamperti, Iohannis et Pauli, Viti, Albani, Cassiani, Tiburcii, Ciriaci[e], Adriani, Sergii et Bachi, Theodori, Donati, Colomanni, sanctorum Maurorum; Gregorii[i] pape, Martini, Nicolai, Servacii, Erhardi, Leonhardi[k] confessorum[l]; Ieronimi; sanctarum virginum Cecilie, Margarethe, Agathe, de sanguine sancte Eufemie, Felicitatis cum filiis suis, Marie Magdalene, Scolastice, 11 milium virginum. Dedicacio vero huius basilice celebratur semper proxima dominica post Oswaldi.

De[a] altare beate virginis.

Altare beate virginis in monasterio consecratum est in honore sancte Trinitatis et specialiter in honore assumpcionis Marie virginis et in honore sancti Bartholomei apostoli Christi. Dedicacio eiusdem
altaris celebratur semper in die nativitatis virginis Marie et cet. In hoc altari cottidie[m] debet legi missa Sept. 8.
de beata virgine, exceptis in summis festivitatibus et in festo sancti Bartholomei apostoli Christi.

Capella[a] sancti Colomanni.

Anno Domini 1260, vacante imperio, dedicata[n] est capella sancti Kolomanni[o] martiris 1260.
3. Idus Octobris a reverendo Ratisponense episcopo Alberto obtentu domini Ulrici huius Oct. 13.
cenobii abbatis in honore sancte Trinitatis et beate Marie virginis ac sancti Cholomanni[p] martiris, Emmerami, Albani, Gereonis, Pangracii, Tiburcii[q] martirum, Lamperti episcopi et martiris, Petronelle virginis, Chunegundis[r] regine, Affre martiris, undecim milium virginum et aliorum sanctorum, quorum nomina scripta sunt in celis.

Anno Domini 1319. pie memorie dominus Paldwinus abbas huius loci in die sancte 1319. Dec. 4
Barbare[s] iter arripuit ad Romanam[t] curiam, que tunc erat Avinionis[u], laborare volens contra venerabilem dominum Nicholaum tunc episcopum Ratisponensem pro huius ecclesie libertate. Qui cum in curia, impetrato iudice, videlicet domino Vitale cardinali, fere per quin-

a) *tituli des.* 2. b) etc. *add.* 2. c) choro *et o vocis* suo *in loco raso alia manu scr.* 1. d) Cypr. 2. e) Cyr. 2. f) Hyl. 2. g) et s. 2. h) Osbaldi *h. l.* 2. i) Georgy 2. k) Leonardi 2. l) *sic* 2; confef 1. m) quott. 2. n) dedicatum 1. 2. o) Colom. 2. p) Emmerammi ac s. Chol. mart. Alb. 2. q) Tyb. 2. r) Chunig. 2. s) Bab. 1. t) . . . anam, *tribus litteris erasis* 1; humanam 2. u) Avionis 2.

1) Haec nota ad verbum descripta est ex cod. Monacensi Lat. nr. 14868 (S. Emm. o 1), unde edita est SS. XVII, p. 573, l. 12 – 29. 2) Haec nota ex codice Monacensi praedicto exscripta est, unde edita est SS. XVII, p. 572, l. 31 – p. 573, l. 11 (cod. 2). P. 573, l. 4. falso *Quintini* pro *Quirini* in nostris codicibus scriptum est.

1324. Iul. 4. quennium in causa fideliter laboraret, tandem anno Domini 1324, in die sancti Udalrici transiit ex hoc mundo. Post cuius obitum dominus apostolicus, videlicet dominus Iohannes papa XXII, fratrem Albertum de Schnudmüllen[a], tunc in curia prefati domini Paldwini abbatis capellanum, et secum laborans[b] in causa, a toto conventu unanimiter et devote postulatum, prefecit et confirmavit abbatem huius monasterii Sancti Emmerami. Cuius tempore, 1326. Iun. 27. anno scilicet 1326, in crastino Iohannis et Pauli prefatus dominus papa finem facere volens, hoc monasterium, quamvis ab antiquo fuerit diffinitum, tamen de novo decrevit et diffinivit debere esse perpetuo liberum et exemptum.

De[c] capella sanctorum Abdon et Sennes.

Capella Starczhauser sita in ambitu nostro consecrata est 3. Kal. Augusti in honore beate Marie virginis ac sanctorum martirum Abdon et Senes[d] et in honore sancti Bartholomei apostoli ac sancti Nicholai[e] episcopi et confessoris. In hac capella instituta est missa cottidie[f] celebranda per eundem Starczenhauser[g] canonicum maioris ecclesie.

De[c] capella beate virginis videlicet Lauzzac[h].

1400. Sept. 26. Anno Domini 1400, die dominico post festum beati Emmerami martiris consecrata est hec capella in honore visitacionis beate et gloriose semper Dei genitricis virginis Marie et sanctorum martirum Mauricii et sociorum eius. Continentur eciam hic reliquie subscripte: Primo de vestibus beate Marie virginis; item de ossibus sancti Iohannis baptiste; item beatorum apostolorum Petri et Bartholomei; item sanctorum martirum et pontificum Emmerami, Dyonisii[i], Cornelii et Cipriani[k]; item sanctorum Thebeorum Mauricii et Gereonis; item sanctorum martirum Eustachii, Christofori, Viti, Georii[l], Panthaleonis, Agapiti; item sanctorum confessorum et pontificum Wolfgangi, Aurelii, Wunibaldi, Allexii confessoris; item sanctarum virginum: undecim milium virginum, Walpurgis, Elizabeth[m] vidue et aliorum sanctorum, quorum nomina scripta sunt in libro vite eterne[n].

1431. Aug. 26. Anno Domini millesimo 431, dominica post festum sancti Bartholomei apostoli consecrata est capella in cimiterio sita per reverendum in Christo patrem ac dominum, dominum Cunradum[o] episcopum Ratisponensem in honore assumpcionis beate Dei genitricis Marie virginis. Sed quia prefata capella violata fuit, denuo consecrata fuit in honore concepcionis beate Marie virginis et in remedium omnium animarum et in honore sanctorum quorum reliquie in altari sunt recondite, scilicet de camisia beate Marie virginis, Iohannis baptiste, Iohannis ewangeliste, Nicolai episcopi, Erhardi episcopi, Agnetis virginis, Katherine virginis et aliorum plurimorum sanctorum etc. Prefatam capellam edificavit quidam civis Ratisponensis nomine Emmerammus Gumpreht[p].

III.

994. Oct. 31. Anno Domini nongentesimo 94, pridie Kal. Novembris sanctus Wolfgangus migravit ad Dominum.

1052. Oct. 7. Anno Domini 1052, Nonas Octobris a beato Leone papa nono est canonisatus et in criptam occidentalem translatus[1], presente et procurante Heinrico imperatore III, in Babenberck sepulto[2].

'Post sex' obscurum dum vidit, se moriturum
Esse dies post sex Hainricus pertimuit rex.
Mensibus hinc senis, sex annis denique plenis
Vite timescenti mox prima luce sequenti
Illa corona datur, qua cesar iure vocatur[3].

Sanctus Emmeramus obiit 652.
Sanctus Dionisius obiit anno Domini nonagesimo 6.
Sanctus Hainricus imperator obiit 1024.
Dux Hainricus, pater Hainrici imperatoris, obiit 995.

a) Schnudmülleñ 2. b) *sic* 1. 2. c) *tituli des.* 2. d) Sennes 2. e) Nicolai 2. f) quott. 2. g) Starczhauser 2. h) Lauzzac̄ 1. i) Dion. 2. k) Cypr. 2. l) Georgii 2. m) Elysabeth 2. n) *sequuntur litterae Pilei presbyteri cardinalis tituli S. Braxedis de indulgentiis monasterio S. Emmerammi concessis, datae a.* 1383 (Urbani pape VI. anno 6). o) Chunr. 2. p) *in cod.* 1 *aliis duabus manibus aliae notae de dedicationibus saec. XV. additae sunt, quas omisimus.*

1) Cf. supra p. 1096. 2) Error. 3) Othlonus Vita Wolfkangi c. 42, SS. IV, p. 542, narrat quae his versibus continentur.

Sanctus Ramvoldus abbas obiit 1001.

Arnolfus imperator obiit 900.

Ludwicus rex, filius Arnolfi imperatoris, obiit 912.

Anno Domini 975. sanctus Ramvoldus a sancto Wolfgango abbas constituitur. A S. Emm min.

Dedicacio cripte 980.

Ramvoldus abbas moritur anno 1001. Wolframmus abbas successit, iniuste deponitur, et Richoldus constituitur anno 1003[1]. ib.

Richoldus cecitate percussus Hartwico abbaciam dereliquit regendam, anno ab illius ordinacione 2. sponte regimen monasterii deseruit; cui Purchardus communi eleccione fratrum successit. Purchardus in die pasce Rome defunctus, aput Sanctum Petrum die sequenti sepultus; cui successit dominus Udalricus, bone voluntatis amicus. ib. 1028. 1030. 1037. A. S. Emm. s. XI. 1042.

Anno Domini 1043. Udalricus obiit; cui Ekkenbertus[2] successit. Ekkenbertus obiit; cui successit Perengerus. 1043. 1044.

Anno Domini 1045.[3] Perngerus deponitur; cui Reinwardus successit. Reinwardus obiit; cui Eberhardus successit. 1048.

Anno Domini 1065. Eberhardus abbaciam sponte resignavit; cui Rupertus successit. Rupertus obiit; cui Reinhardus successit.

Anno Domini 1095. Reinhardus decessit; cui Dietricus successit.

Anno Domini 1111. Dietricus obiit; Engelfridus eligitur.

Anno Domini 1130. Engelfridus deponitur; cui Perchtoldus subrogatur.

Perchtoldus[a] prefuit an. 6, mens. 3, d. 19.
Adelbertus prefuit an. 27, mens. 6, d. 5.
Peringerus prefuit an. 23, mens. 10, d. 22.
Eberhardus prefuit an. 16, mens. 2, d. 28.
Ulricus prefuit an. 2, mens. 9, d. 20.
Perchtoldus prefuit an. 15, mens. 6, d. 26.
Wulfingus prefuit an. 11, mens. 4, d. 28.
Ulricus.
Fridericus prefuit an. 8, mens. 7, d. 9.
Ulricus prefuit an. ..[b], mens. 3, d. 9.
Haymo prefuit an. 3, mens. 3, d. 29.
Wolfgangus prefuit an. 5, mens. 2, d. 4.
Wernherus prefuit an. 11, mens. 7, d. 19.
Karolus prefuit an. 13, mens. 8, d. 11.
Hainricus prefuit an. 6, mens. 7, d. 16.
Baldwinus prefuit an. 12, mens. 1, d. 26.
Albertus prefuit an. 31, mens. 6, d. 2.
Alto prefuit an. 37, mens. 3, d. 5.
Fridericus prefuit an. 10, mens. 5, d. 1.
Iohannes prefuit an. 7, mens. 1, d. 20.
Ulricus prefuit an. 20, mens. 6, d. 23.

a) *sequentia omnia alia manu saec. XV. addita sunt;* Percht. — 19 *in loco raso c.* b) *spatium vacuum c.*

HISTORIA MONASTERII MANSE METRICA.

Versus hexametri quos dicunt leonini 229, secundum artem metricam quidem non ita male formati, sed tam inconditi tamque rudi stilo compositi, ut non-

1) Ad a. 1006. haec habent Ann. S. Emm. minores. 2) *Erkenbertus* legendum. Ad a. 1042. haec habent Ann. S. Emm. saec. XI. 3) Ad a. 1048. haec habent Ann. S. Emm. brevissimi, SS. XVII, p. 571; cf. etiam Ann. S. Emm. min.

nullorum vix sensum elicere possis, quibus historia monasterii Lunaelacensis (Mondsee in Austria superiore) a fundatione eius sub Otilone duce facta usque ad restaurationem sub Heinrico II. rege narratur, exstant in codicibus

1) Linzensi praefecturae Austriae superioris, mbr. 4°, *olim monasterii Lunaelacensis, qui eiusdem traditiones continet, manu saec. XII. exarati; ex quo typis expressi, non dico editi, sunt in 'UB. des Landes ob der Enns' I, p.* 102—108.

2) Monacensi archivi regii, mbr. fol., olim monasterii Altahensis inferioris, qui praeter Hermanni indiculos bonorum chartasque multas et alia[1] *hos versus manu saec. XIII. scriptos f.* 110'—112 *(*114'—116*) continet; cuius variam lectionem ipse exscripsi.*

3) Vindobonensi bibl. palatinae nr. 818 *(Rec.* 3329*), misc.* 4°, *olim monasterii Lunaelacensis, cuius folia chartacea* 64—68. *hos versus manu saec. XIV—XV. exaratos continent*[2]*; quos ipse contuli.*

Codices 2 *et praesertim* 3 *ex codice* 1, *quem non vidi, descriptos esse iudicarem*[3], *si menda quaedam editionis ex* 1 *datae non codicis, sed, ut coniicio, editoris essent. Editio princeps prodiit in Chronico Lunaelacensi (*1748*) I, p.* 128—135. *ex codice* 3, *negligenter cum codice* 1 *collato, ut videtur.*

Quae de Tassilone duce et Karolo Magno narrantur — et haec maiorem libelli partem (v. 57—181*) obtinent — omnia secundum Annales Laurissenses vel librum quendam ex his derivatum male conscripta sunt, reliqua quoque perparvum pretium sibi vindicant. Auctor fuit monachus Lunaelacensis, sed quo tempore vixerit, non satis patet. Chronici Lunaelacensis auctor quidem (p.* 128*) dixit*[4] *poetam fuisse Liutholdum monachum, qui tempore Waltheri abbatis (a.* 1145—1158*) floruit et nonnulla carmina composuit; hoc vero non in codicibus ipsi visis legit, sed certe coniecit, et Wattenbach, 'GQ.' ed.* 5. *II, p.* 342, *hoc negavit, dicens hos inconditos versus poetae tam culto, qualis ex aliis carminibus Liutholdus evadit, tribuendos non esse. At, licet tantae auctoritati contraire ambiguum sit, quaedam mihi monenda videntur. Carmen illud tam abrupte, sine clausula consueta desinit, ut non perfectum esse vel non integrum ad nos pervenisse videatur, et in Catalogo abbatum Lunaelacensium, SS. XIII, p.* 365. *edito, duo versus huius carminis (v.* 192. 193*) citantur, praeterea vero hexameter leoninus de Conrado abbate a.* 1145. *occiso horum simillime formatus affertur:*

Post hos Conradus ensali morte beatus.

Nonne verisimile est hunc versum ex perdita parte huius carminis usque ad medium saec. XII. perducti sumptum esse? Quod si non negaveris, hoc carmen certe tempore Liutholdi compositum esse videretur, cum in codice saec. XII. exarato iam legatur. Et versus epitaphiorum I. et II. Conradi abbatis (Chron. Lunaelac. p. 124*), quae Liutholdo attribuuntur, mihi quidem horum non dissimiles videntur. Sed utut res se habet, cum carmine quod habemus de fundatione et restauratione monasterii Lunaelacensis agatur, inter reliquas fundationum historias hoc collocandum esse duximus.* *O. H.-E.*

1) Cf. SS. XVII, p. 351. 2) Sequitur f. 68—72'. versio Germanica horum versuum, quae incipit: *[N]ach Christi gepûrde sibenhundert jar waz ein tewtscher mâchtiger starcher chunig gehaizzn Pipinus.* Desinit: *Mein zwng ist châm vermugn czu nennen di namen der widem und ir zw cherung.* Folia 1—39. mbr. saec. XII. continent Honorii Imaginem mundi cum brevissima continuatione alia manu adiecta (SS. X, p. 133, cont. III). 3) Menda quaedam omnibus codicibus communia sunt. 4) Eum sequitur A. de Meiller, 'UB. d. L. ob der Enns' I, p. XXI.

DE[a] CONSTRUCTIONE VEL DESTRUCTIONE CLAUSTRI IN MAENSÊ.

Quidam magnorum fuerat rex Theutonicorum[b],
Ex incarnati Pippinus tempore Christi
Septingentesimo fortis regnaverat anno[1].
Primo dicemus, quod conditionis[c] habemus,
A quo fundati, per quem Christove parati[d].
Si verum disco, fuerat rex tempore prisco
Fortis et invictus Pippinus[e] nomine dictus,
Regnum Francorum qui rexit iure priorum.
Germanam[2] forma, multa cultam[f] quoque norma
Is[g] habuit, multis virtutibus undique cultis.
Nos ut adhuc scimus, fuit in regno quoque primus
Ottilo dux fortis, quem prefert gratia sortis,
Bavaricae[h] gentis in bello valde potentis;
Duxerat uxorem regis dux ille sororem[2].
Hi[i], ceu scripta ferunt, Christum super omnia querunt,
Ex[k] hoc gaudebant, Christum sub corde gerebant,
Gaudia mundana quia spreverunt quasi vana;
Caelo quo surgant, presentia gaudia purgant,
Vitant presentem, mutant ad gaudia mentem,
Commutant aeque, pro regno dant sua seque.
Innititur[l] cellis pro magnis Ottilo[m] bellis,
Altaha[n] construxit, huc[o] et sua predia duxit;
Silvis accinctum, lacubus multis quoque vinctum[p]
Ille locum legit, claustrum[3] qua forte coegit
Piscibus ac undis, silvis quem ditat abundis[q],
Ditat agris multis convectis in sua cultis.
Cassino de Monte legunt — et adhuc ibi degunt —
Domnos claustrales, habuit nec Norica tales.
Primus Oportunus abbas addicitur unus.
Primos ecce bonos his instituere patronos
Cum Michahele multos Petroque fidele.
His lacus[r] ille datur qui Manse[s] nunc vocitatur.
Undique terrarum dat predia multa suarum,
Firmat et omne datum, victu iubet hoc fore ratum
Ac detestatur hunc[t], per quem dos spoliatur;
Ut nullusque potis sit tollere predia dotis,
Pontificum palmis bannum contradidit almis;
Hoc qui predantur ab eis exconmunicantur.
    Nature sorte decesserat Ottilo[u] morte, 748?
Plebsque lamentatur, per eum quia pax habebatur.
Omnia tunc nato cesserunt predia grato;
Tassilo, qui mores patre non habet inferiores,
Suscipit omne datum, possederat atque ducatum
Et defendebat[v] quicquid pater eius habebat.
Mente levabatur, sibi gloria nulla paratur,
Ausibus ac atris cessit de tramite patris,
Inviciante[w] parum, sibi quod post sensit amarum;
Infestat gentem regni per cuncta potentem
Pluribus ex causis, diversis corruit ausis,
Peccat et in legem, sic offendit quoque regem.
Sepe repetivit vicium, sic in[x] scelus ivit.
Sepe restauratur, sic soncior atque paratur.
Ius habet externum, genus hunc[y] levat inde paternum.
Vim vastatorum vehit in sua regna malorum
Et[z] sua vastabat aliosque necare parabat,
Consiliis rebus cunctis nocet atque diebus.

a) *sic alia manu post suppl.* 2; *nulla inscriptio* 1. 3. b) Theothun. 3. c) conditiones 3. d) donati *Chr. Lun.* e) Pipinus *h. l.* 1. f) culta 2. g) Iis 1? h) Bawar. 2. i) Si 1. 2. 3. k) Et *Chr. Lun.* l) Innittitur 1; Inmittitur 3. — celis *corr.* cellis 2. m) Ottlio 3. n) Altaria 1(?); Alta, *post corr.* Altha, *iterum post corr.* Althach 3. o) *gl. post superscr.* id est ad Mânsee 3. p) iunctum 3. q) ab. *corr.* hab. 2. r) locus 3. s) Maense 3. t) hęc (hec) 1. 2. 3. u) Ottilio 3. v) deff. 2. w) *sic* 1. 2. 3. x) *deest* 1? y) hoc *Chr. Lun.* z) Ut 2.

1) Error. 2) Hiltrudem, filiam Karoli Martelli. 3) Lunaelacense videlicet.

Roma[1] laborabat, quam proxima terra gravabat,
In quam, ceu suevit[a], fortis Lombardia sevit,
Surgit et in gentes antiquitus armipotentes[b]
Rege sub ingrato Desiderius et[c] vocitato,
Qui Theodorici potuit de sanguine dici[2],
Temptans fortunam Romani[d] sanguinis unam
A se convelli vel de regno male pelli,
Et fortis durus his instabat quasi murus.
In se diffidunt necnon sua regna relidunt
Romani[d], secum non stant, veluti foret aequum,
Sed sibi discedunt timidi, sua iuraque laedunt;
Nec sibi Grecorum iuvitque[e] potentia morum,
Sed Lombardorum conpressit eosque malorum.
Unanimes fortes belli temptant sibi sortes,
Instant Romanis, animus quibus extat inanis.
Hi dubii fuerant, ubi tutorem sibi querant.
Confisi morum super omnia Theutonicorum,
Hos sibi tutores querunt, quia sunt meliores
Armis in bellis; servit[f] sibi quisque rebellis.
Gens fuit haec fortis sprevitque pericula mortis.
Horum virtuti se dant, ut sint bene tuti.
773. A patribusque datus convenerat ecce senatus,
Verbula tunc blanda iungit quoque munera danda,
Quae Karulo dentur, defendere[g] seque precentur,
Qui tunc magnorum fuerat rex Theutonicorum[h];
Querunt legatos magna virtute gregatos.
Secum danda ferunt, Karulo que[i] cuncta dederunt,
Et sibi dixerunt ab eis que conperierunt.
Missos condigne rex suscipit atque benigne,
Audit eos care, regnum quia suevit[k] amare.
Rex sapiens fuerat, in tantum nec sibi sperat,
Theutonicas[h] gentes hortatur bella volentes,
Ut Lombardorum[l] vim stringat Theutonicorum[h]
Viribus; hi mentes acuunt ad bella potentes;
Coniurat coetus primatum munere laetus,
Quod pergant secum, faciunt, velud hoc fuit aequum.
Ex profectura rex inquirit sua iura;
Tempus prescivit, Romam quo concitus[m] ivit,
Donum regale qua iunxit et imperiale.
774. Artibus et bellis rex vincitur ille rebellis,
Qui male vexavit Romam, per prelia stravit.
Sic Karolus gentem devicit se metuentem.
Rex cupiens legemque triumphi dat nece regem[3],
Exilio natos relegaverat et sibi gratos.
Sic Lombardorum[l] ius cessit; victa malorum
Terra tacet, quia victa iacet sub Theutatis[4] armis,
Et Romanorum servit vindicta suorum.
Ille redit, sibi victa dedit se terra priorum,
Virtus cunctorum vi cessit Theutonicorum[h].
Sic veniens Romam, susceperat inde[n] coronam[5],
Cum pompa tali decoratur et imperiali.
Tassilo devotus fuerat papae[6] bene notus,
Et quicquid querat, per eum conquirere sperat.
787. Illuc[7] legatos misit virtute gregatos,
Multum veraces et coram rege loquaces:
Salzburge[o] presul Arnon, qui magnus habetur;

a) *sic* 2, su *e corr.*; spevit 1. 3, *quod etiam* 2 *habuisse videtur*; *v. infra n.* k, *p.* 1103, *n.* g; sprevit *Chr. Lun.* b) omnipot. *Chr. Lun.* c) *deest* 2. — vocitator 3. d) Roma 3. e) vivitque 3. f) sevit 2. g) deff. 2. h) Theotun. 3. i) qui 1. 3. k) spevit 1. l) Lonb. 2. m) conscitus 1. 3. n) ille 2. o) Saltzpurge 2; Salczburge 3.

1) Quae v. 57—105. narrantur ex Ann. Lauriss. a. 773. 774. sumpta videntur. 2) Similem eum Theodorico regi fuisse dicere vult auctor. 3) Immo Karolus Desiderium in Franciam abduxit. 4) Gallorum Martis; cf. Lucan. Phars. I, 445. 5) Male iam bello Langobardico confecto Karolum imperatorem consecratum esse auctor opinatur. 6) Adriano I. 7) V. 110—152. secundum Ann. Lauriss. mai. a. 787. (vel Reginonis Chron.) compositi sunt.

Abbas Hunricus[a] Manse, virtutis amicus. 787.
Vult his salvari, regi quoque conciliari.
Romam pergebant, ubi singula conperiebant;
Papae consilium querunt super omnia primum.
Spondet se secum[b] persistere, ceu[c] foret aequum,
Cum sibi causa datur. Rex primo cum decoratur
Pompa regali, palma simul imperiali,
Illi procędunt, populus pariter sibi cędunt;
Regem viderunt, cui singula tunc retulerunt.
Exponunt verbum; rex suscipit illud acerbum.
Omnia[d] mandando legati stantque precando,
Et pro legatis instabat papa beatis.
Regni per morem[e] rex missis prestat honorem,
Pro duce qui stabant excusarique parabant.
Optima testantur missi papamque precantur,
Ut percunctetur summam, pro seque precetur.
Audiit instantes rex illos atque precantes,
Mox in legatos vertit sua verba beatos:
Vult, ut signentur palma, quecunque rogentur,
Atque fides dentur; sic omnia certificentur,
Et pax firmetur; sed episcopus[f] ista veretur.
Incerti pactum devitant hoc sibi factum;
Noverunt fraudem, metuunt quoque perdere laudem
Atque ducis mores metuere subire priores.
Hoc rex cognovit, quia dux sibi plurima vovit,
Quae post cassavit, sic se certo vacuavit.
Ecce revertuntur tristes, sub corde premuntur,
Dux quod eos legit nec eis sua vota peregit.
Omnia firmavit Rome rex et remeavit.
Tassilo, ceu suevit[g], in regnum postmodo sevit,
Offendit regem post haec velut antea legem.
Rex solito more pro regni pugnat honore,
Illi precepit, quod nolens ipse recepit,
Se velut audiret, quod Pherin[1] ipse veniret.
Iter et expavit, defendere seque paravit.
Regis ad edictum devovit curia victum,
Obside sed nato[2], mox suscipitur, sibi grato;
Sic se decepit, gratum regemque recepit.
Rex vehit hunc secum captivum, ceu fuit aequum;
Ut ius dictavit, hunc exilio religavit.
Inbripolim[3] redit; coram dux omnibus ędit, 788.
Cum convenerunt in regno quique fuerunt:
Si denos natos tribuisset et hos sibi gratos,
Nil sibi tale dari, quod ei possit sociari.
Audiit[h] invitus hoc iuris quisque peritus.
Vadunt ad regem, ducis exponunt sibi legem.
Omnia quae dixit rex in[i] corde[k] bene fixit,
Perque ducis fraudem rex augebat sibi laudem.
Wormatiae[l, 4] iunctis ducis ędit verbula cunctis:
Dixerat aperte se foedus solvere certe.
Curia laudavit, hunc nam sua fraus superavit.
Tassilo dampnatur ibi, nam reus esse[m] probatur.
Quid[n] faciat, nescit; eius dampnatio crescit,
Iudicium procerum mox accrescit sibi verum:
Collo truncetur; rex tollat quicquid habetur.

a) Heinricus 3. — Maense 2. 3. b) *e corr.* 2. c) *eadem m. superscr.* 2. d) Omnia 2. e) mortem, t *expunct.* 2. f) *gl.* Arno 2. g) sprevit 1? 2 (spuit); speuit 3; *cf. supra p.* 1102, *n.* a. k. h) Audit 3. i) *post del.* 2. k) suo *post add.* 2. l) Vormacie 3. m) *deest* 3. n) Qui 1? — facit *corr.* faciat 2.

1) Ann. Lauriss. a. 787: *Et iussit alium exercitum fieri . . . in loco qui dicitur Faringa* (Ann. Einh.: *Pheringa*), id est Pföring; sed rex ipse prope Augustam tunc morabatur, quo Tassilo ad eum accessit, ut Ann. Laur. ibidem referunt. 2) Theodone. 3) V. 153—177. ex Ann. Lauriss. a. 788. sumpta sunt, sed Inbripolis falso positum est pro Ingilenhaim, quod Ann. Lauriss. habent. 4) Wormatiae haec gesta esse falso inserit auctor. Omnia haec in conventu Ingelnheimensi acta sunt.

788.

Iudicium mortis dux accepit male fortis,
Corde dolet, ceu sepe solet qui morte gravatur.
Ille volet, vitamque dolet, nec sic moriatur.
Rex Karolus[a] mentem super his servat sapientem,
Sensit cognatum[b] tam turpi morte gravatum
Et metuit moris estum flagrare prioris:
Lex quod dictavit, hunc mortificare negavit.
Rex Karulus cumque disponeret inter[c] utrumque,
Vitam cognato[d] reddebat sorte necato;
Dux sua seque negat, ut monachus amodo[e] degat,
Commutans aequę pro vita predia queque.
Lors[1] venit, hic stabat, ibi monachus ac habitabat.
Tassilo quae vexit, rex Karulus omnia rexit,
Fit regi vota ducis en possessio tota.
Predia claustrorum cum claustris dat propriorum.
Rex ea condigne susceperat atque benigne,
Necnon ditavit[f] cellas, quas semper amavit.
Primus cellarum honor est super omne duarum,
Ottilo quas struxit, vetus illas gloria duxit:
Altha[g] cum Manse[h] de cunctis prima fuere.
Ista claustrorum conditio mansit eorum;
Instinctu regis inquirunt optima legis.
Hi patres toto Manse[h] tollunt bene voto:
Atto, Lambertus, Meingaud[i], Adlrad[k], Erichinbreth[l,2].
Post horum mortem locus hic mutat male sortem
Pontificique[3] datur, Obrmunster[m] sic mutuatur*.
Hic qui manserunt domni multum restiterunt,
Cambia spreverunt, regi subdi noluerunt[n],
Sed nequeunt genti sic obpugnare potenti,
Tanta nec his talis est vis[o] ceu pontificalis.
Ne pereant, cedunt[p], sed eos sua scandala[q] laedunt.
Claustrum vastatur, res illius adnichilatur;
Sic conmutatum subdunt ad pontificatum.
Hoc sunt inviti, tristantur quique periti
Exceduntque fores, sic ostendere dolores;
Cum sibi causa datur, domnis prorsus vacuatur[r].
Serviit[s] omne datum cunctis ad pontificatum.
Ista diu mesta res est nimium male gesta.
Res disperserunt, dos templi queque fuerunt;
Et qui senserunt sapientes, hinc doluerunt.
Inter quos unus, dedit hoc cui gratia munus,
Berhtold[t,4] magnorum[5] res degenerare suorum
Valde dolet tristis, agitans mentem super istis.
Sic genus illorum, quos diximus, est dominorum:
Primatum more privari spernit[u] honore.
Principibus cunctis iussu regis[6] sibi iunctis,
Christo fundatum claustrum queritur vacuatum;
Non habitatores illic servire priores,

*) *In marg. superiore manu saec. XIV. adnotatum est* 2: Anno Domini 831. Ludwicus orientalis Francie rex ad peticionem Hemme regine, uxoris sue, tradidit monasterium in Maense Bathurico Regenspurgensi episcopo pro monasterio in Oberamunster, quod ad predictam Ratisponensem ecclesiam pertinebat.

a) Karulus 2. b) ꝯnatum 2. c) iter 2. d) ꝯnato 2. e) ammodo 2. 3. f) dictavit 3. g) Altha *alio atram. corr.* Altaha 2; Alta *post corr.* Altha, *in marg. alia manu scr.* Inferior Althaha 3. h) Mänsee 3. i) Meingǒd 2. k) *e corr.* (*ex* Adlbrad?) 3. l) Erchnpertus 2; Erichinbrech, *radendo corr.* Erchinbr. 3. m) Ob^s m. 2; Obriniuister 3. n) uol. 1? o) ius 3. p) cedant 1? q) scandula 3. r) evacuatur 3. s) Servit 3. t) Berthold 1(?); Perhtolt 2; Berchtold 3. u) spernat 3.

1) Non in monasterium Laurissense, sed in Gemmeticense Tassilo retrusus est; Ann. Petav., SS. I, p. 17; Ann. Nazar., SS. I, p. 44; Ann. Mosell., SS. XVI, p. 497. 2) Cf. Catal. abbatum, SS. XIII, p. 365, et quae ibi notata sunt. 3) Baturico episcopo Ratisponensi a. 833. a Ludovico rege Bavariae, cuius uxor Emma Obermünster monasterium pro illo recepit; vide diploma Reg. Imp. I, nr. 1310. 4) Abbas Lunaelacensis, qui a. 1014—1036. sedisse dicitur in Chron. Lunaelac. p. 108. 110. 5) maiorum, i. e. antecessorum. 6) Heinrici II. Cf. Hirsch, 'Heinrich II.' II, p. 234 sq.

Non alios, quorum imitentur[a] facta priorum,
Inbripolinque[b] datum, sic funditus adnichilatum,
Undique predatum[c], virtutibus exhabitatum.
Audiit Heinricus scelus hoc, virtutis amicus,
Cesar, fundator Babenberchque[d], boni reparator.
Cuncta restaurari rex iusserat et renovari:
Illa restaurantur, sibi nec sua predia dantur.
Qui conprehenderunt prius, omnia post habuerunt;
Vix claustro parvi pars ultima redditur arvi;
Quae si reddentur, grandes satis esse videntur.
Parvula redduntur, a presule magna premuntur.
Pontificis dextra loca diripit intus et extra,
Divicias multas, silvestres et bene cultas,
Est mea lingua[e] potis vix nomina dicere dotis.

a) *emendavi;* mutentur 1. 2. 3. b) Inbripolimque 2. c) preclatum 3. d) Pabenperchque 2; Babenberkchque 3. e) ligua 3.

FUNDATIO MONASTERII OSTERHOFENSIS.

Notitiae brevis de fundatione monasterii Osterhofensis saec. XIII, ut videtur, compositae[1] duplex exstat forma, videlicet in

1) Libro registrationis Osterhofensi Petro abbate (a. 1349—1360*) conscripto, unde edita est Mon. Boica XII, p.* 329 *sq.;*

2) in collectione historiarum monasteriorum Bavaricorum[2], quam continet codex Monacensis Lat. nr. 27164, *chart.* 8°, *saec. XV, olim Tegernseensis monasterii, f.* 69'. 70*; et*

2[a]*) in eius apographo, quod continet codex Vindobonensis nr.* 3520 *(Lunael. in q.* 59*), chart.* 8°, *saec. XV, f.* 192. 192'. *Ea recensio, quam* 2. 2[a] *exhibent, edita est Hund, Metrop. Salisb. ed. Gewold (Monaci* 1620*) III, p.* 6. *(Ratisponae* 1719*) III, p.* 4 *sq.* *O. H.-E.*

FUNDATIO[a] OSTERHOVENSIS ECCLESIE A DOMINO HEINRICO IIII. DUCE BAWARIE.

Imperatore* tertio Ottone rebus humanis exempto, Heinricus dux Bawarie, qui vocatus 1002.
est iunior, in imperium subrogatur. Huic in ducatum[b] Bawarie succedit Heinricus, qui et 1004.
Hezel[c] dictus est, patruelis[3] eiusdem imperatoris. Hic duobus filiis orbatus, quos Huni[d] peremerunt, Christum heredem[e] sibi facere instituens**, locum Osterhoven[f] fundare et patrimoniorum suorum copiosa liberalitate magnificare adorsus est***. Sed prematura morte traductus, institucionis[g] et propositi sui[h] heredem[i] imperatorem dereliquit. Hic, quoniam et ipse sine heredibus carnis permansit†, Babenbergensem episcopatum fundavit et Osterhovense monasterium cum omni predicti ducis patrimonio episcopatui donavit[k] et subiecit†† et[l] seculares canonicos in loco Osterhoven[m] ordinavit, constituta eis pre-

*) 2. 2[a] *sic:* Anno 1001. mortuo Ottone imperatore III, H. d. Bavarie, patre Hetzelone natione Noricus, ab omnibus regni primoribus electus, 87. ab Augusto rex creatur.
**) 2. 2[a] *add.:* anno Domini 1002.
***) 2. 2[a] *add.:* sub Benedicto IX. summo pontifice.
†) 2. 2[a] *add.:* continentem vitam cum uxore sua Chunigunde[n] ducendo.
††) 2. 2[a] *add.:* et tuendum imperiali auctoritate commisit.

a) *inscriptio deest* 2. 2[a]. b) ducatu Bavarie 2. 2[a]. c) Heczel 2. 2[a]. d) Hunni perim. 2. 2[a]. e) s. h. 2. 2[a]. f) Osterhovensem 2; Osterhofensem 2[a] *semper.* g) insticōnis 2; instinccionis 2[a]. h) sibi 2. 2[a]. i) predictum Heinricum *add.* 2. 2[a]. k) d. et *des.* 2. 2[a]. l) secularesque 2. 2[a]. m) in predicto loco 2. 2[a]. n) Chūng. 2; Chunnig. 2[a].

1) Ex ea enim quaedam Ann. Osterhofensibus saec. XIII ex. compositis inserta esse videntur. In annalibus nostris mox de ea fusius disseram. 2) In qua etiam Fundationes Wessofontana et Dietrammi-cellae, supra p. 1024 sq. 1070 sq. editae, exstant. 3) Immo frater uxoris Heinrici II. Cf. de falso hoc loco relatis Hirsch, 'Heinrich II'. II, p. 120, n. 4. Quae exscripta sunt in Ann. Osterhof. a. 1001, SS. XVII, p. 539, et in Ekk. Auct. Altah., ib. p. 363.

benda de modica porcione predictarum possessionum. Que institucio pene per 100 annos usque ad[a] Ottonem[b] episcopum permansit Hic consilio domini Nortperti[c] archyepiscopi*, secularibus canonicis exclusis[d], locum Osterhoven[e] albis[f] canonicis mancipans, Premonstratensem ordinem** devote induxit anno[g] ab incarnacione Domini 1128[h,***,1], regnante 1128. Leuthario[i] imperatore. [Eamdem[k] eciam ecclesiam predictus episcopus, sicut a regali munificentia predicti Heinrici imperatoris sua ecclesia tuendam receperat, studiosissime defensavit et eam cum omnibus suis possessionibus et familia ab omni exactione ac angaria imperpetuum[l] a suis successoribus et ad ipsos iure pheodali pertinentibus voluit esse liberam et indempnem conservari].

1140. Anno[m] Domini 1140. edificata est basilica beatae Mariae virginis et circumstantibus turribus honorifice decorata, a venerabili domino Ottone episcopo Bambergensi dotata et dedicata ad honorem Dei et genitricis suae Mariae sanctaeque virginis[2] etc.

*) 2. 2a *add.:* mȧgne sanctitatis viri.
**) 2. 2a *add.:* qui per predictum archiepiscopum inicium habuerat.
***) 2. 2a *add.:* presidente Romane ecclesie Honorio papa II.

a) sanctum *add.* 2. 2a. b) Pabenbergensem *add.* 2. 2a. c) Norberti Magdeburgensis archiep. 2. 2a. d) *deest* 2. 2a. e) Osterhovensem 2; Osterhofensem 2a *semper.* f) a. c. *des.* 2. 2a. g) sub a. 2. 2a, *ubi* ab inc. D. *des.* h) MCX. 1 *falso.* i) Romanorum imp. Lothario III (II. 2a) 2. 2a. k) *reliqua uncis inclusa des.* 1. l) *sic* 2. 2a. m) *haec nota ex alio codice saeculo XIV. recentiore edita est Mon. Boica XII, p.* 331.

DEDICATIO ALTARIS MONASTERII SUBUNENSIS.

Ex codice traditionum iam perdito monasterii Subunensis (Suben ad Oenum fluvium) haec nota edita est Hund, Metrop. Salisburg. ed. Gewold (Monaci 1620*) III, p.* 386. *(Ratisponae* 1719*) III, p.* 266 *sq.; et repetita 'UB. d. Landes ob d. Enns' I, p.* 432. *O. H.-E.*

1135. Febr. 2. Anno millesimo centesimo trigesimo quinto, indictione 13[a], quarto Nonas Februarii hoc altare dedicatum est a venerabili Tridentino episcopo Althmanno in honore sanctae Trinitatis et sanctae Mariae perpetuae virginis et omnium sanctorum et eorum quorum nomina hic scripta sunt: De ligno Domini, de sepulchro Domini, Petri apostoli, Iohannis baptistae et Iohannis euangelistae, Blasii martyris, Vigilii martyris, Eustachii martyris, Dionysii martyris, Columbani martyris, Oudalrici[b] confessoris, Remedii confessoris, Abrahe confessoris, David confessoris, Anastasiae martyris, de rubo in quo Dominus Moysi apparuit, de vestimento sanctae Mariae.

a) decima septima *Gewold;* XVII. *pro* XIII. *perperam lectum esse videtur.* b) Ouldalr. *Gew.*

DEDICATIONES RANSHOFENSES.

Notam a. 1283. *de dedicatione ecclesiae canonicorum regularium Ranshofensium (dioec. Pataviensis) exscripsit V. Cl. H. Simonsfeld ex codice Monacensi Lat. nr.* 12635 *(Ranshofen* 35*), ubi p.* 203. *manu saec. XIII. ex. exarata, sed extrema parte abscissa mutila est. Quae desunt ex sequente codice suppleri possunt, ubi eadem nota descripta est.*

1) Ad a. 1127. haec habent Ann. Osterhof., l. l. p. 540; ad a. 1122. Ekk. Auct. Altah., ib. p. 365. 2) Cf. notam trad., Mon. Boica XII, p. 331, nr. 2.

Codex videlicet nunc archivi regii Monacensis signatus Ranshofen nr. 1, *antea bibliothecae regiae Lat. nr.* 1040 *(Bav.* 40; *Ransh.* 50), *mbr., qui chartularium Ranshofense continet, praebet f.* 46′—49. *notas dedicationum variis manibus saec. XIV—XVI. exaratas, quas V. Cl. A. Bauch in usum nostrum descripsit, ex parte iam editas 'UB. d. Landes ob der Enns' II, p.* 176—178.

O. H.-E.

Ex cod. Monacensi Lat. nr. 12635.

Anno[a] ab incarnatione Domini 1283, 12. Kal. Octobris reformata est ecclesia Ranshovensis[b] [1283. Sept. 20.] a venerabili episcopo Ratisponensi Hainrico, temporibus Chunradi venerabilis prepositi eiusdem loci, et tria altaria consecrata[c]: unum, id est summum altare, in honore sancti Pancracii martyris, qui inibi venerabilis habetur patronus. Continentur autem ibi hee reliquie: De ligno sancte crucis. De pannis Domini. De terra quam Dominus calcavit, quando celos ascendit. De lapide putei, super quem Dominus sedit. De lapide revoluto. De fundo Iordanis. De crinibus beate virginis. De vestimento beate virginis. De arbore, sub qua requievit beata virgo fugiens in Egyptum. Abraham, Ysaac et Iacob. De virga Moysi. De virga Aaron. De vestimento sancti Iohannis baptiste. De ligno in quo latro fuit suspensus. Petri, Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste, Phylippi et Iacobi, Bartholomei, Iacobi Persidis, Thome, Iacobi Alphei, Mathei e[wangeliste], Mathye apostoli; Pancratii martyris, Stephani protomartyris, Blasii, Vincentii, Victoris, Georii, Felicis, Castorii, Mauricii, Magni, Xixti, Chrisogoni, Modesti, Sebastiani, Leoncii, Foce, Vitalis, Venezlai, Cholomanni, Laurencii martyris, Lamberti, Lini, Thome, Exuperii, Viti, Alexandri, Cyriaci, Ypoliti, Sigismundi regis, Oswaldi regis, Christofori martyris, Zenonis, Tertullini, Colonati, Procopii[d].

Ex cod. archivi regii Monacensis, Ransh. nr. 1.

Anno[e] ab incarnacione Domini millesimo 135. consecratum est a principio hoc mona- [f. 47] sterium et altare sancti Pancracii, patroni huius loci, per venerabilem episcopum Pataviensem Regenbertum 6. Idus Novembris, presente Haeinrico secundo imperatore Romani imperii cum episcopis suis Ditmaro archiepiscopo Saltzpurgensis ecclesie et Perngero Pataviensi episcopo et Niceno Laodicensi episcopo cum aliis 13 episcopis et cum Haeinrico duce Bawarie et Saxonie[1], qui tunc circumquaque terminos huius ecclesie provide statuerunt. [1242.] Post hec anno Domini millesimo 242. per incendium Obernpergensium[2] hostium in nocte [Maii 24—25.] beati Urbani est miserabiliter execrata[3]. Denuo per venerabilem Haeinricum episcopum Ratisponensem de Rotenek ex permissione Gotfridi Pataviensis episcopi, procurante honorabili Chunrado huius loci preposito, est reformata anno Domini 1283, in vigilia Mathei, [1283. Sept. 20.] presente magnifico Heinrico duce Bawarie[4] cum suis baronibus, qui per tres dies ipsi episcopo ob huius loci reverenciam expensas laudabiliter in Prounowe[5] ministravit, habito tunc colloquio in Cell circa Ried[6] cum Alberto duce Austrie et F[riderico] Saltzpurgensi episcopo, qui volebant hostiliter invadere suam terram. Ipse vero viriliter se opponens, tamen ad amicabilem concordiam redierunt. Consecravit eciam idem Heinricus tria altaria in hac ecclesia, altare sancti Pancracii et sancti Iohannis et sancte Katherine. Continentur[f] autem hic hee reliquie: De ligno sancte chrucis; de pannis Domini; de terra quam Dominus calcavit, quando celos ascendit; de lapide putei, super quem Dominus sedit; de lapide revoluto; de fundo Iordanis; de crinibus beate virginis et vestimentis eius; de arbore, sub qua requievit beata virgo fugiens in Egyptum; Abraham, Ysaac et Iacob; de virga Moysi et Aaronis; de vestitu sancti Iohannis baptiste; de ligno in quo latro fuit suspensus; Petri, Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste, Philippi et Iacobi, Bartholomei, Iacobi Persidis[g], Thome, Iacobi Alphei, Mathei, Mathye apostolorum; Pancracii, Stephani, Blasii, Vincencii, Victoris, Georii, Felicis, Castorii, Mauricii, Magni, Sixti, Chrisogoni, Modesti,

a) *littera initialis A deest c.* b) *e corr. c.* c) a se creata *c.?* d) *reliqua abscissa sunt; quae sequebantur vide infra p.* 1108, *l.* 2. e) *sequentia prima manu saec. XIV. scripta sunt.* f) Continentes *c.* g) Perfidis *c.*

1) Tempus indicatum et nomina personarum nullo modo inter se conciliari posse patet. Regenbertus episc. Pataviensis sedit a. 1138—1147, Heinricus III, hoc loco dictus II. imperator, et reliqui episcopi nominati vixerunt saec. XI. Partim haec sumpta sunt ex diplomate spurio Heinrici III. imperatoris, St. 2168, ubi: *Hec solucio decimarum facta est ... in conspectu Heinrici, cui ducatum ipsius regni dedimus, et archyepiscopi Saltzpurgensis ecclesie Ditmari et Nicetii Leodicensis ecclesie episcopi et Perngeri Pataviensis episcopi. Terminum quoque parrochie inposuimus ... cum predictis episcopis, scilicet Ditmaro archyepiscopo Saltzpurgensis ecclesie et Perngero Pataviensi episcopo et Niceno Laodicensis ecclesie episcopo cum aliis* 13 *episcopis.* Heinricus dux hoc loco nominatus confusus est cum Heinrico Superbo duce Saxoniae et Bavariae, qui monasterium Ranshofense fundavit. Cum his nota quaedam de consecratione a Regenberto facta falso coniuncta est. 2) Obernberg ad Oenum fl. 3) Chron. Matseense, SS. IX, p. 791, n. * a. 1250. haec facta esse falso tradit. 4) Inferioris. 5) Braunau ad Oenum fl. 6) Hohenzell prope Ried in circulo Oeni.

Sebastiani, Leontii, Foce, Vitalis[a], Venezlai, Cholomanni, Laurencii, Lamberti, Lini, Thome, Exsuperii, Viti, Alexandri, Ciriaci[b], Ypoliti, Sigismundi regis, Oswaldi regis, Christophori, Zenonis, Tertullini, Colonati, Procopii, Cosme, Iohannis *f. 47'. et Pauli, Felicissimi et Agapiti[c], Gereonis, Achacii martyrum; Silvestri, Nicolai, Ottonis, Altonis, *Pauli primi heremite, Rudberti, Udalrici, Antonii, Erardi, Martini, Valentini, Maximiliani, Augustini, Gregorii, Bricii, Benedicti, Bernhardi, Egidii, Wolfgangi, Gunialdi, Brandani confessorum; Marie Magdalene, Felicitatis, Helene, Agnetis, Margarete, Chrispine, Tecle, Cecilie, Anne matris sancte Marie, Marthe, Elizabeth, Ambrosiane, Lucie, Anastasie, Walpurge, Brigide, Cirille, Afre, Hilarie, Eutropie, Katherine, Ursule, Cordule, 11 milium virginum, cum reliquiis antea in hoc altari sancti Pancracii collocatis. Habetur autem inanni versario dedicacionis huius ecclesie a reverendis patribus hec subscripta indulgencia: Fridericus Saltzpurgensis 40, Gotfridus et Wernhardus Pataviensis 80, Emicho Frisingensis 40, Leo et Heinricus Ratisponensis 80, Heinricus et Arnoldus Babenbergensis 80, Chunradus Lavintensis 40, Hertnidus Gurcensis 40, Reinboto Eistetensis, Chunradus Chyemensis 40, Bonifacius Utinensis[1] 40[2], et quilibet illorum 80 dies venialium misericorditer relaxarunt. Insuper episcopi prescripti, videlicet Ditmarus archyepiscopus Saltzpurgensis, Perngerus episcopus Pataviensis, Nicenus episcopus Laodicensis[3] cum aliis 13 episcopis, quilibet[d] illorum 40 dies criminalium et 80 venialium misericorditer relaxarunt. Precibus et meritis istorum et omnium sanctorum suorum salvet et protegat nos Omnipotens! Amen.

1283. Sept. 20. Anno gracie millesimo ducentesimo 83[e], 12. Kalendas Octobris, permittente venerabili Pataviensis ecclesie episcopo Gotfrido, procurante huius ecclesie venerabili preposito Chunrado, dedicatum est hoc[4] altare ab honorabili Ratisponensis ecclesie episcopo Heinrico in honore sancte et individue Trinitatis et victoriosissime sancte chrucis, specialiter autem in nomine sanctorum Iohannis baptiste, Iohannis ewangeliste, Philippi et Iacobi patronorum. Continentur autem in eo hee reliquie: Iohannis baptiste; apostolorum Iohannis ewangeliste, Iacobi, Philippi, Andree; martyrum Pancracii, Georii, Cosme, Vitalis, Achatii, Adalberti, Lamberti, Modesti, Foce, Castuli; confessorum Nicolai, Rudberti, Valentini episcopi, Gregorii pape; virginum Margarete, Felicitatis, Chrispine, 11 milium virginum.

1283. Oct. 31. Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tertio, pridie Kalendas Novembris *f. 48. dedicatum est hoc altare a venerabili *Pataviensis ecclesie episcopo Gotfrido, procurante domino venerabili Chunrado tunc temporis huius ecclesie preposito, in honore sancte Marie perpetue virginis et sancte chrucis, specialiter autem in honore beati Martyni episcopi et confessoris et beati Rudberti episcopi et confessoris et sancti Nykolai episcopi et confessoris. Continentur autem in eo hee reliquie: de sancta chruce, de pannis Domini, de lapide revoluto, de vestimento et crinibus sancte Marie, de veste sancti Iohannis baptiste, de virga Aaron[f]; apostolorum Petri, Iacobi, Andree, Thome, Iohannis ewangeliste; martyrum Stephani prothomartyris, Pancratii, Georgii, Laurencii, Sebastiani, Thome, Lamberti, Clementis, Hermetis, Vincentii, Oswaldi, Iohannis et Pauli, Processi[g] et Martiniani, sanctorum Thebeorum; confessorum Martini, Nykolay, Rudberti, Gregorii, Valentini, Udalrici, Benedicti, Pernhardi, Servatii, Brandani, Aredii; virginum Marie Magdalene, Marie Egyptiace, Felicitatis, Margarete, Helene, Katherine, Agnetis, Christine, Albine, Tecle, Digne, 11 milium virginum.

1266. Oct. 25. Anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo 66, octavo Kalendas Novembris consecrata sunt altaria in monasterio Ranshovensi[h] a venerabili domino Petro Pataviensis ecclesie episcopo, temporibus Sifridi venerabilis eiusdem loci prepositi, unum in honore victoriosissime chrucis domini nostri Iesu Christi, que hic ab omnibus venerabiliter adoratur. Continentur autem hic hee reliquie: de ligno sancte chrucis, de sepulchro Domini, de crinibus sancte Marie, Iohannis baptiste; Iacobi[i] Alphei, Iohannis ewangeliste, Bartholomei apostolorum; Blasii, Oswaldi, Pantaleonis[k], Cyryaci, Vincencii, Theodori, Ypoliti martyrum; Nykolay, Corbiniani[l], Severini, Ottonis, Egidii confessorum; Felicitatis, Agnetis, Agathe, Anastasie, Iustine. Secundum altare[a] ad plagam australem in honore sancte et individue Trinitatis et sanctorum confessorum Augustini, Gregorii, qui ibi venerabiles habentur[m] patroni. Continentur autem hee reliquie: de ligno sancte chrucis, de sepulchro Domini, de monumento sancte Marie, Iohannis baptiste; Petri, Pauli, Andree, Iohannis ewangeliste, apostolorum; Urbani, Chrisogoni, Sebastiani, Georii, Viti, Pancratii, Hermetis, Lam- *f. 48'. berti, Vitalis, Iohannis et Pauli, Mauricii, Candidi, Exuperii, *Theophanii martyrum; Augustini, Gregorii, Martini, Nykolay, Corbiniani, Udalrici, Heinrici, Totnanii confessorum; Afre, Digne, Erndrudis, Ursule virginum et aliorum plurimorum sanctorum, apostolorum, martirum, confessorum atque virginum.

1283. Sept. 20. Anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo 83, 12. Kalendas Octobris de-

a) *bis scr. c.* b) Lir. *c.* c) Agapati *c.* d) quibus *c.* e) tercio *iterum add. c.* f) Aaaron *c.* g) Protelli *c.?* h) Ranchov. *c.* i) acobi *c.* k) Pantaleimonis *c.* l) orbin. *c.* m) ibi venerhabuntur *c.; cf.* p. 1109, *l.* 12.

1) Udine non fuit episcopatus sedes. Parentinus episcopus a. 1283. nomen habuit Bonifacii. Nescio an hic dicatur. 2) Scil. dierum peccatorum criminalium indulgentiam concesserunt. 3) Cf. p. 1107, n. 1. 4) Videlicet S. Iohannis baptistae; vide supra p. 1107, l. 38.

dicatum est hoc[1] altare ab honorabili Ratisponensis ecclesie episcopo Heinrico ex consensu venerabilis Pataviensis ecclesie episcopi Gotfridi, procurante huius ecclesie venerabili preposito Chunrado, in honore sancte Trinitatis et sancte chrucis, specialiter autem in nomine sancti Spiritus et sancti Georgii martiris et sancte Marie Magdalene et sancte Katherine virginum. Continentur vero in eo reliquie subscripte: de sepulchro Domini, sancte Marie virginis, Iohannis baptiste; apostolorum Iohannis ewangeliste, Thome; martyrum Pancracii, Georgii, Canciani, Mauricii, Cholomanni, Gereonis, Bonifacii et Remigii, Melciadis pape et martyris; confessorum Martini episcopi et confessoris, Petri episcopi et confessoris, Othmari, Dominici, Francisci; virginum Katherine, Marie Magdalene, Margarete, Scolastice, Marthe, Anastasie, Anne matris sancte Marie, 11 milium virginum, Afre martiris.

Secundum altare ad plagam septentrionalem in honore sancti Iacobi et sancti Thome et sancte Gertrudis, qui ibi venerabiles habentur patroni. Continentur autem ibi hee reliquie: de pannis Domini, de vestimento sancte Marie, de ligno chrucis in quo latro suspensus fuit, Petri, Iacobi, Thome, de cilicio Iohannis ewangeliste, Philippi, Thome; Pancracii, Hermetis, Alexandri, Foce, Georii, Urbani, Vincencii, Ypoliti, Iohannis et Pauli, Floriani et sociorum eius, martirum; Valentini, Rudberti, Augustini, Maximiliani, Martini confessorum; Marie Magdalene, Agnetis, Helene, Hylarie, undecim milium virginum et aliorum sanctorum, martirum, confessorum atque virginum[a]. f. 49.

Anno[b] ab incarnacione Domini millesimo quadringentesimo sexto, dominica Invocavit 1406. Febr. 28. consecratum est cimiterium ecclesie sancti Stephani in Prawnaw a principio per venerabilem dominum Iohannem episcopum Victricensem, fratrem ordinis fratrum Minorum, suffraganeum[2] reverendissimi patris ac domini domini Georgii Pataviensis episcopi, tempore domini Mathie venerabilis prepositi in Rannshoven.

Anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo, ultima die Marcii, que fuit 1417. Mart. 31. quarta feria post Iudica, positus est primus lapis fundamenti hospitalis sancti Spiritus in Prawnaw per manus Iohannis de Mawrkirchen[3] canonici in Rannshofen, plebani ibidem in Prawnaw.

Anno[c] Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, feria tercia[d] ante 1473. Sept. 7. exaltacionem sancte crucis consecrata est capella infirmorum sew leprosorum per reverendissimum in Christo patrem ac dominum dominum Albertum episcopum Soloniensem[e, 2], cooperatorem[f] reverendissimi in Christo patris ac domini domini Wdalrici episcopi Pataviensis diocesis.

Hec[g] capella destructa est a palatinis anno 1504, sed iterum reedifficata anno 21; et 1504. 1521. primus lapis positus est per dominum Casparem prepositum huius loci.

Anno[h] Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, vicesima sexta die mensis 1439. Oct. 26. Octobris, ipsa die sancti Amandi episcopi et confessoris, positus est primus lapis fundamenti ecclesie sancti Stephani in Prawnaw per manus venerabilis patris et domini Erasmi prepositi monasterii canonicorum regularium in Ranshofen.

Anno[c] Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, wicesima septima 1474. Sept. 27. die mensis Septembris, ipsa die sanctorum martirum Cosmi[e] et Damiani, positus est primus lapis fundamenti parochialis ecclesie sancti Michaelis in Ranshofen per manus venerabilis patris et domini Wolfgangi prepositi monasterii canonicorum regularium ibidem.

Anno[i] 1492. positus est primus lapis turris Sancti Stephani in Prawnaw per vene- f. 48'. 1492. rabilem patrem dominum Leonardum Callinger prepositum in Ranszhoven.

Anno 1497. positus est primus lapis capelle sancti Martini per reverendum patrem dominum Blasium Rosenstingl prepositum huius loci.

Anno[k] 1497. positus est primus lapis turris in Schwandt[4] per dominum Casparem f. 49. Turndl canonicum et capellanum eiusdem capelle.

Anno[l] milesimo quadringentesimo 98. positus est primus lapis capelle beate virginis f. 46'. 1498. Marie in ambitu per venerabilem patrem et dominum dominum Blasium Rosenstingl huius

a) *quae sequuntur manu quinta saec. XVI. scripta vide infra l. 42.* b) *sequentia manu secunda saec. XV. scripta sunt.* c) *sequentia manu tertia saec. XV. scripta sunt.* d) secunda (*Sept.* 13) *legendum videtur; exaltatio s. Crucis enim a.* 1473. *ipsa feria tertia fuit; Sept.* 7. *vero est vigilia nativitatis s. Mariae.* e) *sic c.* f) cooperator *c.* g) *sequentia manu quinta saec. XVI. addita sunt.* h) *sequentia manu quarta saec. XV. scripta sunt.* i) *sequentia iam supra f. 48'. manu quinta saec. XVI. scripta sunt; vide n.* a. k) *haec manu quinta saec. XVI. f. 49. scripta sunt.* l) *haec manu quinta saec. XVI. ante omnes reliquas notas f. 46'. scripta sunt.*

1) Videlicet S. Katherinae; vide supra p. 1107, l. 38. 2) Chorepiscopum. 3) Mauerkirchen prope Braunau. 4) Schwand (Bz. Braunau).

loci prepositum dignissimum, ab eodemque totum edificium completum; cuius anima Deo vivat!

f. 49. 1508. Anno[a] salutis humane 1500. octavo positus est lapis primus chori sancti Pancracii
Apr. 3. feria secunda post Letare per dominum Casparem Turndl. Demum basilice posterioris
1517. Maii 22. primum lapidem iecit feria sexta post festum assenssionis[b] Domini anno etc. 17, perfectum-
1520. que totum opus ecclesie per eundem anno 20. extat. Laus sit Deo omnipotenti!

a) *haec manu quinta saec. XVI. f. 49. scripta sunt.* b) *sic c.*

DEDICATIONES ECCLESIARUM DIOECESEOS BRIXINENSIS.

I) Quatuor notae de dedicationibus ecclesiarum montis Carnolensis exstant in libro missali ecclesiae S. Leonhardi saec. XIII, nunc in seminario episcopali Brixinensi servato, diversis manibus, ipsis dedicationibus coaevis, exaratae[1]*; quas V. R. Hartmannus Ammann canonicus regularis Novae-cellae et professor Brixinensis benigne exscripsit precante Ferdinando Kaltenbrunner; qui etiam lectiones apographi a V. Cl. Redlich facti nobiscum communicavit. Easdem notas edidit*[2] *Resch, Monum. veteris eccl. Brixin. II, f.* 7, *n.* 32. 33.

II) Nota de dedicatione ecclesiae in villa Mitterolang ex archivo parochiali Olangensi edita est 'Geschichtsfreund' (Brixen 1867*) p.* 292.

III) Tertiam, de ecclesia Sabionensi, ut videtur, consecrata conscriptam, exscripsi ex codice Monacensi Lat. nr. 21567 *(S. Stephani* 67*), mbr., ubi in extrema pagina f.* 62'. *manu saec. XIII. mendose exarata est.* *O. H.-E.*

I.

1113. Iun. 1. Anno[a] dominice incarnationis 1113, indictione 6[b], Kal. Iunii hec aula[3] in honore domini nostri Iesu Christi omnipotentis Dei victoriosissimeque crucis eius necnon genitricis eius perpetue virginis Mariae specialiterque beati Iohannis baptistae a venerabili Tridentinae sedis episcopo Gebehardo constat dedicata. Continentur autem hoc altari panni de veste inconsutili, de velo beatae Mariae virginis necnon et de vestimento eiusdem Mariae; de maxilla sancti Iohannis baptiste; sanctorum quoque martirum Processi et Martiniani, Policarpi, Valeriani, Tyburcii, Saturnini, Marcelli; sanctorum autem confessorum Rôdperti[4], Ingenuwini[5], Ǒdalrici[6], Felicis presbiteri, Remedii et aliorum plurimorum sanctorum; sanctae Mariae virginis, de sancta cruce, sancti Chiliani, sancti Purchardi martiris[7], sancti Leinhardi[c], sanctae Gertrudis.

1141. Mart. 20. Anno[d] dominice incarnationis 1140, indictione 4, 13. Kalendas Aprilis hec aula[3] consecrata est a venerabili Hartmanno Brixinensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis necnon victoriosissimae crucis et sanctae Mariae matris Domini et sancti Iohannis baptiste Domini. Continentur autem in altari reliquiae: de ligno Domini, de inconsutili tunica Domini, de veste sanctae Mariae virginis, sancti Iohannis baptiste, sancti Andreae apostoli; sanctorum martirum Blasii, Processi et Martiniani, Policarpi, Valeriani, Tyburcii, Saturnini, Marcelli, Valentini, Kiliani, Victoris et sancti Philippi episcopi et martiris; sanctorum confessorum Ingenuini[5], Nicolai, Rôberti[4], Simeonis, Ůdalrici[6], Burchardi[7], Felicis presbiteri, Remedii, Longini, Leonhardi; sanctarum virginum Gerdrudis et sanctae Mariae Magdalenae et aliorum sanctorum, quorum nomina nescimus, quia in cartulis olim notata, ex nimia vetustate deleta sunt.

a) *haec nota f.* 1. *codicis manu saec. XII in. scripta est.* b) VI. Kal. *certe legi nequeunt, loco vermibus corroso.* c) *sic c.; i. e.* Leonhardi. d) *haec nota post librum missalem manu saec. XII med. exarata est.*

1) Codicis tegumento recentiore manu inscriptum est: *Ex templo in Carnol,* et ibidem manu s. XVIII ex. adnotatum est: *Hunc codicem, in cista casae rusticae in monte, ut audivi, inventum, seminarium ep. tamquam rem derelictam occupavit. I. Pl.* 2) Sinnacher, 'Beytr. z. Gesch. d. bisch. Kirche Säben und Brixen' III, p. 254 sq.; Ph. N. Puell, 'Heil. Lebenswandel d. seligen Hartmanni' (Brixen 1768) p. 30 sq. notam secundam in linguam Germanicam versam exhibuerunt. 3) Capella S. Iohannis bapt. dependens ab ecclesia S. Leonhardi infra dicta; cf. G. Tinkhauser, 'Topogr.-hist.-statist. Beschr. d. Diöcese Brixen' I, p. 257. 4) Episcopi Salisburgensis. 5) Secundi episcopi Sabionensis. 6) Episcopi Augustani. 7) Episcopi Wirziburgensis procul dubio, qui non fuit martyr.

Anno[a] Domini millesimo centesimo nonagesimo 4, 8. Idus Novembris dedicata est 1194. Nov. 6. hec ecclesia[1] a venerabili Brixinensis ecclesie episcopo Heinrico in honore sancte et individue Trinitatis et sancte Marie perpetue virginis et sancti Leonhardi confessoris. Continentur autem hic reliquie sancti Bartholomei apostoli, sancti Cassiani martiris atque pontificis; sanctorum confessorum Leonhardi, Ingenuini, Albuini; sanctarum virginum Marie Magdalene, Christine.

Anno[b] Domini 1430. ecclesia sancti Leonhardi presens constat ampliata cum testudine, 1430. altaribus tribus et turri incepta et eodem anno per venerabilem Udalricum episcopum Brixinensem dedicata[2].

II.

Anno ab incarnatione Domini 1138, indictione 3[3], Kal. Sept. haec ecclesia[4] est con- 1138. Sept. 1. secrata a venerabili Remberto Brixinensi episcopo in honorem sanctae et individuae Trinitatis necnon victoriosissimae crucis et sanctae Mariae perpetuae virginis et praecipue in honorem sancti Aegidii confessoris. Item secundo dedicata est anno Domini 1404, dominica 1404. Aug. 31. ante festum sancti Aegidii a venerabili domino Ioanne episcopo[5] Varnensi.

III.

Anno incarnacionis Domini milesimo centesimo octagesimo[c] 7, in die Thome, 8. Nonas 1187. Dec. 21. Decembris[6] dedicata est hec ecclesia[7] a venerabili Brixinensis ecclesie episcopo Hanrico[c], anno pontificatus eius nono, in honore sanctissime et individue Trinitatis et sancte ac victoriosissime crucis, nominaliter sancte et gloriose Dei genitricis Marie perpetue virginis et sancti Cassiani episcopi et martiris, a quo primitus consecrata[d] dedicata fuit. In qua quidam[e] Herlicus paganus duo ydola habuit, que Cassianus post mortem pagani penitus destruxit[8]; ubi etiam plurimi pro Christo a paganis martirium susceperunt, quorum ossa sub ara requiescunt. Postea sub prefato domino Henrico[f] episcopo Brixinensi Purckchardum[g] capellanum eius in plebanum eis dedit; sicque honorifice consecrata[h] ab eodem venerando antistite[i] et dotata est. Continentur[k] in ea reliquie de sepulchro Domini, de vestibus sancte Marie perpetue virginis, Simonis[l] apostoli, sanctorum martirum Cassiani, Sebastiani, Vigilii, Geori[m], Adalberti, Valentini, Alexandri; sanctorum confessorum Ingenuini, Albuini[9], Saturnini[n]; sancte Pomfrede virginis[o], de oleo sancte Katherine virginis et omnium sanctorum, precipue eorum quorum corpora sub ara in pace et in vinea[p] sepulta sunt.

a) *haec nota post praecedentem saec. XII ex.—XIII in. scripta est.* b) *haec nota manu saec. XV. scripta est post praecedentem.* c) *sic c.* d) et *supplendum videtur.* e) quiđ *c.* f) Hñrȳ *c.* g) Purckchardus *c.* h) consecratam *c.* i) dod *add. c.* k) Continetur *c.* l) Sime|nis *c.* m) Gerori, r *post del. c.* n) Saturini *c.* o) *deletum videtur.* p) *sic c.*

DEDICATIONES IN PROVINCIA AQUILEIENSI.

I) Nota de dedicatione capellae in Oberlonon edita est ex codice minore traditionum Weingartensi, nunc archivi regii Stuttgartensis, in quo p. 25. manu saec. XIII. exarata est, 'Wirtemb. UB.' IV, App. p. LII, unde eam recudimus.

II) Alteram notam per Ferd. Kaltenbrunner V. Cl. O. Redlich nobis dedit, quam exscripsit ex codice archivi publici Vindobonensis 515, *fol.* 174, *n.* 679, *manu saec. XV ex. exaratam.* *O. H.-E.*

1) Ecclesia villae St. Leonhard in parrochia St. Andrä in monte Karnol prope Brixen sitae. 2) Die Nov. 12; cf. commentarios Ulrici episcopi ap. Sinnacher l. l. VI, p. 126. 3) Immo secunda. 4) In Mitterolang in valle Pusterthal supra Bruneck. 5) Chorepiscopo. 6) Nimis corrupte dies indicatus est, cum nullus sit dies ante 8. *Nonas Dec.* Festum Thomae apost. est Dec. 21. 7) Ex eo quod infra Cassianus primus episcopus Sabionensis in hac ecclesia egisse dicitur, de ecclesia Sabionensi referri coniecerim, quae S. Cassiano dicata erat. Sed nusquam quidquam de hac dedicatione reperi. De aedicula S. Mariae a Cassiano Sabionae, ut credebatur, dedicata vide Resch, Ann. Sabion. I, p. 112, n. 77. 8) Hac de re nihil in Vita Cassiani edita (Resch, Ann. Sabion. I, p. 91 sqq.) legitur. 9) Episcopi Brixinensis.

I.

He[a] sunt nomina sanctorum que recondite[a] sunt in altari capelle in Oberlŏnon[1]: De sepulcro Domini. De cruce Domini. De presepio Domini. De veste sancte Marie. Petri et Pauli. De veste in quo[a] involutum[a] fuit sanguis Christi. Silvestri pape. Vicentii[a] martyris. Pancratii[b] martyris. Paetri martyris. Hylarii martyris. Thome martyris. Centum quadraginta[c] quatuor milia[a] martyrum. Cosme et Damiani martyrum. Oswaldi regis et martyris. De capite 11 milium virginum. Digitus 11 milium virginum. Demetrii martyris. Ysaác patriarche. Sigismundi regis. Martini episcopi et confessoris. Franciszi confessoris. Magni confessoris. Egenii[a] confessoris. Genesii confessoris. Marie Magdalene. Katerine virginis et martyris. Cŭnegundis virginis. Gerderudis et aliorum plurimorum, quorum nomina ignoramus.

1270. Anno Domini 1270. dedicata est capella in Oberlŏnon in honore sanctorum Martini et Oswaldi, Fidis et Benedicti, sub venerabili domino Egenoni[a] Tridentino episcopo, procu-
Ian. 13. rante et agente domino venerabili Hermanno[d] abbati[a] de Winegarten, die Ydus Ianuarii, in octava epiphanie semper durante.

II.

Reperta est hec litera in quodam missali in ecclesia in Bachin[2] in dominio Vels[3]:

1142. Ian. 14. Anno ab incarnacione Domini millesimò centesimo 42, 3. Idus Ianuarii consecrata est hec aula a venerabili episcopo Goteboldo Pricinensi[4] et beato Peregrino[5] patriarcha Aquilegensi in honorem domini nostri Iesu Christi et sancte Marie et cetera.

a) *sic c.* b) Pancr. *c.* c) XL.ᵃ IIIIᵒʳ *c.* d) Her̃ *c.*

FUNDATIO MONASTERII S. NICOLAI DE PRATIS TORNACENSIS.

Quidam canonicorum regularium ordinis Arroasiensis monasterii S. Nicolai de Pratis Tornacensis, postea dicti S. Medardi, circa a. 1165, *certe paulo ante a.* 1167[6], *historiolam de fundatione monasterii sui et de benefactoribus eius, partim ex relatione seniorum fratrum, partim chartis archivi domestici adhibitis, conscripsit, quae exstat in duobus codicibus in archivo ecclesiae cathedralis Tornacensis servatis:*

1) *post Necrologium S. Nicolai de Pratis a.* 1360. *transcriptum f.* 300'—307'. *manu saec. XV. exarata.*

2) *in apographo a.* 1677. *facto chartularii S. Nicolai de Pratis dicti libri rubei*[7], *quod textum multo mendosiorem quam* 1 *praebet.*

Ex his duobus codicibus libellum edidit J. Vos, 'L'abbaye de Saint-Médard ou de Saint-Nicolas-des-Près' in 'Mémoires de la société historique et littéraire de Tournai' XI, p. 279 *sqq., et eosdem codices in usum nostrum exscripsit V. Cl. E. Ouverleaux, vir de hoc volumine optime meritus. Capita* 1—6. *huius*

1) Oberlana ad fl. Athesim, infra Meran, cuius capella fuit abbatiae Weingartensis. 2) Wocheiner Vellach (comm. Veldes)? 3) Veldes (Bz. Radmannsdorf) in Carniola. REDLICH. 4) Brixinensis episcopus huius nominis nusquam exstitit. Gotpoldi nomen hoc tempore habuit episcopus Pedenensis, suffraganeus patriarchae Aquileiensis; in patriarchatu haec ecclesia sita erat. Nescio an scriba de Brixinensi episcopo ideo cogitaverit, quia territorium Veldense ecclesiae Brixinensis fuit. 5) Pilgrimo (Pellegrino) I. 1130—1161. 6) Post a. 1160. videlicet, quia donationis hoc anno factae c. 7. mentionem fecit, sed paulo antequam Godesso anniversarium suum celebrandum instituit, quod a. 1167. factum est (cf. infra p. 1117, n. 1). Cum hoc termino reliqua omnia optime consentiunt, quod videlicet Roberto abbate (a. 1147—1178) et Waltero II. episcopo Laudunensi (a. 1155—1174) auctor scripsisse videatur, quod c. 5. Eugenium papam a. 1153. defunctum *bonae recordationis* dixerit, quod nullius donationis post a. 1167. ad S. Nicolaum factae mentionem fecerit, cum omnes priores recensuerit. 7) In bibliotheca seminarii episcopalis hoc chartularium saec. XIII. scriptum b. m. L. Bethmann a. 1840. vidit; cf. 'Archiv' VIII, p. 56. 564. Sed ubi iam nunc idem servetur, indagari non potuit.

libelli ex codice 2, *ut videtur, iam publici iuris facta sunt in Gallia christ. III, Instr. col.* 66 *sq.*

Totum opusculum exscripsit etiam Car. Gueluy canonicus S. Medardi in libro manuscripto 'Progres et estat de nostre abbaye depuis l'an 1125. *jusques a l'an* 1625', *quo libro in archivo ecclesiae cathedralis Tornacensis servato J. Vos usus est.* *O. H.-E.*

SUMMA[a] FUNDATIONIS MONASTERII NOSTRI.

Quia paucitas dierum hominis finitur brevi, visum est nobis de exortu et procursu [cf. Iob 10,20.] domus nostre aliqua perstringere, priusquam de medio fiant patres nostri, qui hec annun- [cf. Ps. 43, 2.] ciaverunt[b] nobis, qui et nativitatis eius tempora precesserunt et in diebus adolescentie eius cum ipsa et in ipsa pondus diei et estus usque ad diem hanc portaverunt. Quorum aucto- [cf. Matth 20,12.] ritati sine cunctatione innitimur, quorum testimonium credibile factum est satis, quippe [cf. Ps. 92, 5] qui quod sciunt locuntur et quod viderunt testantur. [cf Ioh. 3,11.]

1.[c] Anno igitur ab incarnatione Domini 1125, insigni comite Karolo Flandriam procu- [1125.] rante, fundata est domus nostra super[d] verticem montis qui dicitur Sancti Medardi, in suburbio Tornaci, sub Symone sacerdote magno, Ludovici regis Francie cognato, qui tempore illo pontificalem[e] Noviomi atque Tornaci portabat infulam. Tanti ergo patris nutu et gratia precurrente[f], cor filiorum ad cor patris mira unanimitate convertitur; clerus, applaudente populo, locum ecclesiamque largitur, et sic ad orientem civitatis civitas refugii Dei omnipotentis aspiratione fundatur.

2. Clarebat illis diebus in diocesi Atrebatensium vir gemina scientia strenuus pater Ogerus, qui iam alias descenderat mare in navi, fecerat operationem in aquis ecclesie [cf. Ps. 106, 23.] sancti Martini Laudunensis. Hic itaque postulatus a patribus nostris, donatus a suis, professionis[g] sue solo comitatus comite, de Monte Sancti Eligii transmigrat in montem Sancti Medardi[1], deferens secum legem vite et discipline, quam beatus Augustinus et tenuit et docuit, ipse tenendam nec mutandam in Tornacensi capitulo confirmavit. Quo pauper, ut idem ipse profitetur, ingressus, nichil preter paupertatem, id est domum vacuam, reperiens, primo ad relevandam solitudinis pauperiem pauperum fratrum colligit Christique iugo subicit societatem, ut de pauperibus pauperes spiritu facti, mutuo foverentur, dum paupertas voluntaria in spem[h] regni celorum respiraret, et necessitas in virtutem transiret. Quid sanctitatis et iusticie coram Deo eo loci et temporis expensum, quid angoris in fame et siti, in [cf. 2.Cor. 11,27.] frigore et nuditate toleratum fuerit, quis facile dixerit? Non oculis vigilia, non vocibus psalmodia, non manibus opera, non ieiunia stomacho, non cordi devotio requiem dabant. Sic excelsum[i] illud, in quo propter amenitatem loci lascivia secularis ad operandum misterium iniquitatis convenire consueverat, mutante dextera Excelsi, tabernaculum Dei [cf. 2.Thess. 2,7.] cum hominibus, ferculum Salomonis, fornax penitentie, asilum misericordie esse cepit. [cf. Cant. 3,9.] Dominus autem non deerat[k] timentibus se, curam eorum agens eisque per manus civium et maxime mulierum misericordium supplementa inopie minutatim subministrans, invenit et virum divitiarum in civitate, per quem omnino magnificavit facere nobiscum. Hic nobis [cf. Ps. 125,3.] ex suis habundantiis ad unum[l] 105 marcas obtulit, reparavit diruta ecclesie, claustrum ligneum totum nobis edificavit, officinas quoque pro tempore bonas valde. Qui ut se de precipuis sacrificare probaret, relicto seculo, datis suis, se ipsum superposuit[m], supposito- [cf. Hebr. 7,4.] que igne caritatis, holocaustum pingue in camino paupertatis adolevit. Ipse est Movinus[2],

a) *sic* 1; *nulla inscriptio* 2. b) nunciav. 1. c) *nulla capitum distinctio in codd.* d) supra 2. e) pontificali in 1. f) percurr. 1. 2. g) possessionis 2. h) specie 2. i) excelsura 2. k) deerit 2. l) vivum 2. m) supraposuit 2.

1) Cf. Lib. de rest. S. Martini cont. c. 12, SS. XIV, p. 322; chartam fundationis Simonis episcopi datam a. 1126, 'Mém. de la soc. hist. et litt. de Tournai' XII, p. 5 sqq., ubi: *Sane sancti Medardi ecclesiam sitam in suburbio Tornacensi canonici Sancte Marie ex antiquo iure de canonica possessione tenebant. Quam ex eorum devota petitione et religiosi affectus desiderio liberam facientes, eisdem a nobis exigentibus, in ea canonice vite abbatem et regularis discipline personas ad serviendum Deo sub regula sancti Augustini constituimus. Te igitur, frater venerabilis Ogere, eidem ecclesie abbatem preficientes* etc. Cf. etiam Ann. Rodenses, SS. XVI, p. 700. 2) Hic occurrit Lib. de rest. S. Martini cont. c. 12, l. l.

quem, eo quod sine liberis esset, Vallet cognominabant, vir laica sanctitate insignis, largus
cf. 1. Tim. 6, 17. elemosinis, qui, cum dives esset, in incerto divitiarum minime speravit, qui complures
basilicas vetustate solutas, sumptibus datis, in statum pristinum reformavit; cuius heres
Crucifixus, cuius erarium paradisus, cuius memoria in benedictione est, cuius anima in
requie sit, cuius ossa in medio ecclesie beati[a] Medardi sabbatizant, cuius opera usque
hodie cum[b] multis, tum precipue nobis utilia perseverant. Redde illi, Domine, centuplum
sancte promissionis tue, satia illum adipe frumenti tui, pota illum torrente voluptatis tue,
fac eum[c] tecum resurgere ad beatam gloriam una cum uxore ipsius Oda[d], cuius instinctu
multa bona fecit; que secuta virum, in vita et habitu religionis apud nos diem vite huius
ultimum clausit. At[e] vero pater Ogerus, potens in opere et sermone et totius episcopii
columna singularis, delegatas sibi vices pontificis diligenter exequebatur, et sicut apis prudentissima advolans[f] ad escam, quicquid ex arboribus divitum et[g] ex graminibus pauperum
mellifici oris[h] obsequio decerpere poterat, in alveario monasterii fidelissime reponebat.
Hoc modo parvula mater nostra ibat proficiens atque succrescens, hoc modo in dies se[i]
ipsa maior et maior fiebat.

1132. 3. Septimo autem conditionis eius anno visum est fratribus, tum propter loci angustiam, tum propter aque penuriam, sed et urbis inquietudinem, a facie civitatis elongare et
super[k] ripam fluminis[1], quo et solitudo gratior et aqua in usus monasterii copiosior invitabat, habitacionis sue sedem ponere; et factum est ita[2]. Ibi locus habitationis a Gerrico de
Herea comparatur, in loco oratorium magnum et altum alacri tam civium quam fratrum
industria extruitur, licet quorumdam impedimento paulo sinistrorsius[l] locatum, quam basilicarum positio[m] exigere videatur. Plerique civium erant, quorum singuli singulas templi
columnas sumptu suo faciebant. Et substantia quidem ecclesie usque ad tempus illud,
quantum ad id quod opus erat, admodum tenuis erat, nec erat fratribus, non dico unde
multa facerent, sed vix unde viverent. Bona tamen[n] et divino amore saginata voluntas
cf. Philip. 4, 11. post diuturnam multi operis fatigationem sciebat in quibus erat sufficiens esse, que pauperibus suis in dulcedine sua parabat Deus. At bonus procurator Ogerus, magni cordis et
multe fidei homo, in dilatandis rebus ecclesie subtilis valde et efficax erat terrasque viles
et incultas, quas ipse postmodum optimas reddidit, et cum nichil haberet, incunctanter comparabat. Erat enim cor eius magis in Dei[o] quam in suo marsupio fiduciam habens, nec incassum. Transfretavit enim in Angliam, et ex regia [Henrici[p]] magni regis Anglorum[3] munificentia 44 marcas per partes reportavit. Transivit in Burgundiam, et de thesauro comitis
cf. 3. Reg. 4, 29. Theobaldi[4] multa reportans repatriavit. Dominus nempe dederat illi latitudinem cordis et
cf. Is. 50, 4. linguam eruditam, et lingua eius cum gratia multa inter principes loquebatur sapienciam.
Magister Gualterus Laudunensis episcopus[5], Absalon venerabilis abbas de Sancto Amando[6],
Gualterus advocatus[7], Gualterus de Pratis fidelissimi adiutores nostri fuerunt, ipsi nos
manutenere, ipsi nos promovere, ipsi nos dilatare multa donando, multa iuvando studuerunt. Hiis et aliis multis, quorum nomina beate predestinationis liber ascripta retineat,
cooperantibus, venerabilis pater Ogerus publice rei nostre statum multo sudore et sollicitudine intus et foris per annos quatuordecim strenue[q] amministravit, ampliavit, exaltavit.

1139. 4. Evolutis itaque bis septem annis in laboribus Lye nostre, quibus die ac nocte estu
urebatur et gelu, formosam pater noster ardendo Rachelem[8], commendatum sibi pastoralem

a) sancti 2. b) tum 2. c) illum 2. d) Ada 2. e) *Gueluy in sua historia S. Medardi ms. sic habet:* Interim hiems nuditatis et sitis transiit, abiit et recessit, surgitque noster Ogerus *etc.* f) volans 2. g) *deest* 2. h) p. mellifrioris 2. i) *e corr.* 1. k) supra 2. l) sinistriorsius 2. m) posito 2. n) tum 2. o) Deo *edd.* p) *deest* 1. q) *deest* 2.

1) Scaldis. 2) A. 1383. coenobium iterum in priorem locum, montem S. Medardi translatum est. Cf. chartam 'Mém.' XIII, p. 74, nr. 241. 3) I. a. 1100—1135, Dec. 1. Inter a. 1132. et 1135. igitur Ogerus hoc iter fecisse videtur. 4) II. comitis Campaniae c. a. 1125—1152, IV. comitis Blesensis a. 1102—1152. 5) II. huius nominis, filius Walteri castellani de Mortagne, qui tempore fundationis canonicus S. Mariae Tornacensis, cum hic libellus conscriptus est, episcopatum Laudunensem rexit a. 1155—1174. Vide eius epistolam, quacum 50 libras fratribus S. Nicolai transmittit, 'Mém.' XII, p. 70, nr. 35 (quae perperam a. 1173. scripta esse ibi dicitur). 6) A. 1123 1145. Cf. chartam donationis Absalonis 'Mém.' XII, p. 11, nr. 4. 7) Tornacensis de Mortagne. Cf. chartam Simonis episcopi, qua donationem Gualteri confirmat, datam a. 1137, 'Mém.' XII, p. 16 sqq., nr. 8. 8) Lia vitam activam, Rachel vitam contemplativam iuxta expositionem Gregorii Magni significant. Cf. Verg. Ecl. II, 1: *Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.*

baculum ei qui commendarat[1] in manus reddidit[2], licet ille, plurimum renitens[a], tante probitatis villicum vix vacare permiserit. Sed vide[b] humilitatem viri! ut[c] se nec dominationis[d] appetentem nec impacientem subiectionis ostenderet, regressus unde venerat[3], adhuc subesse non abhorruit et de magistro et magistro iterum atque iterum discipulus effectus est et discipulus in evum[e] permansit. Redde illi, Domine, mercedem laborum suorum, quos pro pusillo grege tuo multos valde sustinuit! Habe illum duplici honore dignum in civitate sancta tua, cuius civibus in terra aliena frequenter et dulciter de canticis Syon hymnum cantavit.

5. Post hunc[f] surrexit iudicare terram nostram ex nobis assumptus magister Gerardus de Mescines[g], vir plane, licet in ordine neophitus, fidelis tamen et prudens constitui super[h] (cf. Matth. 24,45.) familiam Domini sui. In diebus[i] eius gene[k] turturis nostri honestate et maturitate sancte (Cant. 1, 9.) conversationis plurimum decoris acceperunt, ordo et disciplina multo vigore, infirmorum, hospitum et pauperum cura multa dulcedine, rerum temporalium providentia et copia multa prosperitate cucurrerunt. In diebus eius mater nostra peperit filiam suam primogenitam, domum sancti Bartholomei Brugensis. In diebus eius etiam hec nostra Syon fortitudine induta est, (cf. Is. 52, 1.) comesque Flandrensis Theodericus positus est in ea murus, suscipiens eam cum (ib. 26, 1.) successoribus suis perpetua protectione tuendam[4]. In diebus eius communioni Arroasie[l] (1146) incorporati sumus[5], et facta est Samaria caput Ephraim. Decurrentibus itaque in hoc (Is. 7, 9.) statu ferme octo annis, reverentissimus pater Gerardus, agente sancte recordationis Eugenio (1148.) papa[6], in caput ordinis Arroasiam[l] translatus est[7] et regnavit illic; et prosperatum est in manibus eius multum reformare in brevi domum admodum deformatam; sed non perfecit omnia, quia tulit eum Dominus morte cita[m] nimis[8]. Qui[n] decedens successorem sibi (1151.) domnum Fulbertum, spiritalis vite virum, et voto designavit et verbo. Post cuius excessum cum exisset sermo iste inter fratres[9], et sollemnis ageretur electio, accersitus ad consilium eorum episcopus[10]: 'Consilio', inquit, 'meo alium non accipietis quam[o] quem vobis moriens assignavit, in quo Spiritus sanctus et loquebatur et erat'; nec fuit qui staret ex adverso. Hec paucis attigimus, ut, quante sanctitatis et auctoritatis pater Gerardus extiterit, monstraremus. Fac eum, Domine, de morte transire ad vitam! orna caput eius preciosa illa margarita, ad quam comparandam dedit omnia sua et se ipsum!

6. Transposito igitur, ut supra diximus, domno Gerardo[p] in Arroasiam[l], patres nostri (1148.) dompnum Robertum Arroasie[l] suppriorem sibi assumpserunt in patrem; de quo plurima laude conspicua, moribus ipsius exigentibus, propalaremus, nisi de[q] prolixitate fastidium legentibus inferre ambigeremus. Sane in diebus eius magnus ille Movinus sancte Tornacensis ecclesie primicerius[11], eius, de quo longe superius[12] sermo habitus est, Movini consanguineus, in gladio et arcu Dei de manu Amorrei tollitur, edificato apud nos hospitali[13], (cf. Gen. 48, 22.) omnia sua nobis pauperibusque largitur, et sic demum castris nostris insertus, a domno abbate Roberto[r] tunica paupertatis induitur; qua necdum per annum integrum gestata, superveniente die vocationis sue, et tunice et carnis indumento exuitur et in ostio capituli nostri 2. Idus Augusti sepulture traditur[s]. Quo die in memoriam eius per singulos (Aug. 12.)

a) retinens 2. b) inde 2. c) nec 2. d) donationis 2. e) eternum 2. f) hęc 2. g) c *eras.* 1; Mestines 2. h) supra 2. i) die 1. k) ecclesia nostra hon. . . . accepit *Vos ex Gueluy.* l) Aruwas. 2 *semper.* m) sita 2. n) Cui 2. o) quia 2. p) Fulberto *falso* 2. q) pr. in schede 2. r) *deest* 2. s) *h. l. desinit editio Galliae chr.*

1) Simoni episcopo Noviomensi et Tornacensi. 2) Cf. epist. S. Bernardi nr. 87, Opera ed. Mabillon I, p. 90, qua hic Ogerum reprehendit, quod abbatia se abdicaverit. Etiam Bernardi epistolae 88–90. ad Ogerum datae sunt. Qui post diem Apr. 14. a. 1139. abbatia se abdicavit, quo die privilegium Innocentii papae, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 7989, ad ipsum datum est. 3) In monasterium Montis S. Eligii. 4) Vide chartam Theoderici datam a. 1146, 'Mém.' XII, p. 23, nr. 11. 5) Iam Innocentius II. in privilegio a. 1139, Apr. 14. ad Ogerum abbatem dato, supra n. 2. laudato, 'Mém.' XII, p. 20, dicit: *Ordinem etiam beati Augustini iuxta consuetudinem Sancti Nicolai de Arida Gamantia* (Arrouaise) *. . vobis confirmamus.* Cf. J. Vos, 'Mém.' XI, p. 27. 6) In synodo Remensi a. 1148, Mart.; cf. Galteri Fund. mon. Arroasiensis c. 7, infra p. 1122. 7) Gerardus a. 1147, Maii 21. etiamtunc abbas S. Nicolai de Pratis erat, quo die Eugenii papae privilegium, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 9054, accepit. 8) A. 1151, Nov. 6; cf. Galteri Fund. Arroas. c. 8, infra p. 1122. 9) Arroasienses videlicet, ut patet, non S. Nicolai Tornacenses. Cf. Galteri Fund. mon. Arroasiensis c. 8, infra p. 1122. 10) Atrebatensis Godescalcus. 11) Praecentor ecclesiae cathedralis Tornacensis hic occurrit Hist. Torn. IV, 2, SS. XIV, p. 341 sq. 12) Cap. 2. 13) Vide chartam Roberti abbatis S. Nicolai de Pratis de hoc hospitali fundato, 'Mém.' XII, p. 34 sqq., nr. 16. 17.

annos refectio[a] aliquanto splendidior conventui ab elemosinario procuratur. Quod cum vir predictus in vita sua preordinare nec ammonitus fuerit nec animadverterit, venerandus pater et pastor noster G[erardus] Tornacensis episcopus[1] cum aliis religiosis personis quod vir tantus omiserat plene supplendum et censuit et monuit.

7. Reducamus in memoriam et alios quosdam ex hiis qui nos in vita[b] hac, qua ambulamus, precesserunt, cum signo fidei signoque beneficiorum caritatem, quam erga nos habuerunt, signatam nobis reliquerunt. Inveniant misericordiam a Domino in die illa venerandus ille senior et sacerdos Maingotus[2], qui in diebus suis multa bona opera operatus est nobis, qui largus in donis, in devotione largior, sepe infirmos nostros refrigeravit, qui et inter cetera usibus eorum [censum[c]] 3 solidorum in ebdomada assensu capituli perpetuo applicuit. Retribuat Dominus Nicolao de Blatun[d.3] denarium eterne beatitudinis, a quo accepimus deci-
1160. mam parrochie Wamicensis[e.4]. Vivant cum Domino in terra viventium Everardus, filius Wicardi[f], et veneranda uxor eius Ermengardis[g], qui nobis 14 bonaria[h] terre marlate[5] contulerunt. Benedictus a Domino Iohannes de Salines[i], qui in vita sua multis annis sine intermissione altari, ter in anno conventui, scilicet in die natalis, pasche et pentecostes, vinum procuravit et in testamento[6], quod vivens disposuit, moriens confirmavit, prefatum trine refectionis vinum[k], assignato in hoc ipsum reddito perpetuo, dandum instituit. Longe
Gen. 49, 25. fiat ab introitu abissi iacentis deorsum os abissi Thomas amicus noster, frater eiusdem Iohannis, qui suscepit de manu fratris sui vinum calicis perpetuo procurare, assignans ad hoc et ad reliquos usus altaris domum unam tria hospicia continentem. Instituit insuper et nobis in anniversario die transmigrationis sue refectionem 30 solidorum[7], quorum solidorum 20 accipiendos super[l] domum Galtheri[m] Rufi, que[n] in suburbio civitatis in vico Sancti Medardi sita est[o], assignavit, reliquos vero decem super[l] duos bonarios terre apud Boccenies[p.8], quos ipse ex proprio marlavit. Hanc beatam sacre devotionis elemosinam, sacrandi scilicet vini largitionem, devotissima soror nostra, mater eorum Ogiva multis ante eos temporibus exibuit et moriens eiusdem procurationis sumptus tribus bone terre bonariis, quos ante dederat, superposuit[q]. Inebriet eam et filios eius quam preclarus ille calix vini novi, quod in regno suo bibit Iesus[r] cum amicis suis! Impleat Dominus divitiis salutis, sapientia et scientia faciatque docibiles suos magistrum Symonem capellanum et magistrum Guillelmum de Sancto Martino[9], quorum prior post suum filiique sui decessum quicquid habitationis sue ambitu continetur nobis absolute contradidit, interim censu quinque solidorum annuatim a nobis redimendum; sequens[10] eque post decessum suum largitus est nobis redditum quadraginta solidorum, sic distinguens vota sua, ut triginta ex iis cedant in luminare ecclesie, decem in refectione fratrum anniversario ipsius die[11]. Reimburgis[s] d'Orchies, vidua non minus octoginta annorum, plus nobis marcarum prebuit quam ipsa annorum habuit, insuper et conventui vinum in ascensione Domini perpetuo dare apposuit. Recipiatur in eterna tabernacula una cum bona illa sorore Warburge, que preter variam supellectilem[t] contulit nobis domum unam in quatuor fructuosas mansiones dispertitam. Iam vero ad faciendam eius, quem adhuc presentem tenemus, magni amici nostri Godessonis memoriam ratio et tempus invitat, quem idcirco in calce memorialis nostri ponimus, ut tenacius memorie imprimatur, cuius commendatio in fine sermonis agitur. Cuius beneficia quo

a) refectorio 2. b) via 2. c) *supplevi, deest* 1. 2. d) Blaton 2. e) Wamitensis 1; Waniensis 2. f) Wic̄ 1; Witardi 2. g) Erm̄ḡ 1; Emeng. 2. h) *sic* 2; bon̄ 1. i) Salinnes 2. k) vivum 2. l) supra 2. m) Galteri 2. n) q̃ (quam) 1. o) *deest* 1. p) Bocenies 2. q) supposuit 2. r) Christus 2. s) Rimburgis 2. t) superl. 2.

1) A. 1149—1166. 2) Cf. Necrol. S. Medardi, 'Mém.' XI, p. 403: 2. *Id. Oct. Obiit Maingotus sacerdos et canonicus noster, pitantia* 60 *solidorum.* Sed hic falso canonicus S. Nicolai vocatus esse videtur. 3) Blaton (cant. Péruwelz). 4) Wasmes (cant. Péruwelz). Cf. chartas Nicolai episcopi Cameracensis et Everardi de Mortagne, quibus haec donatio confirmatur, datas a. 1160, 'Mém.' XII, p. 44 sqq., nr. 21. 22; p. 68 sq., nr. 34. 5) Francogall. olim 'marle' (nunc 'marne') nobis est 'mergel'. 6) Non exstat; cf. Necrol. l. l. p. 378: *Kal. Iul. Iohannes de Salines conversus noster, pitantia.* 7) Falso in Necrol. l. l. p. 394. scriptum esse videtur (2. Id. Sept.): *Obiit Thomas de Salines, sacerdos et canonicus noster, pitantia* 30 *solidorum.* Nam, ut hoc loco dicitur, Thomas amicus fratrum S. Nicolai, non frater eorum fuit. In chartis a. 1167. et 1182, 'Mém.' XII, p. 60. 92, nr. 29. 46, Thomas de Salines presbyter inter canonicos S. Mariae subscripsit, sed hic alienus est ab hoc loco memorato Thoma, iam mortuo, cum hic libellus conscribebatur. 8) Bouchenies vicus prope Wasmes. 9) Sic dictus de vico S. Martini Tornacensi, in quo mansiones possedit. 10) Guillelmus. 11) Cf. chartam eius, 'Mèm.' XII, p. 55 sq., nr. 28.

numero, pondere vel mensura taxare debeamus, non satis certi sumus, pro eo quod multa iam dedit et adhuc ad minus anniversarium suum solemni refectione festivum[a] per singulos annos reddere disponit[1]. Nullatenus tamen ambigendum, quod, si data et promissa in unam summam congerantur, ad ducentas libras ascendere, immo et transcendere inconcussa[b] certitudine asserantur. Corde igitur et voce simul fidelissimum illum centupli et vite eterne promissorem, immo redditorem deprecemur, quatinus pro isto duplici centenario, immo pro eius innumerabili bonitate amicus noster ab illa duplici contritione impiorum liberatus et stole duplicis gloria perornatus epuletur et exultet in conspectu Dei in eternum et in seculum seculi cum omnibus amicis et benefactoribus nostris viventibus atque defunctis! Amen[c].

a) festinum 2; festinus *Vos ex Guelny*. b) in conculsa 2. c) *deest* 2.

FUNDATIO MONASTERII ARROASIENSIS AUCTORE GALTERO ABBATE.

Inter a. 1180—1193. *Galterus abbas Arroasiensis*[2], *abbatiae matris illius ordinis, qui ab ea regulam et nomen traxit, in confinio Flandrensis et Viromandensis comitatuum, in dioecesi Atrebatensi, haud procul a Bapaume oppido olim sitae, chartularium abbatiae suae conscripsit, cui praemisit libellum, quo enarravit* de tempore fundationis et meritis fundatorum huius ecclesiae quae a maioribus veraci relatione *didicit*, sub quibus etiam praesulibus et pastoribus sive patronis domus ista usque ad haec tempora nostra viguerit[3], *narrationem haud levis momenti, omni fide dignam, multis accuratissimis temporum annotationibus insignem, ad suam electionem usque (a.* 1180*) protrahens. Quem libellum propter argumentum ab auctore indicatum inter fundationum relationes exhibere visum est, licet fundationis narrationem brevis historia abbatiae usque ad a.* 1180. *sequatur.*

Huic narrationi brevis continuatio a. 1180—1200. *subiecta est, qua post abbatum successiones id potissimum exponitur, quibus miseriis Robertus abbas (a.* 1197—1200*) coactus sit, ut aliquas possessiones monasterii venumdaret. Hanc continuationem ab ipso Roberto abbate abbatia abdicata conscriptam esse Gosse recte procul dubio coniecit. Nam licet auctor hoc non aperte professus sit, tamen satis evidenter indicavit, cum dixerit illos de capitulo in venditione praediorum testes et procuratores fuisse,* quos in seculi negotiis magis exercitatos . . . credidimus, *porro cum scripserit:* litteras capituli rem sicut extiterat referentes accepimus, ut, si futuris temporibus . . . super relatis traheremur in querelam, haberemus munimentum, cui possemus fideliter adherere, *sequente charta, qua prior et conventus Arroasiensis testantur suo consensu et sua voluntate Robertum abbatem praedia vendidisse et pecuniarum solutarum rationem plenam reddidisse; unde haec ab ipso Roberto scripta esse apparet*[4].

1) In charta Roberti abbatis a. 1167. pro hoc Godessone data iam haec verba leguntur, 'Mém.' XII, p. 58, nr. 29: *Notum vobis facimus, quod quidam sacerdos, amicus et benefactor noster, Godesso nomine inter cetera que nobis contulit beneficia etiam celebrare anniversario decessus sui die nobis providit refectionem.* 2) Ut ipse c. 11. profitetur: *Ego Galterus*, inquiens, *Cameracensis genere*, qui iam anno aetatis suae 25. abbatiam adeptus est, iam puer octennis monasterio Arroasiensi traditus et conversus erat; cf. Continuationis initium. 3) Vide prologi partem extremam. 4) Alio loco: *quibus auxiliis*, inquit, *id fecerit* (Robertus abbas), *imo id fecerimus*.

Ubi chartularium Galteri nunc servetur vel num adhuc servatus sit, indagare non potuimus[1], *quare editionem, quam satis bene sane Gosse prior Arroasiensis in libro suo 'Histoire de l'abbaye et de l'ancienne congrégation des chanoines réguliers d'Arrouaise' (Lille* 1786*) p.* 533—549. *paravit, repetere oportuit*[2]. *Initium (prologum et cap.* 1—6*) aliquatenus immutatum breviatumque ac deformatum ex alio recentiore codice iam Bollandus, Acta SS. Ian. I, p.* 831—833. *ediderat.* *O. H.-E.*

cf. Iob 10,20. Quoniam paucitas dierum hominum finitur brevi[3], et quasi militia est vita hominis super terram, in huius mundi campo pugnantium per[a] temporum successiones gesta fortia et preclara penitus ignorantur et pro brevitate temporis et facili eius transitu, quo nichil excurrit velocius, elabuntur, nisi tenacibus exarata litteris ad posterorum memoriam alicuius industria transferantur. Cum enim iuxta illud poeticum[4] etas omnia ferat, et procaciter insistens transeuntibus oblivio quicquid apud homines agitur ventre sue capacitatis absorbeat, sola viriliter ei se opponens et adversus eam quicquid habet virium exerens, felicem memoriam scriptura perpetuat, et ne quid elabi possit, obtinens, quicquid transierit, supervenientibus generationibus, quasi presens sit, iugiter representat. Huius igitur rationis intuitu religiosi et Deo dediti viri, qui mundum et ea que in mundo sunt pro Christi nomine relinquentes et quicquid possederunt commune facientes, crucifixum Dominum, crucem suam post ipsum baiulando, sequuntur, temporalia cuncta non in affectu, sed in usu necessitatis habentes, ea que ad suas suorumque necessitates sufficere possint admittere solent. Et ne a contemplationis arce et optima parte Marie nec puncto temporis disturbentur, Marthe sollicitudinem quibusdam de suis delegare student, quia, cum Rachelis amplexibus affectuosius delectentur, solam in Lia oculorum lippitudinem, non autem fecunditatem Ioh. 15,19 ventris abhorrent. Sed quia Christum audiunt persepe loquentem: *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret; nunc autem quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus,* a mundi filiis in possessione dumtaxat temporalium, que de mundo habent et mundi sunt, persecutionem continuam patiuntur. Ad quorum reprimendam instantiam ea que possederint litterarum astipulatione servare et, ne processu temporis elabantur, ad posterorum memoriam transferre nituntur. Ad exerendum etiam spiritalem gladium adversus eos, qui super hiis que de munificentia regum et principum vel oblationibus fidelium possident ipsos impetierint, Christi vicarios adsciscunt et ad confirmationem sibi collatorum tam summorum quam dyocesanorum pontificum litteralibus instrumentis, bulla vel sigillo ornatis, se muniunt. Sed quia tam conferentium quam confirmantium tot sunt privilegia quot[b] elemosine, non ab re visum est quibusdam ecclesiarum prelatis in unum corpus cuncta redigere, ne, dum feruntur, exploduntur, leguntur, instrumenta vel sigilla rumpantur, et ut legentes, dum in unum omnia collecta perspexerint, quid cui negotio conveniat, quomodo collatis confirmatio respondeat, facilius agnoscere et tenacius retinere possint. Horum igitur provocatus exemplis, ego omnium ministrorum ecclesie minimus, fratrum Arroasiensium servus indignus, cuncta que apud nos scripta erant ad possessiones huius ecclesie pertinentia sub uno corpore colligere studui et, ut facilius invenias quid volueris, ipsum corpus per singula capitula distinguere et distincta cum suis numeris in principio huius operis affigere dignum duxi. Libet autem in hac prefaciuncula paululum evagari et de tempore fundationis et meritis fundatorum huius ecclesie que a maioribus nostris veraci relatione didici rationem reddere, sub quibus etiam presulibus et pastoribus sive patronis domus ista usque ad hec tempora nostra viguerit, futurorum memorie commendare.

1. Hic itaque locus super stratam publicam constitutus, in silva que dicitur Arida-Gamantia situs — que quidem silva a castro quod Encra[5] dicitur usque ad fluvium Sambre tunc temporis continua protendebatur —, olim spelunca latronum fuerat, unde et hunc quidam Truncum-Berengarii ab eiusdem nominis latronum principe vulgo denominant, pro eo

a) pro tempore *G.* b) quod *G.*

1) V. Cl. A. Molinier, qui nobis petentibus in hoc inquisivit, nihil de hoc codice comperit. 2) Capitum divisionem instituimus. 3) Iisdem verbis incipit Fund. S. Nicolai Tornac., supra p. 1113. edita, quam Galterus legisse potest. 4) Verg. Ecl. IX, 52. 5) Albert, olim dictum Ancre, ad fl. L'Ancre.

quod post mortem eius solitos esse ferunt satellites illius trunco, quem cavaverant, captos a se quoslibet presentare; infra quod quidam ex ipsis quasi idem Berengarius loquens, summam captivis redemptionis imponebat, quam nulli minuere vel mutare liceret. Sed et in historia passionis sanctorum Luglii et Lugliani Hibernensium[1], quorum corpora apud castrum quod Mons-Desiderii[2] dicitur in ecclesia venerantur, perspicue scriptum legitur, quod idem sancti per has regiones transeuntes per manus impiorum, predicti videlicet Berengarii et fratrum suorum Bovonis et Hescelini et eorum complicum, fuerunt martyrio coronati. Sed quia hoc scelus in pago Teruanensi fuisse asseritur[a] perpetratum, luce clarius apparet eosdem impios non in hoc tantum loco, sed et in finitimis circumquaque locis et maxime per stratas publicas longe lateque discurrentes, quamdiu licuit, suam exercuisse et protelasse malitiam.

2. Post multos itaque decursi temporis annos in hoc adhuc loco latrociniis et insidiis pleno, in episcopatu Cameracensi et confinio Flandrensis et Viromandensis comitatus, circa annum dominice incarnationis 1090[3], ut certius comperire potuimus, in Trinitatis nomine 1090.
congregati heremite tres, ut, ubi habundavit delictum, superhabundaret et gratia, cellam Rom. 5,20.
sibi ad serviendum Domino statuunt oratoriumque in honore sancte Trinitatis et sancti Nicolai pontificis, cuius ex recenti translatione crebra tunc per orbem divulgabantur miracula[4], construunt, tectumque eius et parietes miricis et foliis sive ramusculis claudunt et contegunt. Horum primus Heldemarus nomine, Tornacensis genere, alter vero nomine Cono, gente Teutonicus, ambo sanctitate prestantes, officio presbiteri, professione canonici, cum fratre Rogero laico, de proxima villula Tranloi[5] nato, religionis hic canonice fundamenta iaciunt, et non timentes latronum insidias, quia iustus ut leo confidit, omnes etiam Prov. 28,1.
transeuntes sua fide et innocentia, sed et corporali presentia securos inter insidias reddunt[6]. Hos duos, Heldemarum videlicet et Cononem, in Anglia, ad quam eos studendi cura traxerat, ferunt canonice professionis habitum suscepisse et sub rege Anglorum Willelmo et regina Matilde religiosissima capellanie ipsorum officium tenuisse, sed cum regum mollia contempsissent, dum, valedicto Anglis, suffragia sanctorum devotionis gratia vellent invisere, predicto laico hic invento, qui sepe solus hanc inhabitabat heremum, ex desiderio grate solitudinis, quam diu concupierant, adhesisse. Quorum prior, Heldemarus etate et merito qualis ac quantus fuerit, quomodo pauper spiritu et innocens actu temporalia cuncta contempserit parumque vel nichil terrenum possederit vel possidendum hic adquirere voluerit, quomodo etiam signis miraculorum, ut ferunt, et in vita et post mortem claruerit, quomodo prioratum canonicorum Viromandensis ecclesie sibi oblatum refutaverit, quia hec proprium expetunt libellum, malui reticere quam summatim tangens, pro eo quod ad alia vocor, pauca aut non digna tanto viro dicere.

3. Eodem sane tempore gravi scismate laborabat ecclesia, dum summus pontifex Urbanus predecessoris sui Gregorii septimi, qui laicos omnes personas ecclesiasticas per anulum et baculum investientes excommunicaverat, decreta servaret et per totam Latinitatem firmiter observari preciperet. Et quia dolente capite solent et cetera membra dolere, ipsa quoque Cameracensis ecclesia, defuncto Gerardo episcopo suo, per duos, Walcherum 1092.
scilicet et Manassen, qui de episcopatu contendebant, graviter usque ad cedes et homicidia disturbatur. Hinc vero occasione reperta, Attrebatenses clerici, favente sibi Widone Remorum archiepiscopo et Francorum rege Philippo, summum pontificem Urbanum adeunt, et per eius manum, Cameraco tacente, quendam Lambertum Gisnensem anno Domini 1093. 1093.
episcopum sibi ordinari faciunt; et ecclesia sua a dominio Cameracensis exempta, cum sue libertatis privilegiis suo deinceps episcopo gaudere ceperunt. Unde et parrochiis episcopatus utriusque decisis, Rochenias[7] huius loci matrem ecclesiam infra terminos Attrebatensium contigit remanere.

a) asserit *G.*

1) Acta SS. Oct. X, p. 120 sq. 2) Montdidier. 3) Is annus hoc disticho (quod in chartulario Arroasiensi exstat; Gosse p. 11) expressus:
Anno milleno Domini deciesque noveno
Norma Berengarii-Trunco nova coepit haberi.
BOLL. 4) Anno 1037. corpus s. Nicolai Barium Apuliae allatum est, ut 9. Maii dicemus. BOLL. 5) Le Transloy (cant. Bapaume). 6) Cf. chartam Lamberti episcopi infra p. 1120, n. 3. laudatam: *in parrochia . . . Rochenias locum vobis ad serviendum Deo elegistis, qui sicut aliquando fugiendus velut spelunca latronum fuit, nunc per Dei visitationem et tuam et fratrum tecum habitantium factus est refugium et solatium ibi transeuntium.* 7) Rocquigny prope Arrouaise (cant. Bertincourt).

4. Episcopante igitur Attrebati Lamberto[1], sancte memorie Heldemarus a quodam
nominetenus clerico, qui se cum eis Deo serviturum simulaverat, interfecto prius ab ipso
innocente Rogero laico, letaliter vulneratur. Ipsi tamen homicide plene indulgens et pro
eo Dominum rogans, immo et osculum, si presens esset, offerre cupiens, nunquam postea
1097? Ian. 13. curatus ad plenum, infra annum tanquam martyr emeritus Idibus Ianuarii hominem exuens,
ad meliora transfertur[2].

5. Cuius meriti et loci successor et heres Cono in brevi socios sibi paucos, sed reli-
gione preditos aggregat et, dum religione et probitate preminet[a] universis, illustrium et pro-
borum sibi hominum amorem mentesque conciliat. Unde et a predicto Lamberto Attrebatensi
1097. episcopo tota illi parrochia de Rocheniis possidenda in perpetuum cum libertatis privilegio[3]
anno Christi 1097. condonatur, et multa iuxta hunc locum a castellano et liberis Peronen-
sibus predia conferuntur. Locus etiam qui Margellas dicitur cum aquis[b] et adiacentibus
pascuis ei ab Odone domino Hamensi[4] confertur, et oratorium ibidem construere a Baldrico
1096. Noviomensi episcopo petenti conceditur. Ipso tempore ab Urbano papa Claro-monte con-
cilium celebratur, et ad liberandam Syriam a paganorum incursibus ubique terrarum fideles
catholici per eiusdem pape industriam concitantur. Et non solum a Iherosolima et fere
tota Syria, sed et ab Antiochia et multis aliis locis gentiles expelluntur, et christiani pro
1099. eis, Deo propter ipsos pugnante signis evidentibus, anno Domini 1099. feliciter admit-
tuntur. Igitur everso priore ligneo oratorio, per venerabilis Cononis industriam ecclesia
in hoc loco lapidea construitur et a Godefrido Ambianensi et Iohanne Teruanensi episcopis
1106. Sept. 23. anno domini Christi 1106, 9. Kal. Octobris permissu et rogatu Lamberti Attrebatensis epi-
scopi dedicatur. Quem videlicet Cononem cum monachi Sancti Quintini de Monte super
cymiterio suo graviter impeterent et ab alodiis suis, que utrisque[c] communia et indivisa tunc
erant, penitus disturbare vellent, proborum hominum, qui forte tunc aderant, auxilio fretus
et consilio, ad sedem eos apostolicam appellat; et commissa cura paupercule sue domus
evocato ad se familiari suo Richero, genere Teruanensi, priori[d] de Liches[5], dominum papam
1107. Paschalem, qui Urbano successerat, Trechis repertum, super emancipatione sui cymiterii
sollicitat, et quod petit impetrat et confirmat. Revertensque cum privilegio apostolico[6] et
cymiterii sui libertate de mandato summi pontificis a monachis impetrata, predictum Riche-
rum, virum discretum et strenuum, tam sua prece quam et precepto domini pape, quod
propter hoc secum detulerat, Liscensibus ex toto renuntiare et Arroasiensibus preesse con-
stituit. Et parvo tempore elapso, ordinatis hic omnibus, ad summum pontificem, qui eum
ad se redire preceperat, Romam recucurrit. Quem summus pontifex secum retentum et
tam vite merito quam doctrine satis approbatum in Prenestina civitate de consilio fratrum
collateralem sibi et cardinalem ordinavit episcopum; et post hec etiam pre ceteris cardina-
libus ab eo eligitur, ut fiat legatus sedis apostolice per provincias Galliarum.

6. Hic ad nos manum adhuc incorruptam sancti Savini martyris atque pontificis et
1112. multorum sanctorum reliquias de concessione predicti pape anno Domini 1112. transmit-
tere studuit*. Et post hec legatus ad nos veniens, super sepulchrum domni Heldemari,
magistri sui, oratorium construi fecit, et ipse illud, vestimentis sacerdotalibus et leviticis
ibidem oblatis, in honore sancte Marie Magdalene consecravit. Altare etiam de Buscoi[7],

1112. Maii 15. *) *Ex martyrologio Arroasiensi Gosse p. 23. haec affert, quae Bollandus p. 834. aliquatenus immutata edidit:* Nonis Maii allatae sunt reliquiae beatorum martyrum Sebastiani, Hippolyti sociorumque eius, Quatuor coronatorum, Felicissimi, Agapiti, Caeciliae virginis et Iulittae, sepulchri Domini et praesepii in Arida-Gamantia manu domini Paschalis papae secundi et domni Cononis episcopi Praenestinae civitatis anno Christi millesimo centesimo duodecimo.

a) preeminet *G.*; praeminens esset *Boll.* b) aqua *G.* c) utriusque *G.* d) priore *G.*

1) A. 1093—1115. 2) Bollandus et Gosse p. 13. hoc eius epitaphium afferunt:

Quem tegit iste lapis, nostri decus extitit orbis,
Martha labore gregi, mente Maria sibi,
Mente vigens actuque potens signisque refulgens,
Infima despiciens solaque summa petens.
Haec Heldemarus loca fundans, ipsa salubri,
Arida quae fuerant, rorifer imbre rigat.
Furis hic impuri transfossus tempora ferro,
Martyr martyrii praemia consequitur.
Idibus huic Iani vitam sine fine, quietem
Absque labore, diem dat sine nocte Deus.
Sancte Heldemare presbyter eremita ora pro nobis!

A. 1716. corpus eius inventum est cum capite vulnerato, hoc epitaphio adscripto: *Hic iacet Heldemarus, huius loci fundator*, ut Gosse p. 14. narrat. 3) Dato a. 1097, Oct. 21; Gosse p. 413 sqq. 4) Ham ad fl. Somme. 5) Licques (arr. Boulogne, cant. Guines). 6) Dato a. 1107, Maii 21; v. Pflugk-Harttung, Acta pont. ined. I, p. 90 sq.; Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6136. 7) Bucquoy (arr. Arras, cant. Croisilles).

quod sibi prius tantummodo commodatum fuerat, a domino Lamberto episcopo domno
Richero et fratribus donari in perpetuum impetravit. Et hinc rediens, convocatis Remensi[1],
Senonensi[a, 2] et Bituricensi[3] metropolitanis et suffraganeis eorum episcopis, civitate Belvaco
generale concilium anno Domini 1115.[4] celebravit. Quo anno dominus Lambertus Attreba- 1114.
tensis episcopus 17. Kal. Iunii defungitur, et Robertus, genere Attrebatensis, loco eius sub- 1115. Maii 16.
stituitur. Huius temporibus, cum ab eo impetrasset altare de Goi[5], Richerus abbas noster 1116.
dictus, pro humilitate tamen sine benedictione abbatiali usque in finem vite permanens,
strenue amministrato officio, et quibusdam possessionibus et multis fratribus congregatis,
anno Domini 1121, 8. Idus Maii viam universe carnis ingreditur. Post quem Gervasius, 1121. Maii 8.
Boloniensis genere, vir benignitate precipuus, caritate et misericordia summus, electione
fratrum et episcopali benedictione primus apud nos abbatizare cepit. Cuius tempore vene-
rabilis Cono, expleta legatione, qua in Iherosolymam et per totam Syriam sub Calixto vel
Honorio summis presulibus functus fuerat, reversus ad propria, Prenestem civitatem sedis
sue, spiritu suo ad Deum, qui eum dederat, evocato, 5. Idus Augusti sui gleba corporis 1123. Aug. 9.
honoravit.

7. Abbas vero Gervasius de die in diem magis magisque proficiens et fere omnes utriusque sexus qui ad Deum[b] converti volebant admittens, cum religiosos valde fratres, quos invenerat vel quos ipse creaverat, secum haberet, et unusquisque se in anteriora extendens, ad maiora semper aspirare contenderet, de consilio sancte memorie Bernardi Clare-vallis abbatis et multarum honestarum personarum, que tunc temporis habundabant, esum carnium et sanguinis suis fratribus interdicit; usum quoque laneorum ad carnem, laborem manuum et perpetuum silentium et multa alia, que ordo nunc exigit, constanter indicit. Unde accidit, ut a multis usquequaque requisitus, per diversa loca cenobia construeret et religiosos quosque de suis fratribus ad plantandam ibi religionem nostram transmitteret, nonnulli etiam canonicorum de aliis ordinibus, ordini suo valedicentes, nostrum tamquam districtiorem suscipere et profiteri contenderent. Itaque infra breve tempus, excepta vicina Flandria, ipsa quoque Anglia, Scotia, Burgundia et apud externas gentes Polonia[6] de fratribus nostris novellas plantationes sponte suscipiunt*, et prelati earum ob unitatem servandam et corrigendum, si quid in ordine excesserint, ad generale capitulum semel in anno apud Arroasiensem ecclesiam, matrem suam, venire consentiunt. Sancte quoque memorie Malachias Hiberniensium[7] archiepiscopus per nos iter faciens, inspectis consuetudinibus nostris et approbatis, libros nostros et usus ecclesie transcriptos

*) *Ex Galteri chartulario Gosse p. 39. affert seriem abbatum Arroasiensi subditorum:*

Abbas Sancte Marie de Hinniaco[8].
Abbas Sancte Marie de Nemore[9].
Abbas Sancte Marie de Bolonia.
Abbas Sancti Crispini de Cavea[10].
Abbas de Calniaco[11].
Abbas Sancti Ulmari Boloniensis.
Abbas de Cisonio[12].
Abbas Sancti Leodegarii[13].
Abbas de Tornaco[14].
Abbas de Mareolo[15].
Abbas de Bello-loco[16].
Abbas de Claro-fageto[17].
Abbas de Cheoches[18].
Abbas de Warnestuen[19].
Abbas de Senebecca[20].
Abbas de Castellione[21].
Abbas de Castriciis[22].
Abbas de Dudevilla[23].
Abbas de Valencenis[24].
Abbas de Phalempin[25].
Abbas de Brugis[26].
Abbas de Alteriaco[27].
Abbas de Bella-valle[28].

a) Sesonensi *G.* b) eum *G.*

1) Radulfo. 2) Daimberto. 3) Leudegario. 4) Immo a. 1114, Dec. 6. 5) Gouy-en-Artois (arr. Arras). Charta data est a. 1116, Sept. 4; Gosse p. 27. 6) Wratislaviae scilicet coenobium ordinis Arroasiensis conditum est. 7) Armachanus, cuius Vitam s. Bernardus conscripsit. 8) Hénin-Liétard (dép. Pas-de-Calais). 9) Ruisseauville (Ste.-Marie-au-Bois; dép. Pas-de-Calais). 10) St.-Crépin-en-Chaie in suburbio Suessionensi. 11) Chauny (St.-Eloi-de-Fontaine; dép. Aisne). 12) Cysoing (dép. Nord). 13) Suessionensis. 14) S. Nicolai de Pratis. 15) Maroeuil prope Arras. 16) Beaulieu-lez-Dinant (dioec. Boulogne). 17) Clairfay (dioec. Amiens). 18) Chocques (dép. Pas-de-Calais). 19) Warneton in Flandria occidentali. 20) Zonnebeke prope Ypern. 21) Châtillon-sur-Seine (dép. Côte d'Or). 22) Châtrices ad fl. Aisne (dép. Marne). 23) Doudeauville (arr. Boulogne). 24) S. Iohannis. 25) Phalempin (dép. Nord). 26) S. Bartholomaei. 27) Autrey (arr. Epinal). 28) Soetendaele in insula Walcheren.

secum in Hiberniam detulit et fere omnes clericos in episcopalibus sedibus et in multis aliis locis per Hiberniam constitutos ordinem nostrum et habitum et maxime divinum in ecclesia officium suscipere et observare precepit. Cum igitur abbas Gervasius fere omnes abbatias nostri ordinis et omnes curtes nostras et grangias multorum fidelium gratia et voluntate plantasset et quasdam nichilominus possessiones oblatas suscipere renuisset, 1147. tandem pertesus laboris Marthe, renuntians anno dominice incarnationis 1147, amministrationis vero sue 25. iam exacto, curam suam in manus Alvisi Attrebatensis episcopi, qui Roberto successerat[1], reddidit sicque sibi soli vacare cepit. Quo desolati, fratres Arroasie domnum Balduinum Castellionis abbatem, mox[2] futurum Noviomensem episcopum, sibi eligunt in pastorem; sed obsistente domno Bernardo Clare-vallis abbate et illum retinente, nichil proficiunt. Post hunc domnum Anselmum abbatem Cysoniensem nichilominus eligunt, sed et ipsum dum obloquendo, fugiendo inexorabilem inveniunt, de mandato domini 1148. pape Eugenii, qui tunc Remis concilium celebrabat[3], electioni renuntiare promittunt. Nimirum annus erat, quo christianorum exercitus de Gallia et Germania congregati de mandato domini pape Eugenii et consilio Bernardi abbatis sepulchrum Domini et loca transmarina petere ceperunt, ex quibus tamen occulto Dei iudicio multi fame et gladio perierunt; qui autem mortem evadere potuerunt, victi et spoliati, infecto negotio, ad propria reversi sunt. Cum quibus et duo venerabiles viri Alvisus Attrebatensis et Symon Noviomensis episcopi, ambo viri consilii perfecti, in ipsa via debitum ambo mortis exsolverunt; quorum loco Godescalcus abbas de Monte Sancti Martini[4], genere Brabantensis, Attrebati, et predictus Balduinus Castellionis de ordine nostro abbas, Boloniensis genere, Noviomi, ambo litterati, ambo episcopaliter imperare ceperunt, religiosi nimis.

8. Cum itaque post Gervasium per 5 fere menses achephala nostra mansisset ecclesia, demum respexit eam Dominus et dedit eis pastorem domnum Gerardum, Flandrensem genere, Sancti Nicolai Tornacensis abbatem[5], virum in divinis et humanis rebus valde strenuum, nisi quod, peccatis nostris exigentibus, cito de terra abstulit illum Deus. Qui cum in hac ecclesia, quam ere alieno graviter laborare reppererat, debita exsolvisset et dormitorium canonicorum a fundamentis edificare cepisset, anno Domini 1151. in confessione 1151. Nov. 6. nominis Christi 8. Idus Novembris devotus obiit, et successorem sibi domnum Fulbertum, gente Anglicum, sed vita angelicum, quem ipse vivens designaverat, bonus optimum dereliquit. Hic humilitate et patientia cunctis prestantior, solo nomine prelatus erat ceteris, quia vilem se reputans et humilem, subiciebatur quantum in se erat iugiter universis. Hic cum persecutionem tam in exterioribus causis a monachis de Cercamp[6] et multis aliis quam in interioribus ab ipsis sui ordinis abbatibus, qui commoti adversus eum per duos annos capitulum extra Arroasiam tenuerunt[7], et postea ab ipsis suis fratribus iniuste pertulisset et bis Romanam cum magno labore curiam visitasset, soliditas tamen mentis eius temptari quidem, sed concuti non potuit. Demum vero, cum de multis tribulationibus eripuisset eum Dominus, et tam in exterioribus quam in interioribus ad votum ei omnia responderent, anno Domini 1161. 1161. pastorali cure in annuali capitulo cedere studuit et, domno Balduino Noviomensi episcopo et ceteris omnibus obloquentibus et resistentibus, Marthe valedicens, ad pedes domini Iesu cum Maria ultro resedit.

9. Post hunc aureis seculis apud nos decurrentibus vere ferrea successerunt; inter que domnus Lambertus abbas Sancti Iohannis de Valencenis, Lotharingus genere, vir litteratus et honestus, apud nos eligitur; sed in exterioribus negotiis minus providus, post 1172. 11 fere annos fasce deposito, anno Domini 1172. de prelato sponte subicitur. Sub hoc, in ipsius primordiis dominus Godescalcus Attrebatensis episcopus orbatus luminibus, Andree 1161. abbati de Sarnai[8], genere Parisiensi, viro multa simplicitate referto, relinquens episcopa- 1170. tum, ecclesiam sancti Martini Laudunensis, ubi prius professus fuerat, repetiit, ibique in Aug. 7. dolore corporis et angustia supervivens, anno Christi 1170. obiit. Post quem et Andreas, 1171. Aug. 7. successor eius, sequenti anno, scilicet 1171, ipso eodemque die, scilicet 7. Idus Augusti, hominem exuens, Robertum, Carnotensem genere, prepositum Ariensem, in electionis dumtaxat titulo habuit successorem. Ipsius etiam Lamberti temporibus predictus vir venerabilis Fulbertus in pristina humilitate et sub eius obedientia consummatus, anno Domini

1) A. 1131. 2) A. 1148. 3) A. 1148, Mart. 21. 4) Mont-St.-Martin dioec. Cameracensis. 5) Cf. Fund. S. Nicolai c. 5, supra p. 1115. 6) Dioec. Ambianensis. 7) Apud Ariam, ab abbate Hiniacensi eo convocati; cf. Gosse p. 83 sqq. 8) Vaux-de-Cernay (dép. Seine-et-Oise).

1166, 6. Nonas Octobris ad meliora transfertur, et post eum domnus Gervasius in episco- 1166. Oct. 2.
pali benedictione, ut prediximus, huius ecclesie abbas primus, similiter anno Domini 1171. 1171. Sept. 18.
plenus dierum et iam etate deficiens 14. Kal. Octobris ad patres suos apponitur.

10. Predicto itaque Lamberto subrogatur Everardus, Boloniensis genere, abbas Sancte 1173.
Marie de Nemore, vir etate et animi severitate maturus, qui post quatuor annos, cum quorundam animos fratrum adversum se commotos presentiret, reddita cura sua, anno Domini
1177, relictis illis, abiit, et apud Calniacenses aliquamdiu commoratus, tandem monasterio 1177.
Ursicampi[1] Cysterciensi se regule mancipavit. Ipso autem adhuc regnante super nos, predictus Robertus de electione Attrebatensi ad Cameracensem convolans, illic post modicum 1174.
electionis et vite finem peremptus[2] accepit. Loco cuius Attrebati pontificalem cathedram Frumaldus archidiaconus, genere Flandrensis, excepit.

11. Post Everardum de claustro Arroasie domnus Iacobus, Hamensis genere, vir elo- 1177.
quentia conspicuus et psalmorum assiduitate devotus, eligitur. Sed secundo sue amministrationis anno, postquam a Lateranensi concilio[a] sub Alexandro papa habito[3] Roma 1179.
rediit, coram positis fratribus anno Domini 1179, 5. Idus Ianuarii sompnum mortis excepit. 1180. Ian. 9.
Post hunc ego Galterus, Cameracensis genere, novissimus omnium sacerdotum, anno etatis
mee 25, Idibus Ianuarii, peccatis meis exigentibus, divinum incurri iudicium, dum super Ian. 13.
sedem sanctorum patrum tantillus puer tantusque peccator omniumque peripsema, occulto Dei me trahente iudicio, sedere compulsus sum. Sed de hiis actenus[b].

CONTINUATIO AUCTORE ROBERTO ABBATE.

Post hunc[4] bone indolis adolescens Walterus, de primis Cameracensium originem
habens, anno etatis sue 25, conversionis sue decimo septimo, Idibus Ianuarii communi con- 1180. Ian. 13.
silio et assensu promotus est in abbatem. Is cum omnium oculis gratiosus existeret, utpote quem morum fraglantia, quem vite sanctitas, quem generis claritudo commendabilem, ne
dicam mirabilem, predicavit, post tertium decimum annum felicis amministrationis sue 1193.
non sine multo suorum eiulatu diem clausit extremum in ecclesia sibi a Deo commendata, fratribus circumstantibus et Dominum pro eo exorantibus. Huic successit abbas Hinniacensis
Symon nomine, vir eloquens et elimato sermone clarus; sed post primum amministrationis 1194.
sue annum, forte ne malitia mutaret intellectum ipsius, est ablatus; hic a Tornaco dictus Sap. 4, 11.
est Tornacensis. Hiis ita[c], promotus est quidam alius, Iohannes videlicet de vico Cameracensi Belmes[5], iuvenis illustris, de illustri prosapia ortus; qui cum ecclesie sibi commisse ruinam a longe previdisset, annis fere tribus quasi in palestra fatigatus, populo sibi subdito
valedixit et curam ecclesie resignavit. Qua siquidem resignata, quidam de nostris ulteriorem 1197.
Burgundiam iterum atque iterum adierunt, volentes hominem, in quem consenserant, attrahere, priorem videlicet de castro quod vulgo Semur[6], Latine 'sine muro', ut credimus, nominatur. Sed ille post multos labores et expensas, post multa rerum nostrarum detrimenta tandem electioni prius suscepte renuntiavit, videns et plenius intelligens ecclesiam non posse redimi etiam perfectorum industria, quam de die in diem gravior impugnavit malorum procella. Hiis itaque ab eo acceptis, quendam de propria familia Robertum[7] nomine, Anglicum natione, elegerunt; qui cum videret ecclesiam sibi commendatam quasi in extremis laborantem et iamiam in se penitus deficientem, turbatus spiritu et animi immoderata tristitia quasi alienatus, viam evadendi diligenter, immo diligentissime quesivit. Evadendi, dico, non usuram tantum, que tamen superhabundans extiterat, sed cetera, que miserum est ad memoriam revocare. Iste, iste res nostras etiam immobiles, licet invitus, alienavit, sed quo consilio, qua necessitate, quibus auxiliis id fecerit, imo id fecerimus, paucis ad presentium et futurorum utilitatem sermonibus perstringere curavimus, ut et presentes et posteri omni studio omnique labore vigilanter evincant, ne aliquando similem in mortem similemque proruant in dolorem. Quid enim gravius est quidve perniciosius quam filios dyaboli, vasa mortis, iniquitatis sectatores, usurarios subsequi et exorare? O mors morte gravior, mors quavis cruce, quavis et peste truculentior! Mortem hanc nostram patroni ecclesie, dominus Re-

a) consilio *G.* b) *iis quae sequuntur auctor exponit, quem ordinem in colligendo chartulario secutus sit.* c) *sic ed.*

1) Orcamp dioec. Noviomensis. 2) A. 1174, Oct. 4. a servientibus Iacobi de Avesnes apud Condatum occisus est. 3) A. 1179, mense Martio. 4) Iacobum a. 1180. defunctum. 5) Beaumetz-lez-Cambrai, inter Cambrai et Bapaume. 6) Dép. Côte d'Or. 7) Auctorem huius continuationis.

mensis Willelmus, dominus Attrebatensis Petrus, dominus Noviomensis Stephanus, dominus Ambianensis Theobaldus, immo omnes aut fere omnes nostri ordinis abbates quasi miserrimam et omni dolore refertam misericorditer respicientes, uno ore unoque consensu unicum nobis et singulare prebuerunt consilium, videlicet ut possessionum nostrarum immobilium portio non minima distraheretur, ne domus tota miserabiliter desolata in eternum et funditus deperiret. Istis etiam consiliatoribus fere omnis etas omnisque sexus accessit, idem laudabant iuvenes et decrepiti, tocius corporis ecclesie procul dubio attendentes perditionem, nisi pars plurima perderetur. Necessitas utique non levis, non dissimulanda instabat, nam de die in diem usura crescebat, usuram inquam non 10 marcharum vel 100, sed debebamus homines miseri et miserabiles quinque milia libras monete regalis Parisiensis, sed et fere omnes ad usuram. O qualis dolor! O honus quam horrendum! Que hereditas, quodve insigne patrimonium huic sufficeret sanguinisuge unius anni vel duorum alimenta prebere?
Ps. 108, 11. Quid plura? In nobis completum est quasi de nobis enunciatum: *Scrutetur fenerator omnem substantiam eorum* etc. Preterea octo de curtibus nostris sub venditionis titulo cartula et testibus roborato usurarii possiderunt, cuius cartule hec inter cetera extitit continentia: *Si communis tempestas aut commune incendium sive werra vel expeditio curtium segetes vel ipsas curtes vastaverit, dampna illata infra duos annos abbas solvere debebit; si autem non solverit, post duos annos singuli denarii pro singulis marcis pro dampno computatis burgensibus solventur. Item si quislibet a domibus predictis aliquid indebite exegerit vel violenter extorserit absque burgensium vel familie eorum causa vel culpa, abbas omnino adquietabit, dampna inde illata restaurabit, ea infra terminum unius mensis restituendo; et si terminum istum dampnorum ipsorum solutio transierit, quelibet marcha dampni apreciati duos denarios in septimana excrescit, et infra annum abbas et impensam et quod excreverit exsolvet.* Hiis adherentes capitulis proditores animarum suarum, predones malitiosi, de proventibus unius autumpni curtis de Belcamp, quibus carebant, 800 libras primo die amministrationis nostre cum omni instantia repetebant; de domo de Belliu 50 marcas pro ordeo a transeuntibus asportato sibi restitui expetebant. Preterea 40 libre, de quibus comes Sancti Pauli 30, alius quidam 10 habuerat, iamiam crescebant per usuram, ut constat superius annotatum. O lucri dira fames! O commertium exitiale! Animam perdit hec prudentia, dum funebris sic augetur facundia[a]. Istis calamitatibus valde miseris alia non inferior successit, quoniam, peccatis nostris exigentibus, ultio divina labores tocius anni, videlicet quicquid 12 carruce excoluerant, grandinis flagello ita ad nichilum redegit, ut ad illius anni sustentationem vix 4 modios vel 5 nobis dereliquerit. Transimus incendia trium
1197. curtium nostrarum, transimus werram tunc temporis inter regem Francie Philippum et
1196/97. comitem Flandrearum B[alduinum] gravissimam et nobis pernitiosam, transimus famem[b] ab origine mundi usque ad illos dies inauditam[1], pro uno enim mancoldo frumenti dabantur et uno et alio anno 16 solidi publice monete vel 17. Quid plura? Hiis et aliis angustiati doloribus consilium recepimus, non quorundam de plebe, sed virorum, ut diximus[c], illustrium, illorum videlicet qui et in ecclesia preminebant[d] et in seculo primores videbantur. Alienavimus igitur Bellum-locum et cetera, que relatione non indigent, quoniam nota sunt, et solvimus tam ex alienatione quam aliunde secundum rationem in presentia multo-
1199. Apr. 30. rum factam in abbatia Arroasie, in domo infirmorum anno Domini 1199, ultima die mensis Aprilis quatuor milia libras et 800 monete publice et 46 modios Attrebatenses frumenti. Huius solutionis testes et procuratores fuerunt illi de capitulo, quos in seculi negotiis magis exercitatos magisque peritos credidimus, qui non erant sua querentes, sed que Iesu Christi, quorum erat unum desiderium et una voluntas, ut aliquo in tempore esse viderent ecclesiam a tot debitis emundatam. Sed ne hanc computationem tam sollempniter factam factorum noverca oblivio vel enervaret vel penitus suffocaret, litteras capituli rem sicut extiterat referentes accepimus, ut, si futuris temporibus in cuiusquam presentia super relatis traheremur in querelam, haberemus munimentum, cui possemus fideliter adherere. Littere he erant:

Universis, ad quos presentis scripti noticia pervenerit, frater I[ngelramnus] prior et humilis conventus Arroasie salutem in Domino. Multis et gravibus infortuniis ad summam penuriam devoluti et debitis intolerabilibus astricti, prudentium virorum usi consilio, omnibus modis

a) facunda *ed.* b) famen *ed.* c) duximus *ed.* d) preem. *ed.*

1) Cf. Sigeb. Cont. Aquic. a. 1196. 1197, SS. VI, p. 433.

captavimus viam evadendi. Unde dilectissimi patris et abbatis nostri Roberti provisioni nos unanimiter commendantes, ipsi omnes res nostras commisimus et quasdam ex ipsis vendi rogavimus, quatinus imminentis desolationis periculum evaderemus. Qui mox consilio nostro et assensu communi omnium nostrum fretus, possessiones nostras, quas voluimus, vendidit et inde duo milia et 800 *libras Parisienses de nostro debito solvit; de rebus vero nostris mobilibus nichilominus duo milia et* 500 *libras Parisienses faciens, quibus debebantur persolvit; et hoc nobis astantibus patenter enucliavit, et quid vendidisset, et cui solvisset, in presentia nostra fideliter elucidavit. Proinde universitati vestre significamus ipsum de assensu, consilio et voluntate nostra hec omnia perfecisse. Et hanc nostram paginam sigillo capituli nostri volumus communire. Testes: Iohannes quondam abbas Arroasie, Arnulfus quondam abbas Calniaci, Ingelramnus prior Arroasie, Andreas prepositus, Radulfus prior de Margellis, Willelmus prior de Dompnio, Iohannes prior Belasie, Symon, Robertus, Reinfridus, Egidius, Lambertus, Godefridus, sacerdotes et canonici, et omnes alii tam parvi quam magni, tam clerici quam laici. Actum anno* 1199. Apr. 29. *Domini* 1199, 3. *Kal. Maii.*

Cum hec omnia sepedictus frater et abbas fere per quadriennium fortiter sustinuisset, tandem cumulo malorum superatus, cedere disposuit fortiori, ne ficulnee sterili et in- 1200. fructuose, cui maledixit Dominus, merito conformis, terram in proprie salutis exitium Luc. 13, 7 occuparet. Cessit igitur in capitulo annuali, abbatibus ordinis nostri quam multis astantibus et contradicentibus, cessit et fratribus fere renitentibus universis, nichil accipiens, nichil interrogans, licet senio, licet molestia confractus corporali; sciebat enim scriptum: *Iacta* Ps. 54, 23. *cogitatum tuum in Domino* et cetera, et illud: *Maria optimam partem elegit* et cetera. Luc. 10, 42.

DEDICATIO ALTARIS S. MARIAE AD MARTYRES TREVERENSIS.

Sequens nota exstat manu saec. XI. exarata in folio penultimo euangeliarii monasterii S. Mariae ad Martyres Treverensis, nunc archivi regii Confluentini, *quam iussu V. Cl. Becker, eidem archivo praefecti, nuper benigne descriptam hoc loco exhibeo, cum supra p.* 967. *post notas S. Maximini danda fuisset*[1]. *O. H.-E.*

Anno incarnationis Domini[a] 1017, indictione 15, a venerando archiepiscopo Poppone[2], procurante Uroldo abbate, dedicatum est hoc altare in honore sanctae Dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli atque aliorum, ac positae sunt in eo reliquiae de veste sanctae Mariae ac scapula sancti Pontiani martyris brachiumque sancti Alexandri martyris.

a) *in loco raso scriptum, etiam* M *numeri* MXVII. *erasum est, ut haec vox insereretur.*

1) Initium eius edidit K. Lamprecht, 'Initialornamentik' p. 29, n. 60. 2) Treverensi. Cf. chartam eius Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, p. 343, nr. 242.

VITA WIRNTONIS ABBATIS FORMBACENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Vita Wirntonis, secundi abbatis Formbacensis (a. 1108—1127*), in codice manuscripto Gerhocho praeposito Reichersbergensi, celeberrimo scriptori, a.* 1169. *defuncto, attribuitur*[1]. *Sed postquam V. Cl. W. Wattenbach animadvertit*[2] *caput decimum, quo miraculorum Salisburgensium a.* 1181. *factorum mentio fit, Gerhocho attribui non posse, V. Cl. S. Riezler totum opusculum potius ab alio quodam auctore compositum esse censuit*[3]. *Cui prorsus assentiendum est. Nam ab eodem auctore totum opusculum conscriptum esse eadem dicendi ratione, eodem sermone versibus Vulgatae et poetarum ornato, eadem plane indole scriptoris per totum libellum probatur*[4].

Qui, quisquis fuit[5], *aliquanto tempore post Gerhochum defunctum in ipso monasterio Formbacensi se vixisse*[6] *et circa a.* 1200. *vel demum saec. XIII. ineunte hunc libellum composuisse*[7] *satis aperte indicat. Qui de rebus a Wirntone gestis iam nihil fere compertum habuit, sed superstitione nimis, etiam ultra illius saeculi credulitatem, imbutus, nihil fere nisi miracula, quae risum movere possunt, retulit. Perpauca inter ea quae ad historiam monasterii Formbacensis illustrandam faciunt reperiuntur.*

Hoc opusculum ex codice Formbacensi edidit B. Pez, Thesaurus anecd. I, 3, *col.* 399—420[8], *quod emendavimus ope*

1) *eiusdem codicis Formbacensis, nunc Monacensis bibl. Lat. nr.* 27182, *mbr.* 4⁰ *saec. XIV, olim in archivo regio Monacensi servati, qui* 44 *foliis per-*

1) Quod tamen ita factum est, ut intelligas haec verba a librario quodam adnotationis modo postea praescripta esse, videlicet: *Vita beati Birntonis a Gerocho Reicherspergensi preposito conscripta est.* Quod demum Pez in editione ita in titulum mutavit, ut hoc antiquitus traditum esse credere possis. 2) 'GQ.' ed. 3. II, p. 220, n. 1. 3) 'Forschungen' XVIII, p. 547. 4) Etiam auctor in prologo et c. 1. 2. ad miracula c. 10—12. narrata spectare videtur, cum dicat: *Signa . . . quasi in propriis laribus oculis nostris videmus et quasi manibus palpamus et tractamus,* c. 1: *miraculorum . . . que ad sepulchrum eius fiunt, non annua, sed cottidiana,* c. 2: *si eius . . . miracula laterent, per quem tot sanati sunt et cottidie sanantur.* 5) Nescio an alter quidam Gerhohus cum celebri illo scriptore eiusdem nominis confusus sit. In codice traditionum Formbacensium, 'UB. d. Landes ob der Enns' I, p. 704, nr. CCXLIV. occurrit Gerhohus abbas Formbacensis, qui, nescio quo iure, ibidem p. 807. circa a. 1240. sedisse dicitur, de quo aliunde nihil compertum habeo. 6) Cum quae c. 1—9. narrata sunt omnia, etiam miracula post Wirntonis obitum facta, a testibus veridicis se audivisse (cf. c. 3. 4. 6. 9) dixerit, sed miracula c. 10—12. narrata, quae post a. 1181. saec. XII. exeunte facta sunt, se ipsum in monasterio Formbacensi vidisse professus sit his verbis (c. 9): *ea que coram posita oculis nostris vidimus . . . posteritati elucidare curavimus.* 7) Cum miraculum c. 10. narratum *tempore domni Heinrici abbatis* factum esse dixerit, post huius abbatis obitum eum scripsisse apparet. Heinricus abbas a. 1179—1196. in chartis Formbacensibus occurrit, successor eius Goswinus circa a. 1204. sedisse dicitur. Cum autem in fine capitis 10. mulierem tunc sanatam in monasterio superstitem esse dixerit, non multo tempore post Heinricum defunctum scripsisse videtur. Cap. 3. etiam ministros Wirntonis a. 1127. defuncti adhuc superesse dixit; quod si verum est, centenarios fere eos tempore scriptoris fuisse apparet. Sed sane ex hoc quoque loco concludendum est, non multo post a. 1200. eum scripsisse. 8) Sub falso titulo vitarum Berengeri et Wirntonis abbatum. Editionis variam lectionem maioris momenti attuli, cum Pez quaedam recte, quaedam autem temerarie coniecerit.

magnis litteris exaratam solam hanc Vitam continet. Ipse eum contuli[1]. *In usum editionis huius etiam adhibere potuimus*

2) codicem in monasterio S. Michaelis Burani c. a. 1480. *scriptum, postea monasterii S. Petri Salisburgensis b. VIII.* 17, *in archivo eiusdem ecclesiae etiamnunc servatum*[2], *chart., cuius variam lectionem V. R. P. W. Hauthaler O. S. B. summa cum benignitate accuratissime exscripsit; unde eum codicis* 1 *apographum esse certo certius cognovimus.* *O. H.-E.*

INCIPIT[a] PRELIBATIO SEQUENTIS OPERIS.

Divina clemencia, que ubicumque quibuscumque secundum divicias bonitatis suae[b] sua impendit beneficia, cum venit tempus miserendi, de caelo prospexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut[c] solveret vincula afflictorum. Terra enim nostra, quae aliquando grandine peccatorum percussa, nullum fructum ad salutem languencium protulit, cum aliae terrae longe lateque miraculis coruscarent, nunc stillicidiis graciae irrigata, Dominus dedit benignitatem, et terra nostra dedit fructum suum. Signa etiam, quae in aliis (cf. Ps. 84, 12. 13.) terris facta miramur, nunc largiente Domino quasi in propriis[d] laribus oculis nostris videmus et quasi manibus palpamus et tractamus. Haec est, domine Iesu, tuae pietatis dignatio, haec est solita tuae miserationis visitatio, qui peccata nostra dissimulans, graciam et gloriam in manifestatione signorum videre nos iussisti. In hoc enim ostendisti, quia nichil odisti eorum quae fecisti, qui solem tuum oriri facis (Sap. 11, 25. Matth. 5, 45.) super bonos et malos et pluis[e] super iustos et iniustos. Quia ergo secretum regis cęlare bonum est, (Tob. 12, 7.) iusticias Dei enarrare gloriosum, ad aedificationem fidelium, qui Deum et sanctos eius diligunt, non metuentes nec adtendentes eos qui gesta sanctorum non solum legere dedignantur, sed nec audire quidem dignantur, sed solent ea odisse et fastidisse, magis diligentes comenta Maronis, scripta Ciceronis, nenias[f] Nasonis quam signa Nycolai, virtutes Egidii et aliorum Christi amicorum, evidens exemplum Dei clemenciae in glorificatione sanctorum memoriae commendamus, quos ideo Deus revelare dignatus est, ut in corporibus declaret, quid eorum beati spiritus apud ipsum mereantur. Et quia vicinus est dies irae Agni, vult suos laudibus anticipare, vult eos qui eum de toto corde desiderabant visitare et consolari, ne illorum merita lateant, et ne isti aliquam recusationis scintillam obtendere queant. Qui velit, legat, qui nolit, respuat, quia, sicut poeta dicit: *Carmina nulla placent*; et alius noster poeta veridicus: *Non est omnium fides, nec omnes obediunt euangelio.*

INCIPIT ALIQUID DE VITA ET VIRTUTIBUS SANCTI WIRNTONIS ABBATIS.

1.[g] Igitur, sicut fidelis tradit antiquitas, cui indubitanter credere non indecens michi[h] videtur, Wirnto in occiduis partibus stirpe nobili, stirpe beata, radice sancta progenitus, a parentibus disciplinis scolaribus traditus, viam veritatis elegit, scienciam veritatis quesivit; nil autem scire duxit comodum nisi crucis mysterium. Non enim, ut ista aetas assolet, lasciviam[i] consectatus[k] est mundi, sed totum totaliter se Deo mancipavit, orationum, vigiliarum, ieiuniorum sollempnia amavit, Deo servire summam libertatem adiudicavit. At ubi perventum est ad bivium Pytagoricae[l] litterae, sinistro ramo cum omni vanitate mundi relicto, dextrum cum omni aviditate, immo perfectione conplectitur, eum[m] qui est via [et[n]] (Ioh. 14, 6.) veritas, ut in dextris coronari mereretur, sequitur. Relictis ergo cognatis et notis, ut Deo liberius vacare valeret, a patria egreditur et ordinatione Dei, sine quo factum est nichil, nec erit aliquando aliquid, qui etiam omnia, antequam fiant, novit, Noricum intravit, sua omnia seque Deo, nocte dieque orando, psallendo, mancipavit. (cf. Dan. 13, 42.)

Est autem in Bawaria secus ripas Eni fluminis locus Formbach[3] dictus, in honore Dei genitricis consecratus, cui tum preerat vir magne sanctitatis, mire castitatis, mire abstinencie, mire providencie, vir dilectus Deo et hominibus Perngerus nomine*; qui quod verbis docuit exemplo mon-

*) *Iuvat hoc loco exhibere primum caput codicis traditionum Formbacensium iussu Berngeri abbatis incepti, quo de fundatione huius abbatiae traditur; qui codex editus est Mon. Boica IV, p. 11 sqq.; 'UB. des Landes ob der Enns' I, p. 625 sqq.:*

Ego Beringerus Fornbacensis coenobii primus, non meis meritis, abbas et hi qui mecum congregati sunt fratres animadvertimus alternae caritatis et debitae esse retributionis illos describi, qui primum et qui deinceps suae hereditatis heredem fecerunt aecclesiam nostram, quae est ad Fornbach consecrata in honore sanctae Dei genitricis Mariae, pariterquę loca, a quibus et quomodo ad hanc tradita sint, adnotari, ut noticiam illorum qui ea tradiderunt successoribus nostris relinquamus, et per hanc memoria eorum nominatim fiat et longa.

a) *minio praescripta sunt in* 1 *haec, non a scriba codicis, sed manu ei coaeva:* Vita beati Birntonis a Gerocho Reicherspergensi preposito conscripta est; *ed. sic:* Incipit prologus Gerhohi praepositi Reicherspergensis in vitas beatorum abbatum Berengeri et Wirntonis. b) *in prologo et cap. primo cod.* 1 *plerumque* ę *scriptum est, quod in codice saec. XIV. sane mirum est, postea semper* e *pro* ae *et* oe. *Certe igitur verisimile est, exemplar, ex quo hic codex exscriptus est, per totum libellum* ę *habuisse, unde concludendum est hoc non multo post a.* 1200. *exaratum fuisse. Sed codicem* 1 *etiam hac in re secutus sum.* c) et 2. *ed.* d) *superscr.* 1. e) *sic ed.*; pluit 1. 2. f) ne::||mias, *radendo corr.* nenias 1; neomias 2. g) *numeri capitum des.* 1. 2. h) *e corr.* 1. i) *alia manu in marg. suppl.* 1. k) consecutus *ed.* l) *post corr.* Pythag. 1, *et ita* 2. *ed.* m) *alia manu in marg. suppl.* 1; Christum *ed.* n) *sic ed.*; *deest* 1. 2.

1) Inferior pars foliorum humore deleta et lacerata est, ut extrema linea paginarum primarum plerumque legi nequeat. 2) Cf. 'Archiv' IX, p. 483. Huius codicis menda non adnotavi. 3) Vornbach prope Passau.

stravit, viduarum et orphanorum consolator, pauperum recreator. Et quia ad alia properamus, hec breviter attigisse sufficiat. Cum autem placuit Regi regum militi suo pro labore diurno dare stipendium vite, caro eius, iam non caro, sed pellis macra, pallida, trita flagellis, febre corripitur; anno autem ab
1108. Oct. 29. incarnatione Domini 1108, anno vero ordinationis sue 15[a], 4. Kal. Novembris iubente Deo anima eius sancta carne solvitur, celi palacium ingreditur, ab exultantibus angelis in sui consorcium suscipitur; corpus in basilica beate Marie sepulture traditur. Quia nunc illa anima beata cum Christo regnet, testantur miraculorum beneficia, que ad sepulchrum eius fiunt, non annua, sed cottidiana. Hic primus abbas Formbacensi[b] ecclesie a Deo preordinatus est. Et si

flebile principium melior fortuna sequetur[c],

quanto magis

principium blandum manet omni parte beandum!

Apoc. 21, 6 Felix ecclesia, felix familia, cuius fundamentum Christus est, quam hic iniciavit, qui est alpha et Ω, felix, inquam, inicium, sed melior finis, ipso donante, qui est auctor omnium bonorum.

2. Formbacensis itaque ecclesia pastore viduata, toto corde ad pastorem et episcopum animarum
Ps. 33, 16. Ps 77, 30 Ps. 117, 5 nostrarum convertitur, utque sibi pastor ydoneus ab eo donetur, suppliciter inprecatur. Et quia *oculi*[d] *Domini super iustos, et aures eius in preces eorum*, non sunt fraudati a desiderio suo, sed exaudivit eos in latitudine. Quid ulterius immoror? Nutu igitur Dei Wirnto unanimiter eligitur, electus consecratur, consecratus officio dignus ab omnibus proclamatur. Suscepta pastorali cura, iam priora nititur frangere iura; postquam aucti sunt honores, cepit augere labores, cepit austerius carnem domare, vigilias prolongare, orationum frequenciam frequentius et propensius amare, locum sibi commissum rebus et beneficiis amplificare, gregem sibi creditum temporalibus et eternis alimentis habundanter reficere, bona eis plus exemplis quam verbis suadere. Nam[e] elemosinarum eius munificentiam et virtutum eius constanciam humanus sermo, ut puto, immo non puto, sed veraciter scio, non valet exprimere; sed homo, quantum a Deo accipit, tantum[f] sapit; et indignum satis esset, si eius facta et miracula laterent, per quem tot sanati sunt et cottidie sanantur, cum quidem videamus memorie commendata gloriam vanam nuptiarum, varios eventus bellorum, laudes victoriarum, que omnia nichil nobis aliud emolumenti conferunt, nisi ut tempus ea[g] legentibus redimant et aures male demulceant. Dedit autem Deus Wirntoni tantam graciam in conspectu principum, ut ob sanctitatis eius merita eum acsi[h] patrem, acsi iustum, acsi sanctum, sicut et erat, venerarentur, vestes eius quasi sanctitatis reliquias contingere niterentur, felices se fore existimantes, si consortium eius uspiam habere mererentur. Plura etiam donaria offerebant, que omnia pauperibus erogabat, nec tanta poterat distribuere, quanta illi studebant offerre. Nec inmerito, quia, quem
Rom 8, 28. perfuderat Deus gracia, ab omnibus amabatur[i], et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Si quando peccunia defecisset, et manus hylaris datoris a distribuendo quievisset, convocans dispensatorem

---

Tradidit nanque inprimis domna Hymildrud venerabilis matrona ad eandem aecclesiam cum manu advocati sui in usus ibidem Deo servientium haec suae proprietatis loca, quae hic sunt nominata: villam scilicet Cheminata, Winehartesheim, Maechingen, Rischermin, Municheimin, Hartheimin. Accepit quidem ea ipsa materfamilias Tiemonem comitem[1] in advocatum sibi et iam dictae aecclesiae et his omnibus qui vel quae ad hanc pertinent, ea ratione et conplacitatione, ut is post illum eiusdem advocationis curam et regimen susciperet, qui in filiis eius primus esset aetate, et sic simili modo de filiis in filios suae posteritatis huius tutelae procuratio transiret, quatinus eo propensiori cura susceptis in patrocinatum patrocinaretur, quo se vicem et locum patris, avi, etiam proavi procurare sciret.

Postea Eckebertus comes[2], quarto loco a prenominato avo suo Thymone eiusdem procurationis debitor effectus, consilium habuit cum abbatibus, cum marchionibus et aliis honestioribus et religiosis viris regionis et maxime cum episcopo Pataviensi Ŏdalrico, et ex fiducia et auctoritate consilii eorum congregatis in eodem loco Fornbach monachis, effecit abbatem Beringerum monachum expertum atque probatum, quem episcopus Pataviensis ille qui supra anno incarna-
1094. Dec. 17. tionis Domini millesimo 94, indictione 2, 16. Kal. Ian. abbatem consecravit; et faciens sermonem pro eo ad populum, enunciavit ea, quae ipse advocatus Eckebertus et cunctus qui aderat populus collaudavit, videlicet ut ea ipsa abbatia ad Fornbach sit libera, et monachi illi post mortem abbatis sui liberam potestatem habeant ad eligendum sibi abbatem, undecunque huic nomini idoneum invenire possint, sive in suo sive in alio vicino seu longinquo monasterio; et is qui electus ad designationem suae electionis baculum ab altari sui monasterii sumat. Et si forte monachi illi in electione dissentiant, tunc adveniens episcopus Pataviensis cum advocato ipsorum eos suis exhortationibus coadunet et ut mediator sanioris partis sententiam tenere persuadeat. Moxque idem presul haec ita suo decreto cum clericis et abbatibus qui presto erant stabilivit et episcopali banno confirmavit. Aliunde haec firmari non erat propter scismata et discessiones, quae tunc temporis in sede Romana erant et in regno.

Porro Eckebertus supra memoratus loci patronus, a Domino instinctus et amore parentum submonitus, superaddidit prioribus datis supplementum de sua et mulieris suae hereditate. Tradidit namque ipse et uxor eius Mathilt, annuentibus hoc filiis eorum, ad sustentationem sepe iam dicti loci monachorum in eodem loco Fornbach hortum et curtem unam et molendinum *etc.*

a) XIV. *ed.* b) Formabac., a *expunct.* 1. c) sequatur *ed.* d) D. oc. *corr.* oc. D. 1. e) Nemo *ed.* f) t. s. *alia manu superscr.* 1. g) eam, *radendo corr.* ea 1. h) *sic ed.;* ac sci 1. 2. i) amatur 2.

1) De Vornbach. 2) H. de Vornbach et Pütten, filius Ekberti I, filii Thiemonis.

suum: 'Exi', ait, 'in plateas et vicos civitatis, et pauperes ac debiles, cecos et claudos collige; crastina enim erit nobis salus, crastina habundancia tanta perfruemur, ut possimus eos qui in omni pressura sunt consolari'. Facto mane beati viri adimpletur vaticinium; ruunt catervatim singulorum principum legati et munera infinita congerunt. Procedebat autem ipse, sicut crebro solebat, minister eius onustus copiis nummorum, ut alterum Getam putares, anhelus sequitur; sellula sibi ad residendum ponitur, turba pauperum undique advolat, thesaurus ille thesauro Christi distribuitur[a], per quem thesaurus regni celestis aditur. Rem minimam dicturus sum et tamen dicam. Si occurrisset ei mulier in utero habens, que tamen adhuc non evidens impregnature haberet signum, duos illi nummos[b] contulit: 'Unus', inquiens, 'tibi debetur, alter ei quem gestas in utero'. Quid plura? Illa modice admodum subridens, gemino munere ditata abscedit letabunda.

cf. Luc. 41. 21.

cf. Terent. Phorm. IV,4

3. Aiunt veridici testes, quorum fidei derogare demencia est, venisse eum aliquando ad hospicium cuiusdam militis, rogatu tamen suo, qui, quasi Helyam aut unum ex prophetis hospicio recepisset, letabatur. Ipse totus festivus[c] occurrit, equum suscipit, Wirntonem in hospicium ducit, sedile manibus suis ordinat, convivium festivum instruit, cognatos et notos convocat, epulaturus ita hylaris, quasi Petrum aut aliquem apostolorum haberet convivam, residet. Ad medium fere convivium minister militi pateram obtulit, et alius quidam, ut ipse ante refectionem suppliciter et clam pecierat, e fonte haustam sancto aquam ministrat. Unus autem e convivis, ut benedictionis eius particeps fieret, ciphum aque dari sibi peciit. Minister autem nil cunctatus, nil sinistri suspicatus, cyphum quasi pro benedictione petenti obtulit, quid factum foret, inscius. Accipit, bibit; aqua enim in dulcissimum vini liquorem[d] divinitus mutata erat; sed rei geste ignarus, ista ridiculose, ut mos est laicorum, qui sunt mallei litteratorum, intulit: 'O istum beatum! O istum sanctitate preditum, qui non novit nisi optimo vino potari! Et ego facile hanc sanctitatem possem equiperare[e], si talibus deliciis iuberer insudare'. Minister, qui aquam hauserat, turbatur, et bene sibi conscius, se aquam sancto, non vinum obtulisse confirmat; si aliud iam sit, nesciat. At ubi cognoscunt Deum per eum hoc fecisse miraculum, gaudent, letantur, de benedictione novi vini omnes participantur; miles is, qui sanctum subsannaverat, confusus erubuit, veniam peciit, indulgentiam[f] accepit, deinceps sanctitatis eius astipulator, non detractor fuit. O res mira et post illum, qui in Chana Galilee huius miraculi auctor exstitit, satis inusitata! Vir autem beatus, ut famam devitaret humanam, ne cuiquam id proderent, obnixe rogavit; nescio, si impetravit. Id ipsum autem ministri eius, qui adhuc supersunt, crebro factum esse, cum familiariter resideret, asseverant[g]; sed nos etiam nota omittimus, ne alicui oneri simus.

4. Alio tempore, sicut astruunt quibus credi oportet, quorum nomina, si legentibus fastidium non ingereret, inseruissemus, dum in itinere constitutus vir beatus ecclesiam secus viam positam peteret, mulier quedam nati sui parvulas exequias eiulans et gemebunda prosequens fit ei obviam. Nam et fratrem eius fere ante triennium vel quadriennium[h] sepelierat et a fodientibus postulaverat, ut fratrem fratri in sepultura iungerent, ut, quos unice amabat, unicus tumulus foveret. Ventum est ergo ad perficiendas exequias, et ille beatus causa humanitatis accedit, ut officio funereo et ipse deserviret. Aperto tumulo, corpus ante triennium humatum ita recens reperitur et incorruptum, acsi pridie fuisset tumulatum. Hoc mater cum omnibus qui aderant intuens, resupina corruit, pectora palmis cedit[i], crines evellit, miserabili eiulatu et[k] fletu circumastantes in fletum concitavit. Fuit enim videri miseria. Commota sunt quippe viscera eius super nato suo, et hinc magis angebatur, quia non facile patebat, quid cause intercessisset, quod corpus tam longo tempore inputribile permansisset. Tum monumentum a iuventute vallatur, corpus contrectatur, hac et illac iactatur et sicut prius incorruptum videtur. Mater, resumpto spiritu, sparsis capillis, cicius advolat, pedes sancti quasi altera Maria lacrimis rigat et huiusmodi precibus eum sollicitat: 'Si habes', inquit, 'o sancte aliquam in Christo fiduciam, si habes aliquam, ut audio, spem in celestibus repositam, succurre gementi, condole vidue et desolate, miserere miserie et infelicitati mee, et illum, qui nil tibi negat, precibus exorare digneris, ut tibi declarare velit, quid puer iste admiserit, pro quo in lege tumulatorum esse non meruerit, cum quidem, sicut puerum simplicem et rectum deceret, totus bonitate conspicuus sibi visus fuerit'. Fugit ille a mulieris conplexibus, fugit a mundi favoribus, indignum se huiuscemodi legationibus vociferans; iret potius ad sanctorum limina, qui precibus et meritis valerent sibi, que peteret, obtinere suffragia, se desereret nec irrideret, qui in terrenis constitutus terrenis inserviret. Attamen victus prece populi et maxime anxietate mulieris, tulit eam seorsum, diligenter querens, si aut ipsa filio, aut filius illi aliquando aliquam iniurie contumeliam irrogaverit. 'Quomodo', inquit illa, 'lederem lumen oculorum meorum, baculum senectutis mee, solacium, spem, salutem corporis et anime?' At ille: 'Diligenter', ait, 'recole, quia nemo immunis[l] a peccato, nec infans unius hore'. 'Nichil', inquit, 'michi conscia sum, nisi aliquando mecum ludendo, iocando, ligno, quod manu gestabat, caput meum puerili simplicitate pulsavit, pulsando vulneravit, unde aliquantulum sanguinis emanavit'. 'Numquid propterea', ait sanctus, 'correptus est puer?' 'Minime', inquit. 'Vade', ait, 'adhuc, et sumptis virgis, in nomine Domini corrige filium tuum verberibus, quia, ut sentio, hoc, quod dixisti, est sibi obstaculum'. Sanctus oravit, mater, licet invita, filio verbera multiplicavit, post verbera corpus in cineres solutum matri terre sociatum disparuit. Nemo fidelium ignoret hoc non fortuitu, sed precibus sancti actitatum, qui consilium, quid faciendum esset, dedit, deinde potestatem absolvendi, postremo summam tocius orationis efficatiam adhibuit.

5. Miles ad extrema deductus legatum personatum et honorabilem Wirntoni dirigit, suppliciter obsecrans, ut adventu suo fluctuantem animam recrearet; felicem enim se fore credidit, si visitationis eius graciam

a) per quem th. i. th. Chr. distr. *iterum add., sed del.* 1. b) *alia manu in loco raso* 1. c) festinus 2. *ed.* d) dulc. vinum *ed.* e) *sic* 1 *infra p.* 1131, *l.* 15, *h. l.* equipare. f) indulgenitam 1. g) assueverat, *littera* u *erasa* 1; asseruerat 2. h) quadrienium 1. i) *superscr.* 1. k) et fl *bis scr., semel del.* 1. l) *in marg. e corr.* 1.

mereretur. Erat alter quidam alia in provincia, quem spiritus nequam exagitavit; hic inter cetera deliramenta et garrulitates, nunc vera, nunc falsa rotando, sibi presentibus indicavit, quia magister suus cum universis satellitibus iniquitatis ad lucrandam militis animam conflueret, et ipsum adesse oporteret. Wirnto itaque, qui non solum bona temporalia, sed etiam semet ipsum, si sic necessitas popossisset[a], pro salute proximi impenderet, audito nuncio, iter acceleravit; mox ad adventum eius omnis iniqua potestas ut fumus evanuit; animam illam orationis, confessionis, eucharistie gracia refectam quasi e medio baratro rapuit et Domino sociavit, terre carnis materiam commendavit. Demon autem post agoniam domum illam, quam ad tempus reliquerat, male revisens, de negocii lucro requisitus: 'Casso', inquit, 'labore venimus, nil nisi obprobrium suscepimus. Wirnto quidam hereticus nequissimus nobis nostra violenter rapuit'. Matth. 11,12. Quid enim? *Regnum celorum vim patitur, et violenti rapiunt illud.*

6. Dum tempore quodam vir beatus trans Enum de rebus ecclesie dispositurus circuiret, a vidua venerabili ut alter Heliseus invitatur, invitatus discumbere rogatur; annuit ipse petenti, intravit, accubuit, quievit[b]. At illa ignara eum carnibus et adipe non victitare, sed tantummodo leguminibus vitam pauperem sustentare, instruit, quod habere potuit, convivium, ordinat mensas, residere iubet convivas. Paululum autem ante horam refectionis Wirnto viduam secretius convocat: 'Quas', inquiens, 'epulas, o mater, preparasti filio tuo? Numquidnam in promptu sunt omnia? Ergone sedendum est?' 'Non sunt', ait, 'michi, domine mi, cibi delicatiores, non esce suaviores, procul a me omnis novitas, varietas, numerositas ferculorum; quod autem habeo, hoc tibi do, rusticum scilicet panem cum aliis que michi subpetunt'. At ille: 'Non oportet', inquit, 'te multum causa mei sollicitari; scio enim habundare, scio et penuriam pati; que preparasti da comitibus meis, michi autem, quod tibi in aurem loquar, ne ceteri hoc audiant aut nobis detrahant, prepara aliquantulum leguminum et cyphum aque'. At illa, arrepto pallio, humerosque cooperiens, inpexa[c] comas, ocius egreditur, huc et illuc cursu velocissimo rapitur, si forte se aliquid cf. Rom. 5,5 offerret, quod victui viri Dei congrueret. In hoc ipsum enim spes suas[d] confirmaverat. Et quia spes non confundit, occurrit ei puer unus tres ferens pisciculos, qui, si uno minus tulisset et quinque panes Ioh. 6, 8. 9. habuisset, non incongrue illum putares fuisse, quem in euangelio Andreas Domino ostendit, quamvis ipse eum non ignoraverit, qui cognovit omnia novissima et antiqua. Sed ille, qui sibi tunc puerum cum piscibus et panibus adesse iussit, etiam nunc vidue, ut servus eius pasceretur, utque providencia sua omnia providens, omnia tenens et regens, in sui dispositione non falleretur, portitorem tot piscium exhibuit. Pisciculos igitur illos celitus sibi collatos brevi ere comparans, velociter domum rediit, coxit[e], coctos disco imponit, alio desuper cooperiente, Wirntoni proponit. Nutu igitur Dei in manibus sic aucti sunt et, ut ita dixerim, creverunt pisces, ut ipse habundaret et omnes convivas ex his copiose donaret. Huius rei non unum ego testem, sed totam introducam regionem trans Enum, qui[f] quidem hoc[f] factum adhuc memoriter tenent, venerabiliter credunt, publice confitentur. Barrochiam autem, in qua vidua illa habitavit, abbas tenet Formbacensis[g], que ab eo aut ab alio, quem ipse[h] substituere voluerit, vicario gubernatur, providetur, regitur.

Sunt autem plura et his multo maiora miraculorum eius beneficia, quibus eum Dominus adhuc superstitem glorificare dignatus est, sed quedam, ne mentiar, oblivio nobis furata est; quedam propter sui prolixitatem et propter hominum beluino more pro felicitate aliorum frementium invidiam et detrahentium versutiam, etiam nobis satis cognita et stilo digna, omisimus, ne forte dicant nos ea que loquimur non probasse, non vidisse, non ita, ut credi debeant, audisse, sed potius adulationis causa sompniasse. Sed nullus sapientium turbetur, si glorie fidelium obsistat simultas infidelium, cum etiam ipsum Regem glorie affecerint emuli obprobriis contumelie. Numquid rarum aut novum tibi videtur esse lilia inter spinas, triticum inter zizania, uvam inter labruscas? Sic sunt casti inter luxurie deditos, pauperes inter divites, electi inter reprobos et hereticos, persecutionem pacientes inter persecutores. Electi[i] ergo tanto erunt gloriosiores, quanto fuerint in persecutionibus frequentiores[k]. Quomodo autem[l] stabiles in fide dicerentur, si nulla adversitate quaterentur? Qualiter, ait aliquis, discerni potest rosa, ne ledat eam Matth 25,32. ib 13, 41. spina, triticum, ne corrumpant illud zizania, uva, ne inficiat eam labrusca? *Separabit*, inquit, *eos*, ib. 13, 30. *sicut pastor segregat oves ab edis.* Et: *Mittet filius hominis angelos suos, et congregabunt de regno eius omnia scandala, et dicet messoribus: 'Evellite zizania et colligite*[m] *ea in*[n] *fasciculos ad conburendum; triticum autem congregate in horreum meum'.* Ista supervacua, ne alicui fastidio simus, intermittamus et ad ea que post mortem eius Dominus per eum fecit miracula convertamur.

EXPLICIT DE VITA BEATI WIRNTONIS ABBATIS.

INCIPIT DE OBITU EIUS.

7. Postquam paterfamilias ille rerum omnium Dominus operario suo, Wirntoni scilicet, qui in ib 20 vinea sua[o] a mane, hoc est a prima etate, usque ad vesperam, hoc est usque ad consummationem vite sue, fideliter laboravit, pondus diei et estus portavit, denarium vite dare voluit, ille beatus febre corripitur, lectulo male blandienti deprimitur, spiritus totus ad Deum erigitur. Tum vero meror et luctus, omnium vox una plangentium: 'Cur[p] nos, pater, deseris, aut cui nos desolatos relinquis?' Ille autem motus eorum fletibus, motus[q] luctuosis vocibus, querimoniam talem sedare nititur: 'Nolite, fratres', inquiens, 'nolite dolere, ne[r] vos ita propter absentiam pulveris exigui afflixeritis, sed[s] illum qui formavit hominis nativitatem precibus pulsate, ut

a) *sic* 1 *(etiam infra p.* 1131, *l.* 29*)*. 2. b) *deest* 2. c) *e corr.* 1. d) s *eraso corr.* sua 1, *et ita* 2; *cf. infra p.* 1131, *l.* 16. 1134, *l.* 19. e) et *add. ed.* f) *alia manu superscr.* 1. g) Formpac. *semper* 2. h) ibi 2. i) E *alia manu in loco raso* 1. k) frequentio tiores 1. l) ut 1, *ante quod superscr.* a'; aut 2; ergo *ed.* m) colligate, *radendo corr.* colligite 1. n) *deest* 1. 2. o) *post haec octo circiter litterae erasae* 1. p) Cui *ed.* q) *adrasum* 1; *deest* 2. r) nec *ed.* s) si *(post corr.)* 1.

animam refoveat, quam creavit. Deus enim non propter me, sed propter semet ipsum iam multis, ut michi — nescio, si vobis — videtur, diebus nos et locum nostrum misericorditer gubernavit, tutavit, conservavit, victui necessaria, sicut sibi et nobis admodum placuit, subpeditavit; huic grates, quas possimus, persolvamus. Ego quippe non post multos hos[a] dies quo Domino placuerit ibo; sed providete vobis alium, quem vice mei constituatis, per quem Deo placeatis, quia me non diu habebitis'. Fratres autem meroris[b] tristicia turbati, angustiati: 'Ad quem', inquiunt, 'o pater, confugiemus[c]? Ad quem ibimus? Da consilium, confer auxilium! Credimus, quia Dominus per te, sicut misertus est, adhuc nobis miserebitur[d]'. 'Si', inquit, 'michi acquieveritis, non aberrabitis, et quod salva conscientia dicere possum: non ego, sed Dominus ostendet vobis, quem eligatis, quem vobis patrem constituatis, per quem in hiis que sunt ad Deum et ad homines ad plenum gubernemini. Theodericus, quem vos michi capellanum nominastis, scio, quod sit vir virtutis, Deum ex toto corde desiderans[e]; hic, si placet, vobis vice mei constituatur. Attamen suadendo, non imperando dico vobis: si aliquos ex his, quos ego ob enormitatem factorum suorum a loco isto alienavi, receperitis[f], continuo ab unitate scindimini[g], continuo disperdimini[g]'. Ecce spiritus Helie requievit super istum beatum, qui quod predixit in spe, evenit in re. O beatum virum, virtutibus ineffabilem, signis admirandum, prophetis non incongrue equiperandum! Deinde Wirnto: 'Eia, fratres, si inveni graciam in conspectu vestro, meis annuite precibus, ne me[h] in meis confundatis spebus, ut hoc saltem vel supremum munus propiciationis a vobis suscipiam'. 'Pete', aiunt, 'domine, quia tecum parati Luc. 22, 33.
sumus in carcerem et in mortem ire'. At ille: 'Ossa', inquit, 'mea ossibus Perngeri, viri iusti et sancti antecessoris mei, in sepultura[i] iungite, ut, quos Deus uni loco destinavit, uno nomine adoptionis, abbatis scilicet, ditavit, vinculo caritatis univit, cum venerit admirabilis fieri in sanctis suis, unita corpora unico[k] sepulchro inveniat'. Assenciunt, concedunt seque voto suo satisfacturos spondent. Ut quid sibi iungi petiit? Numquid, ut ab eo bearetur? Illud non abnuo; sed forsitan ideo magis, quia futurum erat, locum illum signis illustrari, hoc potius collaterali suo quam sibi tribueretur, sicut[l] Benedictus Mauro ereptionem Placidi deputavit[1]. Wirnto itaque, semet ipso omnique grege Domino commisso, carcere carnis eripitur. Mox odor balsami per omne habitaculum aspergitur, ita ut aliquam visitationem angelicam crederes affuisse; sicque angelis comitantibus, ymnum etiam concinnantibus[m], sancta illa anima[n] celi regiam ingreditur, et hoc anno incarnationis Domini 1127, anno autem ordinationis sue 19°, 6. Idus Marcii. 1127. Mart. 10.
Fratres autem indignum iudicantes, si tantus pater a consortio maioris ecclesie sequestraretur, irent potius et, si necessitas popossisset[p], effoderent Perngerum et Wirntoni iungerent; deliberatione habita, in medio monasterii ante aram sancte[q] Crucis, ubi nunc in Domino quiescit, venerabiliter tumularunt. Non multum[m] temporis elapso, nescio quid horroris visum est circa ecclesiam Dei genitricis, ubi beatus Perngerus quievit, ita ut adventantes non ibi diu consistere auderent, sed horrore concuterentur, sed repellerentur et hinc mirarentur. Unde convenientes, animadverterunt[r] ob separationem corporum sanctorum horrorem illum fieri; et consilio habito, effoderunt eum et in monasterium transtulerunt et sancto Wirntoni, sicut ipse pecierat, honorifice coniunxerunt, ut, quorum erat coram Domino par meritum, eorum corpora nec sepulture iniuria disiungeret.

DE ELECTIONE, SUBROGATIONE THEODORICI POST OBITUM BEATI WIRNTONIS.

8. Post discessum beati viri Wirntonis, luctu et merore aliquantulum sopito, fratres unanimiter conveniunt, consilio habito, Theodoricum unanimiter eligunt, secundum preceptum pii patris patrem sibi preficiunt. Adepta itaque potestate, orationibus et vigiliis omnique virtutum genere, sicut a bono magistro didicerat, insistere nititur, preceptum magistri in receptione fratrum exclusorum pretergreditur, omnibus omnia fieri conatur[s], cunctorum servire moribus gaudet et letatur. Et dum nimis humanus vult fieri, dum suos caritate et misericordia ut pater filios vult fovere, dum dispersa vult congregare, congregata servare, suscipit in fratribus inimicos, in ovibus lupos, destructores, non tutores, discordie amatores. Nec mirum, quia crebro latet anguis in herba[2]. Ingressi monasterium concitant plebem, turbant gregem; fiunt conspirationes, fiunt detractiones, fiunt littere[t] dilapidationis[u] rerum; ille per illos episcopo Pattaviensi[3], alie per alios marchioni Niwenburgensi[4] diriguntur; penurie, dispendia[v] aliaque his similia ad medium ducuntur. Et cum dies oportunus[w] accidisset, convenit episcopus, convenit marchio cum clero et populo; abbas circumvenitur, impetitur, calumpniatur; et quia subesse maluit quam preesse, quia depelli voluit, facile depellitur, facile deponitur; deserit locum et gentem, querit, ubi Domino serviat in sanctitate et iusticia, ut sine timore de manibus inimicorum eripiatur[5]. Pars autem sanior videns iniuriam, videns patris contumeliam, condolens ei, locum etiam ipsa deserit; alieni subintrant. Principes autem videntes per invidiam famulo Dei factam violenciam, iniqua miseratione[x] commoti, legationem post illum et pro eo mittunt, utque ad sua redeat, rogant,

a) h. d. q. D. *bis scr., semel erasa* 1. b) memoris 1. c) confugimus 1. 2. d) miseretur *corr.* miserebitur 1. e) consid. 2. f) reciperetis 2. g) scindemini . . . disperdemini *ed.* h) meis, is *eras.* 1. i) sepulturam 2. *ed.* k) *deest* 2. l) et *add. ed.* m) *sic* 1. 2. *ed.; cf. p.* 1135, *l.* 30. n) *deest* 1. 2. o) *sic ed.;* XIIII. 1. 2. p) *cf. p.* 1130, n. a (poposisset *h. l.* 2). q) *post superscr.* 1. r) adverterunt animum 2. s) conatus *ed.* t) *multo post corr.* littes 1; lites 2. *ed.* u) *multo post corr.* dilapidationes 1, *et sic* 2. *ed.* v) dispendie 1. 2. w) opportune *ed.* x) commiser. *ed.*

1) Cf. Vita Mauri auct. Odone II, 11, Acta SS. Ian. II, p. 1041. 2) Verg. Ecl. III, 93. 3) Reginberto a. 1138—1147, ut videtur. 4) Neuburg ad Oenum fl. prope Passau; dicitur Ekkebertus III. comes de Pütten et Vornbach, ut ex huius capitis extremis verbis apparet; cf. Riezler in 'Forschungen' XVIII, p. 547. 5) Quando hoc factum sit, ignoratur. Postremo Theodericus abbas occurrit in charta a. 1146, Mon. Boica IV, p. 133 sq. Unde eum in expeditione magna a. 1147. in Terram Sanctam profectum esse coniici possit.

mandant, imperant. At ille nolens laicali aut alicui inique subdi clientele aut potestati, revocari non
potuit, sed auxilio Dei non multo post Ierosolimam proficiscitur, adoraturus in loco ubi steterunt pedes
Iun. 29. Domini. Rediens autem, in itinere languore gravatus, obdormivit in Domino 3. Kal. Iulii, et tribus in die
deposicionis sue signis, ut fertur, emicuit. Sed quid ex illo die usque ad hec tempora Deus per eum
egerit aut[a] agat, non est nostre possibilitatis scire. Aiunt etiam plerique omnes adversarios suos non
equo fine nec sine vindicta ab hoc seculo migrasse, marchionem, cuius nomen, ne fautores eius
1158. michi indignentur, subprimam, in expedicione Friderici imperatoris contra Mediolanos occubuisse*, nec
statum[b] aut prosperitatem huius loci deinceps sicut prius viguisse.

DE SIGNIS ET MIRACULIS, QUE DOMINUS MERITIS BEATI VIRI DECLARAVIT, NARRATIO BREVIS.

1127. Mart. 11. 9. Postero die deposicionis beati Wirntonis mulier quedam vidua paupercula et ceca, quam ipse,
dum adhuc viveret, elemosina ob honorem Dei sustentabat, tumulo adherens, vigiliis et orationibus serviens,
nocte ac die inter lacrimarum suspiria ista sonat querimonia: 'Quid', inquiens, 'o Domine, quid michi
sic[c] fecisti? Lumen oculorum michi ademisti, viduam nudam, pauperculam, omni facultate destitutam me
Eccli. 2, 13 Ier. 32, 18. esse fecisti; sed tamen, quia pius et misericors es in milibus, omnia hec michi in Wirntone contulisti
et hec omnia michi in eo abstulisti. O, o cur hoc fecisti?' Hec dicens, merore, dolore, labore fatigata
obdormivit, et evigilans, meritis sancti[d] repente illuminata, cum gaudio ad propria remeavit.

Erat altera quedam vita et rebus desolata, a nativitate ceca; huic in visione revelatum est, ut,
si sepulchrum beati viri adiret, oblationem qualemcumque cum oratione offerret, visum meritis sanctorum
reciperet. At ubi sompno excita[e] est, currit, abit, properat, quod ad manus habere poterat secum ferens.
In itinere autem constituta, non longe a loco super monte, largiente Domino, ita visu recepto letatur, ut
universam posicionem loci a longe intuens comitibus omnia dinumeraret. Attamen iter ceptum[f]
peragit[g], orationem cum oblatione offert[h], et sic letabunda abscedit.

Manus mulieris cuiusdam ita aruerat[i], ut officium suum illi negaret, pendebat enim ita, ut abscisam[k]
putares. Hortantur eam amici, ut sanctorum pro restitutione manus peteret suffragia, si forte salus illi
redonaretur. At illa velut iam desperata neglexit consilia, neglexit sanctorum postulare suffragia. Coege-
runt ergo eam amici et fere quasi nolentem et in Formbach usque procedere simul eam comitantes
fecerunt, manum tumulo beati viri adhibuerunt, preces cum ea et pro ea ad Deum fuderunt, inde ad
sua redierunt. In itinere autem quasi formicas brachium ambientes se sentire profitetur[l], et quanto diutius,
tanto amplius infestatio illa crevit, donec dolor more formicarum discurrentium cepit abrepere. Quid
plura? Antequam tecta intraret, ita pleniter manus illa sanitati restituitur, ut nulli in quocumque
labore feminee possibilitatis secunda inveniretur, cum quidem prius eam nec movere quivisset.

In vicina possessione monasterii erat homo fratribus deserviens, biennio cecus permanens hic,
integerrima fide tumulum sancti visitavit, orationibus aliquantisper vacavit. Et dum domum repetit,
ductori manum eripit, ipse per se recto tramite incedit: 'Vade', inquiens ad ductorem, 'per te, Dominus
fecit michi magna, quia potens est, et sanctum nomen eius; nam meritis beati Wirntonis nemo clarius
quam ego videre poterit'.

Asseverant[m] testes ydonei quidam, etiam canicie venerabiles, quorum fides non contempnenda michi
videtur, vidisse se una die tres personas spiritu nequicie purgatas, duas ad monumentum beati viri,
quarum una tot spiritibus, quot[n] Maria Magdalena, mundata est; tercia in ecclesia beati Martini sanata.
Illi idem etiam cum iuramento fere 40 et eo plura miraculorum beneficia inibi suis temporibus completa
affirmaverunt, sed successione temporum et maxime negligencia hominum, quia, quamvis magna, tamen
Matth. 5, 15. raro evenerunt, oblivioni tradita dixerunt. Sed quia lucerna non est sub modio recondenda, sed can-
delabro, ut omnibus qui in domo sunt luceat, imponenda, ea que coram posita oculis nostris vidimus,
his quibus misericordia obviavit et multarum regionum plebibus testibus, ut Deus in sanctis eius laudetur,
posteritati elucidare curavimus.

1158. *) *Cf. notam Formbacensem editam ex codice saec. XV. 'UB. d. L. Ob der Enns' I, p.* 778*:* Anno Domini 1160.
obiit comes Eckebertus[1], huius ecclesie fundator, Mediolane occisus, huc delatus eciam et
sepultus. Ubi etiam pater suus Eckebertus et sororius suus dux Dalmacie et marchio Ystrie
Berchtoldus pariter requiescunt[2]. Item Fridericus[3], pater Hedwigis, matris[o] Lotharii regis,
occisus huc, videlicet ad Fornbach, eciam locatus est ad ceteros.

a) vel 2. b) statuam, a *eras.* 1. c) fec. sic *corr.* s. f. 1. d) Wirntonis *add.* 2. e) *multo post corr.* excitata,
et ita 2. *ed.; cf. infra p.* 1135, *l.* 3. f) *sic* 2; . . eptum, *prima littera corrosa* 1; inceptum *ed.* g) *sic ed.;* peregit 1
(pereg *alia manu in loco raso*). 2. h) *e corr. post.* manus 1. i) arida erat *ed.* k) abscissam *ed.* l) profiteatur,
a *eras.* 1. m) Assuerant *corr.* Assueverant 1; Asserant 2. n) quod 1. o) mater *c.*

1) Qui iam a. 1158. Iul. 24. occisus est; cf. Rahewini G. Frid. III, 33. Cf. Cod. trad. Formbac. nr. 156, 'UB. d. L. Ob der Enns' I, p. 672: *Anno* 1158. *piae memoriae comes Ekebertus, cum se expediret in expeditionem, quae contra Mediolanensium cives a cesare Friderico facta est, tradidit ob remedium animae suae omniumque parentum suorum fratribus Forimbacensibus* etc. 2) Cf. Geneal. fund. Formb., SS. XXIV, p. 77, cui haec nota praecedit. Sed Bertholdus IV. de Meran filiam, non sororem Ekkeberti II. comitis in matrimonium duxisse videtur. 3) Comes Formbacensis.

10. Tempore domni Heinrici abbatis[1], qui sextus post beatum Perngerum, primum Formbacensis[a] loci provisorem, eidem loco prefuit locumque et gentem scienter, honorifice, strennue gubernavit, amplificavit, tutavit, mulier quedam, omnibus fere sanctorum liminibus, scilicet Petri et Pauli Rome, Iacobi in Galicia[b], Egidii, Leonhardi, deinde his qui in Iuvavensi ecclesia Dei gracia manifestati[2] magnifice venerantur peragratis, deducta venit Pattaviam. Erat enim tribus, ut postea patuit, nequicie exagitata spiritibus. Postremum vero secundum dispositionem[c] Dei, multa comitante turba, Formbach deducitur, et quia nox imminebat, hospicio deputatur, pervigili custodia vallatur, humanitate quantulacumque refocilatur. Orto die decanus monasterii rogatus exiit, ad ecclesiam deduci iubet, et illa longe precedente, illoque subsequente lente, manum in turba elevat, et nescio quid boni intra[d] semet ipsum murmurans, signum crucis post eam elevat. At illa conversa retrorsum[e] fremit, ardet, minitat[f] et, ne id ulterius fiat, imperat. Deducitur igitur in ecclesiam, tumulo applicatur, a multitudine vallatur, orationis, postulationis devotio pro ea ad Dominum funditur. Interea spiritus nequam mulierem turbavit, miserabiliter artavit, crudeliter cruciavit, omni populo fratres implorante, ut pro ea preces funderent, si forte Deus misericordiam postulantibus ostenderet.

Pater[g] igitur monasterii, misericordia motus, ex intimo corde afflicte condoluit, congregationem coadunat: 'Si, fratres', inquiens, 'bene sapio, acquiescite; si male, me corrigite. Habemus nos sicut et plerique alii sanctorum patrocinia, fovemus sacra, Domino largiente, corpora, que etiam, dum in hac vita versabantur, Dominus miraculis glorificavit, et, ut michi videtur — nescio, an recta prosequar —: si peccatorum nostrorum nebule non obstarent, etiamnunc, quando cum Domino regnant[h], miraculis coruscarent. Si ergo rectum est in oculis vestris, pro glorificatione sanctorum, pro redemptione peccatorum et maxime pro salute que inpresenciarum sunt personarum triduanum ducamus[i] ieiunium, ut misericordiam consequamur et graciam inveniamus in tempore oportuno'. [cf. Ps. 31, 6.] Quod dictum placuit omnibus; libentissime se annuere spondent, Deum pro salute hominum orandum dicentes secundum illud: *Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem Christi.* [Gal 6, 2] Et iterum: *Petite, et accipietis*[k], *omnis qui petit accipiet.* [Matth. 7, 7.] Qui nichil petit, nescio, quid accipiat, nec dormientibus provenit regnum Dei. Sed quia, sicut quidam dixit, *nichil omni parte beatum*, unitatem conventionis filius duo e fratribus scindere voluerunt, dicentes quod Domino placuisset factum esse, cum sibi placeat, aliter fieri posse; nec ideo ieiunandum, quia

Quod statuit de re, sine te deliberat ipse.

Dominus abbas videns eos obstinatos in sui proposito, dimisit illos arbitrio suo, annuens illis agere quod velint, ne alios scandalizent; quia inmedicabile vulnus ense est demendum, ne pars sincera trahatur. [Hor Od. II, 16, 26 27.]

Igitur institutio superius dicta a reliquis devote suscipitur, orationes, obsecrationes, postulationes, vigilie, elemosine plus solito frequentantur, et sicut Ninnivite clamaverunt ad Dominum in fortitudine, [Ion. 3, 8.] unde exaudivit eos in latitudine: [Ps. 117, 5.] ita spiritalibus armis premuniti accedunt ad eam quam antiquus hostis vexabat, et ille nequam per virtutem nominis Christi et per merita et sanctorum nomina constringitur, artatur, utque plasma Dei deserat, iubetur. 'In vanum', inquit ille, 'laboratis, vane[l] vos et garrulitates vestras consumitis[m]; nondum venit hora mea'. Et nunc Virgilium, nunc Vitalem[3], nunc Pilgrimum[n, 4] se fugaturum profitebatur. Et quia ab inicio mendax fuit et pater eius, [Ioh. 8, 44.] diverticula querenti non crediderunt; sed precibus acrius institerunt, fortius hunc obiurgaverunt et coniuraverunt, ut saltem, ubi eiciendus esset, cercius illis indicaret. Hiis dictis, indignum ducentes ulterius verba ventis dare, ipsum, cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, toto corde et ore pro salute hominis implorant, obsecrant, assidua prece pulsant. Nox illa insompnis ducitur, omnis omnium intentio ad Deum dirigitur. Circa medium fere noctis inter lacrimarum suspiria, inter orationum sollempnia vox etiam laicorum, ut mos est, in ecclesia noctu vigilantium altius Deum et sanctos eius laudans reboabat; Deo miserante, et beato Andrea, ut credimus, interveniente, mulier unum de spiritibus inmundis amisit, circumstantibus ignorantibus tamen. Nam crebro viderant eam prius eosdem gestus, eosdem furores preferentem, ideoque eiectio illa facile eis persuaderi[o] non poterat. Deinde ad maius altare Dei genitricis, plebe sequente, deducitur et ibi sicut paulo ante exorcizatur, utque plasma Dei deserat, adiuratur, imperatur. Demon autem unus ex duobus, qui male remanserant[p], mirabiliter et miserabiliter clamans et eiulans: 'O!' inquit, 'scelus! O christiana perfidia! O dolus christianorum, immo hereticorum, quorum versucia agente unum e sociis amisi. Quid ergo statis? Quid, pessima gens, expectatis? Cur Andream vocibus et precibus non exaltatis? Cur illi grates pro depulsione[q] fraterculi mei non accumulatis? O timor! o pena, que me reddit etiam in crimine meo disertum!' Tum conversus ad profugam spiritum: 'Quare', inquiens, 'modice fidei, quare dubitasti? Numquid amplius Andream quam magistrum tuum reverebaris? Vade, vade, fuge, fuge! sollempniter excipieris, mercedem dignam laboris[r] tui consequeris'. Omnes[s] ergo qui aderant laudes pro gracia sibi mulierique impensa Domino reddiderunt, et adhuc plurimum de misericordia eius confidentes[t], manus mentesque ad sidera tollentes, matrem misericordie vocibus et precibus pulsant, utque

a) Formbacensi 1; Formpacensi 2. b) Galacia *corr.* Galicia 1. c) posi *e corr.* 1. d) intrat, t *eras.* 1. e) *sic ed.*; introrsum 1. 2. f) minitatur 2. g) *magna littera initialis* P *picta* 1. 2. h) regnante, e *eras.* 1. i) d. i. *eadem manu in marg. suppl.* 1. k) dabitur vobis *Vulg.* l) vos et vane garr. *ed.* m) consummitis 1. n) Pilgrinum 2. *ed.* o) presuadere 1. 2. p) remanserat 1. 2. *ed.* q) expuls. *ed.* r) labores 1. s) *rubra littera initialis* O 1. 2. t) confitentes 1.

1) Hic Heinricus occurrit in chartis a. 1179—1196, Mon. Boica IV, p. 136—147; ibidem p. 4. quidem Heinricus I. abbas a. 1155. defunctus esse dicitur, sed series abbatum ibidem exhibita falsissima est, falso duo Heinrici ex uno et duo Wernhardi ex uno facti esse videntur; etiam series et numeri adscripti 'UB. d. Landes Ob der Enns' I, p. 806. in indice magnam partem falsi sunt. 2) A. 1181. sancti Virgilius, Vitalis, Hartwicus, Eberhardus Salisburgi inventi multis miraculis claruerunt. 3) Salisburgenses. 4) Pataviensem, qui ętiam a. 1181. miracula patrare coepit; cf. Chron. Magni Reichersp., SS. XVII, p. 507.

sexus communis reminiscatur, suppliciter implorant. Tum quibusdam suggerentibus et, quia Deus alium locum eiectione alius demonis forsan honorare disposuerit, dicentibus, cunctisque in hac spe pendentibus, ad ecclesiam Dei genitricis extra monasterium ducitur; precibus ab omnibus insistitur, meritisque matris misericordie persona altero demone purgatur, lausque Creatori omnium persolvitur. Fugatis duobus nequicie spiritibus, adhuc tercius, qui se principem aliorum iactitabat[a], supererat, et quasi libera utens potestate, perennem se hospitem illic futurum non sine arrogancia astruebat, alios duos refugas spiritus asseverans esse timidos, mobiles, instabiles, cor leporis gerentes, quin etiam ignobiles, pauperes eos proclamat. Hic ergo mira et miranda mirabiliter proferebat, nunc rotabat turbines irrisionum, detractionum, nunc volvebat tonitrua terrorum, nunc homines in risum et chachinnum mittebat, ita ut, si[b] non esset videri miseria istum risu, illum dolore dissolvi, fatuis et insipientibus huiusmodi ludibria placerent. Accidit autem, ut vestis quepiam[c], quam non oportet nominari, furto distraheretur, et noti mixti ignotis adducti, personam circumstare iubentur, experiri volentes, utrum aliquid certitudinis ex eius verbis credituri essent, utrum veraciter malignus predo ibi hospitaretur, cum quidem penitus mulierem sanatam iam sperarent, magisque, ut de amissione vestis certi redderentur. Demon autem singulos singulis nominibus conpellat, singulorum facta sive bona sive[d] mala propalat[e], postremo furti reum demonstrat, ubi furtum lateat[f], indicat. Pater vero monasterii triduanum pro salute hominis ieiunium ducere sine cibo disposuit; sed altera die hospitibus supervenientibus, humanitatis caritatisque gracia ieiunium solvit, invitus tamen. Qui dum inter ceteros mulieri appropiat, delirat, fremit, expuit, inmundum eum, vas vacuum, malicia[g], perfidia plenum acclamat. Fratres vero in Domino confidentes, spes suas et mentes ad Dominum dirigentes, artiori observancie se tradiderunt, orationes, vigilias, ieiunia plus solito auxerunt, sanctorum patrocinia per letaniarum suffragia pro sanitate hominis implorant. In tantum pietatis fervebat studium, ut etiam pueri prime etatis — taceo de senibus et iunioribus — penitencie se voluntarie submitterent, flagellandos se traderent, in aliqua perfectione subito, quantum huic etati possibile fuit, eniterent[h]. Accedunt sacerdotes universi et spiritalibus armis premuniti demonem invocatione divini nominis constringunt, adiurant, artant, ut vas, quod male possidebat, deserat; sin autem, saltem, ubi vel quando deserturus esset, edicat. Iam enim ulterius laborare nolebant, quia non poterant. Demon vero post longas conflictationes[g], post longos et miserabiles cruciatus, quibus plasma Dei cruciabat: 'Hac nocte', inquit, 'Wirnto vester cum Margareta venturus est' — imminebat enim festum eius ipsa nocte —; 'tunc crucior, tunc abicior; scio enim, quia non[i] festive a magistro meo recipior. Heu! heu! Quid faciam? Quo fugiam? Considerans ad dexteram et sinistram, quo fugiam, non video; dum predam rapere Rom. 5,5. Ps. 77,30. quero, preda fio; crucior, dum crucio'. Fratres autem scientes, quia spes non confundit, non sunt fraudati a desiderio suo, et celebrantibus eis vigilias, ad medium fere noctis miseratione[k] Dei ad tumulum beati viri persona mundata est. Illa vero, ne ingrata videretur beneficiis Dei, se ereptori suo sanctisque inibi quiescentibus, abbate cum fratribus annuente, mancipavit, illic reliquum vite sue tempus in obsequio sanctorum et fratrum ducere constituit, hodieque videtur ibi in habitu, quem ipsa sibi in tribulatione sua Iob. 9,21. elegit. Non enim necesse habemus aliquid ulterius de hac re testificari; etatem habet, ipsa de se loquatur.

11. Venit preterea mulier quedam ad tumulum beati viri, multis sanitatum virtutibus inibi completis animata, adducens puerum, cuius etas memorie excidit, novo et miserabili et inaudito languoris genere iam per multum temporis detentum et cruciatum. Cerebrum enim, ut puto, superfluis humoribus secundum physicos viciatum, in ipsa cerebri theca vermium turmas genuerat, qui male aliti et confortati miserum miserabiliter affligebant, angebant, cruciabant. Qui etiam interdum[l] aure ab utraque scaturientes profluebant, et fusos grossitudine, non longitudine parificare visi sunt. Horrendum est autem huiusmodi spectaculum animo recolere, non dico scribere, enarrare aut videre. Quis vero ad passionem illam sufficiat? Quis ista[m] toleret? Ille utique, quia sic oportuit fieri, sustinuit, toleravit, donec ille[n], qui est gloriosus in sanctis suis, sanctum suum per virtutis efficaciam in eo glorificavit. Quid enim? Rarus egrotanti cibus, tenuis somnus, nocte dieque auditur dolor et gemitus. Deinde post multa suspiria magna devotionis confidencia tumulo applicatur, precibus parentum dolor eius Domino commendatur, utque sanctorum meritis misero misereatur, suppliciter implorant. Nox insompnis ducitur, dies similiter huiuscemodi laboribus consumitur, sed[o] nulla medela gracie sentitur, sicque cassati et quasi desperati, ad sua gemebundi remeant[p]. Exinde Pater ille, qui novit bona data dare petentibus se, beati viri suffragantibus meritis opem fert misero, salutem cum sanitate donat, iamque vermes mortui ab auribus profluunt; quievit dolor et gemitus, puer sospitati redditur. Post aliquantum vero temporis, ne ingrati viderentur circa se bene gestis, ad monasterium redeunt, rem gestam omnibus referunt, grates Deo et sanctis[q] eius persolvunt, sicque cum gaudio et leticia sua tecta subintrant.

12. Quoniam[r] a pueris orsi sumus, aliud miraculum magnificum, relationi[s] dignum priori iungamus[t]. Erat materfamilias trans Enum in vicinia monasterii, habens puerum debilem et claudum, cuius pedes ad posteriora retorti, etiam loca ipsa nature ministrancia fere operire videbantur. Fuit autem homuncio ille aspectu mirabilis[u], ita ut iam non hominem, sed mirabile[v] cerneres simulachrum, et sicut poeta[1]

a) iactabat *corr.* iactitabat 1. b) non si *corr.* si non 1. c) quipiam 1; quippiam 2. d) vel 2. e) proclamat 2. f) demonstrat et *add.* 2. g) et *add. ed.* h) enitterent 1. i) *deest ed.* k) mi|rat. *post corr.* miserat. 1. l) interdiu *post corr.* interdum 1. m) iste *corr.* ista 1. n) *sic* 2; ill.., *membrana perforata* 1; illum *ed.* o) nec medelae gratia *ed.* p) *sic* 2; ..meant, *membrana perforata* 1; commeant *ed.* q) sancto *ed.* r) Quandoquidem *ed.* s) *sic* 1; relacione 2. t) *syllaba* us *membrana perforata deleta* 1. u) miserabilis *ed.* v) miserabile *ed.*

1) Horat. Sat. I, 8, 1.

dicit: hic ut *truncus erat ficulnus, inutile lignum;* quem etiam noti sui videre dedignarentur. Nocte igitur quadam, cum se genitrix sopori dedisset, in sompnis admonetur: si sepulchrum Wirntonis ab ea et puero digna cum veneratione expetatur[a], prisce sanitati clodus[b] ille restituatur. Ubi vero sompno[c] excita[d] est, visione admodum facta hylarior, secum multa tacite disputat, diu animo fluctuat, quid sibi predicta visio velit, dubitat, deliberat, heret. Tandem fiducia resumpta, spe animata, assumens puerum, aditura monasterium, visitatura beati viri tumulum, tendit ad Enum, spondens naute naulum, dummodo non tardet eam in transvehendo. Nauta vero: 'Nonne vides', ait, 'aquarum virtutem? Numquid non audis fremitus fluctuum ad invicem sese collidentium? Salva temet ipsam et pauperem vitam filii tui, ne te et ipsum amittas, dum sponte intras periculum, et me, quamdiu Domino placet, sinas vivere, ne exiguo naulo mortem michi et vobis videar mercari. Redi ergo in tabernacula tua, donec inundatio aquarum conquiescat, et tunc sine dispendio mei et tui transfereris'. Erat autem hoc anno tam crebra vis ymbrium, tam frequens inundatio aquarum, ut etiam edes in vicinia riparum positas in[e] plerisque locis dirueret, vineta, sata attereret. Illa autem tristis et gemebunda metuens, ne votum eius irritum fieret, ne spes eius cassaretur[f], ad sua cum puero repedat[g], nil interrogantibus respondet, sed fletibus et gemitibus vacat. Fortis ergo mulier in domino[h] Deo suo confisa, feminee fragilitati virilem animum inserens, sciens etiam nichil Deo esse inpossibile, surgit velocius, et arripiens puerum, mense quasi pro altari superimponit eum, offert cum puero oblationem, offert contribulati spiritus sacrificium, offert sincere orationis devotionem. Tum tota ad Deum effusa: 'Tu', inquit, 'Domine, qui habes sanctam scienciam, qui cognoscis omnia novissima et antiqua, manifeste scis, quia, si possibilitatis mee fuisset, tumulum servi tui, licet cum detrimento mei, expetissem. Tu vero, qui ubique es, qui nusquam[i] dees, qui omnipotenciam tuam parcendo maxime et miserando manifestas, memorare, que sit nostra substancia; memento, quia pulvis sumus, memento, qualescumque sumus, sive ceci sive claudi, sive sani sive egroti, creatura tua tamen sumus; meritis beati Wirntonis, quem tecum regnare, quem omnia a te obtinere posse et merita et facta probant, miserere Sap. 11, 25.
creature tue et absolve eam ab hac languoris molestia, ne sit in obprobrium hominum[k], pro quo dedisti sanguinis tui precium. Non enim misericordia aut potencia tua maior est in ecclesiis aut in templis et minor in agris aut silvis, sed totus ubique es, ubique potens es, ubi, cui vis et quando vis et quomodo vis, misereris. Si ergo gaudium tuum est fortitudo nostra, si nichil odisti eorum que fecisti, miserere fletibus, gemitibus, doloribus meis, solare tristiciam cordis mei, moveat te dolor pueri mei'! Illa peroravit, et dicto cicius auditur fragor ossium; puer erigitur sanitatique redditur. Quo facto, concurrit populus, mater pre gaudio in lacrimas solvitur, laudes Deo et beato Wirntoni concinuntur. Non multum[l] temporis elapso, assumens genitrix puerum, evidens clemencie Dei speculum[m], beati viri adit sepulchrum, vota vovit et solvit, grates, quas poterat et noverat, Deo et sanctis eius reddit, deinde magnalia Dei enarrat. Tum una omnium in Deo exultatio, magna[n] utriusque hominis fervet devotio, isque ab omnibus glorificatur, qui est largitor omnium bonorum, qui facit[o] mirabilia solus, cui sit[p] honor et gloria per infinita seculorum secula[q]!

a) expectatur, c *eras.* 1. b) clolus, l *alia manu in loco raso* 1, *corrector male* dodus *legerat, unde perperam* dolus *correxit, et sic* 2. *ed.* c) *ante hanc vocem littera erasa et* no *e corr.* 1; e s. *ed.* d) *post corr.* excitata 1, *et ita* 2. *ed.*; *cf.* p. 1132, *n.* e. e) im 1. f) casseretur 1. g) repetit *ed.* h) Deo et dom. suo *ed.* i) nunquam *ed.* k) *deest* 2. l) *cf. supra p.* 1131, *l.* 30. m) spectaculum *ed.* n) magnalia, lia *eras.* 1. o) facis 2. p) est 2. q) Amen *add.* 2. *ed.*

VITA IOHANNIS EPISCOPI TERUANENSIS AUCT. WALTERO ARCHIDIACONO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Codici Vitae Iohannis episcopi, cuius apographo Ioh. Bollandus usus est, et exemplari recenti, quod nunc solum exstat, haec subscripta erant: Explicit vita domni Ioannis Morinensis episcopi edita per domnum Ioannem de Collemedio eius archidiaconum, *unde Iohannes de Colle-medio auctor huius libelli habebatur*[1], *eiusque sub nomine hoc opusculum editum est. Sed hoc falsum esse, auctorem potius fuisse Walterum archidiaconum Teruanensem, qui etiam iussu Iohannis episcopi Vitam Karoli comitis Flandrensis*[2] *a.* 1127. *exeunte vel* 1128. *ineunte scripsit, V. Cl. Duchet*[3] *demonstravit atque evicit. Auctor enim cum Iohanne episcopo quatuordecim annis, ab a.* 1116. *igitur usque ad a.* 1130, *Ian. se vixisse*[4], *tredecim mensibus postquam ab hoc ascitus sit, id est a.* 1117, *archidiaconum se* post decessum Arnulphi archidiaconi *ab eodem creatum esse dixit*[5]. *Episcopatus Teruanensis vero duos tantum archidiaconos habebat, Flandrensem et Artesiensem, quo munere qui sedente Iohanne episcopo functi sint, permultis chartis nobis traditum est; quibus docemur alterum eorum dicto tempore fuisse Herbertum*[6], *qui post Achardum*[7] *ab a.* 1109. *usque ad obitum Iohannis episcopi archidiaconatum gessit, alterum, qui Arnulfo archidiacono a.* 1097—1112. *in chartis occurrenti successit, fuisse Walterum auctorem Vitae Karoli. Hic archidiaconus primo chartae datae a.* 1118, *Iul.* 1. *testis subscripsit*[8], *deinde in permultis chartis a.* 1119—1129. *eius mentio fit*[9], *eodem igitur plane tempore, quo auctor Vitae Iohannis archidiaconatu se functum*

1) Cf. 'Histoire littéraire de la France' XI, p. 146 sqq. 2) Edita SS. XII, p. 537 sqq. 3) 'Jean de Colmieu auteur supposé du XII. siècle' in 'Mémoires lus à la Sorbonne, hist. phil. et sciences morales' 1867/8. p. 200—211. 4) Cap. 7. 5) Cap. 8. 6) Huius collegae sui auctor infra cap. 8. 14. mentionem fecit. 7) V. infra cap. 8. et quae ibidem adnotata sunt. 8) D. Haigneré, 'Les chartes de St.-Bertin' (Saint-Omer 1886) I, p. 51, nr. 133: *Signum Heriberti archidiaconi. Signum Walteri archidiaconi.* 9) Cum Herberto aut solus occurrit Walterus vel Galterus vel Gualterus archidiaconus: Haigneré p. 53, nr. 136 (a. 1119); Guérard, 'Cart. de St.-Bertin' p. 241, nr. 28 (a. 1119); d'Hoop, 'Recueil des chartes du prieuré de St.-Bertin à Poperinghe' p. 11, nr. 8 (a. 1119). p. 8, nr. 5. et p. 9, nr. 6 (sine anno); L. van Hollebeke, 'Cart. de l'abbaye de St.-Pierre de Loo' p. 9, nr. 5 (a. 1119); 'Cart. de la prévôté de St.-Martin à Ypres' I, p. 5, nr. 4 (a. 1119, Dec. 14). p. 5, nr. 5 (a. 1120); Duchet et Giry, 'Cart. de l'église de Térouane' p. 12, nr. 12 (a. 1124); Pruvost, 'Chron. et Cart. de Bergues-St.-Winnoc' p. 99 (a. 1126); A. de Cardevacque, 'Hist. de l'abbaye d'Auchy-les-Moines' p. 181, nr. 4 (a. 1120). p. 191, nr. 9 (a. 1122). p. 196, nr. 14 (a. 1129); Chron. et Cart. abbatiae S. Nicolai Furnensis p. 54 (a. 1120); Wilielmi Andrensis Chron., d'Achery, Spicil. IX, p. 390 (sine anno). p. 391 (a. 1126). — Inter a. 1118 – 1130. Heribertus vel Herbertus solus occurrit: Guérard p. 239, nr. 27 (a. 1119); van Hollebeke p. 13, nr. 7 (a. 1123); d'Hoop p. 13, nr. 10 (a. 1125); Duchet et Giry p. 8, nr. 9 (sine anno); A. de Cardevacque p. 195, nr. 13 (a. 1128); d'Achery, Spicil. IX, p. 386 (a. 1122). p. 413 (a. 1130).

esse dicit. Nusquam autem archidiaconus Iohannes vocatus in chartis huius temporis occurrit. Porro iam antiquitus Walterum recte auctorem Vitae Iohannis habitum esse ostendit V. Cl. Duchet l. l. p. 208 *sq., nam in Catalogo episcoporum Morinensium medio saec. XVI. a monacho S. Bertini conscripto quaedam verba laudantur, quae in Vitae Iohannis cap.* 5. *leguntur*[1], *hacce addita nota:* ut Walterus eius archidiaconus scribit. *Idem etiam vir doctissimus l. l. p.* 210. *demonstravit, unde error ille ortus sit, ut Iohannes de Collemedio auctor Vitae haberetur. In iam laudato enim Catalogo episcoporum Morinensium haec leguntur excerpta* de libro authentico edito a magistro Ioanne de Colemedio, archidiacono Morinensi, anno millesimo ducentesimo quarto: 'Iste Ioannes . . . . recondidit corpus sancti Humfridi . . . . et ab eo dedicata fuit ecclesia Morinensis, ubi nunc locus revestiarii est, et ibidem dedicationis signa ego de Colemedio vidi[2]'. *Apparet ergo, quendam librarium hoc loco seductum Iohanni archidiacono, qui saec. XIII. ineunte vixit, Vitam Iohannis attribuisse. Denique si qua dubitatio de auctore huius libelli restaret, haec eximitur ac tollitur, cum intellexeris Vitam Karoli auctore Waltero et Vitam Iohannis eodem stilo conscriptas atque eodem modo syllabis orationis articulos terminantibus consonis exornatas esse*[3].

Cum igitur Vitam Iohannis a Waltero archidiacono conscriptam esse iam certo certius constet, iis quae b. m. R. Koepke de vita eius collegit[4] *iam multo plura addere licet, quae ex Vita Iohannis discimus. Qui cum se a.* 1117. *admodum iuvenem archidiaconum creatum esse dixerit, tunc fere triginta annorum fuisse, inter a.* 1085. *et* 1090. *igitur natus esse videtur. Magistrum habuit Gerardum abbatem S. Martini Yprensem*[5] *(a.* 1102—1118*), unde in hoc monasterio educatus esse videtur*[6]. *A.* 1116. *medio fere Teruanam ab Iohanne episcopo ascitus*[7], *a.* 1117. *ab eodem archidiaconus factus, cum eodem summa familiaritate usque ad obitum eius usus est*[8] *et in negotiis ecclesiasticis eum adiuvit. Anno* 1127. *ad curiam Romanam profectus, inde redux a.* 1127. *exeunte vel* 1128. *ineunte iussu Iohannis episcopi Vitam Karoli comitis a.* 1127, *Mart.* 2. *occisi composuit; eidem episcopo a.* 1130, *Ian. morituro familiariter assedit et cum eo collocutus est*[9], *eum sepeliendum curavit*[10], *titulum sepulcro eius imponendum composuit*[11]. *Eiusdem ut vitam conscriberet, a canonicis Teruanensibus*[12], *utpote qui familiaris eius fuerit, admonitus, a.* 1130, *mense*

1) Historia episcopatus Iprensis ex autographis Gerardi de Meestere (Brugis 1851) p. 13: *Hubertus . . . a pravis hominibus multis est afflictus contumeliis et quorumdam perfidia, ut Walterus eius archidiaconus scribit, sauciatus, ita ut protinus moriturus videretur.* Cf. Vit. Iohannis c. 5: *Huberto quorundam perfidia, ita ut protinus moriturus videretur, sauciato.* Perperam autem illo loco Walterum Huberti (a. 1079 1081) archidiaconum fuisse dictum est. Auctor Catalogi ipse iam falso Iohannem de Collemedio Vitam Iohannis conscripsisse putavit, falsa illa subscriptione seductus, dixit enim l. l. p. 15: *Vitam huius sancti viri* (Iohannis episcopi) *scripsit Iohannes de Collemedio eius archidiaconus, quae in archivio nostro Bertini monasterii reperitur;* illum igitur locum, quo Walterum laudavit, ex antiquiore quodam libro eum transsumpsisse apparet. 2) Haec verba, quibus Iohannis de Colle-medio mentio fit, non leguntur in Catal. episc. Morin. typis impresso, Hist. episc. Iprensis p. 15, Duchet ea ex codicibus duobus mss. bibliothecae Audomarensis, qui hunc catalogum continent, citasse videtur. 3) Vide praesertim locum Vitae Iohannis c. 4. cum Vita Karoli c. 11. plane convenientem, quem V. Cl. Duchet p. 207. laudavit, alia quaedam consonantia in notis attuli. 4) SS. XII, p. 532. 5) Cap. 8. 6) Unde eum haud procul ab Yprensi civitate natum esse coniicere possis. Sane quae in hac civitate gesta sunt optime comperta habuit; cf. Vita Karoli c. 11. 48. 49. Ipse ibidem in conventu baronum Flandrensium a. 1127, Febr. 27. affuit; c. 20. 7) Locus cap. 5, ex quo elucere videtur eum iam a. 1099. Teruanae Iohannis episcopi electioni interfuisse, procul dubio corruptus est; cf. p. 1142, n. i. 8) Cap. 7. 13. 16. prol. 9) Cap. 13. 10) Cap. 14. 11) Cap. 15. 12) Ut coniicere licet, praesertim a Gozelino decano ad hoc incitatus, qui eum etiam, ut Vitam Karoli conscriberet, rogaverat, quem etiamtunc superstitem fuisse, ex multis chartis constat.

Novembri[1] *hunc libellum composuit. Paulo postea aut mortuus esse videtur aut certe archidiaconatu, nescio an monachatu forte suscepto, se abdicavit, cum iam a.* 1132. *Lucas eius loco archidiaconatu functus sit*[2].

Sane ergo optime instructus fuit Walterus, ut vitam Iohannis episcopi describeret; qui cum breviter strictimque tantum de rebus gestis eius retulerit et ea quae in negotiis saecularibus egit vix attigerit, potius in universum mores eius rationemque vivendi descripserit, haud pauca tamen scitu dignissima aeque ac Vita Karoli apto sermone, simpliciter ac sincere memoriae tradidit. Eo magis dolendum est, quod hic libellus male tantum servatus ad nos pervenit. Nunc enim, quantum scimus, nonnisi recens apographum eius superest, quod exstat in bibliotheca regia Bruxellensi nr. 16614, *chart. fol.*, 16 *foliorum, a.* 1642. *descriptum iussu Francisci de Mamez canonici Yprensis*[3]*; quod V. Cl. E. Ouverleaux in usum nostrum accuratissime exscripsit. Io. Bollandus, qui hunc libellum primus edidit, Acta SS. Ian. II, p.* 794—802, *usus est exemplari quod Her. Rosweydus 'e veteri codice d. Huberti' descripserat et alio apographo Io. Buzelini*[4] *'e veteri Taruanensi codice' desumpto. Haec tria exemplaria ex eodem codice haud perantiquo*[5], *multis mendis maculato, multis verbis omissis mutilo, manasse facile intelligitur*[6]*; quam ob rem non fieri potuit, ut ubique verba auctoris restituerentur. Apographum Bruxellense quidem haud paucis locis in editione Bollandi corruptis veras lectiones praebuit, alia vero multa depravata aut temere immutata habet, quae Bollandi apographa recte servaverant, multis denique locis, qui iam in codice illo perdito corrupti erant, veras lectiones restituere non licuit, quamvis studuerimus, ut e coniectura omissa suppleremus, menda tolleremus. Quae cum ita sint, et apographi Bruxellensis et editionis Bollandianae lectiones omnes adnotavimus*[7].

Editio Bollandiana recusa est Migne, Patrol. Lat. CLXVI, col. 873 *sqq. Excerpta ex eadem dedit Brial, SS. R. Franc. XIV, p.* 238 *sq.*[8] *O. H.-E.*

PROLOGUS IN VITA DOMNI IOHANNIS MORINENSIS EPISCOPI.

Secularium periti scientiarum eorum quos antiquitas diversis de causis habuit claros nomina[a] miris extulere preconiis, miris exornavere monimentis: aliorum namque res gestas

a) *deest c.*

1) Novem videlicet mensibus post obitum Iohannis, ut ipse in prologo dicit. Quocum convenit, quod Hugonem archiepiscopum Rothomagensem, a. 1130, Sept. 14. consecratum, c. 9. iam commemoravit. 2) Cf. chartas Milonis episcopi Teruanensis a. 1132. datas, Haigneré, 'Chartes de St.-Bertin' p. 68, nr. 168; 'Cart. de St. Martin à Ypres' I, p. 10, nr. 11, quibus Herbertus et Lucas archidiaconi subscripserunt. 3) In folio huic volumini praefixo legitur, V. Cl. E. Ouverleaux referente: *Vita B. Ioannis episcopi Morinensis* 29. *descripta iussu reverendi ac venerabilis viri domini Francisci de Mamez, i. u. doct., cantoris et canonici ecclesiae cathed. Iprensis, Morino translatae, ex originali desumpta anno* 1642, *edita a r. d. Ioanne de Collemedio archidiacono b. Ioannis episcopi praefati anno* 1130. Codex fuit olim Antonii Nuewens, postea Caroli de Hulthem, cum huius libris a. 1837. in bibliothecam regiam translatus est. 4) Idem Buzelinus, Gallo-Flandria sacra et profana (Duaci 1624) hunc libellum Iohanni de Colle-medio attributum persaepe adhibuit et laudavit; vide I, p. 250. II, p. 230 etc. 5) Quod iam eo probatur, quod subscriptionem illam habuit, qua Iohanni de Colle-medio hoc opusculum adscribebatur. 6) Quem codicem olim in monasterio S. Bertini servatum esse censeo, cum monachus S. Bertini, qui saec. XVI. medio Catalogum episcoporum Morinensium conscripsit, eo usus sit (cf. p. 1137, n. 1), porro cum in exemplari Buzelini quaedam a monacho S. Bertini interpolata legerentur. 7) Apographum Bruxellense antiquam rationem verborum scribendorum melius quam editio servaverat; quae in eodem contra morem saeculi XII. scripta erant ope Vitae Karoli a Waltero conscriptae ad antiquam rationem reduxi. Capitum divisionem ipse institui, cum in apographo Bruxellensi capita non divisa sint, Bollandus autem suo more in capita et paragraphos libellum partitus sit. 8) Non vidi libros qui inscribuntur: 'Biographie du b. Jean de Warneton, évêque de la Morinie' (Bruges 1849. 4°); Courvable, 'La vie du b. Jean de Térouanne' (Bruges 1875. 8°); van Drival, 'La vie de St. Jean évêque de Térouanne' (Boulogne 1852. 8°); quod haud multum doleo.

fusilibus quolibet ex metallo statuis[a] insignire, aliorum in tabulis aereis litteris, fulvo redimitis[b] auro, exarare, aliorumque[c] multo librorum numero illustrare studuerunt, aliis autem templa statuere, aliis arcus triumphales erigere et memorabiles vel militum labores vel captivorum calamitates candidis insculpere marmoribus[1], nec labori parcentes nec sumptui, curavere. His enim modis tam suo quam aliorum nomine perennem putabant[d] memoriam posse comparari[e]. Verum quanta haec, tanta illorum profecit aetas. Quantulum ex omnibus laboribus emolumenti fructum tulere? Aedificia vero partim ab hominibus, talia[f] videlicet non curantibus, destructa, partim videmus[g] ipsa vetustate corrumpente collapsa. Unde factum est, ut, ipsis in sua infidelitate pereuntibus, opera quoque eorum corruptibilia nequaquam valuerint permanere. Quorum si qua manent, Ecclesiastes vanos eorum conatus contempnendo derisit. Eccle. 2. Quocirca perennem eis[h] vitam quam perennem memoriam merito censuerim conquirendam[i] . . . . ., quam patres nostri bene operando viam triverunt. Quorum idcirco ab eorum posteris describuntur gesta, ut pandantur[k] omnibus, per[l] quae precesserunt, vitae itinera. Unde illorum non solum non spernendum, sed et[l] a Deo remunerandum non immerito iudicamus laborem, qui ea[m] scribendo non suam gloriam, sed vel proximorum utilitatem vel Dei affectaverunt honorem. Aestimo itaque[n] et ego, quamlibet imperitus et labiis cf. Exod. 6, 12. incircumcisus, quoniam nec mihi nec aliis proficere gestientibus sanctae matris ecclesiae filiis inutilis ero, si vitam viri venerandi, et qui merito censeatur imitandus, describendo ad multorum profectum in medio protulero. Quod quidem ut aggrediar opus, tum ille, quo eundem Dei servum ardentissime dilexi, suasit caritatis affectus, tum etiam[o] nonnulli ex fratribus importunis admodum precibus et innumeris me impulerunt hortatibus. Aiebant enim nemini competentius hoc iniungi valere, eo quod tanto cum eo tempore moratus . . .[p] Mecum habita prius disceptatione, bonum estimavi[q] parere[r] voluntati. In ipso quasi positus limine ordiendi, hinc propriae intuitu imperitiae, illinc magnitudine [rei[s]] territus, aliquoties[t] pedem retraxi,

Plurima pertractans mecum nec inaniter horrens
Tam tenui lembo committere vela profundo.

Considerabam preterea talem presertim operam perito scriptori rectius iniungendam, ne rerum videlicet maiestatem sermo incultior obfuscaret, cum eas dignitati earum dictione nequaquam [congrua[s]] enuntiaret. Sed quoniam in huiusmodi coniectatione novem iam mensibus post eius transitum evolutis neminem eruditorum, vel quia[u] non licuit, vel quia[u] non libuit, id studere cognovi . . . . . .[v] Quod certe ideo quam maxime facio, quatenus et in presenti pio fratrum meorum paream desiderio et in futuro pro labore tantillo a Deo mihi reddito perfruar premio, quod[w] aetate subsecutiva tanti merita[x] viri caeco non sim[y] passus obliterari silencio. Sancti ergo et venerabilis viri Iohannis[z] Morinorum episcopi exordiar partim evolvere gesta, habitatorem ipsius invocans Spiritum sanctum, quatenus ceptis meis propicius aspirando[2], me faciat veraciter eloqui, quae per illum dignatus est operari. Expectet autem mercedem a Deo, non quicumque legendo scrutatus, sed quicumque agendo ea fuerit imitatus.

INCIPIT VITA DOMNI IOHANNIS MORINENSIS EPISCOPI.

1. Vir igitur Domini Iohannes intra fines episcopatus Taruanensis, in villa cui Garnestanum[a. 3] vocabulum, quamque Legia flumen miti placidoque meatu interluit, honestis secundum seculum et Deum timentibus parentibus natus est. Pater eius Gillelmus[b], mater vero Phagala nomen habuit. Ambo quidem laici, sed, sicut ex bonis operum ipsorum fructibus manifeste apparuit, ambo veri christiani, ambo Christi devote adheserunt famulatui. Nam elemosinis studiose operam dabant, esurientibus alimenta, nudis vestimenta prebebant aliisque[c] piis operibus misericordiae insistebant. Qui cum filium carnali generatione seculo[d] edidissent, spirituali regeneratione Christo illum protinus adoptare curaverunt et salutari ablutum lavacro Iohannem illum nominaverunt Quod quidem non tam suo quam

a) statuas *c.* b) redimitibus *c.* c) aliorum quoque *ed.* d) petebant *c.* e) *emendavi;* computari *c. et ed.* f) alia *ed.* g) vero *ed.* h) eius *c.* i) conquerendum *c.; post haec quaedam excidisse patet.* k) parentur *ed.* l) *deest ed.* m) eam *c.* n) itque *c.* o) et *c.* p) *quaedam desunt, ut* sim; unde *(cf. n. v).* q) existimavi *ed.* r) eorum *supplendum videtur.* s) *supplevi, deest c. et ed.* t) aliquatenus *ed.* u) quod *c.* v) *quaedam deesse iam animadvertit Boll.; forsan verba quae supra leguntur l.* 23. Mecum — voluntati *hoc loco ponenda sunt.* w) qui *c.* x) merito *c.* y) sum *ed.* z) Ioann. *c. plerumque, ed. semper.* a) Ganerst. *ed.* b) Guill. *ed.* c) que *deest ed.* d) *deest ed.*

1) Romae talia vidit Walterus a. 1127. 2) Cf. Ovid. Metam. I, 1. 2. Cf. Vitae Karoli c. 8: *ceptis eius favente.* 3) Warneton in Flandria occidentali, in confinio Franciae.

superni[a] Iudicis fecisse creduntur arbitrio, quia[b], quod postea munere fulsit divino gratiae[c], ipso eius videtur prophetatum vocabulo[1]. Cuius rei ex ipsis tenerae illius aetatulae rudimentis non modicum emicuit documentum. Nam litterali studio a parentibus traditus, sic proficiebat eadem suffragante gratia, adeo ut nonnulli, quos in admirationem suspenderat actio, magnum eum futurum iamiam haud fallaci augurarentur auspicio. Nam puerilium[d] illecebris iocorum minus quam illa poscere videretur aetas intentus, ei[e], cui datus fuerat imbuendus, disciplinae non mediocriter invigilabat; ecclesiae conventibus interesse et maiorum preceptis pro viribus obtemperare humiliter satagebat. Et aetate pueriti emensa, postquam [cf. Matth. 7, 14.] ad grammatis illius Pytagorici bivium pervenit, sinistri tramitis viam caute declinans, artam arduamque viam ad dexteram prudens vitae huius viator elegit, et poeticis figmentis non tam dimissis quam abiectis, divinarum sensibus scripturarum, quibus interior homo saginatur et in amore proficit divino, animum intendit indagandis. Quas provincias ob studium peregrinando perlustraverit, quas urbes adierit, quos preceptores audierit, esuriendo, sitiendo, algendo, dies et noctes plerumque vigiliis continuando, dum videlicet diebus legeret et noctibus scriberet, non est nostrae facultatis evolvere. His vero temporibus licet plures magistros habuerit, duos tamen, quos hic pro suae integritate vitae commemorandos iudicavimus, pre ceteris coluit. Unus fuit magnae religionis et scientiae magister Lambertus Traiectensis; alter vero, qui et maior ab universis habitus est, domnus Ivo, qui post[2] episcopus fuit Carnotensis, qui quantae religionis quantaeque scientiae temporibus suis culmen tenuerit, hodie quoque testantur et monasteria quae instituit et libri quos ordinavit. [cf. Matth. 24, 45. Luc. 12, 42.] Huius itaque servi prudentis[f] et fidelis in domo[g] magni Patrisfamilias dispensatoris Iohannes noster non hebes auditor nec segnis imitator, unctione illius qui de omnibus docet cor eius interius[h] imbuente, in brevi adeo profecit, ut in tota Gallia vix aliquis inveniretur, qui ei vel doctrinae[i] vel vitae prerogativa anteponendus[k] iudicaretur. Unde ad patriam Domino prosperante regressus, omni auro cariores, omni gemma preciosiores advexit thesauros.

2. Apud Insulam[3] deinde, celeberrimum tunc illius regionis oppidum, aliquanto tempore[l] moratus est. Ubi quia[m] ex beneficio Balduini marchionis[4] nuper fuerat fundata multisque bonis locupletata ecclesia[5], plurima ibidem erat cleri studio eiusdem marchionis undecumque collecti frequentia. Inter quos ipse[n] quidem corporaliter tenebatur, spiritualiter[o] autem a mundo, qui in corde eius crucifixus erat, peregrinabatur; exteriori specie habitus aliis[p] consimilis, sed moribus valde dissimilis. Cum enim alii vanitates intenderent et spectacula vel ludicra spectarent vel aliis ipsi ludendo spectanda preberent, ipse caelestibus magis quam intentus[q] terrenis, lectioni vel orationi vacans, in conclavi residebat et nusquam [nisi[r]], cum ad ecclesiam foret prodeundum[s], procedebat. Qui si spectacula illa in eundo, ut assolemus, offendisset[t], gravi quadam velocitate preteribat, saltem nec respicere volebat. Omnes ergo suae merito sanctitatis eum venerabantur, nonnulli et venerando imitari conabantur.

3. Verum ne quid ei deesset ad perfectionem, quod virtutum eius cumulo censeretur adiungendum, ipse et corporaliter decrevit mundo abrenunciare, quem calcaverat mente contemptum[u]. Itaque domnum Iohannem, monasterii quod in monte qui dicitur Sancti Eligii, a civitate Attrebatensi tribus vel eo amplius milibus passuum semoto, tunc temporis[6] instituebatur abbatem, eximiae sanctitatis et religionis virum, adiit eiusque magisterio se humiliter submisit. Quem idem vir[v] Domini cum[w] summa suscepit alacritate et gaudio, uberes omnipotenti Deo gratias agens de tanto sibi divinitus collato solatio. Nam, quia[x] beati Augustini regulam ipse in eodem monasterio observabat suisque imposuerat observandam, eius religionem et prudentiam non mediocriter sibi in hoc opere arbitratus est necessariam. [cf. Matth. 13, 46] Sane nec immerito. Illam[y] enim divinae sapientiae margaritam, quam, omnibus quae habebat venditis, sagax profecto negotiator comparaverat[z], quis non ambiret[a]?

a) supremi *ed.; cf. V. Karoli prol.* superni iudicis. b) *deest c.;* quod *deest ed.* c) gratia *c.* d) puerulum illebris *c.* e) et *ed.* f) fid. et prud. *ed.* g) domino *ed.* h) intentius *ed.* i) vitae vel doctr. *ed.* k) antipon. *c.* l) temporis *ed.* m) quod *c.* n) quidem ipse *ed.* o) et sp. *c. et ed.* p) aliisque *c.* q) terr. int. *ed.* r) *supplevi, deest c. et ed.* s) deundum *c.* t) offendissent *c.* u) contemptus *ed.* v) verbo *c.* w) *deest ed.* x) Namque *c.* y) illa *ed.* z) comparuerat *c.* a) enim *add. c., quod ex interrogationis signo male lecto exortum esse videtur.*

1) Nomen Iohannis *Dei gratiam* valere interpretantur Hieron. et Isid. 2) A. 1090–1115. 3) Lille. 4) V. Flandrensis a. 1036–1067. 5) S. Petri, quae a. 1055. fundata, a. 1065. dedicata est. 6) A. 1068; Iohannes eidem a. 1068–1108. praefuit; cf. A. de Cardevacque, 'L'abbaye de Mont-St.-Éloi' p. 15 sqq.

Quicquid temporale est abiecisse et sola aeterna concupiscere videbatur. Quid multa? Ut paucis multa expediam, talis fuit ipsius in monasterio conversatio, ut omnibus prodesse posset et verbo pariter et exemplo.

4. Interea sanctae memoriae Urbano secundo papa apostolicae sedis apicem tenente, Attrebatensis ecclesia ab eo, sub quo pressa diu gemuerat, iugo soluta est Cameracensis 1093. ecclesiae, eodem videlicet papa id ipsum omnimodis efficiente ipsamque ecclesiam in antiquae statum libertatis auctoritate apostolica plenarie restituente. Igitur premisso cum precibus sollemni ieiunio, sicut probabilis exigebat ecclesiae consuetudo, convocato ex diversis ecclesiis clero et populo, ex prelibati venerabilis papae precepto canonica in eadem ecclesia, Christo annuente, facta est electio. Electus quippe est ad eundem episcopatum prefatae Insulanae precentor ecclesiae domnus Lambertus, vir per omnia honestus et religiosus, infula pontificali non immerito decorandus. Magna igitur omnibus cum exultatione Deum laudantibus, quia, huius rei prorsus ignarus, vocatus aderat, rapitur, trahitur et, quamquam invitus, quamquam renitens plurimum et reclamans, episcopali cathedra sublimatur. Domno autem Reinaldo[a] Remorum archiepiscopo ob Cameracensium, ut putabatur, favorem consecrationem eius differente, tandem Romam ipse cum aliquanta cleri sui parte proficiscitur, pedibus papae humiliter advolutus, ab eius se obedientiae vinculo absolvi humiliter precatur. Sed non impetrato quod petierat, ipsius papae quasi beati Petri manibus sollemniter consecratur[1], et sic demum, apostolicis munitus privilegiis, ad ecclesiam suam remittitur. 1094. Reversus, dum agrum dominicum, quem susceperat excolendum, debita sollicitudinis vigilantia circuit, multa per diversa cultoris neglectu[b] incommoda inflicta deprehendit, hinc spinas, hinc tribulos latis pullulare germinibus, illinc zizaniorum inutilia triticeis immixta segetibus. Ut se considerat non posse sufficere, alios deliberat accersire[c] sollicitudinis in partem; religiosos quoque et prudentes viros undecunque contrahit, quibus adiutoribus suae pondus sarcinae dividendo leviare[d] posset. Inter quos nostrum, de quo hic agere suscepimus, venerabilem Iohannem, olim sibi optime notum, utputa cum quo et domi familiarissime vixerat et sub antefato magistro Yvone sanctarum studiis scripturarum aliquamdiu insudaverat, singulariter existimavit in hoc opus esse eligendum. Hic Deo et hominibus visus est approbatus, cui summam imponeret curam archidiaconatus. Nec erravit iudicio, nec sua eum in hac parte fefellit opinio. Est namque hoc illius episcopi memorabile, quod, quicunque ab eo electi sunt archidiaconi, omnes postea facti sunt episcopi. Tres enim tantum fuisse eius archidiaconos novimus, quos omnes postmodum religiosos episcopos vidimus: primum quidem domnum Iohannem episcopum Taruanensem, deinde domnum Clarembaldum[e] episcopum Silvanectensem[2], postremo domnum Robertum eius factum Dei ordinatione successorem[3]. Cum itaque virum illum venerandum ad prefatae onus prelationis invitaret suscipiendum, vehementer cepit reniti, nec statum[f] contemplationis ad modicum deserere[g]. Tandem episcopus divinorum interdictu officiorum totam, in qua morabatur, mulctat[h] ecclesiam, ut inde unam eliciat personam. Nec diutius potuit reluctari; archidiaconatus igitur curam suscepit contra voluntatem suam. Quam qualiter exercuerit, supervacue niteremur edicere[i], cum ruendum nobis videremus esse sub fasce. Ecclesias et ecclesiasticas personas iuxta antiquam archidiaconorum consuetudinem novis quibusdam impositionibus non solum non gravavit, sed exactiones ab anterioribus archidiaconis impositas relaxavit[4].

5. His vero ita[k] se habentibus, Morinensis ecclesia exterius quidem a malis hominibus, precipue Flandrarum[l] comite Roberto[5] persequente, multas inquietudines perpessa et a temporibus bonae memoriae Drogonis episcopi[6] 20 circiter annis fere fuerat tribulationibus[7] vexata, sed interius pessimis quorundam moribus, sicut aegri assolent malis perniciosius gravari humoribus, quanto periculosius, tanto nimirum miserabilius conflictata. Nam prelibati Drogonis successore Huberto quorundam perfidia, ita ut protinus moriturus vide- 1081.

a) Rain. *ed.* b) neglecta *c.* c) accersere *ed.* d) levari *ed.* e) Clareb. *ed.* f) stratum *ed.* g) *fortasse legendum est:* ne st. cont. desereret ad modicum. h) e. m. *ed.* i) dicere *ed.* k) itaque *c.* l) Flandrorum *ed.*

1) Quod a. 1094, Mart. 19. factum est; Jaffé, Reg. ed. 2. I, p. 674. 2) A. 1117—1133. 3) A. 1115—1131. 4) Eadem fere Walterus de Karolo comite dicit, Vita Karoli c. 11, SS. XII, p. 543, ut monuit Duchet l. l. p. 207. 5) I. a. 1071—1091. 6) A. 1078. aut 1079. defuncti. 7) De quibus vide Giry, 'Revue historique' I, p. 396 sqq.

1081. retur, sauciato ac per id monacho effecto[1], Lambertus quidam Bellulanus, prefati comitis
astipulante violentia, episcopatum Morinensem, foribus etiam ecclesiae violenter excisis,
invasit, clerum fere totum, eo quod sibi non communicaret, per diversa fugavit et eccle-
siam per biennium ferme non tam tenuit quam vexavit. Verum hic, sicut hostiliter intra-
1082. verat, lingua et dexterae manus digitis pertruncatus, hostiliter . . . . . .[a.2] Expulso Gerar-
1083. dus substituitur, a clero quidem electus et expetitus a populo, sed, ut postea declaratum est,
non satis canonice conciliato sibi favore regio: etenim pecuniae pactio intervenerat, ipso[b]
tamen, ut aiunt, ignorante, donec exactus solvere coactus est quod pactum fuerat. Quam
pestem tanta incommoditas consecuta est, ut vix unquam pacem habuerit et nimia coactus
cf Ovid Met. VI, 585 egestate confuderit fasque nefasque. Pudet me quod sentio dicere. Vendebantur preben-
dae, distrahebantur bona ecclesiae, nec omnia haec domesticam valebant egestatem depel-
lere[3], sed[c] Omnipotentis iudicio, quae[d] illicite acquirebantur, quadam quasi rubigine con-
tinuo absumebantur. Hic autem cum 15 et eo amplius annis prefuisset, apud sepe fatum[e]
Urbanum papam, fortissimum simoniacae pestis impugnatorem, huius heresis insimulatus,
concessa sibi purgandi facultate, cum se excusare non posset, ab episcopatus administra-
1098. tione cessavit et ad supradictum Montis Sancti Eligii monasterium se contulit, et quietem
tanto sibi tempore negatam gratanter, ut erat moribus placidus, amplexus, in pace con-
senuit. Tunc vero mira sequitur ecclesiae confusio. Archidiaconi[4] namque cum cathedrali-
bus clericis in unum congregati quendam Erkemboldum ecclesiae sancti Audomari cano-
nicum elegerunt. Qui cum pertinaciter reniteretur nec e diverso instanter peteretur, illa
electio facillimo prorsus cassata est negocio. Deinde iterum conveniunt et Autbertum[f]
Ambianensem[5], canonicatum ecclesiae Morinensis contra canonum sanxiones, quibus cleri-
cus in duarum conscribi vetatur ecclesiis civitatum, nuper adeptum, in episcopum eligunt.
Sed abbates religiosi[6] cum nulli[g] duarum electionum prebuissent assensum, domui[h] Dei,
cuius aestuabant zelo, dispensatorem ordinari cupientes idoneum, ideoque timore Dei pre
oculis habito, et sancto Spiritu invocato . . . . .[i]: 'Domnum Iohannem Attrebatensem
archidiaconum sanctae Dei ecclesiae preficiendum eligimus, quem irreprehensibilis vitae
et predicandae scientiae dotibus preditum tanto aptum regimini veraciter agnovimus'. Mox
instinctu nimirum divino laicalis qui aderant ordinis viri horum cum multo favore cessere
sententiae. Illis e diverso reclamantibus et abbates frustra conari non sine rancore et indigna-
tione vociferantibus, ad audientiam domini papae controversia tandem per appellationem
1099. translata est. Et hoc utique oportune. Nam eodem tempore Romae concilium generale de
diversis mundi partibus papa indixerat. In quo concilio[7] Morinensi[k] causa tractata, et Aut-
berti electione haud difficile reprobata, domnus Iohannes, cuius sanctitatem celebris fama
vulgaverat, vocibus[l] multorum dignus pronuntiatur, et electio eius ex sententia concilii a
domino papa sollemniter confirmatur. Nec prius ab incepto destitit pars[m.8], quam eidem
electioni pars consentiret adversa, ratione pariter et auctoritate convicta. Sed ne ipse fuga
elaberetur, omnia haec ipso ignorante actitabantur. Dominus papa, ne subterfugere per-
temptet, huiuscemodi[n] ei litteris interminatur[9]:

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio suo Iohanni Attrebatensi archidiacono salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam relatum est in auribus nostris te communi voto religiosorum virorum, tam cleri quam populi, in ecclesia Morinensi esse electum, plurimum congaudemus. Auctoritate igitur apostolicae sedis electionem illam confirmamus et corroboramus et, ne aliqua occasione eam subterfugias, eadem auctoritate omnino interdicimus.

Litteras igitur[o] apostolicas ex improviso sibi oblatas cum legisset, tanto protinus merore concussus est, ut fere[p] vitae suae illum taederet. Hinc proclivia prelatorum[q] pericula

a) *quaedam deesse patet, velut* expulsus est. b) episcopo *c.* c) Sic *c.* d) quod . . . acquirebatur . . . absumebatur *ed.* e) factum *ed.* f) Aub. *ed. semper.* g) nonnulli *ed.* h) domini *c.* i) *quaedam excidisse, ut* aiebant *vel* dixerunt, *patet.* k) Morinensis *c.* l) m. v. *ed.* m) *emendavi;* prius *c.;* populus *ed.* n) huiusmodi *ed.* o) ergo *c.* p) *deest ed.* q) pr. per. *des. ed.*

1) Cf. Simonis G. abb. S. Bertini II, 51, SS. XIII, p. 646. 2) Cf. ibid. II, 52; Gregorii VII. epistolas, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5242. 5243. 5245. 5247—5252. 3) Cf. Chron. Watin. c. 22, SS. XIV, p. 172. 4) Arnulfus et Hugo. 5) Obertum de Helci eum vocat Simon l. l. c. 56, qui haec omnia narrans optime cum hac relatione convenit. 6) Inter quos eminuit Lambertus abbas S. Bertini; Simon l. l. c. 57. 7) A. 1099, Apr. 24—30. celebrato. 8) Ut Simon l. l. c. 57. tradit, pars adversa Romae abbatum sententiae cessit, quod idem haud dubie Iohannes hoc loco dicere voluit, unde editionis lectionem *(populus)* falsam esse apparet. 9) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5794.

mentis obtutibus preponebat[a]; inde summa, in illa presertim ecclesia, episcopandi difficultas animo succedebat, cum et exterius suis esset possessionibus ultra modum imminuta et interius, quod[b] etiam magis horrebat, quantum ad disciplinae tenorem enormiter dissoluta. In tali igitur cogitationum conflictatione constitutus, quid[c] ageret, quo se verteret, nesciebat. Sic autem illo ambigente et, quid faceret, quave tot circumvallatus periculis commodius exiret, deliberante, tandem salubri cessit consilio, eligens magis procellis maris, Christo favente, qualicunque superferri navigio quam inobedientiae incerto sese immergere naufragio.

6. Annus erat ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1099. Hoc igitur anno 1099. 2. Nonas Iunii presbyteratus ordinatione suscepta, sequenti mense, 16. videlicet Kal. Iun. 4. Iul. 17. Augusti[1], a viro venerabili domno Manasse archiepiscopo Remensi, Christi per omnia cooperante gratia, in urbe Remorum episcopus consecratus est. Unde reversus Taruennam, summa cleri, procerum et totius plebis exultatione suscipitur et, universis in iubilatione Deum laudantibus, cathedrae pontificali 9.[2] Kal. mensis predicti sollemniter inthronizatur. Iul. 24. O tempora felicia, quibus superne indulta probantur beneficia! Ecce Urbano presidente, Urbano pastoralibus supra gregem dominicum excubiis invigilante et per singula ovilis sui late sollicitorum custodias excubitorum prudenter ordinante, ab ovibus, quas tibi, Christe[d], redemisti, rapacium morsus luporum efficaciter[e] prohibet. Sed forte melius liquebit quod dicimus, si aliquos religiosos illius temporis episcopos ex nomine proferamus. Fuerunt enim illo tempore diversarum ecclesiarum episcopi religione conspicui, scientia precipui, fama celeberrimi, ex quibus fuit Hugo Lugdunensis archiepiscopus, apostolicae sedis in Galliam legatus, Manasses archiepiscopus Remensis prelibatus, Yvo Carnotensis, Lambertus Attrebatensis, Odo Cameracensis, Walo[f] Parisiensis, Godefridus Ambianensis, preter alios quos illustres illa habuit aetas.

7. Infulis namque pontificalibus insignitus, quam sobrium sibi, quam iustum subditis vel proximis, quam pium denique Deo se exhibuerit, quis investigare saltem, ne dicam enunciare, sufficiat[3]? Nihil enim me in hac parte falsi [sciatur[g]] scienter dumtaxat vel dixisse vel esse dicturum, nisi quod vel ipse probavi, cum ipso conversatus per spatium ferme quatuordecim annorum, vel quod eorum relatione certissima didici, qui vitam eius familiariter noverunt, veratium virorum[4]. Tantam vero a pueritia pudicitiam, tantam per Dei gratiam obtinuit mundiciam, ut mulierem eum concupiscentialiter ne contingere quidem quisquam facile unquam suspicatus sit, quamquam multis eum huiusmodi vexatum sepe temptationibus non incompertum nobis sit. Ceterorum sensuum castigator fuit adeo districtus, ut nec oris eius sermo impudicus, nec oculorum fuerit petulans obtutus, nec vanis auscultandis occupatus auditus. Quantum ad gustum et odoratum attinet, admirandae semper extitit abstinentiae; etenim ab esu carnium usque ad ultimum aetatis suae senium omnimodis abstinuit. Sed ante triennium ferme quam ab hac luce migraret, cum presbyter quidam 1127. cardinalis, apostolicae sedis legatus, ad eum visitandum venisset eumque pre multa parcimonia corpore adeo debilitatum comperisset, ut pedibus vix incedere vel sacrorum celebrationem conficere valeret, instantissime apud illum agere cepit, quatenus deinceps carnibus aliquando vesci non recusaret. Hoc idem ab illo cum eodem presbytero dum[h] humiliter peteremus, omnino acquiescere noluit, donec ex parte Dei et beatorum apostolorum per obedientiam constrictus, non obedire non potuit. Ex quo tempore carnibus quidem interdum, sed parcissime usus est. In vestimentis autem eum servabat modum, ut nec preciosa nimium nec e contrario essent vilia plurimum.

8. Statim igitur ut episcopalis cathedram dignitatis accepit, probatae religionis viros de diversis electos monasteriis congregavit, quos in vinea magni Patrisfamilias pro denario diurno laboraturos suo comitatui sociavit. Quorum ut vitae integritatem et in bonis operibus strenuitatem paucis probemus[i], eorum aliquos hic nominemus. Ex eorum namque numero fuerunt domnus Achardus, qui in loco qui nunc monasterium Sancti Nicolai in Arida-Gamantia[5] dicitur[k] heremiticam duxerat[l] vitam, quemque, defuncto Hugone archi-

a) opponebat *ed.* b) quem *c.* c) quod *ed.* d) Christi *ed.* e) pr. eff. *ed.* f) Voalo *c. et ms. Buzelini;* Noalo *ed.* g) *supplevi, deest c. et ed.* h) dum ab i. c. e. pr. hum. *ed.* i) et *add. c. et ed.* k) *emendavi;* Deo *c. et ed.* l) duxerit *c.*

1) Cf. Ann. Formosel., SS. V, p. 36. 2) In titulo sepulcrali, infra c. 15, Iul. 25 (8. Kal. Aug.) episcopus inthronizatus esse dicitur. 3) Cf. Vita Karoli c. 10: *qualem se quantumque exhibuerit, verbis explicare non sufficio.* 4) Cf. ib. prol.: *earum, quas vel ipse vidi vel virorum veracium testimonio indubitanter cognovi, rerum.* 5) Arrouaise.

diacono[1], in eius locum subrogavit, qui et hodieque[a] superstes in Ierusalem templo Domini
presidet; et domnus Richarius, qui domus eius dispensationem sibi creditam aliquando
prudenter administravit et postmodum in eodem Aride-Gamantiae monasterio [per[b]] annos
aliquos[2] abbatis invigilando officio, presentis vitae cursum dormiens in Domino consummavit;
domnus quoque Gerardus, vir per omnia religiosus, ecclesiae sancti Autberti
1102. Cameracensis canonicus, ab ipso postea in monasterio Iprensi primus abbas ordinatus[3],
magister meus, qui in eodem loco annis[c] circiter sedecim[4] omnibus[d] quibus prefuit pariter
prodesse studiose curavit, et bonis iugiter insistens operibus, post multos, quos pro Christo
toleravit, labores ad ultimum in pace quievit Verum illo ad prefatam abbatiam electo,
domnum Herbertum, iam bonae spei iuvenem, Formosellensis monasterii canonicum, sibi
assumpsit et loco eiusdem Gerardi capellanum eum habuit; quem etiam postea, prefato
Achardo Iherosolimam profecto[5], cum reverti ultra nollet, in archidiaconatu successorem
statuit[6]. Alium item Gerardum capellanum habuit, quem petentibus Loensis[e] monasterii[7]
canonicis abbatem preposuit. Sic omnis fere regularium fratrum congregatio, quae illis
forte in locis pastore fuisset orbata proprio, de illius precipue domo sibi patrem ordinari
optabat. Novissime vero tanquam peripsema[f] omnium, tum pre multitudine iniquitatum
1116. mearum in talium numero virorum nec nominandum, me quoque vere quasi abortivum[g]
1117. sibi ascivit, et tredecim fere mensibus secum detento post decessum domni Arnulphi archidiaconi[8]
eius curam officii, cum admodum iuvenis[b] essem, contra spem certe meam et
omnium fere voluntatem, in hoc forte, si dicere audeam, reprehendendus, imposuit. Quem,
ut vere fatear, cum etiam ipse postera die, cur hoc fecisset, reprehendendo sciscitari ausus
fuissem[h], ob penuriam prudentium, quae[i] tunc sibi contigisse videbatur, virorum sese in
illam devenisse sententiam respondit. Sic ille, cum ego ad meam miseriam omnino iusto
Dei iudicio accumulandam in hunc quasi offensionis lapidem me impegisse intelligam, nec
incongrue, qui enim vix una unquam hora bene rexi animam meam, de aliorum, quorum
provisionem et curam suscepi, animabus rationem districto Iudici redditurus, quomodo
Rom. 7, 24. evadam? Libet ergo pro parte mea exclamare cum apostolo: *Infelix ego homo, quis me*
Ps 39, 3. *liberabit de corpore mortis huius*, de lacu scilicet miseriae et de luto faecis?

9. Preterea multi abbates religiosi ei frequentissime adherebant, qui zelum Dei
habentes, ex ipsius imitatione[k] proficere gestiebant: domnus Cono monasterii sepe fati
Aride-Gamantiae abbas[9], post[10] episcopus Prenestinus et apostolicae sedis in Galliam legatus,
domnus Lambertus Sancti Bertini[11], Bernardus Watinensis[12], Gerardus Hamensis[13] et domnus
Hugo clericus, post abbas factus in Anglia monasterii Radingensis[14], nunc autem archiepiscopus
Rothomagensis[15], aliorumque tam abbatum quam clericorum turba non modica,
quorum hic superfluum videretur recitare vocabula. Talium Christi famulus virorum[d]
delectabatur consortio, ut ad huius ferendas presentis exilii molestias eorum videretur
solatio confortari. Hos interioris suae conversationis in secreto, hos operum suorum testes
habebat in publico. Etenim quaecumque alios ut facerent bona, verbis exhortando monebat,
in suis primum operibus faciens realiter ostendebat, quatenus ab eo quod lingua sonabat
in predicatione vita non discreparet in actione. Semper illum aut spiritualis meditatio aut

a) hodie quoque *ed.* b) *deest c.* c) aliis *ed.* d) *deest ed.* e) *sic ed.*; Logensis *codex Huberti*; Lohensis *c.* f) peripsima *c.* g) obort. *c.* h) fuisse *c.* i) qui *c.* k) incitatione *c.*

1) Hugo archidiaconus occurrit in charta data a. 1097 Oct. 18; Guérard, 'Cart. de St.-Bertin' p. 244, nr. 21 = Haigneré, 'Chartes de St.-Bertin' I, p. 39, nr. 98. Achardus subscripsit chartae editae ap. Guérard p. 236 sq. sine anno. 2) A. 1107—1121; cf. Galteri Fund. mon. Arroasiensis c. 5. 6, supra p. 1120 sq. Recte eum officio abbatis invigilasse Walterus dicit, cum non titulum abbatis habuerit. 3) A. 1102; cf. Iohannis chartam d. d. 1102, Oct. 1; 'Cartulaires de la prévôté de St.-Martin à Ypres' II, 1, p. 1, nr. 1. 4) A. 1102—1118; cf. ibid. I, p. 7 sqq. 5) Aichardus vel Aicardus decanus Ierosolymitanus occurrit in charta Balduini regis Ierosolymitani data a. 1110, Miraeus, Op. dipl. III, p. 317 sq., qui iam tunc aliquanto tempore Ierosolymis moratus et inde Romam profectus atque inde reversus erat. 6) Herbertus archidiaconus primo occurrit in charta a 1109, Guérard l. l. p. 235, nr. 23. 7) Loo in Flandria occidentali. — Gerardus abbas occurrit in chartis a. 1119—1130; cf. van Hollebeke, 'Cart. de l'abbaye de St.-Pierre de Loo' p. LVIII. 8) Arnulfus vel Ernulfus archidiaconus ab a. 1070. usque ad a. 1112. in chartis occurrit, postremo ap. Guérard l. l. p. 225, nr. 13A. 9) Circ. a. 1097-1107; cf. Galteri Fund. Arroas. c. 5. 10) A. 1107—1123. 11) Abbas a. 1095—1124. 12) Praepositus seu prior a. 1087—c. 1115, plerumque Bernoldus dictus; cf. supra p. 897, n. 1. 13) Ham prope Lillers (arr. Béthune). 14) Reading; a. 1123-1130; cf. Monast. Angl. IV, p. 30. 15) A. 1130—1164.

sacra occupabat lectio vel certe ad contemptum mundi et amorem Dei commoda disputatio aut pro se sibique commissis ad Deum fusa oratio. Cum ad nocturnas surgendum esset vigilias vel mane, episcopus primus surgebat et surgendo, ne alios quiescentes strepitu quolibet[a] inquietaret, satis cavebat; nam fere[b] nemini[c] minus quam sibi parcebat. Apud se deinde in secreto cordis residens cubiculo, secularium cogitationum amotis turbinibus, Patrem suum devote orabat et in hoc ipso vel meditatione aut lectione usque ad primam perseverabat, post primam scilicet usque ad tertiam. Inde ad missarum sollemnia celebranda procedebat, quae vel cotidie vel frequentissime per se ipsum explebat. In mensa eius sacra cotidie personabat lectio, qua[d] sicut exterior corporali alimento, sic spirituali saginaretur[e] homo.

10. Ecclesiam beatae Mariae Teruanensis, quam, uti prelibavimus[1], interius exteriusque miserabiliter dissipatam invenit, mox primis ordinationis suae temporibus biformi structura sapiens architectus reparare preparavit; et de insensibili quidem lapidum lignorumque materia fabricam eius a fundamentis magna ex parte incipiens, laudabiliter extrinsecus consummavit, sed vivis intrinsecus lapidibus lignisque rationabilibus eam multo utilius instauravit. Clericos namque quoscumque moribus scientiaque pollentes[f], in nulla dumtaxat ecclesia titulatos[g], ecclesiastica videlicet beneficia non habentes, dominicis satagebat castris[h] aggregare eisque congrua et sufficientia de suae facultatibus ecclesiae pro posse suo stipendia erogare. Scimus quippe et veraciter testimonium perhibemus, quoniam toto pontificatus sui tempore adeo ab omni cupiditatis spiritu abstinuit, ut nec rogatu nec nutu exactionem vel minimam in subditis clericis aut laicis aliquatenus fecerit et bannos, quibus pro transgressionibus suis et prevaricationibus[i] homines secundum leges mulctari ab episcopis debent, etsi[k] ob hoc ipsum a nonnullis reprehenderetur, omnino accipere noluerit[2]. Unde factum est, ut in ecclesia Dei honestior et utilior clericorum existeret congregatio, et sacerdoti Domini detrahendi nulla malivolis prestaretur occasio. Alios quoque dioceseos illius clericos latas[l] seculi vias et carnis desideria multis retro temporibus sectatos[m] ad normam recte vivendi reducere laboravit, tam exemplo quam verbo invitatos. Quorum quosdam simoniaca peste infectos repperit, quam totis viribus expugnare et exterminare decrevit. Testatur quod loquor ecclesia Iprensis[3], testatur Formosellensis[4], illas videlicet de manibus pervasorum, huius hereseos canonico iudicio convictorum[n], ereptas; illis enim de ecclesia, quam per simoniam sibi comparaverant, eliminatis, vineam dominicam[o] aliis locavit[p] agricolis. Cum autem Iprensem[q] ecclesiam liberasset et aliquanto sibi 1102.
tempore retinuisset[5], regularibus eam fratribus donavit, et abbate[r], quem supra nominavimus[6], in ea ordinato, perpetuo habendam episcopali privilegio confirmavit. Formosellensem autem totam ad statum regularem convertit, excepto quod illum qui prius eius[s] prepositus 1100.
extiterat in alio loco regularium clericorum abbatem constituit et Alboldum[t] illi ecclesiae spectatioris religionis prefecit[7], et redditus eorum sua[u] liberalitate postmodum ampliavit; unde factum est, ut in utraque ecclesia clerici beati Augustini regulam professi hodieque regulariter[v] vivant et stipendia sanctis laboribus debita ipsius providentia communiter percipiant. Alia subinde septem vel eo amplius monasteria diversis locis instituit[8] et congregationes monachorum sive clericorum secundum regulam apostolorum vivere proponentium per singula disposuit. Reliquos autem, qui ad regendum populum Dei per gradus ecclesiasticos sollerter invigilarent, virtutum etiam exercitiis operam darent, partim monebat, partim cogebat.

a) quomodolibet *ed.* b) nem. f. *ed.* c) quod *add. c.* d) quo *c.* e) saginatur *c.* f) polentes *c.* g) intit. *ed.* h) castis *c.* i) privar. omnes *c.* k) et *c.* l) per l. *c.* m) stratos *c.* n) convectorum *c.* o) Domini *ed.* p) locaret *c.* q) e. I. *ed.* r) abbatem *c.* s) eis *c.* t) alterum *ed.* u) p. s. l. *ed.* v) spiritualiter *ed.*

1) C. 5. 2) Eadem dicit Simon l. l. c. 59, qui vocem banni eandem vim ac hoc loco habentem (mulctae) ibi usurpat. 3) S. Martini monasterium. 4) Voormezeele prope Ypern. 5) Cf. chartam Iohannis d. d. 1102, Oct. 1, 'Cart. de la prévôté de St.-Martin à Ypres' II, 1, p. 1, ubi: *Ego Iohannes . . . cum quosdam clericos seculariter viventes de ecclesia mea que est in villa que dicitur Ypra, quam symoniace acquisierant, post acceptum a domino papa Paschali mandatum canonico iudicio convictos eiecissem eamque quamdiu volui usibus meis liberrime retinuissem, ad sancte religionis cultum eandem convertere studui*; Ann. Formosel. a. 1102, SS. V, p. 36. 6) Gerardo; cf. c. 8. 7) Cf. Chron. Vormeselense (Brugis 1847) p. 1 sq. Alboldus sedit a. 1100—1123, a. 1100. enim iam testis occurrit in charta Iohannis; van Hollebeke, 'Cart. de St.-Pierre de Loo' p. 5, nr. II. 8) Cf. Simon l. l. c. 58.

11. Meminimus quendam iniquitatis filium, aliorum quorundam nequissimorum consiliis instigatum, diabolo vero[a] per eos operante, vitae illius insidias aliquando tetendisse, et Deo solo protectore, inimici dolos iusto viro nequaquam nocuisse. Transitu enim eius per villulam quandam precognito, ut facinus perpetraret, itinere preoccupato, dum[b] pretereuntem Domini sacerdotem, magno cum impetu accurrens, lancea transverberare niteretur, et ille, clamore post tergum audito, furentem respiciens, ictum iamiam ferituri, utpote Phil. 1, 23. *cupiens dissolvi et esse cum Christo*, impavidus operiretur nec usquam effugere — cum tamen eques esset, ille vero[c] pedes — vel declinare conaretur, confestim virtute divina cuspis persecutoris in aere suspenditur super caput pontificis, et sic suae fructu nequitiae[1] frustratus, confusus recessit hostis. Cuius atrocitatem sceleris, ipso certe silente et nullam omnino vindictam expetente nec saltem volente, cum multi ultum ire destinarent[2], ne hoc aliquatenus fieret, prorsus inhibuit. Verum quamquam ille patiens et pius ipse nullam Hebr 10,30 tantae immanitatis [ultionem[d]] exegerit, non tamen siluit ille qui ait: *Mihi vindictam, et ego retribuam;* etenim tam illum quam omnes, quos cum eo[e] in tam gravi piaculo conspirasse constitit, in brevi Dominus, diversis prius poenis mulctatos, de medio tulit. Quocirca eos qui se illum quoquo modo, scilicet sive opere malo sive linguae gladio, insectatos[f] meminere operae precium arbitror breviter hic ex[g] fraterna caritate monere, ut reatum suum in presenti, dum licet, non negligant poenitendo diluere, ne, districto exigente Iudice, iustas cogantur et graves in futuro poenas exolvere. Porro de ipso fiducialiter audeo confirmare, eum bonis operibus suis ut apud Deum sic apud bonos quosque gratiam emeruisse[h]. Et quamquam fama de absente tibi magna predicasset, cum presentia eius frui licuisset, quo nescio pacto, minus videbatur quod de absente fama perhibuisset, ita rei magnitudo famae magnitudinem anteibat. Preterea vultus eius angelicus quidam honor adornaverat, et in facie eius divinum quoddam[i] assidue rutilabat, tantumque illi reverentiae occulto[k] quodam modo indiderat[l], ut, quicumque illum intueretur, gratis illum diligeret, gratis ex corde veneraretur. Sane apud beatae memoriae Paschalem papam tantam obtinuerat familiaritatem, ut eum inter carissimos semper[m] habuerit[3]. Itaque toto papatus eius tempore, quicquid ab illa petisset[n] sede, sine aliqua obtinuit difficultate. Privilegia ergo monasteriis, quae ipse fundaverat, idem papa eius interventu largitus est[4]. Qui et, quia[o] de eius bene sentiebat integritate et sapientia, multa ei diversarum ecclesiarum et personarum vice sua tractanda delegavit negocia, aliarum ecclesiarum suis episcopis destitutarum alterius provinciae, insularum aliquoties commendavit gubernacula. Habentur haec hodieque[p] in ecclesia Morinensi in litteris a sede apostolica illi diversis temporibus directis. Ipse autem, ne in huiusmodi videretur gloriari, hac potestate, quantum salva obedientia poterat, recusabat uti. Hinc est, quod insulas illas nunquam adiit, ecclesias autem vix semel visitavit. Et de his[q] quidem, licet plura potuerint et merito dici debuerint, haec pauca commemorasse sufficiat.

12. Sed occurrit, quod gestis eius adhuc opporteat stilo currente allegari, et quod noverimus, id ipsum ut scribatur[r], ex multo iam tempore a multis desiderari. Plurimi enim c. 1115. ex fratribus fuerunt, qui etiam eo vivente haec scribi voluerunt. Cum[s] ante[t] 15 fere quam decederet annos sollicitudine pastorali diocesim suam ex more lustraret, contigit, ut in villa cui Merchem vocabulum est hospitii mansionem haberet. Erat autem secus atrium ecclesiae munitio quaedam, quam castrum vel municipium dicere possumus, valde excelsa, iuxta morem terrae illius a domino villae ipsius a multis retro annis extructa. Mos namque est ditioribus quibusque regionis huius hominibus et nobilioribus, eo quod maxime inimiciciis vacare soleant exercendis et caedibus, ut ab hostibus eo modo maneant tutiores et potentia maiore vel vincant pares vel premant inferiores, terrae aggerem quantae prevalent celsitudinis congerere eique fossam quam late patentem multamque profunditatis altitu-

a) vere *c.* b) eum *c.* c) et ille *ed.* d) *supplevi, deest c. et ed.* e) illo *ed.* f) insecutos *ed.* g) et *c.* h) mer. *ed.* i) quodam *c.* k) oculo *ed.* l) induerat *ed.* m) eum *iterum add. c.* n) petiisset *ed.* o) quod *c.* p) hodie quoque *ed.* q) iis *ed.* r) *emendavi;* scribitur *c. et ed.* s) Quam *ed.* t) autem *c.*

1) Cf. Vit. Karoli c. 52: *nequitie fructu.* 2) Ibid. c. 20: *criminum atrocitate comperta . . . ultum ire statuit.* 3) Cf. epistolam Paschalis papae d. d. 1116, Oct. 8, Haigneré, 'Les chartes de St.-Bertin' I, p. 49, nr. 130. 4) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 5939. pro monasterio S. Martini Yprensi; nr. 5980. pro monasterio Loensi; nr. 5848. pro monasterio Formoselensi; nr. 6018. pro monasterio Burburgensi; nr. 6260. pro monasterio Phalempinensi; nr. 6595. pro monasterio Andrensi.

dinem habentem circumfodere et supremam eiusdem aggeris crepidinem vallo ex lignis tabulatis firmissime compacto undique vice muri circummunire, turribusque, secundum quod possibile fuerit, per girum dispositis, intra vallum domum vel, quae omnia despiciat, arcem in medio aedificare, ita videlicet ut porta introitus ipsius villae nonnisi per pontem valeat adiri, qui ab exteriori labro[a] fossae primum exoriens, est in processu paulatim elevatus columnisque binis et binis vel etiam trinis altrinsecus per congrua spacia suffixis innixus[b], eo ascendendi moderamine per transversum fossae consurgit, ut supremam aggeris superficiem coaequando oram extremi marginis eius et in ea parte limen prima fronte contingat. In huiusmodi ergo asylo pontifice cum suo illo[c] frequenti et reverendo comitatu hospitaturo[d], cum ingentem populi turbam tam in ecclesia quam in atrio eius manus impositione et sacri crismatis unctione confirmasset, ut vestimenta mutaret, eo quod cimiterium humandis fidelium corporibus benedicere statuisset, ad hospicium regressus est. Unde illo[e], ut propositum perficeret opus, iterum descendente et circa medium pontis, triginta quinque vel eo amplius pedum altitudinem habentis, certa de causa subsistente, populique non modica caterva ante et retro dextra levaque circumstipante, continuo, antiqui machinante hostis invidia, pons ponderi cessit et dissipatus corruit magnamque illorum hominum turbam cum episcopo suo ad ima deiecit[f]; fragore autem ingenti e vestigio consecuto, transtris, trabibus[g], tabulatis et ruderibus magno cum impetu pariter et strepitu concidentibus, nebula quaedam tenebrosa ita omnem illam ruinam repente circumfudit, ut, quid ageretur, vix quisquam discernere potuerit. Sed clementia Dei velociter affuit tenebrasque deiecit et servum suum cum tota illa multitudine de periculo illaesum eduxit. Presentat se hic animo meo naufragium apostoli Pauli, in quo, navigiis rebusque amissis, animas omnes Deus Act 27. concessit oranti salvandas. Hic vero cum tanta fuerit hominum ruina tantaque per diversa et sine ordine ruentium lignorum materia, nec homines aliquatenus laesi, nec in rebus eorum aliquid factum est dampni; ipse quoque iucundo vultu et hilari, aqua ei vix usque ad genua pertingente, prodiit, et gratias agens Deo, fabricatori totius doli huiusmodi verbis improperavit: 'Diabolus', ait, 'opus Dei conatus est impedire, sed non prevalebit, ipso in omnibus adiutore'. Et his dictis, ad benedictionem cimiterii nihil moratus alacriter properavit. Sed haec hactenus.

13. Vellem autem diutius immorari tantarum contemplationi virtutum, sed vereor, ne lectio, si prolixa fuerit, nimium lectori, ut assolet, pariat fastidium. Multis ergo, quae merito dicenda[h] viderentur, pretermissis, ad haec stilum vertamus, ut de dormitione ipsius[i] et sepultura, quam breviter possumus, doceamus. Silendum tamen nequaquam videmus, quod, antequam vinculis corporis absolutus ab hac luce migravit, toto fere triennio tribulationibus laboravit. Ea namque cotidie videbat, quae sine gravi animi dolore videre non poterat. Namque post mortem Dei cultoris, gloriosi marchionis Karoli[1], terra, ut ait 1127. Scriptura, data est in manus impii. Unde quae[k] secuta sunt furta et latrocinia[2], fraudes et Iob 9, 24. periuria, rapinae et incendia, pugnae et homicidia iugi cruciabant merore pii patris plena caritate precordia. Porro per duos ante obitum suum menses tantum edendi sustinuit 1129. Dec. 1130. Ian. fastidium, ut fere omnem escam anima eius abominaretur, et pro cibo potuque modico lactis uteretur; quod quidem ex multa, quam semper tenuerat, abstinentia ei accidisse a plerisque putatum est. Sex autem ultimis diebus dissinteria laboravit; quod cum quarta Ian. 22. feria cepisset, in crastino, id est in quinta feria, presbyteros ecclesiae, ut secundum Ian. 23. auctoritatem apostolicam sancto ungeretur oleo, fideique super eum funderetur oratio, induci precepit. Quibus, confessione peccatorum premissa, cum ingenti omnium fletu peractis, et sacratissimo corpore et sanguine participato, pacis osculum omnibus dedit; sicque, benedictione data, dimissis, quanto secretius, tanto artius Deo se per contemplationem astringere statuit. Itaque ut hoc ipsum licentius faceret, primum omnia quae habere videbatur pauperibus erogari mandavit, ut pauper pauperem sequeretur Christum, qui ubi Luc. 9, 58. caput reclinaret, sese teste, non habuit, [l]quamvis pauper non fuerit, tamen[m] paupertatem

a) labio *c.* b) inixus *c.* c) *deest ed.* d) *emendavi;* hospitari 1. 2. e) ille *c.* f) deiicit *ed.* g) trabibusque *ed.* h) v. d. *ed.* i) eius *ed.* k) Undeque *c.* l) qui *aut* cum *supplendum videtur.* m) quamvis *ed.*

1) Qui a. 1127, Mart. 2. occisus est. 2) Willelmo de Normannia et Theoderico de Alsatia et Willelmo de Loo de comitatu Flandriae contendentibus; cf. Walteri Vit. Karoli c. 43.

1130. illius omni tempore imitari studuerit. Ecclesiae vero codices dedit vestesque et vasa sacro ministerio dicata, quorum summa erat non modica. Exinde de illa supernae beatitudine[a] patriae, cuius indesinenter aestuaverat desiderio, valde spiritualiter, utputa qui iam nihil fere carnis[b] haberet, mira quadam suavitate sermonis disserere orsus est. Totus autem idem sermo de contemptu terrestrium et appetitu caelestium in auribus paucorum religiosorum et spiritualium virorum contextus est. Ubi et me peccatorem, non quidem ex meo merito, sed ut[c] consuetae familiaritatis beneficio[d], loquenti sibi assidere passus est. Quorum licet verborum ordinem adhuc ex parte memoria tenens, multum tamen estimo, ut huic opusculo, quod iam finem postulat, inserere debeam, unum vero quod inpresentiarum censui non silere[e], nonnulla[f] videlicet eum tunc spiritu prophetico predixisse, quae post modicum videntur partim impleta fuisse. Quae quidem specialiter[g] describere possem, nisi quorundam verecundiae parcere decrevissem. Ut autem in posterum propositum exequar, de tumulando corpusculo suo, episcopis secundum patrum statuta in hoc ipsum accersiendis et, cum accersiti venissent, hospitaliter[h] recreandis, de omnibus quoque aliis quae oportuna videbantur summa cum discretione disposuit. Sensus quippe omnes corporis sui habebat integerrimos et discretionem adeo sanam et inperturbatam memoriam, ut, cum semper in his[i] viguerit, tunc tamen precipue de sapientia eius omnes non sine[k] stupore miraremur. Quibus ordinatis, iterum amicam sibi solitudinem amplexus, Deo vacabat, summo prorsus utens silentio. Vetuerat enim, ne quisquam ingredi permitteretur, nisi quem admitti forte iussisset, preter illos religiosos, quos assidue volebat adesse. Turba vero non modica tantae fama rei non solum de civitate illa, sed et de remotioribus partibus cotidie fluebat. Videres[1] diversorum ordinum viros et mulieres devotissima humilitate pro foribus excubantes, benedictionem sancti antistitis multo cum desiderio flagitantes, quam si impetrare non mererentur, carissimum patrem filii vel videre permitterentur. Nimis durum et inhumanum esse, si antistitem suum protinus discessurum plebs devota prohiberetur saltem videre. Has vero preces, has et huiusmodi querelas assiduo fletu et lamentis continuis cumulabant, seque non recessuros, nisi exaudirentur, nonnulli etiam iureiurando asserebant. Quorum obsecrationibus importunis precibusque tandem aliquando[l] devicti, cum desiderium ei paucis insinuassemus, ut admitterentur, nutu permisit. Summo igitur cum silentio ingressis, oculos aperiens, manu elevata benedixit et dimisit; subinde alios atque alios simili ex desiderio undique convenientes, prolixis tamen interlabentibus intervallis morarum, eodem ordine, ipso permittente, interdum admittebamus et confestim dimittebamus[m]. Ipse vero in silentio suo[n] rursus perseverabat, et oculis fere semper clausis, ne ab interno contemplationis vel orationis aliquatenus avocaretur, multopere[o] observabat. Doloris, quem vehementissimum sustinebat, adeo patiens erat, ut quietus omnino et tacitus decumberet, nec planctu aliquo vel gemitu, prout alii[p] solent aegroti, illam suam[p] taciturnitatem interrumperet[q]. Hoc autem modo totum sequens exegit quatriduum, sanam omnino mentem
Ian. 27. et sanum habens consilium cum integritate omnium sensuum. Secunda demum feria hora prima diei paulatim ad exitum suum cepit urgeri. Super cilicium ergo cinere conspersum pro voluntate sua eum ponentes, clericis et monachis, aditu[r] iam reserato, cum festinatione accurrentibus, intentissime, utpote in tali negotio, psallere studuimus. Tantus autem erat omnium luctus, tantus laicorum et clericorum virorumque et mulierum gemitus et fletus, ut voces psallentium non [tam[s]] alte audirentur quam flentium; planctus autem, quem internus eliciebat cordium dolor, in excelsum levabatur; lacrimis et precibus caelum, divinae bonitas clementiae psalmis precibusque pulsatur. Quibus psallentibus et maiorem psalterii partem explicantibus, officium quoque, quod animae commendationem dicit, secundo agentibus, cum ipse quasi leni somno soporari videretur, tandem fidelis illa anima felix oneroso suae[t] carnis indumento exuitur et ad illam, quam semper optando suspiraverat, quamque quibus valuerat modis vivens sibi comparaverat, beatae requiem immortalitatis, ut pie credi fas est[2], possidendam educitur. Namque[u] fidem catholicam eum tenuisse et in bonis

a) beatitudinis *ed.* b) carius *c.* c) *deest ed.* d) beneficium *c.* e) *emendavi;* simile *c. et ed.* f) nonnulli *c.* g) spiritualiter *c.* h) *sic coniecit Boll.;* hospitalem procreandis *c. et ed.* i) iis *ed.* k) omnes sīno *c.* l) aliquantulum *ed.* m) demitt. *c.* n) *deest c.* o) multo tempore *c.* p) s. a. *ed.* q) frangeret tac. *c.* r) auditu *c.* s) *supplevi, deest c. et ed.* t) c. s. *ed.* u) Nam quod *c.*

1) Cf. Vita Karoli c. 31: *Videres . . . innumerabiles promiscui sexus ac diverse etatis viros et mulieres* etc.
2) Cf. ib. c. 24: *Sic enim, ut pie credi fas est, et illum requie optata donari* etc.

operibus usque in finem perseverantiam habuisse cognovimus; misericordia Domini opitulante, coronam gloriae adeptum esse fideliter credimus; non enim fallit qui promisit. Migravit autem anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1130, indictione 8, sexto[a] Kal. Februarii, hora diei tertia, cum ecclesiae prefuisset annis 30, mensibus sex, diebus tribus[1]. 1130 Ian. 27.

14. Corpus vero eius ex more lotum vestimentisque sacerdotalibus indutum et insignibus pontificalibus redimitum cum ante altare sanctae Dei genitricis Mariae in ecclesia posuissemus, difficile dictu, quanto illud Dominus decore vestierit vultumque illius quanto candoris eximii lumine illustrarit. Facies enim eius mirabili quodam[b] prefulgidoque nitore ita resplenduit, ut quoddam futurae decus resurrectionis et in carne exanimi iam pretulerit. Ostendebat profecto pius Dominus, miles ipsius emeritus in tabernaculo corporis militando quale donativum emeruerit, quando ipsum, in quo militaverat, tabernaculum tanta gloria illustrabat. Ruebant[c] undique turmae fidelium certatim, cupientes venerando eius funeri devotum prebere obsequium. Cerneres eos feretrum eius pia sedulitate ambientes, aspectu diutino defixisque in vultum eius obtutibus, illam ipsius gloriam avidissimis oculis haurientes, non posse saturari. Itaque plerique, cum ad modicum recessissent, iterum[d] revertebantur, eo quod eis non sufficeret semel aut secundo vel sepe vidisse. Et haec quidem frequentia toto illo biduo nulla fere defuit hora. Quarta vero feria domnus Robertus venerabilis Attrebatensis episcopus hora circiter sexta cum clero suo advenit, exequiis venerandi antistitis debitum iuxta canonum statuta obsequium impensurus. Ambianensis autem episcopus[2] et ipse ut Attrebatensis in hoc ipsum litteris invitatus, quoniam eo die adesse non potuit, humiliter satis per epistolam suam excusare absentiam non neglexit. Missarum itaque sollemniis ab eodem episcopo celebratis, cum illam eius faciem glorificatam et sacram dexteram ex modico balsami, quod ad hoc ipsum in vasculo argenteo aliquanto servaveram tempore, indignis meis manibus ego peccator abundanter imbuissem — pauxillum quippe illud balsami ultra spem omnem non parum excreverat —, sepulchro tandem eum inferre paravimus. Post principale autem altare beatae semper virginis Mariae, ad latus altaris sancti Maximi episcopi, ubi et eius veneranda est theca, parietem ecclesiae feceramus perfodi, et mausoleum eius in eo, ita ut eiusdem parietis lateralem non excederet superficiem, collocari. De quo pretereundum non est, quod, cum vir venerabilis domnus Herbertus archidiaconus et ego de quaerendo, in quo congrue tantus poni sacerdos posset, sarcophago vehementer anxiaremur et, quid[e] facto opus esset, nobiscum[f] sollicite quaereremus, divino contigit nutu, ut prope mausoleum transitum haberemus. Erat autem ante multos annos ad sepulchrum cuiusdam antistitis comparatum, sed ob nimiam brevitatem tunc reprobatum[g], nemini prorsus nisi puero vel alicui brevis staturae homini asserebatur idoneum. At Dominus noster proceram habebat staturam. Hinc igitur multa cum tristitia vel mestitia sermocinantibus nobis, ait archidiaconus idem: 'Quare sarcophagum istud, destructo ei qui superaedificatus est muro' — nam eo quod inutile esset, in fundamento muri recens positum erat —, 'non revolvimus, ut[h], an id[i] aliquo modo possit aptari, certius exploremus'. 'Adhibitis', inquam, 'auxiliaribus multis id fieri non valeret, etsi[k] tanti laboris aliquis nos fructus maneret. Nostis vero, quod et omnes bene sibi compertum affirmant, pre multa qua circumscribitur brevitate nullatenus aptum esse'. 'Et quis', inquit, 'novit, si quo ingenio aptari possit[l]'. 'Poterimus', dixi, 'forte ex parte pedali frontem eius excindere[m] et adiuncto altero lapide longitudinem eius aliquatenus protrahere[n], si vel latitudinem illud contingeret sufficienter habere'. Quid plura? Id tandem nobis consilio sedit. Lapis itaque revolutus et, Deo providente[o] famulo suo, tam longitudinis quam amplitudinis est inventus, ut et proceritatem eius satis excederet et non solum corpusculi eius, sed et duorum, si res ita exigeret, eiusdem magnitudinis vel etiam[p] trium capax esset; tantae quoque munditiae tantique candoris[q] extitit, ut nulli dubium esset, quin res Dei favore sic procurata[r] fuerit. Gratias ergo agentes Domino, in prefato, eo quod secretius esset, illud poni decrevimus loco. In secreto enim, et ubi frequens non foret transitus hominum, ita[s] ut super tumbam eius ambulandi nemini[t] facultas esset, se mandaverat sepeliri. Censebat enim omnibus

Ian. 29.

a) sexta *ed.* b) quoddam *c.* c) Veniebant *ed.* d) iterumque *c.* e) quod *c.* f) s. n. *ed.* g) repudiatum *ed.* h) aut *c.* i) *sic e corr. c.*; eo *ed.* k) *emendavi;* si *ed.;* ut *e corr. c.* l) posset *c.* m) excondere *c.*; exscindere *ms. Buzelini.*; extendere *ed.* n) *emendavi;* procreare *c. et ed.* o) providenti *ed.* p) et *c.* q) *deest c.* r) *emendavi;* procreata *c. et ed.* s) eo quod *ed.* t) f. n. *ed.*

1) A die quo episcopus inthronizatus est (1099, Iul. 24) haec auctor computavit. 2) Guarinus.

hoc sacerdotibus convenire, et membra sacro[a] dicata ministerio nulla ratione debere conculcari ab aliquo. Omnibus denique sollemniter adimpletis, ad locum sepulchri, abbatum precipue manibus, nobilibus tamen feretrum eius vel contingere summa cum devotione certantibus, evectus est. In quod prefatus honorabilis vir, domnus scilicet Herbertus, et ego dum[b] inferremus — mira quidem, sed Christo teste vera dicturus sum —, per humeros eum singulariter tenendo et in eodem mausoleo ponendo nullum omnino me pondus sensisse.

15. Scripseram autem titulum, pontificatus et dormitionis eius tempus et morum operumque illius aliquam summam[c] breviter continentem, quem eorum qui affuerunt[d] testimonio comprobatum et in membrana et in plumbea scribi fecimus lamina. Utrumque vero ad caput eius posuimus, laminam per se, membranam autem signatam in vitreo vase. Cuius quia[e] exemplum apud nos retinuimus, textum eius huic quoque opusculo inserere nequaquam supervacuum putavimus.

1130. Ian. 27. *Anno Verbi incarnati millesimo[f] centesimo trigesimo, indictione octava, 6. Kalendas[g] Februarii obiit vir venerabilis, totius amator religionis, domnus Iohannes episcopus, qui Romae*
1099. *in generali concilio[h], Urbano secundo papa[i] presidente et approbante, in episcopum huius*
Iun. 4. Iul. 17. *Morinensis ecclesiae [confirmatus[k]], secundo[l] Nonas Iunii presbyter, decimo sexto Kalendas[g]*
Iul 25. *Augusti episcopus consecratus, octavo Kalendas[g] eiusdem mensis sede pontificali inthronizatus, prefuit ecclesiae annis triginta, mensibus sex, diebus tribus. Hic[m], cum viveret, multa bona fecit: monasteria regularium clericorum sive monachorum octo fundavit. In huius quoque ecclesiae fabrica, quam pene eversam funditus et nudatam invenerat, multa expendit; libros optimos, ornamenta altaris, utensilia in usum plurima contulit. Fuit autem a cunabulis vitae mundissimae, castus, sobrius, humilis, patiens, misericors, super humanum morem innocens, liberalis, hospitalis[1]. Et in senectute bona, plenus dierum, migravit ad Dominum, in catalogo Morinen-*
1130. Ian. 29. *sium episcoporum trigesimus, 4. Kal. Feb. sepultus in ecclesia sua abbatum manibus[n].*

16. Eo igitur tumulato, cum immenso omnium gemitu et fletu discessum est. Publicum namque patrem patriae quis non lugeret? Quamquam ille certe lugendus non sit, qui transitoriis aeterna, corruptibilibus terrenis caelestia felici commertio commutavit. Nobis tamen, quin doleamus, imperare[o] non possumus, qui tantum vitae solatium, in huius adhuc exilii aerumnis commorantes, amisimus. O virum horum quidem temporum prestantissimum, stabilem in fide, longanimem in spe, affluentissimum in caritate, quae[p] hisce[q] quam maxime diebus et in sanctis viris, toto scilicet seculo frigescente, refriguit, sed[r] in eo usque in finem cotidie crescendo, in augmentum profecit. Exemplar totius religionis et speculum virtutum! Quibus illius sancto[s] amore bonis me miserum specialiter uti divina gratia propicia concessit, cum me, licet immeritum[t] et indignum, pius ille pater satis familiariter dilexit. Sed quomodo me a suo sinu[u] caritatis excluderet, in quo sane, quantum in ipso erat, universos amplexans affectuosissime confoveret? Me miserum! me infelicem! qui unicum miseriarum mearum solatium, qui vitae meae perdiderim gaudium. O singulare animae meae reclinatorium! Quae mihi posthac[v] sine illo poterit esse laeticia? Eritne mihi ultra vel vita iucunda, aut dies ulla vel hora sine tristitia? Sed si rationem vehementis doloris . . . . . .[w] admitteret, ipsa docente satis clareret talem virum non tam lamentatione quam imitatione prosequendum, qui dum sic coram nobis ambulavit, quod eum sequi debeamus, manifeste monstravit. Quem nisi sequi continue pro viribus [nitimur[k]] ducem, timendum est, ne in futuro examine inveniamus iudicem. Sed quid erit? Ego certe, quod sine labore non fateor, mihi conscius sum, quod pre molestissima illa qua premor[x] peccatorum sarcina arduum artumque illius non valeo consectari gressum. Superest tamen adhuc quod speremus, superest quod oremus, ut videlicet, quod per nos non meremur, ipsius omniumque sanctorum patrocinantibus meritis consequamur, ipso prestante, cuius regnum et imperium permanet gloriosum in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT VITA DOMNI IOHANNIS MORINENSIS EPISCOPI[y].

a) sancto *ed.* b) eum *c.* c) sommam *c.* d) *emendavi;* fuerunt *c. et ed.* e) *emendavi;* quasi *c. et ed.* f) miles. *c.* g) Kallendas *c.* h) consilio *c.* i) pontifice *ed.* k) *supplevi, deest c. et ed.* l) pridie *ed.* m) *sequentia usque in finem tituli* (- abbatum manibus) *des. c.* n) *ms. Buzelini addit hoc loco quaedam multo post, saec. XV. vel XVI, a monacho S. Bertini inserta, omnia fere ex Simonis Gestis abb. S. Bertini l. II. sumpta.* o) impetrare *c.* p) q *c.* q) his *c.* r) se *c.;* sic *ed.* s) sancti *c.* t) semimeritum *c.* u) car. sinu *ed.* v) post hanc *c.* w) *vox quaedam excidit, ut* anxietas. x) peregrinor *c.* y) edita per domnum Ioannem de Collemedio eius archidiaconum *add. c.*

1) Haec exscripta sunt in Catalogo episc. Morinensium, Hist. episc. Iprensis p. 15.

RELATIO DE PIIS OPERIBUS OTTONIS EPISCOPI BAMBERGENSIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Mala habuerunt fata libri de vita et rebus gestis praeclarissimi viri Ottonis episcopi Bambergensis conscripti. Herbordi enim dialogus antea mutilus, nuper demum integer in lucem prodiit[1]*; Ebonis neque hucusque certum authenticumque textum habemus*[2]*; anonymus monachus Prufeningensis*[3] *ab eis qui in eum inquisiverunt male tractatus est, opinantibus eum Herbordi et Ebonis sectatorem fuisse, quem potius primum Vitam Ottonis scripsisse V. Cl. G. Haag nuper optime evicit*[4]*. Peiora vero etiam iste libellus passus est, quem cum tandem in publicum emittimus, quod ne nunc quidem integer dari possit, dolemus.*

Mirum quantum R. Koepke b. m. erravit, cum, hunc libellum in codicibus Andreae Bambergensis transscriptum inveniens, ab eodem Andrea abbate S. Michaelis eum compositum esse censeret et hac falsa opinione seductus fragmenta tantum eius ederet[5]*, reliqua ex Herbordi dialogo sumpta esse perperam opinatus. Unde ei hac praesumpta opinione quasi caecato contigit, ut, cum postea alia quaedam fragmenta reperiret*[6]*, se particulas huius libelli manibus tenere non intelligeret. Attamen facile perspici potuit hoc opusculum non auctoris saeculi XV. exeuntis esse, quod ea arte qua scriptores saec. XI. et XII. utebantur, syllabis videlicet articulos orationis terminantibus consonis, evidentissime exornatum sit. Cum igitur codicem Catalogi episcoporum Bambergensium auctore Andrea Bambergensi a R. Koepke non visum, infra 2 signatum, evolverem, libellum quendam saeculi XII. ei insertum esse eo facilius intellexi, quod is minime inter narrationem ab ipso Andrea compositam inveniretur, sed inter chartas, instrumenta, opuscula, quae idem abbas post historiam cuiusque episcopi congeri ac describi fecit*[7]*.*

Iam etiam V. Cl. G. Haag illis fragmentis cum Vitis Ottonis et his inter

1) Ed. R. Koepke, SS. XX, p. 679 sqq.; Jaffé, Bibl. V, p. 693 sqq. Utrique tamen editori unus tantum codex integri operis innotuit, alter a neutro adhibitus est, is est, quem infra p. 1154. 3[a] signavimus.
2) SS. XII, p. 822 sqq.; Jaffé l. l. p. 580 sqq., quam editionem, uno capite (I, 17) mutilam, ne solam consulas, cave.
3) SS. XII, p. 883 sqq. Iste corrupto etiam loci nomine monachus Prieflingensis vocatur, quo tamen ut infra utamur, oportet.
4) Diss. p. 71 sqq.; 'Forschungen' XVIII, p. 243 sqq., ubi ea reiicit quae H. de Zettwitz, 'Forschungen' XVI, p. 299 sqq., statuerat, quae nullius momenti esse censeo.
5) SS. XII, p. 907 sqq.
6) Quae partim edidit SS. XX, p. 769 sq., reliqua ex genuina quadam recensione monachi Prieflingensis desumpta esse falso opinatus; cf. ibid. p. 703.
7) In codicibus 1 et 2 praecedunt ei multae chartae tempore Ottonis episcopi datae, in 2 sequitur integer libellus de fundatione monasterii Banzensis ab Heinrico abbate conscriptus, supra p. 1032 sqq. editus; in 1 sequuntur aliae chartae tempore Ottonis datae. Cf. infra n. 3. de ea ratione, qua Andreas libros

se comparatis evidentissime demonstravit[1] *exstitisse quandam relationem de ecclesiis ab Ottone fundatis et de ceteris piis operibus eius conscriptam, quam omnes tres biographi eius, monachus Prieflingensis, Ebo, Herbordus, magnam partem exscripserunt. Quod quidem nemini ignotum fuisset, si R. Koepke libellum illum libris Andreae insertum integrum exhibuisset; omnes enim mox intellexissent relationem illam, quam periisse V. Cl. G. Haag opinabatur, non integram quidem, sed longe maximam partem eius per Andream nobis servatam esse. Sane et gaudio et magnae gloriae viro huic clarissimo merito eveniet, cum quae ipse ingenio sagacissimo indagavit et probavit omnia vera esse iam nunc quasi manibus palpari possit.*

Andreas abbas Montis S. Michaelis (a. 1483—1502, *Oct.* 22*) libro suo qui inscribitur Catalogus pontificum Bambergensium*[2]*, cuius tres recensiones exstant, inter chartas et alia opuscula libellum de piis operibus Ottonis episcopi inseruit, nonnulla vero capita omisit, quia quae eisdem continebantur, praesertim tria privilegia pontificum, iam supra in narratione de vita Ottonis ab ipso composita ex Herbordi dialogo, qui eadem ex hac Relatione sumpserat, descripserat. Codices qui hoc opus continent sunt:*

1) B a m b e r g e n s i s *Ms. hist.* 2 *(RB. Re II.* 11[b]*), chart. fol. maximi, olim monasterii S. Michaelis, saec. XV ex. iubente et inspiciente Andrea abbate satis eleganter per Nonnosum monachum, capellanum eius*[3]*, scriptus,* 332 *foliis continet: fol.* 1—67′. *Andreae Catalogum pontificum Bambergensium usque ad a.* 1487, *foliis* 68—71. *continuationi adiiciendae vacuis relictis; f.* 72—332. *eiusdem Catalogum abbatum monasterii Sancti Michaelis Montis monachorum*[4]. *In priore libello historia Ottonis episcopi cum chartis eius tempore datis ex-*

suos conscribi fecerit. Ubi apparet, non ipsius Andreae, sed Nonnosi, capellani eius, manu Relationis partes, quae in his codicibus exstant, servatas et descriptas esse.

1) 'Quelle, Gewährsmann und Alter der ältesten Lebensbeschreibung des Pommernapostels Otto von Bamberg'. Diss. Halensis 1874. p. 18 sqq.

2) Cf. C. A. Schweitzer in 'Sechzehnter Bericht uber das Wirken des hist. Vereins zu Bamberg' (1853) p. IV sqq.; P. Wittmann in 'Hist. Jahrbuch' I, p. 413 sqq., qui plenius et melius de Andreae operibus disseruit; Jäck, 'Archiv' VI, p. 58 sqq.

3) Cf. Wittmann l. l p. 417. Nonnosus enim ipse in sua de Andreae abbatis regimine relatione, quae in cod. 2 f. 54′ sqq. exstat, narrat se et hunc et codicem 2 et reliqua opera Andreae iussu conscripta exarasse. Andreas ipse labori scribendi manum non admovit, sed libros suos per hunc capellanum suum, ut iste retulit, conscribi fecit. Ipse abbas procul dubio capellano tantum indicavit, quae partes ex libris variis, quae chartae, instrumenta, libelli describenda essent.

4) Haec exhibeo ex prologo huius voluminis f. 1. 1′: *Andreas famulorum Cristi famulus omnibus monachis qui Deo summo regi militant in cenobio sancti Michaelis archangeli prope et extra civitatis menia Babenbergensis et cunctis qui fidem, que secundum pietatem est una nobiscum in Domino, retinent gratia, misericordia, pax et propiciatio a Deo Patre omnipotente, conditore omnium,* etc. *Cum a parentibus meis omnipotentis Dei servitio educandus secundum regularis normam institutionis triennio ferme (felicis memorie) domino et patre Eberhardo abbate in nostro sanctissimo cenobio traditus fuissem. . . . . . Postquam autem summo placuit Opifici, annos puerilis etatis emensus sum et, uti iam placuit, abdicata propria voluntate, facta solemni professione, me ex integro pro viribus et scire monastice mancipavi observationi, adeo ut nec momento quidem visioni venerandi patris Eberhardi (quo adviveret) disiungi ullo modo vellem. . . . . . Sed hoc pio patre ad celestia (post immensos exactos labores) evocato, dominus Udalricus post eum in cura successit pastorali, cui non mediocri me devinxi caritate. . . . . . Post cuius felicem transitum nescio qua Dei ordinatione actum sit, ut post eius discessum monasterii michi gubernacula traderentur. . . . . . Colligere ergo, sicut iam dixi, disposui (iuvante Domino) ex pluribus codicibus et cartis fasciculum quendam de ortu sanctissimorum patronorum nostrorum, sanctorum Heinrici divi imperatoris videlicet et sancte Kunegundis imperatricis, demum de fundatione nostri cenobii usque ad nostra tempora, in quo tam facta et regimen abbatum, qui huic loco per successiones prefuerunt, quam et episcoporum, qui in apice episcopali maioris ecclesie antistites fuerunt, quam eciam diversa alia, que sub eorum regimine ordinata aut disposita sunt, tanquam in memoriali quodam compendiose religabo. . . . . . Id autem opus Cathalogum abbatum appellari decerno. . . . . .* Apparet ergo Andream unius operis alteram partem Catalogum pontificum Bambergensium, alteram Catalogum abbatum S. Michaelis haberi voluisse. — Hunc codicem descripsit Schweitzer l. l. p. VIII sq. et multas chartas ex eo edidit.

stat f. 31—47, *quorum f.* 43′—46. *Relationem hanc nulla inscriptione signatam continent. Ex hoc codice fragmenta quaedam Relationis edidit R. Koepke, SS. XII, p.* 907 *sqq.*

2) *Codex Bambergensis Ms. hist. perg.* 1 *(RB. Re. II.* 11*), mbr. fol. maximi, saec. XV ex., olim monasterii S. Michaelis, aeque ac praecedens ipso Andrea iubente et dirigente splendide atque eleganter ab eodem Nonnoso, qui codicem* 1 *scripsit, exaratus*[1] *et imaginibus abbatum pulchre exornatus, eiusdem operis recensionem alteram breviorem, multis chartis omissis, quae inscribitur Fasciculus abbatum, usque ad a.* 1494. *continet, videlicet f.* 1—61. *Catalogum abbatum S. Michaelis*[2], *f.* 64—84′. *Catalogum pontificum Bambergensium*[3], *cui f.* 75—76′. *haec Relatio inserta est. Quin in hoc codice scribendo iam codex* 1 *adhibitus sit*[4], *non dubito, sed etiam schedae et codices, quibus Nonnosus in illo usus est, adhiberi potuerunt; multa quae codex* 1 *praebet huic codici desunt, alia vero addita sunt, ut hic certe neutiquam merum apographum codicis* 1 *dici possit; at in Relatione codicis* 1 *lectiones ab hoc variantes omnes fere praeferendae sunt.*

2[a]) *Codex Bambergensis Ms. hist.* 134 *(RB.* 9. *Rf. II.* 11*), olim monasterii S. Michaelis, chart.* 8°, *saec. XV ex. una manu exaratus,* 38 *foliorum, continet f.* 1—36′. *Andreae Catalogi pontificum Bambergensium tertiam breviatam recensionem, quam rogante Heinrico episcopo Babenbergensi*[5] *a.* 1497.[6] *confecit et eidem dedicavit. Hic Catalogus in breve redactus procul dubio ex codice* 2 *excerptus est, plerisque chartis et multis aliis omissis. F.* 15′—18. *legitur Andreae narratio de vita Ottonis ex* 2 *descripta, sequitur f.* 18—25′. *Relatio, cap.* 1 *(prologo) omisso, folio* 20. *exciso mutila, sed f.* 21′—23′. *interpolata sunt quaedam ex historia fundationis monasterii Ban-*

1) Cum codices 1 et 2 non eodem tempore Berolini viderim, memoria falli potui, cum mihi uterque codex eadem manu conscriptus esse videretur, sed cum Nonnosus frater ipse dixerit (Wittmann l. l. p. 417) se utrumque codicem exarasse, hoc ultra omnem dubitationem constat. 2) In prologo eius Andreas dicit se historiam monasterii sui conscripturum esse *usque ad nostra iam tempora, anno videlicet currente a partu virginis* 1494. De ipsius Andreae abbatis regimine f. 54′—57′. a fratre Nonnoso relatum est, et haec ab eodem scriba, Nonnoso videlicet, qui omnia praecedentia scripsit exarata sunt. Sequentia folia vacua relicta erant, sed f. 58—61. aliis manibus continuatio de abbatibus S. Michaelis usque ad a. 1547. postea inscripta est. F. 61′—63′. hodieque vacua sunt. 3) Hic minio inscribitur: *Cathalogus pontificum sancte Babenbergensis ecclesie. A fundacione sua primeva usque ad tempora nostra. Incipit feliciter* 1494. Prologus incipit: *Religiosis ac devotis fratribus cenobii sancti Michaelis prope Babenbergam ordinis divi Benedicti frater Andreas, humilis servitor, oraciones suas* etc. Prima manus, Nonnosi videlicet, quae totum codicem exaravit, desinit f. 84. in electione Heinrici Gross de Drockau episcopi a. 1487, alia manus f. 84. 84′. continuationem brevem subiunxit usque ad electionem Georgii Schenck baronis et comitis de Lympurgk a. 1505. 4) Nonnosus erravit, cum diceret hunc codicem ante codicem 1 scriptum esse; vide Wittmann l. l. p. 413, n. 3. 417. 5) Prologus incipit f. 1: *Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Heinrico, divina favente clemencia sancte Babenbergensis ecclesie presuli dignissimo, frater Andreas vocatus abbas cenobii sancti archangeli Michaelis, ordinis divi patris Benedicti, prope Babenbergam, oraciones suas cum subiectione sincerissime caritatis. Exigitis a me, presul per secula venerande, ut gesta venerandorum pontificum sancte Babenbergensis ecclesie* etc. Inferius notanda sunt verba haec: *presentem Cathalogum egregiorum presulum humiliter offero.* Prologus desinit f. 1′: *et me vernam deditissimum cum destinato opere habeat commendatum.* Sequitur f. 1′. 2: *Introductorium in sequentem cathalogum pontificum reverendissimorum sancte Babenbergensis ecclesie,* in quo haec verba leguntur: *Igitur in Dei nomine brevem cathalogum sancte Babenbergensis ecclesie presulum pro modulo ingenii mei aggrediens* etc. 6) Libellus desinit f. 35′. in obitu Philippi de Henneberg his verbis: *obiit proxima nocte post conversionis sancti Pauli anno Domini* 1487. *Sepultus est ante altare beate Marie virginis.* Sequitur f. 36. 36′. hic epilogus: *Auspice Cristo, quod erat officium suscepti operis, quamvis rudibus pene verbis, prout ingenii mediocritas tulit, complevi et ad metam perduxi. Estque annus* 1497, *moderni nostri pontificis Heinrici huius nominis secundi annus sui presulatus fere completus undecimus* etc. Subscriptum est: *Cathalogus sancte Babenbergensis ecclesie pontificum usque nostra ad tempora deductus finit feliciter.* — De hoc codice retulit Schweitzer l. l. p. VIII.

zensis descripta[1], *quae in codice* 2 *integra post Relationem exarata est. Hoc codice R. Koepke ad fragmenta SS. XII, p.* 907 *sqq. edenda usus est.*

Praeter omissa Andreas vel potius Nonnosus reliqua haud dubie exacte et satis accurate transscripsit, ut comparatis iis quae monachus Prieflingensis ad verbum plerumque, Ebo et Herbordus aliquatenus mutata ex hoc libello sumpserunt, certissime probatur; uno tantum loco (c. 9*), quo quaedam ex charta Prufeningensi, quam ipse supra transscripserat, hausta legebantur, pauca omisisse videtur, charta supra exhibita allegata*[2].

Ut vero etiam ea quae Andreas omiserat magnam partem supplere possimus, feliciter contigit fragmentis in tribus aliis codicibus servatis. Quorum duos ex eodem exemplari transscriptos esse evidentissime patet, qui post Herbordi dialogi libros tres librum Miraculorum auctore monacho Montis S. Michaelis[3] *continent, cui, tamquam si pars huius libri essent, quaedam capita adiecta sunt, quae Relationis fragmenta esse V. Cl. G. Haag optime docuit ac demonstravit*[4]. *Unum enim horum capitum — ultimum videlicet c.* 40 *— etiam apud Andream servatum est, reliqua capita* 21—23.[5] *particulam huius libelli esse ex eo intelligitur, quod integra ea monachus Prieflingensis, partim Herbordus et Ebo ex eo transsumpserunt. Codices sunt hi:*

3*) Monacensis Lat. nr.* 23582 *(ZZ* 582*), mbr. fol., saec. XIV, olim monasterii Neunkirchen, ubi fragmenta haec f.* 88—89'. *eadem manu quae Herbordi dialogum*[6] *et librum Miraculorum et reliqua omnia quae hoc codice continentur scripsit exarata sunt. Partem eorum (c.* 40*) ex hoc codice edidit R. Koepke, SS. XX, p.* 769 *sq., reliquam partem*[7] *(c.* 21. *[22].* 23*) supplevit W. de Giesebrecht, 'Gesch. d. deutschen Kaiserzeit' ed.* 4. *IV, p.* 519—521.

3[a]*) Monacensis Lat. nr.* 23846 *(ZZ* 846*), chart. fol., saec. XV, olim, ut mihi persuasum est, ecclesiae Frisingensis*[8], *aeque ac* 3 *post Herbordi dialogum integrum et librum Miraculorum f.* 94—95. *fragmenta Relationis eadem manu scripta continet. Qui codex, ab omnibus hucusque neglectus, negligenter quidem exaratus est et innumeris mendis vitiatum textum exhibet, haud raro autem veras lectiones solus servavit et fragmenta haec pleniora quam codex* 3

1) V. supra p. 1033. 2) Quod G. Haag censuit, Diss. p. 50, aliis quoque locis, ut c. 14. 20. 25, sive ab Andrea sive ab alio quodam quaedam mutata vel omissa esse, nulla ratione niti mihi videtur. Quin Andreas integrum hunc libellum habuerit, non est cur in dubium vocemus, cum Ebo et Herbordus monachi S. Michaelis eo usi sint, quem igitur integrum olim in monasterio S. Michaelis fuisse constat. Porro quae ab Ottonis biographis ex hac Relatione sumpta sunt, omnia et integra apud Andream leguntur; quem in transscribenda Relatione ea tantum omisisse certissime elucet, quae ipse iam supra sive in sua vitae Ottonis narratione ex Herbordi et Ebonis libris congesta sive in chartis transscriptis exhibuerat. Ideo recte G. Haag, 'Forschungen' XVIII, p. 244, n. 4. refellit quod H. de Zeltwitz, 'Forschungen' XVI, p. 304, n. 1. perperam contendit, Prieflingensis caput I, 34. ex Relatione sumptum esse, cum quae eo continentur neque apud Ebonem neque apud Herbordum neque usquam apud Andream legantur. Etiam iis capitibus quae codices 3. 3[a]. 4 praebent et fontibus ab auctore Relationis adhibitis cum Andreae textu comparatis probatur hunc accurate Relationem transscripsisse. Ceterum quae Haag p. 49 sq. de Relatione ab Andrea mutila servata disseruit non recta esse ipse sane perspexisset, si integrum textum Andreae vidisset. Intellexisset enim in Relationis cap. 3. in universum de fundationibus ecclesiarum relatum fuisse (quod caput Andreas omisit, quia quae in eo continebantur iam in sua vitae Ottonis narratione ex Herbordo descripserat), dehinc de singulis ecclesiis ditatis et acquisitis traditum fuisse, quae Andreas omnia integra servavit. 3) Editum SS. XII, p. 917—919. 4) Diss. p. 58 sqq. 5) In utroque codice ordine vero perturbato, praemissa capitis 40. parte priore, sequuntur capita 21—23, quibus capitis 40. extrema pars subiecta est. 6) Ex hoc codice Herbordum ediderunt R. Koepke, SS. XX, p. 697 sqq.; Ph. Jaffé, Bibl. V, p. 693 sqq. 7) Cf. supra p. 1151, n. 6. 8) In kalendario enim, quod f. 3—12. continet, minio scripta sunt haec: *V. Non. Mai. Dedicacio Freysingensis ecclesie* et *XII. Kal. Dec. Translacio s. Corbiniani episcopi.* Praeterea multi sancti Bavarici in eodem notati sunt. Plenius de hoc codice 'N. Archiv' XIII, p. 582 sqq. retuli.

praebet, privilegium videlicet Innocentii (cap. 22) integrum, quod scriba codicis 3 omisit, cum idem iam supra in Herbordi dialogo I, 20. contineretur.

Breve denique, sed haud spernendum fragmentum Relationis exstat in

4) codice ***Stargardensis*** *gymnasii Ms. nr. 43, chart. fol., in Caminensi dioecesi, ut videtur, saec. XV. foede et mendose duabus columnis scripto*[1]*, olim ecclesiae S. Mariae Stargardensis, qui inter sermones multos de sanctis f. 93—100. epitomen Vitae Ottonis auctore Ebone continet. Sed scriba post caput I, 9. excerptum breve fragmentum Relationis, c. 2—4. videlicet, descripsit, praebet igitur solus caput 3*[2]*, quod in codd. 1. 2. 2*ª *omissum est. Dehinc initium capitis 24. tantum excerpsit. His subiuncta parte capitum I, 18. 19. Ebonis*[3]*, ultimum Relationis c. 40. mendose quidem, sed integrum transscripsit*[4]*.*

Hisce fragmentis cum iis quae Andreae codices praebent coniunctis, patet iam unum tantum caput (38)[5] *desiderari, quod, ut lector integrum habeat hunc libellum, ex monacho Prieflingensi et Herbordo restitutum adnotavi. Codices omnes ipse exscripsi, quorum rationem verborum scribendorum (1 et 3 praesertim) retinui, sed* ae *pro* e *in codicibus ubique scripto restitui iis verbis, quibus saeculo XII. scribi solitum est.*

Quin auctor Relationis in civitate Bambergensi vixerit, non dubium mihi

1) Tegumento charta saec. XV. Gherardi Hoyer clerici Caminensis dioeceseos et notarii imperialis agglutinata est. Idem codex etiam statuta Henningi episcopi Caminensis (a. 1449—1469) continet, sic inscripta: *Hic incipiunt statuta domini nostri graciosi Henninghi episcopi Caminensis.* Vide quae Haag p. 4 sqq. de hoc codice disseruit. 2) Haag p. 9 sqq. non recte censuit quae capitis 3. Relationis sunt esse textum genuinum Ebonis cap. I, 17 (quae ipse p. 21 sqq. ex cod. 4 minus accurate, penitus videlicet cum textu Prieflingensis confusa et mendose, exprimi fecit), quod caput in breviata recensione Ebonis tantum aliquatenus immutatum exstat. Quod sane facile sibi persuadere poterat, cum Ebo hoc capite Relationis c. 3. ad verbum fere transscripserit. Attamen hoc falsum est. Quae enim huic capiti in 4 praecedunt et quae sequuntur, ex Relatione sumpta sunt, apud Ebonem non leguntur; probabile igitur est hoc caput etiam ex Relatione descriptum esse, quod in ea exstitisse apparet, cum monachus Priefling., Ebo, Herbordus idem exscripserint. Et hoc certissime probatur, si versionem Germanicam Ebonis saec. XV. factam, quam codex **Guelferbytanus** 17. 10. Ms. Aug. 4. continet, confers, cum versio quidem cum cod. Stargardensi nonnullis locis magis quam Ebo breviatus, in quo nempe nonnulla immutata sunt, conveniat, in aliis autem et versio et Ebo breviatus consentientes a cod. Stargard. differant. Velut in hoc monasterium Michelfeldense ante Langheim enumeratur ut a monacho Priefl. et Herbordo, unde Relationem ita habuisse patet. Sed et versio et Ebo breviatus Michelfeld post Langheim positum habent. Hac in re quidem V. Cl. Haag facile errare potuit, cum nec versionem Ebonis nec Relationem integram haberet, sed valde miror, quod is, qui tam docte de hoc libello disseruerit et codicem Stargardensem manibus triverit, non viderit extremam partem Relationis, eandem quam codd. 3. 3ª praebent, in eo descriptam esse. Idem etiam p. 8. fragmentum c. 2. eodem codice exhibitum cum monacho Prieflingensi convenire tantum dixit, non ex ipsa Relatione descriptum esse statuit, quod tamen iam facile intelligitur, cum haec verba contuleris:

Rel. c. 2.	Cod. 4.	Mon. Priefl. I, 7.
Quo tempore ab ipso Romano pontifice id obtinuit, quod usum crucis et pallii tam ipsi quam omnibus canonice sibi succedentibus perpetualiter destinavit.	*Quo tempore ab ipso Romano pontifice id optinuit, quod usum crucis et pallii tam ipsi quam omnibus canonice succedentibus perpetualiter destinavit.*	*Quo videlicet tempore ipse eum Romanus pontifex usu crucis et pallii insignivit, quae nimirum insignia iam olim sedes apostolica cunctis sibi in ipsa ecclesia canonice succedentibus perpetualiter destinavit.*

3) Capiti I, 18. Ebonis inserta sunt ea quae in Relationis c. 18. leguntur, aliquatenus mutata. Haec non Ebonis esse patet ex eius versione Germanica, in qua ea non leguntur. Sed etiam prior huius capitis pars num textum Ebonis I, 18, ut Haag p. 38. censuit, an Relationis c. 23. praebeat, valde dubium est. Incipit enim ut Ebo: *Ut autem ad nostra veniamus*, et inde ab: *Eidem quoque cenobio* procul dubio textus Ebonis sequitur, sed reliqua verba multo magis cum Relatione quam cum Ebonis textu edito conveniunt, cum tamen versio Germanica cum hoc omnino concordet. Nescio igitur an pars c. 23. Relationis cum Ebonis I, 18. parte in cod. 4 coniuncta sit. 4) Epitomen, quam is continet, in monasterio S. Michaelis Bambergensi factam esse mihi persuasum est, cum ea praesertim ex Ebone et Relat. excerpta sint, quae ad hoc coenobium pertinent. Cf. p. 1157, n. i, ubi Relatio *apud nos conscripta* haberi dicitur. 5) Capitum numeri in codicibus desunt, quos supplevi, capitum divisionem in codicibus Andreae institutam retinens, inter quos et numeros omissorum ab eo capitum computavi.

videtur[1], *et equidem censeo eum monachum S. Michaelis fuisse, licet etiam quaedam afferri possint, quae suadeant, ut canonicus ecclesiae cathedralis fuisse credatur*[2]. *Si coniecturae concedere vis, Tiemonem priorem Montis S. Michaelis*[3], *Ottoni familiarissimum, hunc libellum conscripsisse facile credere possis, utpote quem Herbordus ea quae primo libro dialogi de virtutibus ac moribus Ottonis, de ecclesiis ab eo fundatis et ditatis, de privilegiis pontificum Romanorum acceptis tradit, quae maximam partem ex hoc libello sumpta sunt, sibi narrantem effinxerit; quem cum in prooemio loquentem induxerit, statim de eisdem rebus, de quibus in hoc libello potissimum agitur, disserentem fecerit*[4]. *Habes sane coniecturam, quam, cum meliorem protuleris, repudiandam esse facile concedam.*

Nec quo anno iste libellus conscriptus sit, constat, quod tamen quin paulo post obitum Ottonis († 1139) factum sit, nemo dubitabit, cum iam primus biographus, monachus Prufeningensis, eum exscripserit. Quae auctor de praediis ab Ottone acquisitis et aliis ecclesiis donatis retulit certe ex chartis instrumentisque collegit, quare ei aditum ad archivum ecclesiae Bambergensis et monasterii S. Michaelis patuisse censendum est, sed etiam aliarum ecclesiarum chartas vel libros eum adhibuisse apparet, ut c. 9. *ex libello memoriali (codice traditionum) Prufeningensi et charta Ottonis huic monasterio data composuit, c.* 11. *ex notitia fundationis coenobii Monasteriensis exscripsit. Quae hic libellus contineat, iam ipse, lector, videas, moneo tantum eadem fere, quae c.* 3. *de fundationibus monasteriorum relata sunt, in versus rhythmicos redacta legi in carmine in laudem Ottonis composito*[5], *num autem poeta hanc Relationem, an auctor huiusce libelli carmen adhibuerit, diiudicare nolo.*

O. H.-E.

1.[a] In hac descriptione, qua venerandi Ottonis octavi sacrosanctae Babenbergensis ecclesiae episcopi quaedam acta posteris insinuare desidero, non hoc intendo, ut cuncta eius opera admiratione digna et magnorum ingeniorum vires excedentia verbis expediam, sed ut cenobia ab ipso constructa et predia ipsis cenobiis ab eo distributa, vel quomodo ecclesiam Dei verbis et actibus exornare studuerit, aliaque eximii laboris sui egregia monimenta ad noticiam posterorum vera relatione transmittam.

2. Igitur[6] Otto episcopus, dum sanctae Babenbergensi ecclesiae divino munere primum fuisset datus antistes, in hoc omne studium suae devotionis impendit, ut et splendore vir-

a) *numeros capitum supplevi; cap.* 1. *deest* 2[a]; *litterae initiales capitum des.* 1, *sed minutae litterae in spatiis, ubi inserenda erant, praescripta sunt.*

1) Quod iam ex ea ratione apertissime elucere videtur, qua de ecclesiis et capellis Bambergensibus c. 26—28. 30—32. retulit, numquam monens, sed quasi omnibus notum praesumens, has ecclesias Bambergae sitas esse. E. g. c. 32: *ultra flumen capellam sanctae Gerdrudis cum hospitali domo construxit*, ait, nomen fluminis omittens, quo sane loco nemo nisi Bambergensis praesumpsisset omnes scire hanc capellam Bambergae sitam esse, flumen vocari Regnitz. 2) De monasterio Montis S. Michaelis ab Ottone fundato plura et uberiora quam de reliquis omnibus coenobiis ab eodem conditis tradita sunt (c. 23. 25). Sed etiam de ecclesia cathedrali reparata et exornata, de praebenda canonicis ab eo concessa (c. 24), de castellis, decimis et praediis ecclesiae Bambergensi acquisitis vel recuperatis (c. 34—37) accurate relatum est. At verbis extremis cap. 23. auctor potius monachus S. Michaelis prodi mihi videtur. Qui etiam chartam Hermanni abbatis S. Michaelis in hoc monasterio servatam legit (c. 23. 25). 3) De quo vide Koepke, SS. XII, p. 738. XX, p. 701; Jaffé, Bibl. V, p. 697. 4) SS. XX, p. 706, ubi Tiemo: *Sic muros*, ait, *vel officinas nostras, sic fontis venam, plumbeis fistulis ab ortu suo deductam* etc., quae ad verbum fere ex Relationis c. 23. repetita sunt. Deinde pergit: *Quantam, putas, pecuniarum summam in* 18 *monasteriis, partim in melius reparandis, partim etiam rudi fundatione construendis insumpsit? Quid in coemendis prediis et possessionibus ad sustentationem inibi Deo militantium expendit?* etc. De hisce autem rebus in hoc libello potissimum relatum est. 5) Edito SS. XII, p. 910 sq. 6) Sequentia exscripserunt Mon. Priefl. I, 7—9, SS. XII, p. 885 sq.; Ebo I, 16, ib. p. 833.

tutum radiaret in moribus et glorificantem se Deum in suis glorificaret operibus. In cunctis enim affectabat honorem Christi, salutem populi, contemptum sui, sciens sibi in his omnibus esse querenda non sua lucra, sed Domini. Adiit[a] interea sedem apostolicam, in Anangnia[b] civitate a domino Paschali papa in ipso solemni die penthecostes, Spiritu coope- 1106. Maii 13.
rante divino, consecratus antistes[1], pontificalem accepit infulam. Quo tempore ab ipso Romano pontifice id obtinuit, quod usum[c] crucis et pallii tam ipsi quam omnibus canonice[d] 1111.
sibi succedentibus perpetualiter destinavit[2]. Exinde magis ac magis Christi confortatus in gratia, nitebatur in domo Domini oliva esse fructifera[e], studuitque in populis verbi erogare talentum, pro quo sciebat se quandoque super omnia Domini bona constituendum[f]. Quapropter de commissa sibi cura sollicitus, ecclesiasticae utilitati diebus invigilabat ac noctibus, dans operam pro honore Domini, quomodo bona sanctae suae ecclesiae vel augeret inventa vel restauraret amissa. Unde[g] predia, quaecumque in possessionem[h] eiusdem ecclesiae vel nova conquisivit vel ante eum distracta requirere non modico labore curavit, in unum conscribimus[i], ut congestum favum prudentissimae apis[k] nostrae gustare volentibus prebeamus[l].

3. Cum[m] ergo ad dilatandam laudem divini nominis tota pii Ottonis flagraret intentio, quaedam cenobia a fundamentis construxit, pauca vero prius tenuiter[n] inchoata, sed per eum ecclesiae Babenbergensi condigno precio acquisita, largo sumptu perfecit.

Et primiciae quidem[o] votorum eius aedificatio fuit duorum cenobiorum in episcopatu Wirzeburgensi[p]; quorum unum Uraugia sub patrocinio beati Laurentii, alterum dictum Uraha in honore beati Petri apostoli. Tercia et quarta aedificatio duorum cenobiorum in propria dyocesi, quorum [unum[q]] Michelvelt[r] dictum in honore sancti Iohannis euangelistae, alterum Lancheim[s] in honore beatae virginis Mariae. Quinta et sexta et septima et octava et nona et decima monasteriorum constructio fuit in episcopatu Ratisponensi[t]; quorum [unum[q]] Entistorf[u] dictum in honore sancti Iacobi, Pruveningen[v] in honore sancti Georgii, unum Madelhartestorf[w] in honore sancti Iohannis euangelistae, unum Biburch[x] in honore[y] perpetuae virginis Mariae, unum Monasterium in honore sancti Petri, unum Windeberghe regularium clericorum in honore sanctae Dei genitricis Mariae. Undecima fuit congregatio Reginstorf constructa in honore sancti Iohannis baptistae in[z] episcopatu Halberstatensi[a]. Duodecima[b] in episcopatu Eystetensi quae Halisprunne[c] dicitur sub patrocinio beatae virginis Mariae. Tredecima et quarta decima in episcopatu Pataviensi[d], quarum una Alrispach dicitur, altera Clunica in honore sancti Andreae apostoli. Quintum decimum monasterium ipsum[e] est Arnoldistein[f] in episcopatu Aquilegiensi[g] in honore sancti Georgii[3]. Sex abbatum pastoralibus[h] virgis, quas invenit, tredecim[i] alias, Deo auctore, suo studio addidit. Sex[k] cellas divino cultui assignavit: unam Aspach sancti Mathei, unam sanctae Fidis in loco Babenbergensi, unam in Rothaha[l] sancti Georgii, unam in Drosindorf[m. 4] et unam in Tullevelt[5], itemque unam [in[n]] Vezzere[o] sub patrocinio beatae Mariae.

a) *incipit fragm. cod. 4 sic:* Post hec adiit s. ap. b) mangia 4. c) usu 2. 2[a]. d) s. c. 2[a]; sibi *deest* 4. e) *verba quae Mon. Priefl. I, 8. addit:* quae et ariditatis nescia et totius est sterilitatis ignara, *codex Stargard. (4) minime habet, quae Haag p. 19. falso acsi in eo legerentur expressit, quae cum neque in codd.* 1. 2. 2[a] *legantur, a Prieflingensi addita esse apparet.* f) constituendam 4. g) Inde 4. h) possessione 4. i) apud nos conscripta 4, *qui haec mutavit, quia pauca tantum ex Relat. excerpsit.* k) opis 4. l) prebetur 4. m) *hoc caput solus codex* 4 *habet; Andreas hoc caput in codd.* 1. 2. 2[a] *omisit, quia quae hoc continet iam supra in cod.* 1 *f.* 36. 36'. *ex Herbordo enarravit.* n) *sic Ebo et Mon. Priefl.;* inch. tenuit 4. o) quidam 4. p) Wyrczeb. 4. q) *sic Mon. Priefl. et Herb.; deest* 4. r) Mych. 4. s) Laticheym 4. t) Ratispan. 4. u) *sic Herb. I,* 13 (Ensdorf dictum *Mon. Priefl.;* Endistorf *Ebo brev.*). antistoꝝ p̄dc̄m (antistorum predictum) 4. v) Pruugemnen 4. w) *sic infra c.* 14. 1. 2; Madelhardestop 4. x) *Mon. Priefl. et Herb.* Biburch *post* Monasterium *enumerant, sed Ebo brev. et Ebonis versio Germ. hac in re cum cod.* 4 *concordant.* y) *Herb. et Ebo brev. habent* B. sub patrocinio, *sed Ebonis versio Germ.* B. Zw eren der *etc.* z) et 4. a) Halverstadensi 4. b) In episc. duod. Eyst. 4. c) Halisprunve 4. d) Pathav. 4. e) in castro *Mon. Priefl. et Herb., sed hoc ex c.* 16. *infra sumpsisse videntur.* f) Arnoldystein 4. g) Aquileygensi 4. h) pastorial. 4. i) 14 *Mon. Priefl.; sed Ebonis versio Germ.* XIII *(in Ebone brev. haec desunt).* k) Quinque *Mon. Priefl. et Herb.* l) Rathaba 4. m) *sic Mon. Priefl.;* Drousendorp 4; Drosendorph *Ebo brev.;* Droßendorf *Ebonis versio.* n) *sic Mon. Priefl.; deest* 4. o) *sic infra c.* 20. 1. 2, *h. l. Herb. et Ebo brev.;* Wezere 4.

1) Cf. epist. Ottonis, Cod. Udalr. nr. 131, Jaffé, Bibl. V, p. 247 sq. (apud Ebonem I, 15, p. 832; apud Herbordum III, 41, SS. XX, p. 768); Paschalis epistolas, Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6083. 6084. 2) Privilegio dato a. 1111, Apr. 15, Jaffé nr. 6291, non igitur eo tempore, quo Otto Anagniae moratus est. 3) Monasterium Banz non commemoratum est; de quo v. supra p. 1032 sq. 4) Drosendorf (BA. Bamberg). 5) Neidhartshausen (in magno ducatu Weimarano ad fluviolum Felde; A. Dermbach) in pago Tullefeld, ut Herbordus I, 17. scribit.

4. Hiis[a] sane monasteriis predia usquequaque pervigili labore et ingenti[b] precio acquisita congruis in locis distribuit, quae idcirco[c] singillatim distinguimus[d], ut, quid[e] cuique loco donaverit, ostendamus[f].

Predia ad Uraugiam[1] pertinentia: Urdorf[g] ex maxima parte, predium in Ramestal[2], in Richintal[h] beneficium Heinrici, in Irringeshusen[i] predium Ottonis, Germaresdorf[k, 3], Nutilingen, Gravenhagen, predium in Werna, in Oppach predium[4], vineta in Wirtzeburch, Citerates et Scuntera, beneficium Ottonis, Warta.

5. Haec pertinent ad Uraha[5], quae digno pecuniae[l] precio ab ipso comparata sunt: Lintpach, Altheim, Vuterse, Rudingesprunnen, Peierstorf[m, 6], Bruningeshoven, mansus unus in Padingou.

6. Haec[n] predia Michelveldensi[7] dedit cenobio*: Hophengnaha[o], item Hophengnaha parrochia eiusdem loci, Artolfesprunnen, Cirkendorf, item Cirkendorf[p, 8], Golsendorf, Hagenahe, Engilmarisreut[q], Franchinaha, Namegast, Weluche[9], Friderichesreut[10], Ebersperch, Bilenstein, Bucha, Buchenbach cum parrochia, Willinberch, Widelwanch[r], Benzenreut cum Risaha[11], Churbelreut dominicale cum tribus mansis, Ratgeresperch 12 mansi, Sumerhowe[s], Wittenloch[t, 12] ad censum 7 unciarum, Suaigoltesreut[u], Ortenberch, Rennenreut, Pirchahe, Hamphenvelt[13], Ouenhusen, Inderreut, Sigehartisreut[v], Urbach[14], Liuzelenbuch[w] cum utili-

*) *Subnotamus ad haec illustranda, quae Moritz apud Freyberg, 'Sammlung hist. Schriften und Urkunden' II, p. 180, n. 2. ex libro quodam copiali Michelfeldensi edidit:* Deo ordinante contigerat, ut humanis rebus excessisset Fridericus de Hophengnah[15], homo nobilis et magnarum opum, adeo ut filiam[16] eius Otto comes palatinus in matrimonio haberet. Qui dum heredem non haberet et de bonis Babenbergensis episcopatus copiose inbeneficiatus esset, timens episcopus[17], ne praedictus palatinus, videlicet ob matrimonium filiae, eadem bona vel violenter usurparet vel aliis quibuslibet modis
1119. iustis sive iniustis tandem obtineret, maturo confecto itinere, ad monasterium[18] venit et de supradictis beneficiis eiusdem Friderici possessiones has super altare beati Iohannis contradidit: Urbach, Weluk[x], Luzenbuch, Pilenstein, Ebersperg, Friderichesruit ex parte, Sumerhawe[y], Namegast, Hophenach ex parte, item Hophenach ex parte, Frankenach. Igitur Ottone palatino pro beneficiis illis graviter eum infestante, considerans episcopus de hac re monasterium posse gravari, prudenti usus consilio, ea bona, quibus praedictus Fridericus fideles suos inbeneficiaverat, palatino iure beneficii dedit, quae sibi retinuerat monasterio delegavit; et sic contradictio illa quievit. Forum apud Hophenach tunc frequens admodum et famosum fuit, et de theloneo fori Fridericus idem quosdam suos ad duo talenta inbeneficiaverat. Inde est, quod
1140. postmodum, pro utilitate monasterii translato iure eiusdem fori in locum qui Urbach dicitur, adhuc tamen a fratribus annuatim duo talenta de theloneo exiguntur, quia eadem videlicet in partem beneficiorum paulatim cessisse noscuntur.

a) *sic* 4; Sane monast. ab eo constructis 1. 2. 2a, *in quibus haec post c. 2, nullo spatio interiecto nec novo versu incepto, scripta sunt. Propter caput omissum haec verba Andreas mutasse videtur.* b) ingeni et 4. c) *deest* 4. d) singulatim scriptis distincta sunt 4, *mutatum, quia hic codex sequentia non habet.* e) quod 4. f) donavit, sciatur 4, *ubi sequentia omnia usque ad c. 18. omissa sunt.* g) Urdorff 1. 2. 2a, *et sic semper* dorff *vel* torff *scriptum in codd., quod ubique in* dorf *vel* torf *mutavimus.* h) Richental 2a. i) Irrigesh. 2. 2a. k) Berm. 1; Germarestorff 2a. l) *deest* 2a. m) Peirstorff 1. n) Hec sunt pr. que Michelfelt 2a. o) Hophengnaba *primo loco* 1. 2. 2a, *secundo* Hopheng͡ 1. 2; Hopheg͡n 2a. p) Circk. 2. q) Engelmareut 2. 2a; *cod.* 1 *plerumque*, 2. 2a *raro* reutt *pro* reut *habent, quod singulis locis non indicavi.* r) Widelbanch Bentz. 2a. s) Sumerhove 2. 2a. t) Witteloch 2; Wintenloch 2a. u) Suaigol|goltesreut 2a. v) Sigehartesreutt 1; Sigilhartisreut 2a. w) *emendavi ex nota* * (Luzenbuch) *et charta Ottonis;* Tiuzelenbuch 1; Tuzelenbuch 2; Tuzenlenbuch 2a. x) Woluk *ed.* y) *sic charta Ottonis apud Andream;* Sumerhawen *ed.*

1) Aura ad fl. Fränk. Saale. 2) Euerdorf, Ramsthal (BA. Hammelburg) in Franconia media. 3) Gärmersdorf (BA. Amberg). 4) Ober- et Nieder-Werrn, Obbach (BA. Werneck). 5) Münchaurach prope Herzogenaurach Franconiae superioris. 6) Limbach (BA. Höchstadt a. A.); Altheim (BA. Uffenheim); Füttersee (BA. Scheinfeld); Rüdisbronn (BA. Uffenheim); Baiersdorf (BA. Erlangen). 7) Michelfeld (BA. Eschenbach) in Palatinatu superiore. Cf. chartam Ottonis datam a. 1119, Maii 6, Ussermann, Episc. Bamberg., Probat. p. 67 sq., quam Andreas cod. 1 f. 46', cod. 2 f. 79. habet, ubi eadem fere, sed non omnia, et alia praedia enumerantur. 8) Hopfenohe, Ortelsbrunn, Alt- et Neu-Zirkendorf (BA. Eschenbach). 9) Hagenohe (BA. Eschenbach); Engelmannsreuth (BA. Pegnitz); Ober- et Unter-Frankenohe, Nunkas, Welluck (BA. Eschenbach). 10) Olim prope Hopfenohe situm; Mon. Boica XXIV, p. 19. 11) Ebersberg, Beilenstein (BA. Eschenbach); Buchau, Büchenbach, Willenberg (BA. Pegnitz); Weidlwang, Penzenreuth et Reisach (BA. Eschenbach, LG. Auerbach). 12) Rackersberg (BA. Pegnitz); Sommerhau (BA. Eschenbach); Weidenloh (BA. Pegnitz). 13) Henfenfeld (BA. Hersbruck). 14) Auerbach (BA. Eschenbach). 15) Alias dicitur de Lengefeld. 16) Heilicam; cf. Fund. Ensdorf. c. 2, supra p. 1080. 17) Otto. 18) Michelfeldense.

tatibus decimarum et holzchornes, novale quod dicitur Heroldesreut[1], castellum quod dicitur Gernotestein[2], Inruit[a], Herwigesreut, Wilmarsgesaze[3].

7. Predium apud Lancheim[4] per manum Othgosi super altare sancti Georgii[b] manifesta donatione traditum in nomen abbaciae magno sumptu provexit. Huic villam adiacentem eiusdem nominis, quam pro anima patris sui Richiza[c], filia comitis Reginbotonis, super altare beati Petri obtulit, in[d] proprietatem dedit.

8. Haec sunt bona quae dedit monasterio in Enstorf[e. 5]: Willembach[f. 6], Geilichingen, Holerstetin, Berchstetin, Babenhoven, Horskenhoven, Ufheim[g. 7], Rederden[h], Sulach, Steinenlach, Thanheim, Dietstetin[8], Redermoltingen[i], Taichilberch[k], Erlibach, Droskenreut, Gygandes[l], Mulendorf, Wunemaris, quatuor mansi iuxta Haderichesprucke[m], vineta iuxta Bettendorf, Hovestetin, Wihstein, Sicinhoven, Chrandorf[9], novalia apud Rechardt[n. 10] et Durne[11], decime apud Pappenberc[o. 12], Wittinreut[p. 13] cum aliis decimis, Druskingen, Dusilischinden[14], Peirreut[15], Wihtahe, silva iuxta cellam.

9. Haec sunt predia quae dedit monasterio Pruveningen[q]: In suburbio Ratisponensi predium, quod quidam Racco[r] nomine olim possedit, ad ecclesiam quae Vetus capella dicitur pertinens, hoc modo commutavit: Sex mansos iuxta Amberch per se acquisitos cum 12[s] mancipiis per manum Meribotonis *etc., ut patet in secundo privilegio Ottonis super Pruveningen*[t. 16]. Aliud ibi predium a quodam Acilino[u] 60 marcis comparavit. Item aliud prediolum quasi novem iugerum ob eiusdem loci terminum dilatandum a Reginhardo abbate Sancti Emmerammi, datis in reconpensationem aliis viginti iugeribus de fundo ipsius monasterii, commutavit ipsumque concambium per manus advocatorum utriusque ecclesiae, videlicet comitis Adelberti[17] et Heinrici de Scowenburch[v], facta ex utraque parte delegatione, peractum coram ydoneis testibus more Bavarico per aurem[w] tractis legittime confirmavit.

Charta fund. Lib. mem. Pruf c 2.

ib. c. 5. 6.

10. Gengenbach[18] dedit Hembur[x], Oberstorf[19] cum aliis bonis et episcopali privilegio communivit.

11. Abbaciam[20] quae Monasterium dicitur cum parrochia adiacente eiusdem nominis ipse pariter auri et argenti precio ab Heinrico duce Bavariae et Diepaldo[y. 21] marchione comparavit et regali privilegio Lotharii imperatoris[22] in proprietatem sanctae Babenbergensi ecclesiae[z] collatam suscepit. Not. Mon.

a) In Ruitt 1; In Rint 2; In rint 2a; Iunruit *charta*. b) Georgi 1. c) Richisa 2a. d) et in 2. 2a. e) mon. Einstorff 2a. f) Willenbach Geilichengen 2a. g) Uffheim 2a. h) Rd' den 1. 2. 2a. i) Rd' moltingen 1. 2. 2a. k) Taichelberch 2; Thaichelberch 2a. l) Gig. 2a. m) Haderichespruck 2. 2a. n) Rechart 2a. o) Pappenberg 2. 2a. p) Wintinreut 2a. q) Prufenigen 1. r) Ratto 2; Ratho 2a. s) XIIII *Lib. mem. Pruf.* t) Pruuenigen 1; patet ex littera desuper confecta 2a, *qui hoc privilegium non continet.* u) Ancil. 2a. v) Schow. 2; Schobenburch 2a. w) arem 2a. x) Heinbur 2a. y) Diepoldo 2. 2a. z) *deest* 2a.

1) Heroldsreuth (BA. Pegnitz). 2) Cf. charta Ottonis: *Hultenstain, qui et Gernotestein dicitur.* 3) Weidmannsgesees (BA. Pegnitz). 4) Langheim (BA. Lichtenfels). 5) Ensdorf (BA. Amberg). Cf. chartam Ottonis datam a. 1139, Mon. Boica XXIV, p. 15 sqq., et *predia . . . que pecunia sua . . . episcopus Otto preparavit* (lege *comparavit*), Cod. trad. Ensdorf. nr. 16, Freyberg, 'Sammlung hist. Schriften und Urk.' II, p. 188. Neque vero ex his litteris ista descripta sunt, immo quaedam praedia hic enumerantur, quae abbatia Ensdorfensis non ab Ottone, sed ab aliis accepisse videtur; vide Cod. trad. nr. 28–37. etc., l. l. p. 194 sqq. Cf. supra p. 1079. Nomina hodierna locorum Ensdorfensium, quae annotavi, statuit Moritz apud Freyberg l. l. p. 353 sqq.; Mon. Boica XXIV, p. 18 sqq. 6) Nunc pars territorii villae Ensdorf. 7) Gelching (BA. Amberg); Hollerstetten (BA. Velburg); Bergstetten (BA. Hemau); Baumhof et Harschhof (BA. Burglengenfeld); Aufheim (BA. Amberg). 8) Seuloh, Steiningloh, Thanheim (BA. Amberg); Dietstätt (BA. Nabburg). 9) Teichelberg (BA. Tirschenreuth); Erlbach, Troschenreuth (BA. Eschenbach); Geigant (BA. Waldmünchen); Mühldorf prope Troschenreuth; Pommer (BA. Forchheim); Hersbruck oppidum Franconiae mediae; Pettendorf (BA. Neunburg v. Wald); Hofstetten (BA. Amberg); Wichsenstein (BA. Pegnitz); Sitzenhof (BA. Burglengenfeld); Krondorf (BA. Amberg). 10) Territorium inter Nittenau et Schwandorf; Mon. Boica XXIV, p. 22. 11) Territorium ubi nunc Vorderthürn et Hinterthürn (BA. Roding). 12) Pappenberg (BA. Amberg). 13) Aut Wickenricht, aut Weickenricht (BA. Amberg). 14) Triesching, Deislkühn (BA. Nabburg). 15) Nunc deletum, olim Payrieth (BA. Amberg); Freyberg II, p. 254. 16) Haec verba, aliis omissis, ab Andrea inserta esse apparet; indicatur enim charta quae in huius codd. Bamberg. 1 f. 43, 2 f. 74. scripta huic relationi praecedit, edita Mon. Boica XIII, p. 158 sqq., praecedente iam 1 f. 42, 2 f. 73'. prima charta Ottonis monasterio Prufeningensi data (Mon. Boica l. l. p. 141 sq.). Sed verba Relationis partim ex charta indicata, partim ex Libello memoriali Prufening. c. 2, supra p. 1075. edito (videlicet verba *In suburbio Rat.* et *cum* 12 — potius 14 — *mancipiis*, quae in charta non leguntur) sumpta sunt; ex cuius cap. 5. 6, Mon. Boica XIII, p. 2. 4 sq., etiam quae sequuntur transscripta sunt. 17) *de Windeberge,* ut Lib. mem. Pruf. habet. 18) In magno ducatu Badensi, dioec. Strassburg. 19) Hemau oppidum, Obersdorf (BA. Amberg)? 20) Haec ex nota Sweigo-Monasteriensi (Münchsmünster, dioec. Regensburg) supra p. 1074. edita descripta sunt. Ex sequentibus cap. 11–20. nonnulla sumpserunt Mon. Priefl. I, 13—20; Herbord. I, 13—17. 21) III. de Vohburg. 22) St. 3286, dato a. 1133, Oct. 23.

12. Abbaciam Wicinburch[a, 1], quae nunc mutato loco et nomine Reginstorf[2] dicitur, cum bonis ad se pertinentibus a munificencia Heinrici imperatoris[b] quarti[3], acceptis privilegiis regiae auctoritatis[4], sanctae Babenbergensi ecclesiae subdidit. Bona quoque eiusdem cenobii ipse duplicavit; nam, cum prius nonnisi sexaginta duos mansos habuerit, ipse numerum illum[c] totidem mansis ampliavit.

13. Allodium Halisprunnen[5] cum ingenti pecunia comparavit et ipsum locum in abbaciam promovens divino servicio mancipavit.

14. Abbaciam Madelhartestorf[6] Lotharius imperator per manum Gebehardi liberi hominis sanctae Babenbergensi ecclesiae donavit, cui a pio Ottone multa sunt bona collata, quae apud idem[d] monasterium habentur nominatim[7].

15. Abbaciam quae Clunica[8] dicitur iuxta fluvium Anisum a marchione Liutpoldo[e, 9] per manum cuiusdam Rudigeri[f] accepit, cui ipse viginti mansos et quinquaginta marcas addidit.

16. Cellam monachorum, destructa munitione, in Arnoltestein[10] constituit. Quod castrum quadraginta quinque annis ecclesiae Babenbergensi abalienatum cum mansis nonaginta quinque multo labore recepit et eidem loco alios[g] sexaginta mansos donavit.

17. Predium apud Aspach[11] Babenbergensis ecclesia multo tempore amiserat, quod ipse sollerti cura requisivit, et cellam monachorum inibi instituens, locum ipsum copiosa prediorum donatione dotavit.

18. In[h] Monte Sancti Michaelis prope Babenbergam ad plagam occidentalem basilicam sanctae Fidis virginis et martiris cum reliquis aedificiis construxit et ad sustentationem Deo illic servientium haec subscripta predia obtulit[12]: Clucou[i], Bucha, Velendorf[13], Gidesintal, Engilhartesperch[k], Tragemuzilistorf, Silwiz, Grunowe, Alren[14].

19. Cellam Rothaha[15] ab Agnete palatina comitissa[16] et a sorore eius Adalhaida[l] cum 60 mansis ecclesiae Babenbergensi donatam suscepit; circumiacentia vero eidem cellae bona emit ducentis septuaginta quinque marcis, cum ministerialibus scilicet et agris et silvis et pratis et pascuis ac molendinis et cum omni utilitate et iure, quo Chuno dux idem predium noscitur habuisse.

20. Cellam Vezzere[17] Gotheboldus comes aedificare inchoaverat, quam postea ab eo Babenbergensi ecclesiae donatam accepit, et haec subscripta ei bona concessit: Chamirice et partem villae in Liucichindorf[m] et mansum unum in Skidingen[n] cum pluribus aliis, prout apud Vezzeram[o] reperitur.

21. Considerans[p, 18] autem, quia monasteriorum suorum tunc robustius structura[q] consisteret, si eam[r] apostolicae auctoritatis columpna fulciret, nec facile posse destrui, si

a) Vincinburch 1. 2; Vinciburg 2[a]; Wizzenburg *Mon. Priefl.;* Vicenburc *Herb.* b) q. i. 2[a]. c) *deest* 2. 2[a]. d) *folio exciso, sequentia des.* 2[a]. e) Luitp. 1; Lutp. 2. f) Rudegeri 1. g) *deest* 2. h) *cap.* 18. *in* 4 *capiti Ebonis I,* 18. *insertum est aliquatenus immutatum:* In ipso M. S. Mych. ad pl. occ. — serv. predia optulit sufficiencia, *nominibus praediorum omissis.* i) *sic vel* Clutou *legi potest* 2; *post corr.* Clůcou 1; Klucowa *charta.* k) Engelhartesperg 2. l) Adelh. 1. m) Tuicich. 1. 2; Linzich. *charta.* n) Skindingen *charta.* o) Vesseram *h. l.* 2. p) *capita* 21—23. *soli codices* 3. 3[a] *post capitis* 40. *partem priorem (v. infra p.* 1166, *n. r) continent. In* 1 *minio praescriptum:* Item aliud miraculum. *Hoc loco haec capita inserenda esse videntur, quia Mon. Priefl. ea ante ea quae in codd.* 1. 2. 2[a] *proxime sequuntur* (c. 24. Hiis decursis) *posuit.* q) destructa 3[a]. r) eciam 3[a].

1) Weissenburg ad fl. Unstrut. 2) Reinersdorf prope Memleben. 3) Quem nos quintum dicimus. 4) St. 3168, dato a. 1121, Mart. 25. 5) Heilsbronn in Franconia media. Cf. chartam Ottonis, Ussermann, Episc. Bamberg., Probat. p. 83. 6) Mallersdorf (dioec. Passau). 7) Verba *quae — nominatim* et similia c. 20. authentica, minime ab Andrea, aliis omissis, inserta sunt, ut Haag p. 50. censet. Andreas certe nihil de archivis Mallersdorfensi et Vezzerensi compertum habuit. 8) Gleink in Austria. 9) III. Austriae. 10) Arnoldstein in Carinthia (praef. Villach). 11) Asbach ad fl. Rott (dioec. Passau). 12) Cf. chartam Ottonis, Ussermann l. l. p. 85, ubi eadem praedia praeter unum et alia enumerantur. 13) Ober- et Nieder-Fellendorf (BA. Ebermannstadt). 14) Engelhardtsberg (BA. Ebermannstadt); Trailsdorf (BA. Bamberg)? Selbitz (BA. Naila)? Grunau (BA. Bayreuth)? Allern (BA. Stadtsteinach). 15) Cf. Ussermann, Episc. Wirzeburg. p. 496. 16) Soror Chunonis de Zähringen infra dicti, uxor Willelmi comitis Burgundiae. 17) Vessra (Kr. Schleusingen). Cf. chartae Ottonis fragm., 'Bericht d. hist. Vereins zu Bamberg' XVI, p. 14 sq., ubi eaedem villae dicuntur. 18) Capita 21. 22. exscripserunt Mon. Priefl. I, 21—24; Herbord. I, 18—20. Andreas haec capita in Relatione transscribenda omisit, quia eadem in sua narratione de vita Ottonis episcopi cod. 1 f. 36'. 37. 39, ac quidem quae cap. 21. continet ex Herb. I, 19, quae cap. 22. continet partim ex Relat., partim ex Herb. I, 20, quae cap. 23. continet ex Ebone I, 18, iam supra exhibuit.

vallata fuisset munimine Petri, eam sub Romanae defensionis tutelam posuit, et a sede apostolica huiusmodi scripta suscepit: 1123.

Privilegium Calixti papae[1].

Calixtus episcopus[a], *servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babenbergensi*[b] *episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Bonis fratrum nostrorum studiis non solum favere, sed ad ea ipsorum etiam debemus animos incitare. Tuis ergo, karissime et venerabilis frater Otto Babenbergensis episcope*[c], *supplicationibus inclinati, monasteria sancti Iohannis baptistae in Regenstorf*[d], *sancti Iohannis euangelistae in Michelvelt*[e], *sanctae Mariae virginis in Lancheim*[2], *sancti Iacobi in Entistorf*[f], *sancti Laurencii martyris in Urowa*[g], *sancti Georgii martyris in Brůveningen*[h], *quae ipse propriis sumptibus construxisti et, Babenbergensi ecclesiae conferens, apostolicae sedis roborari munimine quaesivisti, in beati Petri eiusque Romanae ecclesiae protectionem suscipimus contra pravorum hominum nequiciam defensanda*[i]. *Statuimus ergo, ut possessiones, predia et bona omnia, quae et fraternitas tua eisdem monasteriis divini amoris intuitu contulit, quaeque aliorum fidelium iusta oblatione concessa*[k] *sunt, aut in futurum iuste legaliterve acquiri vel offerri contigerit, firma eis et illibata Domino auctore permaneant. Ordinationes sane abbatum vel monachorum suorum a catholicis episcopis diocesanis accipiant. Rerum vero ipsorum monasteriorum curam et administrationem in tuo tuorumque successorum arbitrio et potestate manere censemus. Nulli itaque hominum facultas sit eadem monasteria perturbare aut eorum possessiones auferre*[l] *vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si*[m] *qua igitur ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se*[n] *divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat. Cunctis autem eisdem monasteriis iusta servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem premia aeternae pacis inveniant. Scriptum*[o] *per manum Gervasii scriniarii, regionarii et notarii sacri palacii.*

22. Libet[p] nunc[q] intueri, quo studio quave diligencia in monasteriis[r] suis pius Otto sacrae religionis ordinem observare[s] voluerit. De qua re cum apostolicae confirmationis privilegium a Romana sede postulasset, huiuscemodi[t] scripta suscepit[u]: 1139.

Privilegium Innocencii papae[3].

Innocencius episcopus[v], *servus servorum Dei*[w], *venerabili fratri Ottoni Babenbergensi episcopo eiusque successoribus canonice substituendis salutem et apostolicam benedictionem. Quociens illud a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire cognoscitur, animo nos decet libenti concedere et congruum inpertiri*[x] *suffragium, ut fidelis devotio celerem sortiatur effectum*[y]. *Proinde, venerabilis frater Otto episcope, petitionis tuae desideriis ex consueta sedis apostolicae mansuetudine clementer annuimus, inprimis siquidem statuentes, ut tenor religionis, qui in ecclesiis tibi commissis*[z] *est per tuam diligentiam cooperante Domino institutus, firmiter in eis perpetuis temporibus conservetur. Constituimus etiam, ut in eisdem ecclesiis*

a) *deest* 3. b) Bamberg. 3ª *semper.* c) ep̄o 3ª; d) Regenstorff 3ª; Reginstorf *Mon. Priefl.* e) Michelfelt 3ª. f) Entstorf 3; Ent'storff 3ª; Enstorf *Mon. Priefl.* g) Wraw 3ª. h) Brünnigen 3ª. i) *sic Herbordi cod. Frising. et codd. B;* defensandam 3. 3ª; defendenda *Mon. Priefl. et Herbordi cod. Neunkirch.* k) c. s. *des.* 3ª. l) aufferre 3. 3ª. m) Sȝ 3ª. n) *deest* 3ª. o) Scriptum — palacii *des.* 3ª, *ubi add.* etc. p) *hoc caput habet etiam Andreas in cod.* 1 *f.* 37. *in sua de Ottonis vita narratione, cuius lectiones aliquanto immutatas sigla* 1* *notatas afferimus; qui privilegium Innocentii sequens non ex Relatione, sed ex Herbord. I,* 20, *ex quo et praecedentia et sequentia sumpsit, transcripsisse videtur.* q) quoque *add.* 1*. r) s. m. 1*. s) observari *Mon. Priefl. I,* 23. t) huiusmodi 1*. u) ab Innocencio papa huius nominis secundo *add.* 1*, *ubi* Pr. I. p. *des.* v) *eadem manu in marg. infer. suppl.* 3. w) *reliqua huius privilegii omisit* 3, *ubi add.:* Require in primo libro *(Herbordi in cod.* 3 *praecedentis)*, capitulo XX. De confirmacione ordinis in monasteriis, *ubi idem privilegium exstat; sed integrum privilegium hoc quoque loco exhibet* 3ª, *cuius menda ex Mon. Priefl. I,* 24. *et Herb. I,* 20. *sustuli.* x) inpartiri 3ª; impertire 1*. y) aff. 3ª. z) commissionis *bis scr.* 3ª; t. c. *des.* 1*.

1) Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 7047, datum a. 1123, Apr. 3. Etiam Andreas in sua huius privilegii transcriptione cod. 1 f. 36'. haec nomina omisit, unde apparet ex Herb. eum hoc privilegium sumpsisse. 2) Verba *s. M. v. in L.* desunt in archetypo edito Mon. Boica XXIV, p. 10 sqq. et Mon. Priefl. I, 22; Herbord. I, 19. omisit omnia monasteriorum nomina. 3) Jaffé nr. 7946, datum a. 1139, Ian. 23.

nullus per symoniacam heresim statuatur, sed honestae personae, quibus utique morum et status dignitas suffragatur, inibi ordinentur. Sane in cenobiis, quae vel antiquitus in tua parrochia constructa sunt, vel tu ipse devotionis intuitu constituisti seu aliis iustis modis ecclesiae tuae unire poteris, vel ab aliquo deinceps fidelium infra tuam dyocesim divina inspirante gratia construentur, sacrae religionis ordinem manere decernimus. Nec alicui liceat eiusdem institutionis formam ullatenus permutare, nisi forte ad melioris status prerogativam prestante Domino promovere voluerit. Nec id alicuius singulari iudicio committatur, sed omnium monasteriorum ad Babenbergensem ecclesiam pertinentium aut sanioris partis consilio ac consensu[a] *fieri debere sanccimus*[b]. *Si quis autem*[c] *huic nostrae constitutioni temere contraire*[d] *temptaverit, secundo terciove commonitus, si non factum suum digna satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei ac domini redemptoris nostri*[e] *Iesu Christi alienus fiat atque in extremo examine districtae*[d] *subiaceat ultioni. Conservantes*[e] *eisdem locis quae iusta sunt omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostram gratiam consequantur*[f].

23.[g] Monasterium[1] Sancti Michahelis cum paradyso ac universis claustri aedificiis necnon et basilicam sanctae Mariae cum sacrario et capellam[h] beati[i] Bartholomei a fundamentis reaedificavit; capellam quoque super portam, sed et diversorium et muri ambitum cum universis officinis[k] construxit[2]. Idem[l] vir beatus fontem[m] in medio claustri fieri iussit; itemque venam aquae vivae de vicino monte in claustrum plumbeis fistulis copioso sumptu duci fecit[n]. Pleraque eidem loco ornamenta contulit, inter quae[o] duas scutellas[p] argenteas[q] ad suscipiendas oblationes, aurifrigium quoque et casulam valde[r] preciosam; crucem etiam[s] auro gemmisque[t] nobiliter fabricatam, recondito[u] in ea salutari ligno sanctorumque reliquiis, ipse sacravit crucemque Salvatoris appellari statuit, et banni sui interpositione, ne[v] ab ipso monasterio pro aliqua unquam necessitate auferretur[w], indicens[x], beato archangelo eam[y] devotissime obtulit[3]. Hunc[z] locum ille[a] Deo plenus Otto[b] fidelissimo[c] semper amore dilexit, hunc restauravit, hunc ditavit, huius gloriam quaesivit, huic bona tribuit, hunc sublimavit, hunc coluit, huius profectum semper amavit et in[d] ipso se sepeliri decrevit[e].

24. Hiis[f. 4] decursis, operae precium video[g] aedificia describere, quae in diversis locis preter ea quae[h] supra commemorata sunt ille beatus Otto exstruxit.

In domo principalis ecclesiae[5] pavimentum stravit, columnas gypseo opere ornavit[i]. Chorum sancti Georgii[6] exaltavit, picturam fieri iussit, ipsumque monasterium cupreo tecto cooperuit[k], omnia denique claustri aedificia per singulas[l] officinas nova fecit[m]. Porro ad altare sancti Georgii, dilectissimi sui patroni, in oblationem fratrum dedit predium apud Trebekendorf, iuxta Holvelt[7], quod solvit quinque uncias et talentum; apud Bolince mansum unum, qui dimidium solvit talentum, et iuxta Haderichesprucke 10 mansos solventes 10 uncias et talentum. Eisdem quoque fratribus dedit de Seliginstat[n] tria talenta, allodium quoque apud Rotha 20 solvens talenta, quod ipse a Cunrado, fratre Bertolfi[o. 8] ducis de

a) *sic* 1*. *Mon. Priefl. et Herb.*; consilio *iterum* 3ª. b) *sic* 1*. *Herb.*; sanximus 3ª; sanctimus *Mon. Priefl.* c) *deest Mon. Priefl.* d) *deest* 3ª. e) autem *add.* 3ª. f) etc. *add.* 3ª. g) *hoc caput habet (praeter* 3. 3ª*) etiam* 4 *post c.* 24. *initium, ubi praemissa sunt verba, quae Ebo I,* 18. *habet:* Ut autem ad nostra veniamus, *quae num ex Ebone sumpta an in codd.* 3. 3ª *omissa sint, nescio; v. supra p.* 1155, *n.* 3. h) cappella 3ª. i) *sic* 4. *Priefl. Ebo*; sancti 3. 3ª. — Barth. *bis scr.* 3ª. k) officiniis 3ª. l) Ibidem 4. m) *sic* 3ª. *Priefl. Ebo; deest* 3; cisternam 4. n) etc. *add.* 3ª; *sequens verbum cum rubra littera initiali scr.* 3. 3ª. o) quas 3. p) scultelas 3ª; schutellas 4. q) *deest* 4. r) *deest* 4. *Ebo.* s) crucem *iterum* 4. t) gemmis quoque 4. u) retendito 4. v) ab i. m. ne unq. pro ulla nec. 4. w) auff. 3ª; auferetur 4. x) *sic* 3. 3ª. *Priefl.*; interdicens 4. *Ebo.* y) eique 4. z) H *littera rubra initialis* 3. 3ª. a) iº 3ª. b) *deest* 4. *Priefl. Ebo.* c) fidelissime 3ª. d) *deest* 3ª. e) *in* 3. 3ª *sequitur, reliquis omissis, capitis* 40. *pars altera (v. infra p.* 1166, *n. r. s); in* 4 *sequitur textus Ebonis I,* 18. f) *pergunt* 1. 2. 4 *(ante c.* 23*).* g) ĩdeo 4. h) *sic* 4. *Priefl.*; ea iam comm. *(quae deest)* 1. 2. i) armavit et 4. k) *sic* 4; operuit 1. 2; coperuit *Priefl.* l) singula 4. m) *reliqua omissa* 4, *ubi add.:* Porro predia, vineas, oblaciones aliaque beneficia, que in usus fratrum canonicorum contulit, hic superfluum annotare duximus. n) Seliginstatt 1; Selingenstat 2. o) Bertholfi 2.

1) Hoc caput exscripserunt Mon. Priefl. I, 25. 26. et Ebo I, 18; pauca verba exinde excerpta habet Herbord. I, 22. Etiam Andreas in sua de vita Ottonis narratione hoc caput, sed mutatis verbis, exscripsit suaque inseruit. 2) Haec partim sumpta sunt ex charta Hermanni abbatis S. Michaelis, quam edidit W. de Giesebrecht, 'Kaiserzeit' ed. 4. III, p. 1246 sqq.: *Universa aedificia in hoc monte posita tam in structura templi quam in officinis claustri dominus noster venerabilis Otto episcopus a fundamentis exstruxit, item capellam sanctae Mariae et basilicam beati Bartholomei necnon et muri ambitum propriis sumptibus aedificavit.* 3) Haec partim ex charta laudata Hermanni abbatis sumpta sunt: *Casulam cum aurifrigio ecclesiae nostrae donavit . . . scutellam argenteam ad suscipiendas hostias in commemoratione defunctorum; quae videlicet scutella ne unquam ab aliquo auferatur vel in alios usus deputetur, banni interpositione inhibuit. Puteum claustri dato pretio comparavit.* 4) Sequentia exscripserunt Mon. Priefl. I, 27. 28; Herbord. I, 21. 5) Bambergensis. 6) In ecclesia cathedrali Bambergensi. 7) Treppendorf, Hollfeld oppidum (BA. Ebermannstadt). 8) III. huius nominis.

Zaringen, trecentis argenti libris et auri tàlento comparavit, statuens hoc, ut decem ex his talenta eis in servicium permaneant, pars altera ad hospitalem domum sancti Georgii pertineat. De vinea episcopali, quae in latere Montis Sancti Michaelis sita est, fratribus canonicis ex antiqua constitutione in anniversario pii Heinrici imperatoris carrata vini dabatur, pro qua ipse 14 talenta eisdem fratribus dedit, quibus vineta emerentur, et ex his predicta mensura eis prebeatur. Vihtpach ad oblationem eorundem fratrum canonicorum pertinens, sed alienis dominis per multos annos indebite serviens, ab Heinrico de Scowenburch[a] octoginta argenti libris[b] redemit, quod Udalrico, filio eius, in beneficium prestans, pro eodem fratribus Binezperch[c.1] concessit, quod decem talenta per annuos redditus solvit.

25. Haec sunt predia quae dedit monasterio Montis-monachorum.

Cenobio denique sancti Michaelis archangeli[d] in usum fratrum dedit octo predia, quingentis ferme argenti libris comparata: Rintpach[2], Gestineshusen[e], Roetingen, Osthusen, Weikendorf, Horwa[3], fontem salis cum area, Vetus-Holfelt[f], Munerichesperch, statuens, ut de Holvelt ad sepulchrum eius die noctuque continuum lumen administretur, et de Munerichesperch[g] in die anniversarii eius fratribus, tam canonicis quam monachis, servicium et pauperibus elemosinae subsidium prebeatur. Preterea ecclesiam iuxta Albuch hereditario sibi iure propriam eidem monasterio cum duabus aliis ecclesiis donavit, ob memoriam videlicet sui parentumque suorum inibi corpore quiescentium.

26. Ad Sanctum Stephanum[4] in oblationem fratrum Chanendorf[5] tribuit, quod solvit uncias 11, ut[h] de 7 unciis prebeatur eis servicium in memoria anniversarii sui, quatuor reliquae manent[i] eis pro quodam annuo iure forensi. Ibi quoque inter cetera pietatis suae beneficia claustrum cum officinis aedificavit et turrim exstruxit.

27. Fratribus de[k] Sancto Iacobo[4] dedit decimas apud Pettensigilen et iuxta Hohensant[6] mansum unum, undecim quoque mansos novalium in Tangan[l]. Turres preterea ipse perfecit.

28. Ad Sanctum Gangolfum[m] turres edificavit et fratribus iuxta flumen Rada[7] quinque mansos et duo molendina tribuit.

29. Abbaciam sanctimonialium in Retia Teggingen[8] per multos annos abalienatam ecclesiae suae sanctus Otto episcopus restituit.

30. Pro barrochia[n] quae Namkendorf[9] dicitur fratribus de Sancto Gangolfo decem talenta dedit et eam episcopali ditioni donavit.

31. Capellam sancti Egidii cum hospitali domo sub monte predicti monasterii Sancti Michaelis construxit, eidem loco tribuens per annos singulos 20 talenta, quae solvunt haec subscripta predia: Betstat[o] et duo mansi in Strullendorf, duo mansi iuxta Eberaha[10], in Weikendorf[p] unus mansus, in Wasserlose duo mansi et dimidius, apud Lindelbach[q.11] 13 vineae et dimidius mansus, in Weikendorf[p] 5 mansi, et collectio decimarum de Chunenreut[r.12], de Binezperch[s], de Wecelisreut[t], quae villa Sancti Georgii dicitur, et de duobus mansis de Macelenberch[u], de Marchordesreut[13], et novale quod dicitur Sancti Egidii, apud Affeltere mansus unus capellae in dotem traditus et predium apud Druskendorf[14].

32. Item[v] ultra[w] flumen[15] capellam sanctae Gerdrudis cum hospitali domo construxit, ubi ad peregrinos suscipiendos singulis diebus sex denarios constituit ex his subscriptis

a) *sic c. 9;* Scowenburck *h. l.* 1; Schowenburg 2. b) *pergit* 2ª. c) *sic c. 31;* Binezperck *h. l.* 1; Binesperck 2; Binesperg 2ª. d) *deest* 2ª. e) Gestingshausen, Rottingen, Osthausen, Weick. 2ª. f) Holvelt, Munersperg 2ª. g) Munrich. *h. l.* 1; Munersperg 2ª. h) et 2ª. i) maneant 2ª. k) ad Sanctum Iacobum 2. 2ª. l) Tangan 2; Tagan 2ª. m) Gangulfum 2ª. n) parr. 2. 2ª. o) Bestat 1. p) Weick. 2ª. q) Lindenbach 2. 2ª. r) Chunrewt 2ª. s) Binesperch 2; Winersperg 2ª. t) Weczelfreut 2ª. u) Macell. et de 2ª. v) *deest* 2. 2ª. w) Cap. (Capella 2ª) s. G. (Gertr. 2) u. fl. 2. 2ª.

1) Pinzberg (BA. Forchheim). 2) Rimbach (BA. Gerolzhofen)? 3) Röttingen, Osthausen (BA. Ochsenfurt); Weichendorf (BA. Bamberg); Horb (BA. Lichtenfels). Cf. chartas in 'Bericht d. hist. Vereins zu Bamberg' XVI, p. 10. 11. 13. 21 sq.; Ussermann, Episc. Bamberg., Codex prob. p. 72, nr. 75; et chartam Hermanni abbatis p. 1162, n. 2. laudatam, ubi ex parte eadem leguntur. 4) Ecclesia collegiata Bambergensis. 5) Kanndorf (BA. Ebermannstadt). 6) Pettensiedel (BA. Forchheim); Hohenzant (BA. Amberg). 7) Rodach fl. 8) Deggingen (BA. Nördlingen); cf. A. Steichele, 'Bisthum Augsburg' III, p. 628 sqq. Retia hoc loco est pagus Riezzin (Riesgau). 9) Nankendorf (BA. Ebermannstadt). 10) Pettstadt, Strullendorf, Burgebrach (BA. Bamberg). 11) Weichenwasserlos et Dörnwasserlos (BA. Bamberg); Lindelbach (BA. Ochsenfurt). 12) Cunreuth (BA. Forchheim). 13) Matzenberg (BA. Bayreuth)? Markersreuth (BA. Münchberg). 14) Affalterthal (BA. Forchheim); Dreuschendorf prope Bamberg. 15) Regnitz.

prediis solvendos: Slurispach, Wunikendorf[a] Superius, Utzingen[1], et in dotem ecclesiae regalis mansus cum decimis in Sendelbach[2]; et iuxta Liuchense[b] 12 mansos eidem capellae[c] donavit. Haec in loco Babenbergensi.

33. Nunc[d] videnda sunt[e] aedificia seu basilicae in externis locis exstructae.

In Vorcheim[3] capellam sanctae Mariae aedificavit et episcopalem domum, in Haderichesprucke[f] item episcopalem domum, basilicam sancti Nicolai in suburbio Albwinestein[g, 4], domum lapideam in Cilen, capellam sancti Egidii super portam Tharisse[5] et capellam sanctae Mariae virginis, duos quoque mansos ad luminaria monasterii et 20 talenta obtulit; in Muchil[6] capellam sancti Viti, in Lavende[7] capellam sancti Stephani[h], in Gaminare sancti Leonardi, in Abrinteburcstal capellam sancti Georgii et episcopalem domum, item capellam sancti Georgii in Ascawinchel[i], in Garsten[8] capellam, in Eringen basilicam sanctae Mariae et turrim, in montanis Chanol duas capellas, unam in honore sanctae Gerdrudis[k] virginis et alteram in honore sancti Egidii, in Osterhoven[8] capellam sanctae Mariae cum turribus, apud Chrana[9] domum lapideam et turrim.

34. Preterea[10] sex munitiones ante eum non habitas episcopali ditioni et potestati subiecit: Albuinestein[l, 11], Liutpoldestein[m], Goulenreut[n], Hemphenvelt[o], Ebersperch, Eskemvelt[12]. Predictum vero castrum Albuinestein[l] in medio episcopatus sui fere positum octingentis[p] argenti libris necnon 17 auri talentis comparavit, providens in hoc et sibi et posteris suis non modicum pacis compendium, scilicet ut bonis ecclesiae suae in circuitu positis
Ps. 60, 4. sit firmum defensionis presidium, sit turris fortitudinis a facie vastantium inimicorum.

35. In[13] Pataviensi episcopatu ecclesia Babenbergensis de propriis suis possessionibus omnes decimationes hactenus habuit, quas Reginmarus eiusdem loci episcopus[14] ei auferre conatus est; sed pius Otto, non modicum in hoc ecclesiae suae dispendium considerans et utilitati illius omnimodis consulere volens, barrochiam[q] quae Munster[15] dicitur et vineam unam in Ascawinchel per manum imperatoris Heinrici quarti Pataviensi ecclesiae donavit, insuper episcopo auri talentum dedit, sicque per manum Udalrici eiusdem loci advocati omne ius decimarum Babenbergensi ecclesiae confirmavit.

36. Decimas quoque novalium ecclesiae suae de episcopatu Ratisponensi rationabili concambio commutavit et tam privilegio[r] Innocencii papae quam trium pontificum ordine sibi in Ratisponensi ecclesia succedentium, Hartwici videlicet, Chunonis[16] ac Heinrici, firmissimis cautionibus sanctae suae ecclesiae perpetualiter confirmavit[17].

37. Haec vero sunt bona quae ab ipso[s] Babenbergensi ecclesiae utili provisione sunt acquisita: Chrana cum suis appendiciis[18], Erlich[19] iuxta Andernach cum suis appendiciis; curtem nichilominus in civitate Moguncia ipse, centum et decem argenti libris a quodam Embrico emptam et super altare beati Petri traditam, episcopali ditioni donavit. Forum Babenberg cum areis ex utraque parte fluminis, Munrichesperg[t] cum villis ad se pertinentibus et viridario quod vulgo Prul dicitur, Walber, Crumbenabe[u], Hovestete[20], Sicinhoven,

a) Wunick 2a. b) Luch. 2. 2a. c) *deest* 2. 2a. d) Nunc — exstructae *des.* 2a, *ubi hoc loco f.* 21'—23'. *inserta sunt quaedam de fundatione Banzensis monasterii ex libello Heinrici abbatis sumpta; cf. supra p.* 1033. e) *deest* 1. f) Haderichespruck 2. 2a. g) Albuwin. 2. 2a. h) Steffani 2. i) Aschaw. 2. 2a. k) Gertr. 2. 2a. l) Albunestein 2. 2a. m) Lutp. 2. 2a. n) *sic* 1 *et Herb. codd.* 1. 2; Boulenreut 2. 2a. o) Heinph. 2; Heinphenfelt Ebersperg 2a. p) *sic codd. et Herb.*; 530 *Mon. Priefl.* q) parr. 2. 2a. r) duorum Romanorum pontificum Honorii et *add. Mon. Priefl., quae ab Andrea omissa esse videntur.* s) episcopo 2a. t) Munrichesperch 2a. u) Crumbenawe 2a.

1) Oberschlauersbach (BA. Neustadt a. Aisch); Wunkendorf (BA. Lichtenfeld); Uetzing (BA. Staffelstein). 2) Langen- et Klein-Sendelbach (BA. Forchheim). 3) Forchheim in Franconia super. 4) Pottenstein (BA. Pegnitz); cf. Herb. I, 26: *Albuinestein, quod etiam dicitur Botenstein.* 5) Theres (BA. Hassfurt). 6) Mücheln (circ. Querfurt). 7) Lavant in Carinthia. 8) Monasterium dioec. Pataviensis. 9) Kronach in Franconia super. 10) Hoc caput exscripserunt Herbord. I, 26; Mon. Priefl. I, 29. 11) Cf. diploma Heinrici V, St. 3086. 12) Leupoldstein (BA. Pegnitz); Burggailenreuth (BA. Ebermannstadt); Henfenfeld (BA. Hersbruck); Ebersberg (BA. Eschenbach); Eschenfelden (BA. Sulzbach). 13) Capita 35. et 36. exscripsit Mon. Priefl. I, 30. 14) A. 1121—1138. 15) Münzsteuer prope monasterium Reichersberg in circulo Oeni Austriaco, ut patet ex Ann. Reichersperg., SS. XVII, p. 448. 16) Vide chartas Hartwici a. 1114, Chunonis a. 1129, Ried, 'Regensburger UB.' I, p. 172, nr. 185; p. 187, nr. 198; diploma Lotharii imp., St. 3234. 17) Quod Mon. Priefl. hoc loco addit de his decimis monasterio suo concessis, ex chartis Mon. Boica XIII, p. 146. 149 (St. 3247). 151. XXIV, p. 30. sumpsit. 18) Cf. dipl. Heinrici V, St. 3172. 19) Irlich ad Rhenum fl. (circ. Neuwied). 20) Krummennaab (BA. Kemnath); Hofstetten (BA. Sulzbach).

Fithpach[a], Malikendorf[1], Hahartestorf, Tibiz, Metilesreut, Perinreut[b], Salwiz[2], Chrozna, cella Waltstein, quatuor eiusdem nominis Puzpach[c].

38. . . . .*

39. Predictis[3] vero cenobiis sive ecclesiis suis quantum ornamenti contulerit, in palliis scilicet, stolis et casulis, in calicibus aureis et argenteis, in crucibus, in[d] capsis, in urceis, in[e] ampullis, in dorsalibus, in[f] tapetis[g], in libris utriusque Testamenti variisque[h] codicibus, quis dinumeret? Quarum nimirum rerum tam ingens copia est, ut numerus estimationem propemodum videatur excedere, mirumque sit ab uno homine tot locis tanta potuisse conferri. Qui licet totus in Deo fuerit et omnia sua in caelestes thesauros destinare maluerit, ipse tamen, utpote potens et prudens, Deo quae Dei erant reddidit, mundo quod suum erat non negavit. Nam et regibus seculi super omnes regni pontifices honorifice fideliterque domi forisque servivit. Principum quoque sibi familiaritates ascivit; ministerialibus ecclesiae suae propria iura intemerata servavit, familiam denique et omnia sibi adherentia firmissimo pietatis presidio et maternae affectionis ala protexit.

40. Sed[i] ut ad id redeam, unde sum rerum[k] necessariarum annotatione digressus, tanto[l] pii Ottonis[m] ad predicanda Divinitatis eloquia igne pectus incaluit atque in lucrandis Deo animabus tam valido amore flagravit, ut[n] nichil illi dulcius quam populo Dei pervigili instancia verba eructuare caelestia, quibus illum[n] denunciato terrore supplicii a[o] peccati delectatione frenaret et ostensa suavitate[p] superna amatorem regni caelestis efficeret. Et ut exteriora quoque[q] eius non taceam: erat ei[r] in voce predicationis[s] libera auctoritas, in auctoritate alta sonoritas, in sonoritate iocunda claritas[t], in claritate mira[u] suavitas, quippe cuius vestimentis inserta fuere tintinnabula, hoc est rectis eius operibus vox predicationis adiuncta[4]. Predicabat operibus, insonabat et vocibus, sciens se spiritualem[n] esse gallum, qui a Domino percipiens[v] intelligenciam, dum alios cf. Iob 38,36. ad vigilias[w] bonae actionis clamoribus excitare parabat, semet ipsum[x] prius cogitationum alis[y] feriebat[5]. Erat sermo eius sapienciae[n] sale conditus, qui non[n] nimia fuit

*) *Unum caput hoc fere loco Andream omisisse, quod idem iam supra in sua narratione vitae Ottonis cod.* 1 *f.* 36'. 37. *ex Herbordo I,* 24. 25. *transsumpserit, patet ex eo quod Mon. Priefl. I,* 31. 32. *et Herbord. I,* 24. 25. *idem transscripserunt. Hoc fere loco hoc caput in Relatione exstitisse conicio, quia Mon. Priefl. post cap. I,* 31. 32. *habet quae in Relat. c.* 39. *sequuntur. Quod caput ex Mon. Priefl. collatum cum Herbordo hoc loco supplevi:*

38. Ne vero cuiquam succedentium sibi episcoporum fas esset dispositioni suae quicquam superordinare aut ab eo bene ordinata rescindere, eius super haec postulationem apostolica sedes benigne suscepit eique huiusmodi confirmationis scripta porrexit[6]:

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Ottoni Babenbergensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Sanctorum patrum preceptis et canonicis sanctionibus demonstratur, quod predia et possessiones ecclesiarum, quae vota fidelium, pretia peccatorum et pauperum patrimonia non inmerito nuncupantur, vendi vel alienari non debeant. Quae enim divinae maiestatis obsequio et caelestium secretorum usui sunt dicata non decet in alienum ius redigi vel in alterius servitii formam transferri[z]*. Nempe ut beati Symachi papae verbis loquamur: 'Possessiones, quas unusquisque ecclesiae proprio dedit aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis aut*[a] *distractionibus vel sub quocumque argumento non patimur'. Eapropter nos, tuis iustis postulationibus annuentes, mansos, qui episcopalis mensae tuae servitio dediti sunt, in eodem statu, in quo bene a te dispositi cognoscuntur, futuris temporibus permanere presentis scripti nostri confirmatione sancimus, statuentes, ut nulli successorum tuorum vel alicui hominum liceat eos vendere sive in laicorum beneficium tradere aut in usus alios commutare; sed, sicut a te dispositum est, de unoquoque predictorum mansorum denarius unus annis singulis Babenbergensi ecclesiae pro anima imperatoris Heinrici, fundatoris eius, ad concinnanda luminaria conferatur. Abbatias vero et regulares canonicas, per industriam tuam in religionis ordine stabilitas, et alia a te recte constituta nulli hominum facultas sit in posterum inmutare. Si quis autem contra hanc nostram confirmationem venire temerario ausu presumpserit, excommunicationis vinculo subiacebit. Data*[b] *Laterani Idibus Aprilis, indictione secunda.* 1124. Apr. 13.

a) Fitpach, Malick. 2a. b) *sic* 2a; Permreut 1. 2. c) Putzpach 2a. d) *sic* 1. *Mon. Priefl. et Herb.*; et 2. 2a. e) et 2a. f) et in 2a. g) tapetibus *Mon. Priefl. et Herb.* h) que *deest* 2a. i) *incipit fragmentum codd.* 3 *f.* 88. 3a *f.* 94. 4 *f.* 96'; *minio praescriptum* 3: Item aliud miraculum; 3a: Sequitur aliud miraculum, *recenti manu del.; in marg. coaeva manu adnotatum* 3: Recommendacio eius; 4 *incipit corrupte:* Sed ut r. ad ydoneum rerum necessariorum. k) verum 3a. l) tento 4. m) Antonis 3a. n) *deest* 4. o) aut 3a. p) sumitate superni 3a. q) eius q. 1. 2. 2a; queque 4. r) enim 4. s) ei *h. l. add.* 4. t) claritate 3a. u) *deest* 3a. v) pcipiens 4. w) vigiliam 4. x) ipsis 3a. y) aliis 3a. 4. z) transmutari *Herb.* a) atque *Mon. Priefl.* b) Data — secunda *des. Mon. Priefl.*

1) Melkendorf (BA. Bamberg). 2) Diebis (BA. Amberg); Metzlersreuth (BA. Berneck); Bernreuth (BA. Eschenbach); Selbitz (BA. Kemnath)? 3) Sequentia exscripserunt Mon. Priefl. I, 20. 33; Herbord. I, 22. 23. 4) Cf. Gregor., Reg. past. II, 4. 5) Cf. Gregor., Moral. XXX, 4, 15. 6) Jaffé ed. 2. nr. 7150.

prolixitate protensus, sed omnibus amabilis, omnibus utilis, omnibus conveniens, omnibus[a] sufficiens, omnibus proficuus, omnibus aptus, quia et pectoribus vulnera amoris inflixit et ad fletum vulnerata corda conpunxit[b]. Is ergo, cui Deus omnipotens sapienciae et intellectus donum[c] tribuit, in cuius anima spiritus consilii et fortitudinis sedem posuit, cui[d] spiritus scienciae[e] et pietatis presto affuit[f], quem sedes[g] apostolica speciali affectu semper amavit[h], cui imperatorum[i], cui regum[k], cui episcoporum, cui universorum dignitas principum venerationem detulit, cuius pedibus barbararum[l] gentium feritas[m] se stravit, cui divitum, cui pauperum devotio colla submisit, cui denique[n] diviciarum secularium honor arrisit: is, inquam, spiritu timoris Domini repletus fuit, dum inter[o] tot pignora[p] karismatum, inter[p] tot dona gratiarum cor humile gessit[r]. Iam[s] vero[t] compassionem piae mentis qua brevitate percurram? quibus verbis exponam? Pretereo[u] pietatis viscera[v], quibus afflictis et tribulatis indoluit[w]; pretermitto[x] vestes, nummos, cibos, quibus egenis miseratus semper occurrit; taceo, quod[y] famis tempore tot milia hominum peritura morti subtraxit; non recenseo, quod, antequam cibum ori suo offerret[z], cottidiano victu[a] nunc suis, nunc aliorum manibus inopum turbas saciare[b] consuevit. Hoc solum narro[c], hoc solum pronuncio[d], hoc cunctis seculis audiendum, sciendum mirandumque[e] proclamo, ad[f] huius rei imitationem omnes Christi sacerdotes invito, quod Otto noster, ille felix[g], ille beatus, christianorum in remotis mundi partibus a paganis captorum curam[h] gessit, angustias flevit, vulnera[i] planxit, dolores[k] misertus ingemuit ac pro eorundem[l] redemptione captorum eisdem paganis ingentis precii quantitatem crebro direxit, ereptosque de vinculis, de[m] carceribus ac de truncis[n] quemque ad loca desiderata destinavit[o].

a) o. s. *des.* 4. b) *bis scr.* 3ª; *novum caput incipit* 3. 3ª. 4, *cui minio praescripta* 3: Item aliud miraculum, *adrasa.* c) dnī 3ª. d) cuius 3. 3ª. e) *sic* 3. 3ª. 4; sapiencie 1. 2. 2ª. f) fuit 4. g) sedis 3ª. h) animavit 3ª. i) imperatoris 4. k) regnum 3ª. l) barbarum 3ª. m) severitas str. 4. n) denius 4. o) i. t. p. k. *des.* 3. 3ª. p) pingn. 2. q) in 3. 3ª. r) etc. *add.* 3ª; *sequuntur capita* 21—23. 3. 3ª. s) *sic* 3. 3ª (*qui post c.* 23. *haec habent*). 4; Eam 1. 2. 2ª. t) non 4. u) preterea 3ª. 4, *corr.* Pretereo. v) visceribus 3ª. w) condoluit 4. x) et pr. 3. y) q. f. t. *des.* 3ª. z) *sic* 3. 3ª. 4; inferret 1. 2. 2ª. a) victo 2. 2ª. b) sociare 3ª. 4. c) hoc solum narro *iterum add.* 3ª. d) pronunccio 3ª. 4; promitto 3. e) que *deest* 4; sc. mirandum *des.* 3ª (audiendumque). f) Sit 4. g) i. b. i. f. 4. h) *bis scr.* 3ª. i) pl. v. 4. k) doloris 4. l) red. eorundum captivorum 4. m) et 3ª. n) ac in turribus 4. o) etc. *add.* 3ª; *desinunt omnes codd.* (1. 2. 2ª. 3. 3ª. 4).

ADDENDA.

HINCMARUS DE VILLA NOVILLIACO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Brevem quidem, sed haud parvi pretii, libellum hoc loco recudere iuvat, quem Hincmarus archiepiscopus Remensis de villa Novilliaco ecclesiae Remensi donata, abstracta, recuperata inter a. 877—882. *conscripsit*[1]. *Iac. Sirmondus eum primus edidit ex codice quodam, quem Nic. Faber 'ex bibliotheca, ut aiebat, V. C. Claudii Puteani senatoris Paris.' ei communicaverat, in* 1) *appendice ad Flodoardi ecclesiae Remensis hist. (Parisiis* 1611) *p.* 409—413, *et postea eum recudi fecit* 2) *inter Hincmari opera (Lutetiae Paris.* 1645) *II, p.* 832—834, *ubi quaedam emendata vel mutata sunt, forsan apographo Fabri iterum adhibito. Ex Sirmondi priore editione eum repetiit G. Colvenerius in appendice ad Flodoardi hist. Remensis ecclesiae (Duaci* 1617) *II, p.* 166—171, *ex altera Migne, Patrol. Lat. CXXV, col.* 1121 *sqq. Codex olim Puteanus forsan aliquando e thesaurario bibliothecae Parisiensis emerget, sed hucusque non repertus est*[2].

O. H.-E.

SEQUUNTUR GESTA, QUOMODO DOMNUS HINCMARUS VILLAM NOVILLIACUM APUD DOMNUM CAROLUM IMPERATOREM, FILIUM LUDOVICI IMPERATORIS, IMPETRAVIT.

Defuncto Pippino rege 8. Kal. Octob. in monasterio Sancti Dionysii, filii eius Carlomannus et Carolus 768. Sept. 24.
secundum dispositionem patris sui et consilium regni primorum diviserunt inter se regnum
paternum et elevati sunt in reges 7. Id. Octob., Carlomannus in Suessionis et Carolus in Noviomo, sicut in Oct. 9.
annali regum[3] scriptum habemus.

Anno 4. regni sui infirmatus est Carlomannus infirmitate, qua et mortuus est in Salmuntiaco, et 771.
ante obitum suum per praeceptum regiae suae auctoritatis[4], quod habemus, tempore Tilpini archiepiscopi tradidit villam Novilliacum[5] cum omnibus ad se pertinentibus pro animae suae remedio et loco sepulturae ad ecclesiam Remensem sanctae Mariae et basilicam sancti Remigii; in qua et sepultus est. Post cuius obitum Carolus, frater eius, praecepto[6], quod habemus, suae auctoritatis ipsam traditionem confirmavit.

1) Ut I. Sirmondus recte coniecit, App. ad Flod. p. 408. Quod cum ex aliis, tum ex hoc loco elucet: *venit domnus Carolus rex . . . in basilicam sancti Remigii, ubi ostendi ei locum sepulcri Carlomanni regis et praecepta ipsius Carlomanni . . . et auctoritates sacrorum canonum* etc. Flodoardo teste, Hist. eccl. Rem. III, 26, SS. XIII, p. 544 sq., Hincmarus Odalrico comiti scripserat: *qualiter Karlomannus rex, frater Karoli Magni, villam Noviliacum sancto Remigio tradiderat, et qualiter deinceps usque ad id temporis eadem villa tractata fuerit, et quia de honoris et animae periculo ei res agebatur, si fraudem rerum ecclesiae sibi commissae consentiret et periculum senioris sui regis illi celaret, qui nec etiam pro toto mundo suum gradum et suam animam perdere vellet.* 2) V. Cl. A. Molinier nobis precantibus quosdam codices frustra inspexit, ut eum inveniret. 3) Ann. Lauriss. mai., SS. I, p 146. 148, ex quibus a. 768. 771. haec sumpta sunt. 4) Quod non exstat (Reg. Imp. I, nr. 126); cf. Flod. Hist. Rem. II, 17, SS. XIII, p. 464. 5) Neuilly-St.-Front ad fl. Ourcq (dép. Aisne, arr. Château-Thierry), ut coniicit Lejeune, Flod. Hist. Rem. I, p. 323, n. 3. 6) Quod non exstat; cf. Flod. l. l. p. 465.

794. Defuncto Tilpino archiepiscopo anno 23. postquam Carlomannus Remensi ecclesiae
villam Novilliacum tradidit, tenuit domnus rex Carolus Remense episcopium in suo dominicatu[a] et dedit villam Novilliacum in beneficio Anschero Saxoni, qui nonas et decimas ad partem Remensis ecclesiae de ipsa villa usque ad mortem suam persolvit. Et defuncto domno Carolo, sed et ipso Anschero, postquam Carlomannus praefatam villam cum omni integritate Remensi ecclesiae tradidit, semper ipsa ecclesia inde vestituram, sicut praedictum est, per annos 37 habuit.

814. Post obitum domni Caroli, et defuncto ipso Anschero, domnus Ludovicus imperator
donavit ipsam villam Novilliacum Donato[1] in beneficio. Qui Donatus, interveniente Bigone,
per subreptionem quasi de fisco regis quasdam colonias de ipsa villa obtinuit in propriета-
tem per praeceptum domni Ludovici imperatoris[2]. Et quando Lotharius, filius domni Ludo-
834. vici imperatoris, Cavillonem[b] veniens, eam expugnavit, Donatus a villa supra Matronam,
quae Pomarius[3] vocatur, ab imperatore defecit et illi mentitus ad Lotharium confugit. Et veniente hostiliter imperatore Ludovico ad villam quae Caleiacus[c, 4] dicitur, Lotharius ad eum cum suis constrictus venit, et sacramentum ipse et sui ab imperatore quaesitum illi iuraverunt. Inter quos et Donatus, de infidelitate eius comprobatus, ipsi imperatori quaesitum sacramentum iuravit, et comitatum Miridunensem[d] et villam Novilliacum cum suis appendiciis imperator ab eo abstulit et Athoni, qui fuerat ostiarius Caroli imperatoris, in beneficium dedit. Donatus autem in vita imperatoris Ludovici nec comitatum recepit nec
de proprietate sua ullam firmitatem promeruit. Post obitum domni Ludovici imperatoris,
843. diviso regno inter fratres, et pace facta inter eos, et mortuo Athone, dedit Carolus Donato
in beneficium Novilliacum. Processu denique temporis commendavit Donatus filium suum
Gozelinum[e] Carolo regi; cui in beneficium dedit Carolus villam Novilliacum cum appen-
858. diciis suis. Deinde Landrada, uxor Donati, sed et filii eorum, pergente Carolo rege ad ob-
sidendos Normannos, qui in insula[5] quae Oscellus dicitur residebant, cum aliis defecerunt.
Quorum honores et proprietates a Francis auferri et in fiscum redigi iudicatae sunt. Unde
Landrada et filii eius eatenus auctoritatem Caroli regis non obtinuerunt. De quibus rebus
860. anno 20. regni sui Carolus villam fiscalem praecepto suo[2], quod habemus, Orbacensi mona-
sterio dedit.

871. Anno 32. regni sui venit domnus Carolus rex gloriosus in basilicam sancti Remigii[4]; ubi ostendi ei locum sepulcri Carlomanni regis et praecepta ipsius Carlomanni et Caroli avi de villa Novilliaco et auctoritates[f] sacrorum canonum, qualiter damnent Spiritus sancti iudicio eos qui elemosynas defunctorum retinent et ecclesiis tradere demorantur, qui ut infideles ab ecclesia abiciendi et quasi egentum necatores nec credentes iudicium Dei habendi iudicantur. Et reddidit praecepto suae auctoritatis[2], quod habemus, Remensi ecclesiae ipsam villam cum omnibus ad se pertinentibus, quam tunc Bernaus post fratrem suum Rothaum in beneficio habebat.

Postea pervenit ad eius notitiam, quod quidam homines de ipsa villa Novilliaco per
subreptionem tam apud patrem suum quam et apud eum res et mancipia in proprietatem
obtenta tenerent, Landrada scilicet, uxor quondam Donati, Guntharius[g], Hugo et Waltrudis
et Elampodus, filius eius, Rotbertus et Boso; [et[h]] misit suos missos ad hoc inquirendum. Et
inquaestione[i] facta, et veritate, sicut ei dictum fuerat, inventa, quoniam praedicti ad ratio-
nem non venerunt, sicut banniti fuerunt, iussit, ut praecepta Carlomanni et Caroli, sed et
874. suum praeceptum coram suis fidelibus in generali placito suo apud Duziacum[7] in causis
palatinis legerentur. Unde fideles eius, tam comites quam [et[h]] vassi dominici, quorum
nomina scripta habemus, sed et caeteri omnes qui adfuerunt, relectis eisdem praeceptis,
iudicaverunt, ut, quicumque de rebus et mancipiis ipsius villae Novilliaci per cuiuscumque

a) *sic ed.* 2; dominatu *ed.* 1. b) Cabill. *ed.* 2. c) *sic ed.* 1; Calciacus *ed.* 2. d) *sic edd.; i. e.* Milid. e) Gozelum *ed.* 1; Gotselinum *ed.* 2. f) auctores *edd.* 1. 2. g) *sic edd.* 2; Guntharinis *ed.* 1. h) *sic ed.* 2; *deest ed.* 1. i) *sic ed.* 1; inquisitione *ed.* 2.

1) Comiti Milidunensi. 2) Quod non exstat. 3) Ignoratur, cuius nominis villa hodie sit. Quae haud procul a Lingonibus sita fuisse videtur, quo Ludovicus a. 834, medio mense Augusto cum exercitu profectus est. 4) Calviacus haec villa vocatur a Nithardo I, 5; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p. 112, n. 6. 5) Sequanae; cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' ed. 2. I, p. 425, n. 3. 6) Cf. Hincmari Ann. Bert. a. 871: *Karolus . . . per Rhemum civitatem pergens.* 7) Douzy (dép. Ardennes, arr. Sedan). Ubi placitum generale a. 874, Iun. 5. habitum est; cf. Ann. Bert. a. 874.

praeceptum vel quocumque modo post donationem Carlomanni, qua cum omnibus appendiciis suis vel cum omni integritate ipsam villam Novilliacum, sicut tunc in fisco erat, ad ecclesiam Remensem tradidit, et post confirmationem fratris eius Caroli in proprietatem obtinuit, si commutationem ostendere non posset, qualiter res et mancipia de ipsa casa Dei iuste et rationabiliter commutata fuissent, quia non de fisco regio, sed de ecclesiasticis rebus et mancipiis per donationem obtinuit, ut[a] ipsae res et mancipia, quae de villa Novilliaco obtenta fuerunt, ad ipsam casam Dei restituerentur, sicut in praecepto restitutionis ipsius domni Caroli, quod habemus[1], plenius continetur.

Sed quando domnus Carolus Romam perrexit, et domnus Ludovicus, frater eius, ad 875. Attiniacum venit[2], per quosdam ex nostris apud domnam Richildem reginam et apud domnum Ludovicum, filium domni Caroli regis, obtinuerunt Donati et Landradae filii, ut villa Novilliacum cum suis appenditiis eis consignaretur[3], non attendentes, quia, sicut in capitulis augustorum scriptum habetur[4], tales de regis proprietate ut infideles iudicandi sunt et secundum leges ecclesiasticas de rebus ecclesiasticis infideles iudicantur.

Reversus autem domnus Carolus imperator, Remos veniens[5], cum tale factum audivit, 876. 877. satis graviter tulit et misit suos missos, qui scilicet dictam villam Remensi ecclesiae et advocato nostro restituerunt, sicut plenius scriptum habemus.

a) ut, *quod supervacaneum est, omisit ed.* 2.

1) Iam non exstat. 2) A. 875, Nov. Dec. 3) Quod factum esse videtur, ne isti ad partes Ludovici regis Carolo bellum inferentis transirent; Dümmler, 'Ostfr. Reich' ed. 2. II, p. 395 sq. 4) Capit. 136, c. 20, LL. Sectio II. I, p. 285 (Ansegis. IV, 32, ib. p. 441). 5) A. 877, Iul.; cf. Ann. Bert. a. 877: *Karolus . . . ad Remum civitatem . . . iter . . . peragens.*

MIRACULA SS. WALDEBERTI ET EUSTASII AUCT. ADSONE ABBATE DERVENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Adsonem abbatem, auctorem Miraculorum SS. Waldeberti et Eustasii abbatum Luxoviensium, fuisse abbatem Dervensem, celebrem multorum libellorum scriptorem[1], *minus aequa ratione a quibusdam in dubium vocatum est. Qui in monasterio Luxoviensi educatus, postea monachus et scholasticus in monasterio S. Apri Tullensi, tum in monasterio Dervensi, denique ante a.* 968. *huius coenobii abbas constitutus, a.* 992. *in itinere Hierosolymitano obiit*[2]. *Cum igitur in prologo se abbatem dixerit, inter a.* 968. *circiter et* 992. *hunc libellum composuit*[3].

Qui licet in prologo dixerit se tantum miracula recenti tempore facta scripturum esse[4], *ea quae Eustasius et Waldebertus vivi gesserunt tangere noluisse, tamen etiam de vita eorum nonnulla tamquam praefationem praemisit, quae ex Vitis Columbani et Eustasii et, ut videtur, Waldeberti iam perdita*[5] *sumpsit. Dehinc pauca de fatis monasterii Luxoviensis, catalogo abbatum usus*[6], *retulit, denique miracula quaedam narravit, quae saec. X. S. Waldebertus patrasse credebatur, cum reliquiae eius contra invasores possessionum monasterii Luxoviensis circumferrentur.*

1) Hoc sine ulla dubitatione statuit Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. I, p. 351; parum probabile censuit Ebert, 'Allg. Gesch. d. Litt.' III, p. 478; quod tamen iam probasse mihi videtur 'Hist. litt. de la France' VI, p. 471 sqq. Nam auctorem huius libelli non Luxoviensem, ut Mabillon et Henschen falso statuerunt, sed alterius cuiusdam monasterii abbatem fuisse iam ex eo patet, quod monachos Luxovienses alloquitur his verbis: *vestra sancta paternitas.* Cum igitur Adso Dervensis Luxovii litteras edoctus est, id quod auctor huius libelli in prologo de se ipso dicit, cum hic eodem tempore, post a. 960. scilicet, scripserit, quo Dervensis floruit, non dubito, quin abbas Dervensis hic noster Adso fuerit. Nam sane minime probabile est eodem tempore vixisse duos abbates eiusdem nominis parum vulgaris, utrumque in monasterio Luxoviensi educatum, utrumque hagiographum. Sane contra has rationes paululum valet, quod obiectum est, Hermerici nomen (codex Aldersbacensis perperam pro eo nomen Heinrici magis vulgatum habet), quod auctor huius libelli habuisse se dicit, Adsoni Dervensi nusquam alibi attributum esse, et quod inter reliquos eius libellos hic a monacho Dervensi non commemoratus sit, praesertim cum ille, Vitis et Miraculis SS. Mansueti, Frodoberti, Bercharii, Basoli aliisque Adsonis Dervensis libris enumeratis, dicat haec: *multorum sanctorum gesta scriptis depinxit propriis* (Adso). Post medium saec. X. vixit quidem Adso abbas S. Basoli, quo precante Adso Dervensis Vitam et Miracula S. Basoli conscripsit. Sed nec Hermerici agnomen ei fuisse, nec Luxovii educatum eum esse traditum est, nec sane verisimile eum externi sancti gesta composuisse, qui proprii sancti acta conscribenda alieno mandavit. Qui in titulo cod. 1 Adsonem monachum Luxoviensem dixit, ne vidit quidem hunc se ipsum abbatem dixisse. 2) Vide quae monachus Dervensis, Mirac. S. Bercharii c. 10. 11, SS. IV, p. 487 sq., de eo tradit et quae G. Waitz ibidem exposuit, praeterea libros n. 1. laudatos. 3) C. 6. rei a. 960. gestae mentionem fecit. 4) Miraculorum titulum, quem libello indidimus, recte codex 1 exhibet; in codicibus 2. 3 falso Vitae S. Waldeberti titulus ei inscriptus est. Non solum Waldeberti, sed etiam Eustasii miracula se scripturum ipse dicit Adso, sed cum Eustasii rarius mentionem fecerit, eius nomen in titulo omiserunt editores. 5) V. infra p. 1171, n. 5. 6) V. infra p. 1173, l. 39.

Perpauca et parvi pretii Adso hoc libello historiae cognoscendae affert, quae tamen iam codices mss. bonae notae nacti exhibere voluimus, paucis miraculis omissis, quae nullius momenti sunt.

Usui fuerunt editioni nostrae

1) Codex bibliothae regiae Hagae-Comitis *X. 73, mbr. 8°, saec. X ex. — XI in., f. 1'—12', olim liber S. Bertini*[1], *quem V. Cl. M. Campbell, bibliothecarius Hagensis, benigno cum animo exscripsit.*

2) Codex Monacensis *Lat. nr. 2546, mbr., saec. XII. eleganter exaratus, pars legendarii Aldersbacensis*[2], *quae f. 14'—21. hunc libellum continet. Ubi quaedam lectiones sermonis poliendi gratia immutatae sunt. Hunc codicem ipse exscripsi.*

3) signavi textum Mabillonii, Acta SS. ord. S. Bened. III, 2, p. 452—460. editum ex codice Luxoviensi transscripto a Constantio Gravellio priore Luxoviensi. Hanc editionem recudi fecit Migne, Patr. Lat. CXXXVII, col. 687—700.

Etiam G. Henschen, Acta SS. Maii I, p. 277—282, Mabillonii editionem, perpaucis et levissimis mutatis, repetivit (B), licet codice S. Bertini, nostro 1, se usum esse dixerit, quem vix obiter inspexit. **O. H.-E.**

INCIPIT LIBELLUS DE QUIBUSDAM SANCTORUM PATRUM EUSTASII ATQUE WALDEBERTI ABBATUM LUXOVIENSIUM VIRTUTIBUS[a].

Luxoviensium cenobitarum sacrae concioni[b] Adso[c], qui et Hermiricus[d] nomine, abbas non merito (1) vocatus, perpetuam in Christo domino salutem. Consideranti mihi ac sepius ore et[e] mente revolventi, quid utilitatis et commodi loco conferrem, in quo a parentibus traditus, primevi tyrocinii iuvenilia rudimenta inter dubia Pitagoricae litterae bicornia peregisse memineram[3], illud potissimum occurrit, ut ad reparandam succedentium sollertiae preteritarum rerum memoriam ea quae per egregios Christi domini confessores, sexcentorum[f] ferme monachorum Luxoviensium fundatores atque rectores, Eustasium videlicet atque Waldebertum, etiam nostra etate gesta esse divina gratia noscuntur stilo commendarem. Nam inter illa quae iam transierunt et ea quae ventura sperantur, profundae caliginis quasi[g] quodam nebulo[h] interpolante, humana perspicatia liberam noticiae non potest habere facultatem, nisi exterius litteralis industriae traditione iuvetur, per quam ea quae cursus anterior obsorbuit[i], prae oculis adducta, quasi presentia censeantur. Cuius rei nos[k] studio provocante, manum misimus, ut ea quae ad honorem divinae maiestatis geruntur, quatenus[l] nostra scientia contingere potuit, torporis ignavia non lateant, precipue cum eos nobis divina providentia tamquam specialis dono privilegii patronos destinaverit[m], quorum presens suffragium nos muniret, miraculorum virtus clarius illustraret. Sed cum laudamus viros gloriosos in vita sua, nequaquam illum pretermittimus, immo sanctis[n] omnibus preponendum recta fide censemus, per quem haec omnia eos promeruisse et obtinuisse non dubitamus, qui est gloriosus in sanctis suis et admirandus in cunctis operibus suis. Ea itaque quae idem prefati patres vel in vita sua[o] vel certe quae paulo post, decessionis[o] suae tempore operati sunt nequaquam tangimus[4]; sed quod post longe succedentis aetatis excursum, nobis scilicet intuentibus, divina clementia per eos declarare voluit, ex pluribus, quae memoriae mandari potuerunt, ad exhibendam tenacius tantorum virorum reverentiam non tacemus. Nam si quis eorum gesta plenius nosse desiderat, eorum actus, qui voluminibus propriis ab exordio rerum gestarum latius continentur[5], diligentius inquirat; ubi perfacile invenire[p] poterit, quantis et qualibus virtutum uterque eorum insignibus clarescat. Suscipiat ergo vestra sancta paternitas hoc nostrae (2) devotionis opusculum, quae etsi imperitos nos facundiae lepore considerat, tamen dedisse nos operam cognoscat, ne ad glorificandam divinorum operum magnificentiam nostra ignavia torpescat. Ita tamen ista prosequimur, ut, si vel rectius vel facecius ad explenda haec scriptorum quilibet emerserit, si quis ex his aut laudis seu mortalis honoris[q] nobis fructus provenire possit, libenter nos hoc profitemur carere

a) *sic* 1, *ubi add.:* ab Adsone eiusdem loci monacho editus; 2 *ita:* Inc. Vita sancti Waldeberti abbatis, cuius est festivitas sexto Nonas Mai; Inc. Vita sanctissimi ac Deo acceptissimi patris Walberti, monasterii Luxoviensis abbatis 2. b) cohorti 2. c) *deest* 3. d) Heinricus 2. e) ac 3. f) sescent. 1. g) *deest* 2. h) *sic* 1, 2, 3; nubilo *B.* i) absorbuit 3. k) st. nos 3. l) quotenus 1. m) destinaverat 1. n) cunctis o. propon. 3. o) discess. s. tempora 3. p) inveniri 3. q) nobis hon. 3.

1) Cf. Analecta Bollandiana VI, p. 204. 2) Cf. 'N. Archiv' XIII, p. 574 sqq. Capitum divisionem in codicibus 1. 2 institutam secuti, numeros capitum Mabillonii in margine adnotavimus. 3) Cf. Mirac. S. Bercharii c. 10, SS. IV, p. 487: (Adso) *Luxovio diversis studiis litteratoriae artis plenissime imbutus.* 4) Tamen quaedam affert, quae Eustasius et Waldebertus vivi egisse dicuntur. 5) Adso igitur praeter Vitam Eustasii etiam Vitam Waldeberti iam non exstantem legisse videtur.

privilegio, dum solummodo nos loco cedimus, si alter potior vel facundior subrogetur, tantum pernoscendae materiae viam ostendisse sufficiat; nec nobis merces laboris, ut speramus, a Domino frustrabitur, si votis[a] facultas defuerit, cum promptus extiterit nostrae devotionis affectus.

(3) 1.[b] Igitur postquam beatissimus pater Columbanus, ut liber historiae de vita et virtutibus eius scriptus
590? indicat[1], sub rege Francorum Sigiberto[c], patriae Hiberniae finibus exul, Burgondiam[d] aggressus, locum sibi specialiter delegerat, cui ab antiquo Luxovium, ut illic legitur, nomen erat, tantam a Domino efficiendorum operum est[e] gratiam consecutus, ut in eo loco, signis et prodigiis praeeuntibus, sexcentorum ferme monachorum in brevi multitudinem, dispositis per loca sibi contigua[f], ut usque hodie cernitur, agminibus, aggregaret. Quibus in omni sanctitate, sapientia[g], doctrina et religione optime institutis, ita ut longe lateque per urbes vel per[h] monasteria ex disciplinae beati patris Columbani discipulis pastores
c. 610. eligerentur et rectores, instigante diabolo, ab impiissima Brunichilde[i] regina expulsus, egressus a Luxovio, Italiam petiit, Bobiense[k] monasterium magnifice condidit; in quo tandem multis miraculorum signis
615? clarus beato fine quievit. Cui ad regendam Luxoviensium monachorum congregationem beatus pater Eustasius providus gubernator successit. Qui nobiliori Lingonensium genere exortus, praedecessoris[l] sui in omnibus instituta sequutus, aeque sapientia et sanctitate ubique locorum fama et virtutibus notissimus,
(4) migravit ad Dominum, in eodem loco corpore tumulatus. Cui in regimine sanctus successor extitit Waldebertus[m]. Qui videlicet vir in vita sua gloriosissimus, licet fuerit[n] posterior ordine, non tamen inferior extitit meritorum qualitate. Cuius quoque annos adolescentiae in armis tradunt primum excellentissime floruisse. Qui scilicet[o] cum esset inclita prosapia clarissimus, in pago qui vulgo Pontivus dicitur honoribus et rerum dignitate iuxta natales suos ditissimus[2], tamen sub rebus seculi regni non inmemor aeterni, sectabatur sedulus opera misericordiae, agens quae Dei sunt, non quae hominum. Qualis autem et quanta in eo sub illo militari habitu bonorum operum virtus effulserit, sermo nullus explicare sufficit, cum in caeteris quam pluribus[p], tum etiam in his intentissimus, scilicet algentes vestire, inopes alere, imbecillibus prestare solamen, pauperes[q] recreare, refovere mestos, ad pacem revocare discordes. Sic miles optimus inter fasces constitutus et arma, perituris praeponens semper aeterna, sedula versabat[r] cogitatione, quod postea devotus implevit in opere[s]. Cuius quidem sub illo bonorum exercicio inicium signorum hoc referunt extitisse.

(5) Intra fines Franciae, in pago videlicet Meldinse[t], famosi vicus est nominis prisco nomine Nant[3] vocatus. Qui scilicet vicus sibi a progenitoribus iure[u] hereditario competebat; ortu quoque eius et puerilibus incrementis hic locus usque in presens admodum habetur insignis. Ad laudem etiam eius nominis fons illic exoritur memorabilis, ex quo perfusa turba popularis laetiora[v] se arbitratur ad sua referre ob memoriam beati viri lucra incolomitatis. In hoc itaque, ut diximus, vico sui iuris ager latissimus fuerat et fecundus. Nam cum in aliis vir iste felicissimus, tum quoque rebus pollebat et praediis[b]. Hunc quoque agrum anseres agrestes, quas a candore vel sonitu vocis more rustico gantas vocitant[w], agmine collecto, frequenti irruptione[x] ab ipso iactu seminis et sacionis incremento vastabant. . . . . . .

(6) Hinc iam cum ad altiora tenderet, seculo omnino renuntiare[y] deliberans[z], Dei nutu ac[a] beati patris Eustasii consulto[b] Luxoviense monasterium, quod prae ceteris eo tempore regulari ordine districtius erat, copia rerum et numero monachorum excellentius praepollebat, devotus expetiit; ac traditis rerum suarum illic, quae per diversa terrarum[c] loca amplissime possederat, praediis, armisque depositis, quae usque hodie in testimonium sacrae miliciae eius in eo loco habentur, servorum Dei numero addicitur[d] sociandus. Qui sanctae conversionis gratiam tanta est perfectione indeptus[e], ut etiam, sancto Spiritu illustrante, signa virtutum ostenderet, cum in alterius dispositione consisteret. Monstratur adhuc denique locus, duobus a monasterio milibus disparatus, sub saxo quidem prominenti[f] concavus, aqua vero e terra prodeunte blandius irriguus, ubi cellulam sibi referunt statuisse ac contra vel carnis vel antiqui hostis temptamina non parvo tempore singulariter decertasse[4].

(7) Preterea pater Eustasius, sicut supra praelibavimus, signis et virtutibus quam pluribus, ut in descriptione actuum ipsius sufficienter legitur[5], conprobatus, cum palma bonorum operum, Domino vocante,
c. 625. caeleste capitulum[g] ingreditur coronandus. Qui etiam post sacram beati Petri apostolorum principis aram intra moenia principalis aecclesiae, quam ipse cum patre Columbano condiderat, magnificam, ut par erat, sepulturam retentat. Nec patitur divina providentia sacrum ovile rectore destitui. Nam in illo sanctorum collegio cum forent plurimi, quos et sapientia et vita commendarat, tamen universi[a] pari voto parique consensu Waldebertum, virum aeque sanctissimum, loco patris decedentis decernunt ac loci rectorem constituunt, certi de eius virtute et meritis, quae etsi in eo poterant in[h] dies augmentari, nulli

a) vocis 3. b) *nullus articulus h. l.* 2; *numeri capitum desunt* 1. 2. c) Sigeberto 3; Dagoberto 1. d) Burgundię 2. e) gr. est 3. f) exigua 3. g) sapientię 1. h) *deest* 3. i) Brunechilde 3. k) Bobinense 2. l) precessoris 2. m) Walbertus *h. l.* 3. n) p. f. 3. o) *deest* 2. p) quam in pl. 2. q) pauperes — mestos *des.* 2. r) versabatur 3. s) in o. *des.* 2; complevit opere 3. t) Meldense 2. 3. u) uitę 2. v) laetiorum 3. w) vocant 3. x) ruptione 3. y) abrenunt. 2. z) desiderat 3; desiderans *B.* a) *deest* 2. b) *deest* 2; consultu 3. c) *deest* 3. d) adiit 3. e) adeptus 3. f) praeeminenti 3. g) capitolium 3. h) in d. *des.* 3.

1) Mabillon, Acta SS. II, p. 10. Vita Columbani ab auctore Iona Boboleno Bobiensi et Waldeberto huic Luxoviensi abbatibus dedicata est. 2) Lambertus Ardensis c. 3. 5, SS. XXIV, p. 564 sq., hunc Waldebertum eundem scribit fuisse ac Walbertum Pontivensem, qui in Vita S. Bertini occurrit; quod Mabillon et G. Henschen recte refellunt, sed eiusdem gentis hos duos Walbertos fuisse verisimile est. Lambertum secutus est Ioh. Longus I, 11, SS. XXV, p. 760. 3) Nanteuil-lès-Meaux coniecit Mabillon. 4) Cf. S. B. Clerc, 'Un souvenir ou l'ermitage de S. Walbert près de Luxeuil'. 5) Mabillon, Acta II, p. 114.

dubium, quin possent[a] fixa deliberatione moveri. Nichil enim a pristino rigore[b] agens remissius, exquisitis artioris vitae se districtionibus coercebat. Si quid vero in rebus vel ceteris utriusque vitae commoditatibus tempore illorum duorum patrum, Columbani videlicet et Eustasii, imperfectum restabat, hic pastor beatissimus Waldebertus omni industria subplevit, auxit et ad unguem perfectius elimavit[1]. Villas quoque et predia copiosa traditione publicę facta in usus monasterii contulit; inter quae vicum quoque, quem superius Nant vocatum diximus, genuinum[c] videlicet eius solum, cum membris adiacentibus sub interminatione tradidit, ut, qui eum a loco auferret, eternae maledictioni succumberet. In pago quoque Tarnensi[d] vicum Herleium[e. 2] nomine cum omnibus ad se pertinentibus [et[f] Wandanam villam], seu quicquid in Pontivo[g] solido iure possederat, obtulit et omnium rerum suarum beatum Petrum apostolum in perpetuum heredem esse constituit. Inter cetera quoque eius donaria contulit etiam preciosissimae gemmae poculum ex unico[h] topazio[i], miro modo guttulis[k] aureis, ut eius est natura, interlitum, interposito anathemate, ut, quisquis quacumque occasione exinde illud subtraheret vel subtractum ausu temerario retinere temptaret, cum diabolo et angelis eius aeternis flammis in perpetuum cruciandus adesset. Salva quoque auctoritate Francorum regum et procerum, qua[l] usus admodum eo tempore ferebatur, sancto[m] Nicecio episcopo[3], magnarum virtutum viro, familiarius adherebat, interposita utriusque[n] (8) conditione pacti, ut, quisquis[o] eorum primus Domino vocante rebus humanis excederet, alter superstes locum sibi sepulturae competentius[p] ordinasset. Quod et ita contigit. Nam cum per quadraginta annorum spatium gloriosus confessor Domini Waldebertus locum sibi delegatum omni virtutis genere optime dispositum augeret rebus et numero Deo servientium, multis miraculorum virtutibus adornatus, migravit ad Dominum 6. Non. Maias[4], supernorum civium socius et consors effectus ac[q] ianuam perpetuae iocunditatis feliciter introductus. In cuius obsequium funeris confluentibus undique fidelium turmis, in aecclesia beati Martini[5], quae est constructa ex latere monasterii in parte aquilonari, composita a sancto Nicecio pontifice[r] post aram cripta opere mirifico, Domino disponente, dignissima ibidem conditus est sepultura. In quo videlicet loco post gloriosum eius[s] vitae excessum ad honorem divini nominis plurima sunt ostensa (9) miracula, cum caecatis vultibus visus redditur, claudis rupta nervorum compagine gressus restauratur, infirmis aspirat sanitas, a membris egrotantium pellitur invisa debilitas, mestis solatia, adversis decidentibus prestantur beneficia. Inter quae etiam divinae[t] virtutis commertia id[u] certa ratione prior[v] aetas dicitur conprobasse, quod, exhibita pro[w] debito iacentis honore reverentia, quamdiu manu hominis immunis[x] extiterat sacri corporis sepultura, nec pravitas infidelium nec ulla illic prevalere potuerit seva irruptio paganorum. At postquam, seu ob potioris[y] preconii meritum, seu etiam aliquo compellente casu supervenientium rerum, sumpta inde reverendi corporis ossa alterius templi sunt illata sacrariis, nec nocitura impietas perversorum nec defuerunt strages et infortunia crudelium nationum, cum etiam longe post pagani, subito illuc irrumpentes, omni conamine nisi fuerunt[z] monasterium incendere, sed relisi manifesta Dei virtute, incassum visi sunt sua incendia admovisse. Quo etiam tempore, ut post dicetur, nonnulli monachorum a paganis inventi sunt interempti.

Decedente itaque ab hac vita, ut prefati sumus, Waldeberto pastore beatissimo, sanctus Ingofredus[a. 6], (10) omni virtutum genere conspicuus et perfectus, loco eius est sollempniter subrogatus. Deinde prolixa plurimorum temporum serię decurrente, in illo candido nivei monachorum agminis conventu patribus, ut[b] in katalogo eorum facile est inveniri, sibi invicem succedentibus, nec pastoralis auctoritas defuit, et temporalis subsidii copia usque ad ultimum eorum abbatem nomine [Melinum[c. 7]] prospere perduravit. Haec nos siquidem quasi per[b] preoccupationem materiae breviter praelibantes, cum nobis propositum non fuerit preteritorum temporum acta replicare, his omissis, ad nostrae etatis tempora, sicut sumus polliciti, redeamus.

2. Post memorabilem Karoli Magni et gloriosi imperatoris obitum orta fuisse dicitur inter quatuor (11) 814 reges dissensionis magnae controversia, Karolum scilicet et Pipinum, Lutharium quoque et Ludowicum[8], rixantibus quoque et vi magna inter se decertantibus, cui eorum solius regni dominatio Franciae specialius obveniret; quod iam quidem germanus eorum iunior Karolus nutu patris decedentis singulariter acceperat. Quae fraternae litis impietas cum nulla posset ratione revinci, eo usque deducta est,

a) possint *corr.* possent 2. b) vigore 3. c) geminum 2. d) Trauennensi 2. e) Herlerum (*infra* Herlerium) 3. f) et W. v. *des.* 1. 3, *quae a Luxoviensi scriptore postea inserta esse videntur.* g) comitatu *add.* 2. h) uno 3. i) tapazio 2. k) gutulis 2. l) qui 3. m) *h. l. novum caput* 8. *orditur Mab.*, salva — ferebatur *cum praecedenti sententia iungens, et ita B.* n) ab utrisque 2. o) quis 3. p) competentis 3. q) et ad ian. 3. r) episcopo 2. s) vite eius 1. t) divina sunt 3. u) *nova sententia orditur* (Id) 3. v) priorum 2. w) pio deb. iacenti honoris 3; p. d. i. honori 1. x) *deest* 3; intacta *suppl. B. uncis inclusum.* y) paucioris 3. z) con. studebant 2. a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) *sic* 3; *deest* 1; n. M. *des.* 2; n. Mellinum *B.*

1) Cf. Vita Eustasii auct. Iona, Mabillon l. l.; Acta SS. Maii III, p. 790. 2) Herly (dép. Pas-de-Calais, arr. Montreuil, cant. Hucqueliers) coniecit G. Henschen, sed hoc refellit Longnon, 'Les pagi de la Gaule' I, p. 47 sq. Haud procul a mari hanc villam sitam fuisse apparet infra c. 4. 3) Vesontionensi, qui multo antequam Waldebertus abbas constitutus est obiisse videtur. 4) Annus non constat. Nulla enim certa ratione nititur, quod credunt, eum a. 665. obiisse. 5) Ecclesia ista hactenus superest in meditullio opidi Luxovii, estque paroecialis. MAB. 6) Alii duo abbates inter Waldebertum et Ingofredum sedisse dicuntur Gallia christ. XV, col. 150. 7) Non satis constat, quo tempore sederit; cf. Gallia christ. l. l. 8) Mirum quantum Adso res et rerum tempora turbavit, fratrum bellum post Karoli Magni obitum gestum esse, postea demum Ludowicum Pium successisse ratus.

841 ut, convocatis utrimque regnorum cohortibus, dispositis bellantium cuneis, in fraternas acies vexilla sol-
verentur. In qua acie Lutharii fugiente exercitu, iuvante Warino Burgundiae duce[1] potentissimo, Karolus
victoriae signa reportavit, ac sic regnum Franciae[2], divisis in caeteros regnorum partibus, solus accepit.
Drogonem vero quintum, aeque[a] regnandi avidum, quoniam[b] clarissimae, utpote ex eodem genere, vide-
batur esse indolis, in clericum attondent ac in sede Metensis aecclesiae pontificem constituunt[3]; hunc
etiam ad amplioris supplementum honoris Luxovio pastorem preesse decernunt. Quem ille locum
acceptum ita strennue post priorum studia et potentissime gubernavit, ut aucta rerum copia in quin-
decim mansorum milia suo tempore recensenda videretur. Hic interdum ille[c] solito commoratus, dum
amoenitate locorum fruitur, Lignonem[d. 4] vicinum fluvium gratia piscandi aggressus, dum piscem inmanem
855. sequitur, aquis[e] lapsus, subito prefocatur[5], Mettisque[e*] delatus, in sancti Arnulfi confessoris Christi aecclesia
816 tumulatur. Post haec tempora Ludowicus cognomento Pius in Francia[f] papa Stephano coronante impe-
rator efficitur. His diebus per plurima monasteriorum loca regularis ordo defecerat, et rerum tempo-
ralium amministratio cotidianis malorum casibus deperibat. Hic tamen frequentibus sinodalibus conciliis
statum aecclesiarum in pristinum pro viribus reformabat[g].

(12) Ea tempestate Luxoviensium quoque dignitas inter cetera, pristino rigore tabescente, iam paene
vacillabat. Quod cesar Ludowicus expertus, Ansegisum, virum dignissimum, comptum moribus et sapien-
817. tiae decore praepollentem, loco praefecit[h] in pastorem[6]. Hic collapsa reparat, dispersa recolligit, situm
aecclesiae longius extendit, circumpositas officinas amplioribus spaciis atque altioribus muris exporrigit,
parietes quoque aecclesiae cum ceteris ornamentis pulcra varietate depingit. Capitula siquidem regum
Francorum, quae diversis fuerant acta conciliis, excepit et uno volumine contineri fecit[7]. Cumque inter
regni proceres Francorum regibus gratus[i] esset, iustis et piis operibus intentus, vitae finem fecit, et illic,
833 ubi spatiosius aecclesiam protelaverat[k], dignam accepit sepulturam[8].

(13) 3. Fulbertus quoque, vir quidam illustris, procedenti tempore in eodem loco constituitur. Qui
etiam sanctorum oratoria inter duo monasteria pulcro satis decore composuit rebusque decentibus ad-
888? ornavit. Post haec longe[l] paganis, ut prediximus, irruentibus, monachis fama terroris subiti[m] per diversa
reptantibus, Gibardus, vir genere et doctrina clarissimus, qui pastor monasterii et abbas eo tempore
fuerat constitutus, dum longius ad alias partes fuerat digressus, paganorum[9] sagittis confoditur atque in
loco qui Martini-villa dicitur sepelitur. Titelmus[n] quoque monachus honorabilis inter suos non longe
a monasterio inventus est cum aliis quibusdam interfectus. Hinc iam usque ad haec nostra tempora
921. pastoribus decedentibus, defuncto[o] Richardo magno duce Burgundiae[10], dum invisi tiranni passim coepis-
sent[p] emergere ac sese invicem mutua strage collidere, aecclesia Dei confunditur, iura rumpuntur, legum
statuta violantur[q], possessiones aecclesiae pervaduntur et ab impiis undique rapiuntur. Sacris non est
reverentia locis, sed prevalente nequitia impiorum, totus pariter concidit honor religionis. Quod nimirum
habitatores Luxoviensis coenobii, peccatis exigentibus, pleniter sunt experti. Nam villas et possessiones eorum
in hereditatem sibi diripuerunt manus alienorum. Cumque rex non esset et iudex, qui verae intuitu iusticiae
huic impiorum pravitati vellet ex toto resistere, compulsi sunt quam plurimi clericorum contra temera-
tam audatiam diripientium suorum pignora circumferre sanctorum, ut, quos potestas humana non com-
pesceret, virtus ostensa divina[r] coherceret. Inde est, quod loci huius incolae, alibi fiduciam non haben-
tes, contra nequitiam pervasorum[s] sancti Waldeberti, sui defensoris, latis sacri[o] corporis eius pignoribus
soleant inferre virtutem, ut, qui quondam temporalis miliciae sacramenta servasse visus fuerat, ipse quo-
que inter casus suorum fidelium pius propugnator assistat. Cuius rei experimentum se ultro ingerit, si
consideretur virtutis eius potentia, quam frequenter ostendit.

(14) 4. Villa marinis litoribus contigua, quae superius Herleium[t. 11] est vocata, tirannorum vi sublata
fuerat. Monachi in[u] ancipiti discrimine positi, sancti Waldeberti, protectoris sui, suffragium expetunt,
sanctorumque pignorum eius glebam sibi imponentes, per fines Franciae illuc iter intendunt. Quibus
abeuntibus, subito Maternae[v] fluvius obvius occurrit. Quem cum transmittere cupiunt, plurima praece-
dente turba populorum, sacri pignoris gleba citra litus constiterat. Monachi in articulo positi, quid face-
rent, nesciebant. Mira dicturus sum. Mox navis divino impulsa[w] remige illuc absque humano iuvamine

a) aequae 1. b) qui 3. c) illic 2. d) Lingonem 2. e) l. a. *corr.* a. l. 2. e*) Metisque 2. f) Frantia *h. l.* 1, *supra* 2. g) reformavit 2; reparabat 3. h) praeficit 3. i) gratis 1. k) extenderat 3. l) longo *corr.* longe 1. m) subito 2. n) Tithelmus 2; Tetelmus 3. o) *deest* 3. p) caep. 1. q) rumpuntur *iterum* 3. r) divine 3. s) perversorum 3. t) Herlerium 3. u) anc. in 3. v) Maternus 2; Mantne 3. w) impulsu a rem. 3.

1) Vide Dümmler, 'Ostfr. Reich' ed. 2. I, p. 156, n. 4. locos, qui de Warino comite Provinciae proelii Fontanetici victore referunt. 2) Hoc loco apparet regnum Franciae occidentale solum in mente habuisse Adsonem, cum scriberet *regnum Franciae*. 3) Iterum nimis errat Adso. Drogo, filius Karoli Magni, iam ab a. 826. episcopus Mettensis fuit. Nunquam is studuit, ut regno potiretur. 4) Oignon. 5) Id nemo, quod sciam, de Drogonis morte prodidit. MAB. 6) Quarto anno imperii sui, ut Gesta abb. Fontanell. c. 17, ed. Löwenfeld p. 50. referunt. Qui igitur ante Drogonem abbatiam Luxoviensem tenuit, postea a. 823. monasterium Fontanellense regendum suscepit. 7) LL. Sect. II. t. I, p. 382 sqq. 8) Ansegisus potius in monasterio S. Wandregisili sepultus est, ut Gesta abb. Fontanell. l. l. p. 60. tradunt. 9) Id est Nortmannorum; quod existimo accidisse a. D. 888, quo caesi ab eisdem monachi Besuenses. MAB. Cf. Ann. Besuenses, SS. II, p. 248; Ann. Vedast. et Regino a. 888. 889. 10) A. 921; cf. Flodoardi Ann., SS. III, p. 369; Ann. S. Columbae, SS. I, p. 104. 11) Cf. p. 1173, n. 2.

sponte perducitur, qua[a] sancti corporis gleba tenebatur. Mirati comites tanta facultate fluvio transducti[b], quantam eatenus numquam fuerant experti. Hinc itaque procedentes, paulo post ad predium perveniunt Nant[c] superius memoratum, ubi videlicet ipse et vitae exordium temporaliter sumpserat et quibusdam miraculorum signis vivens illustrarat. Hic comperta corporali eius presentia, dici non potest, quanta utriusque sexus illuc confluxerit populorum frequentia. Inter quae[d] ob beneficiorum eius gratiam[e] diversa donorum munera, cum glebam[f] sancti viri inter frondes arborum prae turba irruente decernerent appendi, quoddam ligneum poculum a quodam contigit offerri; hoc unus e famulis servandum acceperat. Quod cum quidam lascivus iuvenis et petulcus[g] ab illo peteret sibi dari, cum forte videretur indignus illud[h] promereri, ille, exempto ense, sancti[i] viri obsequio deditum gladio nisus est appetere. Cumque in eum librasset ictum, subito ferientis dextera ligatur[k] in aere. Sic ille sine patibulo caelo suspensus[l] amens redditur, sensu confunditur, fixus[m] tellure tenetur; nec prius[n] potuit sibi reddi, quam oratione illorum, quibus nociturus venerat, mereretur absolvi. Ita plurimorum pectora terror perstrinxerat huius facti. Denique, hic aliquantisper a populo detenti, resumunt iter quod ceperant, ad Herleium[o] veniunt, quo tendebant. Insurgunt undique iniusti pervasores, volentes eos a finibus repellere, quos sui dispendio cernebant advenisse. Sed sancti viri virtus terrore mentes edomat impiorum et suis reformat domestica predia, quae alienorum factionibus fuerant direpta. Ita, licet cum labore, rebus compositis, cum sacris pignoribus monachi obsequentes, letiores redduntur propriis laribus.

(15) 5. Vicus est iterum non ignobilis, suo[p] vocabulo Provincherias[1] dictus, pene viginti milibus a monasterio disparatus; quem videlicet vicum quidam miles pervaserat inter suos nominatissimus. Ad quem, angustia imminente[q], quia deerat suffragium terreni defensoris, sancti viri glebam imperabat necessitas deportari[r]. Qua in aecclesia illic propria collocata, miles indignatur[s], cepit furere, irasci, sancto derogare, bachari et insanire, affirmans res aecclesiae ditioni suae libere subiugare. Denique cum quadam die tumidus et elatus equo spumanti per subterpositum aecclesiae campum, solutis abenis, cursu ferretur praepeti, crure fracto, equus in praeceps concidit; ipse vix casum evadens, in[t] proximo a milite interfectus, villam usque in presens sancto Petro libere possidendam reliquit.

(16) 6. Alio quoque tempore Rotbertus[u] quidam miles, viribus potens et opibus, cum nepote Berardo[v] in pago Divionensi Caciacum villam adprime viniferam, Hubaldus[w] vero Molisiacum[x] in pago Belnensi[2], res videlicet Luxoviensis[y] aecclesiae, satis iniqua dominatione possidebant. Quare monachi principibus[z] Burgundiae sepius conquesti, prevalere non poterant. Inito igitur[a] Letoldi comitis[3] consultu, eo tempore, quo rex Lotharius, pulsa obsidione Burgundionum[b], sub ditione sua Divionense receperat 960 castrum[4], monachi notum repetunt suffragium, sancti Waldeberti pignus venerabile illuc constituunt deferendum. Quo cum pervenissent, medio villae tentorium competenter cum sacro loculo statuunt. Cum repente hostes armati ferro et animis, Berardus[c] videlicet cum suis, advenientes[d] quidem cum suo defensore non audent contingere, villam tamen solito more corripiunt, familiam male opprimunt, alimentorum sumptus copiosius ac durius exigunt. Sicque cibo rapaciter[e] et vino perfusi, monachis inedia laborantibus, nocte irruente, sopore menbra protensa resolvunt. Ecce subito noctis medio eorum princeps, Berardus[c] videlicet, febre corripitur, morbo disenteriae[f] viscera[g] torquentur, fluxu ventris undique coartatur. Vixque[h] auroram prestolatus, monachos adit, ante presentiam sancti corruit, reatus sui poenitentiam agit. Sicque indulta sanitate, villa Caciacus extunc et nunc alieno eruitur possessore, domini proprii potitur libertate.

(17) 7. Hubaldus[i] vero miles, licet in rebus sanctuarii avidus, alias tamen vir probus et ut armis, ita etiam moribus modestus, quem in pago Belnensis provinciae apud Molisiacum villam monachorum vini et frugum reditus diximus sibi[i*] subiugasse, visis huius sancti virtutibus, territus et miraculis, in reliquum, licet nolens, possessionem suam aecclesiae dereliquit.

(18) 8. Alio post haec tempore idem monachi in pago Alsgodiensium, tyrannorum infestatione irrumpenti[k], quarundam rerum suarum fuerant dispendia passi. Hac perurgente necessitate, eas, habita deliberatione, decernunt partes adire, habentes secum fida[l] tutamina, sacra videlicet reliquiarum pignora ex menbris sancti Eustasii necnon et[m] Waldeberti confessoris Domini gloriosi. In quo itinere non longe a monasterio, apud villam quae Sanctae Mariae[5] dicitur primum sunt hospitati. Deinde locum qui Campaniolas vocatur aggressi, quarto demum die illuc perveniunt, quo fuerant malorum improbitate provocati. Erat in illo comitatu non parvus numerus tam ex monachis quam ex ministrantibus, cum quibus erat[n] abbas[6] et episcopus nomine Aaloncus[o]. Pervenientes[p] itaque ad locum destinatum, quia alibi locus

a) a *in loco raso* 2. b) sunt *add. B.* — quanta 3. c) iam 2. d) Interq; 2. e) cum *add.* 3. f) gleba 3. g) petulus 1; petulans 3. h) *deest* 3. i) viri Dei 3. k) in a. lig. 2. l) suspenditur 2, *ubi* am. redd. *des.* m) f. t. t. *des.* 2. n) nec aliter sibi r. 2. o) Erleium *h. l.* 1; Herlerum 2. *B.* p) Prov. suo voc. 3. q) imminenti 3. r) deportare 2. s) indignatus 3. t) a prox. mil. 2. u) Ruthbertus 2. v) Bernhardo 2. w) Hugbaldus 2. x) Modisiacum *h. l.* 1; Milisiacum *h. l.* 2 (*infra* Molis.). y) Loxou. *h. l.* 2. z) cum princ. 3. a) *deest* 2. b) Burgundiorum 3; num — receperat *altero atram. in loco raso* 2. c) Bernhardus 2. d) fratres *add.* 2. e) pariter 2. f) dissint. 2. g) membra 3. h) Vix 2. i) Lugbaldus 2, L *perperam a miniatore picto.* i*) *deest* 3. k) irrumpente 2; prorumpente 3. l) fidei 3. m) S[ancti] 3. Waltberti *h. l.* 2. n) ierat 3. o) Adaloncus *corr.* Aaloncus 1, *et ita* 3; Adlungus 2. p) Venientes 2.

1) Provenchères (dép. Vosges, arr. Mirecourt, cant. Darnay). 2) Beaune (dép. Côte d'or). 3) Matisconensis. 4) Cf. Flodoardi Ann. 960, SS. III, p. 405; de Kalckstein, 'Gesch. d. franz. Königthums' I, p. 297. 300 sqq. 5) Ste.-Marie-en-Chaux (cant. Luxeuil), ut videtur. 6) Luxoviensis; cf. chartam a. 984, A. Bruel, 'Recueil des chartes de l'abbaye de Cluny' II, p. 725 sq.

aptus non fuèrat, in prato quodam, quod eis contradicebatur[a], super unius quercus abscisae truncum sanctorum[b] pignora statuunt. Ad famam igitur tantae novitatis pluribus concitatis, cerneres promiscui sexus infinitam populorum multitudinem illuc repente confluxisse; non solum ex vicinis, sed etiam[c] ex longinquis partibus, locis, villis et opidis mirum in modum conglobati omnes conveniunt. Ac[d] mox campum replentes, una voce, consona devotione omnipotentis Dei et[e] nomen sancti Waldeberti[f] cuncti invocant, suis incommodis oportuna suffragia petunt. Ut autem declararet divina potestas sanctorum suorum etiam corporale adesse beneficium, fit subito tantus de caelo strepitus, tantus terror ac in modum tonitrui sonus vehemens concitati[g], ut, terra, sicut eis videbatur, tremente, vix presentes populi supra pedes consisterent, ac quisquis illorum, qua parte esset constitutus, nescirent. Illi attoniti et de ea re, quae acciderat, nimium pavefacti, postquam, virtute reddita, ad semet ipsos sunt reversi — mira dicturus sum —: videres[h] avem in figura columbae per serenum aera[i] de sublimibus descendisse ac blando volatu super loculum sanctum familiariter circumvolasse. Quae deinde, expleto cursu, caeli secreto recipitur, quo manifeste advenisse probatur. Hinc virtus utriusque sancti coepit divinitus[c] ostendi. Mox ètenim duo propriis diu luminibus orbati ea hora, qua avis predicta visa est abscessisse, sine ductu alterius, recepta luminis claritate, ineunt[k] gaudentes ad sua festinanter[l] properare. Deinde quoque alii duo complicita nervorum nodositate, catenatis quasi menbris, toto corpore astricti, aliorum manibus sacris pignoribus illati, divina virtute ostensa in pedes sunt subito erecti, et[m] ad propria absque humano iuvamine laetantes sunt reversi, ac terram, quam prius calcare nesciebant, novo docti itinere, liberis gressibus, Deum[n] glorificantes et sanctum Waldebertum previum habentes, ambulare coeperunt.

(19) 9. Huic itidem loco castrum cernitur esse contiguum, quod priori tempore Montem-Biliardae[1] novimus esse cognominatum. Huius opidi incolam nomine Utonem, non adeo[o] ignobili genere oriundum, pluribus notum fuisse satis est compertum. Hic nervis coactis et corporis facultate privatus, manibus per terram repens, ire non poterat, nisi vel equo vel asino sessore uteretur. Hic itaque ad locum perductus est cum summa devotione, quo sancti huius venerabile pignus cognoverat constitisse. Venit igitur, lacrimis humum perfudit[p], sancti nomen invocat, suffragium exposcit, nec ante a loco discedit, donec, divina virtute ruptis nervorum nexibus, redit ad propria pristina incolomitate donatus.

(20) 10. Et quoniam temporis et eiusdem beneficii se oportunitas dedit, non piget iterum aliud ad laudem divini nominis referre, quod in re simili vir iste sanctus dissimiliter est operatus. In pago siquidem rusticorum usu Warascum[q] nuncupato etate priore fuisse quendam virum novimus, qui proprio fuerat Bernericus nomine dictus. Qui quidem generis erat libertate potitus, sed tamen toto corpore[r] nervis astrictus, nulla[s] facultate poterat solidos[t] terris affigere gressus. Hic biroto carpento impositus, quocumque esset ducendus, unius bovis et famuli videbatur sufficiens[u] et contentus. Qui, audita virtute sancti, iuncto bove ac ministro premisso, carpento impositus, pervenit ad locum, quo se duci fuerat deprecatus. Ante presentiam sancti in terra prostratus diu decubat, cum[m] lacrimis preces miscet, familiarem[v] bovem sancto Waldeberto non tardans[w] polliceri[x], si hac corporis incommoditate mereretur absolvi. Cuius quidem vir sanctus non est dedignatus suscipere gemitum supplicantis, sed tamen presentem distulit impendere sanitatem. Nam non impetrato quod diu rogaverat, mestissimus abscedebat. Cumque aliquantulum itineris rediens peregisset: 'O sancte', inquit, 'Waldeberte, placetne tibi, quod tristis veni, tristior recedo?' Haec dicens, plaustrum stare iubet, terram petit bovemque in pascua resolvit. Cum subito sanus factus[y] concitus redit[z], gratias agit, bovem ductorem obtulit ac firmatis gressibus ad domum laetissimus remeavit[a].

(21) 11. Quaedam iterum femina genere nobilis gravissimo tenebatur morbo. . . . . . .

a) contradicebat 3. b) s. p. *des.* 3; arcam *suppl. B. uncis inclusum.* c) *deest* 3. d) At 2. e) n. et s. 2. f) Waltperti *h. l.* 2. g) conc. s. v. *B.*; concitati — virtute red *altero atram. in loco raso* 2. h) vider̄ 2. i) aerem 2. k) viam *supplevit B.* l) festinantes 2. m) *deest* 2. n) Dominum 3. o) *deest* 2; ab 3. p) perfundit *B.* q) rust. Warasco 2. r) et *add.* 3. s) et n. 2. t) solide 3. u) vid. esse contentus 3 (obsequio *suppl. B. ante* videb.). v) et f. 3. w) tardat *B.* x) pollicetur 2. y) sub. satisfactus 2. z) rediit 2. a) redit 3.

1) Montbéliard (Mömpelgard).

DE
S. ADALBERTO EPISCOPO PRAGENSI.

ED. M. PERLBACH.

Codex 101. *bibliothecae reverendissimi capituli Cracoviensis continet inter* 68 *Vitas sanctorum legendam sancti Adalberti, cuius auctor cum maxime e passione huius martyris a Brunone*[1] *composita velut ex fonte ita hauserit, ut non solum seriem gestorum, verum etiam locos integros ex eo depromeret, tamen Canaparii quoque Vitam Adalberti*[2] *in usus suos convertit, ex quo nonnulla a Brunone neglecta narrationi suae inseruit, utriusque auctoritatem non ad verbum secutus. Neque tamen ob hunc Brunonis et Canaparii usum huic opusculo quidquam dandum erit, immo quia ex hoc fonte miracula sancti Adalberti*[3] *saeculo decimo tertio condita fluxisse verisimillimum est. Nostri enim capitula* 7. 10—13. 15—19. *legendae naturam prae se ferentia neque apud Brunonem neque apud Canaparium inveniuntur, cum octo tamen prioribus miraculorum capitulis plane concordant. Quae ex hoc opusculo sumpta esse coniici potest e fine decimi capituli collato cum quarto miraculorum, in quo ieiuniorum diminutio anno* 1248. *a legato sedis apostolicae Iacobo archidiacono Leodiensi in synodo Vratislaviensi constituta*[4] *narratur, quorum ieiuniorum a dominica septuagesima usque ad initium carnisprivii observandorum consuetudo nostro referente in Polonia adhuc vigebat. Igitur narrationem nostram ante annum* 1248. *conscriptam esse, nemo est qui neget; quam qui primus publici iuris fecit V. Cl. Adalbertus de Kętrzyński, vetustiori quorundam nominum forma, ut Gnezden c.* 10, *Pomoria, Pomorianus c.* 12, *Cheremusen c.* 18, *permotus, saeculo duodecimo*[5] *apud cathedralem Gnesnensem in sede metropolitana ecclesiae Polonicae exortam esse censet suaeque opinionis argumenta annales Poloniae adhibet*[6], *in quibus ad annum* 1127. *capitis sancti Adalberti inventio relata est.*

Unicus huius operis exstat codex membraneus 101. *bibliothecae reverendissimi capituli Cracoviae*[7], *qui in* 224 *foliis (non numeratis), scriptura duobus columnis distincta, saeculo decimo quarto exaratus, sequenti saeculo a*

1) SS. IV, p. 596 sqq. 2) SS. IV, p. 581 sqq. 3) SS. IV, p. 613 sqq. Maiori codicum copia adiutus denuo edidit A. de Kętrzyński in Monumentorum Poloniae historicorum tomo IV, p. 226 sqq. Leopoli 1884. 4) Statuta synodalia dioecesana sanctae ecclesiae Wratislaviensis ed. M. de Montbach. Wratislaviae 1855. p. 306, §. 12. De esu carnium Theutonicorum et Polonorum. 5) Huic saeculo optime convenit, quod per totum libellum sermo consonis syllabis articulos orationis terminantibus exornatus est. 6) Annales Polonorum I. III. IV. ad a. 1127, SS. XIX, p. 624 sq.; Annales qui dicuntur Sandivogii ad a. 1127, Mon. Pol. II, p. 875. 7) Codices huius bibliothecae quam accuratissime descripsit V. Cl. Ignatius Polkowski, canonicus quondam Gnesnensis, nunc Cracoviensis, in libro: 'Archiwum do dziejów literatury i oświaty w Polsce' t. III (Cracoviae 1884) p. 1—168; nostro de codice p. 103, nr. 148. agit.

quodam Sandivogio capitulo Cracoviensi donatus est, ut inscriptio registro codicis addita probat: Sandivogius cap[itulo] Crac[oviensi sc. donavit]. *In inferiori primi folii margine manus Sandivogio coaeva haec verba notavit:* iste liber vocatus hoc nomine lewek. *Legenda sancti Adalberti tricesima tertia* 68 *legendarum hoc volumine contentarum novem foliis legitur. Quo codice usus V. Cl. Adalbertus de Kętrzyński tomo quarto Monumentorum Poloniae historicorum p.* 206—221. *hoc opusculum edidit, quam editionem hoc loco repetivimus, tantum denuo a V. Cl. Wladislao Wisłocki, bibliothecae Iagellonicae propraefecto, nobis petentibus cum codice Cracoviensi collatam.* *M. Perlbach.*

DE SANCTO ADALBERTO EPISCOPO.

Canap. 1. Tempore illo, cum gentem Boemicam celestis gracie splendor ad eterne fidei cultum accendisset,
et christiana crescens religio ad serviendum Deo viventi locis in plurimis monasteria constituisset, fuit
Bruno 1. in Boemia vir nobilis nomine Zlavnic ex predecessorum imperatorum cognatione, sed nobilior sacre fidei
institutis et morum honesta devotione. Cuius uxor[a] nec minus nobilis genere nec minor in aliqua
morum honestate, tum[b] provincialibus universis preminebat castitate. Hii igitur ambo Deo dilecti
divinaque dispensatione legalibus sacramentis associati filium genuerunt, quem natum et fidei sacramento
renatum Woythec[c] iuxta illius lingue ydioma honesto satis nomine vocaverunt. Hoc enim nomen in eius
lingue usibus 'consolatio' interpretatur 'exercitus'. Quod, etsi tunc temporibus a patrinorum[d] libero proces-
serit arbitrio, divinitus tamen fuisse provisum vite sequentis prodidit executio. Hunc autem cum posses-
sionis non minime parentes heredem et devotionis admodum honeste[e] optarent esse imitatorem, forte,
ib. 2. ut fit[f] in ipso tempore ablactationis, spiritus invasit gravissime infirmitatis. Quem cum diffi
cillime laborantem, ut in dentitione[g], puerum attenderent et gemendo, lacrimando dolori non modico
vix satisfacerent, quoniam de vita puerili desperaverunt, votum[h] Domino voventes, salubri consilio dixe-
runt: 'Non nobis, Domine, non nobis vivat puer iste, ut secularibus videlicet inplicetur negociis, sed ut
tuo servicio mancipatus ad obediendum tibi in ecclesia sancta ordinetur. Attendens itaque Deus ex alto
eorum consciencie puritatem, mirum in modum puero laboranti subito prestitit sanitatem. Nam mox ut
altari sancte Dei genitricis iam fere mortuus inpositus est, medicina divine pietatis infusus, parentibus
incolumis redditus est.

972. 2. Hic itaque cum transactis puerilibus annis circa parentes didicisset legere et negligentia cum
Bruno 4. 5. pudore sibi videretur legendo nichil intelligere, ignorantie contempnens subiacere vulgari, Parthe-
nopolim[i] profectus, erudiendus Otrico[k] committitur doctori. Sub cuius disciplina puer ingenuis sensibus
et natura subnixus[l] et ratione, quod prevalet, immo divina provectus suffragatione, adeo profecit, ut
semel auditam totius pagine sententiam memoriter redderet absque hesitatione, sed
ib. 4. non sine magna doctoris et sociorum ammiratione. Urbis autem predicte metropolitanus nomine Adal-
bertus cognoscens pueri nobilitatem et eiusdem in litterarum disciplina incredibilem audiens facultatem,
non minorem quam paternam ei per omnia exhibebat karitatem. Qui secunda fidei unctione liniens
puerum, nomen[m] Woythec[c] spernens utpote barbarum, nomine proprio vocavit Adalbertum. Novem igitur
ib. 6. Canap. 5. annis illic studendo[n] moratus est; infra quos quadam die, cum a scolis reverteretur, puellam obviam
habuit, quam socius itineris humo prosternens, eum desuper ludi causa proiecit. Inde se citissime eri-
gens, ex nimia simplicitate iam nupsisse se veraciter credidit, et lacrimas amarissime fundens, socium
Bruno 6. indicabat dicens: 'Hic me nubere fecit'. Magistro autem eius ad aulam regis translato, innovato nomine
repatriat Adalbertus. Tunc vero tota mentis intentione anitebatur bene vivendo, ne talentum intelligentie
sibi commissum a Domino, terrenis inhians delectationibus, deperderet pigritando, sed rursus, ne favoris
aura conversationis honeste minueret fructum, sollicitus providebat, ut, quicquid divino succensus[o] amore
faciebat, eis etiam, quibus fieret, esset occultum.

ib. 7. 3. Pragensis interea civitas pastore suo privatur[p], cuius agoni fideles qui aderant, animam eius
ib. 8. a nigris spiritibus exspectatam testabantur. Cuius de more peractis exsequiis, quoniam ecclesia, utpote
rudis in fide populus, non necesse habebat diu pastore carere, clerus et principes, mixtis vulgaribus turbis,
pro eligendo sibi pontifice convenere[q]. Qui postquam de personis quam pluribus diversi diversa sense-
runt, in unius tandem, Adalberti videlicet, electione omnium, tam cleri quam principum nec non volgi
982. voces absque omni calumpnia consonuerunt, dicentes eum tanta honoris sublimatione dignum esse nec
tantummodo persona et generis nobilitate, verum etiam litterarum legumque sciencia cum universa
morum honestate. Hac igitur honestissima omnium suffragatione in pontificem venerabilis Adalbertus
eligitur, tristis et lacrimans affirmando se indignum, cui tantus honor committeretur. Ipsum vero non
solum homines, sed et demones eius adventum formidantes tali dignum honore confirmabant; nam longe

a) *in marg. alia manu add.:* Strezislaua *c.* b) cum *c.* c) Woychec *c.* d) paternorum *c.* e) honestate *c.* f) sit *c.* g) identitatis *c.* h) votumque *c.*; *nescio an hoc retinendum, sed* quoniam *corruptum sit* (pene iam?. i) Pathenopolim *c.* k) Olrico *c.* l) subnixius *c.* m) nomine *c.* n) studendum *c.* o) successus *c.* p) privata *c.* q) convenire *c.*

ab electionis sede, in ipso tamen episcopatu cum sacerdotum adiuratione a possesso quodam homine cogerentur exire[a], conpulsi tandem adiurationis virtute, in hec verba prorupere: ‘Quid nos’, inquiunt, ‘adeo infestatis? Certum est, quia hic diutius[b] manere non possumus. Vir namque christianissimus Adalbertus hodie super vos[c] eligitur episcopus, cuius adventum nobis nimirum terribilem non minimum formidamus’.

4. Electus itaque vir sanctus ac Veronam profectus, ab Hotone[d] secundo virga pastorali investitus, Bruno 9. Villigiso Maguntino archiepiscopo consecrante, ad summam sacerdotii dignitatem est provectus. Reversus Canap 8. autem in patriam cum insignibus dignitatis, ob honorem beati Wenceziai martiris, cuius corpus ibi requiescit, nudo pede urbem ingreditur; redditus vero proprios dividendo patefecit subditis affectum vere Bruno 11. caritatis. Quadripartitam namque divisionem faciens et primam clero, secundam pauperibus, terciam ecclesie pro captivorum redemptione concedens, quartam sibi suisque familiaribus ad sumptus necessarios ordinavit, ex qua primum ter quaternos pauperes ad honorem eiusdem numeri apostolorum pascere Canap 9. constituit, quem tamen numerum frequenter, maxime autem festivis diebus, ipse excedere non minimum solebat. Et qui antea raro carnis voluptatibus usus fuerat, tunc penitus quecunque corpori placebant extirpabat, ieiunando, vigilando, pro suis et populi delictis lacrimando in oratione perseverabat, nullum tempus vacuum sibi remittendo[1], carnis incentiva prorsus edomabat, aut enim orabat aut predicabat aut, quod rarissimum erat, nature supplebat atque, ut breviter cuncta dicantur, Lye et Rachelis [munera[e]] vicibus alternis exequendo, per scalam Iacob nunc ascendebat, nunc descendebat. Nam quamvis multum orabat, Gen. 28, 12. veri tamen pastoris officia non deserebat, et cum ad inmolandum Dei filium se preparare incipiebat, usque ad consumationem dominici corporis et sanguinis preter orationem et predicationem nemini unquam consueverat loqui verbum. Ad hoc autem modis omnibus anhelabat[2], ut omnium, que doceret predicando, exemplar in se monstraret bene vivendo, mente frequentans illud apostoli: *Timeo, ne, cum aliis* 1. Cor 9, 27. *predicaverim, ipse reprobus efficiar.* Populus autem conmissus sibi dure cervicis servusque libidinum Bruno 11. factus, opera fidei penitus negligere cepit et populum christianum tam Iudeis quam aliis paganis veluti pecora vendere consueverat. Unde Dominus beato viro in visione apparens dixit: ‘Ego a Iudeis 30 argenteis venditus, et ecce iterum vendor, et tu adhuc stertis’. Canap. 12. Ille vero expergefactus secum tacito sermone volvebat[f], quid hec portenderet[g] visio; et advocans Willikonem prepositum, quem vir sanctus omnium consiliorum participem fecerat, narrans ei visionem ex ordine, coniecturam ab eo sompnii expetit. Ipsi Bruno 11. quoque clerici adulteria et sacrilegia et hiis si que sunt graviora iam quasi pro lege non erubescentes conmittebant. Episcopum autem talibus, prout poterat, contradicentem odio iniquo habuerunt ac totius terre illius principes, nimirum libidinose viventes, adversus eum concitaverunt.

5. Cum itaque dolor, anxietas et labor plurimus sanctum episcopum affecisset, et acrescentia multorum scelera corrigere nullatenus posset, quoniam piscatio sua iam in nullo profuit, Iberosolimam ire ib. 12. disponens, Romam pedester[h] paucis comitantibus venit; in qua urbe tunc temporis Greca imperatrix augusta memoriam defuncti Ottonis, diem scilicet anniversarium, celebrabat. Que postquam sanctum virum adesse et Iherosolimam iturum esse audivit, clam eum advocans et ad vie sumptus necessarios multam tribuens pecuniam, ut in orationibus suis Ottonis defuncti memoriam faceret, supplex ac lacrimans oravit. At vir sanctus spem suam ponens in Domino, in quo se omnia habiturum non dubitavit, susceptam pecuniam nocte sequenti totam pauperibus erogavit, dicens cum psalmista: *Dominus regit me,* Ps. 22, 1. *nichil michi deerit.* Nec mora Roma egressus, Iherosolimam tendebat, sed susceptus a monachis in Monte Bruno 13. Cassino eorumque salutari et autentico acquiescens consilio, iter propositum reliquit. Dicebant enim salutem animarum non esse in diversarum terrarum peragratione, sed iuxta psalmistam in spiritu con- Ps. 50, 19. tribulato et cordis contriti devotione. Et illud: *Non Iherosolimis fuisse, sed Iherosolimis bene vixisse laudandum est*[3]; Iherosolima namque ubique terrarum sancta ecclesia est. Salubre igitur amplexus consilium, facto vale fratribus, montem descendit et ad quendam Christi discipulum[4], quem vite perfectioris esse audierat, nimium divine contemplationis succensus amore pervenit. Cuius ante pedes mox ut se prostravit, gemitu, voce, lacrimis se participem fieri tante devotionis postulavit. Tunc senex: ‘Noli’, inquit, ‘vir devotissime, meam tanto desiderio cohabitationem[i] postulare, nam cum neque vulgari nec litterali adhortari te possim sermone — Grecus enim sum —, non minimum difficile est te hic posse morari absque ulla aliqua consolatione. Quapropter nostra, si placeat, instructus amonitione, Romam redeas, Sanctique Bonefacii monasterium ingressus, Leoni abbati ardentis animi tui desiderium indicanter aperias, quo duce itineris ac vite patrono fortiter incipias et ad servitium Dei securus accedas’.

6. Senis itaque factus obediens ammonitioni, Romam reversus predicto abbati animi sui voluntatem 989. Bruno 14. patefecit. Qui mente benigna sanctum suscipiens episcopum, edoctum regulam, monachum ordinavit. Quo in loco quam sancte vixerit, quam preceptoris studiose iussum conpleverit, ne singula exequendo faciam summam, ut potero, breviter concludam. Vir igitur Deo devotus, episcopalis penitus oblitus[k] dignitatis et pro Deo factus[l] pauper humilimus, executus est haut incertus promissa veritatis. Ait enim: *Beati* Matth. 5, 3. *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Quinquennio vero illic in habitu sancto conmoratur; licet virtute sanctimonie cunctos precelleret, nullus tamen ei invidebat, cum humilitate ac benivolentia universos preveniret.

a) exhire *c.* b) divinitus *c.; Bruno c.* 8*:* amplius hic stare non possum. c) nos *c.* d) *sic c.* e) *deest c.* f) volebat *c.* g) pretenderet *c.* h) pedes *c.* i) cohabitionem *c.* k) oblitis *c.* l) factus est *c.*

1) *Nullum tempus vacuum sibi remittendo* versus esse videtur. 2) *Ad hoc autem omnibus modis anhelabat* iterum versus. 3) Hieronymus, Epist. 13. ad Paulinum. SURIUS. 4) S. nempe Nilum.

Bruno 15. 7. Pragenses interea pristine deponentes iugum incredulitatis, ad revocandum sanctum episcopum accensi sunt zelo pietatis. Venientes Romam legati de reditu pastoris papam appellant. Qui, audita populi penitencia cum satisfactione, episcopum redire conpellit, divina subnixus auctoritate. Ipse vero, reacceptis insignibus dignitatis, flens reversus in patriam, ab omnibus suscipitur cum affectu, ut videbatur, non minime caritatis. Verum religio illa reverenter incepta ac deinceps sic mansura constanter promissa, incredibile dictu, quam brevi duraverit, et quanto negligentie studio gens universa in sanctitatis repudium conversa fuerit. Unde vir vere Israelita tedio affectus, quoniam assidue laborans in ib. 17. tristicia nil utile patrabat, rursus Rachel amplexus ob studium contemplationis, cum psalmista dicebat: Ps. 83, 11. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Non est autem Bruno 16. sub silentio pretereundum, quod Ungaris tunc temporis adhuc incredulis primum legatos mittendo, deinde se ipsum eis presentando formam christianitatis inpressit et[1] populum innumerabilem, superstitionum vanitati deditum, divinis insistens eloquiis et virtutum coruscans miraculis ab errore vie sue convertit. Qua in re non minimum patuit sancti patris audatia ardentisque ac invicte fidei virilis constantia. Erat namque in sede principali totius regionis ydolum quoddam pre ceteris celebre, in quo frequenter demones responsa dare solebant, quam ob causam vicinarum urbium populi ad illius rei spectaculum statutis temporibus adoraturi conveniebant. Ea igitur die, qua sanctus pontifex illuc advenerat, populorum frequentia innumerabilis ydolum circumstabat. Quibus videntibus et inestimabilem audatiam ammirantibus, beatus Adalbertus intrepidus accessit et face succensa in conspectu sacerdotum nichil contradicencium ydolum conbussit. Aliis quoque quam plurimis ad gentis fidem corroborandam ib. 17. peractis ibidem miraculis, Romam ad pretermisse quietis sedem remeavit.

996. 8. Qua in sede conplexus studio divine contemplationis, celesti scale innixus, luctabatur cum angelo ib. 18. in virtute consimilis conversationis. Interea rex Otto tercius confirmandi imperii causa, Maguntino archiepiscopo comitante, Romam venit. Quo facta synodo, archiepiscopus sanctum Adalbertum apostolica auctoritate rursus a claustri quiete retractum ad sepe postpositum redire cogit officium. Ab apostolico tamen precibus adeptus est hanc conditionem[a], ut, si dehinc populus eius contempneret predicationem, ib. 23. liber diverteret absque calumpnia ad quamcunque vellet regionem. Qua gratificatus concessione, post multarum ecclesiarum visitationem tandem ad propriam reverti decreverat habitationem. Polonorum itaque ducis nomine Bolezlavi fretus consilio, ad populum sibi conmissum, sed multociens contradicentem, legatos misit et, utrum ab errore converti et auctoritatis sacre obedientie submitti vellet, interrogavit. Sed populus, quoniam nuper sancti viri fratres quatuor execranda cum proditione occiderat, existimans virum sanctum ad hoc voluisse redire, ut occisorum mortem aliqua vindicare posset ratione, nuncios remittit cum plena repudio et contumeliis legatione: 'Scimus namque', inquiunt, 'quid cogitas, sed non inplebis, occisos videlicet fratres receptus in civitate vindicare intendis. Quapropter te pastorem habere nolumus, cuius adventum ut lupi rapacis ac laniatoris formidamus'. O plebs crudelis, plebs infidelis, que iuxta execrabilis consciencie sue odibile votum piissimi ac devotissimi viri secundum desiderium nequicie sue non dubitat equiparatum! At vir sanctus, accepto repudii libello, non minus letus efficitur, quam cui cf Ps 115, 17. ex dolore precognito gaudium ingens nunciatur. 'Disrupisti', inquid, 'Domine, vincula mea. Hoc est quod expectans expectavi. Tibi ergo sacrificabo hostiam laudis, hoc est quod desiderio desideravi'.

Bruno 24. 9. Apostolica igitur concessione liber factus pontifex sanctus, qualiter pro Christi nomine ad palmam martirii perveniret, secum volvebat. Cuius rei desiderio multo iam ante tempore tota mentis intentione totisque visceribus estuabat. Assumptis itaque duobus sociis, quos huic negocio aptiores esse prenoverat, nautisque retrocedentibus, ipse cum predictis sociis in gente incognita ac fortissima, Dei sola ib. 25. pietate, cuius mori pro nomine paratus venerat, confisus, demoratur. Non post multos autem dies, dum vir sanctus cum sociis orationi instaret et altissime Maiestati pro suis ac totius mundi delictis supplicaret, homines non multi, sed mente ferocissimi, barbarum nescio quid frendentes supervenerunt; quorum unus ceteris inmanior conto, quo navem adduxerat, elevato episcopum residentem ictu adeo forti inter scapulas percussit, quod, psalterium de manibus excutiens, ipsum deiectum manibus expansis in modum crucis ad terram prostravit; deinde, quod vocem proferens[b] indicare non poterat, signis et nutibus aut cito fugiendum aut in tormentis moriendum esse notabat. At sanctus, pio ut erat pectore, non repugnans, non maledicens, sed e contrario pro illis orans benedicebat summoque regi Deo, pro cuius nomine Ps 137, 7. mori paratus venerat, terre figens oscula, gratias agebat[c], dicens cum psalmista: *Si ambulavero in medio* Phil. 1, 21. *tribulacionis*, et cum apostolo: *Michi vivere Christus est et mori lucrum.* Tunc surgens vir sanctus et ad proximi locum fori deductus est et turba terribili circumdatus, quis et unde, quid quereret, cur non vocatus venerit, interrogatus est. Vir autem Dei, elevatis in celum occulis, postquam Dei misericordiam in cordis secreto deprecatus est, nactus interpretem, circumstantem populum in hec verba allocutus est: 'De terra Polonorum, quam Bolezlavus rex christianissimus possidet, ad vos pro salute vestra missus sum servus Creatoris altissimi, qui fecit celum et terram, mare et omnia, que in eis sunt. Qui misertus generis humani, natus de virgine, passus in cruce, liberans nos de potestate dyaboli, a mortuis resurrexit cunctosque in se credentes ad celestia regna provecturum se esse veraciter promisit.

a) hac conditione *c.* b) preferens *c.* c) agebat Deo *c.*

1) Cf. Miracula s. Adalberti c. 3, SS. IV, p. 613.

Cuius amore si cultibus superfluis ydolorum vultis penitus abrenunciare et in eius baptismi sacramento peccata vestra purgare, et perpetuos vitabitis merores[a] infernorum et eterna percipietis gaudia in regno celorum'. Hec eo dicente, illi iam dedignantes et eterne vite verba deludentes, de finibus suis sanctum cum sociis exire conpellebant; portus vero custodem, quia tales ingredi permiserat, contumeliis quam plurimis atque verberibus afflixerunt.

10. Videns sanctus Adalbertus, Christi adletha, fructum animarum nullum se posse lucrari et spem Bruno 26. mortis desiderate diutius prolongari, vestem mutans et habitum, Poloniam ingressus est, cupiensque quam cicius pervenire ad metropolim eiusdem regionis que vocatur Gnezden[1], obiter forte devenit ad quandam villam, ubi diligenter perconctatur, qua via possit iri ad predictam civitatem. Indigene autem loci illius videntes eius loquelam in plerisque sermonibus a Polonica discrepare, nec a risu nec a derisu se continent, presertim cum ante sibi incognita monastica eum veste indutum pro monstro spectarent. Multociens igitur a famulo Dei obsecrati et adiurati nec iter indicant nec sua responsione dignantur. Tunc vir Deo plenus, non ira commotus, sed Spiritu sancto, qui per illum miracula faciebat, accensus, ait ad illos: 'Quoniam quidem ad honorem Dei loqui noluistis, ad eius honorem, iubeo, taceatis'. Quo dicto, properanter abscessit rectamque viam ducente Christo invenit. Illi autem, Deo per servum suum iubente, muti conticescunt, quia ad usum loquendi aperire ora non possunt, et qui beato viatori ostendere viam recusarant, viam loquendi se amisisse deplorant. Interea sanctissimus Christi adletha recto tramite ad aliam villam progressus ibique de itinere sciscitatus, itidem contemptui habitus, nulla est humanitate susceptus. Vas ergo sancti Spiritus hos etiam pari multavit supplicio, quos eiusdem culpe tenebat obligatio. His itaque gestis, ad terciam villam pervenit, ibique ab eo similiter de itinere interrogati gratanter et humaniter villani[b] respondent. Sicque Dei famulus vie certitudinem tenens, iter optatum brevi mora perficit. Cumque Gnezden pervenisset, ad forum civitatis pergens, ibi con- ib. 24. tinuo Christum predicat, divina pronunciat, miraculis coruscat. Unde factum est, ut eius fama totam regionem cito percurrens nec illos preteriret, quos per suum famulum Christus loquela quidem, sed non auditu privarat. Qui hac fama permoti ad virum Dei properant; quem recognoscentes, pedibus eius advoluti, lacrimis, gemitibus variisque nutibus veniam poscunt. Quod sanctus vir attendens, omisso[c] interim, cui totus instabat, predicationis officio, conversus ad illos, placido vultu, ut animo erat mitissimus, eos alloquitur dicens: 'Video, fratres mei karissimi, culpam vestram vos agnovisse ac per hoc misericordissimum Deum, cuius servus ego sum, vobis ignovisse. Unde ego servus eius, licet indignus, non in me, sed in ipsius clementia confisus, in eiusdem nomine Ihesu Christi, videlicet domini nostri Creatoris omnium, lingue officium vobis reddo'. His dictis, continuo illi expedite locuntur et statim, Christum verum Deum esse clamantes, se baptizari cupere confitentur. Quibus fidelis dispensator Christi annonam verbi pro eorum captu prius erogare studuit, deinde sacro ritu illos baptizavit. In fide igitur confirmati, alacriter suscepto baptismate, sanctissimo[d] viro flebiliter omnes in commune supplicant dicentes: 'Sanctitatem tuam, serve Dei omnipotentis, unanimiter inploramus, ut pro tanta iniuria, quam tibi furiosa et ceca mente intulimus, aliquid rigidum nobis iniungas, quod ad memoriam posterorum nostrorum tempore perferamus, quia pro reatus nostri magnitudine nondum digne puniti sumus'. Ad quos sanctissimus Adalbertus ita respondit: 'Usquequaque laudandum puto, fratres karissimi, quod sub potenti manu Dei pia devotione humiliamini; verumtamen hoc indubitanter credere debetis, quia et illud et cetera peccata in baptismate divinitus remissa sunt vobis. De cetero tota mentis vigilancia observetis, ne tantam graciam futura peccata preteritis addendo amittatis, ne tantis beneficiis nostri Creatoris ingrati existentes eius iram denuo incurratis'. Tunc illi magis ac magis beato viro instantes, ut petitioni, quam fecerant, acquiesceret, ipsum tandem flectunt et postulata obtinent. Precepit itaque illis vir Dei, ut novem septimanas ante pascha unoquoque anno ita custodiant, sicut ceteri fideles christiani generali abstinentia septem ebdomadas rite observant. Quod illi preceptum desiderantissime suscipientes et in vita libenter custodierunt et posteritati custodiendum tradere curaverunt. Nec frustra, namque et in presens usque tempus eadem abstinencia per universam Poloniam devotissime observatur et, quasi ab apostolis id traditum sit, inviolabiliter coli-

a) *alia manus in* perpetuas vit. moras *corr. c.* b) *sic Miracula;* viam *c.* c) ommisso *c.* d) et sanctissimo *c.*

1) Cf. Miracula S. Adalberti c. 4, SS. IV, p. 613.

tur et tenetur, ita tamen, ut per duas ebdomadas precedentes ab esu duntaxat carnium se custodiant[1].

11. Sancto igitur Spiritu per famulum suum predicante multaque illic signa mirabiliter faciente, christianam legem Polonia gratanter universa suscipit, sanctique instituta viri ovanter amplectens, supra firmam petram fundari meruit. Vir namque sanctus fundamentum apostolorum et prophetarum ibi stabilire cupiens, quendam christianissimum virum, sui socium laboris et itineris, Gaudencium nomine ibidem archiepiscopum pro se constituit[2], quia ipse videlicet ad alias regiones paganorum festinabat, quas lucrifacere Christo nichilominus anelabat.

12. Hoc itaque suum desiderium Polono regi vir sanctus intimans, omissionem pariter ab eo petit et itineris ductorem, qui se usque in Pomoriam Christo favente perducat[3]. Sicque agonista Christi ad ducem Pomorie[a] usque perductus, reverentissime susceptus est et supra quam vellet ab eo est honestatus; quippe iam pridem vir sanctus eundem ducem Pomorie[a] baptizaverat in Polonia, cum venisset illuc pro filia regis Poloni[b], quam sibi petiverat in uxorem; cui tamen illam pater tradere noluit, antequam se ibi a sancto viro libenter conbaptizari consensit. Dux ergo Pomorianus virum Dei ad se venisse valde gavisus, confestim populum suum convocat, ut verbum Dei ab illo audiant. Interea populus Pomorianus, sancti viri predicatione audita, vehementer scandalizatus est, quia pro summa blasphemia habuit, dum illos, quos colebat, deos non esse audivit. Unde factum est, ut cum eo ad disceptandum venirent eumque suis refellere rationibus pertemptarent. Sed spiritu Dei per organum suum disputante, ad ultimum palam fatentur se esse convictos, sed a prisco cultu nullatenus recessuros. Suppliciter itaque virum Dei afflagitant, ut se ab illis pro Deo adorari permittat, ut cum aliis diis eorum se coli non renuat. Quo vir sanctus audito contristatus et tanto errori eorum condolens vehementer ingemuit et, ubertim lacrimis manans, ita eis respondit: 'En miseri, quam ceci estis, quam perditi, quam plorandi, qui non solum pessimis demonibus, sed etiam mortalibus[c] deitatem vultis ascribere, que nulli prorsus potest inesse nisi Deo, qui cuncta creavit'. Tunc illi obstinato animo abeuntes, promiserunt duci se ulterius colloquium cum eo non habituros, donec illum apud se haberet.

997. 13. Quod vir sanctus audiens et illos inconvertibiles esse pernoscens, bonum certa-
cf. 1. Tim. 6, 11 men certare et cursum consumare gestiens, in Prusiam proficisci parat, ut illic aliquos Christo incorporari faciat et martirio mortem finiens vitam inveniat. A predicto igitur duce licentia petita, eius conductu navigio in Prusiam perductus est. Adhesit autem cuidam Pruteno, qui lingue Polonice non erat ignarus, quem cito [ad fidem[d]] convertit atque ab eo
1. Cor. 9, 22. linguam Prutenorum didicit, imitatus apostolum dicentem: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam.* Eius itaque hospes ad Christum conversus reverenter ei obsequitur et eius precepto interim se christianum fore occultat[4].

Bruno 29. 14. Hiis ita gestis, martirii eius tempore inminente, vir beatus quadam nocte per sompnium vidit se missarum sollempnia more solito celebrare; cumque duobus sociis suis calicem porrigeret, assistentibus illis, ipse solus ebibit totum. Quod facto mane sociis cum recitasset, protinus illi, quid hec visio portenderet, advertentes, dolore cordis tacti intrinsecus gemunt, lugent, singultibus quaciuntur, quia in ipso agone martirii se ab illo separandos intelligunt, quem ardentissimo caritatis igne dilexerunt; quod et ipsius rei declaravit eventus.

ib. 30. 15. Mane autem facto sanctus antistes congruam sacrificii expectabat horam. Erat autem sexta feria, ut eodem videlicet die ipse pateretur pro Christo, quo passus est Christus pro mundo. Itaque[5] mox ipse inmolandus ad inmolandum Christi corpus accedit; quod indigene illius pagi audientes, insanis vocibus inter se conclamant dicentes: 'Ecce maleficus ille christianus ad nos maledicendos precantamina sua exercet, ut nos morbidet vel ominet[e]. Eamus et illum pro salute nostra et tocius patrie extinguamus'. Quod facere cupientes velut insani concurrunt, sed unus eorum post tergum respiciens, inmensam flammarum molem cernit, que totam videbatur eorum conburere villam. Qui mox vociferans sociis indicavit et sic ad villam cum eisdem quam celerius repedavit. O inscrutabilem Dei sapientiam, que suaviter quidem, sed mirabiliter cuncta disponit! Sacratissimum divinumque officium

a) Pomorie *manu saec. XIV. in* Pomoranie *corr. c.* b) Poloni *manus posterior in* Polonie *corr. c.* c) hominibus *postea add. c.* d) *sic Miracula;* ad f. *des. c.* e) amonet *c.*

1) Usque ad annum 1248; vide quae supra p. 1177. attulimus. 2) Gaudencium demum post Adalberti mortem archiepiscopum factum esse Annales capituli Cracoviensis tradunt SS. XIX, p. 586. 3) Cf. Miracula s. Adalberti c. 5, SS. IV, p. 614. 4) Cf. Miracula c. 6. 5) Ib. c. 7.

illi execrabile fore mentiti sunt et veritatem Dei pro mendatio habuerunt. Iusto igitur 997. Dei iudicio habiti sunt ludibrio, qui[a] rabido latratu ausi sunt celesti detrahere sacramento. Sed quia iuxta Salomonem *perversum non potest adornari, et in malivolam*[b] *animam non* Sap 1, 4 *introibit sapientia*, divinitus illic idem correpti, sed nichil sunt omnino correcti. Vehementius enim quam prius furentes in sacrum pontificem secundo concurrunt, quicquid viderant fantasticum fuisse et ex vi incantationis apparuisse dicentes. Verum simili visione iterum revocati, dum suas domos vident illesas, quas viderant disparuisse flammis, tercio redeunt et in pernitionem[c] sancti pontificis irrevocabiliter sevientes irruunt. Iam Dei presul, sacris peractis, ymnum trium puerorum gracias agens proferebat, cum subito illi prorumpunt sanctique Bruno 32 pontificis desiderium perficiunt, dum ei, quam diu optaverat, preciosam in conspectu Domini mortem inferunt, ipsumque volentes extinguere, celestia potius[d] ei regna recluserunt.

16. Igitur[1] ubi antistes Christi sanctissimam reddidit animam, continuo illi capud eius abcisum super cacumen eiusdem arboris suspenderunt, ad cuius pedem sanctus celestia peregerat sacramenta. Ut autem sacratissimum caput suspensum circumquaque ab omnibus a longe videretur, totam trunci partem cacumini proximam ramis denudant. Quo facto, ceterum corpus eius membratim concidunt ipsaque frusta huc illucque limphata mente passim proiciunt. Proxima vero nocte hospes beati martiris per angelum divinitus admonetur, ut sacratissimum corpus tam diligenter colligat, quatenus, quod non sit collectum, nichil inde prorsus relinquat, cumque hoc fecerit, sacerrimas reliquias mundissime ac reverentissime custodiendas recondat. Cui monitioni vir ille obediens, quod sibi fuerat imperatum non segniter adinplevit, sed dum singula membra solerter coherentibus membris adaptaret, tandem alterius manus unum digitum deesse invenit, quem sollicitus eodem die multisque post diebus querens invenire non valuit. Cumque assidue in eodem loco abdita queque perscrutaretur, quadam die uxor eius mirata, quid tanto opere vir suus rimaretur, instanter ab eo querit, quenam foret tanti causa scrutinii. Quod ille fateri prius rennuens, inprobitate coniugis tandem victus revelavit, et mox illa, utpote infidelis, vicinis suis, qualiter sanctum corpus apud virum suum collectum haberetur, publice indicavit. Cuius prodicionis quia vir auctor fuerat, illico os eius ita distortum est, ut nullatenus posset loqui et vix per illud sumeret cibum vel potum.

17. Pagani[1] autem, audito mulieris indicio, protinus in virum eius impetu facto, multis eum flagris afficiunt et in vincula coniectum variis affligunt modis, ut sanctas ostendat reliquias. Denique insensatus eorum voluntati satisfacit, et quia temere tam preciosas margaritas ante porcos posuit, iustissimo profecto [Deus consilio[e]] ab eisdem porcis ipsum lacerari Matth. 7, 6. permisit. Traduntur itaque sancta membra prophanis manibus asportanda, que tamen[f] ipsi barbari diligenter custodierunt, vel quia, si aliter facerent, divino flagello percuti formidabant, vel quia christianis populis ea venundare cogitant. Post aliquantulum vero temporis, dum quidam naute piscarentur in ripa maris, que hospicio sancti, ubi martirizatus est, erat contigua, repente vident inter fluctus quendam natantem pisciculum, cuius in visceribus miri fulgoris candela videbatur ardere. Quo attoniti miraculo, ceteris omissis[g], hunc omnes capere festinant, quem cito captum mox eviscerant atque de illius ventriculo digitum sancti pontificis in modum rutilantis candele flammigerantem extrahunt, idque admirari non sufficientes, quid sit, inter se requirunt. Interea volente Deo curiosius intuentes formam digiti agnoscunt eumque de sancto corpore elapsum fuisse perpendunt. Tunc illos properanter adeunt, apud quos veneranda membra noverant esse recondita, ubi et ceteros eius artus ceu digitum, quem detulerant, itidem radiare conspiciunt. Ad quod spectaculum tota villa confluens, celeste corpus deinceps sedulo custodiunt.

18. Scientes[1] autem Prusci reliquias martiris Polono regi preciosissimas fore, mittunt ad eum dicentes: 'Noveris illum deum tuum, quem peremimus, apud nos esse. Si magnam vis dare pecuniam, parati sumus illum tibi transmittere'. Hoc audiens rex christianissimus ingenti repletus est gaudio, pretaxatum illis misit censum, sicque sanctum corpus integre habuit; quod cum referrent, casu ad cenobium Cheremusen[2] nomine prius pervenere[g], ubi concessione eiusdem regis tam diu sacrum corpus iacuit, donec, exaustis carnibus, nichil de illo preter ossa residuum fuit.

a) que c. b) manivolam c. c) pernitione c. d) poctius c. e) D. c. *des.* c. f) tam c. g) ommissis c. h) pervenire c.

1) Cf. Miracula c. 8. 2) Trzemesno (Tremessen) oppidum provinciae Posnaniensis.

19. Sed crebrescentibus et longe lateque circumtonantibus gloriosi[a] pontificis signorum preconiis, vir ille, qui in Prusia beati viri hospes fuerat, cui proprius reatus, ut iam diximus, os intorserat, tanta citatus fama, ad predictum monasterium[b] profectus est ibique sanctum Dei flebiliter orat, ut sui oris restitutionem recipiat. Qui mox exauditus, animo in melius confirmato, ibidem servire Deo statuit et usque ad finem devotus in sancta conversacione permansit[1].

20. Post aliquantulum vero temporis gloriose memorie rex prememoratus, orto bello inter Polonos et finitimos paganos, veritus, ne aliquo sinistro eventu belli celicos thesauros Nov. 6. amitteret, desiderabiles reliquias 8. Idus Novembris in metropolim sollempnissime trans- Bruno 24. tulit[2] civitatem, ubi ad eius tumulum quam plurima divinitus per eum parantur beneficia omnibus, qui pura fide in eius confidunt misericordia, regente domino ac redemptore nostro Ihesu Christo, qui cum Deo Patre ac Spiritu sancto unus Deus imperat et gloriatur per infinita secula seculorum. Amen.

a) *verba:* glor. pont. sig. prec., *quae in c. desunt, e miraculis Kętrzyński supplevit.* b) *in marg. alia manus adnotavit:* Tremezin.

1) Cf. Miracula c. 8. 2) Ecclesiam Polonicam olim festum translationis S. Adalberti die 6. Novembris celebravisse antiqua breviaria, quae Kętrzyński citat, probant Mon. Pol. IV, p. 209; postea in Gnesnensi et Cracoviensi diocesibus Oct. 20, Vratislaviae Aug. 26. dies translationis fuit; cf. Grotefend, 'Handbuch der histor. Chronologie' (Hannover 1872) p. 103.

VITAE GREGORII ABBATIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Inediti duo libelli, quos lectoribus proponimus, non multa quidem proferunt historiae illustrandae, haec pauca tamen hucusque penitus incognita, quae singulare quoddam ac notabile hagiographiae et quaestionis criticae exemplum praebent.

Codices magni legendarii Austriaci continent Vitam cuiusdam Gregorii abbatis Calabri non integram, sed extrema parte destitutam. Qui enim hoc legendarium collegit complures Vitas sanctorum, qui singulis locis colebantur vel minoris auctoritatis apud eum fuerunt, breviatas tantum aut decurtatas excepit, unde et hanc — quod aegre ferimus — non integram descripsit. Iis quae restant docemur Gregorium Calabrum tempore Ottonis III. imperatoris monasterium Circlariense rexisse. Auctor ipsum iam non viderat, sed a tribus eius discipulis Calabris compererat quae narrat[1]*; unde eum ante medium saec. XI. scripsisse coniiciendum est. Eum non Calabrum fuisse iam ex eo elucet, quod lingua Latina usus est, et cum extremis verbis Ottonem III. 'nostrum piissimum caesarem' dixerit, opponens eum imperatoribus Constantinopolitanis, quibus Calabria subdita erat, eum aut in Germania aut in Italia superiore vixisse apparet.*

Hunc igitur libellum extrema parte destitutum ex tribus codicibus legendarii Austriaci, cui sub die Aprilis 16. *insertus est*[2]*, edidimus:*

1) *Sanctae Crucis nr.* 12, *saec. XII ex., a Rev. P. Swoboda bibliothecario huius monasterii benigno animo collato.*

2) *Admontensi nr.* 24, *saec. XIII, f.* 69'—71, *quem Rev. P. A. Wichner, bibliothecae et archivo Admontensi praefectus, summa cum benignitate in usum nostrum contulit.*

3) *Vindobonensi nr.* 336, *saec. XIII, f.* 88 *sqq., a V. Cl. S. Herzberg-Fränkel exscripto.*

Exemplar, ex quibus hi tres codices descripti sunt, iam multis mendis scatebat, quorum quaedam scribae tollere haud feliciter conati sunt, sed alia permulta, maxime scriba codicis 3, *addiderunt. Et nos etiam non omnibus locis iam in archetypo illo corruptis veram lectionem restituisse nobis videmur.*

B. m. G. Waitz hunc libellum, ut viri Calabri Vitam, inter scriptores Italicos edendum sibi proposuerat, sed iam alterum libellum nacti, hoc consilium mutandum esse intelleximus. In codice enim Darmstatensi nr. 205, *chart. fol., in monasterio insulae Niederwerth in Rheno fluvio sitae variis manibus*

1) C. 3; cf. c. 4. 6. 9. 10. 13. 2) Cf. 'Archiv' X, p. 645 sq. 649.

a. 1487. *conscripto*[1] *inter alias Vitas sanctorum f.* 154'—169. *exstat Vita Gregorii primi abbatis et fundatoris monasterii Porcetensis prope Aquasgrani siti. Cuius auctor dicit*[2] *antiquiorem Vitam Gregorii olim exstitisse, sed hanc casu parum noto combustam esse; quae ipse de rebus gestis eius tradidisset se invenisse* in cortina satis antiqua Colonie in ecclesia sancte Marie, ubi chorus sanctimonialium Deo famulatur, cum evidentibus capitulis. *Vidit igitur imagines cortinae intextas, quales in celeberrimo tapete Baiocensi conspiciuntur, quibus res gestae Gregorii depictae erant, cum brevibus inscriptionibus*[2], *quibus res repraesentatae explicabantur. Sane scatet fabulis libellus hoc modo compositus, nam Gregorium imperatoris Constantinopolitani filium, fratrem Theophanu imperatricis fuisse, ab Ottone II. in Germaniam accitum esse alucinatur auctor, sed rerum summa singulari quodam modo cum Vita Gregorii in legendario Austriaco servata convenit. Eaedem enim fere res eodem plane ordine narrantur, eadem miracula eadem serie utroque libello referuntur, etiam eadem personarum et locorum nomina in utroque commemorantur*[4], *sed in minoribus rebus, in causis contextuque rerum posterior Vita plane a priore recedit, ut cognoscas eius auctorem quasi quendam nucleum narrationis ex imaginibus in cortina depictis recepisse, reliqua omnia confinxisse et commentum esse, nonnullas imagines non recte explicasse. Nec mihi dubium videtur, quin ea quae in cortina depicta erant priore Vita duce efficta fuerint. In his ergo rebus, quas priore Vita relatas habemus, posterior fabulosa ac commenticia nullius pretii est, attamen haec aliquanti aestimanda est, quia eius ope prioris Vitae extrema pars, quae periit, quodam modo suppleri potest. Discimus enim ex ea Gregorium Calabrum in familiaritatem Ottonis imperatoris venisse, ab eo in Germaniam missum esse, ut monasterium Porcetense ab imperatore fundatum institueret et regeret. Unde iam probabile videtur etiam priorem Vitam Gregorii aut ab ipsis monachis Porcetensibus aut eis admonentibus conscriptam esse. Sane nunc uterque libellus inter scriptores Germanicos exhibendus est.*

Posterior Vita a monacho Porcetensi, ut videtur, paulo postquam ossa Gregorii circa a. 1180—1190. *ab Arnoldo abbate elevata sunt*[5], *ipso Arnoldo abhortante*[6], *saec. XII. exeunte conscripta est. Cui tempori optime convenit, quod oratio per totum hunc libellum syllabis consonis consueto more exornata est. Sequuntur quidem nonnulla capita de miraculis a.* 1261. *factis, postquam a.* 1220. *coenobium Porcetense monialibus Cisterciensibus traditum est. Sed haec libello antea conscripto postea, videlicet a.* 1261. *vel paulo post, adiecta esse primo patet aspectu, cum sermo horum capitum ab eo Vitae prorsus discrepet, cum nullum vestigium ornatus quem vocamus 'Reimprosa' in eis inveniatur, cum Vita bis citata et uno loco eius verba repetita sint.*

Hunc libellum non integrum exhibuimus, sed miraculorum narrationes ac pias inanesque cantilenas, sacrae scripturae versibus refertas, omisimus, retinui-

1) Vitae Thomae de Aquino f. 98. subscriptum est: *Explicit legenda beati Thome de Aquino per me fratrem Franciscum de Malender regularem in Insula in opposito ville Valender. Anno Domini* 1487, *in vigilia sancti Calixti martyris.* F. W. E. Roth huius codicis mentionem fecerat 'N. Archiv' XIII, p. 592 sq. (sub nr. 217), unde inediti huius libelli notitiam nacti, precante V. Cl. W. Wattenbach, data licentia illustris ministerii magni ducis Hassiae, codicem in usum nostrum Berolinum transmissum evolvimus. 2) C. 25. 3) Quas ipse capitula dicit, hanc enim vim habet hoc loco ista vox. Vide Ducange-Henschel, Gloss. s. v. *Capitulum* 2. 4) Pachumius abbas, David episcopus, Scandalis (Sandalis) Sarracenorum princeps, Bulcinum oppidum. 5) C. 26. 6) Quod haec verba c. 25. indicare videntur: *Hec autem que inde perstrinximus cum* [Wolframmo] *satagente, tum domino Arnoldo . . . ardencius consummante.* Quae verba et ad ossa Gregorii elevanda et ad eius Vitam conscribendam pertinere videntur.

mus tamen quaedam miracula, quae et in Vita priore referuntur, ut his inter se comparatis lector intelligat posteriorem auctorem eadem longe alio modo narrasse, priorem libellum neutiquam ab eo lectum esse.

Prior libellus a nullo scriptore, nec medii nec recentis aevi, lectus esse videtur, posterioris fabulae quidem vulgatae sunt, iam enim Caesarius Heisterbacensis[1] *earum mentionem fecit, deinde Trithemius, Molanus*[2], *Fisen*[3], *alii easdem repetierunt, sed ipse libellus hucusque latebat.* ***O. H.-E.***

VITA GREGORII ABBATIS PRIOR.

Cum divinae pietatis operante clementia multa miraculorum nobis appareant insignia, quae scripturarum fidelitati iure debeant commendari, nichil tamen est magis admirandum et scriptis fidelibus commendandum quam honestas morum et sanctitas[a] operum cuiusque in agone mundani certaminis legitime certantium et gloriose triumphantium. Licet enim de his, ut legentium novit bene edocta sedulitas, librorum nulla egestas, sed magna sit facultas, tamen quod in his extremis temporibus ex alicuius vita et moribus pro veritate habeamus expertum, sanctitate sua compulsi, audientium[b] enuntiamus[c] devotioni.

1.[d] Igitur Ottonum tercio, cesarum augustissimo et in omni pietate ac tocius religionis stabilitate ferventissimo, Romana imperia pio regiminis sceptro gubernante, erat vir[e] vita et morum honestate probabilis, Gregorius nomine, qui in diebus floridae iuventutis suae haut immemor piissimi Plasmatoris sui, cuncta terrena delectamenta postponens, ad aeternae dulcedinis iubilum pervenire optimae operationis studio conabatur. Ex nobili ergo parentela, patre scilicet Licasto, matre autem Anna vocata, in confinio Calabriae et Apuliae oriundus, uniuscuiusque qualitatis hominibus ea quae ipse, dum viguit, optime studendo peregit ad imitationis exempla reliquit. Erat, inquam, a puericia iuventutem adusque in vestium apparatu ut laicus, cordis vero salubritate Deo vivus et seculo defunctus. Qualiter et in quantum oderit mundum, ut eius deliciarum spurcicias victoriosa mente calcaverit, audientium auctoritas ex consequentium racione facile poterit agnoscere. Patre etenim suo iam alternantem motum sentiente et viam universae[f] carnis migrante, mater sua de obitu mariti lacrimosa et continuata querimonia non modicum infirmata, meroris sui solacia diligenter exquirens, filium patremfamilias fieri et appellari festinans, sibi coequevam et, ut fertur, nobilem ac pulcram desponsavit adolescentulam, et nuptiarum non elongari apparatum[g] materna pietate decrevit. Cuius materni affectus in preparandarum proposito nuptiarum filii sollers providentia maturitatem agnoscens, omnia sponsalia omittens ornamenta, Cassianensem[4] episcopum David nuncupatum absque matris scientia cum magnae humilitatis reverentia adire non distulit et clericalem sibi tribui benedictionem humiliter postulavit. Episcopus vero de eius peticionis almitate gavisus, sanctam ei benedictionem summa donavit devotione. Acolitum quidem illum benedicens et deinceps eum secum commorari precipiens, quemadmodum cauta sui providentia de virtute in virtutem eum proficere cognovit, ita ei de ordine in ordinem ascensum prebere[h] non distulit, et ita demum unius anni circulo pleniter transacto, ad officium presbiteratus digne et laudabiliter ab eo est promotus.

2. Huic ergo tanti meriti viro in huius ordinis promotione morum elegantia ac probitate omnes pene sibi contemporales superanti, intempestae noctis silentio somno sopito angelicae vocis admonitio venit, ut nequaquam dimitteret[i], quin sanctum abbatem Pachumium, qui Circlarense[k] monasterium[5] Sancti Andreae cauta regiminis sui provisione tunc temporis peritissime gubernabat, causa accipiendae monachicae regulae propere[l] adiret et, quae sibi agenda ille preciperet, tota animi devotione ac omni virium[m] annisu cuncta compleret. Hac quidem visione non minimum hilaritatis adeptus, cum gaudio explebat, quod angelica sibi voce noverat esse persuasum. Ad abbatem autem veniens et ab ipso cum summo dilectionis voto susceptus, post facilem probationem iugo monachicae disciplinae non solum vestium indumento, sed et virtutum incremento obedienter est subiugatus.

3. Quantae igitur[n] conversationis hunc huiusmodi virum esse profitear, qui dum esset laicus, nullus clericus morum honestate sibi[o] erat equipperandus[p], nulli sua abstrahens, cum hilaritate propria inpertiens, iusticia et fide omne iniquum ut[q] fantasma propellens, spe et caritate inimicorum austeritatem devincens, libidini sobrietatem et semper vicio virtutem opponens, Deo triumphante[r], victor gloriosus exultat. His virtutum redimiculis, dum esset laicus, sanctę et salubriter sublimatus, in clericali ordine constitutus dulces conpunctionis lacrimas Deo donante acquisivit ac magna sui parsimonia et sanctarum vigiliarum necnon et precaminum assiduitate non minima ordinem et constitutionem omnium excellebat monachorum.

a) sanctitatis 3. b) audentium 3. c) enodabimus 2; en. dev. *des.* 3. d) *capitum distinctionem instituimus; codd. tantum a cap.* 3. *et* 7. *nova capita ordiuntur.* e) vita vita 3. f) c. u. 3. g) apparatu 1. h) probere 3. i) dimittent 3. k) Circularemse 2. l) prope adire 1? 3. m) iurium 1. 3. n) sibi 3. o) s. e. eq. n. *mmo in loco raso* 3. p) *sic* 1; equiper. 2. q) et 2. 3; et ut 1. r) triumphantem 3.

1) Dial. Mirac. dist. 8. 2) Natales SS. Belgii (Duaci 1616) f. 241. 3) Flores eccl. Leod. (Insulis 1627) p. 479. 4) Cassano. Episcopus David hucusque incognitus; cf. Ughelli ed. 2. IX, p. 343. 5) Haud dubie Cerchiara di Calabria (circ. Castrovillari), ubi monasterium quidem, haud vero s. Andreae dicatum extitisse reperio.

Atqui, sicut trium venerabilium virorum et sibi in discipulatus familiaritate coniunctorum, Andreae scilicet presbiteri[a], Sabae diaconi, Serii iam ab adolescentia apud eum conversi et secretorum suorum conscii, veridica relatione comperimus[b], quod vir ille beatus Gregorius habitu monachico non solum corporaliter, sed spiritaliter indutus et, activa iam[c] dimissa, in contemplativae[d] vitae positus dulcedine, omnium quae[e] ante[f] fuerat affectatus, stemmate virtutum earum ad habitum ducente, sancti Spiritus largitate se gaudebat[g] esse pervectum[h].

4. Verum, quo fructu bonorum operum consecutus sit hanc speciositatem virtutum, nulla ratione pretereundum[i], sed pro posse et nosse pleniter est narrandum. Referunt predicti probabiles viri, quod tanta et tam magna sanctarum sibi adesset assiduitas vigiliarum, ut pene nulla soporis quietudine[k] repausaret, nisi tantummodo ad parvi momenti spacium declinaret in lectum, ne penitus naturae necessaria[l] negaret non dormiendo et[m] se ipsum perpetuis vigiliis interimeret. Porro ex bene parvo[n] quietis somno, ut dicunt, exsurgens et divinum opus fervide quasi numquam inceptum incipiens, quod supererat noctis interdum iubilando, interdum lacrimis orando peregit insomnis. Aurora iam exurgente et solis spiculo appropinquante, dicta psalmodia, et missa completa, aut scribendo aut legendo aut in agricultura[o] laborando et sic vesperi labore manuum suarum se modicum reficiendo diem finire consuevit. Omnia enim divina precepta sollerti providentia custodiens, apostoli edictis noluit esse inobediens, qui, divini
2. Thess 3, 10. secreti conscius, haec commemorando precepit, ut, qui non laboraret, nec manducaret; noluit enim aliud manducare, nisi quod ipse elaborasset[p]. Nam scriptorem eum aiunt fuisse peritum et in multa alia arte satis edoctum; unde ab ipso opere interdum secedens, ut allevaret fastidium, ad interiora sanctae contemplacionis ocia ingreditur ad vacandum Domino.

5. Inter haec piae conversationis studia contigit, ut ad cenobium Sancti Andreae[1] veniret. Igitur ibi et honorifice susceptus et iuxta idiotarum estimationem exaltatus[2], nichil tamen ex huius honoris altitudine deceptus[q] est [spiritu[r]] salubria[s] quaeque negligentis superbiae. Maiorem vero omnibus dum se sciret in
Matth 23,11. dignitate, minorem se faciebat ministrando cunctis, causa scilicet imitandae humilitatis magistri[t] dicentis: *Qui maior est vestrum, erit minister vester.*

6. Hic vir mirae ac sanctae providentiae magis[u] amorem[v] Dei adtendere[w] solitus quam tanti honoris seculare decus, in omni morum[x] honestate et bonorum operum sedula actione multo magis erat fervidus, quia illi non sui unius anima, sed multitudo cleri erat procuranda. Hac, ut diximus, pastoralis[y] regiminis cura magis sollicitus, cuncta pastoralia officia racionabiliter disposita Deo placabiliter et clero laudabiliter peregit. Igitur talis eius labor quod non esset inanis Domino, ipse agnoscit modo, condigna mercede donatus a domino nostro, cui bene servivit, Iesu Christo; et signis Spiritus sancti dono per ipsum clementer exactis, nobis luce clarius ostensam magnitudinem suae sanctitatis fidelis non dubitat; qui infidelis, procul hinc discedat. Quae vero signa etsi sint innumerabilia, tamen ex multis referemus pauca, quae predictorum sibi, inquam[z], familiarium relatione cognovimus.

7. Quidam vero iuvenis Arsaphius dictus de semet ipso negligenter agens et Dei piae providentiae se non committens, calliditate antiqui hostis signo crucis non signatus inventus, ab ipso, proh dolor! invasus, per loca inculta et devia tractus, miserabiliter ab[a] ipso est[b] dilaceratus. De cuius rei flebili eventu et flebiliori habitu eius amici et cognati non mediocri gemitu commoti, hunc inter rupes et loca sanis itinerandum difficilia vehementi violentia capientes et vinculis firmiter stringentes, curationis suae gratia ad multa loca sanctorum deduxerunt et medelam huiusmodi diabolicae contagionis minime invenerunt. Post multum vero temporis illo[c] iam deficienti ex nimia fatigatione hostis antiqui, allatus est ad Sancti Andreae monasterium, in quo beatum Gregorium abbatem diximus non sua sponte constitutum[3]. Quem ergo spumantem et diversa incondita voce proferentem abbatis pietas ut respexit, gravissime ingemuit, et lacrimarum ymbre effuso, ei conpaciendo recessit; nichilominus tamen de sua salute sollicitus, qualiter illi subveniret, diligenter excogitavit. Ea igitur die ieiunare incipiens et biduanum ieiunium summa intentione orationum rite perficiens, tunc demum iuvenem prenominatum ab maligno spiritu obsessum, in nomine domini nostri Iesu Christi possessori precipiens, ut abscederet[d], liberavit et postmodum byssenorum dierum numero[e] eum secum tenendo[f] et sermonem salutis ei indicando et versuciam diabolicae fraudis insinuando cum caritatis latitudine cuncta benigne inplevit. Nam et a demonio vexatum

a) prespit. *h. l.* 1. b) *deest* 3. c) d. i. 3. d) contemplatione 1. e) quo 2 3. f) residuum Gregorii abbatis *add.* 1. 3, *quae nimis corrupta, ideo in* 2 *omissa esse videntur.* g) gaudeat 3. h) perventum 2. 3. i) preter eundem 3. k) quietitudine 2; quiete 1. l) nec. neg. euntium dorm. 1; naturam non dorm. neg. 2; naturam nč neg. e dorm. 3. m) etiam 1. n) parve 2. 3. o) aut magis cultura 1; aut magnis cultura 3. p) elaboraret 2. 3. q) acceptus 2. 3. r) *suppl. Watt.; deest* 1. 2. 3. s) salubia 1; saluba 3. t) magister 3. u) *correxi;* maioris 1; maius 2. 3. v) a. D. *des.* 2. 3. w) adtendens onus quia 2; adt. sonus q. 3. x) more 2. 3. y) pastorali 1. z) in qua 3. a) e. d. ab i. 1. b) et 2. c) illi 2. 3. d) abcederet 2. 3. e) in quo *add.* 1. 3. f) tenente 2.

1) Circlariense procul dubio, c. 2. memoratum. Nam monasterium S. Andreae, quod Gregorius regebat, ut c. 9. patet, haud procul a Cassano sicut Circlariense situm erat. Auctor igitur repetit quae iam c. 2. narraverat. 2) Abbas constitutus; cf. c. 7. Pachumio abbati Gregorium successisse tradit Vita II. c. 4. Hic noster Gregorius abbas procul dubio commemoratur in Brunonis Vita Adalberti c. 17, SS. IV, p. 603. Unde patet eum inter eos qui tunc in Italia religione et rigore ascetico eminebant, Nilum, Adalbertum, Iohannem Canaparium, alios, eorumque familiarem fuisse. Sed a nullo alio scriptore, quantum scio, eius mentio facta est. 3) Hoc quidem non distinctis verbis supra c. 5. dictum est, unde conicere possis collectorem legendarii Austriaci supra quaedam omisisse.

eripuit et divini verbi alimonio pastum sancti Spiritus dono cumulavit et eum cum gaudio ad sua repedare non renuit. Non est adeo miranda miraculi huius elegantia, quantum viri miraculum facientis humilitas veneranda. Ipse quidem mirae sanctitatis dum esset, cum facilitate quod voluit impetrare valuit, sed quia presumptionem spiritus non habuit, idcirco temeritatem deposuit et derepente[a], nisi lassatus ieiunio et oratione, a Domino[b] impetranda rogare pertimuit; unde et eius oratio[c] de die in diem maioris erat effectus.

8. Alio quoque tempore puer quidam Lenta dictus a demone[d] acriter caducae passionis incommodo fatigatus, huic venerabili viro a suis est presentatus; quos, quid sibi de eo[e] vellent, inquirens, id rerum et postulare et maxime velle, ut suae sanctitatis edicto puerum illum liberaret a tanta et tam magna infestatione demoniaca, responderunt. Quibus ille: 'Tacete', inquit, 'filii, quia mihi peccatori non est possibilitas talia[f], ut rogatis, faciendi'. Illi vero eo frequentius deprecationi instantes, largitatis suae auxilia erant postulantes; sed ipse eis[g] aufugiens et interiora domus introiens, eo[h] die ieiunans, plus solito suae orationis sanctitati vacabat; et altera die egressus, demonem effugabat et puerum ex magnae incommoditatis passione sanabat; quem et octo dierum spacio esse secum precipiens, verba vitae edocuit[i] suaviter, et quae essent[k] evitanda, quae non, sapienter instituit; sicque vir sanctus et demonem effugavit et puero, quomodo eum cum multiplici virtutum adquisitione, cum bonae voluntatis locutione effugare deberet, indicavit.

9. Quorum relatione iam dicta didicimus, horum ex sermone iam dicenda cognovimus. Unus[l] ex Sarracenorum primoribus Scandalis nominatus, a rege suo in obsidione Cassianae civitatis delegatus[m.1], commilitonibus suis, sicut totius pietatis neglector et sanctae religionis improbus insecutor, firmiter precepit, ut irent et circumiacentia devastarent et nichil in villis vel saltem in ecclesiis dimitterent, quin universa cautae indagationis scrutinio exquisita et in unum collecta — homines dico et pecora, pecunias et vestimenta — suae maiestatis providentia[n] dividendum afferrent. Hanc[o] tyrannidem et huius precepti austeritatem audientes, stupefacti[p] cives omnes fugam inierunt, et universi eorum vicini ab eis, ut fugerent[q], admoniti, fugae eorum consortes fieri non titubabant. Inter quos fugerunt et monachi beati Gregorii, fugit et ipse, monachis duobus se comitantibus. Monasterium ergo, cui preerat, tantummodo 5 stadiis a civitate Cassiana distare cognovimus[2]. Sane Sarracenis euntibus et tyrannidis suae votum cuncta depredando[r] inplentibus, fugiendi ignarus obviavit eis pater Gregorius; quem ut abbatem monasterii esse didicerunt, sitim suae avariciae estimantes extinguere, tum[s] questus sui posicionem apprehendere[t], interrogaverunt eum, ubinam locorum inventuri essent pecuniam multum temporis ab ipso congregatam. Quibus ille, propter eorum severitatem suam non dimittens observare veritatem, modeste respondit[u]: 'Fratres, parvitatem pecuniae, quam[v] habemus, vos celare non debemus; 27 tarinos[w] in monasterio dimisimus, quos in usum fratrum conservandam[x] decrevimus, nichil vero amplius de pecunia possidemus'. Illi vero huius modicae pecuniae numerabili professione magno affecti furore, haec verba ira ministrante prolata clamabant: 'Ignavum hunc tollite et variis tormentorum generibus afflictum[y], quod antea noluit sponte, nunc agite coactum[z] ostendere!' Quorum minis[a] penitus ab ipso anullatis[b], in catastum eum ponentes et verenda eius vinculis admodum stringentes, continuo brachia eorum arefacta manebant. Quem vero qui nondum accesserant solventes, debilitatis ut afferret remedium suae intercessionis, deposcebant. Magisterialis autem precepti haut[c] inmemor, bonum pro malo reddidit ac pro inimicis exorando veniam impetravit ac pristinae Rom. 12, 17. sanitati eorum brachia reformavit. Quo miraculo non minimum omnes stupefacti, ex eis unus dolore dentium acriter fatigatus, hic adminiculum sui medicaminis expostulans, statim signo crucis ad locum doloris obposito, sanavit eum omnimodo. His binis miraculis divina favente clementia tam repente inceptis et misericorditer cito peractis, caritatis latitudo horum fuit ordinatrix, quia non solum eis ea quae in se peccaverunt indulsit, verum etiam Dei in eos vindictam per suae intercessionis gratiam amovit et eos prius habitae saluti, Deo miserante, restituit[d].

10. Inter haec ergo fama promulgante et circumquaque signa et virtutes eius enarrante, frequentabatur a[e] populi multitudine diversa eorum intentione. Quidam vero admirantes simul et de excellentia eius virtutum congratulantes, ut verbum vitae ab ipso audirent et se suae oracioni commendarent, adveniebant; quidam autem qualitatem[f] non animi, sed quantitatem corporis talia signa ex Dei dono facientis[g] inpacienter scire cupientes, non minori turba confluebant. Quibus omnibus in predicatione satisfaciens et caelesti pane admodum eos reficiens, cum suae benedictionis securitate fecit eos cum gratiarum actione ad mansiones, unde venerant, remeare; qui redeuntes ceperunt ei benedicere et sanctitatis nomen ubique non mentientes apponere. Unde experto[h] citius per[i] regionis illius ambitum nominabant eum secundum Gregorium. Huius nominis fama quantocius[k] est ad ipsum perlata[l], statim, ut discederet et humanum

a) repente 1. b) or. Domini 2. 3. c) *deest* 2. 3. d) demonio 2. 3. e) deo 3. f) ut r. t. 1. g) eos 2. 3. h) ea 3. i) s. ed. 3. k) esset 1. 3. l) Unde 1? 3. m) delegatis cum milit. 3. n) providentię 2. 3. o) Hac tyrannide 2. p) stupefacta 1. 3. q) fugerunt 3. r) deprecando 3. s) cum 1. 2. 3. t) apprehendente 1. 3; aprehendente 2. u) it *e corr.* 1; responderunt fratres 3. v) *deest* 3. w) tramos 1; t'mos 2; t'inos 3. x) *sic* 1. 2. 3. y) affructum 3. z) coacte 2. 3. a) nimis 3. b, anullatus 1. 2. 3. c) aut 3. d) instituit 1. 2. 3. e) a p. *des.* 3. f) qualitate 3. g) facientes 1. 2. 3. h) perto 3; e. c. *des.* 2. i) *deest* 3. k) quanto cicius 3. l) relata 1.

1) Haec forsitan a. 986. vel 987. gesta sunt; cf. p. 401. 2) Cerchiara 15 km. circiter a Cassano Lupus Protosp. a. 986, SS. V, p. 56: *Sarraceni* . . . distat. *dissipaverunt Calabriam;* Romuald. a. 987, SS. XIX,

favorem et huius sanctitatis nomen effugeret[a], sanctis autem operibus nichilominus alibi insudaret, diligentissime excogitavit. Tunc ergo inito secum consilio, abbatiam per[b] unius anni spacium, predicta signa interim faciendo, retinuit, fratrem rebus prout melius potuit ordinandis[c] admisit, et Bulciuum oppidum[1] adeundo[d] cum quinque monachis, mansit[e] ibidem in quodam monasterio, Dei servicium numquam melius aut neque studiosius celebrando. Ferunt etiam predicti venerabiles viri, qui semper pedissequi, secretorum suorum erant[f] conscii, quod ibidem locorum quoddam[g] non celandum operaretur miraculum. Quadam vero die in ecclesia causa concinnandorum consistens luminarium[h], leprosum quendam advenientem et elemosinam ab ipso petentem, Dei invocato nomine, unctum[i] oleo ex luminaribus sumpto mundavit a lepra; deinceps, ne peccaret, salutari admonuit doctrina, magistrum suum imitatus, qui leproso mundato Ioh 8,11 dixit: *Vade et amplius noli peccare.*

11. Hoc etenim signo ibidem manifestatus, extimplo quidam erat male vexatus, qui, viso beato Gregorio, multum fremuit et semet ipsum affligendo discerpsit. Cuius admodum laborantis dolore commotus et eius infirmitati affatim conpassus, ad terram prostratus, lacrimarum ymbrem effudit, et surgens, ut cicius ab obsesso corpore discederet, precepit[k] obnixe. Qui multum clamans et discerpens eum, abcessit, et postea illum professionis[l] causa adgredi ausus non fuit. Nam eum[m] sicuti omnes quos curavit salubri doctrina ditavit.

12. Eodem quoque tempore olei magna existente sterilitate, contigit quadam die ipsum pro utilitate fratrum coquinam adire, et vidit in preparando[n] pulmentorum ferculo[o], oleo scilicet conficiendo[p], coquos[q] ocium habere; quos hac in re videns ociosos, hoc allocutus est sermone: 'Pueri, cur in preparando cibo moram agitis? Non nescitis, quia iam adeo tempus refectionis est?' Econtra coquorum qui erat primus respondens: 'Domine, iam', inquit, 'oleo deficiente, quid inde agere debeamus, omnimodo nescimus'. Cui ille: 'Nonne', inquit, 'ad hoc opus oleum in amphora positum habundat?' Quo respondente, quod paulo ante quereretur, et nichil in ea liquoris inveniret, dixit ei, ut quantocius iret et eam tolleret et diligenter, si quid in ea invenire posset, investigaret. Ille quidem abiens et senioris iussum adimplens, amphoram plenam inveniens, ea die fratrum[r] cibos inde preparabat et luminaria[s] ecclesiae inde accendi faciebat; et quantum ea die, tantum per circularis[t] anni circuitum cottidie ad cibos et ad necessitatem concinnandorum luminarium[g] auferebat, olei tamen nichilominus in amphora manebat. Ad omnem vero fratrum[r] necessitatem instar aquae effundebatur, sed numquam in ea minus inveniebatur. Hac ostensione mira-
3 Reg 17,12 bilis signi imitator factus Helyae insignis et illustris prophetae, qui parum olei, quod vidua habuit in lechito[u], benedicens, et illud ne in eo vase deficeret et minueretur, donec pluvia a Deo donaretur, Deum deprecando precepit.

13. Sed interim eo tam multa facienti[v] mirabilia, Grecus quidam adveniens, quem venerandi fratres prefati referunt catapamni[w] dignitate Constantinopolim pollere[2], hunc beatum virum tanta sanctitate floruisse et tot miraculorum operatorem fuisse provincialium relatione cognoscens, cum suis inito consilio, firmiter decrevit[x], ut eum secum Constantinopolim deduceret et suis imperatoribus[3] gratuite faciendo representaret. Id catapamni decretum dum fieret beato Gregorio a fidelibus suis patefactum, sicut cervus canes ad saltum, ita ipse se insequentem catapamnum velociter fugiebat ad suum, unde iam discesserat, monasterium. Huius quippe vestigia sagaci indagatione scrutans[y], in ipso monasterio adprehendit eum catapamnus[z]; quem vero, etsi viribus non potuit, verbis tamen renitentem quantum valuit, secum Idronta perduxit et super mare suis imperatoribus ducere decrevit[a]; sed[b] Deus ei gratiam ad redeundum inpetrandae licentiae donavit, quia eum nostri piissimi cesaris[4] augendae saluti[c] reservavit.

a) aufugeret 3. b) qua 3. c) ordinantis 3. d) adeundum 1. 2; ad eundem 3. e) manserat 2. 3. f) *deest* 1? 3. g) quod tam 2. 3. h) luminarum 1. 2. i) uentum 1 *(post del.)*. 3. k) *supple:* daemoni *vel* diabolo. l) illum divine protectionis gratia a. 1. m) cum 3. n) apparatu 1. o) *conieci;* tercio 1. 2. 3. p) conficiendorum 1. q) eo quos socium 2. 3. r) fratrem 3. s) luminariam 3. t) *conieci;* secularis 2. 3; totius 1. u) lecitho 2. 3. v) *ita* 1. 2. 3. w) kat. *h. l.* 1. x) decretum 3. y) *conieci;* servans 1; serviens 2. 3. z) catapanus *h. l.* 3. a) decretum 3. b) si 1. 2. 3. c) salvati 2. 3.

1) Buccino prov. Principatus citerioris. 2) Katapani titulum habebant rectores Italiae Graecis subditae, quorum complures sibi succedentes saec. X ex. in chartis occurrunt. 3) Basilio II. et Constantino VIII. 4) Ottonis III, quem 'nostrum caesarem' katapani 'imperatoribus' opposuit. Gregorium aut a. 996. aut a. 998. 999. Ottonem in Italia moratum vidisse coniiciendum est, et mea quidem opinione tantum fidei Vitae II. c. 20. tribui potest, ut credamus eum Romae cum imperatore convenisse. Haud multo postquam in Germaniam advenit, Gregorius obiit, cum in charta Ottonis a. 1000, Febr. 6 (infra p. 1197, n. 1. allata) iam mortuus dicatur.

VITA GREGORII ABBATIS PORCETENSIS POSTERIOR.

INCIPIT VITA BEATI GREGORII ABBATIS[a] PORCETENSIS PRIMI PRIDIE NONAS NOVEMBR. [f. 154']

1. Beatus Gregorius, magno secundum seculi dignitatem fulgens natalicio, adeo preclaro virtutum enitebat studio, ut, quem illustrare debuerat fama prepotentis generis, ipse suum genus illustraret splendore boni operis. Hic Grecie ortus nobilioribus, Bizantini[b] regis extitit filius. Cuius propago non solum natalis soli naciones repleverat, verum eciam Italie atque Gallie regna nobilitabat. Nam illustris femina opere et *fama domina Theophania, uxor secundi Ottonis Romani imperatoris, mater vero tercii, eius [*f. 155.] soror fuit[1]. Ad quam, dum Greciam exiret, ut postea narrabimus, confugit. Hic quippe vir sanctus in puericia a parentibus ad litterarum studia traditur, ipsis ad alia intendentibus, quam divina ordinaverat providencia. Intendebant enim hii non divinis officiis instruere eum, ymmo seculari prudencia[c] sagaciorem reddere. Divina enim gracia cooperabatur, quatenus sibi vas eleccionis et servum bonum et [cf. Matth. 25,21] fidelem, quem supra bona sua constitueret, provideret[d]. Conveniebant in hoc itaque tam divina quam humana emolimenta, quamvis intencionis vota essent disparia. Ut autem scolari discipline iam matura etate aliquantulum extrahitur atque palatina toga, utpote maximus principum, induitur[e], continuo spe futuri generis coniunx pari nobilitate sibi iungenda exquiritur, et matre preclari pueri, sed adolescentis, [Vita I. c. 1.] disponente, desponsatur[2]. Patre namque beati Gregorii defuncto, a matris hec pendebant disposicione, que, utpote mulier religiosa et christiana, sancta promovebat ea intencione. Notabat enim, quia sensus et cogitacio hominum ab adolescencia prona sunt ad malum, et notabat illud genus hominum magis [cf. Gen. 8,21.] omnibus nacionibus lascivie sequi luxum. Unde maluit prolem honestis moribus enutritam honeste implicari coniugio quam vago adolescentis atteri vel infici vicio. Beatus autem Gregorius, animo virili accinctus lumbosque mentis habens precinctos, instinctu sancti Spiritus volutabat[f] in archano pii pectoris [cf. Luc. 12, 35] pocius apostolicum sequi consilium quam maternis votis in tali negocio obsequi. Audivit apostolum dicentem: *Solutus es ab uxore, noli querere uxorem;* audivit matrem naturali precepto iubentem: 'Fili, [1. Cor. 7,27.] desponsatam accipe coniugem!' Et cui pocius obediret? Certe si preconis matris precepta preponeret, Iudicis dire minantis, Ducis dire terrentis sentenciam audiret: *Si quis*, inquit, *venit ad me, et non odit* [Luc. 14, 26 Matth. 19,29] *patrem suum et matrem et uxorem et filios et agros, adhuc *eciam, quod maius est, animam suam, non* [*f. 155'.] *potest meus esse discipulus.* Deinde subinfert: *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus que* [Luc 14, 33.] *possidet, non potest meus esse discipulus.* Audivit hoc Dei servus aure audiendi, et ab ipso fere puerili [cf. Matth. 11, 15 etc.] evo secutus Dominum, matrem et uxorem spemque future sobolis, nec tantum agros, quin et agrorum regna et regnorum sceptra dereliquit. Nichil preciosius estimans quam adherere votis omnibus illi cui adherere bonum est, cui servire regnare est, ipsius quoque hortamine confirmatus, ipsius doctrina instructus dicentis: *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite.* Hac itaque [Ioh. 8, 12] promissione confortatus, tanquam fortis athleta contra spiritualia nequicie in agone dimicaturus, armis [cf. Eph. 6,12.] spiritualibus se munire studuit iuxta doctrinam apostoli dicentis: *Nam qui certat in agone, ab omnibus* [2. Tim. 2, 5.] *se abstinet.* Unde primo cordis puritatem et corporis castitatem Deo vivo et vero devovit, deinde sanctis vota persolvit, ac non solum matris precepta, ymmo ipsam matrem fugiens, heremi secreta petivit, acsi diceret: *Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine.* Cuius sancte intencionis dum votum prosequitur, [Ps. 54, 8.] nec sic a Deo deseritur, verum ei sedulus auxiliator affuit, duxit et custodivit. Nam in hac fuga ammo- [Vita I. c. 2.] nicione angelica iussus est habitum monachicum suscipere et in monasterio divinis officiis inservire, sub regula vivere et sub obediencia se agere. Nec mora, hiis auditis, ad monasterium quoddam divertit hilaris, Creatori immensas agens gracias, qui ipsius dignaretur dirigere vias.

2. Quomodo factus est monachus beatus Gregorius.

Erat namque in eadem provincia monasterium quoddam religiosorum virorum sub regula mona- [ib.] stica Deo militancium, quibus tunc temporis prefuit abbas quidam Pachomius[3] nomine, vite equitate et morum honestate famosissimus. Ad quem preclarus adolescens cum se contulisset eique intencionem cum voto suo exposuisset, mox Pachomius, utpote *vir sanctus, ingenti tactus gaudio, nichil tamen agere [*f. 156] volens, ut iubet sapiencia, sine consilio, fratribus suis indicavit et, quia non modicum future sanctitatis [Eccli 32,24.] fructum in adolescente presentiret, insinuavit. Nec in tantum insigne genus adolescentis extulit, quantum virtutis in eo crescentis[g] graciam commendavit. Continuo fratres loci illius omnes pariter Deo laudes et gracias egere, et quia Dominus visitavit plebem suam et erexit cornu salutis sue, dicere una voce, [cf. Luc 7,16 1, 69.] pari corde patrem monasterii, quatenus eum susciperet, cuncti hortari. Quorum tam consonam convenienciam pater venerabilis approbans, cum consilio fecit hilaris, quod eciam sine consilio libenter fecisset, si non indiscretum advertisset, atque Gregorium habitu monastico induit, sancto gregi Deo famu-

a) *sic in ima marg. litteris parvis praescriptum;* primi a. P. *miniator.* b) bigantini *c.* c) prudencie *c.* d) p̄videret *c.* e) induatur *c.* f) volabat *c.; potes etiam* volvebat *aut* volebat *legere.* g) crescrentis *c.*

1) Parentes Gregorii Vita I. c. 1. indicat, unde apparet, quod etiam alioquin nemo credidisset, eum minime imperatoris Constantinopolitani filium nec fratrem Theophanu imperatricis fuisse. 2) Haec cum Vita I. c. 1. concordant. 3) Sic vocatur abbas Circlariensis monasterii Vita I. c. 2.

lancium in ecclesia sua coniunxit. Mox tanta caritatis et humilitatis gracia circa omnes accingitur, ut nulli in virtutibus posterior, nulli morum honestate inferior videretur. Nichil virtuti, nichil bono operi preponebat, dilectionem Dei et proximi omni intencione colebat, et[a] humilitate nulli secundus, pietate nulli extremus.

3. Quomodo ad sacros ordines accesserit.

[Vita I. c. 1.] Interea divinis ministeriis instituendus a patre monasterii sacros ordines suscipere iubetur atque metropolitano episcopo David[1] nomine presentatur. Cuius vitam ac prosapiam predictus episcopus dum agnovisset, tam iuvenis industriam quam Dei virtutem ac potenciam in iuvene ammiratus, Deo gracias egit atque ipsum de ordine in ordinem[2] consecravit. Quo facto, cum veneracione et gaudio a presule dimittitur et duce Pachomio ad cenobium reducitur. In quo cum fratribus suis devotus et hilaris conversatus, Dei laudibus sine intermissione insistebat, Deum semper corde et ore suspirabat, ut de beatissimo viro canitur Martino: *Eius ori Christus nunquam defuit sive iusticia vel quidquid ad veram vitam pertinet.* Omni tempore et in omni loco Deum benedicebat, opcionem psalmiste implens dicentis: [Ps. 102, 22.] *In omni loco dominacionis* [*f. 156'.] **eius benedic anima mea Dominum!* Orabat spiritu, orabat et mente, carnem [cf. Ps 140,2. Num. 15,8.] domans, spiritum roborans, ut sacrificium vespertinum in se Deo in odorem suavitatis offerret, et in sacrificio illo solempni atque omni generi humano ad salutem sufficienti se feliciter exercens, hostiam [cf. Rom. 12,1.] vivam et sanctam, Deo placentem se mactaret.

4. De obitu Pachomii, et qualiter beatus Gregorius post eius decessum subrogatur[b].

Beato itaque Gregorio tam vigilanti animo divinis insistente cultibus, venerabilis Pachomius acerba vi febrium pressus, ad terminum, quem preterire non potuit, accessit, et commisso grege suo Deo, pastori optimo, divinis sacramentis religiosa devocione munitus, fratribus quoque pie mentis affectu valefactis, obdormivit in Domino. Cuius exequiis diligenti studio summaque devocione peractis, continuo fratres ibi Deo famulantes, quasi greges non habentes pastorem animarum, desolati in unum conveniunt et de substituendo pastore discuciunt. Tunc, ut divina inspiravit gracia, que non derelinquit sperantes in se in [Vita I. c. 5.] erroris via, omnes pari voto, pari mente fratrem acclamant Gregorium pastorali regimine et honore dignissimum, quem Deus tali perfuderit gracia, quod sciret et posset gregis dominici regere gubernacula. Ille econtra se indignum tanto honore, imbecillem oneri clamabat omnique nisu renuebat. Verum quanto magis renuebat, tanto magis pia fratrum sollercia instabat, et nolenti tunc fraterna obiecta obediencia precipiebant, nunc inter precepta petebant. Ille favorem timens plus hominum quam laboris cursum, orabat cum lacrimis, ut dimitteretur, orabat orantes, petebat versa vice petentes, sed non proficiebat, quoniam contra Dei ordinacionem petebat. Nam tandem fratrum victus precibus accedit universorum votis, quamvis invitus, et qui mallet subici in omni humilitate, cepit preesse in omni caritate[3]. Deinde consecrandus predicto presuli David presentatur, quem ille pia caritate suscipiens, pastorali regimine [*f. 157.] canonice investivit, *fratribus gaudentibus ipsum restituit. Qui laudum iubilos cum universi cleri et populi tripudio solempniter exhibent omnipotenti Deo, ad ovile fratres cum pastore suo redire parant, atque in ipso reditu dona celestis gracie in servo Dei redundancia ex insperato se manifestant et gaudia gaudiis adiciunt.

5. Quomodo post consecracionem demoniacum sanavit.

[Vita I. c. 7.] Expleto beati viri consecracionis officio, atque eo reverenter dimisso ab episcopo, mox secreto Dei misterio presentatur ei quidam comprehensus a demone, et ab omni populo, ut eum liberet, devotissime [cf. Matth. 5, 15 Luc. 1, 78.] petitur[4]. Iam[c] enim eius lucerna incipiebat poni super candelabrum, atque oriens ex alto plebem suorum per ministrum visitare. Quo vir Dei conspecto, et populi[d] flentis peticione atque devocione considerata[e], motus confestim misericordia, in oracionem prosternitur et omnium salvatorem Deum, ut ob[cf. Ps. 50,19.]sessum liberet, deprecatur. Cuius oracioni clemens auditor Deus ex alto statim effulsit, qui cor contritum et humiliatum non despicit. Continuo enim, ut se ab oracione erexit ac demoniacum potenti virtute verborum iterum benedixit, omnis fatigacio demonis expulsa est ab homine, in tantum ut non modo quid[f] in eo egritudinis remanserit[g], sed ut nunquam ante tam incolumis visus fuerit. Tunc ille qui sic liberatus ac redemptus a Domino fuerat intercessione beatissimi Gregorii, ingenti tactus leticia, divulgabat [ib. 140, 5.] que fecerat Deus per servum suum miracula. Unde vir sanctus, quasi oleo peccatoris intingui metuens, quantocius ad monasterium cum fratribus revertitur, fame telo fugatus, favore populi concitatus. Quem [cf. 1 Reg. 25,13.] fratres, tam secum venientes quam qui domi quasi ad sarcinas remanserant, cum magna devocione suscipiunt et honore invicem ipsum prevenire contendunt. Ipse autem eorum affectum prudenti discer[Eccli. 3, 20.]nens iudicio et cogitans illud: *Quanto magnus es, humilia te pre omnibus,* studuit omni caritatis obsequio obsequentes prevenire, ministrantibus ministrare, manifesto indicio[h] ostendens vicem illius in ecclesia se

a) *fortasse delendum.* b) *ita in ima marg. praescriptum;* post eum prefuit *miniator.* c) In *c.* d) populo *c.* e) considerato *c.* f) quod *c.* g) remansit *c.* h) iudicio *c.*

1) Ita Vita I. c. 1. vocatur episcopus Cassianensis, qui Gregorium consecravit, antequam monachatum suscepit. 2) Hoc loco etiam quaedam verba cum Vita I. conveniunt *(ei de ordine in ordinem ascensum prebere non distulit).* Forsan cortinae intexta erant verba: *David episcopus eum de ordine in ordinem consecrat.* 3) Cf. Vita I. c. 5. et c. 7: *abbatem diximus non sua sponte constitutum.* 4) Etiam Vita I. c. 7. tradit a Gregorio abbate constituto Arsaphium daemoniacum sanatum esse.

gerere, qui non venit ministrari, sed ministrare. [Matth. 20,28.] Deinde *quasi bonus paterfamilias[a] [*f. 157'.] domum suam honeste dispositurus fratres convocat ac de rebus monasterii sapientissime tractat. Quid vel quomodo fecit, per singula dicere est difficile, quia, qui semper ad omnes eius actus presens fuisset, vix explicare potuisset. Hoc tamen credibile est, quod omnia opera sua divina gracia fuerunt plena, quia fecit mirabilia in vita [cf. Eccli. 31, 9] sua, et quidquid faciebat, permanens in innocencia sua, non suis meritis, sed Dei gracie asscribebat. Unde et Dominus gloriam suam manifestavit signisque variis atque virtutibus glorificavit, ut, qui gloriatur [cf. 1. Cor. 1, 31.] in Domino, gloriam recipiet ab ipso qui gloriosus est in sanctis suis. Quod eciam quodam miraculo satis evidenti conprobavit, ut ad nos antiquitas perduxit.

6. Quomodo puerum a demonio curavit[b, 1]. [Vita I. c. 8.]

Nam quodam tempore causa orandi, ut sedulo agebat, eo in ecclesia existente, adductus est ei puer maligno spiritu obsessus. . . . . . . Eodem modo et beatus pater Gregorius, cum esset in omnibus [f. 158] probatissimus, non effugit temptacionis labores et varios pro Christi nomine, quem confitebatur, dolores.

7. Quomodo a Sarracenis tentus, miserabiliter afflictus est. [Vita I. c. 9.]

Accidit enim quodam tempore Sarracenorum gentem, conflicta multitudine immensa, dira feritate Argolicorum fines irrumpere, *municiones atque castra forcia mira sagacitate et industria expugnare, [*f. 158'] urbes igni ferroque solo equare, templa sanctorum atrocius prophanare, eum quoque magnificare, quicumque socios excelleret in sceleris atrocitate. Preterea populos depopulari, quosque christiani nominis professores invenirent, variis tormentis ac tormentorum instrumentis suffocare; atrocius omnia fiebant quam dici queat, quippe, ubi habundavit iniquitas, nec ibi[c] in noticia habeatur caritas. Tanta enim erat [cf. Matth. 24,12.] grassancium feritas, ut electorum virorum mentes perturbarentur. Qui carnis moti infirmitate, ne inducerentur in temptacionem, quam sustinere non possent, a via impiorum declinaverunt, claustra relinquunt et amore vite labentis speluncas et antra desertorum petunt, plus confisi in solitudinibus quam monasteriorum sacratis immunitatibus. Quo diro fame terrore tactus vir Dei Gregorius, de vita eciam anxius, cogitavit horum immanitates evitare, temptavit, ut et alios videbat, ad deserta loca fugere, sed in fuga a Sarracenis captus, ad ducem exercitus, cui Sandalis[2] nomen erat, adducitur et, cuius professionis ac vite fuerit, disquiritur. Qui licet pro vita trepidaret, intrepidus tamen se profitetur cristianum atque unius veri Dei permanentis in secula cultorem, vita, ut videre poterant, monachum, nec aliud se asserebat profiteri, eciamsi constaret eum mori. At Sarraceni, qui eum ceperant, minari interdum, ut fidei christiane renunciaret, blandiendo precari, nunc offerre divicias et omnium rerum copiam, nunc honores et dignitates regumque spondere graciam, que si respueret, mortem subiturum turpissimam. Sed vir Dei fundatus supra firmam petram spirituque fortitudinis in Christo roboratus, inter minas et gladios furen- [cf. Luc. 6,48.] cium non defecit, ymmo forcior quam prius apparuit, stabilis in fide, tam minas quam blandicias eorum sprevit et, scuto celesti protectus, omnia que vel minabantur vel promittebant parvipendit, ymmo universa que sibi infligere mala possent pati pro Christi nomine se velle fortiter *intrepida voce clamabat. [*f. 159.] Hac tam constanti responsione efferati Sarraceni, multiplicibus tormentorum plagis hunc cruciare proponentes, non modo graviter, ymmo turpiter eum vestibus omnibus despoliant et nudum genitalibus nudis in pertica[d] suspendunt[3], deque pertica[d] in eculeum mutantes traiciunt et, manibus ferreis totum corpus viri dilacerantes, denuo in humum, ut respiraret paululum, deponunt. Hoc ea tamen intencione faciebant, quatenus lacerati corporis natura aliquantulum refocillata et rursum ad acriora tormentorum supplicia resumpta spiritum pacientis magis urgeret atque ad negandum Creatorem suum penis forcioribus impelleret. Unde virtus gracie celestis ita confessorem Domini in fidei confessione fortem detinuit, ut ante tortores quam[e] tortus deficerent suique confusionem in corpore imbecilli sentirent. Unde, ut ocius proposita tormenta finirent, tam verecundia quam labore fatigati et pene deficientes, fustibus et gladiis eum cesum reliquerunt, Samaritanum[4] semivivum arbitrantes mortuum. Beatissimus itaque Gregorius tam acri martirio pro Christi testimonio afflictus, tamen viam veritatis non reliquit, sed eum secutus qui ipsum eciam nunquam dereliquit, qui eciam inter furencium manus promptus adiutor et protector sibi non defuit, quamvis ulceribus plenus, quamvis plagis plurimis afflictus, quamvis, fatiscentibus membris, vix in corpore exangui palpitaret alitus, ad ovilis sui septa[f] cepit se trahere et ultra posse cepit laborare. Fratrum quoque gregem pavore huius per silvestria turbinis dispersum pia sollercia recollegit, quem et talia pati pro Christo verbis et exemplo docuit.

8. Quomodo quendam a dencium dolore curavit. [Vita I. c. 9.]

Ea ipsa tempestate accidit, ut quidam dencium dolore nimio oppressus ad Dei virum dolentem adhuc[g] dolens veniret[5], ostensoque sue egritudinis morbo, oravit, ut vel signum crucis doloris sui loco

a) prfamilias *c.* b) curāit *miniator.* c) *sic emendare conatus sum;* est *c.* d) partica *c.* e) quasi *c.* f) cepta *c.* g) adhec *c.*

1) De Lenta puero daemoniaco sanato etiam Vita I. c. 8. post praecedens miraculum refert. 2) Scandalis dicitur Vita I. c. 9. 3) Haec notabili quodam modo cum Vita I. conveniunt, sed causa tormentorum alia ac multo rationabilior ibi traditur. Sane in cortina c. 25. memorata tormenti imaginem auctor vidit. 4) Male auctor versus Luc. 10, 30—35. in mente habebat, Samaritanum misericordem cum homine caeso, quem is salvavit, confundens. 5) Quendam Sarracenum hoc malo liberatum esse tradit Vita I. c. 9.

[f 159] imponeret[1]. Super quo vir pius et vere pietatis visceribus plenus misericordia motus, non suum languo- [cf. 2 Cor. 9,7.] rem inspexit, sed egrum divine clemencie[a] respexit, cum lacrimis hilarem datorem virtutum Deum adiit, languentem crucis signo benedixit atque omnem illius infirmitatis rabiem subita Dei potencia fugavit. Qui tanta mox eger sanitate dencium reficitur, ut nichil usquam doloris senciens, si unquam nocuerit aliquid, miretur. Quod videns vir Dei Gregorius, non suis asscribebat meritis, sed Dei gracie, timensque assultu populi gravari, ei qui sanus factus erat, ne cui diceret, imperavit ac eciam humiliter rogavit. Ille vero [Vita I c. 10] non aliter quam illi euangelici curati, qui, quanto magis eis Ihesus precipiebat, ne cui dicerent, tanto amplius predicabant, nusquam virtutem et miracula Dei in beato viro manifestata celabat, ymmo ubique acsi expertus et experto credenda divulgabat. Unde Gregorius metuens tantum sibi virtutis posse demi [cf. Ps 140,5.] meritum, quantum exterioris favoris crescere sibi videbat, forte peccatoris futurum oleum, cogitavit non minus sapienti quam discreto mentis consilio hominum fugere frequenciam, ut humanam posset declinare gloriam. Proinde claustralium fugiens commoracionem, in quendam secretum locum, qui Bulcinum dicebatur, declinavit ibique heremiticam conversacionem per aliquod tempus duxit. Fratres vero loci sui diu super amisso pastore contristati, tandem in predicto loco degere percipientes, omni conatu et studio eum repetunt eumque ad regimen claustri et ovilis sui zelo caritatis redire cogunt[2]. Sed tamen lampas [cf Matth 5, 14.] patuit, atque civitas supra montem posita abscondi nequivit. Et quomodo poterat abscondi, quem divine caritatis candor volebat patefieri? Quod autem non dura evagacione, verum divine voluntatis interpretacione servus tunc fuerit patefactus, evidentis miraculi splendor de celo veniens confirmavit perlucidus[3].

[Vita I. c. 10.]

9. Quomodo leprosum curavit.

[*f. 160.] Quodam enim die, cum solito more oracionibus in oratorio *vacaret, contigit, ut quidam leprosus ad templi ianuam obnixius elemosinam peteret[4] atque beatum virum Gregorium importunius mendicando — nam sors eum illius obtutibus obtulerat — fatigaret. Cuius egritudinem cum beatus vir tam voce quam facie cognovisset, devotus solvitur in preces dominumque Ihesum Christum suppliciter oravit, ut, quia potens esset omnem depellere infirmitatem, quique virtutis sue gracia leprosos mundaverit, cecos illuminaverit, infirmos curaverit, misericordie sue medicamine hunc egrum curare dignaretur. O ineffabilis clemencie potencia, o divine pietatis magnificencia! Ignorabat leprosus, quem vel qualem peteret, ignorabat, quam salus proxima et quanta sibi immineret. Nam mox ut vir Dei Gregorius ab oracione surrexit, leprosum benedixit, sanum et incolumem per Dei graciam ab omni lepra restituit, ita ut nullum infirmitatis vestigium Dei virtus in eo reliquerit, donum misericordie meliori quam exspectabatur[b] munere [Ps. 76, 11.] mutaverit. Hec itaque mutacio dextre Excelsi, qua sepe gravatis insperata venit salus; et quid tunc [Ps. 9, 11.] sperantibus, quid in eum confidentibus? Sperent ergo in te omnes, Domine, qui noverunt nomen tuum, quoniam non derelinquis querentes te, qui sic eciam subvenis in periculis non sperantibus in te.

[Vita I. c. 11.]

10. Quomodo demoniacum sanavit.

Postera item luce beato viro in oracionibus in oratorio more solito existente, ingens concursus populi factus est adducentis demoniacum duris nexibus vestium devinctum, et devotis precibus orabant, ut manum cum benedictione ipsi imponeret atque per Dei misericordiam correptum ab ea vexacione liberaret. Nam tanto furore miser ille vexabatur, ut dentibus frendens et modo horribili et ore cruento rictibus contractis fremens quosque sibi obvios invaderet atque dilaniare intentaret. Mira res atque miro mirabilius! Nam in hoc modo, in hoc furoris habitu efferus iste ad servum Dei adductus ipsiusque [*f 160'] sanctitati presentatus *ita omnem furorem atque seviciam pristine insanie post acceptam benedictionem, post acceptum signum sancte crucis a beatissimo viro statim deposuit, acsi nullam umquam potestatem malignus spiritus in eo habuerit. Et qui ante omnes spiritu furoris feros actus exercendo invadebat, nunc quasi ovis mansuetus incedebat sane loquendo, sane omnia faciendo. Quo signo ab omnibus viso, crescere cepit in populo divini miraculi in servo Dei ammiracio, iamque prophetis eum parem, apostolis similem predicabant, in quo graciam pro gracia, donum super donum geminari videbant. Quod sequens eciam ostendit[c] plenius miraculum, quo similis factus Helie enituit tam spiritu prophecie quam prodigii inmensitate.

[Vita I. c. 12.]

11. Quomodo oleum adauxit.

Deficiente aliquando fratribus oleo, nec habentes unde emerent, ad beatum virum veniunt, acsi patrem spiritualem, quid[d] facto opus esset, conveniunt. Quorum intuens defectum nec habens unde [Iac. 1, 5.] suppleret, convertitur ad Dominum, convertitur ad eum qui dat omnibus affluenter et nemini improperat, si tamen in fide quis postulaverit, nichil hesitans; oravit et exauditus est. Oravit eum in quem speravit, necessitatem suam et suorum fidelissimo auditori, ymmo exauditori, exposuit, qui nec hac vice eum sperantem in se dereliquit. Nam divinitus locus sibi ostenditur in latere monasterii sui, quo angelica insinuacione directis fratribus, invenitur anphora plena olei limpidissimi. Quod eius presencie confestim fratres, sicut iussum fuerat, retulerunt in immenso tripudii gaudio. Quod pia devocione benedicens, adiunctis oracionibus, tanta habundancia per Dei misericordiam exuberare illud fecit, ut nec vasa suffi-

a) intuitu *supplendum videtur.* b) spectabatur *c.* c) ostendens *c.* d) quod *c.*

1) Vita I: *signo crucis ad locum doloris obposito. ibidem manifestatus.* 2) Eum in coenobium Circlariense rediisse Vita I. c. 13. tradit. 3) Cf. Vita I. c. 11: *Hoc etenim signo* 4) Cf. Vita I. c. 10: *leprosum quendam advenientem et elemosinam ab ipso petentem.*

cienter habere possent, in que oleum transfunderent. Stetitque oleum. Hic vere Helie lechitus multiplicatur, hic alter Helias in domo Domini consideratur, cum hic inopiam pauperis suppleret ecclesie, ille vero pauperis vidue. Nam de cetero suis temporibus multoque post[a] ipsum tempore numquam *in loco illo oleum defecit fratribus ad omnes necessitatum suarum usus. Hoc Dei munere per servum Altissimi collato famulantes Deo consolati, gracias Omnipotenti, ut dignum erat, reddiderunt ipsumque beatum virum magne veneracionis[b] coluerunt. 3.Reg.17,12. *f. 161

12. Quomodo Grecus quidam eum tradere voluit. Vita I. c. 13.

Inter hec divine virtutis miracula ille antiquus humani generis hostis antiquo invidie sue commento non defuit, notum[c] habens mille nocendi artes[1], armatur una adversus virum Dei. Eo enim instigante, Grecorum quidam livore in Gregorium accenditur ac eius sancta opera per suam operam annichilare vel saltem famam bonam attenuare gestiens, iniquo consilio[d] conprehendere, captivitate conprimere disposuit[2] suppliciisque vitam beati viri intendit. Sed pius et misericors Dominus pociori eum utilitati fidelium reservare volens, consilium Greci dissipavit, sanctumque suum ab inimicis custodivit et a seductoribus tutavit illum.

13. Quomodo Romam fugiens[e] divertit.

Nec longo post tempore alter quidam Grecorum eodem spiritu nequicie accensus, cum Dei sanctum non posset, ut cogitaverat, capere, consiliis et nutibus conatus est eum alii cuidam nequiori se tradere, ut, qui non poterat manifeste, vinceret vel occulte. Sed quid? Dolus an virtus[f], quis in hoste requirat[g. 3]? Infatuavit et Dominus eius consilium, infatuavit et adduxit ad nichilum. Nam vir Dei liberatur, cunctorum inimicorum eius laqueus conteritur, nec in hiis omnibus parva quidem offensa molestatur, nunc insidias evitando, nunc prodiciones per misericordiam Dei declinando. Tandem fatigatus tantis laboribus, nunc hos fugiens, nunc illos, patrie fines natalisque soli dulcedinem exire cogitavit. Et qui naturale reliquerat commercium, non magni habuit natale relinquere solum. Mox omni dilectione[h] et affectu fratribus suis valefaciens, Deo pastori summe bono eos commendavit, acceptaque et data non sine gemitu magno suorum benediccione, discessit. Hinc timens Danaos, id est dona ferentes[4], nocturnis cursibus ad mare usque *pervenit ac alti dubios labores passurus, ratim quorundam in Italiam navigancium conscendit. Dei itaque clemencia flatuque secundo ventorum spirante, cursu veloci contingunt Italiam, et in litus optatum omnibus expositis, ipse ut peregrinus et advena Romam peciit, Romam tetendit. cf. 2.Reg. 15,31. *f. 161'

14. Quomodo divertit ad sororem suam dominam Theophaniam.

Ea tempestate Otto secundus monarchiam Romani imperii mira non minus prudencia quam potencia gubernabat, et ut imperatoriam maiestatem decebat, ipse princeps Romanus victor in omnibus existebat. Non solum in hostium preliis, sed eciam per legittimos tramites calumpniancium iniquitates expellebat, tyrannis cunctarum regionum sue dicioni subiectis, cunctis potenter imperabat, quoslibet vero religiosos humili sinceraque devocione colebat, ita ut universis magnis maior, universis humilibus sancta humilitate humilior appareret. Hic itaque princeps germanam beati viri Gregorii Theophaniam dominam, quam quidam Theophanu[i] nuncupant, ex Grecia filiam regis Constantinopolitani in uxorem duxerat[5]. Que licet in fascibus secundum seculi dignitatem gloriosa appareret, intus tamen in absconso non minori sanctitate quam frater eius in conspectu Altissimi clarebat iuxta illud psalmiste: *Omnis gloria filie regis ab intus*, et illud apostoli: *Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre*. Eo nempe tempore memoratus imperator augustus, relicta Rome imperatrice, in Galliam discesserat, atque duro Teutonicorum furori resistens, omnes[k] imperii sui partes in pace et tranquillitate regere curabat. Cognoscens autem servus Dei Gregorius germanam suam in Urbe degere, cum gaudio ad eam divertit. Sed tamen, antequam ad eam iret, in novitate tantum locorum captus, ymmo sanctorum amore, sancta loca sanctorumque patrocinia per aliquos dies latenter visitare studuit. In quo facto quam pulchro Deus miraculo eum imperatrici auguste[l], sorori sue, ostenderit, *non dignum, ut transeam, puto. Ps. 44,14. 2. Cor. 1,12. *f. 162.

15. Quomodo febricitantem curavit.

Dum enim sanctorum patrocinia ut peregrinus . . . . . . Exinde fama viri Dei in universis non solum civitatis angulis divulgatur, immo per tocius Tuscie, Campanie, Sicilie omnesque fines Italie propagatur. Confluunt ex provinciis circumquaque positis fideles, alii se oracionibus eius commendantes, alii infirmos suos deferentes. Multos per Dei misericordiam a variis infirmitatibus curavit, omnes vero

a) *supplevi, deest c.* b) *nescio an vox quaedam* (exhibicione?) *exciderit.* c) uotum *c.* d) eum *supplendum.* e) *ita in ima marg. minusculis literis praescriptum, omisit miniator.* f) virus *c.* g) requiratur *c.* h) dilectioni *c.* i) Theophaim *c.* k) omnia *c.* l) augusti *c.*

1) Cf. Sulp. Sev. Vita Martini c. 22: *diabolus, dum mille nocendi artibus . . . conabatur.* 2) Haec procul dubio ad ea referenda sunt, quae Vita I. c. 13. de catapano Graeco Gregorium Constantinopolim ducere volente traduntur. Auctor imaginem cortinae, qua haec depicta erant, non recte exposuisse videtur. 3) Cf. Verg. Aen. II, 390: *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* 4) Non intellexit vir simplex versum Verg. Aen. II, 49. 5) Quae de Gregorio cum Theophanu Romae conveniente in sequentibus capitulis traduntur procul dubio falsa sunt. Etiamsi imaginem haec repraesentantem auctor cortinae intextam vidit, certe tamen Gregorius imperatricem non Romae nec ante obitum Ottonis II. adiit.

participes esse oracionum suarum concessit. Ea itaque fama concitata domina Theophania imperatrix Deo devota ac christiano cultu in Christo religiosa, egressa de solio maiestatis, investigare ibat vestigia fratris peregrini. Et ignorans esse fratrem, querebat sancti Dei cognoscere sanctitatem. Quo invento, cum ingenti reverencia ipsum est aggressa. Et collocucionis copia tandem potita, gentem, patriam ipsius quesivit. Quem quidem Grecum idiomate lingue audivit. Inter loquendum non nichil eciam naturali *f. 162'. incitamine tacta, de *prosapia famuli Dei investigare curavit. In quo quidem verbo vir Dei quasi pudibundus sublicuit, fletu quoque motus, dissimulare se non potuit. Unde imperatrice augusta urgente, tandem confessus est, quis esset, quamvis invitus, patuitque imperatrici, nec sine fletibus, quia esset frater eius. Ruunt ambo in amplexus, et geminata utriusque hominis, tam exterioris quam interioris, leticia, divinas in laudes tandem prorumpunt, Deo graciarum actiones pro coniunctione utriusque persolvunt. Quid multis moror? Quanta tocius aule imperatorie fuerint gaudia, quanta exultacione exhilarata fuerit urbs universa Romana, explicare nequeo, estimacioni magis relinquere quam scriptis conprehendere sanum duco.

16. Quomodo ex consilio sororis ecclesiam in honore sancti Salvatoris construxit.

Vir itaque Dei inter tanta gaudia propositi sui[a] non oblitus, nec eciam inde dimotus, ad oracionis studium semper divertitur atque, omni terreno oblectamine postposito, ad Deum convertitur, pro quo omnia reliquit, ipsum secutus est super omnia. In oracione pernox, ad omne opus Dei velox, nichil preponens operi Dei, cuncta sprevit gaudia seculi. Quod considerans imperatrix, quod multo ante tempore manet alta mente repositum[1] tunc aperuit, atque ut oratorium construeret, in quo cum Deo famulantibus habitaret, fratri consuluit, sed et consilium dedit. Gregorius itaque sororis sanctis acquiescens consiliis, oratorium in honore sancti Salvatoris construxit atque religiose conversacionis viros in illud congregavit. Quibus imperatrix domina Theophania, matrona religiosa et Deo devota, sufficientes redditus in cotidianos usus constituit, ac eo loco imperialibus privilegiis adaucto, virum Dei Gregorium fratrum in oratorio conversancium communi electione et peticione abbatem fecit. Illic[b] Dei famulus omni humilitate habitans consueti non est oblitus operis, semper in Dei laude, semper in oracione. Ibi, opi- *f. 163. tulante Domino, utilitatem immensam animarum tam sancte exhortacionis studio quam probatissime *vite exemplo operatus est, instanter monitis divinis populum erudiens, pauperes de paupertate sua fovens Tob. 4, 9. iuxta illud Tobie: *Si multum tibi fuerit, habundanter tribue; si autem exiguum, eciam exiguum libenter impartire*[c] *stude*. Humiles eciam diligebat, superbos castigabat; errantes corrigebat, infirmos visitabat, divites dapsilitatem in pauperes docebat. Innumerabiles Romanorum sua correpcione conpuncti a lascivia seculi conversi sunt, sanctumque patrem secuti, sub scemate religionis servire ceperunt. Multos eciam discipulos venerabilis pater nutriebat in eodem monasterio. Nobilium quoque pueros celesti dogmate instructos mundi labentis luxus et divicias cum honoribus despicere docebat. Circa idem quoque oratorium, dum construeretur, quoddam Deus per servum suum operatus est miraculum, quod non sane credimus esse transeundum.

17. Quomodo cecum illuminavit.

Cum enim prenotatum edificaretur oratorium, cellulam sibi iuxta oratorium posuerat, ut in ea cum operariis suis quiescens curie regalis frequenciam vitaret. . . . . . . Concitati eciam nonnulli fidelium *f. 163'. tantorum fama miraculorum, nichilominus sancte conversacionis *scemate, de suis substanciis donaria ac elemosinas sibi suoque cenobio conferunt, Deumque sibi facere propicium suis suorumque oracionibus fratrum intendunt.

18. Quomodo Iohannes Campanus factus est monachus.

Tunc temporis nobilis quidam Iohannes nomine Campanus, audiens tantas servi Dei virtutes et sancta meditacione versans in secreto sui pectoris peccatorum suorum onuscula sublevare, de suis copiis decem summarios auro et argento oneratos famulo Dei Gregorio transmisit, orans et petens, ut eius misereretur atque Deum pro salute anime ipsius deprecaretur. Quam elemosinam beatus Gregorius abbas Ps. 111, 9. humiliter suscepit statimque pauperibus divisit iuxta illud psalmiste: *Dispersit, dedit pauperibus.* Nichil enim in rebus transitoriis curabat habere, nisi ut vel sustentaret se vel suos reficeret. Cetera vero omnia in usus pauperum expendebat. Nichilque sibi, imitator factus Magni Gregorii, in fugacis substancie luxu preter nature usum retinebat. Hoc huius erat intencio, hoc huius doctrina et predicacio, nichil habere comodi nisi fructum eterni stipendii. Quod percipiens memoratus ille nobilis, divina inspirante gracia, omnia seculi oblectamenta reliquit atque cenobium beati viri cum omni festinacione peciit. Quo perveniens, mox ad sancti viri pedes procidit et, ut ipsum sacro habitu indueret atque monasticis disciplinis instrueret, eciam cum lacrimis oravit. Vota viri sancta sanctus non distulit, ymmo cum sancto gaudens, consilio fratrum induit hunc habitu sacro docuitque Iohannem participem tipici nominis[2] sui esse. Instruxit quoque eum vite monastice regulam proposuitque ei pre omnibus caritatis ac humilitatis exempla, Ps. 73, 14. atque in brevi, qui datus erat in escas populis Ethiopum, quique fuerat preda seve mortis, factus est multis exemplum et causa salutis eterne.

a) sū c. b) Illuc c. c) *sic c.*

1) Cf. Verg. Aen. I, 26: *manet alta mente repostum.* 2) Quod Dei gratiam secundum Hieronymi interpretationem significabat.

19. Quomodo ceco reddidit[a] lumen.

Inter hec pietatis opera . . . . . .

20. Quomodo imperator Otto suscepit eum. f. 164.

Eo itaque tempore predictus imperator Romanorum Otto secundus, relictis Gallie finibus[b], transcursis Alpibus, Romanas rursum petebat arces. Cum iam prepeti volatu fama revertentis Romanorum perculerat aures, vir Dei Gregorius multa populi frequencia pregravatus, hac fama vulgata, cepit aliquantulum respirare, cogitans quoquo modo sapientis principis consilio onus, quo laborabat contra votum, deponere. Erat enim ipsi labor immensus — ut qui voverat[c] solitarie vivere, mundo et concupiscenciis eius se abstrahere — invitum hiis omnibus interesse. Ut enim ait quidam: *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* Unde et veloci itinere occurrit imperatori. Quem imperator cum magna suscepit devocione. Cognoverat enim eum fama ante quam corpore, cum iam virtutibus et signis in toto claresceret orbe. Multum quidem imperator exhilaratus eius adventu multoque honore eum dignatus, ei processit obviam, atque ipsum benigne deosculatus, data *dextra, lateri suo eum de cetero semper coniunxit, quoad *f. 164'. vir sanctus comes curie regalis esse voluit.

21. Quomodo Luzonem monachum curavit.

Non longam moram imperator in urbe Romana faciens, ad Galliam, negociis exigentibus, revertitur secumque beatum virum cum tota domo sua, videlicet uxore domina Theophania suaque prole, ducit. In quo itinere monachus quidam Luzo nomine, audita fama servi Dei, urgente ipsum infirmitate satis periculosa, occurrit ei. . . . . . . Cui vir sanctus, oracione facta, signum crucis imposuit atque cicius dicto sanum, incolumem ab omni morbo reddidit. Vidit hoc imperator, viderunt omnes qui in comitatu eius erant et glorificaverunt Deum, qui in sanctis suis gloriosus est. Disseminatur ubique miraculum. Cuius tamen seminis vir Dei non appeciit fructum, cuius gloria erat fidelis consciencie testimonium. 2. Cor. 1, 12.

22. Quomodo imperator consilium dedit Gregorio, ut cenobium construeret.

Ipso tempore imperator citato cursu omnium orientalium fines superans, Lothoringos adiit atque Aquisgrani, ubi sedes imperii a Karolo Magno posita dicitur, curiam principibus indicit. Confluentibus illuc cunctis regni primoribus, tam religiosis quam secularibus, semper Gregorius proximus erat regio lateri, parvipendens tamen queque honorum genera, Christum usquequaque gerens in consciencia. Senciens autem imperator eum nimium gravari frequencia seculari et huiusmodi negocia pertesum ducere, hoc convenit consilio, ut locum eligeret, in quo cenobium collocaret, in *quo viros religiose conversacionis induceret, *f. 165. cum quibus et ipse absque tumultu seculi religiose viveret. Quo consilio letificatus Dei famulus, Deo gracias egit et locum talibus edificiis aptum, accepto imperatoris consilio, studiosius investigavit. Tunc, ut divina ordinavit providencia, Porcetum ei ab imperatore datur[1], quoniam talibus votis apcior locus non inveniebatur. Non nimium a populo est segregatus nec nimium immixtus, sed quoddam tenens medium, quasi virtutum in se recludit misterium. Hinc opus in longum latumque, quoad opus erat structure, operoso artificum studio deducitur, fundamentum in firmam petram et stabilem, ut decet ecclesiam, ponitur, atque oraculum in honore sancti Appollinaris martiris sanctique Nicolai confessoris construitur. Deinde vir Dei Gregorius, ut ordinaverat, religiose vite monachos, viros timentes Deum, illuc congregavit, officium divinum in monasterio constituit, et acceptis ab imperatore redditibus, stipem sufficientem Deo ibi servientibus ordinavit. Preterea libertatis lege, ut decet, domum Dei dotavit, nulliusque nisi imperatorie dicioni eam subiectam esse imperator ipse dictavit[2]. Quod eciam privilegiis solida veritate munitis, sicut adhuc habentur in eadem ecclesia, coram primatibus imperii confirmavit. Hiis ita officiosa sedulitate peractis, dominus Otto imperator virum Dei Gregorium in eodem loco abbatem constituit et locum ipsum tum propter Deum, tum propter virum sanctum quibus poterat honoribus ampliavit. In quo cenobio beatus Gregorius usque ad terminum vite presentis sancte et religiose versabatur. Nemini unquam nocuit, omnibus profuit, honore omnes preveniens, et cum esset pater monasterii, omnes ut patres colens, illum in mente recolens, qui non venit ministrari, sed ministrare. *Fulgebat itaque vir Dei sanctitate Matth. 20, 28 *f. 165

a) *sic in ima marg. praescriptum;* l. r. *miniator.* b) fratribus *c.* c) noverat *c.*

1) Ab Ottone III. Porcetense monasterium fundatum esse constat. Cf. diploma Heinrici II. d. 1018, Ian. 21, Lacomblet, 'NR. UB.' I, p. 93 (St. 1697) huic monasterio datum: *pro remedio animae nostrae seniorisque nostri atque nepotis, Ottonis videlicet tercii imperatoris augusti, qui ipsum locum a fundamento ad Dei servitium ordinare cepit.* Brunwil. monast. fund. actus c. 10, SS. XIV, p. 131. Gregorium ab Ottone III. in Germaniam ascitum esse etiam extremis verbis Vitae I. indicari videtur. Gregorii abbatis in uno tantum diplomate Ottonis III, dato a. 1000, Febr. 6, mentio fit, Böhmer, Acta imp. sel. p. 28 sq., nr. 33 (St. 1212a) hoc modo: *monasterium sanctorum martirum Apolnaris et Nicolai venerandique confessoris Gregorii, in eodem monasterio corporali quiescentis materia, a quo idem venerabilis locus funditus fuit edificatus, non longe distans a nostro sacrosancto Aquisgranensi palatio, communi vocabulo Burci nominato* (lege *nominatum*). 2) Cf. diploma Conradi III. regis d. d. 1138, Apr. 8, Lacomblet I, p. 216 sq. (St. 3369): *Noverint . . . . , quod Porcetensi ęcclesiae privilegium, quod ab omnibus regibus et imperatoribus a tempore pii Ottonis, fundatoris eiusdem ęcclesiae, usque nunc obtinuit, concedimus, videlicet ut abbas ipsius cenobii nulli penitus nisi regiae personae subditus existat.* Priorum regum tale privilegium non exstat.

ineffabili, bonitate inestimabili, discrecione in subiectos et omnes homines diligebat caritate incomparabili. Hac vite specie rerumque honestate iam in senectutem bonam declinaverat, cum ei quadam nocte quiescenti in stratu suo beatus Pachomius, eius abbas in Grecie partibus primus, per sompnium sibi apparens, sive eius angelus, exitum suum predicit atque imminere sibi terminum vite patefecit. Quam revelacionem mane fratribus indicavit, et de fine vite sue certificatus, solito more celestis eos instruit norma vite, fidem bonam, spem certam, caritatem perfectam docuit eos habere iusticieque tramitem Philip. 2,8. emulari omnique humilitate dominum Ihesum Christum imitari, qui humiliavit semet ipsum, factus obediens patri usque ad mortem. Quod fecerat docuit, castitatem, humilitatem omnemque caritatem, mentis et corporis sinceritatem, in quibus vite cursum consummavit, discipulis magister proposuit. Hac specie recti semper vite tramitem direxerat[a]; unde nisi recta et sancta docere et facere non[b] noverat, eaque de causa semper adversarium diabolum habebat, sicut et in sequentibus ostendetur.

23. Quo fine discesserit sanctus Gregorius.

f 166. In articulo namque mortis positus . . . . . . Post hec vir Dei Gregorius, rebus sui cenobii ordine bono dispositis, sacramentis ecclesie munitus, universitatem sui gregis paterna benignitate salutavit, sicque emisso spiritu, in pace obdormiens requievit. Migravit ergo illa sanctissima anima ad Dominum pridie Nov. 4 Nonarum Novembrium[1]. . . . . . . Tunc fratres cenobii, licet ingenti merore afflicti pro tanti patris amissione, congregata tamen multitudine religiosorum, tam canonicorum quam civium, prope adiacentis civitatis Aquensis, cum magna reverencia exequias beatissimi viri celebraverunt ac eius spiritum commendantes Deo omnipotenti, corpus exanime in oratorio, quod ipse construxerat, devotissime sepelierunt. Locus autem sepulture nonnullum sanctitatis eius prestabat hactenus argumentum et satis ammirandum. Nam omnes modos sepulchrorum modernorum tanta cotidie crescendo excellebat altitudine, ut non mausoleum iam putares defuncti, sed aram sacrificii. Patet enim luce clarius nunquam ad eius sepulchrum quenquam tam tristem quam desperatum accessisse, quin letum et hilarem constaret eum inde redisse. Sicut enim in vita sua fecit mirabilia, ita et in morte non cessavit in eo divine virtutis gracia. De quibus multa miraculorum insignia antiquitate aboluerunt[c], pauca ad nos pervenerunt, circa seriem nostri temporis manifestata et multorum assercione fidelium contestata.

24. Quomodo diu post obitum suum[d] sanavit contractum.

Contractus quidam pedibus . . . . . .

f. 166'. 25. Quomodo abbas Wolframmus[e] per eius meritum est liberatus.

In eodem loco abbas quidam Wolframmus[e] nomine[2] postmodum extitit, vir religiosus et modestus, sed calculi passione multo tempore graviter laborans; unde et balnea frequentabat, si quo modo passionem hanc, cum furor ille venit, delinire posset. Contigit eciam in quadam anniversaria die obitus beati viri, fratribus post missam commendacionem anime pariter et solempniter cum campanarum conpulsacione facientibus[f], predictum abbatem, urgente prenotata passione, in balneis sedere et pre nimio quo torquebatur dolore, auditis campanis, acsi iam expiraret, clamare: 'Gregori, sancte Dei, si aliquid apud Deum potes, miserere mei! Miserere mei, vir beatissime, et libera me precibus tuis ab hac passione, qua crucior artissime!' Non defuit ex alto miserator Deus clamanti, quia non defuit Dei famulus 'f 167 conpaciendo conpacienti, 'ymmo in momento ipsius viri calculus mire magnitudinis iuxta horum qualitatem totus concussus et in arene modum immutatus ab ipso abbate in balneis exiliit, et particulatim radix atque generata materia calculi tota exivit, ita ut de cetero sanus et incolumis omni tempore vite sue ab infirmitate permaneret et Dei magnalia in dilecto suo Gregorio predicare et benedicere non cessaret. Unde et postmodum omni tempore vite sue non minimum[g] sollicitus de sancti viri huius exaltacione atque translacione, primo de vite ipsius sanctitate disquirere cepit et ubicumque poterat investigavit. Conscripta quidem vita eius hactenus habebatur, eciam, ut quidam [dicunt[b]], aureis et argenteis literis [exarata[b]], in eadem ecclesia, sed postmodum casu non satis noto conbusta. Hec autem que inde perstrinximus, cum eo satagente, tum[h] domino Arnoldo, post obitum predicti patris successore, ardencius consummante, in cortina satis antiqua Colonie in ecclesia sancte Marie, ubi sanctimonialium chorus Deo famulatur, invenimus cum evidentibus capitulis. Hanc eciam cortinam domina Theophania imperatrix, soror beati Gregorii, in memoriam dilecti fratris sui conponi post obitum eius iussit, Dei genitrici in decorem ecclesie Dei optulit.

26. Quomodo abbas Arnoldus transtulit eum.

Nec hoc a memoria futurorum occultandum, quia dominus Arnoldus sepedicti monasterii abbas[3] suis temporibus ardencius emulator existens paternarum tradicionum, cum in decorandis edificiis domus

a) dixerat *c.* b) *supplevi, deest c.* c) *sic c. pro* aboleverunt. d) *sic in ima marg. praescriptum, omisit miniator.* e) Wolfrānius *c.* f) faci|, *c.* g) mīmū *c.* h) cum *c.*

1) Sed legendario Austriaco sub die Apr. 16. eius Vita inserta est. 2) Qui nusquam alibi commemoratur. Ex eo quod Arnoldus c. 26. ei successisse dicitur, patet eum post a. 1151, quo Onulfus abbas monasterio Porcetensi praefuit (vide chartam nr. 15. apud Quix, 'Gesch. der ehemaligen Reichsabtei Burtscheid' p. 216 sq.), ante a. 1179. sedisse. Quix Arnoldum abbatem non habet, perperam Gregorio is successisse dicitur in falsissima serie abbatum Porcetensium, quam exhibet Gallia christ. III, col. 1028. 3) Huius habemus chartam datam a. 1179, Lacomblet I, p. 330, ubi cum dicat:

Dei et claustri sui multa fecisset, de hoc sancto viro atque ipsius membris gloriosis gloriosum aliquid facere cogitans, indignum quippe reputans, ut, quia iam ad gaudia transiit angelorum, in terre pulvere dormiens humili memoria uteretur hominum, congregatis multis religiosis, in ieiuniis et oracionibus constitutis, tumulum beati viri cum omni reverencia aperuit; in quo vas ex plumbeis tabulis conpactum est inventum atque membra beati viri conposita in eo. *Super illud epitafium tale est scriptum: *f. 167'.

Continet iste taphos peregrini membra sepulti
Nomine Gregorii, meritis studioque colendi.
Regis Grecorum natus Gregorius abbas[1]
Primus Porcetum coluit templumque locavit,
Cuius in hac fossa requiescunt corporis ossa.

Quibus in hunc modum inventis, in religiosa devocione ab oratorio illo cum honesto populi et cleri conventu, collectis sacris membris, in ecclesiam maiorem in honore sancti Iohannis baptiste constructam deportavit atque iuxta summum ipsius baptiste altare[a] in sarcophagum spectabilis operis deposuit, sperans se pro huiuscemodi impenso obsequio remuneracionem eternam percepturum a Domino. Non enim plura vel maiora ausus est ipse pater cenobii apponere, quia auctoritate apostolica nondum canonizatus erat, licet merito in numerum sanctorum transierit nichilque in angelorum consorcio perderet, de quo testimonia tua, Deus, credibilia facta sunt nimis. Ps 92, 5. Unde et in eodem loco fideles vota sua frequenter offerunt Deo, sanctissimi viri se precibus commendantes, per ipsum a Deo veniam consequi peccaminum non inefficaciter sperantes, cuius nos precibus eciam adiuvari supplices deposcimus. Amen.

ADDITAMENTUM.

1. Non longe post translacionem beati Gregorii facta est dispersio monachorum, et divina favente clemencia, de consensu principum tunc temporis datus est locus ille sanctimonialibus Cisterciensis ordinis, quoniam votis et officiis earum aptus erat. Que anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo vicesimo 1220. venientes de Monte Salvatoris[2] numero quinquaginta vel plurium[3], ex quibus abbatissa[4], que eciam tunc temporis regimen abbacie susceperat, alieque sorores quam plures usque in presens manent. Invenerunt itaque locum sepulture ita exaltatum, sicut superius declaratum est[5], ut iam non crederent sepulcbri loculum, sed altare. Invenerunt eciam in eo vas illud plumbeum, in quo membra beati viri conposita fuerant, de quo eciam superius mencio facta est[6]; invenerunt, *inquam, et viderunt et testimonium perhibent *f. 168. veritati. Translatus itaque beatus Gregorius, ut dictum est, longo tempore velut abscondendo sanctitatis sue lucernam, paucis diebus miraculis declaratus est, ut pene eius veneracio a memoria hominum laberetur. Nunc autem, quia advenit tempus miserendi, oracionibus fidelium locum frequentancium conpulsus cf. Ps 101, 14. Dominus misericordie sue ostium per merita viri sanctissimi aperire dignatus est. Nullus tam tristis vel infirmus sepulchrum eius contingit, quin hilaris et adiutus exinde ad propria revertatur[7]. Anno igitur Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo accidit, ut quidam cecus a longinquis partibus veniens . . . . . . 1261.

2. Item apud cenobium predictum due sunt sorores religiose, quarum altera dolore gravissimo in mamilla torquebatur. . . . . . . Accedentes *ergo predicte sorores ad[b] beati Gregorii tumulum, sanitatem *f. 168'. per ipsius merita, cooperante Domino, receperunt. Cui miraculo nos abbatissa et totus conventus eiusdem cenobii testimonium perhibemus.

3. Quedam eciam matrona de civitate Aquensi apud nos habebat infantem in dolore calculi laborantem. . . . . . .

4. Vidua quedam paupercula in villa Porcetensi infantem cuiusdam de civitate Aquensi nutriebat. . . . Nos omnes tam spirituales quam seculares persone, que eramus in villa Porcetensi, hec vidimus et testamur. . . . . . .

5. Item accidit, ut quedam domina de Mosella coniugata propter importunitatem mariti sui in quandam deciderat insaniam, sic quod, relicta provincia, per devia tanquam demens corporis vagabatur; tandem cum quibusdam peregrinis ad dedicacionem beate Marie in Aquisgrani properantibus Porcetum pervenit. Ubi cum videret multitudinem populorum congregatam, in tantam rapta est *demenciam, ut *f. 169 crederet peregrinos ibi congregatos propter destructionem sui corporis convenisse. Hec vero credens, vitans turbam pomposam, ad submergendum se sponte, multis videntibus, in vivarium monialium se proiecit. . . . . . .

a) *supplevi, deest c.* b) ab *c.*

cum primum suscepissem pastoralis regiminis curam, ... videns tenuitatem redituum nostrorum non satis sufficientium ad usus fratrum nostrorum, . . . adaugere eos . . . laboravi, iam tunc aliquanto tempore abbatiae eum praefuisse apparet. Qui etiam in charta a. 1192. occurrit; Lacomblet I, p. 372, nr. 535. 1) Multo post Gregorii obitum hoc epitaphium compositum esse patet, cum iam filius imperatoris Constantinopolitani fuisse crederetur. 2) Aquisgranensi. 3) A. 1222. Fridericus II. imperator hanc mutationem ab Engelberto archiepiscopo factam confirmavit; Lacomblet II, p. 53 (Reg. Imp. V, nr. 1377). 4) Helswendis. Ut Quix l. l. p. 105. contendit, circa a. 1255. Helswendi I. altera abbatissa eiusdem nominis successit, quod hoc loco a. 1261. vel paulo post scripto refutatur. 5) C. 23. 6) C. 26. 7) Fere hoc loco repetita sunt verba c. 23.

EX VITA S. GUDILAE AUCT. HUBERTO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Nescitur, quis fuerit neque ubi vixerit Hubertus, qui, ipso teste, Vitam S. Gudilae saec. X ex. Bruxellam translatae post a. 1047.[1] *conscripsit, petente Alberto quodam*[2], *qui ei antiquiorem brevem libellum de vita S. Gudilae rustice conscriptum attulerat; qui libellus iam periisse videtur. Certe saec. XI. Hubertus vixisse videtur, cui aevo convenit, quod sermonem per totum libellum syllabis sententias terminantibus consonis exornavit. De ipsa Gudila Hubertus nihil memoria dignum retulit, sed tantum laudes eius more hagiographorum celebravit et miraculosa narravit, Vergilium ita imitatus, ut nonnulla capita paene tota dictis et versibus Vergilianis componeret. Quaedam vero subiecit de translationibus s. Gudilae et de monasterio virginum Morzellae in honorem S. Gudilae condito, unde quaedam hoc loco exhibere visum est.*

Quae excerpta damus ex codice Bruxellensi nr. 1770—1777, *olim societatis Iesu Brugensis, mbr. saec. XIV*[3], *a V. Cl. E. Ouverleaux exscripto, ex quo eundem libellum primus Ioh. Bollandus, Acta SS. Ian. I, p.* 514—524, *edidit*[4].

Extrema pars huius libelli periisse videtur[5], *sed haec suppleri potest ex Vita altera, quae saec. XII. aut XIII, ut videtur, ita composita est, ut pleraque breviata ex Huberti libello paucis mutatis exscriberentur, nonnulla de Nortmannis Belgicam vastantibus ex Reginonis chronico sumpta insererentur. Haec Vita primo a Laur. Surio edita, Vitae SS. prob. I, p.* 162 *sqq. (ed. 2. p.* 121 *sqq.), repetita est a Ioh. Bollando l. l. p.* 524 *sqq. et Iac. Ghesquière, Acta SS. Belgii V, p.* 716 *sqq., exstat in codice Bruxellensi nr.* 3391—3399, *mbr. saec. XIV.*[6]

O. H.-E.

(1) Dilectissimo fratri Alberto Hubertus, servus servorum Dei, et hic secundis successibus Christo obsequi et in futuro cum tripudio astare eius conspectui. Attulisti ad nos nuperrime[a] quaternium, frater amantissime, in quo pauca continebantur de virtutibus almae virginis Gudilae. Ipsarum quidem rerum continentia auro obrizo topazioque preferenda, sed lectionis compositio barbarismis ac solecismis pro modulo sui adeo referta, ut probaretur esse plus quam rustica. Quod scriptorisne obtigerit negligentia an dictatoris inscientia, a nostra omnino remotum est conscientia. Ergo nostram parvitatem appellasti

a) nuperime *c.*

1) In extremo enim capite apparet Hubertum iam scivisse corpus S. Gudilae ex ecclesia S. Gaugerici in ecclesiam S. Michaelis a. 1047. a Lamberto Baldrico comite translatam esse. 2) Ex eo quod Hubertus Albertum fratrem appellat, se ipsum servum servorum Dei vocat, utrumque congregationis cuiusdam Belgicae, fortasse Bruxellensis, socios fuisse coniicere possis; cf. 'Hist. litt. de la France' VII, p. 429 sq. 3) Cf. Anal. Bolland., Catal. codd. hagiograph. Bruxell. I, p. 294. 4) Numeros paragraphorum Bollandi in margine adnotavi. 5) Haud dubie Hubertus translationem a. 1047. Bruxellae factam narraverat, ad quam extrema verba iam spectant. 6) Cf. Catal. codd. hagiogr. Bruxell. I, p. 391, ubi prologus a Surio omissus editus est. Eandem Vitam non integram, prologo et cap. 8—10. carentem, continet codex Dusseldorpiensis B46, chart. fol., f. 1—4'. Desunt igitur quae ex ea edidimus.

humiliter, ut ipsorum sensus gestorum excipiens fideliter, meis verbis dissererem scolariter atque ordinarem competenter. Ego autem ad primum hortamen karitatis tuae id ipsum differre quam malui facere, duas ob causas maxime deterritus ab attemptando hoc opere, tum quia non hactenus attigissem huiusmodi formam materiei, tum quoniam super vires meas viderem esse hoc negotium, in quo meis [senioribus[a]] ac per hoc prudentioribus omni conamine esset laborandum, nedum ego iuvenculus et, ut vere fateor, salis nullius, presumerem aptare me ad illud subeundum. Sed iterum et tercio super hac re a (2) tua familiaritate monitus, adiudicavi me tuis assensurum petitionibus. Cum enim volverem in animo multa meae timiditatis tardacula, occurrit michi illa sapientissimi viri sententia: *Quia sapientia aperuit* (Sap. 10, 21.) *mutorum ora et linguas infantium fecit disertas*; illudque Daviticum sub sponsione Dei prolatum: *Dilata* (Ps. 80, 11.) *os tuum, et implebo illud.* Tandem corroboratus horum fulcimento testimoniorum ipsiusque caritatis instinctu pulsatus admodum, quae omnia sustinet, ut testatur doctor gentium, arripui onus iniunctum. Ita- (1. Cor. 13, 7.) que quo genere haec sanctissima virgo decurrerit, cuius sanctitatis vitam transegerit, quantisve vivens ac post obitum miraculis effulserit, stilus noster declarabit. Bona vero venia flagito a lectoribus, ut fidem adhibeant dictis neque autument quicquam me scripsisse nisi compertum et probatum — alioquin michi sanctius esset tacere quam falsa dicere[1] —, nec attendant nostrae rusticitatis verba, sed facta, meminerintque non ab oratoribus, sed a piscatoribus[2] incohoasse sanctae ecclesiae rudimenta. Nunc assit virtus Spiritus sancti, quae moveat organum oris nostri infantissimi! Haec gloria hautquaquam illi est nova: ipsum enim mutum subiugale Balaam humanas fecit effundere loquelas, primitus etiam credentibus diversas (Num. 22, 28.) dividebat linguas. Meum quoque palatum suo rore dignetur irrigare, ut sit sufficiens ad enarrandas virtutes domus suae, scilicet virginis inviolatae; per cuius intercessionem ego scriptor, tu autem monitor pariterque universi qui tecum sunt fratres a nexibus peccatorum expediamur omnes atque, ab infernali incendio extorres, mereamur fieri divinae gloriae participes.

Beata igitur Gudila virgo dignissimum habuit ortum in Brabantensi pago, germine nobilis, sed (3) nobilior indole mentis, parentibus secundum seculi dignitatem[3] excellenti insignitis prosapia et in amministratione[b] rei publicae adeptis honorum fastigia. Pater siquidem eius extitit Witgerus, quem in fascibus comitatus egisse accepimus; genitrix vero eius generosissima Amulberga constat nuncupata. Ipsa autem virgo regali celsitudine progenita tam religiosissimam quam etiam nobilissimam duxit genealogiam. Copulabatur enim sanguine sanctae Gertrudae, quae filia Pippini connubia viriliter contempsit in terris, ut esset apta caelestibus thalamis[4]. Efferebatur quoque sanctarum Aldegundis ac Waldetrudis cognatione; quarum prior, Deo dicata sua virginitate, se sub regulari cohibuit districtione, atque in eodem celibatu curriculum peragens vitae, nunc immaculati sponsi comitur dyademate; altera vero sub annis pubertatis nupta cuidam duci, post suscepta ex pudico matrimonio sancta pignora, depositis sericis, auro gemmisque radiantibus induviis, similiterque supellectilibus reliquis in usus pauperum prorogatis, ex huius mundi naufragio evasit nuda, diu desiderata capiens velamina sacri ordinis. Denique, ut fieret in propatulo, quam longe esset ab illa domo, cuius indigena erat nostra virgo, improbitas, et quam domestica inhabitaret probitas, habuit sorores sanctitate famosas, videlicet Reinildem atque Pharaïldem, germanumque fratrem sanctum Emebertum episcopum Cameracensem[5]. Sed nimia verbositatis usi multitudine, dum nobis est intentio seriem eius generationis adnotare, iam dirigamus ad sequentia cursum orationis nostrae. . . . . . .

Erat autem in confinio villa Morzella[6] vocabulo, distans ab eorum[7] mansione duorum miliariorum (8) interstitio, in qua aedificatum fuerat oratorium in honore sancti Salvatoris dedicatum. Hunc locum diligens beata virgo expetiit, remota a suis, vitans eis esse molestiae in omnibus saltem modicis negotiis atque appetens vacare solius contemplationi Divinitatis. . . . . . .

Corpus vero eius[8], ut oportuit, religioso officio ac more ecclesiastico composuerunt sacri ordinis (13) ministri ceterique fideles, super illud Daviticis cantionibus congruisque orationibus operam dantes. Deinde divina peragentes mysteria odoramentis, et accensis faris prelatis, prout postulabat res funebria[c], condiderunt in sepulchro cum honestate decentissima, quod extruxerant ante fores oratorii in villa Ham[9] vocitata. Huius depositio celebratur die octavo ab introitu anni, quod est 6. Idus Ianuarii. . . . . . . (Ian. 8.)

Post haec ceperunt reliquiae sanctae virginis virtutibus pollere, locusque eius sepulturae crebris (24) miraculis enitere. Quam ob rem post elapsos a transitu eius quam plures annos quique fideles ad alterutrum ea quae viritim viderant conferentes, quaesitu opus esse dicebant, quod sibi in talibus consilium, quidve esset agendum. Et diu, quaqua versum potuere, trutinantes sententiam, ad huius tandem consilii ventum est censuram, quoniam oporteret illam inde transferri. . . . . . .

Tandem ventum est ad villam Morzelensem miliariis decem a vico Ham distantem. Ergo in basi- (28) licam sancti Salvatoris sancta ossa[8] introduxere et cum magna laetitia atque honore necnon et hymno-

a) *supplevi, deest c.* b) amministrationem *c.* c) *sic c.*

1) Haec sunt verba Sulp. Severi, V. Martini c. 1, a multis Vitarum scriptoribus repetita. 2) Haec etiam verba Sulp. Sev. l. l. prol. 3) Iterum verba Sulp. Sev. l. l. c. 2. 4) Cf. Vita Gertrudis, SS. Merow. II, p. 453 sqq. 5) Cf. Gesta ep. Camerac. I, 16, SS. VII, p. 408, ubi Vita antiquior Gudilae, quam Hubertus legit, non haec auct. Huberto adhibita est. Ibidem tres sorores Gudilae commemorantur, inter eas Sarachildis pro Pharailde hoc loco nominata. S. Pharaildis in Vita eius, Acta SS. Ian. I, p. 170, filia Theoderici regis fuisse dicitur. 6) Moorsel prope Alost. 7) Parentum Gudilae. 8) Gudilae. 9) Hamme (arr. Termonde).

rum decantatione, sed et cereorum lumine aromatumque suavissimo odore cum suo loculo post sacrum altare constituere. . . . . . .

(30) Eodem autem die huiuscemodi rei[1] rumor circumquaque decurrit et per cunctorum ora volitans[2] ad palatium usque pervenit. In tempore illo sceptrum monarchiae imperialis tenebat Karolus victoriosissimus piissimusque augustus, qui ex tropheis frequentibus triumphatisque nationibus cognominatus est Magnus, qui regni Francorum spacia longe lateque dilatavit et Christi gloriam in suis finibus ampliavit. . . . . . .

(31) Rex[3] interea memorabilis ibidem maxima sanctae virgini devovit atque attribuit munera, vasa scilicet aurea et argentea palliaque peregrino opere elaborata. Ipsum quoque fundum Morzelam ei tradidit cum universa inhabitante familia, hoc sanctae placere intra se reputans, quoniam specialiter pre omnibus hanc sedem delegerat suis ossibus. Quae singula testamento mandavit et subscriptis testibus assignavit et ecclesiae, in qua sancta iacebat, in perpetuam hereditatem delegavit. Super haec aggregavit illic sanctimonialium gregem, quae inibi Christo et eius virgini famularentur spiritualiter et consueta officia persolverent die noctuque incessanter; quae ut nullius rei inopes indigentiae manus darent atque a proposito sancto deficerent, strenue egit, ut quae vitae necessaria forent nulla deessent. . . . . . .[4]

(37) Post multa et magna miracula ostensa in vico Morzelae dispensatione Domini, collocata sanctimonialium congregatione inibi in honore dilectae Deo Gudilae virginis, multiplicata populorum malitia, laeta et prospera turbavit dyaboli versutia. Ipse quippe adversarius noster, qui bonis invidet et malis semper
1. Petr 5, 8 aggaudet, dum tanquam leo rugiens circuit, querens quem devoret, si qua adhuc virtutum vestigia remanserant in terris, nititur abolere omni molimine impietatis, ut iacula atrocitatis suae per corpora exterius transmitteret liberius — heu dolor et facinus! — primo venena sua in anima diffundit interius, tanto gravius, quanto habundantius. Sic, ut diximus, ascendente ad Dominum clamore nequiciae christianorum, ut similem moribus invenirent penam, fines Lotharingiae gens invadit paganorum. Fiebant crebrae incursiones, rapinae frequentes, impietates multiplices et mirabiles, sanctuaria vertebantur in derisum, in predam substantiae incolarum. Ita pace turbata, res cenobii Morzellensis paulatim diripit adversariorum insatiabilis cupiditas. Sed Otto senior tunc temporis imperator gravibus curis et multimodis regni occupatus negociis, dum adversantes non cohibet censura regiae severitatis, maiorem et graviorem licentiam iniusticias faciendi tribuit etiam domesticis, et dum regno nequit propellere alienigenas, ecclesiae Dei inimicos indigenas sentiunt.

(38) Igitur post tanta et talia regni flagitia recedentibus paganis, Wenemarus quidam in ecclesiam sanctae Gudilae consurgit, omni crudelior bellua et specie christianus, non opere, paganos ipsos nimia vincit crudelitate; bona ecclesiastica in usus suos et suorum stipendia satis audaciter presumpsit vendicare et ancillas Christi iniuriis et egestate coactas compulit fugere et ut oves sine pastore circumquaque vagantes errare. Si quam preterea de numero Deo servientium mors occupabat, locum eius avaritia Wenemari supplere nolebat; sed non mirum erat, qui et viventibus sua denegabat. Hoc[a] tandem iusto iudicio Dei tam animae quam corporis dampnato[b] morte, dolet ecclesia ipsum filios reliquisse; quorum unus Ermenfridus res ecclesiae supradictae invasas[c] iniuste non timuit, mortuo patre, suscipere et per aliquot annos tenuit sine alicuius contradictione vel defensione; hoc enim tempore, ut clamat veritas
Iudic 17, 6. cf Eccl. 11, 9. Scripturae, neque rex neque dux in Israel erat, sed unusquisque in via cordis sui ambulabat. Tanta denique aliorum malorum pericula, tanta adversitatum undique creverant incommoda, tanta insuper principum erat negligentia vel defensorum impotentia, ut res ecclesiarum minui vel diripi in hiis finibus ab aliquo iam eis esset pro minimo.

(39) Post haec Ottone secundo tenente imperium, Karolus, filius Lotharii regis Francorum, in regno Lothariae adeptus est ducatum. Qui statum imperii dolens perturbari multipliciter, ad melioranda negocia multorum animadvertit sollerter. Unde inter cetera res sublatas ecclesiae Morzellensi invasorum partibus nisus[d] est subtrahere et sanctae Gudilae famulantibus restituere. Sed quivis scire potest facile, quam difficile corrigantur, quae in consuetudinem venerint diutina dilatione. Sua loco sancto reddere volebat industria Karoli ducis, sed obstabat aviditas pervasoris nec Deum timentis nec hominem reverentis.
Ps. 26, 12. Insurgunt testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi. Ermenfridum omnes suae partis clamant esse patris successorem et paterni boni heredem. Ducis autem prevalente potentia, Ermenfridus suique complices amantes terrena, parvipendentes caelestia, inito consilio, invasas terras retinent sibi et pretiosam margaritam, omnibus datis comparandam, corpus scilicet Gudilae sanctae, dant bono negotiatori, Karolo videlicet glorioso duci. O miseros et miserandos omni modo, qui instar brutorum animalium terram respicientes pectore prono ac ventri obedientes[5], non Deo, ipsi se indignos tanto iudicant dono, et sicut paternam rapacitatem eis hereditate cessisse gavisi sunt, sic quasi aeterno mucrone perfossi, paternae necis exitum sibi contigisse testati sunt. Nam universos eiusdem possessionis coheredes inaudita miserabilique nece notum est finiri ad extrema venientes.

(40) Karolus vero dux pro nichilo ducens dampna terrarum, felici commercio gaudet se caelestem suscepisse[e] thesaurum. Bruxellam venit corpusque tuum, virgo clarissima, cum honore debito in ecclesiam sancti Gaugerici intulit, et quid sibi cessisset boni, gestiens probare oculis, temere, quamvis devote,

a) Hac *c.* b) dampnati *c.* c) invasus *c.* d) visus *c.* e) suscepisce *c.*

1) Arboris a vico Ham Morzellam miraculose transplantatae. 2) Cf. Verg. Georg. III, 9: *virum volitare per ora.* 3) Karolus Magnus. 4) In sequentibus miraculum narratur, quod factum est, cum Karolus Magnus prope Morzellam ursum venaretur. 5) Cf. Sall. Cat. c. 1: *prona atque ventri obedientia.*

voluit aperire thecam virginis. Mox ecclesiam totam nebula circumfundit, oculos presentium caligo retundit, atque sic providentia Dei omnes ab incepti temeritate retrahit. Dux bono flagrans desiderio, clementiam Domini triduano placare studuit ieiunio. Tandem consecutus quod voluit, thecam aperuit, corpus sanctum vidit, rursus clausit, clausam sigillo signavit. Partem etiam villae quandam quae vocatur Molembecca[1] sanctae virgini tradidit et sex familias addidit et alia complura altaris vestimenta donavit. Illic non sine magna veneratione quievit usque ad tempora comitis Lamberti*[2], nepotis, de quo prelocuti sumus, ducis Karoli. Tu autem, Domine, etc.[a]**

*) Baldrici *Vita II.*

**) *Vita II. a Surio edita addit haec, quae procul dubio ex ultimo capite Huberti perdito sumpta sunt, quibus varias lectiones subiecimus exscriptas a V. Cl. E. Ouverleaux ex codicibus Bruxellensibus 1) nr.* 3391—99, *mbr. saec. XIV, f.* 237', *et 2) nr.* 7569. *recenti Bollandianorum apographo, qui hanc Vitam immutato aliquatenus et breviato stilo continent*[3]:

Millesimo[b] quadragesimo septimo anno incarnationis dominicae, 15.[c] indictione, Damaso apo- 1047.
stolicae sedi presidente summo pontifice, Henrico II.[d] regnante, dedicatum est in monte Bruxellae templum 16. Kal. Decembris ad laudem nostri Redemptoris, in honore[e] sancti archangeli Michaelis Nov. 16.
a[f] Gerardo Cameracensi episcopo. Lambertus vero[g], qui et Baldricus[h] comes, Henrico[i] fratri[4] succedens, cuius presentia tunc cuncta extiterunt illic decenter[k] ordinata, eodem die illud[l] corpus sanctissimum de ecclesia sancti Gaugerici cum episcopo ceterisque[m] sacris ordinibus levavit atque cum summo honore in ecclesia sancti Michaelis reposuit. Et annuente in omnibus uxore sua Oda, quae[n] fuit Gozelonis ducis[5] filia, ad serviendum Deo sanctaeque Gudilae virgini [duodecim[o]] ibi clericos constituit et ad usus eorum ipsam ecclesiam cum decimis et alia plura[p] legaliter contulit[q]. Ibi[r] nunc quoque ad ostendenda gloriosae virginis merita multa et magna fiunt miracula. Haec de virgine Dei pauca tantum e multis in notitiam nostram[s] venerunt, omissis procul dubio plurimis, quae nos preterierunt[t]. Sed hic nostra de virgine claudatur oratio, eiusdemque [pro[o]] nobis aperiatur intercessio, quae me scribentem et[u] te, christiane, respiciat legentem! Amen[v].

a) *sic desinit c.* b) A. i. d. MCXLVII. 1. 2 (MCXLVIII. 2). c) ind. XV, D. in apostolica sede 1. 2. d) III. 1. 2. e) honorem 2. f) venerabili *add.* 1. 2. g) *deest* 1. h) Kaldr. 1. 2. i) H. fr. s. *des.* 1. 2. k) ornata et *add.* 1. 2. l) illuc 1. 2. m) ceteris *deest* 1. n) q. f. G. d. f. *des.* 1. 2. o) *deest ed.* p) plurima 1. 2. q) pl. legavit 1. r) Ubi 1. 2. s) nostri 1. 2. t) preterennt 1. 2. u) ac omnes audientes resp. et legentes 1. 2. v) *deest* 1. 2.

1) Molenbeek-St.-Jean prope Bruxellas. 2) II. comitis Lovaniae a. 1038—1054, cuius mater Gerberga filia fuit Karoli ducis. His verbis auctor haud dubie translationem a. 1047. factam narrare aggressus est, quam cum libri huius fine excidisse patet. Unde narrationem eiusdem rei Vitae II, ex Vita I. procul dubio sumptam, exhibemus. 3) Cf. Catal. codd. hagiogr. Bruxell. I, p. 391. 4) I. comiti Lovaniae a. 1038. occiso. 5) I. ducis Lotharingiae a. 1023—1044.

EX MIRACULIS S. GENULFI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Libellum de miraculis S. Genulfi medio circiter vel aliquanto post medium saec. XI. monachus coenobii S. Genulfi Stradensis in pago Bituricensi siti conscripsit[1]. *Cuius maiorem partem hoc loco edendam duximus, quia auctor, Adrevaldi Miracula S. Benedicti, ut videtur, imitatus, breviarium historiae Francorum ei praemisit et immiscuit, quae quidem omnia fere ex Ademari Cabannensis historiis exscripsit*[2]*; praeterea de coenobio Stradensi tempore Ludovici Pii imperatoris et Pippini I. regis Aquitaniae fundato ex diplomatibus regum et chartis fundatorum retulit, sed etiam quaedam alia scripta, sive annales sive notitias domesticas adhibuisse videtur, unde aliquantum rebus saeculi IX. cognoscendis affert. De translatione et miraculis S. Genulfi saec. IX. et X. factis multa in Vita S. Genulfi priore*[3], *saec. X. exeunte aut, quod probabilius videtur, demum saec. XI. composita narrata erant, quae auctor Miraculorum adhibuit et partim ad verbum fere descripsit, partim autem, rerum ordine penitus mutato, alio modo retulit. Unde fragmenta quaedam libri II. huius Vitae subiecimus.*

Miraculorum libellum ex codice Floriacensi edidit Io. a Bosco, Floriacensis vetus bibliotheca (Lugduni 1605*) II (Xyston dextrum), p.* 25—64.[4] *Codicem nemo postea adhibuit, sed Bollandus, Acta SS. Ian. II, p.* 97—107, *et Mabillon, Acta SS. ord. S. Bened. IV,* 2, *p.* 226—237.[5] *hunc libellum ex Bibl. Floriacensi recudi fecerunt, ex qua et nostra excerpta repetimus. Etiam Duchesne, Hist. Franc. SS. III, p.* 455—465, *et Bouquet, SS. R. Gall. VI, p.* 330 *sq. X, p.* 361. *fragmenta dederunt.* *O. H.-E.*

1. Galliae situs ad orientalem plagam confinia sui et Italiae iuga montium habet, ad meridiem vero fretum Mediterraneum, provinciam praeterluens Narbonensem. Porro ad occiduum Hispanias et oceanum quod Gallicum sive Britanicum dicitur. Inde vero septentrionem versus protenditur usque ad Rheni fluenta, qui ex supradictis Iovinis defluens Alpibus, Galliam dividit a Germanis; hisque Gallia limitibus sic circumcincta refertur. Cuius apud Iulium Caesarem quondam quidem tripertita, sed nunc apud modernos ob varios postea rerum eventus exploratius considerata divisio constat. A Rheno siquidem usque Sequanam Belgica Gallia, quae nunc a gente Francia dicitur; inde vero usque Ligerim Gallia Lugdunensis, quae nunc superius ob adventum gentis Burgundia, inferius Neustria dicitur; a Ligeri vero

1) C. 40. 41. narrat Rotbertum abbatem, quem *praedicandae memoriae* dicit, a. 990. novum monasterium aedificandum coepisse, quo ex parte constructo, reliquias S. Genulfi transtulisse. Auctorem haud brevi post haec scripsisse apparet. C. 20. de Elia abbate, qui Rotberto praecessit, dicit: *qui usque ad nostrorum tempora maiorum longaevus permansit.* Cf. 'Hist. litt.' VI, p. 519 sq. 2) Praeterea Adrevaldi Miracula S. Benedicti adhibuisse videtur. Nescio an etiam Vitam Hludowici Pii et Einhardi Vitam Karoli legerit. 3) Edita Acta SS. Ian. II, p. 82 sqq. 4) Sub titulo libri II. Vitae S. Genulfi. Sed Vita S. Genulfi posterior, quae praecedit, ab altero auctore conscripta est. 5) Sub titulo Translationis S. Genulfi, sed aptius eidem Bollandus Miraculorum titulum indidit.

usque Garonnam Aquitanica Gallia, quae a sibi orientale[a] Rhodano usque ad sibi occidentalem porrigitur oceanum. Cuius etiam pars superior a celsitudine montium, qua praeminet[b], congrue Celtica nuncupata videtur. A Garonna quoque usque fretum Mediterraneum vel Pyreneos montes Gallia Narbonensis, quae nunc partim Gothia, partim Wasconia dicitur. In omni prorsus Gallia sedecim numero provinciae habentur, quarum omnium felicior atque fecundior Aquitania.

2. Galliam dudum fortissimi tenuere coloni, qui totius orbis victores Romanos multiplici bello pene protriverunt et caeteris infestiores eis nationibus fuerunt. Sed quamquam diutius sic se habuerint, tandem sub praedicto Iulio Caesare subacta est et ipsa sicut et caetera totius orbis terrarum regna. Ex quo tempore usque ad ultima imperii Valentiniani tempora per quadringentos circiter et paulo magis annos in Gallia principati sunt Romani. Quibus temporibus externae quoque a diversis partibus orbis intra Gallias sese nationes immersere. Wandali namque et Huni post afflictam patriam alias decessere terrarum; Suevi vero, Burgundi et Gothi atque Sicambri post istos proprias sibimet sedes vendicarunt in ea. Quibus temporibus ecclesiae Galliarum plurimae et antiquae sanctorum memoriae pene detritae sunt et desolatae.

3. Sicambri[1] vero genus fuere illorum, qui a Troia civitate Asiae, quae a Grecis ob eorum crudelia super finitimos bella decennali[c] praelio fatigata, tandem quadringentesimo quarto ante Urbem conditam anno expugnata est. Cives autem eius[d] profugi ab Asia in Europam, pars sub Enea duce Italiam, pars vero sub Antenore per Meotydes paludes perque flumen Tanais Pannonias petierunt. Sed qui Italiam, postea urbis Romae conditores fuere. Qui vero Pannonias, infra terminos earum civitatem Sicambriam condiderunt, a qua Sicambri dicti sunt; in qua etiam plurimis temporibus usque ad supradicti Valentiniani tempora, qui septimus a Constantino fuit, quem sanctus papa Silvester baptizavit[e], Romanorum tributarii manserunt. Id autem, ut contra Alanos, qui crebras inruptiones e saltuosis et palustribus locis in Romanorum terras agebant, bellum susciperent, eis decennio remissum est. Quod suscipientes, ita totam delevere gentem, ut ex innumera multitudine nec unus quidem superstes relinqueretur. Decennio vero decurso, solitum exacti tributum solvere renuerunt propter adeptam ex Alanis victoriam. Quare Valentinianus, ingenti coacto exercitu, bello Sicambros impetit et vincit. Quo infortunio crudeliter efferati, terras circumquaque Romanorum pervadere coeperunt. Hi vero, eatenus Sicambri, sive a Franco duce partis ipsius gentis[2] seu potius a feritate Franci ex eo dicti sunt. Qui tunc temporis primum sibimet regem nomine Pharamundum, filium Marcomiri, crearunt; et sub eo cuncta quae Romanis erant a Sicambris usque Rhenum propria in ditionem suam redegerunt. Quo defuncto, Clodionem, filium eius, in regno substituerunt. Post haec autem Rhenum transierunt, Gallias occupaverunt et sub Clodione et Clodomire, Merovingo et Clodoveo regibus a Rheno usque Ligerim cuncta Romanis principibus abstulerunt. Deinde, postquam Clodoveus, beato praedicante Remigio, cum suo exercitu christianus effectus est, Gothos Arianos ab Aquitania, qui iussu Romanorum inibi consistebant, bello pene deletos, expulerunt, et universas Galliae provincias fortissimi reges eorum, catholici effecti, auxilio divino sibimet vendicarunt.

4. Itaque tam a Romanis quam ab externis quoque nationibus multis dudum tempestatibus pessumdata Gallia, sic postea Francorum adventu, Romanorum ab se iugo deleto, ad sui libertatem cornu virtutis erexit, ut ex eo deinceps libera vigeat et regiae maiestatis stemmate polleat. Clodoveo vero supradicto, primo ex Francorum regibus christiano, regnante, sanctus pater Benedictus insignis claruit virtutibus. Decedente Clodoveo, regnavit filius eius Childebertus cum tribus fratribus suis Theodorico, Clodomire Adem. II, 1. et Clothario. Horum tempore sanctus Gregorius papa Romanus et Gregorius Turonensis fuerunt. Post Childebertum Clotharius, frater eius, regnavit, qui sanctam Radegundem in matrimonio habuit. Et post eum Chilpericus, filius eius, regnavit cum tribus fratribus suis Cariberto, Guntranno et Sigiberto. His vero temporibus sanctus Austregisilus magnae metropolis Byturicensis archiepiscopus clarus virtutibus fulsit. Post Chilpericum Clotharius, filius eius, regnavit. Hic Clotharius genuit Dagobertum et sororem eius Blitildem. Quo defuncto, regnavit Dagobertus, cui fuit Pipinus maior domus, vir egregiae nobilitatis. His temporibus, sub Heraclio principe ib. I, 41. Romanorum sanctae crucis exaltatio fuit. Post Dagobertum filius eius Clodoveus regnavit; cuius tempore corpus sancti ib. II, 1 Benedicti de Benevento in Gallias translatum est. Post Clodoveum regnavit filius eius Clotharius. Huic successit Theodoricus, frater eius; cui maior domus Ebroinus fuit, qui sanctum Leodegarium episcopum martyrio finetenus afflixit. Post Theodoricum Clodoveus[f], filius eius, regnavit; cui Childebertus iunior, frater eius, successit. Isque successorem filium habuit Dagobertum iuniorem. Post hunc vero Dagobertum regale genus a prudentia defecit. Et post eum regnavit Daniel clericus, frater eius insipiens, quem Franci mutato nomine Chilpericum vocavere. Post quem Theodericus, propinquus eius, regnavit; illique successit Hildericus, frater eius, qui ob inertiam sui ib. et Adr. c. 15. solio depositus est et clericus factus, in monasterium vivere missus. Hic vero linea prosapiae Pharamundi per Adem. viros defecit, mansit vero per Blitildem, sororem Dagoberti superius memoratam, hoc modo:

5. Haec ipsa Blitildis nupta fuit Ansberto cuidam nobilissimo, de quo genuit Arnaldum; qui Arnaldus genuit Arnulfum, qui uxorem duxit filiam Pipini ducis Dagoberti regis, fratris praedictae Blitildis; ex qua genuit Ancegisilum. Hic vero Arnulfus, postea militiae renuncians, episcopus effectus est. Porro Ancegisilus, filius eius, genuit Pipinum, qui Vetulus vel Brevis dictus est. Idem quoque Pipinus genuit Karolum, qui Tudis, id est Martulus, agnominatus est, ob plurimam scilicet bellorum virtutem. Iste Karolus Adr. c. 14. dux magnis duobus praeliis Sarracenos, qui ea tempestate Hispanias occupaverant, a Galliis expulit. Idem Adem. ipse genuit Pipinum Pium et Karlomanum[g], postea monachum. Hic vero Pipinus Pius dux, ex ducibus atavis, proavis et avis et patre duce genitus, ex praefata Blitilde genus regium ducens, multis militiae virtutibus insignis, post depositionem Hilderici totius militiae voto una cum auctoritate Zachariae papae primus ex sua ib. et Adr. c. 15. linea in regno Francorum rex sublimatus est. Hic religiosus ecclesiae Dei fuit cultor, et ex Aistulfo Longuobardorum rege atque de ducibus Aquitanorum Guainaldo[3] et Vaiferio necnon et ex aliis Gallorum et

a) oriente *ed.* b) praeeminet *Fl.* c) decemnali *Fl.* d) eis *Fl.* e) baptisavit *Fl.* f) Clodoneus *h. l. Fl.* g) Kareomanum *Fl.*

1) Hoc caput procul dubio ex Ademari libro I, non edito, quo liber de Gestis Francorum exscriptus est, sumptum est. 2) Sic Fredegar. III, 2. 3) Hunaldum I. dicere voluit.

Adem. II, 1. Germanorum tyrannis gloriosus extitit triumphator. Ipse Karolum Magnum genuit, qui post obitum patris anno ab incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo nono rex a Francis elevatus est. Quem postea sibi Romani advocatum sancti Petri elegerunt, deinde patricium, tum vero imperatorem et augustum. Ex quo tempore Romanum a Constantinopolitano defecit imperium. Is autem Karolus, a magnitudine fidei, qua religiosus vivere studuit, et ab excellentia virtutis, qua gentis Saxonum vel aliarum gentium virtutem stravit et ex idolatris[a] Christo credulos fecit et cuncta versus adversa bellorum inflexibilis viguit, et ab aequitate iustitiae, qua totius regni vel imperii sui spatia aeque moderando disposuit, et ab augustali gloria, qua regnum Francorum nobilitavit, vel Ib. a potentia, qua a monte Gargano usque Cordubam Hispaniae civitatem dominatus est, vel ab ingenti suae laudis fama, qua patriarchae Ierosolimitani[b] regisque Persarum muneribus vel omnium totius Europae regum donis, legationibus sive pactionibus honoratus est: ab his sane vel omnibus quae regiam vel augustam magnitudinem[c] decent iure Magnus agnominatus est. Qui ad augmentum suae magnitudinis, quamvis Gallorum ac Germanorum seu Italorum multiplicibus esset impeditionibus implicitus, tamen pietatis intuitu, quo christianis in Hispania sub Sarracenis laborantibus auxilium ferret, ingenti militiae manu delecta, praevalido gloriosus exercitu praedictam regionem adiit et infideles tam metu quam gratia ad sui metum[d] et ad pacem coegit fidelium. Inde vero rediens, ad Galliae suae custodiam urbibus Aquitaniae comites praefecit et per alia Hispaniae vicina loca adversus Sarracenorum incursus praesidia disposuit militaria. Tunc ergo Lemovicae urbi Rotherium comitem constituit[1], qui caenobii Karrofensis[2] fundator extitit; quod postea gloriosus rex Karolus de pretiosi portione ligni salutiferae crucis Christi sacravit[3], de thesauris quoque ac possessionibus propriis nobilissime ditavit, sicuti privilegia testantur de ipsis rebus facta et anuli[e] eius impressione insignita. Qui cum feliciter quadraginta septem annis regnasset, obiit anno ab incar-
814. natione Domini octingentesimo sextodecimo, relicto superstite glorioso domno videlicet Ludovico. Hic vero cum patris in vita, ipso concedente, per aliquot annos in Aquitania regnasset, post eius obitum totius regni Francorum et imperii Romanorum suscepit summam. Qui et ipse potitus liberis, regnum et imperium eis in vita sua ita disposuit: maiorem natu Lotharium regem Italiae et socium imperii fecit, Ludovicum in Germania, Pipinum in Aquitania, Karolum Calvum Franciae ac Burgundiae regnare decrevit. Hic vero clementissimae vir naturae iuxta suorum lenitatem morum rem publicam regere disponens, nonnullas aliquando tam a liberis quam a regni tyrannis difficultates patiebatur. Sed cunctis tandem controversiis pessumdatis, et religiose vivere et consulte regnum vel imperium moderari sategit; ecclesiae Dei statum sublimius semper provehendum super omnia dignum duxit. Omnibus piis in constructione novorum seu in restauratione veterum coenobiorum sese cooperatorem attribuit. Ipse inter multa, quae vel exstruxit vel restauravit, etiam
Ib. III, 16. Karrofense coenobium aedificasse legitur[4]. Pipinus vero, filius eius, haec aedificavit coenobia, Ingeriacum videlicet atque Brantosmum et apud Pictavos monasterium Sancti Cypriani.

6. Huius itaque Pii augusti Ludovici temporibus, quibus filius eius Pipinus rem publicam regebat Aquitaniae, quidam Byturicensium comes extitit vocabulo Wifredus. Hic ex illa nobilium scara Francorum, quam gloriosus rex domnus Pipinus, praefati augusti Ludovici avus[f], in urbe Byturica ad Guaiferii ducis Aquitaniae partes expugnandas reliquerat, originem trahens, regali quoque prosapia oriundus erat. Cui non impari, verum aeque generoso stemmate celebris, ex clarissimo genere Francorum Oda nomine coniunx fuit. Quibus alii praeter filiam fuerintne liberi, parum comperimus. Quae videlicet illorum filia nomine Agana Roberto cuidam, insignis honestaeque potentiae viro primoque[g] palatii Pipini regis, nupta fuit. Qui Robertus ad suae nobilitatis excellentiam regalis etiam stemmatis per sororem adeptus erat consortia; quam isdem domnus Pipinus uxorem duxit[5], de qua Pipinum et Karolum liberos totidemque filias habuit. Hac itaque nobilitatis excellentia praefatus comes Wifredus inclitus, religionis etiam gloria clarissimus fuit. Hic ergo suis temporibus amplissimis usus honoribus, utpote primae capitis Aquitaniae comes, animo

a) idololatris *Fl.* b) Iieros. *Fl.* c) magnitidinem *Fl.* d) *hoc verbum perperam repetitum est*; ditionem *legendum videtur.* e) annuli *Fl. semper.* f) *sic Boll.*; unus *Fl.* g) *sic Boll.*; primique *Fl.*

1) Cf. Vita Hludowici imp. c. 3, SS. II, p. 608; etiam Adrevaldi Mirac. S. Bened. c. 18, supra p. 486. 2) Charroux dioec. Pictavensis (dép. Vienne). 3) Cf. Ademar. Cabann. III, 40, n. 3*, SS. IV, p. 134. 4) Vita Hludow. c. 19, p. 616. 5) Pipinus a. 822. Ingeltrudam, filiam Theotberti comitis Matricensis, filii Nebelongi comitis, duxit; quam Ermoldus Nig. Irmgart (?) vocat; cf. Simson, 'Ludwig d. Fr.' I, p. 186.

prudenti perpendens, quae et quanta sint, quae cura mortalium prima putantur[1], quive casus ea prosequantur, simulque cernens rerum suarum commoda, statuit animo, ut de temporalibus, quae iure possidebat, sibi praepararet eternaliter profutura. Itaque pari consilio communique voto venerandae semperque cum laude nominandae suae coniugis Odae placuit, ut ad laudem Creatoris celebrandam divinaque mysteria peragenda in iure suae proprietatis, in villa quae dicitur Strada[2] ecclesiam fundaret, quam de propriis rebus ad ecclesiae ministrorum usus sufficientissime dotaret. Quod quidem ut disposuit, efficaciter etiam, divina largiente clementia, complevit anno quinto decimo imperii domni Ludovici serenis- 828. simi augusti, filioque eius Pipino quarto decimo anno regnante, qui est ab incarnatione Domini 828. Cum vero ad usque dedicationem ecclesiae ventum esset, eam in honore sanctae semperque virginis Mariae et omnium sanctorum dedicari constituit eiusque vel aliorum reliquiis sanctorum solemniter[a] decoravit. Cui in die consecrationis eius, qui est septimo Kalend. Iulii, praedia quaedam circumadiacentia, quae sui iuris erant, cum man- Iun. 25. cipiis ibidem commanentibus, quorum non parvus fuit numerus, concessit et testamento delegavit. Quod testamentum haec quae diximus etiam hodie testari videtur.

7. Postquam vero clarissimus vir haec studiose peregit, domno Pipino regi ecclesiae fundatae causam innotuit. Cui supplices deinde preces effudit, ut ea quae gesserat eius excellens roborare dignaretur auctoritas[b]. Cuius orationem rex placide suscipiens, in presentia primorum palatii totiusque nobilitatis tanti viri petitionem fieri decrevit. Ergo proposuit edictum, quod praesentibus et futuris voluit esse notum, statuitque praecepto, ut isdem locus, Strada videlicet, ab omnium potestatum inquietudine maneret immunis, et nullus cuiuslibet potentiae iudex aut exactor in eodem loco vel foro, quod inibi concesserat haberi ad multorum utilia negotia peragenda, iudicium aut exactionem ullam facere presumeret, exceptis rectoribus eiusdem loci. Quod ut imperpetuum maneret inconvulsum, a suis notariis scripto mandari et anulo proprio scriptum iussit insigniri in conventu nobilium in Ioguntiaco[3] palatio anno septimo decimo imperii domni Ludovici serenissimi 830. augusti, sui genitoris, et sexto decimo sui regni. Hac itaque regis auctoritate percepta, vir egregius eiusque devotissima coniux frequenti deinceps statione dignaque reverentia locum excolebant. Igitur ex eo devotione fidelium cultus sacrae religionis ibidem proficiens, coepit isdem locus non solum a venerandis iugalibus, verum et ab aliis religiosis mortalibus decenter et honeste venerari. Eoque processit amplificatio rei ipsius ecclesiae, ut inter reliqua matris ecclesiae Byturicensis membra connumeraretur et ipsa. Ita religiosi coniuges voti sui compotes effecti, vitae suae tempus nunc in divinis laudibus, modo vero cum administratione militiae fideliter agebant.

8. Aliquando vero quodam ex ipsorum officio custodiis equorum in pascuis praeterfluenti alveo adiacentibus solito more invigilante, una dierum, iam aurora illucescente, vapor nebulae, ut adsolet, superficiem tenebat terrae; quo paulatim inaniscente, quaedam in ecclesiae modum recentis effigies aedificii in contigua flumini planicie et per aliquot horarum spatia residere videbatur, donec diurnae lucis vigore disparuit. Miratus insolitum, suae primum dominae quod viderat pandit. Quod illa mente pertractans et ut fidelis divinum fore fideliter credens, piam supplicabat Divinitatem, ut reiteratione huiusmodi visus eam de hac sui dispositione consilii redderet certiorem. Quam voti compotem divinae complacuit facere pietati. Ubi vero eodem scemate[c], quo primus ille viderat, ipsa quoque perspexit, mox venerando coniugi patefecit. Qui super auditis Deo gratias agens, ipse quoque divinis emeruit precibus id ipsum post aliquot dies simul cum his qui viderant cernere scema[c]. Tali denique modo dispositio Dei venerabilium mentes coniugum ad provectiorem instinctum bonae pertrahens actionis, deinceps eos etiam ad coenobii constructionem animavit. Quibus ut sese tempus obtulit oportunum, continuo de rebus eidem loco delegandis testamentum faciunt, domnique Pipini regis adeuntes praesentiam, vota suggerunt et locum sibi rebus decretis per testamentum eius potestati committunt, ut ipsius auctoritate atque Francorum deinceps regum providentia tueretur. His igitur ad votum eis a rege concessis, propere coeptum perficiunt opus. Quod postquam decenter et commode perfecerunt, ad honorem summi Salvatoris eiusque sanctae genitricis et semper virginis Mariae sanctorumque apostolorum et omnium deinde sanctorum consecrare fecerunt. Sacrosanctis etiam reliquiis, ex sacra videlicet palla Magni Gregorii papae meritis divinitus cruentata, sicut in gestis eius legitur[4], necnon et plurimorum pignoribus sanctorum locum illustrantes, diversis quoque muneribus et ecclesiasticis ornatibus decenter adornare studuerunt. Deinde compositis habitaculis, religiosis coenobitis, quorum pater vitae venerabilis Dodo nomine fuit, coenobium commiserunt, qui secundum institutionem beatissimi patris Benedicti religiose semper illud regerent et per succedentia tempora possiderent.

a) solenniter *Fl.* b) author. *Fl. semper.* c) schem. *Fl.*

1) Cf. Sall. Iug. c. 41. 2) Quae a monasterio S. Genulfi ibidem constructo vocatur St.-Genou, ad fl. Indre (dép. Indre, arr. Châteauroux). 3) Le Palais, olim Jouac dictum; cf. supra p. 282, n. 2. 4) Vita auct. Iohanne diac. II, 42.

9. Est autem locus isdem in penultima parte Biturici pagi versus occidentem admodum delectabili situ iocundus. Nam e regione fluminis Agneris[1] cursus offertur, quod commoditate sui quam maxime iuvat incolas eiusdem loci. Tum deinde circumquaque fertilis humus omni germine, cum sui fecunditate, tum etiam agricolarum opere. Praeterea loco pertinentia ex maxima parte satis contigua. Praedicta porro sanctae Dei genitricis ecclesia spatio stadii ad meridiem distat. Quae et ipsa cum sibi collatis per praedictum testamentum eidem coenobio fuit concessa.

10. Postquam vero sacer ordo cura religiosi patris Dodonis in hoc ipso iam rite profecerat coenobio, idem nobilissimi coniuges, animo sitienti adhuc amplificare loci ipsius rerum possessiones desiderantes, praeter illa quae prius contulerant alia quaedam addiderunt et cum ecclesia quae vocatur
838 Cildracus eque per testamentum praefato loco contulerunt anno vicesimo quinto imperii augusti Ludovici et vicesimo quarto Pipini, filii sui, Aquitaniae regis. Quae res in superioribus partibus Byturici pagi seu in vicinia Bituricae civitatis consistere videntur, sicut ipso rerum earundem testamento docemur.

11. His igitur ab optime religiosis coniugibus ita compositis, de caetero, quoad vixerunt, eis illa vigilantia fuit, ut isdem locus ad meliora semper et altiora proveheretur; quorum equidem materialis
Eph 2,20 21. aedificatio in ipsius angularis lapidis nomine Christi Iesu constructa crevit in templum sanctum in Domino, cum in ea degentes coenobitae per instituta mandatorum Dei perque regularem sanctissimi praeceptoris nostri Benedicti tramitem gradientes reliquorumve sanctorum patrum exemplis viventes, alius ab alio
Eph. 2, 22. coaedificati sunt in habitaculum Dei in Spiritu sancto. Namque quod hi tales et boni quique Deo magis
Ioh. 14, 23. quam sibi viventes ipsius Dei habitatio sint, est inde veritatis verissima sponsio, quae dicit: *Si quis diliget me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum; et ad eum veniemus et mansionem apud*
1 Petr 2,4.5. *eum faciemus.* Apostolus quoque Petrus fideles adhortans: *Accedentes*, inquit, *ad lapidem vivum, et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini in domos spiritales.* Cum haec ergo de fidelibus ita se habeant, merito hi fidelissimi coniuges illorum gratiae participes esse creduntur, qui ea intentione laborare studuerunt, ut hi in eorum labores introirent, quos pia Divinitatis dignatio sua dignos effecerat habitatione. Pro quibus omnibus, postquam a terrestri domo huius habitationis emigrarunt, domum non manu factam, aeternam in caelis promeruisse digne credendi sunt. Quorum corpora secundum sui dispositionem tunc quidem secus ecclesiae memoratae beatae Dei genitricis introitum, ad dexteram scilicet ingredientium, sepulta sunt, postea vero, devotione fratrum praefati coenobii agente, hinc translata, dextra levaque altaris ipsius speciosae virginis Mariae digno cum honore condita sunt; quorum depositionis dies sub uno
838. die, nempe decimo Kalendas[a] Septembris quotannis recolitur. Circa quod tempus domnus etiam Pipinus
Adem.III,16 Aquitaniae rex biennio ante patris sui obitum ultimam vitae sortitus diem, Pictavis apud Sanctam Radegundem sepultus est. Domnus vero Ludovicus post plurima rei ecclesiasticae necnon et publicae bene consulta, quibus ad equum, divino semper in adversis usus auxilio, regni vel imperii sui moderavit statum, anno ab
840. incarnatione Domini octingentesimo quadragesimo feliciter obiit. Post cuius extrema tres filii eius pro regno Aquitaniae, quo frater eorum Pipinus regnaverat, invicem dissidentes, bello decertare conten-
841. dunt; quod et factum est apud Fontanetum Burgundiae locum. Lotharius maior natu et augustali dignitate superior cum exercitu Italiae adversus fratres Ludovicum et Carolum, qui Calvus agnominatus est, et ipsi adversus eum cum Francis et Aquitanis. Et Lotharius quidem primo impetu victor extitit, sed mox, resumptis[b] viribus, ab Warino duce Tholosano[2] et Aquitanis fugatus est. Et quidem merito; nam is imperii cupidine, quamvis non absque fratrum seu quorundam pravorum consensu, pium patrem custodia deten-
Adem III,19. tum diademate privare decreverat, ni sanior ducum sententia et episcoporum auctoritas conatus eius frustra-
855. visset; qui post fugam[3], diademate deposito, facinoris sui poenitentia motus, private vivere dein-
876. ceps monasterio se contulit. Ludovico praeterea non longe post haec ab humanis obeunte, Carolus solus, qui Calvus dictus est, et regnum Francorum et imperium Romanorum nobiliter ac strenue rexit.

12. Interea Dodo praememoratus[c] egregiae probitatis abbas Stradensis coenobii, sollicite sibi commissorum commoda instanti procurans vigilantia, praesentibus et futuris, quod optimum fore censebat, consulte semper providere satagebat. Is ergo, quam primum oportunitate reperta, memoratum regem Carolum adiit illique sese causamque sui adventus diligenter innotuit. Deinde proferens auctoritatis edictum praecellentissimi regis domni Pipini, sui germani, quod pro liberalitate sibi credito concesserat loco, ex hoc maxime suas constare preces edicit, ut eius exemplo simul et ob memoriam fraternae dilectionis ipse etiam more regio speciale decretum ad perpetuum munimentum contra pravorum tumultuationem supradicto dignaretur concedere loco. Cuius petitionem rex placide suscipiens, eius voluntati libenter annuit. Igitur accitis in conspectu suo notariis, praesenti conscriptione decrevit, ut hoc ipsum coenobium vel in eo degentes et cuncta quae sui iuris essent vel quae Deo favente futuris temporibus ibidem augmentanda erant nulli cuiusvis potentiae personae qualibet arte nequitiae opprimendi aut inquietandi ullo modo licentia foret, neve quilibet in omni loco dominationis ipsius loci quippiam pravi usus imponere aut indebitam exactionem quoquo modo facere praesumeret. Sacrae siquidem religioni, soli Deo vacare cupienti, summam quietem debitam fore, neque licere debere cuiusquam illi impetum contraire. Ad hoc etiam fisco regio debita pro sui suorumque salute statuque rei publicae suae cuncta prorsus eo privilegio eidem loco sunt indulta. In clausula demum perscripti decreti statutum est, ut per succedentia tempora locum ipsum inhabitantes e suis, non aliunde petitis personis, eligerent semper,

a) Cal. *Fl.* b) *sic Boll.*; esumptis *Fl.* c) *sic Boll.*; promem. *Fl.*

1) Indre. 2) Ademar.: *Warinus dux cum Tolosanis et Provincianis superveniens.* 3) Ademar.: 15. *anno post praelium Fontaneticum.* Auctor verba: 15 *anno* neglexit.

quibus sacra praelatio loci committeretur, a quibus coenobii totius gubernatio aequo iure tractaretur. Idque non cuiusquam mortalium vi, sed fraterno coenobialium voto fieri quam maxime decrevit. Haec ita statuta literisque mandata regio more proprii impressione anuli roboravit, regnante eo iam quarto 843.
regni sui anno. Ita ergo venerandae memoriae Dodo pater, cum suis apud regem honorifice habitus et voti compos effectus, ad propria remeavit laetus. Qui postquam feliciter vixit et humanae debitum naturae felicius solvit, ad bonae vitae percipienda merita felicissime pervenire promeruit. Cui nihilominus vita religiosus in praelatione prefati caenobii Mainardus successit; cuius erga memoratum locum piae sollicitudinis studium plurimarum edocent instrumenta servata cartharum.

13. Hic igitur aliquando pro sibi competentibus causis aulam expetiit domni Karoli regis. Aderant vero tunc in palatio fratres ex coenobio Sancti Petri[1], quod est in territorio Nivernensi grata satis positione situm inter duos amnes Ligerim et Elaverem[2]; qui pro substituendo sibi patre regiam videbantur expetiisse maiestatem. Ad horum ergo consultum post alia rex animum vertens, praedictum convocat Mainardum abbatem et eius paternitati monasterium illud se velle concedere dixit. De quo, quamvis ob prolixitatem viae taediosum sibi valde videretur, cum se illi parere consensisset, mox praesenti rex confirmavit scripto regium praeceptum ac proprio roboravit sigillo, ut iam dictus videlicet sancti Petri locus a praefato abbate Mainardo suisque successoribus, Stradensis scilicet monasterii rectoribus, perpetualiter possideretur et regeretur. Verum haec de coenobii Stradensis constructione velut aedificando operi posita fundamenta sufficiant. Superque[a] quiddam altius aedificare gestientes, non id fateor mutuatis ab incerto sumptibus agere decrevimus, cum huic loco, de quo sermo agitur, gratiae Dei munere feliciter abundet caelestium operum praeclara materies. Igitur ope virtutis Dei, cuius opus est quod extra vel intra caelorum ambitum mirabiliter contineri constat, id aggredi temptavimus, ut videlicet ad fidelium venerationem illa conscribantur, quae in hoc coenobio divinitas nostri Salvatoris mirabiliter operata est ad sui laudem nominis, illorum utique sanctorum meritis, quorum hic pia fidelium devotio patrocinia colligere curavit, quorum etiam precibus isdem locus nunc usque tuetur semperque tuendus speratur.

14. Erat igitur haud procul a praedicto Stradensi coenobio locus, sex videlicet milibus[b] distans ab eo, in quo sanctorum Genulfi et Geniti memoria continebatur; qui[3] temporibus Decianae persecutionis a beato Sixto papa Romano ob verbum praedicationis in Gallias directi fuerant; qui venientes in urbe Geturnicensi[4], quanti apud se meriti essent, omnipotenti Deo declarare placuit, dum eorum meritis ibi puerum a daemonio et puellam a gravissimo liberavit incommodo. Ubi pro veritate Christi dira fustium verbera passi, post etiam fornacis ardentis ignibus iniecti, angelica protectione a vasto ignium liberi sunt ardore. Tum deinde ferrea carceris vincula perferentes, sed ab angelo confortati, demum per resurrectionem mortui et divini verbi praedicationem omnes urbis illius cives ad Christum conversi et baptizati[c] sunt. Quibus ecclesiis fundatis et institutis ecclesiasticis edoctis, post aliqua temporis spatia inde discesserunt et supradictum expetiverunt locum. Quem pro sui aptitudine sibimet ad manendum eligere decreverunt. Quem etiam postea, favente eis gratia divina, in propria ditione ab eius possessore suscipientes et ibidem ecclesiam Christo fundantes, felicis vitae suae cursum ibi feliciter consummaverunt, et divinas sepius ostendendo virtutes, sanctis meritis suis ipsum deinceps inlustravere locum. Unde et contigit, ut eo tempore Cella Sancti Genulfi[5] cognominaretur ab incolis. Succedentibus vero temporibus extiterunt intra Gallias incursiones plurimae barbarorum necnon et persecutiones infidelium, quibus multae, ut supradictum est, desolatae sunt antiquae sanctorum memoriae ac penitus per multa tempora destitutae.

15. Contigit[6] igitur aliquando, ut venerandae memoriae praefatus Mainardus coenobii Stradensis abbas consilium haberet cum fratribus de translatione iam dicti confessoris Christi Genulfi; quibus id ipsum omnibus invicem sentientibus et huiusmodi sententiam amplectentibus, etiam super hoc negotio domnum regem Karolum adire decreverunt, ut, quod futurum ex illo foret consilio, illius celeberrimo fieret imperio. Aliquantis igitur assumptis abba fratribus, aulam expetiit domni regis Karoli; cui cum adstitisset et pro quibus ierat intimasset, cuius temporis vel loci seu auctoritatis isdem vir sanctus fuerit, rex sciscitatus est. De quibus cum edoctus ab abbate fuisset, libentissime quod petebat concessit et, ut libere faceret, imperavit. Hoc sane praecipiens, ut sancti quidem praesulis Genulfi corpus monasterio transferret, beati vero patris illius Geniti glebam remanere sineret.

16. His igitur a regali clementia concessis, accepta abba remeandi licentia, regreditur ad propria et se pro quibus ierat impetrasse denunciat. Eo ergo fratres exhilarati nuntio, auctoritate freti regia, sanctorum cellam adeunt devoto cum obsequio. Quia vero minus quam decebat eo tempore locus ipse reverenter habebatur, ideo res ipsa sic ad habendum ipsius sancti confessoris corpus animos fratrum accenderat. Oratorium ergo, quod in honore sancti Petri sacratum erat, sunt ingressi; sanctum inquirunt thesaurum. Sed ne tunc incertum foret, quemadmodum sanctus uterque discerneretur, olim, ut credi potest, huic futurae translationi dispositio providerat divina. Nam, ut in libello vitae vel obitus

a) Super quae *corr. Boll.* b) millibus *Fl. semper.* c) baptisati *Fl.*

1) St.-Pierre-Montier prope Nevers. 2) Allier. 3) Sequentia ex Vita S. Genulfi, Acta SS. Iun. II, p. 82 sqq. 4) Sic etiam Vita; quod pro Caturcensi civitate scriptum esse putant. 5) Selles-sur-Nahon (dép. Indre, arr. Châteauroux, cant. Ecueillé). 6) S. Genulfi reliquias post vastationem Normannorum, c. 18. narratam, translatas esse tradit Vita S. Genulfi l. II, §. 6 sqq., infra exhibita; cuius relationem auctor Miraculorum adhibuit, sed immutavit.

eorum continetur[1], sancti quidem praesulis Genulfi corpus ad ingredientium dexteram, beati vero patris eius Geniti membra parte fuerant sinistra locata. Igitur ea certitudine maximi pretii reperto munere, digna cum reverentia sanctum corpus gestatorio fratres imponunt et sic cum laudibus divinis ad monasterium redeunt; in quo sub die 12. Kalend. Iulii preciosum deponentes onus, ob tanti confessoris adventum hunc ipsum diem quotannis instituere celeberrimum atque solemnem. In quo deinceps loco multoties per hunc sibi dilectissimum famulum multa sanitatum miranda frequenter mortalibus largiri[a] dignatus est Christus ad laudem et gloriam nominis sui.

17. Ea sane tempestate gravissimis casibus Galliarum sunt detritae provinciae. Dece-
877. dente siquidem glorioso rege Karolo Calvo, regni quoque eius a sua celsitudine corruit
Adem III,20 status. Nullus namque post eum imperium tenuit Romanorum. Eius filius Ludovicus agnomine
Balbus solummodo regnum obtinuit Francorum. Tunc Baioariorum surrexit regnum, apud quos
hactenus constat imperium Romanorum. At vero Ludovico decedente Balbo, filius eius Karolus
agnomine Minor post eum regnavit. Contra quem Franci coniurantes, eum de regno expulerunt et Odonem Aqui-
taniae ducem pro eo regnare constituerunt; qui nec integris etiam in regno duobus substitit annis.
ib. III, 22. ib. III, 21. Cui filius successit Arnulfus, in ipso pene initio regni sui iam semivivus[2]. His temporibus Willel-
mus comes Arvernorum erat dux Aquitanorum, qui Cluniacense fundavit coenobium. Sanctus quoque Geral-
dus[3], vir magnae sanctitatis ac praeclarae nobilitatis, ipsis temporibus claruit, qui Aure-
liacum[4] monasterium construxit. Tunc etiam Abo[b] nobilissimus partium princeps Byturigen-
sium Dolense coenobium aedificavit. Eo quoque tempore cruentae acies in caelo apparuerunt ad
ib. III, 23. praesagium excidii regni vel patriae iam tunc imminentis[5]. Nam Karolus, quem Franci repu-
lerant, resumptis viribus, regnum recepit; sed iterum repulsus est, et dux Robertus rex constitutus est.
Karolus ergo, ab Othone imperatore accito auxilio, praelium cum Francis, qui eum repulerant, commisit, et
victor existens, Rotbertum interfecit regnumque recepit. Postea vero, controversiis adversantium
sedatis, factisque pactionibus, Ugoni, filio Rotberti, ducatum concessit ac deinceps regnum obtinuit.

18. Sic itaque clandestino malo Francorum vacillante regno, ab externis etiam Galliae nationibus affliguntur. Siquidem barbaries effera Nortmanorum, quae interiora oceani Britannici plagae septentrionalis incolere videbatur, navali manu innumera de suis electa, ingentis pelagi Galliae victum occupat limbum. Igitur ab ipsis incipiens oris ac deinde cuncta pervadendo sese diffundens, occidentales Gallias et maxime Neustriam et Aquitaniam depopulari coepit. Id ipsum vero multoties superioribus annis adgressi fuerant Nortmanni, sed eis belligeri viri duces locorum saepius obstiterant et eorum frequentes impetus saepe mavortia manu pepulerant. At ipsis etiam ducibus inter se diuturno bello dissidentibus, ac vario rerum eventu nunc istis, nunc illis[c] decidentibus[6], ita tellus nudata suis defensoribus perfacile patuit externis pervasoribus. Quorum insania per cuncta, qua visus ante sui faciem erat, feraliter incedens, obsistentes, si qui fuerant, interimere, victos captivare, bona cuncta diripere, nulli mortalium parcere, divina et humana suis ludibriis promiscua habere, sancta loca demoliri, caedibus, incendiis prorsus cuncta replere satagebat. Cum vero iam per plurima Galliarum loca suae crudelitatis exercuissent facinora, Byturigum etiam pagum violenter affligere coeperunt*)[7]. Iam dictus autem coenobii Stradensis

*) *Vita S. Genulfi prior l. II, saec. X ex. vel potius XI. condita, haec habet de incursione Nortmannorum et translatione S. Genulfi, quae auctor adhibens nescio an recte immutaverit, edita Acta SS. Ian. II, p. 89 sq. Haec V. Cl. E. Ouverleaux contulit cum codice Bruxellensi nr.* 7569[8], *recenti apographo Bollandianorum ex codice 'veteri Normannico', quo Bollandus usus est, transcripto:*

6. Quia vero de transitu breviter diximus, de translatione eius mirabili vel de his quae post mortem gessit, Domino adiuvante, hinc referre placuit. Tempore, quo Normanorum gens universas Gallias devastabat, universam Franciam rex Carolus gubernabat. Sed non valebat eis resistere, quin[d] longe lateque fines regni sui devastarent Marchomanni[9]. Habebant quoque super se regem nomine Rolum[e, 10], a quo valde afflicta est gens christianorum. Qui post multas depraedationes et persecutiones, quas exercuit, Biturigum pagum violenter affligere coepit. Tandem ergo perveniens ad quoddam monasterium[11], quod constructum est in honore sancti Salvatoris super Agneris ripam, universa devastans, etiam ipsum monasteriolum flammis cremavit; sed nullum habitatorem invenire potuit. Nam propter eius crudelitatem omnes ad tutiora confugerant. Postquam ergo omnia devastavit et universam regionem secundum voluntatem[f] exterminavit, iam satiata eius crudelitate, in propriis finibus se cum suis recipiens, distulit multis annorum curriculis has partes bellis lacessere.

7. Igitur post discessum hostium abbas[12] ipsius loci cum suis fratribus valde coepit contristari pro igne crematis sui monasterii aedibus. Colloquentesque sibi invicem, excogitaverunt

a) largire *Fl.* b) Ebo *Ademar.* c) ilis *Fl.* d) qui *c.* e) *cod. Longpont.:* Roilum. f) suam *add. ed.*

1) Acta SS. Ian. II, p. 89. 2) Ademar.: *pauco tempore, et mortuus est.* 3) Ademar. III, 21. eius mentionem fecit. 4) Aurillac (dép. Cantal). 5) Cf. Ann. S. Columbae Senon. 919, SS. I, p. 104. 6) Cf. Ademar. III, 17: *Normanni diffusi sunt per Aquitaniam, quia duces eius inter se bellis deciderant.* 7) Quo anno haec gesta sint, ignoramus. 8) In eodem codice exstat apographum huius Vitae ex codice Longpontino, a Bollando adhibitum, in quo stilus immutatus est. 9) Marcomannos et Nortmannos eandem gentem fuisse opinatur simplex auctor. 10) Rollonem alibi dictum, ut Bollandus censet, sed hunc iam tempore Karoli Calvi in Galliam advenisse, ut hoc loco dicitur, non probabile est. 11) Stradense. 12) Mainardus, si auctori Miraculorum hac in re fides danda est.

abbas Mainardus cum fratribus suis, hostili praecognito adventu, apud praedictum[1] Sancti Petri monasterium fugae praesidium expetere decreverat. Assumptis igitur omnibus, quae salvandi gratia secum

---

sanctum et salubre consilium, ut mitterent ad domnum regem Carolum, quatenus daret eis licentiam transferendi corpus sanctissimi praesulis Genulfi[a] in ecclesiam sancti Salvatoris, ut per eius gloriosum interventum de cetero salvaret Dominus et custodiret locum suum. Nam locus, in quo requiescebat[2], valde eis erat vicinus, adeo ut non amplius quam quatuor leucis ab ipso monasterio distaret. Surgens abbas[b] praefatus cum omnis congregationis pari consilio, assumptis duobus fratribus, aulam expetiit domni regis Caroli et, pro quibus venerat, diligenter nunciavit[c] et de translatione supradicti confessoris eum supplex expostulavit. Quem cum rex interrogasset, quis vel unde hic esset sanctus, vel a quibus partibus adventasset, discipulum sancti Sixti fuisse respondit et ab urbe Roma cum patre suo nomine Genito advenisse ad Gallias. Quod rex Carolus audiens, supra quam credi potest laetus factus, dedit licentiam, ut sanctum confessorem Genulfum transportarent, patremque eius Genitum dimitterent, ne locus sepulturae eorum aliquando vilesceret.

8. Tunc abbas laetus redditus, accepta licentia revertendi, monasterium petiit et quae invenerat fratribus nunciavit. Quo nuncio nimium exhilarati, decreverunt Biturigensem episcopum super huiuscemodi re adire et cum eius oratione et benedictione dixerunt se velle corpus sanctum transferre. De qua re nimium tristis episcopus redditus, nullo modo eis assentire voluit, sed quasi Pharao durus permanens, episcopali auctoritate interdixit. Quod audientes fratres nimio moerore sunt affecti, et quid agendum esset, ignorabant. Tandem igitur regis ad palatium revertuntur et lacrimabili voce denunciant duritiam episcopi, quidque[d] sibi agendum, poscunt consilium in re huiusmodi. Tunc rex imperat, ut cum omni cautela beatum furtum excogitent et revertentes omnimodis invigilent, si forte aliquo modo desiderium suum adimplere possent. Dixitque se habere sancti Petri parvum oratorium[3] inter duas aquas Ligerim et Alcricum[4] decenter compositum, quo possent salvari et corpus sanctum servare, donec ira episcopi requiesceret et tantum thesaurum cum pace tranquilla habere permitteret.

9. Reversi igitur fratres a regis curia, cuncta in monasterio renunciant et regis consilium et in efficiendo mirabile desiderium. Coeperuntque se iam mutuo confortare et quaerere, quis hoc diligenter posset perficere. Tandem ergo inventi sunt duo, qui hoc opus tentare aggressi sunt libenti animo. Venientes quoque ad locum qui vocatur Cella, quo tanti pretii continebatur margarita, intra domum presbyteri, qui ipsi loco inserviebat, habuerunt hospitium et[e] multis cum deprecationibus sive promissionibus ad hoc invitabant, ut desiderio eorum consentiret et sanctum confessorem demonstraret secumque in hoc opus elaboraret. Quo multum denegante et consentire nolente, subito tactus divina clementia, etiam ipse ultro coepit cohortari[f], et demonstrans locellum, primus coepit fodere. Levantes ergo sanctum thesaurum in sitarciis super colla equorum, coeperunt regredi cum summa velocitate ad antedictum locum. Sic igitur quod diu desideraverant obtinentes, summa cum festinatione locum, quem rex Carolus dixerat, expetunt et cum timore magno die ac nocte, equis non lassantibus, coeptum iter superare contendunt.

10. Quo[g] cognito, eiusdem loci dominus valde coepit conturbari multoque moerore et tristitia affici pro sancti furto lipsanis subductis, conscensisque equis, tota celeritate ad insequendum festinabat, et per iter, quo non abierant, frustra coepit insequi fugientes. Fatigatis tandem equis et omni familia, cum multo moerore et eiulatu domum propriam revertitur, sicque sanctarum reliquiarum geruli veloci cursu explebant quod supererat itineris.

11. Cum autem pervenissent ad Bituricam civitatem, qua episcopus iam supradictus praesidebat, quem fraus perpetrata latebat, ecce ante eos daemon coepit per os hominis clamare et dicere: 'Sancte Genulfe, num te effugere potero? Cur autem me etiam in his locis persequeris? Non sufficit tibi, quod de Geturnicensi regione me expulisti et cellam inhabitare prohibuisti? Ut quid furto ablatus me persequeris? Heu me miserum!' Haec dicens daemon hominem, quem invaserat, sine mora dimisit incolumem et sanum. Hoc ideo operata est divina misericordia per dilectissimum famulum, ne episcopus aliquo modo possit[h] rescire, et timor pelleretur a corde portantium, quem conceperant ad clamores daemonum. Tandem ergo ad praeoptatum locum devenerunt, sancti Petri oratorium, quod superius est memoratum; ubi[i] cum omni diligentia servantes corpus sanctum, aliquanto tempore permanserunt. . . . . . .

13. . . . Surgentes itaque fratres[5] componunt decenter sancta membra feretro et de oratorio sancti Petri, in quo plurimum manserant, transposuerunt eum[k] duodecimo Kalend. Iulii in sancti Salvatoris monasterio. In quo loco quantas virtutes per sanctum confessorem Dominus fecerit, longum est perscrutari, sed tamen, quae fidelium ore didicimus, scribere dignum censuimus.

a) Genulph. *c. semper.* b) ergo *add. ed.* c) intimavit *ed.* d) quiquid *c.* e) m. eundem precat. *ed.* f) cohortare *c.* g) Quod *c.* h) posset *ed.* i) ibique *ed.* k) *deest ed.*

1) C. 13. 2) Cf. supra p. 1209, n. 5; supra §. 4. legitur: *humatus quiescebat iuxta S. Petri oratorium, quod constructum est super Naonis fluvium . . . . . . vocaturque nunc vulgariter Cella S. Genulfi.* 3) V. c. 13. 4) Allier. 5) Ab episcopo accepta licentia transferendi corpus s. Genulfi in monasterium Stradense.

Vita Gen. ferenda censuerant, etiam beati praesulis Genulfi[1] corpus pariter ferri voluerunt. Cum ergo caeptum iter usque Byturigam peregissent civitatem, ecce ante eos daemon per os hominis coepit clamare et dicere: 'O sancte Genulfe, num te effugere potero? Cur in his etiam locis me persequeris? Non tibi sufficit, quod[a] de Gedurnicensi urbe me expulisti et cellam inhabitare prohibuisti? Heu me, sancte Dei!' Cum itaque nequam spiritus huiusmodi vocibus insani hominis ore clamasset, sine mora pervasum reliquit hospitium. Ita meritis sanctissimi praesulis liberata persona gestatoribus eius Dominum benedicentibus plurimum laetitiae contulit. Tandem igitur ad dispositum pervenientes locum, sancti Petri videlicet oratorium, sancti ossa ibi deposuerunt et omni cum diligentia servare studuerunt[b].

19. Advenientes autem hostes ad Stradense coenobium et tam rebus quam habitatoribus vacuum reperientes locum, quicquid reliquum fuit in aedibus, flammis tradidere voracibus. Sed reliquis circumpositis aedibus igne consumptis, ita totius monasterii fabrica, domini Iesu protegente virtute, restitit illaesa, ut in ea nullius adustionis vestigium appareret. Quod cernentes hostes et virtutem divinam sentientes, a loco recesserunt et super vicini fluminis[2] oram duces eorum, circum se scrobibus actis, aliquibus temporibus consederunt, donec ab eis omnis circumquaque regio vastaretur. Itaque cum per septem annorum lustra Neustriam et Aquitaniam devastando Arvernum usque pervenissent Normanni, Adem. III, 20. rex Burgundiae Radulfus, in auxilium evocatus ab Aquitanis, cum exercitu valido festinus occurrit eis. Commissoque praelio cum eis in loco qui dicitur Ad Destrictios, Deo auxiliante christianis, pene usque ad internecionem deleti[c] sunt pagani et ab Aquitania fugati. Qui vero evadere potuerunt, in oris Galliae super oceanum, in urbibus scilicet, quas ipsi primo impetu suo desolaverant, eo pacto, permittente Francorum rege, ut fierent christiani, resederunt. Quae loca propter inhabitantes nunc partim Nortmannia, partim Britannia dicuntur.

20. Postquam igitur ille metus hostilis a provincia discessit, mox sancta beati praesulis membra Stradensi monasterio fratrum restituere curavit devotio. Ergo remunerato loco ipso de precioso reliquiarum sacri corporis ipsius confessoris Christi thesauro, cum benedictione fratrum ipsius coenobii sanctorum pignorum baiuli profecti sunt. Venientes autem Nivernis, a civibus urbis illius ac sibi notis fidelibus reverenter excepti sunt. Ibi etiam a clericis episcopii civitatis ipsius necnon a sanctimonialibus ibidem degentibus expetiti, ut eis vel aliquantulam portionem de sacro beati praesulis corpore darent, unam e costis eius illis concesserunt. Quam cum inter se clerici sive Deo sacratae virgines sibimet exaequando secuissent, mox ab utrisque partibus cruor stillavit. Admirantesque qui aderant stupuerunt valde et vere viventia coram Deo sancti confessoris merita dignis laudibus attollebant. Inde quoque egressi, viam suam direxerunt ad territorium quod Sigalonium[3] dicitur. Ubi post aliquot cum pervenissent dies, quodam loco diversorium habuerunt, ubi post discessum eorum circummanentes pagenses ecclesiam in eiusdem beati confessoris honore fundaverunt et nomine consecraverunt. Ibi vero quantam gratiam suam Deus meritis huius beati praesulis Genulfi terrae illius incolis praestiterit, gratum memorare videtur. Cultores siquidem agrorum circumiacentium votivum sibi fecerunt usum, ut sementis tempore portionem seminis, quantum sibi videretur, ad ecclesiam ipsam quisque deferret ac sancto confessori ad usus sacerdotis, qui divina ibidem mysteria celebraret, devotus offerret, ut eius meritis eorum segetes vel a fulgure et tempestatibus sive adversis aeris corruptionibus illaesae servarentur. Quorum piae devotioni sic pietas annuit Salvatoris, beato suffragante patrono, ut extunc usque nunc in eodem voto perseverantibus expetita quoque perseveret salus. Nonnulla quoque sanitatum dona in eodem itinere per beatum confessorem confluentibus ad eum conlata sunt, quibus saepe suos laetificavit, donec ad monasterium prospere ventum est. Interea iam tunc Mainardus excesserat abba. Cui etiam in praelatione vir strenuus et utilis monachus successerat Amalricus. Huic vero Amalrico suisque successoribus quidam vir clarae nobilitatis Laetarius nomine monasterium, quod in Wastinensi pago ad honorem beati baptistae Iohannis[d] ac sancti Genulfi confessoris construxerat, cum testamento semper possidendum delegavit. Illoque decedente, successit Aymo, qui praecessor extitit Aerico. Hic post illa Nortmannica tempora propius coenobio praefuit Stradensi. Obeunte Aerico, successit Elias[e], qui usque ad nostrorum tempora maiorum longaevus permansit.

21. Post*) aliquot iterum annos accidit, ut haec ipsa regio Hungarorum quateretur incursibus[4]. Quae res vulgata coenobialium Stradensis coenobii non minimum perterruit corda. Providentes itaque

*) *Quae c. 21. 22. Miraculorum leguntur Vita S. Genulfi prior ita narrat, Acta l. l. p. 91:*

14. Post plurimos namque annos iterum Normanorum[5] gens perfida fines suos exiit et Galliam iterato affligere coepit. Quo rumore territi monachi Sancti Salvatoris, iterum corpus sanctissimi praesulis Genulfi ad castrum cui nomen est Lucas transportaverunt clerisque, qui inibi habitabant, commiserunt. Quo cum per aliquantum temporis spatium mansisset, iussit

a) *sic Boll.;* quo *Fl.* b) studerunt *Fl.* c) *sic Boll.;* delecti *Fl.* d) Ioannis *Fl.* e) Elas (*sed in marg.* Elias) *Fl.*

1) Quod post haec demum a Cella S. Genulfi in oratorium S. Petri Nivernense et inde multo post in coenobium Stradense translatum esse tradit Vita S. Genulfi prior. 2) Indre. 3) Sologne, tractus territorii Aurelianensis ad fluvium Cher. 4) Nescio num ad a. 935. et 937, an ad a. 951. et 954, ut putat de Kalckstein, 'Gesch. d. franz. Königthums' I, p. 277, n. 3. 280. referenda sint, quae auctor de duabus incursionibus Ungarorum c. 21. 22. tradit. Certe maxime a. 937. Ungari pagum Bituricensem vastaverunt; v. Flod. Ann., SS. III, p. 384. Ad a. 951. 953. haec pertinere censet Gallia christ. II, col. 147. 5) Auctor Mirac. recte Ungaros pro Normannis substituit, quod ex nomine Eliae abbatis, qui saec. X. sedit, apparet.

sibi, castrum quoddam, quod Lucas[1] vocitatur, ad sui praesidium in ea necessitate petierunt. Illuc itaque fratres sese cum suis ac etiam cum beati praesulis Genulfi corpore conferentes, illius tempore metus eo sancta confessoris servata sunt membra. Sed postquam et ille hostium tepuit fervor, redire fratres ad monasterium cum sacris decreverunt reliquiis. . . . . . .

22. Alia nihilominus Hungarorum incursione, quae biennio post primam contigit, ad proximam ab occidentali plaga munitionem sancti confessoris delatae sunt reliquiae. Qua etiam decedente perturbatione, sancta membra fratres navigio imponunt et per Agnerem fluvium superius ad monasterium remigare coeperunt. Quibus cum gaudio ascendentibus, exclamavit unus ex navigantibus: 'Sancte Genulfe, certe si velles, servis tuis cibos dare posses'. Nec mora, piscis non parvae quantitatis, quem squillam dicimus[a], a profundo gurgitis emersus, saltu se in navi praecipitavit. . . . . . . Vita Gen.

26. At vero Karolo decedente Minore, Ludovicus, filius eius, regnavit. Huius filii fuere Lotharius et Karolus. Lotharius post patrem regnavit, et a regina sua veneno extinctus est. Cuius filius Ludovicus uno tantum supervivens anno, et ipse potu malefico periit. Patruus autem eius Karolus, cum post eum regnare voluisset, a Francis eiectus est. Et Ugo dux, filius Hugonis ducis, rex a Francis elevatus est. Karolus autem captus in Senletensi urbe[2] in carcere trusus est; ibique genuit Ludovicum et Karolum, et mortuus est. Et expulsi sunt filii eius a Francis et erant morantes apud imperatorem Romanorum. Ita Francorum regum secunda deficiente linea, regnum in tertiam translatum est. In qua quidem primus extitit Robertus, qui a Karolo Minore interfectus est, sicut superius dictum est[3]; secundus vero filius filii eius praefatus Ugo, qui Magnus agnominatus est, qui etiam ecclesiae Dei clementissimus defensor fuit. Adem. III,22. 27 30.

27. Huius ergo Magni primo ducis, postea regis Ugonis temporibus quidam optimates nobilissimi Pictavorum in eo loco, ubi coenobium beati Sigiranni[4] extat abbatis, munitionem aedificaverunt ac firmissime munierunt[5]. Hoc primas contigui castri, quod ad orientalem Stradensis coenobii plagam situm est, admodum graviter ferens, praesumptionem eorum omnino dissultum iri festinabat. Igitur ob id negotii memoratum adiens ducem Francorum, eius ad hoc suffragia postulabat. Qui eius rogatui favens, coactisque militum milibus quam plurimis, quo fuerat expetitus, exercitum ducere coepit. Itaque, cum ad Stradensis monasterii viciniam[b] perventum fuisset, ibidem Franci castrametantes fixere tentoria. Inopinato metu turbati ruricolae, primo suspicabantur barbaras nationes, veluti superioribus solitae fuerant temporibus, supervenisse, sed cernentes eos nihil insistere praedae, quod illi callide fecere, iam paulo minus mali suspicabiles habebantur. Sed postero die castra moventes, quicquid usquam victui necessarium, quaecumque fuerant oportuna reperta, futurae parantes obsidioni, cuncta invadere, rapere secumque ducere coepere. Tollitur in caelum vulgi moerentis clamor, salvatorem Christum invocantis et sancti praesulis Genulfi auxilium deprecantis. Adfuit illico miseris miseratio Salvatoris per meritum sancti confessoris. Nam hi qui debita vel propinqua coenobii loca depraedati fuerant, ita caelesti sunt ultione percussi, ut eorum alios oculorum lumine mulctatos, alios vero nervorum contractione misero cerneres corpore debilitatos. Huius ergo caelestis animadversionis opinio cum ad aures usque praedicti principis perlata fuisset, rem sciscitatus et edoctus, confestim primarios exercitus sui plurimos e latere suo direxit ad locum, qui suos a pervasione rerum dominationis ipsius loci vel ad eum confugientium omnino prohiberent et in eos, si nollent, etiam vindicarent. Qui cum venissent, unum e sociis elegerunt, qui toto deinceps illius obsidionis tempore monasterii rebus tutamento fieret. Illi autem praedicti miserabiles, divino mulctati iudicio, monasterii limina coram cunctis expetentes, reatus sui veniam et sancti confessoris Genulfi auxilia supplicabant. Omnipotens vero Deus, notam semper faciens in populis virtutem suam, ita sancti patris Genulfi merita declaravit, ut omnes continuo pristinae redderet sanitati. Ipse vero dux Ugo cum principibus exercitus sui locum ipsum et fratres, qui sub patre religioso vivebant Elia, ex eo maxima veneratione coluit semper.

28. Cum vero memoratus dux, assumpto iam regno, ad urbem Pictavam exercitum duceret[6], c. 990. Willelmo comite[7] propter abiectionem Karoli et iniustam, ut videbatur, assumptionem regni ei nolente subdi, pars exercitus eius per vicum praedicti coenobii Stradensis transitum habuit. Caeteris pertranseuntibus, unus ex exercitu duos cuidam pauperculae rapuit panes. Exclamare mulier et sanctissimum coepit invocare Genulfum. . . . . . .

---

sanctissimae memoriae abbas Helias[c], ut corpus sanctum feretro imponerent et loco suo restituerent. . . . . . .

15. Cum autem pro[d] quadam hostium persecutione deportaretur[e] sanctus Genulfus ad castrum quod vulgo dicitur Palutellus[8], iamque hora prandii advenisset, frater, qui eum navigio deportabat, coepit ad sanctum conqueri, dicens: 'Vides[f], o sancte Genulfe, quod tempus prandii praeteriit, et ieiuni permanent qui tecum sunt. Certe, si velles, servis tuis cibos dare posses'. Quod cumque[g] dixisset, statim piscis mirae magnitudinis, quem lucium dicimus, iuxta sanctum in navicula saltu se immisit. . . . . . .

a) decimus *Fl.* b) vicinia *ed.* c) Elias *ed.* d) per *c.* e) port. *ed.* f) dicens *iterum c.* g) cum *ed.*

1) Loches ad fl. Indre. 2) Ab episcopo montis Leudenensis (i. e. Laudunensis) Carolum captum esse recte refert Ademar III, 30, quod etiam Lauduni factum est; Hugo tunc Silvanecti morabatur; Richer. IV, 47. 3) C. 17. 4) St.-Cyran-du-Jambot ad fl. Indre. 5) Cf. de Kalckstein l. l. p. 303. 6) Cf. Ademar. III, 30. Hoc a. 987. factum esse de Kalckstein l. l. p. 400. non recte statuisse videtur. 7) V. duce Aquitaniae. 8) Palluau ad fl. Indre, paulo inferius a St.-Genou situm.

CARMEN DE BELLO SAXONICO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Invitus cogor, ut in hunc campum descendam, in quo praeclarissimi viri egregie certantes palmas adepti sunt, alii — ut coeptam figuram persequar — cernuantes risum spectatoribus moverunt. Sed ut hoc opusculum diu desideratum tandem huic collectioni insereretur, manum ei admovere oportuit.

Nam cum ante hos quadraginta annos locus ei inter scriptores aevi Salici dandus esset, G. H. Pertz b. m., eo maxime permotus, quod nullus antiquus codex huius libelli ad nostra tempora pervenit, ac quibusdam aliis levissimis rationibus adductus, hoc carmen non saec. XI, sed a falsario quodam demum saec. XV. vel saec. XVI in. compositum ideoque indignum esse, quod huic collectioni insereretur, nimis temere contendit[1]*. Quam sententiam quidem, simulac eam compertam habuit, H. Floto*[2] *impugnavit, attamen ea aliquanto tempore invaluit, donec eam G. Waitz b. m. refellit ac revicit*[3]*. Tunc quidem omnes fere ei adstipulati sunt*[4]*, solus R. Koepke Pertzii opinionem defendere conatus est*[5]*, quem G. Waitz*[6] *et A. Pannenborg*[7] *argumentis evidentissimis ita confutaverunt, ut iam nemo dubitaret, quin a poeta saeculi XI. hoc carmen compositum sit*[8]*. Quod cum iam constet, facile intelligitur carmen hieme a.* 1075/76. *conscriptum esse, cum auctor extremis versibus regem hortetur, ut Saxonum, qui ei a.* 1075, *Oct.* 25. *se dediderant, iam misereatur. Quod scribere non potuisset, si novae rebellionis a.* 1076, *Mart. Apr. exortae iam gnarus fuisset*[9]*.*

Iam dehinc viri docti indagare conati sunt, quis auctor carminis fuerit, et diversas hac de re sententias proposuerunt. Atque paucis monuisse sufficit Goldastum[10] *primo Rupertum praepositum Goslariensem, a.* 1075—1102. *episcopum Bambergensem, postea*[11] *vero sententia mutata Rulandum quendam, quem 'pro Henrico IV. scripsisse in rerum gestarum monumentis legerat', pro auctore habuisse. Aliam coniecturam nostris temporibus primus W. de Giesebrecht*[12] *proposuit, Lambertum videlicet Hersfeldensem, celeberrimum annalium scriptorem,*

1) 'Archiv' X, p. 75–86. Conradum Celtem huius criminis arguit, quod is carmen Ligurini, suppositium tunc habitum, composuisse credebatur. Sed et hoc vere saec. XII. conditum esse iam apud omnes constat. 2) 'Kaiser Heinrich IV.' (1856) II, p. 427—432. 3) 'Nachrichten v. d. Georg-Augusts Univ.' 1857. p. 13—38. 4) W. Wattenbach, 'GQ.' ed. 2. p. 318; E. Dümmler, 'Litt. Centralblatt' 1869. p. 728; W. de Giesebrecht, 'D. KZ.' III (1868), p. 1016 sq., qui tamen in dubio posuit, annon quidam loci (I, 198. II, 122–124) postea carmini inserti sint; sed cf. Wattenbach l. l. ed. 5. II, p. 81, n. 1. 5) 'Ottonische Studien' II, p. 278 sqq. 6) 'Das Carmen de bello Saxonico oder Gesta Heinrici IV.' in 'Abhandlungen d. Kgl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen' XV. et separatim editum Göttingen 1870. 4°. 7) Ibid. p. 78—86. 8) Cf. Wattenbach, 'Heidelberger Jahrbücher' 1871. p. 259 sqq.; Lindner, 'Hist. Zeitschrift' XXVII, p. 454 sqq.; Dümmler, 'Litt. Centralblatt' 1870. p. 1030. 9) Cf. A. Edel, 'Forschungen' XXVI, p. 584. 10) Apologia pro Heinrico IV. p. 20. 11) Ibid. prol. p. 14 sq. 12) 'D. KZ.' III (1868), p. 1017.

ipsum carmen composuisse, quia is se carmen quoddam heroico metro conscripsisse in prologo historiae Hersfeldensis[1] *dicit. Cui adstipulatus Th. Lindner*[2] *hoc iam fere pro certo habuit, sed contradicentibus G. Waitz*[3] *et I. A. Lefarth*[4]*, postea ipse sententiam mutavit*[5]*. Nuper vero A. Pannenborg*[6]*, quod W. de Giesebrecht cautissime coniecit, demonstrare atque argumentis confirmare conatus est Lambertum fuisse auctorem carminis, at mox A. Edel*[7] *gravissimis rationibus nisus hoc refellit ac redarguit. Ostendit enim sermonem carminis non ita similem esse Lamberti, ut Pannenborg censuerat, plerosque locos ab hoc allatos, ut opinionem suam probaret, aut perparvi aut nullius momenti esse*[8]*; poetae orationem plenam ac refertam esse dictis Vergilianis, apud Lambertum aliorum quidem antiquorum auctorum multos locos, sed nullum Vergilii inveniri. Tum docuit, quod et alii iam opinati sunt, vero propius ac probabilius esse, quantum cognoscere licet, historiam Hersfeldensem iam a.* 1074 *(aut* 1075*) conscriptam esse*[9]*, cum carmen hieme a.* 1075/76. *compositum esse viderimus, Lamberti igitur opus metro heroico editum, quod in prologo historiae commemorat, hoc carmen non haberi posse, illo potius res gestas monasterii Hersfeldensis narratas fuisse, ut ex verbis Lamberti supra (n.* 1*) allatis, non satis quidem perspicuis, apparere videtur. Deinde etiam probavit inter poetae et Lamberti rerum gestarum relationem nullam aliam rationem intercedere nisi duorum auctorum eadem narrantium, multa ab utroque diverso modo relata esse. Denique nullo modo credi posse eundem auctorem carmine regem ingentibus laudibus extulisse, paulo post*[10] *eundem infestissimo animo obiurgasse ac conviciatum esse; quae coniectata sint, ut Lambertus a.* 1076. *sententiam de rege immutasse atque invertisse crederetur, nullius esse momenti.*

Iam etiam alii aliam sententiam de auctore carminis proposuerunt. G. Waitz[11]*, cuius animum A. Pannenborg ad hoc ipse adverterat, monuit miram quandam similitudinem orationis deprehendi inter carmen et Vitam Heinrici IV, utriusque operis auctorem eiusdem indolis, aeque Heinrici IV. regis studiosissimum fuisse. Unde coniecit forsan*[12] *ab eodem clerico utrumque librum compositum esse. Et hoc verum certumque esse nuper W. Gundlach*[13] *demonstrasse sibi visus est. Quin etiam, hoc non contentus, quis fuerit auctor et carminis et Vitae, certissime se ostendisse sibi persuasit. W. Wattenbach*[14] *optimo iure censuerat auctorem carminis non monachum, intra moenia coenobii latitantem, sed clericum quendam cancellariae regis aut cuiusdam principis addictum, in schola quadam*

1) SS. V, p. 137: *Scribere disposui . . . quae olim me contigit super statu monasterii nostri vel legisse vel a probatissimis viris audisse, quaeque etiam ipse expertus sum. . . . . . Ad hoc me accendunt studia rerum moderno tempore gestarum, quamquam sciam me ad has describendas minus idoneum. Quas tamen plerasque pro opibus ingenioli mei heroico metro strictim comprehendi. Sed quoniam relata ab aliis, ab aliis refelluntur, et in versibus plura falsa pro veris scripsisse accusor* etc. 2) 'Anno II. der Heilige' (Lipsiae 1869) p. 3 sqq. 3) Carmen p. 41. 4) 'Lambert v. Hersfeld' (Düsseldorf 1871) p. 8 sqq. 5) 'Hist. Zeitschrift' XXVII, p. 455. 6) 'Forschungen' XXV, p. 409—448. 7) 'Forschungen' XXVI, p. 531—597. 8) Hoc ut iterum demonstraret, ingentem operam dedit W. Gundlach, 'Wer ist der Verfasser des Carmen de bello Saxonico' (Innsbruck 1887) p. 60—120. 9) Cf. etiam Lefarth l. l. p. 18 sq. 10) Iam in hist. Hersveld. animum regi infensum, Annonis studiosissimum Lambertus prodit, SS. V, p. 141: *Heinricus, cum ad maturam venisset aetatem, relicto episcopo, secundum propriam vixit voluntatem, promittensque Karolum Magnum suo seculo sese repraesentaturum, Roboam se repraesentavit. . . . Palatium perditis moribus plenum erat. Vae enim tibi terra, cuius rex puer est!* Cf. et prologum, ib. p. 137, ubi praedones bonorum abbatiae increpat. Etiamsi igitur cum Pannenborg censere vis historiam demum a. 1076. compositam esse, paucis mensibus vel paucis diebus post carmen editum Lambertum mentem animumque immutasse statues, si hunc auctorem carminis habes. Quod credat Iudaeus Apella! 11) Carmen p. 42 sqq. 12) Caute addidit: 'Doch ist auch dies eine Vermuthung, der nicht mehr Werth beigelegt werden soll, als eine solche überhaupt in Anspruch nehmen darf'. 13) 'Ein Dictator aus der Kanzlei Kaiser Heinrichs IV.' (Innsbruck 1884) p. 107 127. 147—166. 172—190. 14) 'Heidelberger Jahrb.' 1869. p. 588. 1871. p. 261.

tempore Heinrici III. florente eruditum, fuisse. Iam hinc Gundlach, quin auctor cancellariae regiae adscriptus fuerit, haud dubius, cum operam daret, ut 'dictatorem' quendam multa diplomata et epistolas Heinrici IV. dictasse ostenderet, facile sibi persuasit hunc et carmen et Vitam Heinrici composuisse. Ac ne viri tam egregii, tam optime meriti, nomen nesciremus, statuit Gotscalcum praepositum S. Mariae Aquisgranensis, quem in Germania inferiore natum, in cancellaria archiepiscopi Bremensis eruditum esse coniecit, illum dictatorem et auctorem utriusque libelli fuisse. Haec tam certo demonstrasse sibi visus est, ut, cum E. Steindorff[1] *et alii*[2] *ea in dubium vocarent, libellum haud tenuem ederet, quo haec omnia defenderet*[3]. *At tantum abest, ut ea vera comprobaverit, ut nihil eorum evici posse ostenderit. Omittamus quaerere, num vere octoginta tria diplomata Heinrici IV. ab eodem viro dictata sint, ut Gundlach censet, sed iam neutiquam comprobatum est sex Heinrici IV. epistolas maximi momenti ab eodem dictatore scriptas esse, nihil certi allatum est, quo Gotscalcum hunc dictatorem fuisse ostendatur. Minime denique constat aut carmen aut Vitam Heinrici ab illo dictatore composita esse, nec etiam utrumque opusculum eiusdem auctoris esse evictum est*[4].

Hoc sane apparet, orationem Lamberti et carminis et Vitae simillimam esse, sed propinquiores indole sunt inter se Lambertus et auctor Vitae, hic et poeta quam Lambertus et poeta. In hoc nihil ingenii Lambertini deprehendo, immo longe inferioris indolis poeta evadit. Sane quidem bene eruditus erat bonoque fructu poetas auctoresque Romanos lectitarat, etiam satis leves politosque versus condidit, sed hoc multo cum labore et sudore effecisse videtur. Non paucos versus iterat, acsi impotens eadem aliis verbis exprimendi, multos dimidios ac paene integros versus a Vergilio excepit[5], *medias ac ultimas multorum versuum syllabas consonas reddidit, annominatione tinnituque verborum iterum iterumque repetitorum more huic saeculo consueto delectatus*[6]. *At Lambertus, quo nemo scriptorum medii aevi facilius, elegantius, promptius sermone Latino usus est, talem ornatum ac morem scriptorum sui saeculi orationem syllabis consonis exornandi sprevit. Hoc propinquior oratione et sermonis ornatu poetae est auctor Vitae Heinrici IV, sed, etiamsi iure profiteberis nonnullis argumentis niti, quod G. Waitz coniecit, utriusque operis unum fuisse auctorem, tamen neutiquam concedes hoc esse evictum, immo animadvertes nonnulla esse argumenta aliquanti momenti, quae huic coniecturae obstant*[7]. *Certe probabile est auctorem Vitae carmen legisse.*

1) 'Götting. gel. Anzeigen' 1885. p. 716–740. 2) W. Arndt, 'Litt. Centralblatt' 1886. p. 979 sq.; W. Diekamp, 'Mittheilungen d. Instit. für östr. Gesch.' VI, p. 641 sqq. 3) Quem supra p. 1215, n. 8. attuli. 4) Quaedam, ut haec somnia refellam, afferam 'N. Archiv' XIV. Hoc loco unam, singularem sane, rationem, qua Gundlach nititur, lectoribus propono: Lambertus in hist. Hersfeld., SS. V, p. 140, haec dicit: *inperatores suorum secum habent praecones meritorum, experientia, ut ita dicam, vernacula eis scribenda dictante et falsas opiniones, veritate astipulante, longius propellente.* Hunc locum Gundlach certum testimonium habet auctorem carminis cancellariae regis addictum fuisse! Praeco meritorum Heinrici IV. fuit auctor carminis, ergo Lambertum hunc in mente habuisse, cum ista scriberet, constat! Omitto, quod supra monui, neminem scire, an historia Hersfeldensis post carmen scripta sit. Quis autem, rogo, sanae mentis credet Lambertum hunc virum, qui summis regem laudibus extollit, in eodem libro veritatis studiosum laudasse, quo ipse acriter procul dubio in regem, alterum Roboam, agrorum Hersfeldensium vastatorem, invectus erat? Immo neutiquam constat nec quidquam allatum est, quo comprobetur Lambertum hoc carmen legisse. Talia sunt argumenta, quibus hae coniecturae nituntur. 5) Quod iam Soupherus, primus carminis editor, vidit, qui in prologo: *in plerisque enim locis,* ait, *Maronem foelicissime est aemulatus.* Quod A. Pannenborg censuit, auctorem Poetam Saxonem imitatum esse, mihi non persuasit. 6) Cf. Gundlach, 'Dictator' p. 157. 7) Velut in Vita Heinrici quidam versus Horatii et Lucani laudati sunt, sed nullum dictum Vergilianum in ea invenitur. Vide infra p. 1217, n. 2.

Oedipodi relinquamus quaerere, quis poeta fuerit. Constat eum in Germania superiore natum, aut Bawarum aut Suevum fuisse, cum ubique Poiarii, Poiemii (Poiemicus)[1] *scripserit*[2]. *Eum clericum, in curia regis moratum*[3], *ipsi regi hoc carmen tradidisse verisimillimum est.*

Libellus est panegyricus, in laudem et gloriam regis editus, in tres libros distinctus, quibus enarrantur quae a. 1073. *usque ad a.* 1075. *inter regem et Saxones rebelles gesta sunt, donec hi a.* 1075, *Oct.* 25. *regi se dediderunt. Poetam omnia in regis favorem vertisse, quae ei minus prospere cesserunt vel gloriae eius detrahebant omnia omisisse, res a rege gestas in maius extulisse non mirum, immo par ac necesse est. Si haec et quae poetico colori danda sunt demis, res vere relatas, bene expositas, concitate descriptas esse negari non potest. Cum disertas et uberes relationes de rebellium Saxonum bello duorum virorum regi infestissimorum habeamus, maximi habendus est hic libellus, quo vir eruditus, qui a parte regis stetit, statim post bellum confectum easdem res exposuit, quo illorum relationes maximam partem confirmantur, quaedam ad illas diiudicandas et discutiendas afferuntur, quaedam nova cognoscuntur. Iniustius quidam de hoc opusculo iudicasse videntur*[4], *qui, obliti se carmen panegyricum, non historiam prae oculis habere, ei culpae dedere, quod parum novi rebus cognoscendis afferat*[5].

Poeta dicit (II, 42—44*) se alio loco expositurum esse, quibus artibus primates regni in conventu Gerstungensi (a.* 1073, *Oct.* 20*) inducti sint, ut Saxonibus contra regem favissent; quod num executus sit, ignoramus. Sed docemur hoc loco poetam multa comperta habuisse, quae in carmine tunc enarrare non aptum seu non utile duxit.*

Editionis huius eadem subsidia fuere, quibus iam G. Waitz usus est[6], *videlicet:*

1*) Codex bibliothecae* Hamburgensis, *Hist. imp. Rom. Germ.* 4°. *nr.* 295, *chart.,* 4°. *min., variis libellis saec. XVI. et XVII. compactis constat, quorum primus fasciculus,* 23 *folia habens, pag.* 1—39. *medio saec. XVI. exaratum hoc carmen continet*[7]. *Hoc procul dubio ex eodem codice descriptum est, ex quo sumpta est*

2*) editio princeps, quam a.* 1508. *Argentorati*[8] *in lucem dedit Gervasius Soupherus, hoc titulo praemisso:* Henrici quarti Ro. imperatoris bellum contra

1) Hae nominum formae et in codice et in editione principe solae occurrunt, unde patet iam in codice vetusto, ex quo utrumque exemplar sumptum est, easdem ubique scriptas fuisse, ideoque concludendum est iam auctoris autographon easdem habuisse. Nam scribam quendam demum *B* in *P* in his nominibus mutasse non probabile est, neque unquam in codicibus Latinis hac ratione nominum formas mutatas esse reperi.

2) Idem probant nominum formae *Gotefridus* (III, 79) et *Tiedricus* (III, 85). At in Vita Heinrici IV. *Bawari*, *Bawaria*, *Boemia* ubique scriptum est; quod etiam prohibet, quominus huius auctorem carmen composuisse credamus.

3) Cf. Lefarth p. 17.

4) Nihil iniustius quam quod Pertz dicit 'Archiv' X, p. 80: 'Es enthält Redensarten statt Thatsachen'. Immo multas res gestas ac facta poeta narravit, sed pleraque uberius a Lamberto relata habemus. Sed etiam haud pauca in carmine leguntur, quae Lambertus aut non aut alio modo retulit, quae tamen Pertz praesumptione sua caecatus non vidit. Numquid poetae culpae dandum est, quod Lambertus uberem et disertam belli Saxonici relationem conscripsit? Nullo iure Pertz ibidem praesumpsit oportuisse, ut poeta regi familiaris, secretorum primatum conscius fuerit; et si fuisset, tamen secreta in carmine panegyrico regi tradito non in publicum evulgasset.

5) Aequissimum iudicium, ut assolet, Wattenbach, 'GQ.' ed. 5. II, p. 80 sq., et Waitz, Carmen p. 41. fecerunt. R. Wagemann, 'Die Sachsenkriege Heinrichs IV.' (Diss. Rostock 1882).

6) Carmen p. 46—77. editio eius exstat.

7) Codex fuit olim Uffenbachii, postea Wolfii. Chartam eius corona signatam Strasburgensem esse monuit Pertz, 'Archiv' X, p. 86. Specimen scripturae vide ibidem.

8) *Novis excussum typis id operis in lucem primus prodire fecit propriis impensis Honestus vir Ioannes Grüninger civis Argentinus. Anno salutis M. D. VIII.* Nunc etiam bibliotheca regia Berolinensis exemplar huius libri possidet a. 1852. dono datum a Föringer b. m., quod olim fuit abbatiae Tegernseensis, ab hac emptum a. 1510.

Saxones Heroico carmine descriptum. *Is dicit in prologo Io. Rechburgio Argentinensi dedicato:* Transactis diebus in codicem vetustissimum, nobilissimorum etiam auctorum monumenta continentem, incidi, quo hoc elegans opusculum excerpsi, virtutem bellicam magnificaque Henrici Romanorum imperatoris eius nominis quarti gesta complectens. *Iam antea hunc codicem viderat Iacobus Wimpheling, qui in libro a.* 1502. *edito*[1] *dicit de Heinrici IV. bello Saxonico:* De quo bello pulchrum et elegans Poema heroicum a Germano quodam lucubratum est, quod in Bibliotheca Spirensi vidimus et legimus; *unde discimus Soupherum ex bibliotheca Spirensi codicem nactum esse. Et editio et apographum Hamburgense sola quaedam menda habent, hoc autem aliquanto mendosius est, quamvis haud pauca etiam in* 2 *corrupta veris lectionibus in* 1 *servatis emendentur. Editio antiquam rationem scribendi bene ac melius quam* 1 *servasse videtur*[2], *sed et in* 1 *quaedam occurrunt, quae antiquo mori scribendi convenientia ex codice vetusto transsumpta videntur. Ideo plerumque verba ut in* 2 *expressa sunt scripsimus, quaedam etiam quae ex antiquo more scripta videbantur ex* 1 *recepimus*[3]. *His indiciis apparet codicem Spirensem vere vetustum, aut saec. XI. aut saec. XII. exaratum, sed eum autographum auctoris fuisse non probabile est, cum perpauca quidem menda et in* 1 *et in* 2 *inveniantur*[4].

Editionem principem recudi fecerunt[5] *Reuber, Veterum Scriptorum t. I, p.* 202—216. *(Francofurti* 1584. *Hanoviae* 1589. 1619*) et Goldast, Apologia pro Heinrico IV. imp. (Hanoviae* 1611*) p.* 20—39*; quae in Reuberi collectionis editione nova cura Ioannis (Francofurti* 1726*) I, p.* 283—302. *recusa est. Reuber et Goldast quaedam menda sustulerunt, sed alia aut eorum aut typographorum errore irrepserunt.*

Codicem Hamburgensem praeter G. Waitz contulerunt G. H. Pertz et Ph. Jaffé, cuius utriusque schedis usi sumus. In eisdem R. Koepke b. m. multos versus Vergilii et Lucani adnotaverat, quos poeta imitatus est. Eosdem fere et alios A. Pannenborg editioni Waitzii subnotaverat, alios in laudato suo tractatu attulit. Ex his eos qui maioris momenti videbantur expressis verbis subnotavimus, alios levioris momenti in margine adscripsimus, alios, quos poetam imitatum esse nobis non persuasum erat, neglexímus. Ceterum paucas notas adiecimus, omnia quae de singulis locis a viris doctis scripta sunt afferre non nostrum ducentes. Titulum apud omnes iam consuetum retinuimus, qui et iis quae poeta de consilio suo I, 1. 2. *dicit optime concordat, cum eum, quem apographum Hamburgense exhibet* (Gesta Heinrici imp. metrice), *non antiquitus traditum, sed a scriptore saec. XVI. inditum esse appareat.* *O. H.-E.*

GESTA[a] HEINRICI[b] IMPERATORIS METRICE.
LIBER[c] I.

Regis Heinrici volo praelia[d] dicere quarti
Contra Saxonum gentem sua iura negantem,
Quae dum fallentes sociaret[e] viribus artes[f],
Plurima bella dolis fidens commisit et armis.
Alme Deus, succurre[g] mihi proferre latentes   cf. Verg. Aen. III, 32

a) *sic* 1; *lemma deest* 2. b) IV. *alio atram. post add.* 1. c) L. I. *des.* 1. d) d. pr. 2. e) socias (*altera manu corr.* sociat) et 1. f) *sic emend. Goldast;* arces 2; *vel* artes *vel* arces *in* 1 *legi potest.* g) ur *e corr.* 1.

1) Epitome rerum Germanicarum f. 24. Hunc locum laudavit Waitz, Carmen p. 9, quem E. Steindorff in eum adverterat. Editioni Soupheri epistola Beati Rhenani ad Iacobum Wimpheling data subiecta est. 2) 2 habet *templare* (semper), *subpeditabo, pre* (plerumque), *sepe,* ubi 1 *tentare, suppeditabo, prae, saepe.* Saepe in 2, nonnumquam et in 1 ę vel *ae* scriptum est, ubi saec. XVI. *e* ex more ponebatur, ut *aedictum, naec, magnificę* (adverb.) etc. In his verbis ę scripsimus, quod in vetusto codice fuisse coniicimus. 3) Cf. Waitz p. 6 sq. 4) Vide I, 196. 225. II, 52. III, 280. 5) De editione quae a. 1583. prodiisse dicitur vide Pertz l. l. p. 76.

Usque modo causas, ea gens quo laesa dolore, cf. Aen. I, 8 sq.
Quidve timens tantos belli commoverit aestus
Adversus regem nulli pietate secundum[1],
Cuius et externi gaudent iuga ferre tyranni,
Et cui se nunquam tulit impune obvius hostis[2].
Domni regis adhuc pueri gens effera laxis
Dum fluit imperiis nec habebat iura timoris,
Non falsum[a] vero nec iniquum segregat aequo.
Quod fuerat libitum sibi quisque secutus eorum,
Ecclesias spoliant, viduis sua diripiebant,
Pupillos miserosque premunt, vi cuncta geruntur;
Pauperis heredem statuit fortuna potentem;
Plus nocuit qui plus potuit, lex nulla coercet,
Fasque nefasque sibi fuerat cuiusque voluntas[3]. cf. Lucan. V, 313.
Sed rex ut teneros superat virtutibus annos,
Ante nimis laxas huic genti strinxit[b] habenas, cf. Aen. I, 63.
Iura dedit, leges statuit, cohibenda coercet[4], cf. Aen. I, 507.
Ecclesiis, viduis, miseris vi rapta requirit;
Nec fecit quisquam post haec impune rapinam.
Talia quod populus tolerabat fręna superbus,
Perdoluit, multumque timens, ne poena sequatur
Tot malefacta sui, studuit contraria regi
Viribus atque dolis. Furor hinc evenerat omnis,
Hinc belli causae veniunt sub imagine recti.
Coniurata dolo gens ut convenit in unum, 1073.
Consiliis instructa suas fallentibus artes,
Tres oratores legatos eligit omni
Ex numero, sua qui deferrent nuncia regi[5].
Qui missi cursum tendunt ad regia tecta[6]. cf. Aen. XI, 447. I, 631 sq.
Ut sunt ingressi, fuit et locus aptus agendi,
Inter eos animis qui maximus extat et annis[c], cf. Aen. IX, 244.
Verbis Saxonum sic Meginfridus[7] agebat[d]:
'Rex, tam virtutum quam regni nobilis heres[e]
Patris avique tui, meritis contraria nostris
Plurima pertulimus, tibi nunc[f] semperque fideles.
Vim qui ferre solent aliis in partibus orbis,
Hanc nobis faciunt. Pupillus[8] et advena quivis cf. Deut. 16, 11. 14.
Indigenas prohibent[g] silvis communibus uti,
Pascua praeripiunt, abigunt armenta gregesque,
Heredes[e] circumveniunt, vi predia tollunt[9],
Omnibus atque modis fit ab his iniuria nobis.
Quam, pie rex, cohibe posthac et corrige facta,
Leges redde tuis ablataque patria iura!
Quod tibi debemus, si nunc optata feremus,
Quo nos cunque vocant, sequimur tua iussa volentes[10]'.
Sic fatus, regis responsum tale recepit: cf. Aen. II, 50.

a) falsis 2; falsum *iam emendavit Reuber*. b) struxit 1. c) armis 2; *sed cf. infra III*, 87. d) aiebat *Gold*. e) haer. 1 *sémper*; hęr. 2 *h. l.* f) nec 1. g) prohibens 1.

1) Cf. Nasonis argum. Aen. I, 1, Ribbeck, Prol. ad Verg. p. 370: *nulli pietate secundum*. 2) Cf. Aen. VI, 879 sq.: *non illi se quisquam inpune tulisset obvius*. 3) V. 11—19. poetam Alcimi Aviti Poem. IV, 13—27. imitatum esse contendit A. Pannenborg, 'Forschungen' XIII, p. 413 sq.; quod mihi non persuasit. 4) Simillima habet Vita Heinrici IV. c. 2. 5) Cf. Aen. XI, 331: *Centum oratores . . . ire placet;* Nasonis argum. Aen. VII, 4, l. l. p. 374. 6) Goslariae Iun. 29; Lamb. Ann. p. 196; Ann. Altah., SS. XX, p. 824; Bruno de bello Saxon. c. 23. 7) Praefectus Magdeburgensis; Bruno c. 52. 117. 8) Nimis inepte ex versu Sacrae Scripturae laudato pupillus Saxonibus vim inferre dicitur. Cf. v. 82. 9) Cf. H. Ulmann, 'Hist. Aufsätze d. And. an G. Waitz gewidmet' p. 119 sqq. 10) Cf. Aen. I, 610: *quae me cumque vocant terrae;* III, 114: *divum ducunt qua iussa sequamur*.

1073. 'Corrigo, si qua piis meritis adversa tulistis,
Nec quisquam frustra queritur mihi vindice digna. cf. Hor. Ep. II, 3, 191.
Quam vos arguitis, non est iniuria nec vis.
Non vestras leges, non ius discindere quaerens[a],
Passis usque modo miseris vim rapta reposco,
Reddo; nec absistam, donante Deo mihi vitam.
Si qua tamen vestrae superest querimonia genti,
Regni primates mihi conveniantque fideles;
Horum consilio super hac re subpeditabo'.
Missi dicta suis referunt dum regia castris,
Infelix populus ruit ad bellum studiosus.
Aeque maiores, aeque furuere[1] minores,
Illi, ne perdant quae plurima rapta tenebant,
Hi, quia pauperiem sperabant vincere predis.
Quisque manu patrium sibi ius[b] ait experiundum.
Talibus auditis, constanti pectore fortis
Rex iubet ad sese Saxonum quemque[c] vocare
Condicione sub hac, si se velit et sua salva.
Nescia mens hominum[2], spectans instantia tantum,
Quot mala vitares, si provida vivere scires!
Hi modo gauderent, si regia iussa fuissent
Sectati. Solvisse dolent semperque dolebunt[3].
Ut perspexit eos rex nolle venire vocatos,
Sex ibi castellis[4] multo munimine firmis
Presidia imposuit, victum quoque largiter addit.
Ipse rebellantes acies[d] ducturus in hostes
Ibat[5], uti propere conduceret arma virosque. cf. Aen. I, 1.
Saxonum populus, digresso rege, superbus
Leges[e], iura, magistratus, fas excidit omne; cf. Aen. I, 426.
Ante sibi vetitas[f] gaudet cumulare rapinas.
Ecclesiae, viduae, pupillus et advena quisque, cf. Deut. 16, 11. 14.
Nuper desueti, vim sunt iam denuo passi.
Sic indiscrete pravi rapiuntque ruuntque[6].
Nec minus interea circundant[g] milite castra
Regia, presidiis quae sunt commissa relictis.
Heimenburc[h. 7] primum, quod erat superabile visum,
Aggressi, bello decertavere cruento.
Nam castellani fortes, ad bellaque docti,
Invictique forent, solum[i] si continuissent
Crimen avariciae, quod pervertit bona quaeque[8].
Hoc igitur positum montano verticę[k] castrum
Circundant[g] vulgi tria milia nocte silenti. cf. Aen. VII, 102 sq. IV, 527.
Vix expectabant lucem, summisque ruentes
Viribus ad montem, certatim scandere temptant[l],
Hostica quo vitent, acta testudine, tela. cf. ib. IX, 503.

a) querens 2. b) vis 2. c) quenque 1. d) aciem 2. e) *v.* 80. *post v.* 81. *posuit Waitz; sed* excidit *pro* exscidit *scriptum esse opinor, unde causa versus transponendi tollitur; cf. III*, 5: fas discidit omne. f) ventas 1. g) *sic semper* 1. 2. h) Heimenburc *corr. alia manu* Hennenburc 1; Hennenberg 2. i) si solum 2. k) verticae 2; vertice 1. l) tent. 1 *semper*.

1) Metro coactus poeta hoc perfectum apud auctores antiquos non usitatum usurpavit; cf. infra v. 134. III, 53. 2) Cf. Aen. X, 501: *Nescia mens hominum fati.* 3) Cf. Lucan. VI, 303: *dolet heu semperque dolebit.* 4) Novem Lamb. p. 200. enumerat. 5) Aug. 9—13. de castro Harzburg ad monasterium Hersfeldense aufugit; Lamb. p. 198; Ann. Altah. p. 824; Bruno c. 27. Quam fugam poeta silentio texit.

6) Cf. Aen. IV, 581: *rapiuntque ruuntque;* cf ib. I, 633: *Nec minus interea.* 7) Heimburg prope Blankenburg; cf. Lamb. p. 201; Ann. Altah. p. 824. 8) Ad hunc versum laudat Gundlach, 'Ein Dictator' p. 158, n. 4. proverbium Othlonis, Pez, Thes. III, 2, col. 495:

Crimen avaritiae cito destruit optima quaeque.

Undique conferti[a] properant super ardua niti; 1073.
Gressum dextra iuvat, manus arma sinistra gerebat.
Sic ascendentes et iam vallo propiantes,
Ecce vident fortes occurrere desuper hostes,
Indutos omnes insignia bellica quaeque.
Exoritur propere non parvus clamor utrimque; cf. Aen. III, 128. II, 313.
Eminus emissis crebrescunt vulnera telis.
Post haec res agitur gladiis, miserabile visu! cf. Sal. Cat. c. 60; Aen. I, 111.
Nec mora nec requies[1], castellani meliores
Bello magnifice vulgus funduntque fugantque,
Vulnera multiplicant, iraeque[b] satis faciebant.
Preterea stantes ad propugnacula castri,
Ne sine se vincant socii[c], certamina temptant.
Ferratos fustes alii mittunt super hostes,
Tormentis alii lapides, quidam[d] baleari
Arcu dimissis hostes stravere sagittis.
Plebs devicta fugam facit, hostibus et miserandam.
Nanque[e] cadunt plures, dum descendunt fugientes,
Intereuntque suis infixi corpora telis. cf. Aen. IX, 540.
Gens fera Saxonum, cur non capis hinc documentum?
Ecce patent[f] plane cladis documenta futurae,
Nam vincunt primo pauci tua milia bello.
Sed cum servari non possint perniciei
Debita, tu surgis rursum nec victa quiescis.
Ergo palatinus comes[2] e Saxonibus unus
Sex armatorum collectis milibus ipsum
Castrum circundat bellique moras redimebat, cf. Sal. Iug. c. 29.
Sperans expugnare fame, quos ense nequibat.
Sed quae disposuit cum non procedere sensit,
Castellanorum primos per munera temptat,
Quae constant morum perversio magna bonorum.
His dum multa dedit furtim — sed plura spopondit,
Si tradant castrum —, mentes pervertit eorum,
Ut facerent turpem[g] pro munere deditionem.
Cur tibi tanta fames auri fuit, impie miles? cf. Aen. III, 57; Ecl. I, 70.
Auro vende fidem, forsan lucrabere mercem. cf. Aen. VI, 621.
Quod precium dederis tu quodque receperis, una
Si pensare velis, tibimet furuisse[3] videris.
Non lapides castri tantum, non ligna dedisti;
Vile capis precium, dans carius omnibus unum,
Quo sine semper eges, quod habens ditissimus esses.
Perfide sic certas miles, sic credita servas!
At tibi dissimiles referent per tempora laudes
Hi[h], quibus Arcipolis[4] fuerat commissa, trecenti[i],
Quos merito longum virtus et fama per aevum
Insignes faciunt, si quicquam carmina possunt[5].
Milia[6] Saxones ex se bis dena legentes,
Arcipolim circumveniunt, sua castraque ponunt,
Arcem quo capiant armisve dolisve, retractant.
Nunc castellanis fontes et pabula temptant

a) conferri 1. b) ireque 2. c) sociis 1. d) *alio atramento suppl.* 1. e) *sic* 1. 2. f) *aut* parent *aut* patent *in* 1 *legi potest.* g) tristem 1. h) Haec 2. i) trecentos 2.

1) Cf. Aen. V, 458: *Nec mora nec requies.* 2) Fridericus. 3) Cf. supra p. 1220, n. 1. 4) Harzburg. 5) Cf. Aen. IX, 444: *Si quid mea carmina possunt;* cf. infra II, 193. 6) Ad v. 143—213. cf. Lamb. p. 205; Bruno c. 29.

1073. Claudere, nunc dictis illos mulcere dolosis, cf. Aen. V, 464.
Hic quoque confisi convincere[a] viribus auri.
Verum nunc talis labor est absumptus inanis,
Nam via nulla dolis, nec prosperitas patet armis;
Regius iste fidem miles non comparat auro.
Quam sit in arma potens, iam gens Saxonica[b] sensit.
Hunc[c] licet hostiles circumdederint legiones,
Non petitur, sed sponte[d] petit tot milia fortis.
Hinc equites lecti descendunt arce ducenti,
Insignes animis, nitidi fulgentibus armis; cf. ib. VI, 861. XII, 275.
In castris resides et nil hostile timentes
Hostes invadunt et bellica signa canebant. cf. ib. X, 310.
Saxones subito stupefacti corda periclo cf. ib. V, 643.
Discurrunt, trepidant, consulto nil agitabant;
Pars cecidit, pars arma capit, pars maxima fugit.
Instant victores, oriturque miserrima caedes[1];
Castra cruore madent, mars sevit ubique cruentus. cf. Aen. IX, 331 sq.; Georg. I, 511.
Sic devastatis castrorum partibus illis,
Victores captas abigunt ad moenia predas.
Sed victi luctum variantes clade suorum,
Pars interfectos sepelit, pars membra levavit
Saucia vivorum curas habitura suorum.
Corpora vix placidae[e] componunt fessa quieti, cf. Georg. IV, 438.
Cum descendentes e moenibus Arcipolenses
Irrumpunt iterum castris somnoque iacentes
Caedunt[f] atque fugant, armis et equis spoliabant,
Circum castra sitas[g] incendunt undique villas.
Sic decertabant, sic hostibus usque nocebant,
Obsessique suos obsessores numerosos
Tandem cogebant, quod pacem sponte petebant.
Pax sed utrimque[h] fide datur hac sub conditione,
Si pactum absentis firmaret gratia regis.
Abscedunt[i] aliis quoque castris obsidiones.
Ocia reclusis agitantur, et undique portis
Ibant pacifice, quocunque placebat utrisque.
Sed brevibus spaciis durant haec commoda pacis,
Nec potuit veterem gens impia ponere fraudem.
Nam duo cum iuvenes descendunt Arcipolenses
Et nova Goslariae[k] voluerunt arma parare,
Capti, nudati sunt, in cruce suntque levati[2].
   Gens fera, sic servas pacem, quam tute petebas?
At, quod sperasti, non[l] hec impune tulisti,
Nam tua pro geminis flevisti funera centum.
   Velox fama volat referens de pace soluta cf. Aen. III, 121.
Ad castellanos et turpi morte suorum.
Qui sperasse fidem Saxonum sero dolentes,
Consiliis agitant, mala qua[m] mercede rependant.
Denos[n] ergo viros mittebant, qui pecus omne
Goslariae[o] campis abigant, praedam simulantes.
Quo facto, praedam properanter[p] ad eripiendam

a) devincere 2. b) Saxonia 1. c) Nunc 2. d) spontet 1. e) placide 2. f) Cedunt 2. g) suas 1. h) utrunque 1. i) Adsendunt 1. k) Gosslar. (*sed v.* 195. Gosl.) 1; Gossarie 2. l) nec 2; nec et *emendavit Reuber*. m) malaque et m. rependunt 1. n) Densos 1. o) Gossarię 2. p) *sic emendavit Reuber*; properantur 1. 2.

1) Cf. Aen. II, 411: *oriturque miserrima caedes.* 2) Iurgio exorto eos trucidatos esse narrat Lambertus.

Goslaria[a] currunt pariter iuvenesque senesque; 1073.
Sutores, fabri, pistores carnificesque
Militibus comites ibant in bella ruentes.
Vix extra villam pars agminis ultima venit,
Cunctaque per latos procedunt milia campos,
En castellani centum de valle latenti
Procurrunt equites mediosque feruntur in hostes[1].
Ut segetes grando maturas proterit olim,
Dispergunt, caedunt adversos confodiuntque,
Colla metunt gladiis, madet undique terra cruore, cf. Aen. X, 513. IX, 331 sq.
Strataque tam latos texere cadavera campos.
Saxonum reliqui, tam multa strage suorum
Visa, scuta retro iacientes, terga dedere
Atque caballorum fodiunt calcaribus armos[b, 2].
Pars ad vicinam tendebat currere silvam,
Pars fugit ad villam, memor uxorisque domusque;
Victores instant, fugientes atque trucidant[3].
Premia nunc sceleris, gens impia, ferre videris,
Quae pro funeribus tibi sunt illata duobus.
Quid modo? Num pacem malles servasse priorem[c]?
Est[d] tibi dulce domum deferre cadavera centum?
Certe maioris sunt haec tibi signa doloris,
Quae posses plane, sis[e] si bene sana, notare.
Nam cum nec paucis numerosa resistere possis,
Invictum contra regem potes arma levare?
Cuius mira pari virtus caret[f] atque carebit,
Cuius militiae vix ultima signa tulisti.
Sed scio, dissimilem sperans succedere finem
Principiis, audes animo perstare[g] superbo.
Perge tibi poenas meritis[h] cumulare futuras!
Nondum vincla pati vel[i] claustra satis meruisti.
Dum sic dissolvunt condictum[k] foedus utrique,
Castellanorum virtus experta laborum
Fortis in arma furit, per tempora nulla quievit, cf. Lucan. II, 439.
Hostibus usque nocens, sibi laudis nomen adaugens:
Nunc terram vastant preda, nunc torre vel[l] ense.
Sic castellorum[m] quoque custodes aliorum
Fines Saxonum devastavere propinquos
Quosque suis castris[n] simul igni, caede[o], rapinis,
Multimodis omnes, sed primitus Arcipolenses
Certant magnificę pro[p] domni regis honore.

INCIPIT LIBER II.

Interea regis Germania laeta iubentis
Imperiis acies ad praelia misit alacres[4],
Agmina Wangionum[q] cum robore Poiariorum[r],
Suevos, Lotharios, equites ad bella valentes,

a) Goaslar. (*sed v.* 195. Gosl.) 1; Gossar. 2. b) armo 1. c) *deest* 1. d) Et 2. e) si sis 2. f) cares 1. g) *sic corr Waitz;* praestare 1. 2 (prest.). h) mentis 2. i) tibi *corr.* vel 1; et 2. k) edictum 1. l) et 2. m) castellarum 1. n) *quaedam h. l. deesse sine causa censet Waitz.* o) cede 2. p) domini pro *Reuber.* q) Vang. 2. r) *sic semper* 1. 2; *Reuber et Gold. ubique* Boiar. *scripserunt.*

1) Cf. Aen. IX, 398 sq.: *sese medios moriturus in hostes inferat;* II, 511: *fertur moriturus in hostes.* 2) Cf. Aen. VI, 881: *equi foderet calcaribus armos.* 3) Idem versus infra III, 176. recurrit. 4) Mense Octobri ineunte exercitus in agro Hersfeldensis monasterii collectus est; Lamb. p. 199, qui quidem infra p. 202, ubi colloquium Gerstungense narrat, exercitus regii non mentionem facit, sed revera exercitum congregatum esse poeta procul dubio recte narrat.

1073.
His comitatus iter rex protendebat ad hostes.
Eius[1] ut adventum gens audiit illa propinquum[a],
Diffidens armis, spem quaerit in arte[b] salutis. cf. Aen. III, 51; Lucan. II, 113.
Mittit legatos ad regia castra decenos,
Ut cunctis regni primis sua nuncia ferrent
Qui proficiscentes, ad castraque pervenientes,
Primos militiae regis comitesque ducesque
Pontificesque pios compellant vocibus istis: cf. Aen. VI, 499.
'O provisores regni regisque fideles,
Auxiliis vestris usi per prospera pacis,
Haec et consilio vitare[c] pericula vestro
Sperant nostrates. Cui parent usque volentes,
Adversus regem se deliquisse fatentur.
Sed quocunque modo vos vultis sive iubetis,
Utque placet regi, sunt haec purgare parati.
Hanc igitur veniam prestate petentibus unam,
Ut vos conveniant, rem vobis ordine pandant[2];
Et decernatis, quid vos sibi precipiatis.
Maiores nostrum, paucis tantum comitati,
Huc prope castra fide vestra venere, manentes
Vestrum consilium, vestrum super omnia iussum'.
  Ad quae primates respondent cuncta placere
Haec mandata sibi, de colloquio simul illis
Esse locum dandum, si rex permittere vellet.
Et mox narrantes regi mandata, rogabant,
Ut legatorum liceat sibi verba probare.
Ipse doli nihil esse ratus, permiserat illis.
Pontifices igitur, primi[d] comitesque ducesque
Conveniunt[3] iuncti Saxonibus aequore campi[4].
Plurima Saxones de domno[e] rege querentes,
Nunc supradictas etiam meminere querelas,
Qualiter impulsi cępissent[f] talia niti;
Compositisque dolis sic pervertere potentes
Ex aequo, ceptum quo[g] quisque probaret eorum,
Astringantque fidem se regem commonituros,
His ut ius patrium reddat, commissa remittat;
Si nollet, se iusta petentibus haud nocituros.
Sed quibus inducti[h] primates artibus illi
Genti consensum tunc prebuerint scelerosum,
Hoc alias patefit, mihi vita salusque supersit[5].
Nunc iuvat ire viam directo tramite cęptam.
  Principibus cunctis sic in contraria versis,
Fortis rex, patria virtute nitens et avita, cf. ib. X, 752.
Non sua fortunae subiecit colla superbae,
Maluit in[i] paucis multorum victor haberi
Quam cędens[k] multis tanto caruisse triumpho[6].
Quid tibi nunc veteris prodest[l] sollertia fraudis,

a) proinquum 2. b) arce 2; *aut* arce *aut* arte *in* 1 *legi potest.* c) vitari 2; *iam emend. Reuber.* d) primique duces comitesque 2; *cf. II*, 11. e) *alio atram. scr.* 1. f) caep. 2; coep. 1. g) quod *Waitz; sed cf. Wattenbach, 'Heidelberg. Jahrb.'* 1871. *p.* 262. h) indocti 1. i) cum *correxit Waitz, quo emendando non opus est.* k) caedens 1; cedens 2. l) proderit 1 (erit *minus perspicue scriptum*).

1) Quae poeta v. 6 31. tradit multo differunt a narratione Lamberti p. 202. 2) Cf. Aen. III, 179: *remque ordine pando;* VI, 723. 3) Apud Gerstungen die Oct. 20; cf. Lamb. p. 202. 4) Cf. Aen. VII, 781: *aequore campi.* 5) Cf. Georg. III, 10: *modo vita supersit;* Lucan. V, 685: *vita salusque.* 6) Poeta tacet regem post colloquium Gerstungense re infecta in Baioariam recessisse omnesque tristes eventus, qui ei a. 1073. exeunte contigerunt. Quod ut melius tegat, sequentibus multis verbis in Saxones invehitur.

Effera Saxonum[a] gens? Quae tibi commoda rerum 1073.
Confert? Num scelerum poenas[1] vitasse putabas?
Rapta tene, secura sede, rape plura, licebit.
Forsan decisis rex inclitus haesitat alis,
Cum paucisque tuas formidat adire phalanges.
Accipe, quas illi laudes hac fraude parasti,
Per quam multorum pauci sumpsere triumphum,
Qua sine paucorum cęssisset gloria multis.
An prestat multis multos, an vincere paucis?
Paucos maiori levat haec victoria laude;
Nam si sint plures, daret his divisa minorem.
Tale vel[b] omne bonum minus est in plura diremptum[c].
Collige iam, quid te contra reputando sequatur:
Nam si victores extollit gloria paucos,
Nonne ferent ignominiam victi numerosi?
Hoc ratio probat, adversis adversa coherent.
  Qui fuerant illi tunc regia castra secuti[d],
Non de principibus quos legit regia virtus,
Primatum parit his virtus et nobilitatem:
Pauci Francorum, pars plurima Poiariorum,
E Suevis aliqui, numero, non robore pauci,
Hi veteris fidei servabant pignora soli.
  Protinus in patriam Saxonum nuncia mittens
Rex super Arcipolin castellaque caetera mandat
Militibus fidis, ne propter deficientes
Ab se primates regni cunctentur in arma,
Hostibus ut nunquam cędant[e], bene credita servent,
Se cito venturum ferro sua castra solutum.
Continuo regis castrenses iussa facessunt[f, 2],
Hostibus obsistunt, castellis quaeque propinqua
Vastantes igni, praeda vel[g] caede cruenta[3].
  Postquam Saxones ex principibus redeuntes
Excussisse sibi sperabant regia fręna,
Castellis aliquam tractant obtendere technam;
Resque monebat eos, clades non parva suorum.
Caetera maiori circundant obsidione,
Arcipolin autem temptare per obsidionem
Nullus presumpsit, casus memorando priores.
Ergo dolos artesque novas expromere quaerunt[h]; cf. Aen. I, 657.
Immenso monti, qui proximus imminet urbi[4],
Castellum superaedificant, mirabile dictu!
Altis ilicibus tantum resecando quadratis,
Presidium patriae, vigili tutamen[i] ab hoste.
Illuc imponunt armatos mille ducentos,
Qui despectarent, hostes quodcunque pararent,
Ne quis possit[k] eis deferre cibaria; vel[l] si

a) *nota mendum contra prosodiam. Cum auctor ubique* Saxōnes *cum duobus longis pedibus posuerit, forsan hoc quoque loco ut I,* 116. *III,* 30. Gens fera Saxonum *legendum est, quod et eo commendatur, ut syllaba caesurae extremae versus syllabae consona reddatur.* b) *emendavi;* Tale tibi 1; Tale et 2. *Cf. I,* 227 *(p.* 1223, *n.* i*); posses etiam* Taliter *emendare.* c) direptum 2. d) *signum interrogationis h. l. habet* 1. e) caedant 1; cedant 2. f) lacessunt 1. g) et 2; praedaque et *correxit Reuber.* h) quaerit 2. i) tutamus 2; *Reuber iam emendavit ut* 1 *habet.* k) posset 2. l) et 2.

1) Cf. Aen. XI, 258: *scelerum poenas.* 2) Cf. ib. IV, 295: *iussa facessunt.* 3) Cf. ib. I, 471: *vastabat caede cruentus.* 4) Harzburgensi. Bruno c. 29. eadem narrat quae poeta v. 83—114. habet; brevius earundem rerum Lamb. p. 205, l. 40 sqq. mentionem fecit. — Cf. Aen. I, 419 sq.: *collem qui plurimus urbi imminet.*

1073. Unquam descendant praedas[a] ad diripiendas,
Descendant ut et hii[b], concurrant[c] hostibus hostes.
Et castellanis furtim stipendia si quis
Attulit, aut caecant, suspendunt sive trucidant.
Utraque iam resident adversis agmina castris,
Hinc maior numerus, hinc bello[d] clara iuventus. cf. Aen. VI, 478.
Hostibus ut noceant, vigiles speculantur utrique,
Nec ponunt fessi nocturnae membra quieti.
Nostri maiores bello numeroque minores
Saxonum turbam multo certamine temptant:
Nunc arcus[e] celeres, nunc contorsere balistas,
Hostibus adversis transfigunt pectora telis,
Nunc illis igni corrumpunt moenia castri,
Ediles[1] ipsos perimebant aut capiebant;
Sepeque perplures victu rhedas oneratas
Hostibus allatas rapiunt violenter et ipsos
Vectores[f] capiunt, caedunt funduntque fugantque. cf. I, 106.
1074. Sic inter sese belli certamina miscent cf. Aen. XII, 720.
Illi, cum fortis rex agmina lecta suorum
Cogens, adversos cursum tendebat in hostes. cf. Aen. XII, 917.
Regius en campis miles procedit apertis[2]
Paucus, at ingenti virtutum laude probatus,
Nęc minus induviis[g] belli quam fulgidus armis.
Loricae galeaeque tegunt fortissima cunctae
Corpora militiae; scutis impicta gerebant
Fortia facta patrum[3], quo talia visa virorum
Incendant animos solius laudis avaros[4].
Velox fama volat Saxonum nuncia genti, cf. I, 190.
Regem venturum ferro sua castra solutum, cf. II, 79.
Instructas[h] totis acies incedere[i] campis[5].
Nec[k] mora, tam raras speculantur regis ut alas,
Confisi numero, statuunt decernere ferro. cf. Aen. XI, 218.
Denique per patriam mittebant nuncia totam,
Cunctus ut ad bellum populus properaret agendum.
Indiscreta ruunt e cunctis agmina villis;
Rusticus abiecto quivis discedit aratro
Et studio belli studium postponit[l] arandi.
Pastores[6] pecorum, custodes atque domorum
Preposuere suis pugnae discrimina curis.
Capta peregrinis mercator munera terris
Negligit, in bellumque ruit, securus ad horam, cf. ib. IX, 180.
Accedat quantum summae quantumve recedat;
Omnis conditio bellum cupit, omnis et[m] ordo.
Maxima pars pedes ivit, equis pars fertur in altis[7],
Armati variis, sibi quae sors obtulit, armis.
Tales militibus comites in bella ruebant[8]
Ignari, se quam crudelia fata sequantur,

a) ad pr. 2. b) *sic* 2; hi 1. c) concurrent 2; *Reuber correxit ut* 1 *habet.* d) belli 1. e) arcem 1. f) Victores 1. g) indumis 2; induciis *Reuber.* h) Instructis 2. i) incendere 2; *Reuber correxit ut* 1 *habet.* k) Naec 2; Nec 1. l) praeponit 1. m) *deest* 2; *supplevit Reuber.*

1) i. q. custodes, vigiles. 2) Cf. Aen. IX, 25: *Iamque omnis campis exercitus ibat apertis.* 3) Cf. de hoc loco Waitz, Carmen p. 15 sq., qui affert Verg. Aen. I, 640 sq.: *caelataque in auro fortia facta patrum.* 4) Cf. Horat. Ep. II, 3, 324: *praeter laudem nullius avaris.* 5) Rex a. 1074, Ian. 27. cum exercitu Hersfeld venit, ut contra Saxones proficisceretur; Lamb. p. 207. 6) V. 135. 136. 138. 139. infra III, 110. 111. 113. 114. repetiti sunt. 7) Cf. Aen. VII, 624 sq.: *pars pedes ire parat campis, pars arduus altis . . . equis furit.* 8) Cf. Aen. IX, 180: *in bella ruebant;* cf. supra I, 199.

Infaustique suas ausi dimittere curas. 1074.
Ergo fremens[a] campis exercitus ibat apertis, cf. Aen. IX, 25; supra II, 118.
Cum glacialis hiems cursus frenarat aquarum[1],
Undaque, navigiis prius, est[b] modo pervia plaustris[2].
In stabulis armenta, ferae silvisque rigebant;
Multa metallorum pre frigore dissiluere,
Nęc[c] minus et pluvias venti spirant hiemales[3].
Talis tempestas Saxonum contigit alas,
Ex quibus intereunt miserando funere multi.
Nam vulgus peditum gradiens per devia fessum,
Dum sedet in campis requiem quaerendo[d] laboris,
Frigore concrescunt sudore madentia membra. cf. ib. XII, 905.
Corpora multa gelu nocturno diriguere
In silvis, hinc igne, sed hinc corrupta pruinis.
Ast equites arti carpentes pervia callis
A tergo insequitur vis maxima turbinis atri[e, 4]
Excussosque[f] via cumulo nivis abdidit altae.
Hic nec sessor equum iuvat, aut iuvat ille sedentem.
Saxonum multi ceciderunt funere tali.
Caetera de tantis pars conservata periclis,
Regis ut instructas videt adventare cohortes,
Sol et in auratas galeas clipeosque refulsit, cf. 1. Macc. 6, 39.
Cernit et erectis acies incedere[g] signis,
Horribili stupet aspectu; furit igneus ardor
Consumens villas in circuitu numerosas.
Procurrunt equites ex agmine regis alacres,
Exultantque suis flectentes colla caballis,
Alternos ineunt discursus[h] atque recursus[5],
Versuras celeres duplicantque decenter equestres
Ac desiderio pugnandi bella lacessunt. cf. Aen. XI, 254.
Nec predicta viris nocuerunt frigora tantis[6],
Nam sanguis calidus[i] fuit his et bellica virtus. cf. ib. IX, 420.
Talia Saxones irritamenta videntes,
Quid faciant? quid agant? qua vi certamina temptent?
Languida vix tanto motabant frigore membra.
Armis[7] exuti, demissi colla superba
Nudatique pedes pariter cum supplice voto cf. ib. VIII, 61.
Regis castra petunt, cui se sua cunctaque dedunt[8].
Carmine quo tanti laudes celebrabo triumphi,
Tempore de Karoli[k] qualis non contigit ulli?
Virtus celsa dedit hic[l] quod natura negavit,
Quae sic in cunctis vires animantibus aequas
Destinat esse suas, ut maior turba minori
Eiusdem generis certamine prestet in omni[9].

a) *infra III, 92, ubi idem versus recurrit,* frequens. b) et 1. c) Naec 2; Nec 1. d) quer. 2. e) atrae 1. f) Excussossque 1. g) accedere 2 h) discursos a. recursos 1. i) callidus 1. k) Car. 1. l) huic *Reuber.*

1) Cf. Aen. III, 285: *Et glacialis hiems;* Georg. IV, 135 sq.: *Et cum tristis hiems . . . glacie cursus frenaret aquarum.* 2) Cf. Georg. III, 361 -363: *undaque . . . puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris, aeraque dissiliunt volgo vestesque rigescunt;* ib. 352: *clausa tenent stabulis armenta.* 3) Cf. Lamb. p. 207: *Frigus erat validissimum, et hiberna siccitate arebant omnia* etc., cum rex Hersfeld venisset. 4) Cf. Aen. X, 603: *turbinis atri.* 5) Cf. Aen. V, 583 sq.: *inde alios ineunt cursus aliosque recursus adversi spatiis alternosque orbibus orbes.* 6) Regis exercitus propter frigus annonae inopiam passus est, ut Lamb. refert. 7) V. 180 sq. infra III, 284 sq. recurrunt. 8) Die Febr. 2. pactum ictum est, et principes Saxonum ad regem venerunt. Quam adulatorie in favorem regis poeta de hoc pacto retulerit, ad quod accipiendum rex invitus a principibus coactus esse a Lamberto dicitur, cunctis patet. 9) Saxonum exercitum regis copiis multo maiorem numero fuisse etiam Bruno c. 31, qui eum duplo maiorem dicit, et Lamb. p. 207. tradunt.

1074. Vix modo victores devictos addecimabant[a],
Milia sex vincunt, decies tot victa fuere.
Participes tanti felices[b] usque triumphi,
Virtus vestra[c] feret decus immortale per aevum
Pro tantis meritis, si quid mea carmina possunt[1].
Nec mihi quis dicat: 'Non haec victoria praestat,
Non sunt victores tam multa laude notandi,
Qui non pertulerant ullum vincendo laborem,
Non hostes iugulant nec terram[d] caede cruentant'.
Concertare valens num quisquam supplicat hosti?
Num fidens armis spem quaerit ab hoste salutis? cf. Lucan. II, 113.
Tanto maiorem fert haec victoria laudem,
Quanto maior erat honor hostibus imperitare
Vivis quam gladiis vel[e] quavis caede peremptis.
  Rex igitur, facta Saxonum deditione,
Supplicibus mitis, contrarius atque superbis,
More leonino, substratis hostibus, iram
Iustam deposuit commissaque cuncta remisit.
Ibat per patriam rex invictissimus illam,
Incorrecta regens, leges et iura reponens,
Restituens cunctis sua dudum despoliatis.
Hinc propriam sedem tendens ad Goslariensem[f,2],
Saxonum genti dat patria iura petenti,
Per totam patriam pacis[g] iubet esse quietem,
Iusto iudicio causas componit et aequo.
Hic quoque militiam donat bene munere dignam:
Ad se custodes castrorum convocat omnes,
Castraque reclusis iubet esse patentia portis[3].
Primitus insignes donavit et Arcipolenses
Muneribus meritis, auri dat pondera puri,
Ingentesque viros extollit honoribus amplis;
Virtutem laudat, bene gestaque praelia iactat.
Namque[h] solet virtus hominum committere maius,
Acrius atque calet[i], si laus sua facta sequatur. cf. Aen. IV, 109.
Sic castellorum quoque presidiis aliorum
Munera condigne[k] dat pro quorumque[l] labore.
Sic ibi dispositis rebus, pacemque fideli
Mente gerens factisque probans, se transtulit inde[4].

LIBER III.

At gens exitio dudum devota futuro[5],
Ut fuerat solitae concessa licentia praedae,
Concipit immanem diro[m] sub corde furorem cf. ib. IV, 501 sq.
Et ruit effrenis, quo se tulit impetus amens[6].
Fana profana simul miscet, fas discidit omne
Criminibusque novis dissignat foedera pacis.
Praesidiis vacuam, placida iam pace quietam[7]
Arcipolin armis invadunt milia gentis,

a) *vox alio atramento inserta* 1. b) foel. 1. 2. c) nostra 2, *quod Waitz recepit.* d) *deest, spatio vacuo relicto* 1. e) et 2. f) Gossar. 2. g) *bis scriptum* 1. h) Nanque 1. i) calcet 1. k) condigna *corrigendum censet Waitz p. 8, sed syllaba extrema consona* (labore) *obstare videtur.* l) quocunque *correxit Reuber, quod et Waitz coniecit, sed lectionem esse veram rectamque esse censeo.* m) dire 1.

1) Cf. Aen. IX, 444: *si quid mea carmina possunt;* cf. supra I, 142. 2) Mense Februario ineunte. 3) Ut castella regis destruerentur, conditio pacis a Saxonibus statuta est. 4) Wormatiam mense Martio. 5) Cf. Aen. I, 712: *pesti devota futurae.* 6) Cf. Lucan. IV, 279: *impetus amens.* 7) Cf. Aen. I, 249: *placida compostus pace quiescit.*

Moenia despoliant, aeraria regia frangunt, 1074.
Thesauros cultusque[a] novos auroque rigentes[1],
Aurea vasa, ciphos, lances, insignia regni
Plurima diripiunt, incendunt moenia flammis,
Adversusque Deum[b] vertentes arma furoris,
Ecclesiam invadunt, avellunt aurea mensis
Ornamenta sacris, tabulas capsasque rescindunt
Atque sacerdotes sua munia iam celebrantes,
Vestibus abscissis[c], audent obtundere[d] pugnis cf. Aen. V, 685.
Auratasque cruces manibus lacerare cruentis
Et defunctorum violare sepulchra, reiectis
Ossibus; intactum nullum liquere[2] furorem,
Flammarumque globos iactant ad culmina templi[3];
Venti dant vires flammis, furit aestus ad auras[4],
Aequaturque solo regalis machina tota.
Sic aliis castris, custode carentibus, igni
Incensis, plures ornatibus expoliatas[e]
Ecclesias etiam corrumpunt ignibus atris. cf. ib. XI, 186; infra III, 234.
Multas regales devastant undique curtes;
Pupillis, viduis violenter dilaceratis,
Multiplicant praedas, confundunt fasque nefasque.
Gens fera Saxonum, factrix memoranda malorum,
Est haec deditio tua? Sunt haec foedera pacis
Condictae? Tales volvisti pectore fraudes?
Quis tua non stupeat crudelia facta fidelis?
Fraudis vel scelerum venient tibi digna tuorum
Premia. Perge modo, rape, destrue, distrahe cuncta!
Non divina fides, te[f] non humana reflectat.
Facti fama volat[5], totum regnumque replebat.
Cuncti Saxonum crudelia sacrilegorum
Facta stupent artesque novas pollutaque pacis
Foedera. Primates propriis se vocibus ultro
Incusant gentem prius hanc audisse nefandam
Fallentemque dolis et regia iura negantem.
Detestatur[g] eos simul omnis sexus et aetas.
Nec mora[6], percepto rex magnus crimine tanto,
Egregia pietate nitens, fortissimus armis[7],
Zęlo[h] iusticiae flammato pectore fervet,
Adversum tantos praesumptus colligit iras;
Ignescunt animi iusto sub corde feroces; cf. ib. IX, 65.
Non sua iam, sed iura Dei violata dolebat.
Imperat exciri totius robora regni
Armavitque acies, acer ruiturus in hostes.
Regis ad ędictum[i] cuncti se in bella parabant, 1075.
Aeque maiores, aeque studuere minores[8].
Arma novant, animos acuunt, docuere caballos
Currentes facili cervice reflectere cursus,
Horrificos belli non exhorrere tumultus.

a) cultosque 1. b) ducem 1. c) abscisis 1. d) obtendere, *corr.* obtondere 1. e) expoliatis 1. f) non te 1. g) Detestantur *Reuber*. h) *sic* 2; Zelo 1. i) *sic* 1; aed. 2.

1) Cf. Aen. XI, 72: *auroque ostroque rigentis.* 2) Cf. Hor. Carm. I, 35, 35. 36: *quid intactum nefasti liquimus.* 3) Cf. Verg. Georg. I, 473: *Flammarumque globos;* Aen. II, 478: *flammas ad culmina iactant.* 4) Cf. Aen. II, 758 sq.: *ignis edax summa ad fastigia vento volvitur, exuperant flammae, furit aestus ad auras.* 5) Nasonis arg. Aeneidis IV, 5, Ribbeck, Prol. ad Verg. p. 372: *Facti fama volat.* 6) Castro Harzburg a. 1074, Mart. destructo, exercitus contra Saxones demum a. 1075, Iun. coactus est. 7) Cf. Aen. VI, 403: *pietate insignis et armis.* 8) Idem fere versus supra I, 63.

1075.
Primus init bellum[1], cogens in praelia secum
Suevos unanimos[a], dux fortis in arma Rodolfus[b],
Quos prius expertos Saxonica bella celebrat
Gloria quaesiti Carolo sub rege triumphi[2].
Hic et in arma rapit secum quos patria misit
Curia, mille manus Ararim Rodanumque bibentes[3]. cf. Ecl. I, 62; Lucan. VI, 475 sq.
Hos Romanorum sequitur de gente vetusta[4]
Dux Catulus[5] nomen referens moresque genusque.
Signa ducis sequitur gens inclita Poiariorum,
Quam totiens domitis celebrat victoria Parthis[6]
Et nunquam violata fides bellisque probata
Virtus Poiemicis[c] multisque superba triumphis.
Necnon Wangiones[d] ibant in praelia fortes,
Gens antiqua, potens armis et munere terrae[7],
Regia signa sequi bello quae gaudet in omni
Solaque regales servat per praelia fasces[8];
Nunc quoque signa sui sequitur fulgentia regis,
Agmine multiplici cingens insignia regni.
Rex cunctas acies excellens vertice celso
Alto fertur equo, mediis in milibus extans; cf. Aen. XI, 678.
Arma nitent aurata nitentibus addita membris,
Emicat e cunctis rutilans ut lucifer astris.
Post hos[e] insignis dux[9] agmen agit Gotefridus[f],
Corda[g] gerens patris[10], quamvis sit corpore dispar[11],
Consuetas iuvenum ducens ad bella phalanges,
Ripheas habitant urbes Thilen Nimagumque[h], cf. Georg. I, 240.
Extremos regni fines, ubi bella moventur
Semper, et hostili crudescit sanguine terra[12].
Tum dux[13] Lotharios Tiedricus cogit in arma,
Dux insignis eques in equestria bella valentes
Turmas educens, armis animisque vigentes.
Et Westvalorum[i], Fresonum, Poiemiorum
Exibant acies accitu regis alacres,
Milia multa nimis decorata nitentibus armis.
His comitatus iter rex ultor tendit in hostes.
Ergo frequens campis exercitus ibat apertis[14]; cf. Aen. IX, 25.
Tellus cornipedum cursu pulsatur equorum[15].
Talia Saxones ex fama percipientes,
Absumpti figmenta prius fraudesque dolosque,
Coguntur tandem nunc se defendere bello.
Emittunt equites strictis mucronibus[16] acres

a) unanimes 2. b) Rhodolfus 1; Rudolphus 2. c) poienicis (*aut* polenicis) 1; Boiem. *semper Reuber, Goldast.* d) vang. . e) hoc 1. f) Gotfridus 1. g) Corde 1? h) Numag. *corr.* Nimag. 1. i) Vuestualuorum 2.

1) Iun. 8; cf. Lamb. p. 223. 226. — Cf. Aen. VII, 647: *Primus init bellum.* 2) De hoc iure vide quae affert Waitz, 'D. VG.' VIII, p. 181, n. 4; Carmen p. 18. 3) Burgundiones. Rudolfo enim cum ducatu Sueviae a. 1057. etiam Burgundia regenda commissa est. 4) Cf. Aen. IX, 282: *Priami de gente vetusta.* 5) Welfo IV. dux Bavariae, filius Azonis II. marchionis Estensis. Primus Otloh in Vita Altonis c. 10, supra p. 844, nomen Catuli habet. — Geneal. Welf. c. 5, SS. XIII, p. 734, circa a. 1126. scripta, hoc nomen *a Romano nobilissimo Catilina in hanc prosapiam sanguinis* descendisse dicit. Cf. Hist. Welf. Weing. c. 2, SS. XXI, p. 458. 6) Ungaros dicit; cf. duos locos saec. X. allatos ab E. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' II, p. 449, n. 43, ubi Ungari Parthi dicuntur. 7) Cf. Aen. I, 531: *Terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae.* 8) Cf. Waitz, Carmen p. 19 sq. In diplomate Heinrici IV. Wormatiensibus a. 1074, Iun. 18. dato (St. 2770) haec leguntur: *Sint igitur servitii remuneratione primi, qui in servitii devotione exstiterunt non novissimi; sint omnibus exemplo in debita servitii responsione, qui omnibus praestant in servata fidei religione;* cf. Gundlach, 'Dictator' p. 164. 9) III. Lotharingiae inferioris. — Cf. Aen. VII, 655: *Post hos insignem;* XII, 457: *agmen agit.* 10) Gotefridi II. ducis. 11) Fuit enim gibbosus. 12) Cf. Aen. VII, 788: *crudescunt sanguine pugnae;* cf. infra v. 153. 13) Lotharingiae superioris. 14) Idem versus iam supra II, 146. 15) Cf. Aen. VI, 591: *cornipedum pulsu simularet equorum.* 16) Cf. ib. II, 449: *strictis mucronibus.*

Per totam patriam vulgi concire catervas 1075.
Omnes ad bellum, seque et sua quemque tuendum.
Concita plebs rerum mox ardet amore novarum.
Omnes agricolae, fractis agrestibus armis,
Arma parant belli durisque ligonibus enses cf. Aen. IV, 290.
Conflant ancipites[1] curvis e falcibus, hastis
Spicula praefigunt[2]. Pars aptat scuta sinistris
Levia, pars ferro galeas imitatur equestres,
Pars triplici philtro; fustes ad praelia quernos
Milia multa parant, plumbo ferroque gravabant.
Mille modis acies ad bella[a] armantur agrestes. cf. ib. IX, 11.
Squalent[b] arva suis cultoribus expoliata[3].
Pastores[4] pecorum, custodes atque domorum
Preposuere suis belli discrimina curis.
Quisque frequens curas convertit[c] ad arma redemptor[5],
Concitus in bellumque ruit, securus ad horam,
Accedat quantum summae quantumve recedat.
Ergo tegunt latos passim tot milia campos,
Quot vel[d] pontus agit fluctus vel[d] messis aristas.
Nec minus assuetae bellis armisque phalanges cf. ib. IX, 199.
Indocili turbae[e] dictant[f] discrimina pugnae
Irritantque rudes verbis ad praelia mentes:
Quam sit turpe iugum servile pati dominorum
Ingenuos, quantumque mori sibi praestet in armis.
His aliisque[g] modis accensum pectora vulgus
Indomitum specie belli preludit agendi,
Per virgas discens subducere corpus ab ictu,
Et iuvat armorum sonitus clangorque tubarum[6];
Sic ruit exitii gens inconsulta futuri[7].
Nec mora[8], iam cunctae transportantur vada turmae[h]
Fluminis Unstardi[9], qui cladem nomine genti
Iam praesignasset[10], si non tardanda fuisset.
Ecce vident nigras glomerari pulvere nubes
Et magis atque magis tenebras insurgere campis[11].
Paulum progressi longe splendescere cernunt
Aeratas acies[12] erectaque signa volare.
Quid faciant? Iam nulla doli figmenta patebant,
Nec transire fuga poterant vada fluminis alti.
Ergo manu conferre parant cunctasque phalanges
Sacrilegas bello disponunt ordine longo[13]. cf. ib. I, 395.
Regius instructis processit suaviter alis
Miles et adversos iamiam properabat[i] in hostes.
Suevi, Poiarii, qui regis in agmine[k] primi

a) bellum 2. b) Squallent 1. c) cum vertit 2. d) et 2. e) *deest 1, signo posito, quod indicat vocem quandam deesse.* f) pugnae discr. dictant 1; *syllabae caesurae et extrema consonae indicant 2 veram lectionem praebere.* g) que *deest* 1. h) termae 2; *Reuber corr. ut 1 habet.* i) propiabat 1. k) regis imagine 1.

1) Cf. Lucan. IV, 294: *durisque ligonibus.* — Georg. I, 508: *curvae rigidum falces conflantur in ensem.* 2) Cf. Aen. IX, 463 sq.: *in hastis praefigunt capita.* 3) Cf. Georg. I, 507: *squalent abductis arva colonis.* 4) V. 110. 111. 113. 114. iam supra II, 135–139. 5) Cf. Horat. Carm. III, 1, 34 sq.: *Huc frequens caementa demittit redemptor.* 6) Cf. Aen. VII, 628: *signaque ferre iuvat sonitusque audire tubarum;* ibid. II, 313. XI, 192: *clangorque tubarum.* 7) Lucan. I, 498: *turba . . . inconsulta ruit.* 8) Prope Homburg ad fl. Unstrut die Iun. 9. proelium commissum est. 9) Unstrut. Hoc loco et infra v. 188. poeta verba *Unstardus* et *tardare* coniungit. 10) Waitz, Carmen p. 12. optime censet poetam vocem *unstate* (damnum) in mente habuisse. 11) Cf. Aen. IX, 32 sq.: *hic subitam nigro glomerari pulvere nubem prospiciunt Teucri ac tenebras insurgere campis;* II, 299: *et magis atque magis.* 12) Cf. ib. IX, 461: *aeratasque acies.* 13) Poeta tacet, quod Lambertus, Bruno, Bertholdus referunt, Saxones improvidos adventu exercitus regis occupatos esse.

1075. Extant, quos celebrat numerosis fama triumphis,
Praecurrunt[a] celeres primique feruntur ad hostes.
Hastas decurtant et certis corpora signis
Scutaque discreti densos rapiuntur in hostes.
Bellicus exoritur magno certamine clamor;
Irrumpunt telis[b], quae confertissima stipant
Agmina Saxonum, deiectant undique lęto[c]
Corpora, maturas ceu falx succidit aristas[1].
Ense metunt capitum segetes, miserabile visu!
Ense parant medios iter, est[d] quacunque, per hostes.
Non tegit indutos artus lorica fidelis[2],
Nec caput auratae galeae, moriuntur ubique.
Strata cadaveribus crudescit sanguine tellus; cf. Aen. VII, 788; supra III, 84.
Ingruit armorum sonitus clamorque cadentum.
Ancipites gladii numerosa clade[e] calescunt,
Seminecesque viris permixti sanguine multo
Provolvuntur equi, traiecti pectora ferro[3].
Horrificus belli crebrescit ubique tumultus,
Saepeque Saxones immensa caede cadentes
Audent obniti, ne sic moriantur inulti,
Victoresque suos vario certamine temptant;
Accipiunt redduntque ictus; mars saevit utrimque.
Hic pedibus calcans sua viscera currit in hostem, cf. Ovid. Met. XII, 390 sq.
Ille trahens proprio gelidum de corpore ferrum,
Interfectorem moriens interficit hostem.
Utraque sic odiis certabant agmina diris,
Cum fortis subito rex irruit agmine denso[4]
In medios hostes, proculcans obvia quaeque
Agmina Saxonum cunctantia sacrilegorum.
Fulminat egregiis rex ipse coruscus in armis[5],
Plurima consternens periurae milia gentis[6].
Nec mora, ceu tenuis ventorum flamine pulvis
Diffugit, a facie regis sic agmen et omne:
Scutis dorsa tegunt, volucri cursuque recedunt.
In spe nulla salus, ruit inrevocabile vulgus[7].
Victores instant, fugientes atque trucidant[8].
Et nisi iam caelum densatae pulvere nubes cf. Lucan. IV, 767 sq.
Texissent visusque sequentum detinuissent,
Ultimus ille dies genti luxisset iniquae[9].
Sed tamen in caecis multi cecidere tenebris,
Corpora perfossi telis gladiisque secati.
Milia multa cadunt hostili vulnere nullo
Tacta, sed in fluido[f] collapsi membra cruore[10]
Cornipedum pedibus mox inculcantur equorum.
Mortis mille modis moriuntur milia gentis.
Sic et ad Unstardi veniunt vada fluminis alti[g].

a) Percurrunt 1. b) tęlis *h. l.* 2. c) laeto 1; loeto 2. d) *nescio an et emendandum sit.* e) cęde 2. f) fluvido 2. g) atri 2; *sed cf. v.* 135.

1) Cf. Georg. I, 348: *falcem maturis quisquam supponat aristis.* 2) Cf. Aen. IX, 704: *lorica fidelis.* 3) Cf. ib. IX, 453: *seminecisque viros;* XI, 633–635: *sanguine in alto armaque corporaque et permixti caede virorum semianimes volvuntur equi;* I, 355: *traiectaque pectora ferro.* 4) Cf. Aen. II, 450. XII, 642: *agmine denso.* 5) Cf. ib. XII, 654: *Fulminat Aeneas armis.* 6) Sane poeta fortitudinem regis in hoc proelio probatam in maius extulit; quod non mirum est. 7) Haec Lucani I, 509. verba *ruit inrevocabile vulgus* etiam Vita Heinrici c. 11. occurrunt. 8) Idem versus iam supra I, 213. 9) Cf. Aen. IX, 756: *Ultimus ille dies bello gentique fuisset.* 10) Cf. ib. III, 663: *fluidum . . . cruorem;* IV, 391: *conlapsaque membra.*

Quid faciant? Quos a tergo ferit hosticus ensis, 1075.
Altus ab adverso Unstardus tardabat abire.
Decernunt dubiam magis attemptare salutem
In fluvio quam non dubiae succumbere morti; cf. Aen. II, 359.
Insiluere vadis inconsulti malefidis.
Hostis eos ferro[a] retro premit, imminet, urget;
Involvuntur aquis certatim saucia sanis
Corpora mixta fere[b] quot densa grandine guttae; cf. ib. IX, 666.
Milia multa nimis sic interiere sub undis.
Caeruleum iam purpureo mutata colorem
Defluit unda rubens; humana cadavera pontes[c]
Nostris praebebant transire volentibus ultra.
Sic transportatus cum turmis dux Gotefridus[1]
Hostes ex undis servatos irruit armis,
Fervidus innumeras prostravit et ipse catervas,
Circumquaque premit fugientes atque peremit.
Usque furit gladius confundens stragis acervos[2].
Dum nox composuit pariter bellumque diemque, cf. ib. I, 374. XII, 109.
Poiemii, castris Saxonum despoliatis,
Vestibus occisos nudant truncantque iacentes,
Plurima diripiunt carpenta ferentia victum
Atque suis multas castris traxere rapinas.
  Saxea gens, nunc digna tuis cape praemia factis!
Sic bene quesisti[d], quae patria iura petisti!
Ius certe quodcunque feres et conditionem,
Amplius ex dextrae[e] victricis munere pendet. cf. Lucan. I, 3.
  Rex vespertinus victor de caede reversus,
Imperat exquiri, quae saucia, quaeve suorum
Corpora per campos iaceant occisa cruentos,
Saucia committi medicis, defuncta sepulchris[3].
  Postera cum primum[f] stellas lux alma fugarat[g, 4],
Agmina militiae iubet ad se cuncta vocare[h],
Ipse dehinc medius consurgens, talia fatur:
'Virtus vestra meum quanti perpendat honorem
Ac decus imperii, declarant bella peracta;
Mecum vos animas in aperta pericula vestras
Misistis[5], gentem domuistis in arma ferocem. cf. Lucan. IV, 146 sq.
Nec dubitata mihi fuit haec victoria belli,
Dum me vestra comes virtus sequeretur in arma, cf. ib. II, 287.
Qua comitatus ego securus in omnia vado.
Maximus en vobis labor est pugnando peractus;
Nunc agitate fugae versos, componite bellum!
Illorum fines invadite depopulantes,
Ut commissa luant, qui iura Dei violabant; cf. Georg. IV, 454.
Nec fuga salvet eos, bello quos arma nequibant'.
Vix ea dicta dabat, simul omnes signa levabant,
Acriter hostiles invadunt undique fines.
Vastatas praedis villas dant ignibus atris[6],

a) r. f. 2. b) feno 1. c) pontem 2. d) quaes. 1. e) detrę 2 f) *sic* 2; primo stellas *Verg. l. l.*; stellas primum 1. g) *sic* 2. *Verg. l. l.*; fugavit 1. h) vocari *Gold.*

1) Lamb. p 227. scribit exercitum regium non ultra fluvium fugientes hostes persecutum esse. Sed vera poeta hoc loco tradere videtur; quae et Bertholdi narratione quodammodo confirmantur. 2) Cf. Aen. VI, 504: *confusae stragis acervum*; XI, 384. 3) Sequenti demum die hoc factum esse refert Lamb.; vide etiam Bruno c. 47. 4) Iun. 10. — Cf. Aen. V, 42 sq.: *Postera cum primo stellas oriente fugarat clara dies*; I, 306: *ut primum lux alma data est.* 5) Cf. Aen. IX, 660: *animasque in aperta pericula mittunt*; cf. ib. XI, 360; Lucan. I, 299 sq. 6) Cf. Aen. XI, 186. et Lucan. II, 299: *ignibus atris.*

1075.
Consumptor furit immissis vulcanus habenis[1].
Sic rex per patriam deducens agmina totam,
Cuncta timore domat, vi castraque cępit[a] et urbes,
Ecclesias Christi tantum defendit ab igni.
Poiemii variant praedas rapiuntque trahuntque;
Hi pecus e stabulis abigunt ardentibus, illi
Multis plaustra onerant spoliis ex igne receptis.
Hi monstrant fossas loca per secreta repertas,
In lucemque trahunt argenti pondus et auri[2]
Defossi, pulchras vestes, insignia multa;
Ast alii, latebris silvestribus arte repertis,
Pluribus extractis[b] gaudent ditescere praedis;
Vis et odora canum[3] nonnullis commoda rerum
Monstrat in obscuris penitus defossa cavernis. cf. Aen. X, 526.
Paucis Saxonum remanet domus aut pecus aut res.
Per totam patriam nullus vastantibus obstat.
Plures in silvis latitantve[c] palustribus herbis,
Plures castra petunt regis seque et sua dedunt,
Quis vel nunc veniam clementia regia donat.
Rex victor, patria sic undique depopulata,
Agmina muneribus donans dimittit opimis[4].
Ipse[5] renitentes nec adhuc sua frena ferentes
Fidentesque fugae non destitit exagitare; cf. ib. XI, 351.
Bello multiplici petit illos semper et acri,
Nunc hac, nunc illac fines invasit eorum;
Ipsis per curvas valles silvasque moratis cf. ib. II, 748.
Improvisus adest[6], agitantibus ocia tuta.
Pontifices[7], comites[8] cępit[a] reliquosque fugavit,
Quaeque relicta prius flammis nunc tradidit atris.
His aliisque modis rex invictissimus hostes
Conterit atque premit. Nec adhuc gens victa quievit,
Sed iuga detrectat vel[d] regia iura negabat. cf. Georg. III, 57.
Ergo superborum rex debellator et ultor
Rursus in arma vocat[9] lectissima quaeque suorum
Agmina, Lotharios cum Francis Poiariisque,
Invictas acies bello[e], sectatur et hostes,
Certus eos toto iamiam propellere regno.
Exue duriciam cordis, gens saeva, vel ipso
Temporis articulo! Iam nunc delebere vel tu
Vel tua posteritas[f], ni[g] colla superba remittas.
Victa resistis ei, cui nullus restitit[h] unquam?
Exhorresve[i] pio regi tua dedere colla?
Num pessundatus est quisquam sibi deditus unquam?
Subdere[k] clementi, supplex[l] substernere[10] miti!

a) *sic* 2; cepit 1. b) exactis 1. c) latitant ne 2; latitantque *Reuber.* d) et 2. e) *sic distinguit* 2; acies, bello sect. 1. f) prosperitas 2; *Reuber corr. ut* 1 *habet.* g) nisi 2. h) restit 2. i) Exhorres ne 2 *(quod praeferendum esse censet Wattenbach, 'Heidelberg. Jahrb.'* 1871. *p.* 262; *sed vide n.* c); *hic et sequens versus in marg. suppl.* 1. k) *hunc versum Waitz ante v.* 277. *posuit; sed v. n.* 10. l) suppllex 2.

1) Cf. Aen. V, 662: *furit inmissis Vulcanus habenis.* 2) Cf. ib. I, 359: *argenti pondus et auri;* Georg. II, 507: *defossoque . . . auro;* Hor. Sat. I, 41 sq.: *argenti pondus et auri furtim defossa . . . terra.* 3) Cf. Aen. IV, 132: *et odora canum vis.* 4) Mense Iulio; Bruno c. 53. 5) V. 256—263. poeta caute et obiter tantum expeditionem illam parum prosperam tangit, qua rex per Boemiam marchiam Misnensem mense Septembri invasit; Lamb. p. 232 sq. 6) Cf. Aen. IX, 48: *inprovisus adest.* 7) Bennonem episcopum Misnensem rex Misnae cepit; Lamb. l. l. 8) Lamb. p. 232: *homines plerosque ingenuos in dedicionem accepit.* 9) Exercitus die Oct. 22. collectus est; Lamb. p. 233 sq. — Cf. Aen. VII, 694: *agmina in arma vocat.* 10) *Subdere* et *substernere* imperativos passivi esse censeo, quos auctor ratione medio aevo haud rara (ut dicimus, sensu 'mediali') posuit pro *subde te, substerne te.*

Ipse paternorum certissimus assecla morum 1075.
Parcet[a] subiectis debellabitque[b] superbos[1].
Ergo propinquantis dicto cum milite regis
Castra petunt humiles Saxonum quique valentes,
Iam diffidentes armisque dolisque fugaeque,
Armis[2] exuti, demissi colla superba
Nudatique pedes, cuncti cum supplice voto
Regi se dedunt omni sine conditione[3].
Ecce tenes solitum tibi[c], rex invicte, triumphum,
En[d] tua frena pati gentem effrenem docuisti.
Ut virtute geris, sic et pietate parentes,
Rex auguste, gere, vel[e] substratis miserere!
His satis exempli, fortissime, iam statuisti,
Si qui forte tuis obsistent amplius armis.
Nunc tibi supplicibus propone quibusque futuris,
Quid de te sperent, dum se tibi, rex pie, dedent!

a) Parcit submissis 1. b) *emendavi;* debellaturque 1. 2. c) tu 2. d) Cum 2. e) tu 2.

1) Cf. Aen. VI, 853: *parcere subiectis et debellare superbos.* 2) V. 285. 286. iam supra II, 180 sq. 3) Die Oct. 25.

PASSIO THIEMONIS ARCHIEPISCOPI AUCT. HEINRICO ABBATE BREITENOWENSI.

ED. W. WATTENBACH.

Thiemo Salisburgensis archiepiscopus a. 1101. *cum Welfone duce aliisque Terram Sanctam petiit; eum in itinere a Saracenis captum esse, Ekkehardus, qui eodem anno Hierosolymam venit, retulit. Quae postea ei acciderint, monachus quidam e Syria redux narravit, mendaciis plena, quae iam Otto Frisingensis (Chron. VII, 7) falsa esse perspexit. Sed ab aequalibus haec cupide accepta, nonnullis auctoribus scribendi materiam praebuerunt, quorum opuscula SS. vol. XI. edidimus. Novum postea accessit a b. m. Nolte phil. Dr. inventum, quod in titulo inscriptionis Heinrico abbati Bredenowensi attribuitur. Breitenau, ut nunc vocatur, in dextera Fuldae ripa a Cassela ad meridiem situm, teste Trithemio in Chron. Hirsaug. a.* 1117. *fundari coeptum, a.* 1119. *abbatem Drutwinum Hirsaugia missum accepit, cui a.* 1132. *mortuo Heinricus successit, iam olim cum illo transmissus; utriusque nomen etiam in codice Hirsaug. occurrit. Trithemius ad a.* 1132. *refert se in illo monasterio Heinrici, quem magnis laudibus effert, opera complura vidisse, quorum inscriptiones primaque verba indicat, quae inde ad auctores recentiores pervenerunt. Eorum nullum ad rerum historiam pertinet, excepto volumine epistolarum; huius de Thiemone opusculi nulla mentio fit. Heinricum a.* 1170. *obiisse comes Riant ex abbatum serie manuscripta Casselae in bibliotheca publica servata refert.*

Hic igitur Heinricus monachi, qui praesentem se fuisse aiebat, relatione usus passionem narravit, quae maxima ex parte cum aliis illis narrationibus convenit; sed in fine adduntur aliqua de abbate illius monachi crudeliter occiso et de morte Stephani comitis et aliorum duodecim. Haec V. Cl. comiti Riant ansam dederunt, ut haec facta esse putaret Ascalonae a. 1102. *post pugnam Ramulensem, adhibita annalium quorundam relatione de Stephani Burgundionum comitis morte. Quod cum doctissimis rationibus probare nisus sit*[1], *incertum tamen manet, neque vero huius loci est, eam rem amplius perquirere.*

Codex qui solus superest, in bibliotheca publica Darmstad. servatur nr. 749; *olim fuit 'S. Alexandri in Grascaph'. Saec. XII. diligenter scriptus nonnulla opuscula continet, quae descripsi 'N. Archiv' VII, p.* 622 *sq., cum petenti mihi benigne transmissus esset. Tunc etiam huius passionis textum contuli cum*

1) 'Le martyre de Thiémon de Salzbourg (28. Sept. 1102) par le comte Riant. Extrait de la Revue des questions historiques, Janv. 1886.' t. XXXIX, p. 218—237. Paris 1886.

editione, quam ex eodem codice Nolte dederat in 'Archiv für Oesterr. Gesch.' LIV, p. 4—8, anno 1876.

Codex optime scriptus est; nos tantum diphthongum ae *paucis vocibus restituimus, in quibus ineunte saeculo XII. adhuc adhiberi solebat; praeterea capitum divisionem instituimus.*

Novam editionem comes Riant dabit in 'Hist. occ. des croisades' V, p. 203—206. *W. W.*

PASSIO SANCTI THIMMONIS IUVAVENSIS[a] ECCLESIAE ARCHIEPISCOPI EDITA AB HEINRICO BREDENOWENSI ABBATE. f. 114.

1. Passionem sancti Thimmonis archiepiscopi, sicut a quodam monacho, qui cum suo abbate presens aderat, percepi, referam, sed prius vitae eius ordinem pandam. Cum idem pontifex et martyr in natali suo — nam Noricus erat[1] —, in cathedra seniorum exaltaretur, omnimodis terrenam fugiens gloriam, humilem locum in remota provintia delegit, ubi potentes deponi et pauperes exaltari novit. Ibi inter theoreticae disciplinae magistros tam diu sub modio humilitatis delituit, quo adusque[b] dextera Domini exaltatus et super candelabrum Iuvavensis[a] ęcclesiae, ut luceret omnibus qui in domo fidei sunt, est positus. 1090.

2. Non multo post Iherosolimam pro nomine Domini adiit, ubi et hoc modo martyrium una cum 1101. sociis feliciter consummavit. Fusile fuit quoddam cervi simulachrum regis Sarracenorum, cuius crus fractum non eque[c] sisti quibat. Unde rex dolens, quod pro quadrupede tripedem deum adorare semper deberet, ubique artificem quaerit, qui deo claudo subveniret medicando. Interim pervenit ad aures ipsius, quod quidam esset de ipsa captivitate, quam ceperat — nam homo presulem cum suis ceperat commilitonibus, quod prius breviandi causa preterivimus —, *qui se iactaret, quod fractum crus claudo *f. 114'. deo arte sua restituere potuisset. Pro quo statim mittens et interrogans responsum accepit, quod ad hoc idoneus sufficiensque foret, ita tamen ut nullus mortalium eidem curationi interesset, omnia vero ceterorum deorum numina non deessent. Quod ut a rege impetravit, iubet mox idem rex omnes suos consecretales egredi, cunctosque deos afferri et in gyrum fracti dei poni, atrium claudi, solum, ut petierat, recuperatorem in eo relinqui. Solus igitur cum solis demonibus ibi derelictus, cum idolo unum crus restituere debuit, cetera eius cum ingenti malleo ademit ac reliqua simulachra in frusta confregit. Auditus est mox immensus demonum rugitus, ingens sonitus, ita ut quodammodo a clamore ipsorum terrae fundamenta quaterentur et cardines caeli moverentur. Quo facto callidus et fortis Christi adletha demonumque victor introducens regem deumque fractum[d] ostendens: 'En', inquit, 'deus tuus, quem debilem querebaris, stans equalis potest firmis inniti gressibus'.

3. Adversus hoc factum et vocem infremuit tyrannus, et ira inflammatus tradidit eum duobus tortoribus, quo adusque et deorum suorum iniuriam vindicaret et de omnibus menbris suis supplicium persolveret. Rapitur mox hostia sancta *placensque Deo[2] ad penam a filiis eternae penae, et in sella *f. 115. Rom. 12, 1. loris diris strictus componitur, et ante eum mensa non ad convivandum, sed ad cruciandum disponitur, et super eam manus primum, quae in terrestri rege audebant facinus, in caelesti vero bonum operatae fuerant opus, omnesque articuli particulatim cultro bicipite adimuntur, post quos ipsae manus brachiaque cum humeris absciduntur. Inter tot ligamenta et inter talia tormenta verbum Dei non erat alligatum, 2. Tim. 2, 9. sed loquebatur id cum fiducia, dicens circumstantibus: 'Videte, videte, filii mei et viscera, ne vos terreant haec mea supplicia, quia sic mihi est, ac si per balneas confoveatur corpus meum. Testifico vobis in Domino, quod, quicunque fuerint martyrizati die hodierna, sine iudicio ibunt in vitam eternam. Non sentio dolorem propter sancti Spiritus et perpetuae vitae consolationem'. Quod et indiciis evidentibus declaravit. Nam inter tot vulnera numquam faciem mutavit, numquam frontem rugavit, sed hilari vultu, serena fronte duravit. At ubi manus, brachia, lacerti, cuncta singillatim ab invicem separantur, pedes invaduntur, articulique eorum truncantur. Et amputatis pedibus abscisoque poblite, cum cruentus carnifex suum pedem illius cruri superponeret fortiusque premeret, *turbatus est oculus pontificis, non pre *f. 115'. furore, sed pre mortis dolore, et statim ad filios circumstantes, quos in Christo educaverat et propter Christum eduxerat: 'Dominus', inquit, 'cum omnibus vobis! amplius ego non ero vobiscum'. Sic ultimum vale faciens eis cum verbo exhortationis et consolationis emisit spiritum, accipiens in premium regnum decoris, quia laverat in vino stolam suam et in sanguine uvae pallium suum. Stolam quippe suam, hoc Gen. 49, 11. est bonum opus, ampliaverat et glorificaverat passionis honore, pallium vero, id est corpus, mundaverat et ablueral mortis tribulatione. Iocunditatem et exultationem thesaurizavit super eum Dominus, quia et Eccli 15, 6. monachi meritum et presulis gaudium et martyris illi contulit premium[3].

4. Mox vero qui eum tormentaverant, propriis dentibus manus suas lacerabant, et quod ipsi aliis ferro faciebant, hoc sibimet dentibus rependebant. Cultris manus consecratas abscindebant, dentibus suis

a) uiuariensis *c.* b) *ita dividitur in codice.* c) *id est* aeque. d) fractumque *c.*

1) Idem refertur in Pass. hist. SS. XI, 53, ubi plura de eo narrantur. Abbas S. Petri Salisb. factus, propter turbas exortas fugiens, Hirsaugiam adiit, postremo in Admuntensi coenobio delituit. 2) Versus fragmentum; cf. Rom. 12, 1: *hostiam viventem, sanctam, Deo placentem.* 3) Dies 4. Kal. Oct. indicatur in altera passionis historia.

frendentes et tabescentes proprias masticantes corrodebant. Truculentus etiam rex tanti auctor piaculi continuo solvitur uno latere paralysi, datque mandata suo fratri pro his christianis quos ipse manu . . .[a]: 'Ite', inquiens, 'nuntiate fratri meo, quae tormenta ego pro christianorum tormentis dependo, et caveat ipse, ne deteriora ei contingant, et nequaquam eos suppliciis attingat, sed ad servilia opera, vitam illis concedendo, constringat'. Tantum profuit passio unius vere fidelis, ut cuncti fideles liberarentur a penis; *f.116. ad quod etiam famulabatur *pena Christi inimici, ut per eam solverentur eius servi et amici. Rex autem, qui sanctum Domini victimaverat, ut ipse aiebat, ne cadaver immundissimum[b] atrium attaminaret sanctissimum, ubi pedes deorum suorum steterant, suis iussit, ut eicerent. Cum dicta dicto citius vellent implere, nequaquam poterant sacros artus attingere, sed quasi aut candens ferrum aut vivum carbonem devitabant exterriti timore, et hoc non divinis virtutibus, sed magicis deputabant artibus. Dant tamen, licet insani, sanum regi consilium, quatinus compares magos, scilicet christianos, evocaret, ut illi illum inde levarent. Mittit ipse, veniunt ipsi colliguntque artus sacratos, quia martyrizatos, et hoc cum ingenti planctu et gaudio; planctu, quod ultra in terra non haberent talem consolatorem vel doctorem, gaudio, quod apud Deum mererentur tantum martyrem et intercessorem. Sicut Christus totum se ipsum pro isto impenderat, sic et hic hunc in totis menbris suis glorificaverat. Hoc pii discipuli pii magistri scientes, singulos artus singulis locis suis restituunt, et ut sacri corporis compago solidius haereret, mollissimo pergameno sericis filis insuunt ac super manibus[c] pedibusque sandalia inducunt, atque post hoc ceteris pontificalibus ornamentis induunt, sicque cum magna funeris pompa ad maiorem ęcclesiam sanctae Mariae Magdalenae[1] deducunt.

5. Martyrizatur etiam cum ipso abbas[2] eiusdem monachi, cuius relatu haec didici, et eius passio *f.116'. talis erat. Aperiebant latus eius ferro et de ventre eius viscera vel intestina *extrahebant unco, donec circa sudem eadem convolverent et vacuum ventrem relinquerent. Sanctae etiam recordationis comes Stephanus[3] diris penis ab ipsis punitur, ceteri vero numero duodecim variis tormentis mactantur. Omnes igitur in matricula sanctae Mariae Magdalenae tumulantur, et in medio archiepiscopus, ut dignum fuit, ponitur et in circuitu eius filii et commartyres eius. Cuius capellanus de Christo interrogatus vivus Deut. 32,15. absortus[d] est[4], quia ydola est professus et reliquit Deum factorem suum et recessit a Deo salutari suo. Provocaverunt tamen illum ad penitentiam quidam fideles et ad satisfactionem concitaverunt, atque ut pro tali apostasia domnum apostolicum expeteret, persuaserunt. Quod et faciens, non aliud in penitentiam suscepit, nisi ut quantocius reverteretur atque eo loco quo Christum negaverat libere profite- Matth. 19,11. retur[5]. Hoc utrum fecerit, ad nos pervenire non potuit, quia non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est a Deo. Ipsi ergo totum est committendum, de nostris viribus non presumendum, qui quomodo pugnat pro nobis, ita, si vicerimus, vincet in nobis. Apostolicus vero per hunc clericum de martyrizati[e] pontificis passione perdoctus, qua scilicet fidei puritate Deum coluerit, qua doctrinae instantia populum informaverit, qua passionis constantia confortaverit in verbo Christi, a quo omne martyrium sumpsit principium, iussit eum inter martyres recenseri et inter eos a catholica ęcclesia computari[6], qui Apoc. 22,14. laverunt stolas suas in sanguine agni. Amen.

EXPLICIT PASSIO SANCTI THIMONIS ARCHIEPISCOPI.

a) *hic aliquid excidisse apparet, sed nulla lacuna c. indicatur; an* sua ceperat? b) *scriptum in loco raso.* c) manicas *vel* chirothecas *excidisse videtur.* d) *ita c.* e) martir. *hoc loco c.*

1) Hanc Ascalonae fuisse suspicatur comes Riant. 2) Hunc Gisilbertum abbatem Admuntensem fuisse putat comes Riant. Sed obstat, quod in Gestis archiepp. Sal., quae in Admuntensi coenobio scripta sunt (SS. XI, p. 41), abbas, cum Thiemone profectus, Kal. Oct. apud Ierusalem obiisse traditur, et in versibus de Thiemonis martyrio ibi scriptis (ib. p. 29) nulla eius mentio fit. 3) Comes Burgundionum Matisconensis, ut putat comes Riant. 4) Hoc allegorice dictum esse e sequentibus patet. 5) Hoc periculosum certe non fuit, siquidem magna ibi erat christianorum ecclesia. 6) Id minime factum esse constat.

LIBELLUS DE MIRACULO S. MARTINI AUCT. RADBODO EPISCOPO TRAIECTENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Libellum de miraculo S. Martini apud Turones a. 903. *acto ideo hoc loco proponimus, quia is a celebri Radbodo episcopo Traiectensi (a.* 899—917*), cuius Vitam supra p.* 568 *sqq. edidimus, conscriptus et hucusque tantum in libris parum vulgatis nimis mendose editus est. Nam a Radbodo eum compositum esse recte perspexit A. Salmon*[1], *cum in titulo episcopus quidam Traiectensis eius auctor fuisse dicatur*[2], *cum is suo tempore miraculum hoc accidisse dicat*[3], *cum stirpe Karolorum adhuc in Francia regnante vixerit*[4], *porro cum Radbodus versus cantumque officii de S. Martino et sequentiam de translatione eius composuerit*[5]. *Huc accedit, quod auctor Vitae dicit*[6] *Radbodum specialem patronum sibi sanctum Martinum elegisse, quo sane Radbodus commotus est, ut, cum audivisset urbem Turonensem ab impetu Nortmannorum reliquiis S. Martini allatis salvatam esse, nullo Turonensi monente, haec enarranda susciperet. Sed perpauca de rebus ibi gestis comperta habuit, nec, ut ipse profitetur, quemquam viderat, qui rei gestae interfuerit. Ideo rem ipsam brevissime enarravit, sed longius in laudibus S. Martini celebrandis versatus est.*

In usum nostrum exscripsit V. Cl. A. Molinier benigno animo hos codices:

1) *Parisiensem Lat. nr.* 14193, *olim S. Germani Lat. nr.* 1320, *mbr. saec. X—XI.*

2) *Parisiensem Lat. nr.* 5583, *mbr. saec. XI, qui tantum miraculi narrationem, c.* 4—6, *sine prologis et epilogo continet.*

3) *Parisiensem Lat. nr.* 13770, *olim S. Germani Lat. nr.* 1407, *mbr. saec. XII, in quo extrema pars deest.*

4) *Parisiensem Lat. nr.* 5329, *mbr. saec. XIV.*

5) *Parisiensem Lat. nr.* 5334, *mbr. saec. XIII, in quo prologus et epilogus (c.* 7. 8*) desunt.*

Qui codices quomodo inter se coniungendi sint ac qua affinitate inter se cohaereant, difficillime est intellectu, cum aliis aliae libelli partes desint, aliis aliis locis inter se concordantibus.

1) 'Supplément aux Chroniques de Touraine' (Tours et Paris 1856) p. v sq. 2) Et ipse auctor c. 7. se ecclesiae Traiectensi servire dicit. 3) Prol. et c. 5. 7. Sed Salmon perperam opinatur miraculum hoc a. 843. accidisse. 4) C. 8. 5) Cf. E. Dümmler, 'N. Archiv' IV, p. 549; supra p. 571, n. 4. 6) C. 6, supra p. 571.

A. Salmon, qui l. l. p. 1—15. *hunc libellum edidit, praeter hos codices Turonensem nr.* 136, *saec. XII, se adhibuisse dicit*[1], *quare eius varias lectiones mendosas, quae in nullo dictorum codicum leguntur, attuli. Priorem editionem, quam paravit R. Monsnier, 'Hist. de l'église de St.-Martin de Tours' p.* 177 —180, *non vidi.* *O. H.-E.*

INCIPIT[a] PROLOGUS CUIUSDAM EPISCOPI TRAIECTENSIS IN QUODDAM MIRACULUM SANCTI MARTINI.

Novum Christi miraculum, quo in diebus nostris sponsam suam, sanctam videlicet ecclesiam, honorare dignatus est, sicut nos delectat audire, ita oportet et credere, votorum quoque studiorumque spiritualium[b] gratia his qui prope[c] et his qui longe sunt annuntiare, ut divina operatio, quae est per semet ipsam gloriosa, fiat etiam vocis humanae laudibus ubique celebris et ubique diffusa. Crescit enim quodam modo per hominum linguas invisibilium excellentia rerum, dum, quod[d] apud superos sine cessatione laudatur, apud mortales quoque per ora sermocinantia volvitur, et usque ad extremum terrae a singulis progressa et per plures sparsa ac disseminata, per omnia dilatatur. Hoc denique modo christiana crevit religio, quae primum[e] in solis Iudeorum terminis angustata, paupertatem fidei ob raritatem credentium praetendebat; postmodum vero in universum mundum[f] apostolorum praedicatione diffusa, iam non dignata est vocari paupercula, sed potius imperatrix et domina, sane quia multa sibi regna adquisierat regesque potentissimos vicerat, superborum et sublimium[g] colla propria virtute calcarat. Ergo et usque hodie omnibus populis imperat, non carnali dominatione, sed spirituali potentia; nam et ipsos, a quibus plerumque contemnitur, ita sui maiestate opprimit, ut, dum deliberant[h] pugnare, vi maiore superati[i] ultro succumbant et miro modo se ipsos vincant, qui aliis invicti esse certabant[k]. Huius exempli magnificentia veluti quodam tonitruo excitati, miraculum istud[d], de quo in sequentibus dicetur, praedicandum esse censemus mutuisque[l] relationibus divulgandum, quo per omnium ora volitans et per singula crescens, in aliis quidem timorem, in aliis autem confessionem, in omnibus vero divinae contemplationis operetur amorem. Dignum etiam[m] ducimus[n] tam insigne factum stilo et memoriae[o] commendare[p], ut per successiones temporum Christus ubique adnuntietur, Christus[q] ubique laudetur, Christus in lingua, Christus in ore, Christus omnium versetur in corde. Huc accedit voti communis non modicum incrementum, dum miraculo, de quo supra et infra scriptum est, nostrum patronum, nostrum defensorem, beatissimum Martinum a Deo honoratum esse[r] indubitanter credimus, ac per hoc sive auditorium[s] libentissime damus[d], sive id aliis[t] referre cum omni aviditate contendimus. Quis enim de Martino tacet, nisi qui mutus est? Quis eum non laudat, nisi qui non amat? Postremo quis de eo narrantem audire fastidit, nisi qui Christum[d] non diligit? Nichil enim Martinum[u] fecisse aliud scimus, nisi quod Christum praecepisse dinoscimus. Atque ideo, qui illi non optemperat, Christo repugnat; qui ab illo refugit, a Christo discedit, in utroque miser, in utroque infelix, dum nec[v] Conditorem sequitur, ut habeat vitam, nec doctorem imitatur, ut pertingat ad veniam. Age ergo, quisquis es, cur tam delectabilem hystoriam audire fastidis? Cur te non permulcet[w] tantae dulcedo materiae? Forsitan, si[d] Tullium Platonemve[x] ratiocinantes audires, ex istis[y] verborum gloriolas[z] quasi quosdam ex prato flores carperes[a]. Si virgularum[b] tibiis aliquis tinnulum decantaret, quasi ex ore eius mella defluerent[c], haec avide sorbenda perciperes. Sed crede michi, inter istas rosas multi laquei[d] inretiti sunt, inter ista mella multi virus letale sumpserunt. At non talis extat Christi[e] Iesu et servorum eius laudatio, divinorum[f] mirabilium enarratio, quae primo quidem ob sui celsitudinem difficilis et ardua ac per hoc ingratis fastidiosa videtur, sed quanto propius accesseris, tanto amplius delectaberis; et cum exteriora summotenus praegustaveris[g], totum te ilico ad ea quae interius[h] sunt haurienda summittes; cumque plenus fueris, non[i] satiaberis, sed tanquam famelicus longaque inedia coactus, quae iam te digessisse putaveras, in his resumendis avidior alacriorque existes[k]. Et haec quidem est supernarum vel natura vel dignitas epularum. Quocirca, sicut de tenebris ereptus ad lucem, lassus ad requiem, infirmus ad sanitatem, ita vir fidelis congratulatur bona hominis conscientia, nec unquam exsatiari eius[l] valet dulcedine, cuius desiderium semper habet in mente. Quae cum ita sint, vos, fratres, gratanter assistite, aures accommodate, cum silentio audite, et miraculum, quod me referente audituri estis, ad Iesu Christi domini[m] gloriam et ad Martini merita referendum esse ne[n] dubitetis. Cuius[o] narrationis tale erit exordium.

EXPLICIT[p] PROLOGUS.

a) *sic* 4; Inc. libellus c. ep. Tr. de quodam s. M. miraculo 3; *initium deest* 1; *prologus deest* 2. 5. b) spiritalium 3. c) pr. et his qui *des.* 4. d) *deest* 3. e) primitus 4. f) orbem 4. g) sullimium 4. h) deliberarent 3. i) *incipit* 1. k) conebant 3. l) multisque *Salmon.* m) enim 4. n) duximus 3. o) memoria *S.* p) commendari 4. q) Chr. u. l. *des.* 4. r) cred. esse ind. 3. s) adiutorium 3. t) ref. al. 3. 4. u) al. f. M. 3. v) nec — vitam *des.* 1; nec *deest S.* w) demulcet 3. x) Plautumve 3. 4. y) his tibi 3. 4. z) gloriosas 3. a) carpere 1. b) vir tibi quid t. 3; Virgilius tibi aliquid 4. c) profluerent 4; profluentia av. hec 3. d) laqueis 4. e) Christus Iesus *S.* f) divinarumque mir. rerum *S.* g) degustaveris tantum te 3. h) intrinsecus 3. 4. i) f. ut sed t. 3. k) existas 3. l) *deest* 3. m) nostri *add.* 3. 4. n) non, *superscr.* vel ne 4. o) cui 4. p) E. Pr. *des.* 3.

1) Qui praeterea hunc libellum exstare dicit in codicibus Parisiensibus nr. 5324. saec. XIV, Suppl. Lat. nr. 797. saec. XV, Turonensibus nr. 10. 134. 135. recentioris temporis.

INCIPIT MIRACULUM SANCTI MARTINI EPISCOPI[a].

1. Est locus apud Gallias, qui antiquo vocabulo Turonus[b] dicitur, in quo gemma illa[c] pretiosissima sita est, quae olim a tribus ecclesiae magnis[d] institoribus[d*] ad cunctas Egypti atque Greciae divitias aestimata, nulla unquam[e] fuisse probatur inferior[1]; Gallum dico, Postumianum atque Sulpitium, qui sedentes[f] pariter et de eius pretio diu multumque[g] invicem conferentes, sic postremo diffinierunt, non esse aliquem[h] sub caelo, qui possit[i] huic aequari. Nec immerito, ea[k] namque omnem suo fulgore christiani nominis orbem irradiat, omnes urbes et municipia[l], vicos, regiones angelici splendoris lumine circumfundit[g], sed et ipsos rusticorum agros iuxta modum capacitatis eorum quadam umbratili claritate collustrat et cuncta quae attigerit[m] loca cum luce aetherea, tum etiam pretii magnitudine, plena decoris relinquit[n] et honestatis. Ipsa autem in conspectu Domini[g] quemadmodum sidus principale flammis perennibus ardens, inter choros angelorum splendida, inter patriarcharum decora, inter prophetarum honestissima, inter apostolorum grata, inter martyrum purpurea, inter virginum[o] candida, inter confessorum habetur praecipua, omnibus his in caelesti arce merito comparanda, quorum habitudines in huius saeculi valle est prosecuta. Illud vero quale est, quod in vestitu reginae, quae[p] iuxta psalmum a dextris Ps. 44, 10. Dei astitit, tantum praestat decoris et pulcritudinis, ut vix illud voce[q] humana valeat explicari? Ubi quidem nunc cristallina, nunc nivea, nunc iacinctina videtur aut pallida et — quod fortasse nonnullis incredibile erit — plerumque consideratur et fusca, semper tamen admodum pretiosa. Sed quod fuscam diximus, non mireris[r], ipsa enim regina de se ait[s]: *Nolite me considerare, quod fusca sim*[t], *quia decoloravit me sol.* Cant. 1, 5. Hoc[u] quippe exigit varietas[v] illa, qua eam circumamictam esse Scriptura[w] commemorat. Ps. 44, 10. Tu[x] ergo, quod in illa[y] reprobare non praesumis, in ceteris ne[z] contemnas! Verum haec[a] de colore dicta[b] sufficiant.

2.[c] Ceterum gemma ista fulget in caelo, choruscat in terra, in[d] mari obsecratur, in insulis honoratur, ubique diligitur. Si quis istam[e] mercatus fuerit, perenni gaudebit thesauro; si quis[f] possederit, non deficiet omni bono. *O filii hominum, ut quid*[g] *diligitis vanitatem et quaeritis mendacium?* Hanc Ps. 4, 3. vobis gemmam lucramini, et vitam habebitis[h], [hanc[i] possidete, et nichil deerit vobis]. Neque vero in hac negotiatione ulla vobis difficultas[k] obsistit; ipsa se exponit mercibus[l] vestris, quin immo ultro se ingerit, quo vel ab invitis possessa, sponte his[m] impendat divitias immortales. Currite, currite, inquam, pauperes, ut hanc asseculi vere divites esse queatis! Currite divites, ut per huius commercium pauperes spiritu esse mereamini! Currite infirmi, ut hac adepta salutem consequi valeatis! Currite lassi[n], ut per hanc inveniatis[o] requiem animabus vestris! Omnes pariter currite, quos tenet mundus iste captivos, ut huius optentu liberi effecti per caelum discurratis, sempiterno gaudio perfruentes et, quocumque ierit, agnum sequentes. Non quaeritur[p] a vobis in huiusmodi commercio aurum obrizum, sed purum bonae[q] voluntatis ingenium, non argentum electum, sed eloquium[r] opportunum, non margarita prolata ex marinis conculis, sed fides inviolata procedens[s] ex intimo cordis, non diploides[t] sanguineo coco[u] rubricatae[v], sed castitas cum humilitate, patientia cum longanimitate, dilectio sine simulatione, [misericordia[w] cum caritate]. Haec sunt, fratres karissimi, pretia, quibus ista gemma[x] adquiritur; hae sunt divitiae, quibus adnumeratur[y]. Et[z] quis non appetit, nisi qui insanit? Quis ad[a] ista[b] consequenda non properat, nisi qui per semitam vitae non ambulat? Nos ergo per vias[c] iustitiae sine offensione gradiamur, ut ad talem gemmam pertingere eamque optinere possimus[d]. Verum ne diutius auditores simplices, quos magis propria quam[e] figurata delectant, a promissae[f] relationis intelligentia[g] suspendamus, nudam evidentemque[h] hystoriam deinceps profitentes, ea quae hactenus tropica circumlocutione de gemma memoravimus, ad corpus beatissimi Martini, quo patrocinante inter cuncta[a] pericula tuti sumus, absque ambiguitatis nebula[i] referamus. Hoc siquidem et illi tres institores[k], de quibus supra scripsimus, tunc[l] temporis inaestimabili pretio taxaverunt, et modo omnes ecclesiae negotiatores in tantum venerantur et diligunt, ut non solum Egypti atque Greciae opibus, verum etiam toto[m] mundo cum omni sua supellectili pretiosius esse fateantur. Per huius quippe subsidium omnis eius potestas deprimitur, omnis[n] superbia conculcatur, omnis amaritudo transitur. Quisquis huius[o] amminiculo suffultus fuerit, non eum ambitio inflat, non paupertas contristat, non conditio mortalitatis excruciat; quin immo inter huius vitae discrimina ita

a) Inc. — episcopi *des.* 3; s. M. ep. *des.* 4; 5 *incipit cum hac inscriptione:* Quarto Ydus Maii in festo beati Martini lectio prima. Sermo editus a quodam episcopo Traiectensi; *cap.* 1—3. *desunt* 2. b) Turonis 3. c) i. pr. *des.* 3. d) *deest* 3. d*) institutoribus *omnes codd.?; sed vide l.* 43. e) inquam 5, *ubi* prob. inf. f. f) sede nitentes 3. g) *deest* 5. h) aliquam s. c. quam 4. 5. i) huic posset 3. 4. 5. k) hec namque gemma 3. l) mancipia *S.* m) attingerit 5. n) reliquit 1. o) v. c. i. *des.* 3. p) *deest* 4. q) vox h. v. explicare 3. r) moereris *S.* s) dicit 3. 4. 5. t) sum 5. u) hec 5. v) veritas 5. w) scriptam commemora 5. x) En 5. — ergo quod *des.* 3. y) illam 1. z) non 3. 5. a) omnia hec 5. b) *deest* 5. c) Lectio II[a] 5, *cuius codicis capitum divisionem secuti sumus; reliqui codices capita non distinguunt.* d) et in 5. e) ista 1. f) eam *add.* 3. g) quit 1. h) habetis *S.* i) *uncis inclusa des.* 1. 4. k) facultas obsistet i. se exponet 3. l) mentibus 5. m) *deest* 3. n) lapsi 5. o) r. a. v. invenire valeatis 5. p) sequitur 1; exigitur 5. q) *deest* 4. r) elogium 4. s) ex int. c. pr. 5. t) dysploides 5; lapides 3. u) *sic* 1. 4; cocco 3; croco 5. v) rubicate 4. w) m. c. c. *des.* 1. 4. x) margarita 5. y) annumerantur 5. z) Et — insanit *des.* 3. a) *deest* 3. b) consequenter *add.* 5. c) semitas 3. d) possumus 5. e) del. q. f. 3. f) admisse 5. g) intelligentiam 5. h) et evidentem 5. i) nubicula 3. k) institutores 1? 5. l) et tunc 5. m) etiam et toto toto 4. n) eius *add.* *S.* o) a. h. 3.

1) Sulp. Severi Dial. I, c. 24.

semper incertos[a] moderatur eventus, ut, si ad[b] spirituale[c] imperium spectes, neminem supra, si ad carnalem contumaciam attendas, neminem infra se esse[d] patiatur.

3. Quid tale unquam potuerunt saeculi huius reges et principes? Magnus ille Alexander, qui totam ferme Asiam bello superavit, inter prelia[e] veneno extinctus[d] interiit[1]. Xerses, qui mare navibus, terram bellatorum[d] catervis oppleverat[f], uno latrunculo cum paucis secum dimicante praedonibus[g], magnam exercitus sui partem amisit[2]. Augustus ipse, qui totum pene orbem senatoriae ditioni subiecit, Augustus[h] est appellatus, eo quod rem publicam auxerit, multis interea vitiis serviens, ad ultimum mortis vinculis alligatus duram eius servitutem evadere non potuit. Corpus autem Martini non sic, sed cum parvissima iaceat in theca[i], terrenorum principum rigida subigit colla, et cum pusillo claudatur in cespite, triumphat ubique. Postremo Alexandrum, Xersen[k], Augustum asseclasque[l] eorum comparatione sui[m] facit[n] inglorios, dum illi[o] a solis scolasticis recitantur, nec tamen laudantur, istius vero virtutes ab universa ecclesia memorantur, benedicuntur et praedicantur. O felix locus ille, qui talem gemmam complectitur[p]! O[d] laudabilis civitas, in qua tales divitiae conservantur! Vere fatebor[q], Alexandrina[r] dignitate probatur esse sublimior, Kartaginensi[s] urbe famosior[t], Palestino rure fecundior[u], auro Arabiae pretiosior, coloribus Indiae venustior, Tyro et Sidone locupletior, Fortunatis insulis[3] multo[v] fortunatior et[w], ut hoc porismate[x, 4] utar, cuncta[y] rerum mutabilium felicitate felicior. Quod vel maxime ex miraculi, quod superius me narraturum promiseram, liquebit exemplo. Hoc[z] autem ex parte contigisse, ut referam, si quis negaverit, non me unum[a] homunculum, sed christianorum non modicam plebem mendacii ream[b] esse non sine status[c] sui periculo[d] blasphemantis voce contendet. Porro mihi hoc loco quiddam[e] virilis roboris offunditur[f], quo[g] malivolorum[h] susurrationes parvi pendendas esse percenseam; non enim carmina Marsorum[5] aspidi[i] surdae et obturanti aures suas decantanda[k] suscepi, sed potius fidelium[l] devotioni factum Christi mirabile nuntiandum, quo[m] sicut triumphus Iosue sole apokatastico[n] stupendus vel sicut palma Iudith pudicitiae[o] exemplo[p] venerabilis, immo sicut Constantini sive Theodosii, quorum alter cruce, alter divino[q] protectus turbine triumphavit[6], insperatae victoriae, ita et hoc insigne miraculum ob praesentium consolationem et futurorum narretur exemplum; cuius[r] quidem series pro parte maxima ita se habet.

4. Dani[s] Suevique, quos Theotisci[t] lingua sua Northman[u], id[v] est aquilonales[w] homines appellant, subinde Galliarum provincias usque adeo depopulati sunt, ut, ubi[x] quondam agri opulentissimi urbesque speciosissimae fuerant[y], nunc bestiarum atque avium[z] vasta sint habitacula, et ubi quondam paradisorum pulchre vernantium seges voluptuosa pollebat, nunc e contrario

Carduus[a] et spinis surgit[b] paliurus acutis[7].

Hoc[c] siquidem depraedatio[d] supradictae gentis[e] effecerat, quae ipso, ut ferunt, anno[f], quo reges
841. quatuor, uno geniti patre[8], inter se cum suis exercitibus dimicantes, Fontanidos[g] campos multo christianorum[h] sanguine foedaverunt, pyratica classi[i] Sequanae fluminis alveo invecta est. Post illum[k] diem quantas Gallorum strages fecerint[l], quantas urbes regionesque incendio concremaverint, horrendum est scribere[m], miserum est[n] enarrare. Credo autem haec divino nutu accidisse peccantibus, ne id[o] locorum homines immensa fertilissimi soli pinguedine incrassati rebusque[p] transitoriis usque ad nausiam[q] suffar-
Deut. 32,15. cinati, iuxta prophetam recalcitrarent et servirent creaturae[r] potius quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Verum diras mortalium calamitates, quas Galliarum incolas pertulisse[s] non dubium est, nos tragicis lugubriis[t] cantitandas[u] relinquimus et ad priora[v] calamum revocamus.

5. Cum igitur iam per[n] sexaginta[9] aut amplius[w] annos memorata Danorum classis nunc Ligeris, nunc[x] Sequanae, nunc utriusque fluminis navigio ripas opplesset, tandem nostris diebus, quanti beatissimus Martinus apud Deum meriti esset, experta[y] est. Nam dum[z] quadam vice, vastatis[a] inter duos fluvios[b] illos agris, ultra non repperirent, quod[c] in vicinis locis diripere possent, collectis simul armorum
903. copiis, quaeque procul posita[d] praedaturi, primo in partes Turonicas iter dirigentes, omnia quae in sub-

a) in cunctos 3; inter tantos 5. b) *deest* 5. c) spiritale 3; i. sp. *S.* d) *deest* 3. e) preliandum 4. 5; preliantium acies 3; philosophandum *S.* f) impleverat *S.* g) ad magnam *add.* 5. h) Augustusque 3. 5. — est *deest* 4. i) tumba 3. k) Xersem 3. 4. 5. l) et aseclas 3. m) *deest* 3. n) esse *add.* 3. o) *deest* 3; illa 5. p) amplectitur 3. q) fateor 3. r) Alexandria 1. s) Cart. 3. 4. t) formosior 5. u) facundior 5. v) f. m. 5. w) et — utar *des.* 3. x) polismate 4. y) cunctis 3. z) Ex p. autem hoc 3. a) *deest* 3. b) reum 4. c) statu 1; sui status 3. d) periculi 1. e) quidam 5. f) obtunditur 3; offenditur 5. g) quam 4. h) malignorum *S.* i) aspidis s. et obturantis 3. k) decantando 3. l) d. fid. 4. m) q. 5; quod *S.* n) apostatico 5. o) laude ac *add. S.* p) *deest* 1; eius 5. q) pr. d. t. 5. r) Itaque, fratres, iam nunc aures erigite, nam huius miraculi series pro p. m. ita se habet 3. s) *incipit* 2. t) Theostici 1; Theotisti 5; Theutisci 3. u) Normannos 3; Northmani 5. v) id est *des.* 2. w) aquilonares 3. 4. x) ibi 5. y) fuerunt 3. z) ovium 3. a) carduis 2; carduos *Verg.* b) surgat 3. 4. — paiurus accutus 5. c) Haec *S.* d) *deest* 3. e) gentes effecerant 3. f) anno — cum *des.* 3. g) Fontanicos 4; Funtanidos 3; Fundandos 5. h) s. chr. 1. 5. i) classis 2. 3. 4. k) illam 3. l) fecerunt, quantis 5. m) dicere 3. n) *deest* 5. o) illorum *S.* p) que *deest* 5. q) nauseam 3. 5. r) p. cr. 3. s) non d. est pert. 3. t) lugubris 3. u) cantandis 3. v) propria 3. w) eo *add.* 4. 5; et eo *add.* 3. x) nunc — fluminis *des.* 2. y) expertum 5. z) cum 3. a) vastitatis 5. b) i. fl. 2; i. d. fl. 3. 5. c) quid 1. d) pred. pos. 5.

1) Orosius III, 20. 2) Ibid. II, 9. 3) In Sulp. Sev. Dial. I, 26. has commemoratas legit Radbodus. 4) Diversam vim habet ista vox apud diversos medii aevi scriptores; vide Ducange-Henschel s. v., ubi tamen nullus locus allatus, quo eandem vim ac hoc loco habeat. 5) Cf. Ovid. Ars am. II, 102: *mistaque cum magicis naenia Marsa sonis.* 6) Oros. VII, 35. 7) Verg. Ecl. V, 39. 8) Error. Pippinus fuit nepos Ludovici Pii. 9) *Dani . . . per* 40 *annos . . . vastantes* habet Petrus Bechini, qui haec exscripsit, Salmon, 'Chroniques de Touraine' p. 44.

urbio civitatis invenire potuerunt, facta prius miserabili hominum caede, demoliti sunt[1]. Porro [autem[a]] 903. Turonici haec audientes, trepidare, concurrere, quisque alteri adventum[b] hostium nuntiare coeperunt. Tunc, quod facto[c] opus erat, portas obserare, turribus se inserere, propugnacula scutis[d] aliorumque[e] armorum apparatu munire non cessant. Sed cum pauci admodum essent, cernentes Danorum multitudinem, facto impetu, ad murum usque proruere totoque nisu urbis sibi[f] polliceri ingressum, iam semet ipsos desperantes, extremo consilio, non in viribus humanis, sed potius in[g] Dei auxilio et sancti Martini interventu salutem definierunt[h] esse quaerendam. Paucis itaque armatis, qui tamen promptis[i] animis morti se opposuerant[k], per propugnacula repugnantibus[l], clerici, qui inibi aderant, iuncto sibi totius debilitatis agmine, rapido cursu ad ecclesiam convolantes, sepulchrum[m] defensoris sui undique circumsteterunt[n] pavore[o] nimio simul et dolore perculsi[p], ubi tum[q] inter gementes senes, inter plorantes pueros[r], inter lamentantes feminas[s] sic conclamabant[t]: 'Sancte Dei Martine, quare tam graviter obdormisti? Cur ad pressuram nostram tibi evigilare non placet? En tradendi sumus paganis, en captivi abducendi[u], si quis tamen gladiorum[v] ictus evaserit. Et tu[q] haec omnia te nosse dissimulas. Ostende, quaesumus, pietatem, succurre, fer opem miseris et, qui multa[w] quondam pro alienis signa fecisti, saltem unum fac modo pro tuis[x], ut liberes nos; alioquin et nos peribimus[y], et civitas tua redigetur in solitudinem'.

6. His ita flebiliter conclamatis, raptam[z] protinus ex[a] sepulchro cistellam[b], in qua sacratissimae[c] Martini reliquiae servabantur, cum luctu[d] et lacrimis ipsos[e], ut credo, angelos ad compassionem flectentibus[f] portae urbis iam multo hostium turbine quassatae[g] intulerunt. Tum[h] vero oppidani palmas quidem[i] ad sidera, mentes autem[k] ad divinam clementiam subrigentes, qui paulo ante metu propinquae, ut[l] putabant, mortis exterriti[m] fuerant, mox praesentia[n] tantae opitulationis animati, simul et corporis vires et animi audaciam resumpserunt. Danis e contrario stupor[o] vehemens incussus[p] est, post stuporem[q] intolerabilis formido, post formidinem, ut plerique asserunt, alienatio mentis obressit[r]. Videre[s] videor miseros primum tremere, deinde fugam conari, statimque id temptantes ridiculo ambitu[t] circumferri perplexosque[u] invicem, cum alter impediretur ab altero, acsi per glaciem currerent, praecipites labi ludumque praebere spectantibus, palam dantes intelligi, quantas eisdem[v] cuniculus ille, quem clerici illo[w] ob pericula[x] submovenda convexerant, importasset erumnas. Igitur oppidani Christum sibi per Martini[y] preces propitium sentientes, eruptione facta, persecuti[z] sunt inimicos, quorum passim per agros palantes[a] et per lucos male latitantes fere ad nongentos[b] interfecerunt, detractisque[c] manubiis, velociter in urbem regressi[d] sunt, magna voce laudantes et glorificantes Dei misericordiam, qui eis inopinatam victoriae dederat palmam[2]. Porro corpus beati Martini confestim[e] restituerunt in locum suum, summas etiam[f] ipsi[g] gratias agentes, quod eos sua[h] praestantissima interventione satis sollemniter adiuvarat[i].

7. His ita gestis, ego quoque, vitandi causa fastidii sermonis finem paulo post facturus[k], omnes opusculi huius lectores fraterna voce praemoneo, ne me idcirco contra fidem hystoriae[e] fecisse calumnientur, quia quod insertum[l] est eo ordine digessi, quo fama id disseminante didiceram; qua in re dari michi veniam obsecro. Habens[m] tamen in promptu excusationem, qua calumnia refellatur[n]: tanto enim spatio ecclesia Traiectensis, cui ego Deo[o] auctore deservio, ab urbe Turonica distat, ut vix quempiam reperire possim[p], qui, dum res ageretur, se ibidem fuisse totamque ut gesta est se[q] vidisse testetur. Profiteor autem me contra veritatem pugnaciter non egisse, cum[e] in his quae michi incerta[r] erant aliorum potius[s] opinionem quam meam posuerim assertionem[t], ut sunt illa de primo adventu piratarum

a) *deest* 1. 3. b) h. adv. 3. c) *deest* 3. d) cutis 5. e) alioque 2. 4. 5. f) p. s. 5. g) *deest* 5. h) diffinierunt 2—5? i) pro spretis 5. k) opposuerunt *S.* l) pugn. *S.* m) confessoris atque *add.* 3. n) circumdederunt 1; circunsterunt 5. o) pavire 5. p) percussi 5. q) *deest S.* r) infantes 3. s) mulieres 3. t) clamabant 1. 4. u) adducendi 5. v) gladiatorum 3. w) quondam multa 3. x) m. protinus 5. y) paribus 5. z) raptim 1; rapta 2. a) e 3. b) chist. 1; cistella 2. c) sacratissimi 5; sancti *add. S.* d) lutu 5. e) ipsis . . angelis 4. 5. f) flentibus 1. 3; compulsis 5. g) cassate 3. h) Tunc 5. i) quidam 3. k) *deest* 5. l) ut p. *des.* 3. m) exterri 5. n) t. op. pr. 3. o) timor 5. p) iniectus *S.* q) tuporem 5. r) *sic* 1. 2; obrepsit 3. 4; oppressit 5. s) mihi *add.* 4. t) *deest* 3. u) que *deest S.* v) *deest* 5; eiusdem *S.* w) illuc 4; *deest* 5. x) i. opericula 1. 3. y) pr. M. 5. z) prosecuti *S.* a) palentes *S.* b) vingentos 3. c) detracti 4. — manibus 5. d) reversi 3. e) *deest* 3. f) *deest* 5. g) ipsis 5. h) presentia atque *add.* 3. i) adiuvaverit 3; *hic desinit* 2; prestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen *add.* 5, *qui hic desinit.* k) facio 3. l) incertum *S.* m) Habemus *S.* n) refallatur 4. o) a. D. 3. p) possem 3. q) *deest* 3. 4. r) iniuncta 3. s) op. p. 3. t) *hic desinit* 3.

1) A. 903, Iun. 30 (II. Kal. Iulii) monasterium S. Martini in suburbio situm a Normannis crematum esse refert nota in codice Turonensi Rabani super Matheum saec. X, A. Salmon, 'Recueil de Chroniques de Touraine' p. 108 n.: *Anno incarnationis dominicae* 903, 2. *Kal. Iulii, missa videlicet sancti Pauli apostoli, regnante Karolo, filio Hludovici Balbi, post obitum domni Odonis regis in anno* 6. *et Rotberti abbatis anno* 15. *iterum succensa est venerabilis basilica sancti Martini Turonis cum* 28 *aliis ecclesiis ab Heric et Baret Nortmannis cum toto castello et burgis.* Et haec exscripta sunt in Gestis cons. Andegav., Marchegay et Salmon, 'Chroniques d'Anjou' p. 31, et in Chron. Turon., Salmon l. l. p. 107. Eadem brevius ad d. Iun. 30. referunt Chron. Rainaldi archidiac. et Chron. S. Maxentii, Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p. 7. 373. Ad d. Iun. 21 (XI. Kal. Iul.) eadem habet Necrol. S. Sergii, ib. p. 134. Cf. de Kalckstein, 'Gesch. d. franz. Königthums' I, p. 117. 2) Simile miraculum S. Martini a. 843. Nortmannis Turones impugnantibus factum esse dicitur; cf. Odo Cluniac. de revers. b. Martini, Salmon, 'Suppl. aux Chron. de Touraine' p. 48 sqq.; Hugo Floriac., Modern. regum actus, SS. IX, p. 378. Nescio igitur an vera Radbodo de hac re relata sint.

ad Gallias itemque de insania Danorum et de numero occisorum, quae omnia nec affirmo nec abnego, sed scrutatoribus importunis inquirenda relinquo. Ceterum de victoria, quam dominus noster Iesus Christus per merita et praesentiam beati Martini Turonensibus[a] concessit, nec ego quicquam dubito, nec quibuslibet aliis dubitandum esse assentior, quoniam quod de ea relatum est probatissimo illustrium personarum testimonio comprobatum inexpugnabilem facit fidem dictorum.

8. Libet autem in fine codicelli admirando intueri, quantus[b] sit iste bellator, de quo hucusque sermocinando processimus, in quo certe neminem michi arbitror[c] succensurum, si pauca pro eius laude subiecero, cum tamen superius terminum in proximo esse spoponderim. Nam cui unquam nimium se proloqui de illo visum est, a quo eidem tanta felicitas subrogatur? Sane michi videtur quod de eo dictum est esse paucissimum, quoniam, si fieri posset, non modo [de[d] eo] audire, verum etiam semper ipsum videre optarem. Sed quia cuiusdam comici proverbio constringor[e], cum id quod volo fieri non potest, id me debere velle quod possit, tametsi[f] dura sit conditio, cedo invitus, vultum eius angelicum inter huius vitae immunditias me non visurum, dum[g] tamen michi liceat de illo frequentius aut audita referre aut relata[h] ab aliis obtemperanter audire. Itaque, si memorandus est in victoria, quam exutus corpore fecit, multo magis est laudandus in illis, quas in hac carne vivus implevit. Istam enim miseranda suorum exegit necessitas, in illis vero tam inter[i] domesticos quam inter extraneos libera potentissimi hominis operata est facultas; in ista quaedam compassio demonstratur, in illis imperiosa voluntas ostenditur; etenim posse solius Dei est, velle autem et Dei et nostrum est. Unde et Martini virtutes ad se et ad Dominum suum[k] sunt referendae, quas ipse fecit, ad virtutum vero auctorem solum, quas propter illum Dominus ostendit. Quodsi miraculum miraculo, id est, si factum illud de pino[l, 1] facto isti de piratis conferre volueris[m], in illo Martinus per gratiam Christi fecit quod voluit, in isto Christus propter Martinum gratiam suam oppressis exhibuit; in isto est gladiis dimicatum, in illo crucis auxilio triumphatum. Proinde, fratres karissimi, tam validum defensorem tamque pium patrem omnes unanimiter sic adloquamur: Salve! salve, o bellator invictissime, athleta fortissime, agonista divine, quem nec viventem gentilium infidelitas vicit, nec defunctum saeculo pyratarum crudelitas superavit. In terra manens erudisti nos, in caelo requiescens defendis nos, istic[n] clemens, illic felix, istic pius, illic beatus, istic utens Dei et hominum gratia, illic aeterna perfruens gloria. Esto igitur ubi es et semper intercede pro nobis, statumque regni Francorum, prole[o] Magni quondam Karoli nunquam deficiente, tuis intercessionibus erige, quo in hac vita nec visibilis nec invisibilis hostis sibi addicat[p] nec expugnare praevaleat, sed te patrocinante timeatur et[k] ametur, veneretur et[k] firmetur. Amen.

a) Turonensis conc. Tur. *S.* b) quamvis *S.* c) arbitro *S.* d) de eo *des.* 1. e) restringor *S.* f) tamen etsi *S.* g) set 4. h) relatu 4. i) in 4; erga *S.* k) *deest* 4. l) pinu 4. m) volueritis *S.* n) i. cl. *des.* 1. o) prole — deficiente *des.* 1, *quae a scriba omissa sunt, cum suo tempore iam Capetingi regnarent.* p) abdicat 1.

1) Sulp. Sev. Vita Martini c. 13.

MIRACULA S. HERIBERTI AUCT. LANTBERTO TUITIENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Lantberti monachi Tuitiensis, postea a. 1060—1070. *abbatis S. Laurentii Leodiensis*[1], *Vita Heriberti archiepiscopi Coloniensis, fundatoris monasterii Tuitiensis, circa a.* 1050. *conscripta, iam SS. IV, p.* 740—753. *a G. H. Pertz b. m. edita est. Paulo post hanc confectam et editam Lantbertus sive ab abbate sive a fratribus monachis amicisve coactus est, ut alterum libellum ei subderet*[2], *quo primo de visionibus mortem et sanctitatem Heriberti adnuntiantibus, dehinc de miraculis post obitum eius factis nimis verbosus eodem sermone subobscuro*[3] *et mediis extremisque syllabis sententiarum consonis necnon annominatione tinnituque verborum exornato, quo in priore libro usus est, retulit. Hunc libellum, quem Bollandiani periisse putabant, Pertz in codice* 1) *S. Laurentii Leodiensis, nunc bibl. universitatis Leodiensis nr.* 260, *mbr. saec. XII, f.* 79—102.[4] *reperit, sed eum omisit, quia eum nullius momenti esse iudicavit. Et sane perpauca insunt notatu digna, sed haec latere noluimus. Editus quidem est hic libellus iam ante hos fere quadraginta annos ex dicto codice Leodiensi a V. Cl. Bormans in 'Compte-rendu des séances de la commission royale d'histoire' ser. I. t. XVI (Bruxelles* 1850) *p.* 125—170, *sed haec editio nemini fere nostratum innotuit. Unde integrum libellum exhibemus, codice Leodiensi accuratissime collato a V. Cl. E. Ouverleaux.*

Benigno cum animo Rev. P. Iosephus de Backer Bollandianus obtulit nobis varias lectiones codicis 2) *seminarii Namucensis nr.* 21, *olim S. Gerhardi Broniensis, saec. XI, de quo vide Acta SS. Nov. I, p.* 759. *Codex uterque accurate scriptus pauca habet menda, quae alterius ope tolli possunt, et plerumque etiam in verbis scribendis codices inter se concordant.*

Rupertus Tuitiensis cum Vitam Heriberti a Lantberto conscriptam in novam formam transscriberet, hunc etiam librum adhibuit, ex quo sumpsit, quae SS. IV, p. 752. *in nota asterisco signata leguntur.* *O. H.-E.*

PROEMIUM IN MIRACULIS[a] SANCTI HERIBERTI[b].

Necessario praefatiunculas huius opusculi praefero, dum contra meam sententiam coactus et renitens ipsum ineo. Deliberavi enim animo virtutes sancti, quas per eum Deus post mortem ipsius operatus est, intactas a me deseri, timens in eis importunitate inculta nonnullis scandalum fieri. Verum dum urget me auctoritas, quae a me iure nequeat evitari, visum mihi est[c] eidem labori me, licet imparem, rursus man-

a) MIR 1. b) Hereberti 1 *semper.* c) *deest* 2.

1) Ruperti, Chron. S. Laurentii c. 41, SS. VIII, p. 475; Reiner, De ineptiis cuiusdam idiotae, SS. XX, p. 593. 2) Vide Mirac. prol. In duobus codicibus Vitae Heriberti haec ab ipso Lantberto addita leguntur, SS. IV, p. 753, n. 1: *Virtutes sancti et miracula, quae per eum Deus post obitum eius operatus est, intacta deserui, quod et scripta sufficerent lectioni simplici, et ea ad leporem venustatis inflectere vacantioris temporis et operosioris erat otii.* Unde miracula iam simpliciter scripta fuisse videntur, quae Lantbertus sermone ornatiore enarranda sibi proposuit. 3) Ut Rupertus, Prol. in Vitam Heriberti, Acta SS. Mart. II, p. 475, optimo iure eum dicit. 4) Cf. Analecta Bollandiana V, p. 357 sq.

cf. Ps. 118, 109. cipari, etsi olim sui foeditate a peritioribus conspui debeat et annullari. Ergo anima mea in manibus meis posita, commodius velim, ut mea derogetur opera, etsi contingat me notari mundi fabulam, nisi fulciar per bonorum venialem gratiam. Itaque visiones fidelibus revelatas aggrediar ante ipsius beati exitum et eas post eiusdem transitum ad consolationem fidelium. Inde attexentur divinitus acta per eum mirabilia, ut eis auditis per orbem cum filiis mater laetetur ęcclesia. Quod autem quaedam ponuntur praepostere, actum est, ut a me exegerunt, qui ad hoc opus me impulerunt vario tempore.

MIRACULA SANCTI HERIBERTI[a] COLONIENSIS ARCHIEPISCOPI.

1021. 1.[b] Columna christiani imperii archisacerdos Heribertus ultima carnis, qua et ad Deum transiit, molestia vehementer oppressus, ut in anterioribus praescriptum est, continue[c] domnum abbatem Helyam[1] secum esse voluit, virum iustum et probum, et alios, quos ad regnum sitire noverat honestae vitae experientia et morum. Qui plurima fide super salute ipsius sollicitabantur et ad supernos auditus pro eo contemplatione et oratione rapiebantur, cum, impellente naturae ipsius exactione, pater Helyas modicum soporatur et speculatione futurorum figurativa honoratur. Videbatur sibi se caelestis ostiarii regiam[2] ingressum coram altaris propitiatorio ascendisse, et ex usu fratres loci chorum undique cinxisse, cum sacerdos Domini[3], sacerdotalibus accinctus, nullo comite, ad medium procedebat et ab astantibus, veluti Romam peregre abiturus, subsellio acclinis benedictionem expetebat. Servabatur perpetuum ab omnibus silentium, nulla prorsus vox roganti audiebatur respondentium, ut moris est fieri iter illud ingredientibus, ea spe tueri se credentibus. Unde et subtristis senior visu efficiebatur, et incomitatus, ut processerat, regrediebatur; cum domnus abba hinc stupidus a gradu, quo manserat, illum subsequebatur, sed circumquaque requisitus nusquam inveniebatur. Sequentis aurora crepusculi transierat, et domnus abba egrotantis stratui cum servis Dei astiterat, et sensim perpendens eum ab humanis deficere, plurima compassione resolutus, cogitur visa palam exponere. Exoratus etiam, quid mysterii in eo adverteret, nec efflagitanti quavis pietate causam occuleret: 'Conicio his', inquit, 'domine mi, quod praepropere[d] a Deo ad gloriam assumeris, unde et sepulcro maiorum a nobis appositus filiis tuis per solitam faciem ulterius absconderis'. Amplectitur servus Dei visum et solutionem, et ilico res suas, ut praestrinximus[4], manu propria distribuit ad bonorum et egentium consolationem. Gloriosa clementia Deus pater Heriberti sui attollebat incommodum, ut[e] suae certae salutis per tales haberet spem et testimonium.

2.[b] Item alia visio cuius supra super eodem.

Proxima nocte idem beatus vir in quietem resolutus visione secunda mirificatur praesago divini munere nutus, quae e regione ad eandem spectaret imaginem, pauculam habens dissimilitudinem. Putabat se interesse sancti Petri sanctuario, exornato uberius decore insolito, ubi totius ęcclesiastici gradus et officii infinita processio, quae multimodae iocunditatis radiabat cultu et habitu, sacra illa praeferens, quae in augustorum convehuntur introitu. Mirabatur condecentem ordinem, speculabatur intentius compositissimam eorum speciem, sed neque loco movebatur nec ipsis admittebatur. Verum a priore caeteris tantum investigans apparatum, audivit a se sustineri[5] domnum Heribertum metropolitanum, sibi sotiandum in aeternorum mansionibus, sopitis his transeuntium doloribus. Non poterat exsaturari homo Dei praepulchro hoc aspectu, diutius eis herere toto desiderans intellectu. Et is, cui loquebatur, infimos hos et rarissimos asseruit conventus in estimatione milium, quando eius ad eos fieret ascensus. Protinus iacenti per eundem res innotuit et, ut consecutum est, actuum fidem exposuit. Iure Helyas, qui solis nomine interpretatur, haec praevidebat, quod, propter quem videbantur[f], ad solem iustitiae conscendere habebat.

Saepenumero per maiores, aequales et minores aliorum manifestata sunt merita, quemadmodum Agabus propheta praescivit et praedixit Hierosolimis carceres et futura vincula[6], et ut post triduum Syxtus papa archilevitae Laurentii praenuntiavit victricia per ignem certamina[7]. De se ipsis quoque apostoli, quid passuri essent, multo ante agnoverunt et discipulis de se gerenda, ut gesta sunt, commendaverunt. Sicut Petro, dum compellerent ad fidem conversi Urbem egredi, Dominus apparuit et, quod Romam iterum pati veniret, eidem aperuit[g]; cum[h] intellexit Petrus de sua dictum passione, quod in ea Dominus esset passurus crucis consummatione[8], qui patitur in sanctis misericordiae pietate. Iohanni quoque apostolo et euangelistae Christus Iesus visus est et, quod ad se[i] sequenti dominica veniret, testatus est[9]. Unde et nec veritas dilectum[k] fallere voluit, nec veritatis dilector falli potuit, dum eadem die roboratis ad
cf. Ps. 35, 12. fidem credentibus, et ne sibi pes superbiae et manus peccatoris occurreret, effectibus optineret sanctitatis praecellentibus, ultro se in sepulcro componens, tanquam obdormiret in eo, quievit; in quo et eum non mortuum eadem scriptura fatetur et credit. De apostolis si omnia diligenter requirantur, pene cuncta similiter contestantur. Sanctus etiam Martinus obitum suum longe ante praescivit, qui et discipulos in unum conscivit atque sui dissolutionem imminere praedixit[10]; et ita completum est ut praedixit. Norma coenobitarum pater Benedictus eodem anno, quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum

a) Hererti 1. b) *numeri cap. des.* 1. 2. c) contine 2. d) ppropere 1. e) et 1. f) videbatur 1. g) *post corr.* aparuit 1. h) tum *fortasse emendandum.* i) *deest* 2. k) dillectum 2.

1) Abbatem S. Martini Coloniensis. Cf. Vita Heriberti c. 12, SS. IV, p. 751; Chron. S. Mart., SS. II, p. 215. 2) S. Petri ecclesiam cathedralem Coloniensem. 3) Heribertus. 4) Vita c. 12, l. l. p. 752. 5) i. e. exspectari. 6) Act. 21, 10. 11. 7) Passio Laurentii, Surius, Vitae SS. 10. Aug. (Colon. 1573) IV, p. 585. 8) Actus Petri et Pauli, Mombritius, Sanct. II, f. 197 sq. 9) Ibid. II, f. 32. 10) Cf. Sulp. Sev. Epist. III. ad Bassulam, cuius verba hoc loco repetita sunt.

conversantibus, quibusdam longe manentibus praenuntiavit diem sanctissimi sui obitus et sexto die aperiri sibi sepulturam iussit, et dominicis sacramentis praemunitus, inter discipulorum manus ultimum spiritum inter verba orationis efflavit[1]. Prolixa nimium inarari potest series horum, sed videndae in id ipsum consequentiae posteriorum.

3. Visio Eilwardi.

Sanctissima ipsius anima iam, devicta corruptione, caelos penetraverat[2], occurrentibus sibi angelis, 1021. infernum et ignem, etsi vidit, evaserat; corpus inane in medio positum tristi fratrum merore plangebatur et frequentabatur obsequio; imperiales exequiae parantur, ut tanto competebat sacerdotio; quod illatum feretro, maioris ęcclesiae infertur oratorio, ubi, appositis crucibus et cereis, condigna Dei resonant servitio. Quorum preces nisi Divinitas exaudiret, quas unquam alias exaudiret? Praecesserant, ut crebrius inculcatum est, defuncti patris largissima ante Deum in filios Dei beneficia, subsequebantur officiosissima ovium suarum pro se sacrificia, ut licenter de eo astruatur: *Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius* Ps. 49, 5. *super sacrificia.* Nox incumbebat, de excubiis ad sanctum corpus de more residebat, cum illi defetigatos[a] diu se super lectum doloris ipsius conqueruntur, isti ad semet ipsos ut apostoli abeunt, dum cf. Marc. 14, 50. post mortem ipsi vicaria sorte parum compatiuntur. Nolim eos similari discipulis, qui in passione Dominum relinquentes fugerunt, nec maledictis, qui confidunt in homine et carmen brachium suum posuerunt. cf. Ier. 17, 5. Cavendum vero, ut bona venia dixerim, divitibus et praecipue episcopis, quae praemittant opera, pro quibus mansura sperent praemia; attendendum eis, quae fides sit posteris, cum, sopita superbiae pompa, soli relinquuntur tumulis. Beati qui secum ardentia portant[b] luminaria, indeficiens vę eis qui sibimet improperant: *Quid nobis profuit*[c] *superbia?* Iesu benigne, hoc a fidelibus tuis averte! Ergo domnus Sap. 5, 8. Eilwardus dum vixit sibi amantissimus, in morte quoque illi adherebat continuus. Et quanquam nosset eum beatissimum, tamen inconsolabilem temperare non valebat gemitum, sed, flexis genibus, fidenter aures Domini pulsabat, ut sibi revelaretur, utrum dominus suus auditum malum cum dextris non formidabat. Tandem diutius prae lassitudine non poterat immorari, et ad modicum iccirco[d] coactus est lecto reclinari, ubi statim in bonis satiatur desiderium illius, et quiescenti visus est totus iam caelestis Heri- cf. Ps. 106, 9. bertus, pater pius. Sancta enim desideria dilatione crescunt, si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Consolatur enim[e] profusius haec in specie videntem, praetendens ei lucis et mansionis suae statum perennem, pollicens etiam ipsi et pie et sobrie in hoc seculo viventibus gremium Abrahae per consummationem iustitiae et fidei Abrahae. Delectabat hominem morosius haec audire et intueri, videbatur sibi desiderantissimus heros mortuus non videri. Solebat autem cum eo vivens ante lucem Deo psallere sancta David fidelia, sciens acceptissima Deo contriti cordis secreta obsequia. Unde et is, cui visa[f] monstrabantur, ad psallendum eum hortabatur solito, serio sciens, quod multum sibi profecerit assidua huius conversatio. Non distulit ulterius amantem, profitens se in supernis perpetuo commorantem; laudes temporalium a se finitas, amplius a se decantandas, quae absque tedio nullas habebunt mętas. Excitus somno[g] venerandus vir de reliquo defunctum non doluit, immo pro his gaudere voluit et, dum vixit, cunctis visa haec praedicavit, Deo sacrificavit, ipsum benedixit et adoravit.

Sanctus Iacobus, frater Domini, in coena voto se obligans iuravit, quod ab illo panem non gustaret, donec filius Dei a mortuis se ipsum resuscitaret. Unde in ipsa resurrectionis suae hora eidem apparens, porrexit ei panem: 'Frater mi Iacobe', dicens, 'surge, comede panem tuum, quoniam filius hominis resurrexit a dormientibus'. Et Maria resurgentem prima videre promeruit, quae, ut quaereret, sola remansit. Tertiodennis quoque Agnes parentes, ne se tanquam mortuam lugerent, prohibuit, quod cum ostensis virginibus lucidas sedes acceperit[3].

4. Visio domni Epponis Bavenbergensis episcopi [de[h] transitu sancti Heriberti].

Eadem dormitionis suae nocte Eppo Bavenbergensis antistes in religione nominatissimus, in mandatis vitae desudans fructuosis virtutum operibus, affirmativam praecedentis vidit visionem per divinae voluntatis exhibitionem. Ipso excessu ingens ingrediebatur capitolium, repletum ignotis sibi episcopis, abbatibus, augustis et reliquo gradu, ut crederet agi sinodum, quoniam et eiusmodi vestibus singuli aptabantur, et magna quaedam et miranda ab eis per ordinem sedentibus tractabantur. Vacabat vero speciosa sedes in medio considentium, cuius aspectu moveri possent affectus intuentium et causam nescientium. Hesit loco immobilis vir Domini, neutrum pertemptans neque egredi nec[i] progredi. Unus autem ex considentibus contemplans eum stupentem, surgens induxit eum ad patrum consessum ibidem existentem, deliberans illum otioso illo throno honorari, sed nequaquam praevaluit, quod auctoratiori servaretur potestati. Mox a primo omnium legantur ad fores duo episcopi et ibidem inventum imperantur reverenter intromittere suo conventui. Obsequuntur iubentis imperio, et sanctum Heribertum reperientes pontificalibus vestitum tanquam missarum mysterio, inducunt suo collegio et mediastino sublimant subsellio. Verum cultui eius solus deerat baltheus, quod mirum admodum videbatur inspicientibus. Summovit ambiguum unus eorum, in reliquis moderans primatum, asseverans illum sibi ab augusto Heinrico violenter sublatum. Oportuerat domnum Epponem, virum egregium, non illudi visione irrita, quae si quoquo modo quiescenti similabatur imaginaria, revera mox patuit veritatis non indiga. Nam post

a) *sic* 1. 2. b) portent 1. c) proflut 1. d) *alterum* c *expunctum* 1. e) eum 1. f) causa 2. g) sono 1. h) *uncis incl. des.* 1. i) neque 1.

1) Gregorii M. Dial. II, 37. Gregorii verba repetita sunt. 2) Heribertus obiit a. 1021, Mart. 16. 3) Passio Agnetis, Acta SS. Ian. II, p. 353.

1021. cf. Ps 131, 4. 5. datum oculis suis somnum et timporibus[a] requiem abiciens a se torporis et ignaviae segnitiem, adit domum Domini, illi vota sua redditurus, quae media nocte et in matutinis fidelis sit meditaturus. Agebat ibidem[1] imperator secundus Heinricus sanctos dies quadragesimae, fundator ipsius praesulatus et ęcclesiae, qui in timore Domini et religione omnimodo claruit, nisi forsan per humanitatis nostrae fragilitatem, cui omnes subicimur, in quibusdam aberraverit. Is, ut mane ad orationem, quod sibi sollemne erat, processit ad templum, a memorato loci pontifice addiscit visionis exemplar et exemplum, hinc[b] coniciente, quod sanctus Heribertus ab humanis exemptus, in conspectum Dei sanctis omnibus concivis esset effectus. Nec abnuit augustus[c] iusti viri narrantis et solventis excessibus, certus ex vita illius non posse eum illudi falsis imaginibus. Dolebat autem, quod in visu antistes reverentissimus se agente baltheum minus habuerit, unde in concilio iustorum id sibi imputando controversia fuerit. Quapropter hanc offensam a se avertere gestiens et, si quid indiscretius in sanctum Dei admiserat, elemosinis expiare se velle profitens, fratribus sanctorum locorum per urbem iussit pro eo continue Deo sacrificare, psalmos et orationum hostias iterare. Constituit pauperibus de thesauro suo liberaliter ministrari, quaeque condigna saluti frequentari, ut sic ipsi baltheus per se restitueretur, per quem sublatus ulterius non causaretur. Indesinenter ista continuabantur et imperiali munificentia multiplicabantur, donec post paucos dies delata sunt defuncti sacerdotis a metropoli insignia, ęt requisitum et inventum est eum assumptum hora, qua vidit praeclarus Eppo episcopus in aeternorum gloria. Si quis istis diligenti consideratione intendat et modos visionum et personas videntium perpendat, ab antiquis patribus et in omni terra praedicatis[d] non discrepabunt, immo futuris admirationem et imitationem innovabunt. Scribuntur enim ob utilitatem sequentium, ut hinc vivendi formam accipiant cor et aures audientium. Interfuerit Ambrosius per mentis excessum Martini exequiis[2], audierit et viderit eum sanctus Severinus assumi angelicis obsequiis[3]; sint sacerdotes revelationibus glorificati; mundi machina coram posita, conspexerit pater Benedictus in spera ignea transitum Germani Capuani[4]: Heribertus plane, ut liquido ex praecedentibus constat, non multum his impar, ab optimis et perfectis visus est exaltari, et per praesentes et longe positos sacerdotes eius exitus meruit auctorari. Ipse religiosus augustus etsi ascendentem non vidit, ratae tamen visionis praesentialiter testis idoneus fuit. Et hoc, inquam, eleganti compositura notatur memorabile, quod raro aut nusquam contigerit talibus astipulari maiestatem moderno in tempore. Ut enim diebus his mortalitatis sunt divisiones gratiarum, et ut alia est claritas solis, alia lunae, alia stellarum, sic, licet subintelligatur in illa perpetuitate quaedam absque invidia diversitas claritatis, regnat tamen in omnibus unitas caritatis, quoniam ibi est Deus omnia in omnibus soliditate immutabilitatis. Possent haec ab impiis insomnia et frivola suspicari, nisi providisset[e] ea Divinitas, ut in consequentibus liquebit, indiciis, ut venialiter dixe- 1.Cor. 14, 22. rim, palpabilibus roborari. Nam linguae in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Hinc videnda mira virtutum posteriora, ut vere credantur anteriora.

5. Visio cuiusdam monachi de eodem coenobio.

Invitatus[f] pater Heribertus ad convivium paschale iam pascebatur vivo illo angelorum pane, cum Apr. 3. in orbe terrarum famosissimus auctor Hieronimus dominicae resurrectionis secunda feria cuidam eiusdem Divitensis monasterii fratri in visu apparuit et invectiva eum dissimulatione, cur sui, dico inquam[g] Hieronimi, in oratione sua non recordaretur, redarguit. Conspicari certe se credebat servus Domini inexpertam faciem, super nivem candidam et plus auro concupiscibilem, ac per hoc venerabatur astantem, etsi stupebat a se infimo tanta et tam magna rogantem. Igitur praesumpto, ut sibi videbatur, vigore animi, prona familiaritate his orsus est eum alloqui: 'En, terruisti', inquit, 'me, domine mi, insolita visione, nec seduci me vereor otiosa malignantium illusione, cum et aspectu tuo super stellarum dispositionem 2.Cor. 11, 14. praesentaris mihi honorabilis et conversatione inexplebiliter desiderabilis. Quanquam enim angelus Satanae transfiguret se in angelum lucis, visus tamen eius introitus et exitus nunquam est dulcis. Quocirca et oro, ne despicias faciem meam, et quaerenti edicito nomen et personam tuam; quam ob rem quoque, qui omnimodo videris angelicus, mortalis egere summissus[h] comproberis precibus'. Non distulit persona, quae videbatur, petentem cruciari in ancipiti, censeri se proloquens vocabulo Hieronimi, qui, quoniam vivens[i] fidelis perstitit in tota domo Domini, tabernacula et atria[k] indeptus sit semper gaudentis concilii. Obstupuit in verbo referentis ultra quam credi potest, qui visu pascebatur, et dum solvenda efflagitat, altiori amfractu torquebatur. 'Quo, inquam[l], motu[m], cuius[n] tot in ęcclesia flores redolent, quicquam opis ab homine requiras, qui evidentibus indiciis et attestatione tua caelos inhabitas? Nihil tale auditum est et a veri quam plurimum abhorret simili, et sententia tua poteras redargui. Nos, qui versamur in limo cf. Ps 39, 3. profundi et luto fecis et lacu miseriae, quorum incertae providentiae, utpote filiorum Adae, quibus grave Eccli 40, 1 iugum imminet a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulturae in matrem omnium, oportet necessario vestrum petere, quaerere, pulsare suffragium et invenire consilium et auxilium. Vos enim habetis potestatem claudere caelum nubibus et aperire portas eius merentibus, quia linguae vestrae

a) temp. 2. b) huic 1. c) agustus 1. d) praedicans 1. e) praevid. 2. f) Imitatus 2. g) *super* dico *superscr. fuisse videtur* vel inquam, *alterum delendum.* h) summissis *conicit Bormans.* i) videns 1. k) aras 1. l) inquit *corrigendum censet B.* m) modo 2. n) eius 1.

1) Bambergae; sed Heinricum die Mart. 16. et sequentibus diebus a. 1021. ibidem fuisse nusquam alibi traditum nec credendum est, cum mense Martio eum per Saxoniam iter fecisse constet; cf. Bresslau, 'Heinrich II.' III, p. 179. 2) Cf. Gregor. Turon. de virtutibus S. Martini I, 5, SS. Merow. I, p. 591. 3) Cf. ib. I, 4, p. 590. 4) Gregor. M. Dial. II, 35.

claves factae sunt caeli optentu vestro et concessu Dei'. Dein[a] frater noster sanctum prudenter exquirebat, [1021.] morosius[1] eum secum tenebat et honesta interrogatione ad respondendum compellebat. Unde et denuo Hieronimus resolvitur evolvendis archanis et tollit ab homine totius nodos obscuritatis. 'Verissime', ait, 'conspectui[b] Divinitatis iugiter assistimus et eius indefessis laudibus indefessi insistimus et pro salute christiani populi apud eum intercessores existimus; at, quotiescunque ab hominibus in bonum excolitur iustorum memoria, inmensa reportantur eis per ipsos beneficia. Ecce enim pater vester[c] et tutor patriae Heribertus, felici meritorum constantia factus aeternus et illo requietionis sinu exceptus, fruitur pacis suae multiplicitate perfectus. Si irruant venti et fluant flumina, non possunt eum movere unquam; fundatus [Matth. 7, 25] est enim supra petram. Ergone, quoniam mundissima ipsius anima ita composita est, et corpus eius in pace sepultum est, memoriam eius, quae pro defunctis instituta est, agi deseretis, nec pro eo abhinc sacrorum officia et vitulos labiorum reddetis?' [cf. Osea 14, 3.] Iocundabatur admodum vir Dei velut non dormiens ex relatione praecedentium, sed comperiens sanctum inhabitare domos semper gaudentium, supplicabat sibi fixa fide iterari, utrumnam Dei dato constaret amantissimum patronum sibi suisque sotiari. 'Crede', inquit Hieronimus, 'ammixtus est nobis, et ad triduum sub oculis manifestabitur vobis, quod auditum orbis praedicabit universus, quod per mirabilem Deum suum[d] mirabilia facit Heribertus'. Haec in visu sacerdos Hieronimus virum desideriorum edocuit, et statim sicut virgula fumi ex aromatibus ascendens [cf. Dan. 9, 23. Cant. 3, 6.] se caelis inseruit. Mane autem exorto fidelis coenobita visionis suae non immemor et in diem tertium, sicut in testimonium acceperat, futurus certior, fidelibus et tutis amicis secretum credit et eos probabiles testes, dum promissa sequerentur, habere quaerit.

6. Femina clauda curatur.

Femina quaedam duplici mactabatur supplicio, pedum prorsus destituta subsidio et cotidianae stipis egens adminiculo. Haec dormiens ammonetur, ut ad corpus Heriberti patris evigilans deferretur, ibi solatium inventura, quod ut fieret, iniussa nunquam fuerat praesumptura. Expulsa quiete, ammonitionis reminiscitur, reminiscens visa filio prosequitur, prosequens eidem filio imponitur, imposita quo iussa erat pervenit, perveniens integerrimam salutem invenit, inveniens inspectantem clerum et populum in laudes Dei impellit, qui mundi peccata tollens per suos infirmitates et omnia mala expellit. Praedictum est[2] enim Colonienses fecisse consuetudinem per totam tricesimam, ut sancti cotidie ad corpus ipsius frequentarent memoriam, per quem advenientes salutem reportabant et veniam. Actum est, ut hoc signum caelitus operaretur et caelitus actum indubitanter pronuntiaretur. Et haec, ut Hieronimus praedixit, erat feria tertia[3], quarta vero a[e] resurrectione dominica. [Apr. 5.] Regressa est igitur mulier saliens et exultans suis pedibus, nec externis circumferri eguit ulterius.

Pulchre quoque, quoniam consolabantur de passione tristes apostoli crebris Domini resurgentis apparitionibus, in ipsis etiam diebus recreabantur viduae oves consolatoriis pastoris sui virtutibus.

7. Visio domni abbatis Wolperti.

Praefuit, ut dictum est[4], eidem coenobio primus domnus abbas Wolpertus, qui pariter et monasterium Sancti Pantaleonis strenue rexit, simul et curam gregis Domini in Gladebach[5] suscipiens feliciter gessit, vir certe in non ficta caritate fundatus, religione et morum perfectione consummatus, adeo ut tanta in eum exuberaret alacritas, ut, amisso proprio vocabulo, usitatius nominaretur Caritas. In pauperibus Christum adorabat et suscipiebat, potentes pro modo cuiusque excipiebat. Is aliis liberalissimus corpus suum castigabat et in servitutem redigebat, faciem Domini in confessione et psalmis maxime noctis tempore praeveniebat, ut continuo[f], excusso somni tepore, ante fratres exurgeret et crebro ante matutinorum vigilias psalterium percurreret. Qui etiam eodem anno quo et ad Deum transiit, sicut testati sunt qui viderunt, intolerabiliter et diu languit, sed sensim convalescens, dixit ultimum mortis dolorem se passum et praedixit deinceps nullam se mortis molestiam[g] in fine passurum. Igitur infra tricesimam dormitionis patris Heriberti, sibi praecordialiter in vita et in morte dilecti, ex more media nocte cum domestico fratre surgebat et secus sancti tumulum supernos auditus pro ambobus profusius expetebat, cum semel fratri post aliquos psalmos compatiens, eum absolvit et ad quietem redire signo extorsit; remansit unus, totus mentis contemplationi deditus et quo secretior, eo licentius. Ecce autem repente res accidit visu mirabilis: totius ęcclesiae fabrica concuti ab imis et superis, strepitus et concisus fragor audiri, pavor incomparabilis servo Dei absque arbitris augmentatum iri. Expalluit insolentia senior iam curvus senio et, aetatis immemor, veloci ascensu infertur propitiatorio, et cornu altaris tenens, vota psalmorum inculcabat, confisus, quoniam in servis suis Deus tempore temptationis consolatur. [cf. 2. Mach. 7, 6.] Ab oriente vero videbatur a fundamento maceria cum circumstantiis moveri, sed ipse, licet modicum exterritus, ab inflexo vigore animi non poterat dimoveri. Stabat attonitus congeminatis doloribus, dum maiori ammiratione perculso visum est recens sepulti patris bustum aperiri, et ipse egrediens iuxta se cum pastorali virga visus est inveniri. A quo et benigne hortatur, ne timeat, opus bonum, quod coepit, augeat, quoniam tricesimo defunctionis suae die secum cum pace erit futurus, ubi de interitu redemptus et in miserationibus coronatus, terra viventium sit potiturus. Iam terror et visa quieverant, cogitationes sublatae erant, quae in cor eius ascenderant, cum sustentante[h] baculo, quem sedulo gerebat, ad lectum regredi- [cf. 1. Cor. 2, 9.]

a) Dum 1. b) conspectu 2. c) noster 2. d) suus 2. e) *deest* 1. f) continue 1. g) *deest* 2. h) sustentate 2.

1) i. e. hoc loco, ut videtur, *moratius, honestius,* non quod apud alios medii aevi scriptores *diutius, longius.* 2) Vita c. 12, p. 753. 3) Videlicet a die, qua monachus Hieronymi visionem habuerat, c. 5. 4) Vita c. 8. 9, p. 746 sq. 5) München-Gladbach.

tur, ubi longa trahens suspiria post tantum laborem quiete reficitur. Crastino autem ex consuetudine in conventu sedit fratrum, quibus de aedificatione animae prolixum edidit sermonis mandatum, in quo et (Is. 32, 17.) satis superque utile praedicavit inter alia silentium; unde et Isaias dixerit: *Cultus iustitiae silentium.* Post quae, quibusdam solutis, et nonnullis sanioris consilii secum assumptis, sui secretarium ingreditur cubiculi et, quid in nocte viderit vel audierit, eorum bene tutae credit fidei et, quid in his advertant, dat in mandatis, ut sibi non patiantur contegi. 'Nil in his', aiunt, 'est periculi seu praesagii; sed quem tantopere viventem excolueras, oblivisci non potes et mortui'. 'Otiosa est', inquit, 'propositorum expositio, verum illi sotiabor[a], ut pollicitus est, obitus sui tricesimo'. Praeterea claustrum egrediens, ad locum Regis-imago[1] dictum procedit et ibi multimodas impensas usibus[b] egenorum in oculis[c] suis colligi facit, quae in proxima sancti tricesima eis uberrime distribuerentur, per quas, si quae ei superessent maculae, tergerentur. Regredi ad fratres deliberaverat, navim per Rhenum rediturus intraverat, cum prope sextam invitant eum domestici ad prandium, quod parari eis[d] non abnuit, forte ex industria, cum statim suum sciret ad Deum transitum. Occupabantur illi in apponendorum explendis; ipse cum fratribus, quibus comitabatur, accingitur quae Dei sunt agendis, ut ante dictam sex- (cf. Eccl. 10, 17.) tam cibos sibi ministrari peccatum duceret, et ut beatae terrae princeps in tempore suo panem comederet. Sextam iure incipit, eam finetenus perficit, ut ipsa res in se consonaret, quod post meridiem ab alto axe sol deficit. Finita sexta, per se circumstantibus filiis capitulum imponit: *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur;* respondentibusque qui eum circumdabant: *Amen,* ipse in momento, in ictu oculi beatus mortuus in Domino moritur. Ut praelibatum est, molestiam nullam doluit, et quod id sibi[d*] contingeret, indice Deo praescire et praedicere potuit. Convertitur in luctum et lamentum laetitia; aptantur extincti corporis exequiae[e] pro instante penuria; advehuntur Veronam[2], et ibi cum infinito honore cadaver excipitur; et inde Coloniam et Tuitiam legatus eadem baiulans praemittitur. Educit obviam patri filios, iam sole ad occasum[f], lugubris legatio, a quibus excipitur et inducitur ęcclesiae honore condebito. (Apr. 15) Locatur eius feretrum iuxta tumulum patroni — nam tricesima ipsius eadem instabat nocte —, ut fides eius adhiberetur promissioni, qua eum suae sotiandum praedixit confessioni[3]. Appositae vigilum excubiae custodias suas peragebant, substituendas fratrum vices post paululum sustinebant, cum sancti Heriberti elemosinarius, contractus ab utero, inter duorum corpora decumbebat et, eis utrisque perditis, de se ipso desperans, vitam suam despiciebat. Placuit Divinitati ad misericordiam inclinari et amborum merito desolatum redintegrata sospitate consolari. Expleverant fratres canonicos nocturnos, ymnum illum: *Te Deum laudamus,* qui conicitur Ambrosii et Augustini, psallebant ante incipiendos matutinos, cum, solutis ad suum usum nervis, idem claudus clamantium voces coepit interrumpere, ipse ignarus, quid in se actum esset Deo opifice. Accurritur a choro, cernitur medicatus Dei et sanctorum dono; sed ita defecerat effluente tabo, ut expirare putaretur, nisi refocillaretur calice aquae allato. Qui vixit (Apr. 16.) sanus in reliquum, in se uno expertus duorum remedium. Sequenti luce congregantur sanctae Coloniensis metropolis sanctorum congregationes; continuantur pro ambobus salutares ab eis hostiae et oblationes; fit universis memorabile, quod apud eos Deus disposuit esse mirabile. Intererat funeri Wickerus antistes Wirdunensium, qui congruo[g] causae sermone corda refecit audientium, quod, dum (Eccli. 7, 40.) nescimus diem neque horam, quando Domino occurramus, in omnibus operibus memoremur[h] novissima nostra, ne pereamus. Deinde, finitis missis, sanctum corpus terrae reddiderunt, sicque mirantes in omnibus quae audierant et viderant, in sua redierunt. Ecce quemadmodum haec consequuntur singula, ut nequaquam seduceretur domnus abba, quod cum Heriberto futurus esset in sua tricesima, et quod in sua vigilia panduntur hominibus utrorunque merita.

(Luc. 23, 43.) Sic sancto latroni promittebat Dominus: *Hodie mecum eris in paradiso,* et similia multifariam inveniuntur, si requirantur in armario divino. Quorum quaedam in praecedentibus perstrinximus, quae iterare fastidiosum duximus. Hinc dicendum, qualiter de longe et de prope ad corpus patris Heriberti diversa languidorum trahebantur corpora, cum rediviva valitudine redeuntia, ut his auditis aequa duabus[4] miretur Asia, et suos sanandos mittat ultima, ut aiunt, Hibernia.

8. Femina clauda curatur.

Erat in Tuitia mulier debilis pedibus, quae annosa imbecillitate contracta mederi desperaverat ulte- (Mart 19.) rius. Quarta autem die post sepultum sancti corpus Coloniensis ad ipsum transierat processio — dictum est enim[5] eos id per totam tricesimam acturos instituisse proposito —, cum chorus sancti Cuniberti[6] ingrediens orationi incubuit, et quisque ex conscientia votum exhibuit. Ingressa est etiam et eadem femina cum frequentia, praestolans et ipsa, ut benigna omnibus sibi stillaretur indulgentia. Deus autem iudex (cf. Ps. 7, 12. Act. 10, 34) iustus et fortis, qui non est personarum acceptor, vitae auctor et mortis, qui clamantem ad se exaudit pauperem, Heribertum suum mirificare voluit ante gregis sui faciem. Nam preter spem suam sanissima exurgens, videntes se in devotionem et compunctionem adduxit et inde in iubilum, exultationem[i] et Dei laudes et sancti sui induxit. Discurrebat ipsa, videndam ultro se praebens multitudini, excitabat in (Act. 3, 2.) iucunditatem voces populi, quemadmodum claudus a Petro erectus ad portam templi quae dicitur Speciosa[k], novellam ęcclesiam ad fidem solidavit, quando infidelis Iudea id ad invidiam permutavit. Itaque

a) satiabor 1. b) visibus 1. c) loculis *coniecit B.* d) *deest* 2. d*) ibi 2. e) exequi||quię 1. f) vergente *supplendum coniecit B.* g) egregio 1; concongruo 2. h) memoremus 1. i) exalt. 1. k) specia 1.

1) Remagen. 2) Bonn. 3) i. e. sepulcro; cf. Ducange-Henschel s. v. *Confessio* 2. 4) Terrae partibus videlicet. Quae verba ex antiquo carmine sumpta esse videntur. 5) Vita c. 12, p. 753. 6) Ecclesiae collegiatae Coloniensis.

emendata femina novis vestigiis gaudebat incedere, et saepius ad salvantem revertebatur, si quando cogebatur exire et recedere. Clerus pro his accendebatur in desiderium, et redeuntes venerantur[a] exosculabantur patris tumulum. Divulgabantur ubivis terrarum haec salutaria; concurrebant omnes ad pietatis sinum tanquam apes ad alvearia, ut ab hoc fonte salus referretur, quocunque incommodo corporis et animae quisque detineretur.

9. Paralytica curatur.

Unde et dormitionis suae die bis septimo quaedam anus rependo et vix se trahendo advenerat ex castro Confluentio, adeo corporis sui destituta solatio, ut in neutram partem sibimet esset utilis, quod et ad incedendum non erat habilis et erigi nullo modo valebat, in imam terram defixis oculis. Haec talis introiens sanctuarium, humo prosternitur circumlateris[1] crociculis, quibus utcunque miserabile regebat corpusculum. Vota et preces effundens sufficienter ingemuit, lacrimis lacrimas iungendo, pectus pugnis multotiens tutudit, quibus et Divinitatem per Heribertum flecti complacuit, et videns ad compassionem condescendere[b] potuit. Dictu spectabile! Emanat virtus a tumulo, convalescit pene perdita restituta a mortuo, et solutis, quibus contrahebatur, nervis, salvatur et subito salvatam se vociferatur. Fit laetitia magna astantibus, attollitur ingens plausus in Dei laudibus, qui per dilectum suum iamiam morituram anum reformat in incolumem officii statum. Quae relictis fulturis in testimonium, nec ab illo curans sustentationis baculum, diu inexperto gressu domum revertitur, beneficia sibi collata cunctis exequitur. Mart. 29.

Nonne ipsum pollicetur euangelium, nunquid non idem loquitur Deus salutarium: *Qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et maiora horum faciet?* Veritatis utique verba haec sunt vera, ac per hoc non possunt esse non[c] vera. Erexerat ipse[d] Dominus mulierem, quam alligaverat Satanas decem et octo annis, et hoc die sabbati; concessit ipse Heriberto, ut par faceret, et multa concessit, ut faceret. Sanasse Dominum fimbria, curasse Petrum umbra, etsi sunt maiora, per ipsum qui dedit sunt maiora. Ioh. 14, 12. Luc. 13, 10-16.

10. Coloniensis caecus illuminatur.

Fama gestorum dumtaxat non per solam spargebatur urbem, sed multiplicius per universum dilatabatur orbem. Audiens vicinia quod fiebat in externis et pro infidelitate sua tardius sibi condonari erubescens, quod per fidem aliorum invehebatur terris, forma eorum incalescebat ad frequentandum locum, in omni necessitate excolendo patronum. Erat caecus in Colonia, eiusdem urbis incola, civibus alimoniam quaerendo notissimus, nam hic usus velut ingenitus inolevit maxime eiusmodi debilibus. Is itaque Rheno Tuitiam transvehitur, monasterio a praeduce inducitur, largifluam sancti omnibus gratiam implorat sibi lacrimosis gemitibus, praesumptaque spe non desistit ab effectuosis vocibus, donec uno donatus laetatur oculo, et interim differtur pro altero, ut sibi potior insereretur devotio. Et fortassis poena quaedam brevis fuerit ultionis propter pigritatum occursum serae dilationis. Redit homo domum alacris, licet imperfecto lumine, nullo tamen praevio comite. Iterum autem animatur illuminatorem suum sedulo invisere, invisendo pro concessis grates rependere, et quod sibi minus habebat, ab integro, exposcebat, ut clementer dignaretur perficere. Praeficitur beneficiis cunctis constantia, per quam salvantur in fine, quibus datur perseverantia. Non erat difficile Heriberto implere, quod optinere in altero potuit et explere. Unde et, fugientibus tenebris, ad integrum orantem illuminat et tot et tanta a Deo impetrat, ne quid factura illius mutilatum habeat. Sic transeunte Domino caecus secus viam mendicans sedebat, sed praecedens turba eum, ut taceret, arguebat, dum ille increpationibus eorum non acquieverit, donec Iesu veniente viderit. Possunt hinc colligi et exhiberi multiplices et probabiles rationes, cur singulis accidant passiones, et cur earum differantur curationes, et multorum nunquam recuperentur dolores. Et, ni fallor, Dei verba attexo de nato caeco: *Neque,* inquit, *hic peccavit neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in ipso,* quamvis nonnulli, quod non sanantur, peccant, quidam etiam non sanantur, quod parentum peccata filiis obsistant, salvo eo quod filius non portabit iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filii. Hic itaque illustratus[e] isto modo illustrationis suae ordinem hoc[f] optinebit in loco. Luc. 18, 35 sqq. Ioh. 9, 3. Ezech. 18, 20

11. Cuiusdam pueri arida manus curatur.

Quemadmodum corona et insignia augustorum auro et lapidibus et vario cultu coaptantur, ut inspicientibus speciosa videantur, sic omnipotentia Divinitatis Heribertum suum diversis miraculorum insignibus condecorabat, quem in vita sua ad summam virtutum exaltarat. Res, sicut casu puero cuidam acciderat, relatione parentum nobis est tradita, de miraculo autem ab his qui viderunt comperta et tradita. Nocte quadam dominica, imminente quietis tempore, puer unus lecto se reclinaverat valente et sano corpore, cum prae angustia a somno evigilans, in volam utriusque manus retortis digitis et unguibus, meror et luctus suis factus est maioribus. Quid facerent? Quod medicamentum apponerent? Frequenter nanque contingit in simili, ut desolatis nulla prae amaritudine admittatur ratio consilii, dum suo pascuntur luctu nec exaturari possunt intemperantiae suae cultu. Post multum cessaverant carorum in eis lacrimae, visum est eis refugium patris Heriberti remediabile, quod uni isti subvenire dignaretur, qui tot succurrere non dedignabatur. Continuo itaque suorum comitatu ad locum deducitur, deductus ad sepulchrum inducitur, inductus pavimento exponitur, expositus primo de dolore conqueritur[g], conquerens

a) venerantur 1. b) conscendere 1. c) *deest* 2. d) per se 2. e) illustratur 1. f) *deest* 1. g) conquer. 2.

1) Hoc adiectivum Lantbertus etiam Vita c. 6, p. 744. et infra c. 20. usurpat.

votis se obligat, obligans clementiam sibi irrorari ingeminat, ingeminans quattuordecim diebus ibidem excubat, excubans quartadecima die altera[a] manu curatur, altera iusto et occulto Dei iudicio non curatur. Qui fecit quae futura sunt, disponit omnia suaviter, preterita, praesentia et quae futura sunt et omnia, quaecunque voluit, fecit in caelo et in terra et in abysso multa. Nunquid ideo impotens, quia unam per Heribertum manum restituit, alteram per eum reformare noluit? Nonne habet figulus potestatem de eodem luto aliud quidem vas facere in honorem, aliud in contumeliam? Tu autem quis es, ut respondeas Deo? Haec, inquam, providentissima ipsius dispositione ordinantur et omni creaturae celan- cf. Ps. 67,36 tur, quoniam, si esset ratione comprehensibilis, non esset admirabilis; est autem mirabilis in sanctis suis et sanctus et[b] benedictus in omnibus operibus suis.

12. Alterius item arida[b] manus curatur.

Venit et alius eodem miserabilis infortunio, similiter ex medio medicatus supplicio, mancus persistens investigabili Dei et alto Heriberti consilio. Nonne Veritas veritatis filiis promiserat etiam in diebus Ioh. 14, 13. malis: *Quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam?* Nedum in caelis collocatis suam immutaret Matth 17,19. sententiam. Qui promisit suis: *Si haberetis fidem tanquam granum sinapis, diceretis monti huic: Transi hinc! et transiret,* plane implevit; et factum a Gregorio et a Nonnoso[1] et a quam plurimis aliis invenit qui quaerit[c]. De aquis ex petra eductis multiplex est lectio, et supersedere est id astipulari testimonio. Ob hoc factum effigiata est manus lignea et pro foribus ęcclesiae appensa in ingredientium specula.

13. Feminae tres curantur.

Feminae tres uno laborantes incommodo ad famosum pietate patris Heriberti sinum suo allatae sunt vehiculo, non quidem eodem tempore, sed eodem egentes medicamine. Mirum, quod, dum imponerentur gestatoriis, aliorum imponebantur humeris, prorsus nec sibi nec cuilibet habiles usui, adeo suimet impotes diutina optorpuerant paralysi. Unde et singulis, ut venerant, paternam propitiationis dexteram extendit, et quod vix praesumebant, ut fieret, salutifere impendit. Magnitudo gestorum in[d] omnem terram exibat, et a quibus virtus patefacta non videbatur, rumor penniger transibat; sicut[e] leprosi Dominum praedicabant et ad eum confluere populos incitabant. Istae, ut dictum est, relictis grabattis, absque fultura in sua adorantes Deum et sanctum redierunt et agilitate sua valitudinis suae testes ex- Luc. 7,37sqq titerunt, in se acta diffamantes, quocunque pervenerunt. Sic peccatricis manibus Dominus tangebatur et lacrimis eius pedes lotus oleo ungebatur; quod Pharisaeus indignans videbat et invidebat, sed eum qui alta cf. Ps 137,6. a longe cognoscit non latebat. Unde et proposito paradygmate iudicio suo superbus convincitur, et peccatrix, peccatorum percepta venia, per iniustitiae vias ulterius non graditur.

14. Caecus illuminatur.

Factum est post haec per Heribertum alia tempestate simile quid euangelico caeco a nativitate. Nam puer hanc incolatus lucem ingrediens a matris utero geminos oculorum radios minus habuit ab integro, hinc parentibus deturpata facie lugubris[f], hinc, dum viveret, futurus mendicans ac per hoc omnimodo sibi inutilis. Et certe menbris detruncati parentibus suis sunt rubori et tedio, et vita eorum onerosa parum dulci humanitatis tractatur privilegio. Indubitatum erat eum sic permansurum neque res has, quae termino angustantur, unquam visurum. Verum saniori communicato consultu, Tuitiam eum advehunt, quod ibi caelitus illabi remedium digne quaerentibus audiunt. Monasterii parietes cum suo pignore subeunt, terrae procumbentes multas pro se, multas pro puero preces Deo et sancto offerunt. Nec primo aditu patuit votis eorum effectus, ut experiretur ad aedificationem videntium, utrumnam verus et perseverans eorum esset affectus, et palam fieret Ioseph talaris tunica et cauda hostiae in consummata victima. Quocirca per aliquot dies ibidem manentibus et ab oratione non deficientibus — nam paria gesta intimabantur eis in sanatis praecedentibus —, placuit Heriberto super hoc Regem suum invocare, qui dat velle et perficere pro bona voluntate. Nec mora, instaurata fronte, videt puer se videntes, et in plausum et in[g] iubilum resolvuntur parentes, ac potius hanc amplectuntur filii sui illustrationem, quam si eam percepisset per communem et naturalem omnibus Dei[h] exhibitionem.

Ioh. 9, 1 sqq. Ita praeteriens Iesus caecum a nativitate differens non statim illuminavit, sed primo lutum ex sputo faciens et oculos eius illiniens palpavit, tum ad natatoriam Syloe misit, ubi iussus lavit et vidit. Quod in quibusdam euangelii gestis Heriberti gesta comparo et non cum[i] magnorum virorum totiens actis simila, potissime fastidium evito fructumque legentium exquiro. Scio enim prudentibus gratum et familiare plus iusto dilatata succingere et succincta honeste et congrue dilatare. Nec abnuo eum, quod et in prioribus feceram, patribus, ubi oportunum fuerit, aequiparare, sed iucundius videtur, ubi fas fuerit, eum capiti quam menbris similare, quoniam, quicquid ipsi fecerunt, per eum qui eos fecit potuerunt. Hoc pace sanctorum dixerim, nec hinc cuiusquam offensam incurrerim.

15. Coloniensis mulier illuminatur.

Praeterea mulieri Coloniensi suis orbatae visibus, vita pertesa, propensior olim differebatur ab humanis exitus, quod saepe offendens pedibus cum multimoda molestia, non satis a manuali regebatur,

a) s. m. c. *des.* 2. b) *deest* 2. c) querit 2. d) im 2. e) sic 1. f) *sic* 1. 2 *pro* lugubribus; *illud Lantbertum scripsisse voce consona* inutilis *probatur.* g) *deest* 1. h) domini 1. i) eum 2.

1) Gregor. M. Dial. II, 7.

et quod alienis immorans ostiis laboriosa difficultate vix pascebatur. Haec cum pro his nimium anxiaretur, et in dies, ut talium est, dolor cum penuria causaretur, se in se recolligens, ex ipso quod dabatur sibi de agape coepit corpori suo subtrahere et, eo distracto, ipsum in caeram expendit et in quantum potuit caereolum extendit. Sumptoque eo, regente mancipio, sanctum corpus adiit, munus quod detulerat, optulit; inde in faciem se prosternens, conversa est tota in lamentum, lumen per Heribertum recuperare obsecrans aut citum mortis momentum. Pervenit clamor eius ad vicinas aures clementissimi patroni, nec eam passus est iacentem satisfacere dolori, sed, sicut placuit, luci redonavit et ad vitae amorem restauravit. Nam inibi copiosus cruor a naribus eius effluxit, et dies insperatus totum ostendens sibi illuxit. Sic sanctus Tobias occurrens filio, ut ibi legitur, pedibus offendebat, sed, ut a Tob. 11, 10. Domino curaretur, in proximo erat. Sic sancta vidua a Domino propter duo minuta laudatur, quae Luc. 21, 1-4. miserat in gazofilatium, et quia totum victum suum misit, praefertur opibus divitum, qui ex abundanti mittebant ad favoralem[a] intuitum. Nonne huic iure iudicatur ista simillima, quae abstemia candelam optulit comparatam ex elemosina? Et ideo, quia non ficto corde venit, mox donum, quod petebat, accepit.

16. Claudus erigitur.

Treverorum est metropolis antiquitate famosissima, annalibus et historiis nominatissima. Huius in suburbio claudicabat homo bifario genere, quod prae egestate laborabat esurie, et quod non habens ad quaerendum non valebat incedere. Hac calamitate diu cruciabatur et, nisi eum respexisset Dominus, de vita periclitabatur. Quadam nocte post effusas lacrimas obdormierat, et forte incoenatus et illotis pedibus, utpote cui nullus aut rarus aderat; et ecce per visum suadetur ad modum emortuae tibiae candelam undecunque acquirere et cum ea Divitense castrum et patris Heriberti monumentum expetere. O beata et mundissima anima, in vita et post vitam piissima, qui non tantum quaerentibus subvenis, sed et non quaerentibus ut subvenias, ultro te ingeris! Credidit homo sermoni, quem audivit, et diem desiderans, noctem terminari concupivit, credens in verbo, quia potens est et[b] facere qui promisit. Rom. 4, 21. Nam etsi ignorabat scriptum: *Invoca me in die tribulationis, et eruam te, et honorificabis me*, Ps. 49, 15. Veritas tamen prope est omnibus invocantibus se in veritate. 1026. Igitur data luce accingitur, accinctus infirmitatis obliviscitur, obliviscens de elemosynis fidelium iussum coaptat lucernarium, coaptans, quia gressu suo non poterat, navi invehitur, invectus litori Divitensium exponitur, expositus domum Domini ingreditur, ingressus ad sepulchrum trahitur, tractus oblationem sepulchro imponit, imponens terrae se in orationem[c] provolvit. Nec intercesserat oranti morosa dilatio, cum erigitur restituto[d] pedum officio, ut non seduceret eum fallax visio, qua seducuntur quam plures, qui non acquiescunt veritati, credentes mendacio. Chnut rex Anglorum[1] huic mirando spectaculo intererat, et fidele sit, quod ob hoc Dominus eum direxerat, ut Heribertus praedicaretur etiam per reges, qui in diebus suis placens Deo et inventus iustus fideliter observavit regis sui Dei leges. Rex ipse in venerationem sancti humiliter conversus, regia dona ingentia et honorifica transmisit ipsi reversus.

Sic regina Saba venit a finibus terrae, salvo mysterio, audire sapientiam Salomonis, sed non habebat ultra spiritum, videns gazas aromatum et thesaurorum et infinitatem specierum et honoris. Hic ergo in Agrippinensi metropoli salvatus sorori Treverorum metropoli est destinatus.

17. Redditur manus homini, erectis[e] a vola digitis.

Non multo post manebat homo in eodem territorio Divitensium, qui prae indigentia reficiendorum calciamentorum sectabatur artem et officium. Hic dum exhaurire sitit inopiam, inconsideratione sua incurrit noxam et noxiam. Nam in sollemni die praecursoris Domini eidem avide insistebat operi, cum Iun. 24. digiti et ungues, inseparabiliter manubrio subulae manui inhaerente, transfixi sunt in volam, et quod clam voluit, notum factum est omnibus per viciniam totam. Vociferabatur enim se iusta ultione damnatum, confitebatur palam cum poena reatum, donec contiguorum plurima clamoribus eius excita congeretur contio, videntes et rememorantes, quam proxima sit delinquentibus damnatio. Inerant necessario multitudini nonnulli altioris consilii, qui violenter exigentes a turba silentium, perducunt miserum ad emanantem potentias et virtutes tumulum. Erat hora post sextam, benedicentibus Deum fratribus post mensam. Inclinatur, accusante conscientia, sarcofago, obligat se ibidem votis in omni vita sua duorum denariorum censu annuo, si solvatur ab imminenti improperio, contracto ignorantiae suae elogio. Pulcherrime autem convenit sacerdos magnus baptistam et symmistam Domini et instantem iniuriam illa sua cum summis familiaritate implorat remitti homini. Non inficiatur vox clamans in deserto quod Is. 40, 3. petitur, examini[f] Heriberti sententia tota committitur. Ipse vero, ut est affluens pietatis visceribus, sinit eum abire reparatis ad[g] integrum digitis suis usibus. Sotiabatur laetitia haec sollemnitatis gaudio, et omnes audientes duplici gratulabantur tripudio; decebat enim, ut nobilis res, acta in nobili civitate, nobiliter exciperetur nobilissima iucunditate.

Sic Iesus restituebat hominem habentem manum aridam die sabbati; sed quod invidebant scribae Luc. 6, 7–10. et Pharisaei, tollatur a simili.

a) favorarem 1. b) et f. *des.* 1. c) oratione 1. d) restitudo 1. e) heretis 2. f) ex animi 2. g) ab 1.

1) Qui a. 1026. Romam profectus, in hoc itinere procul dubio Coloniam et Tuitiam venit.

18. Datur pluvia per sanctos Severinum et Heribertum.

Alio quoque tempore incanduit nimius fervor et intolerabilis aestus, ut fęcunditatem frugum auferre crederetur calor intempestus. In tantum excreverant peccata christianae militiae, irritantis Deum suae enormitate malitiae. Consulitur metropolitanus, quid facto opus sit, domnus Piligrimus[1], inter consacerdotes suos veri et aequi iudicio tempore suo primus, quod religionem excoleret et servos Domini 1.Cor.10,11. honoraret, et quod ut in frequentia[a], in quos saeculorum fines devenerunt, legem Domini conservaret. Convertit ad humilitatem negotium: agendum per triduum ab omnibus ieiunium, ut[b], qui humiliatis misertus est Ninivitis, poenitentibus renatis misericors fieret et mitis. Ordinatur de causa; ex statuto conseritur processio cum lętania; efferuntur sanctorum corpora, exportantur eorum pignora; discaltiatis abicitur cultus omnis vestium; imploratur attentius supernae benedictionis beneficium. Visum est et complacuit[c] omnibus corpus sancti Severini transferre Tuitiam, id ipsum petentibus ipsius ęcclesiae fratribus, ut Deum dilectissimi pontifices convenirent, vicaria largitate pulsantibus ovibus[d] subvenirent. Transierunt, monasterium adierunt, Severinum super sepultum Heribertum posuerunt, missas tenuerunt et inter agendum utrosque pro re supplicaverunt. Fratres de loco abeuntes cum processione ad navim deduxerunt, Rhenum ascenderunt. Erat immensa serenitas, solis grandis ardor et claritas, nec infimae[e] nubes praetendebant pluviam, nec flabant venti ad ullam aquae significantiam. Repente vero aer tenebris inhorruit, valida flabrorum vis intonuit, insolita pluviarum condensitas erupit, turbatus Rhenus a fundo se effudit, ut inter mortem et vitam exiguum eis esset discrimen, nisi Severini pastoris sui secum haberent munimen. Navim exierunt, sanctum suum retulerunt; sed nequaquam destitit pluere, donec faterentur sufficere. Sapientiores datum hoc divinitus amborum meritum crediderunt, et qui interfuerunt ad fidem sequentium litteris commendaverunt.

Quare non posset hoc intercessio duorum et tantorum cum supplicationibus cleri et populorum Iac.5,17. suorum, cum unus Helyas, homo similis nobis passibilis, oratione caelos clausit, ut non plueret, quando et quantum voluit, et rursus oratione eos aperuit, ut plueret, quando voluit?

19. Duo paralytici de Arduenna varie[f] curantur.

In pago Arduennae per sanctum hunc res accidit memorabilis, audientibus desiderabilis futura et utilis. Erat adolescens a cunis paralyticus, divitibus exortus maioribus; sed invalescente molestia, sensim fiebat deterior, ut vulgo dicitur: 'Vetus morbus est ad curandum difficilior'. Hic in visu admonetur praepulchro scemate, ut, vehiculum sibi aptans, bovem a patre sibi datum iuberet[g] adiungere, quo invectus sanctum Heribertum expeteret, Coloniam abiens peregre; id unum restare sibi remediabile. Idem videtur a patre et matre, sed alter alteri, fantasma existimans, rem parvipendit propalare. Sequitur secunda nox et tertia; idem tribus noctibus videtur a tribus, alterutrum latente conscientia. Ad extremum is qui torquebatur parentibus visionis iterationem indicat, parentum vicaria relatione ammonitio in id ipsum consonat. Una igitur eademque sententia gestatorium exstruitur; impensarum copia, ut locupletium, abunde congeritur; viae comites ex amicis eliguntur; tempus et hora ad procedendum condicuntur. Iam dispositis omnibus, aeger imponebatur vehiculo. Aderant amici prosperum iter imprecantes filio; confluxerant vicini praecordialiter salutantes abeuntem, alacriter excepturi cum salute redeuntem. Et quia fideliter credidit, in ipso processionis suae ictu unguetenus convaluit, et liberius circumquaque discurrens, laetum parentibus et convicaneis spectaculum praebuit. Rumor continuo regionem totam pervolat, vires eundo sumens[2], gesta haec enuntiat.

Erat eodem morbo laborans homo in confinio, sed utrinque pauper valitudine et peculio. Is primo, ut audivit praedictum ex responso Coloniam abiturum, proposuerat se in ipsius comitatu eandem viam aggressurum, ut illius abundantia huius inopiae esset supplementum. Ut ergo audivit eum praeveniente Dei gratia recuperatum, desperatis rebus, diffidebat inire iter prius intemptatum, ne, si sumptus in via deficeret, dum pro salute laborat, sui detrimentum incurreret. Alter autem emendatus horrens audire: Luc.17,18. *Non est inventus, qui rediret et daret*[h] *gloriam Deo*, egentem fratrem paralyticum imposuit, quod sibi paraverat, plaustro et impensis suis ad locum eum deduxit et ad sepulchrum sancti perduxit. Ubi ipse sanctum pro concessis profusius adoravit, et spectabilem se prebens, virtutem in se factam omnibus praedicavit. Vovit et votum singulis annis datorum se bovem ad locum. Nec fefellit eum fides, dum fuit vita superstes. Ille alter, qui adhuc suo cruciatu quatiebatur, dum uberius orationi immoratur, expulsa paralysi, perfecta membrorum compage solidatur et exiliens, Deum et Heribertum magnificans, intrans et exiens hac illacque laetabundus[i] vagatur. Ita hic caritate istius adductus, suimet compos factus, fidelis comes est reductus.

20. Claudus Scotticus[k] curatur.

Venerabilium virorum didici relatione quod narro, qui viderunt et interfuerunt facto. Erat adolescens dictus Duntacus, terrae Scottorum indigena, qui per sex annos pede contractus nequivit a lecto surgere nisi externo iuvamine. Nam cruris tibia nati inheserat, et magnitudo doloris reliquum corpus inficiendo possederat. Hinc anxietas continua urgebat miserum, hinc erubescebat deformis consistere inter

a) nostrum *fortasse supplendum.* b) et 1. c) compluit 1. d) omnibus 1. e) infinię 2. f) varię 1. g) iuberetur 1. 2. h) *deest* 1. i) lętabunde 2. k) Scoticus 1.

1) A. 1021—1036. 2) Cf. Verg. Aen. IV, 175: *Fama . . . mobilitate viget viresque adquirit eundo.*

suorum contubernium, et tanta artabatur sui divisione, ut in nulla compaginaretur firma cogitatione. Audiens autem quosdam suorum ad confessionem apostolorum Romam abituros, ratum duxit, parentes, patriam, compatriotas deserens, sequi processuros, satius eligens in alieno emori privatus quam cum suis habitare pro decurtatione sua denotatus[a]. Pervenit cum complicibus Brittanniam insulam navigio; inde progredi non praevalens, non sufficiente pedum vestigio, et ideo resedit tali coactus obstaculo. Affligebatur, quod inconsulte ultra vires voluit et nequaquam valuit; cum suis esse pro causis, quibus dictum est, erubuit, ac per hoc nunc relictus solus, in multo versabatur ancipiti, sui prorsus ignarus consilii. Pes alter ad gradiendum non sufficiebat, alter pro pondere erat, sed bacellis hinc inde utcunque fulciebatur, et incertus itineris vagabundus quacunque ferebatur. Sic tandem errabundus per Anglorum terram devenit Galliam[1], etiam tunc animo deliberans, si fas sit Romam tendere per Italiam. Comperiens autem ab obviantibus operosioris longitudinem restare laboris, extimuit iter attemptare, cui succumberet immanitate confusionis. Audiens etiam suae gentis servos Dei esse Agrippine Colonie sub monastica religione, deserto[b] quod proposuerat, eo contendit retrograda conversione. Ubi aliquando, regiae viae inscius, per abrupta montium, per concava vallium, per defossa terrarum semivivus vix pervenit, et ibi, sicut audierat, conregionales regulari disciplinae mancipatos invenit. Qui, ut sunt in suis clementissimi, exceperunt eum in diversorio hospitii, humane curantes et reficientes eum per anni medium, si quomodo respirare valeret ad statum vitae meliusculum. Sed dum credebatur proficere, in dies deterius habens videbatur deficere. Nam virus, quo pes et coxa optorpuerat, reliquum corpus invaserat, adeo ut fratrem, qui matriculae praeerat, sedulo fatigaret[c], ut sibi per quemvis peritum ferro pedem amputaret. Ille vero contra renitebatur, ne ex conscientia interitus eius reus fieret, et hinc arguendo eum corripiebat, ut ab hac stultitia desisteret. Et intime illi compatiens, sanctum Heribertum expetere consuluit et, nisi in fide hesitaret, ibidem consequi salutem astruendo perdocuit. Qui moras statim perosus, fide armatus, ad sepulchrum ascendit circumlateris baculis transportatus, iam vergente ad occasum sole ipso natalis Domini sollemni die. [Dec. 25.] Tum pro necessitate sua ubertim profusis precibus, exclusus ab aditis[d] ęcclesiae, pernoctavit pro foribus. Mane, id est in missa protomartiris Stephani, iterum ingreditur, [Dec. 26.] et dum agerentur sacrosancta mysteria, totus in precem effunditur. Vidit haec oculus tuus, o Heriberte, et audivit auris tua, et prona miseratione super Creatoris tui motus creatura, miseratus es patientem et, quod petebaris praestans, non distulisti gementem. Videbatur iacenti, quod vehementi violentia pes claudicans traheretur et statui suo componeretur. Denique erumpente intestina sanie, qui prius male tripes, nunc bene bipes coepit discurrere, instantissimas grates rependens Salvatori, per quem sua salus concessa est Heriberto sacerdoti; baculisque ibidem relictis adminiculatoriis, ad Sanctum Pantaleonem, ubi et ante hospitabatur, inconcussis rediit vestigiis, cunctis praedicans mira Dei magna in se gesta evidentibus indiciis. Tum memor votorum, quibus primum deliberaverat se invisurum apostolorum patrocinia, opifice Deo[e] perficit usque ad eorum limina; indeque regressus, per annum manet in praedicto monasterio et post hoc ad genitale solum revertitur cum infinito gaudio. Annuntiabat hic veritatis praeco Hiberniae nomen Heriberti et miracula, ultra quam, ut aiunt, nulla excoli creditur et inhabitari patria; nam iam noverat[f] Asia, Europa et Affrica. Disponuntur haec dispositissima dispositione dispositoris dispositorum, unde, quia mira sunt, nomen sortita sunt miraculorum.

Partim comparari possunt haec iacenti ad piscinam quinque porticus habentem, ubi legitur ange- [Ioh. 5,2 sqq.] lum secundum tempus descendentem, aquam moveri, et unum sanari. Languidus triginta et octo annos in infirmitate habens ibi erat, sed, qui eum in piscinam mitteret, non habebat. Hunc sanavit Dominus solo imperio; quod dictum sit, ut duorum horum sanitatis comparetur, licet impar, dilatio. Quod vero ibi sequitur: *Vade iam et noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat,* non ab re súbaro, etsi ad rem, [Ioh. 5,14] quae prae manibus est, non pertineat. Memini me in cuiusdam peritissimi viri tractatu legisse, hoc ideo Dominum permisisse, quod ipse erat in passione ei alapam daturus, et hinc contigerit illi deterius. Annectit ad hanc consequentiam quaedam et alia, ut illud de Pentateuco: *Non coques hedum in lacte* [Exod. 23,19.] *matris suae,* id est: 'Non occides Christum in die conceptionis suae', quod constat Iudeos rebelles fecisse; et ut in psalmo: *Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* [Ps. 31,2.] De his hactenus; nunc revertendum ad propositum.

21. Claudus per visionem ammonitus[g] curatur.

Praeterea claudo cuidam visio non inanis apparuit, quae eum huiusmodi ad suimet curam ammonuit. Rogabatur candela porrigi ad modum infirmae tibiae; mandabatur eam ad Heribertum convehere; pollicebatur ibi sua nodositas adnullari et universa corporis integritas restaurari. Depromit homo hospiti, apud quem degebat, visionem capitis sui; consulitur ab omnibus, a quibus auditum est, non dissimulare causam emolumenti sui. Sic iussa oblatione composita, mendicante penuria, tendit ad destinatum, alterum pedem regente crocicula. Erat autem hiemali glacie diffusa terra lubrica, in qua labente gressu et firma nutarent vestigia. Quapropter, adversante bonis diabolo, dum minus caute incedit, fracta fultura, ruit, et dum saluti prospicit, ampliorem attriti corporis molestiam subit. Inde aliorum humeris refertur ad hospitium, relatus a compatiente hospite adipiscitur recens et robustius sustentans amminiculum, et iterum ab eo suggeritur inire propositum. Venit, flevit, munus optulit, oravit, con-

a) notatus 1. b) desorto 1. c) fagaret 1. d) *i. e.* adytis. e) domino 1. f) voverat 2. g) amonitus 1.

1) Lantbertus ignoravit e Brittannia in Galliam proficiscentibus mare transeundum esse.

valuit, sanus rediit. Nec mora ingredientibus oratorium fratribus videtur otiosus iacere baculus. Et quoniam noviter aptatus considerabatur, quid actum esset, in dubio versabatur. Quam ob rem diligenti examinatione res acta disquiritur; requisitus homo ad medium deducitur, et virtutem sancti annuntians non creditur. Condicitur ad hospitem legatio; gestorum series approbatur eius testimonio, ut in his plana currat veritatis confessio.

[Ioh. 9, 18 sqq.] Videres in hoc Iudaeorum quid simile, sed simile dumtaxat in superficie. Illi non credebant caecum natum a Domino illuminatum, et exardescente[a] invidia, sciscitabantur a parentibus, utrumnam esset is eorum filius caecus genitus. Isti rem scrutabantur votivo desiderio, ne qua invidis oriretur falsa suspicio.

22. Puellae visus et auditus redditur.

In obsequio cuiusdam matrisfamilias erat puella iuris hereditarii, quae[b], perditis oculis et auditu, dominae iam dudum destiterat obsequi. Cumque per annos longa fieret desperatio, et emendationis eius nulla iam restaret expectatio, domina eam sancto Heriberto possidendam tradidit per conditionem, si per eum amissorum sensuum recuperaret restaurationem, et[c] quotannis duas cerae deneratas ipsi offerret sorte censoria et huic pacto semper manciparetur obnoxia. Ad instar puncti admissis precibus misericordia illabitur; privatus visus et auditus restituitur, ut perfecto visu videret videntes et supplili[d] auditu audiret audientes.

[Matth. 8, 5 sqq.] Sic centurio Dominum rogabat pro puero, qui male torquebatur in domo, cum nonnulli rogarent pro filiis, quidam pro se ipsis, alii pro amicis et necessariis. Hinc, quod indignum se fatetur, laudatur, et quod pro servo rogaverit, commendatur. Sed cum lex dicat: *Caecum, claudum vel debilem non offeres Domino*[1], enucleet cui vacat, cur haec materfamilias hodieque quam plures et praecipue ingenui filios stultos, hebetes, debiles contradunt monasterio.

23. Paralytica puella per eum curatur.

Paralytica puella omni[e] inepta usui, mortuis menbris soli decubans stratui, tedio sibi et suis erat, quod vivebat, quia, ut concessa licentia dixerim, nec moriens nec vivens vivebat. Consultum est autem parentibus eius et amicis ultimum, ut famosum Heriberti et venialem[d] pertemptarent gremium, a quo nisi invenirent consolationis auxilium, nullius deinceps ob hoc adirent patrocinium. Imposito ergo aegroto [Iun. 24.] suo curriculo, ipsa baptistae Domini missa Divitensi applicuerunt coenobio. In quod illata brachiis filia sua pro mortua, quantalibet sanctum sibi conciliant oblatiuncula. Effundentibusque profusas cum gemitu et suspiriis preces, immobiles et dissoluti artus nullas sentiebant vires. Frustrata spe, egrediebantur confusi conversoque gradu repetebant domestica ruris sui, cum, ad medium atrii viantibus, infirma se sensit mederi, et gratias Deo[f] et gratias Heriberto agens, non valebat desideriis expleri. Tunc voce et nutu orat se ad ęcclesiam revehi, et in redeundo considerata mirantur et amplectuntur inopinatam solutionem unius vestigii, cuius sura indivise inheserat fęmori. Gaudent iungentes lacrimas gaudiis cum gaudente et eam ad sepulchrum reponunt, velocitate praegrediente. Compassus est Heribertus votivis his suspiriis, et ideo anima eius satisfecit eorum desideriis, undique iacentem reparans suis officiis.

[Matth. 9, 20–22] Similari videtur haec mulieri, quae retro tetigit fimbriam vestimenti Iesu et a profluvio sanguinis [ib. 9, 2.] sanata est ipso contactu. Spectari etiam potest in hoc fides portantium paralyticum, quorum fidem ut vidit, sicut ibi scriptum est, dimisit illi peccata sanans et appellans eum filium.

24. Femina arida curatur.

Vera[g] relatio est et de alia femina, cuius cum brachio aruerat[h] dextera, ut nequiquam temptaretur [Iun. 29.] emitti et nullo modo valeret remitti. Haec ad sepulchrum Heriberti adveniens[i] ipso apostolorum triumphali natalitio, conquerebatur satis poenarum se luisse diutino supplicio, preces interserens querimoniae, [cf. Apoc. 11, 4.] quem morem dolor a talibus consuevit exigere. Assumit sacerdos duas illas olivas et duo candelabra in suum ad haec patranda consortium, et perpropere conquerenti redditur cum dextera brachium, ut alacriores servos Dei efficeret geminata laetitia, apud quos in salutem credentium frequentabantur tot sancta et salutaria. Expandit Deus salutarium manus in cruce, ut ista sua laetaretur de salute.

25. Puer infirmus et caecus curatur.

Exiguo elapso post haec tempore puerum quendam contigerat de vita periclitari et inter infirman- [Iob 2, 7.] dum, caecitate surripiente[k], lumine privari, ut in eo aliquid de Iob accideret suis, qui percussus est a planta pedis usque ad verticem, rebus perditis et filiis extinctis. Torquebantur parentes huius geminato dolore, filium merentes excaecatum cum languore. Quocirca ascitis medicis erogabant substantiam, sed non procedebat omnem adhibentibus curam, peritiam et industriam, quemadmodum et illi de euangelio, [Luc. 8, 43.] quae in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari, donec tempore miserendi concessum est illi per Dominum salvari. Diffundebatur ubivis dulcis et suavis redolentia, quod per Heribertum a sepulchro eius erant languidorum corpora salutem referentia. Quod auditu bono comperientes et postponentes medicos hos curae suae non sufficientes, otius properant cum puero ad

a) ardesc. 1. b) qui 1. c) ut *correxit B.* d) *sic* 1. 2. e) in o. 2. f) domino 1. g) Fera 2. h) arruerat 1. i) veniens 1. k) surrepente *conecit B.; nec tamen quidquam immutare oportet.*

1) Haec verba non leguntur in Scriptura Sacra, sed cf. Deut. 15, 21; Levit. 21, 18. 21.

sanctissimam tumbam, fallacem pie quaerentibus et merentibus nunquam. Ad eam cum oblationibus et supplicationibus accedunt, et mansioni conductae succedentes nusquam recedunt, donec paucis emensis diebus sanatur per Heribertum et illuminatur puer caecus.

26. Infirmus per visum ter ammonitus curatur.

Inter haec vir non ignobilis[a] familiae, in finibus suis rebus clarus et nomine, languore correptus in lecto decumbebat pene per octo menses, adeo ut, penitus interdicto esu, spiritum interciperent artus tabescentes. Tractabantur exequiae et funebria, praeoccupata cadaveri egrediente anima; et ecce post laborem nocte conquiescit, et ei in visu persona honorabilis apparens decore suo splendescit. Quae et benigne percunctatur eum de adversa valitudine, et ore illius addiscens dignatur ad salutem illi consulere: 'Vove', ait, 'et redde vota tua ad coenobium Tuitiae, quod ad summam medelae tuae tibi scias proficere'. Dixit et ab aspectu videntis quod videbatur evanuit et in tenuissimum radium conscendens caelos subiit. Evigilans autem visa postposuit, nulli ea retulit, tum quia illudi se fantasmate putabat, tum quia vehemens languor spiritum eius attenuabat. Videt et audit eadem ab eodem sequenti nocte, sed pertinaci infidelitate non apponitur et rustico corde; cum tertia nocte visa eadem similitudo, non iam blanda, imperiose eum arguit ad mandata patranda. Non ferens auctoritatem iubentis exturbatur a lecto, visa et audita ad publicum referens, reum se fatetur primo hortatu despecto. Consonat marito coniunx monitam se in id ipsum, eodemque momento vovet uterque liberale votum, sanitate reddita reddendum; spondent ad locum a se veniendum, eum in reliquum honorandum et excolendum. Sequuntur vota promissa beneficia; a mortis aditis resurgit ad vitalia, indeque plena fide ad Heribertum perveniens, cuncta quae iuraverat, reddidit, et deinceps, quocunque divertit, incolumitatis suae verus interpres esse non destitit.

27. Tres feminae demoniacae curantur.

Ponit Dominus in euangelio trifariam divisionem eunuchorum, quarum una est: *Sunt multi, qui se* Matth. 19,12 *castraverunt propter regnum caelorum;* quod strenue Heribertus in diebus suis fecit, nec unquam voluntati diaboli et suggestioni se subegit, sed ei, dum viveret, potenter imperavit et in caelis persistens illi, prout placet, imperat et imperabit. Quod praestrinximus, ut fidem faceremus sequentibus. In possessione ipsius coenobii erat insani capitis femina, duae eodem infortunio captae in Colonia, quae non dentibus et manibus parcerent occurrenti, ut daemonio traditae crederentur in se furenti. Sensum utrunque discernendi amiserant, ut irrationabilia putares animalia, et nisi caute et violenter praevenirentur, ferebantur in obviantes sua insania. Quarum duae a fidelibus Heriberto oblatae per eum sanantur, diaboli exclusa malignitate; tertia pluscule passa per eum sua caret infelicitate. Continuabantur ad corpus eius infinita, quae non sunt scripta, et in externis gentibus fiebant quam plurima[b] et fiunt, quae nobis inaudita sunt et nusquam scripta: *Multa quidem et alia signa fecit Iesus,* ut ait euangelium, *quae non sunt scripta;* Ioh. 20,30. licet, quaecunque sancti eius potuerunt, per eum potuerunt, sive sint scripta, sive non scripta. Saepissima[c] enim relatione idoneorum totius ordinis compertum est per Heribertum in diversis regionibus mira fieri, quae neque singula sciri et, si scirentur, compendio nequeant edisseri.

28. Mulier elemosinaria sancti ab infirmitate curatur.

Habuit hic sanctus in tempore suo speciale: exquisitos circunquaque pauperes, in quibus Christus cf. Matth. 18, 5. suscipitur, curare et secum, quotcunque poterat, certabat haberi, qui acriori incommodo detinebantur, annonam et vestitum de suo exhiberi. Unde et feminae cuidam in villa Wilike[1] languenti biennio ministrari mandaverat in quocunque necessario, ut a Deo sibi concessae res obędirent, non imperarent, spargerentur, ut abundarent. Cum ergo sanctus felici excessu transisset ad Dominum, statim defuit priscum mulieri solatium. Quid ageret, quem rogaret, cuius indigentiae nullius compassio suppeditaret? Flebat inconsolabiliter patrem defunctum, etsi noverat de mortalitate ad inmortalitem assumptum, quod hinc vitae carebat subsistentia, et non cessante deterebatur imbecillitatis imminentia. Addiscens vero bona fama eum miraculis pollere, ut ad eum perveniret, importuna erat hospitibus absque quiete, quia et eo facile poterat transferri navigio, circumfluo Rheno[d] proximo. Ad extremum, conscensa navi, voti effectum optinet, quodam interiori cordis iubilo elata praeminet, ut fit in lactentibus desiderantibus ubera, cum impetraverint[e], priusquam sugant, exiliunt in nutricum ludicra. Nec fefellit credentem praesumptae spei laudabilis temeritas, cum, in altum vela dantibus, sensim minuebatur infirmitas, et quanto viciniores fiebant loco quo tendebant, tanto validior subintrabat vigor et alacritas. Portum appulerunt, navim exierunt, et dum efferre niterentur aegrotam, illa nullam admisit iuvantem personam; sed exiliens, sanissima praecurrebat et nescientibus sanitatis suae testis presens et praeco assistebat. Adiensque sepulchrum, inexplebiliter exosculans[f] venerabatur sepultum, eius alita, dum vixit, paterna stipe, ipsius ope nunc reddita vitae.

Sic Abgarus rex Edissenae civitatis a Domino mederi efflagitabat per epistolas humilitatis, sed per ineffabilem illam differtur sapientiam, donec massam repararet perditam[2]. Est mihi in his arduum et

a) vir nobilis *corr.* v. non nobilis 2. b) plura 2. c) *sic* 1. 2. d) Reno *h. l.* 2. e) impetraverunt 1. f) osculans 1.

1) Willig (circ. Geldern). 2) Eusebii Hist. eccl. e versione Rufini I, 15.

difficillimum totiens ex una[a] materia variare grafium, utpote in caeco uno, secundo et tertio et pluribus, et idem probatur in similibus. Quod dictum sit, ut mihi sit a prudentibus veniale, quod plus iusto in talibus planius incedentem non contingat me a sensu aberrare.

29. Daemoniacus per sanctum Domini[b] liberatur.

Accidit post haec miserum quendam a daemone per quindecim dies torqueri, ut per[b] intervalla spiritus 1. Petr. 5, 8. ipsius ab infestante inimico putaretur extorqueri, qui rugiens circuit quaerens, quem devoret, qui exiens Matth 12, 44. et rediens, factis peioribus prioribus, domum scopis mundatam cum septem se nequioribus possidet. Non est igitur inventum quicquam competentius, ut inflicta nequitiae vis a possessis extruderetur sedibus, quam ut illi ad succurrendum offerretur corpori, cui non possunt resistere et contradicere omnes adversarii. Aggreditur res experientia, et quarta die liberatur, expulsa malignantis[c] violentia. Quemadmodum enim diabolicae in quenquam invito Heriberto praevalerent incursiones, cum Dominus suis pote- Luc. 10, 19. Matth. 10, 8. statem dederit calcandi super serpentes et scorpiones, et in nomine suo iusserit daemonia eici, praesertim cum nunc domesticus incircumscripto assistat lumini?

30. Puero manus contracta restituitur.

Puerum natione Saxonem afficiebat imbecillitas fortis, ab ineunte aetatula digitorum articulis triennio in volam retortis, ut in eo plus iusto natura contractior censeretur, quod officialis sibi pars cum usu tolleretur. Unde et parentes eius perferenda vovent vota salutifero pontifici, si per eum adipisci valeant sui redintegrationem filii. Protinus ille aures[d] nimium vicine clamantibus, restitutionem nati sui praeoccupant desiderantibus[e], ut prius votorum gaudium invenirent, quam ad[b] exsolvenda votorum debita ad- Ps. 58, 16. Ps. 22, 6. venirent. Ideo et sanctus aiebat: *Et misericordia eius praeveniet me, et misericordia eius subsequetur* Act. 10, 44. *me.* Petro etiam in Actibus apostolorum praedicante Cornelio et gentilibus, cecidit Spiritus sanctus super audientes verbum, priusquam sanctificarentur aquis sanctificantibus, dum erant linguis loquentes et Deum magnificantes.

31. Femina habens aridum brachium[f] sanatur.

Ubivis, ut crebrius inculcatum est, Heriberti nomen diffundebatur et memoria, et quam plures, antequam rogarent, ipsius salubris praeveniebat gratia. Sicut feminae cuidam per sexennium brachium aruit, et per Heribertum longe positae, ut in consequenti liquebit, salus affuit. Erat enim infortunio suo confusa, infelicitatis suae infelicia praeferens monstra, ut in dies acriori stimularetur luctu, quod tam de- Sap. 17, 10. formi plectebatur incursu. Ut enim scriptum est: *Semper saeva praesumit conturbata conscientia*, et amaritudo necessitatis resolvit quenque, si possit, in propulsanda indigentia. Haec utili cogitatu utile a se exegit consilium, quod inspirante Deo sibi foret saluberrimum. Compererat Heribertum miraculorum beneficiis vulgatum et ad subventionem dolentium prona benignitate inclinatum, et quod nulla sibi obstaret ad effectum difficultas, in quem per operatricem potestatem ipsius respiceret efficiens[g] voluntas. Assumptam caeram admovit igni, effigiem formatura brachii amissi, ut, cum tali sanctissimum corpus expetens oblatione, eius medicaretur caelitus emissa benedictione. Caeram macerando insistebat labori, cum fides eius internorum complacuit Inspectori, ac per hoc Heriberti sui condonavit potestati, ut anxia mulier in ipsa opera per eum donaretur incolumitati. Nec tardavit ad salvatorem suum gratias agens venire et, confictae figurae offerens munus, ad sepulchrum introire, quae et quanta sibi fecisset, annuntians presentibus, eadem protestans veniens et rediens occurrentibus.

32. Puella muta et paralytica curatur.

Fuit et in castro Regis-imago[h] virguncula, quod a cunis fari nequiverit, vere infantula; quae, perdito universo artuum officio, melius quam homini similari poterat simulacro. Quocirca et suis facta erat desperatio, quod filiae suae nulli mortalium deberetur curatio. Convertitur totus eorum in Heribertum respectus, cui iste per disponentem Creatorem debebatur effectus, sicut et ad matrem tutior semper est recursus, quando alienorum non succurrit occursus. Itaque[i] communicato consilio, cum paralytica sua perveniunt ad sancti sepulchrum, ibi auxilium ipsius exorantes per protelatam[k] orationem, gemitum et cf. Ps. 101, 14. luctum; sed nondum tempus erat miserendi, sic disponente eo qui habet claves vivendi et moriendi. Remansit in loco per tempus paralytica, ministrante sibi matre cibaria, ut olim misericordiam inveniret perseveranti fine, per quem salutem quaerentes leguntur invenire. Ergo ferme ad medium anni ibidem Ps. 45, 5. persistens, inexperto prius usu coepit repere, hinc maiora percepturam se credens a laetificante[l] civitatem Ian. 6. Dei flumine. Evolutis vero aliquot annis transierunt fratres Rhenum in ypapanti Domini, et illa rependo potenti fide ascendit ad corpus archiepiscopi, cum, redeunte processione, inventa est ante ipsum sepulchrum plorans et erecta, soluta lingua planissima proloquens verba. Fit videntibus geminata laetitia: extollunt sollemni choro Dei mirabilia, qui tot suis accumulat gaudiis gaudia. Extunc ibi permanens fovetur fratrum substantia, et inter morandum addiscit sancta Davitica, donec eo adveniente quadam matrefamilias nobili et ditissima, abducitur ab ea, percepta causae notitia. Quam et per filiam psalmos edocuit et clavigeram et domesticam eam per longum tempus[m] habuit. Deinde mater paralyticae paralysi

a) toties eximia 1. b) *deest* 1. c) malignitatis 1. d) *verbum quoddam, ut* aperit *vel* adhibet *supplendum videtur*. e) despirantibus 1. f) bracium 2. g) officiens 1. h) Regismaco 2. i) Iteque 1. k) ex. propertelatam 2. l) lętificanti 1. m) *deest* 2.

percutitur, et quasi filiae curatio in matris solutionem convertitur. Quae etiam delata ad Heribertum integro statui redonatur per eum.

33. Duo daemoniaci liberantur.

Erant praeterea duo inerguminj[a], monasterio inhabitatione contigui, qui dum a suis ferro nexi sepius ad sanctum adducuntur, per eum, quando placuit et sicut complacuit, nequam spiritus expelluntur, et homines ad serviendum suo Creatori sensui suo restituuntur et, amicis gaudentibus, signo crucis muniuntur et, malignis eos timentibus, domum reducuntur. Haec Heribertus per eum operabatur, qui, quem vult, indurat et, quem vult, miseratur; qui dum daemones ab obsessis expelleret, potestatem in porcos non habebant, nisi licentiam eis concederet. Matth. 8, 31. 32

34. Claudus erigitur, et caecus illuminatur.

Exciti nominis eius fama pueri duo Gallias exierant[b] et ad te curandi, pater Heriberte, convenerant[c]; quorum alter ad usum cruribus carebat et pedibus, alter visu privatus ducatu regebatur alterius. Inter viandum autem, dum iter maturarent, ut solum, propter quod exierant, impetrarent, fidem illorum benigna praevenit gratia, et priusquam pervenirent, ad amissa reformantur officia. Tuncque cum inmensa alacritate sanctuarii subeuntes atria, cunctis in se gesta produnt et praedicant suae sanitatis indicia. Deinde cum gratiarum actione ad sanctum ascendentes seque[d] iterato terrae advolventes, expromunt et offerunt votiva, quae attulerant, munera. Ille plasmata tibiarum caerea, iste dona in modum oculorum argenteola.

35. Homo et fęmina a diversa infirmitate curantur.

Venit et homo et mulier, uterque Treverorum incola, uterque remedium exquirens pro passione varia. Nam homini crus tribus in locis scaturiebat vermibus ossetenus; mulier vero, attenuato sensu, indesinenter capitis torquebatur passionibus. Pervenerunt, introierunt, minuta optulerunt, gratiam sancti exoraverunt, cum in crastino meliuscule valentes revertuntur, et sensim proficientes, emensis duobus mensibus sanissimi et gratias agentes regrediuntur. Supervacaneumque est hoc roborari testium astipulatione, quod ipsi sua roboraverunt ostensione.

36. Duo infirmi a Maguntia[e] et Wormatia sanantur.

His ita exactis, affuerunt et duo alii, ille a Wormatia, alter a Maguntia metropoli, totius corporis privati officio prae languore fortissimo. Qui dum sanctum flebili pulsant continuatione orationum, ad compassionem inflexus satisfacit votis eorum remittitque eos cum ingenti alacritate, qui vix advenerant, impediente passionis suae tarditate.

37. Arida manus homini restituitur.

Erat adolescens in Saxonia, cuius manus, arefactis digitis, ad sola vacabant otia. Is vera multorum relatione audiens Heribertum virtutibus pollere, dum effigiatas ab amicis manus caereas deliberaret afferre, miseratione sancti praeveniente, digiti eius paulatim suo usui resolvuntur, et videntes et audientes in stuporem convertuntur. Qui et concitus ad locum properavit cum caereo manuum simulacro, et eo oblato, adhibitis etiam idoneis testibus, salutis suae intuentibus fuit indicio.

38. Feminae ubera turgentia sanantur.

Fuit et alia femina cum inedicibili cruciatu gestans ubera turgida, ut sunt in eo sexu tenerrima. Huius in medicos expensa est substantia profusior, sed unde proficere credidit, inde tumor fiebat deterior. Haec etiam tibi, piissime Heriberte, servata per te convaluit, ubera afferens caera formata.

39. Puer contractus erigitur.

Advenit et vix repens infantulus, incedere non valens contractis artubus. Qui dum indeficiens per dies aliquot sanctum fide pulsaret et constantia, erigitur et, gaudentibus amicis, solido gressu domum regreditur.

40. Femina per septem annos caeca illuminatur.

Mulier quaedam caeca septennio, per orbem deducta et nullo sanctorum curata patrocinio, famosam advenit Coloniam, et ab ea Rheno transvehitur Tuitiam. Ibi ęcclesiam ingressa virtutibus celebrem, dum imminens transiret nox, ipsa nocte sua perdita, illustratam per Heribertum recepit frontem et faciem. Sic per sanctum Remigium daemone carens a morte resurgit Alarici filia[1], ad eum directa a Benedicto monachorum patre ab Italia.

a) *sic* 1. 2. b) exierunt 2. c) convenerunt 2. d) sicque 2. e) Magontia *h. l.* 2; Magunī 1.

1) Vita Remigii auct. Hincmaro, Acta SS. Oct. I, p. 142. Sed non filia Alarici a Remigio sanata esse ibi traditur, sed filia civis Tolosani ab Alarico rege Wisigothorum cum litteris et legatis ad Remigium directa.

41. Femina paralytica curatur.

1023. Mart. 16. Tu, pastor bone Heriberte, praesentialiter eras cum Domino iam biennio, cum delata est tibi paralytica civis Coloniae annuo ipso tuo natalitio. Intererat clerus votivus et populus infinitus, quorum necessitatibus te praesentem ostendisti, dum in conspectu eorum paralyticam erexisti. Unde et impulisti eos in laudem Dei et tuam et ardentiores et laetiores fecisti circa dilectionem tuam.

42. Homo mortetenus infirmus sanatur.

Aegrotavit homo usque ad mortem in Thuringia trium mensium spatio, adeo inflatus tumore magno et pessimo, ut ei nullatenus linea exueretur, nisi multifariam divisa scinderetur, et per intervalla crepari timeretur. Ita laborante desperato[a] et misello, ammonetur quaedam materfamilias visu manifesto, ut, si voveat venturum se ad Heriberti clementiam, totam statim amitteret molestiam. Surgit, aegrum invisit, visa refert. Ille vovet et convalet, nec deinceps eum stratus detinet. Qui et otius venit ad locum et virtutem sancti praedicavit secundum votum.

EXPLICIT[b] VITA SANCTI HERIBERTI COLONIENSIUM ARCHIEPISCOPI.

a) *deest* 2. b) *haec des.* 2.

EX MIRACULIS S. LIUTWINI AUCT. MONACHO MEDIOLACENSI.

ED. H. V. SAUERLAND.

In bibliothecae Treverensis civitatis codice nr. 2002[1], *scripto circa finem saec. XV. et ineunte saec. XVI, continentur praeter diversas alias partes f.* 129—143': Vita *(II[a])* s. Lutuini[2], *quam scripsit Thiofridus monachus, postea (a.* 1083*) factus abbas Epternacensis, quamque Nizo III. abbas Mediolacensis suo suique conventus nomine dedicavit Udoni archiepiscopo Treverensi (a.* 1066—1078*), et f.* 175—179*: altera* Vita *(I[a])* s. Lutwini[3], *quae teste prologo praemisso comprobatur conscripta ante istam Vitam supradictam. Huic Vitae vetustiori addita sunt in eodem codice f.* 179—190*:* Miracula eiusdem *(Lutwini). Quorum pars minor eaque minoris — paene dixi nullius — momenti impressa est in Actis SS.* 29. *Sept. VIII, p.* 176 *sq., pars vero maior eaque pretiosior, quae continet gesta abbatum Mediolacensium usque ad Nizonem III. perducta, ibidem a Ioh. Perier editore omissa est. Scripta sunt haec miracula, in quibus mentio fit Nizonis III. abbatis tanquam adhuc viventis*[4], *ante annum* 1095, *quo iam eius successor Libo abbas Mediolacensis occurrit*[5].

H. V. SAUERLAND.

1. Miracula, que ad sepulchra sanctorum Christus Deus noster pia dignatione opera- f. 179.
tur, quibus, quanti apud ipsum sint illorum merita, panduntur, nullius[a] incuria negligentie posteris celanda, sed ob amorem illorum voce scriptisque sunt propaganda. Erigitur namque animus in perpetratione signorum, inardescitque mens in celeste desiderium, cum sanctos videt vivere virtutibus ac sentit summi Regis assistere obtutibus. Certior ergo in perceptione votorum *rogans existit, ubi pro meritis sanctorum exuberare signa prospicit. *f. 179'.
Grande etenim noxe piaculum incurrit, si quis pro honore sanctorum divinitus data hominibus beneficia nescientibus non aperit. Unde miracula, que per specialem nostrum patronum Liutwinum[b] superna pietas declarat, reatum duxi literis [non[c]] tradere. Sed de statu huius loci placeat prius aliqua subscribere.

2. In episcopatu igitur positus[6] digne memorandus pater Liutwinus, de rebus, que sibi hereditario iure obvenerant vel pretio comparaverat, testamenti[d] cartulam fecit, per quam Mediolacensi loco fratribusque[e] ibidem Deo servientibus easdem res contradidit; ac apostolica auctoritate in iudicio promulgarat damnandos, si quos in his rebus paterentur

a) nullus *c.* b) Luituuin. *c. semper.* c) *supplevi, deest c.* d) tastamenti *c.* e) que *supplevi;* fratribus *c.*

1) Fuit olim in bibliotheca collegii soc. Iesu Treverensis et exaratus esse videtur in monasterio Mediolacensi. 2) Acta SS. 29. Sept. VIII, p. 172—176. 3) Ibid. p. 169—172. 4) Cap. 23. 5) Cf. 'Mittelrhein. UB.' II, p. 346 sq. 6) C. a. 695—713.

molestos. Duodecimo ergo anno Childiberti regis hec facta est traditionis conscriptio et incarnationis Domini sexcentesimo nonagesimo sexto[1]. Huius temporis articulo declaratur, quo sanctus Liutwinus floruerit annorum curriculo.

3. Milonis autem, filii eius, finis et actus est memoria dignus, quamvis Hincmarus Remorum episcopus perversorem eum episcopatus sui describit, cum de eo in prologo Vite sancti Remigii[2] talia dicit: Et Milo quidam, tonsura clericus, actione autem irreligiosus laicus, per quadraginta annos Treverensium pariter et Remorum episcopatum pessundederat. Cuius etiam finis non ideo
Sap. 4, 7. infamis extitit, quod canes sequentem aper silvaticus extinxit[3]; quia iustus, quacunque morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit. A quo multum utilitatis accepimus loco nostro collatum, multum esse honoris audivimus impensum. Quo enim pietatis studio non proveheret sibi relicta, qui paterna pius heres gubernanda suscepit ut propria. Attamen tali amore genitorisque eius Treverenses flamma accenderat talisque affectus circa Mediolacenses illos constrinxerat, ut per longa annorum spacia ob amorem eius quasi pie consuetudinis haberent legittimum, decedentibus illorum pastoribus, de Mediolacu eligere sibi patronum. Quicunque enim Mediolacensium abbatis fungebatur officio, Treverensium dignus estimabatur episcopio[4]. Unde Wiomadus[a], Ricbodus[b], Hetti, Thietgaudus[c], Bertolfus, qui Merciam[5]
*f. 180. *de regia manu precio coemptam abbatie rebus coniunxit[6], et Rabodo, Mediolacensium quidem monachica ordinatione abbates constituti[d], pro sanctitatis merito ac singularis sapientie prerogativa ad honorem episcopatus sancte Treverensis ecclesie per ordinem sunt promoti. Qui tamen prepositos, qui locum regerent ac confratres vita moribusque ad spiritualis vite exercicia preirent, sub se habebant. Ipsi autem excellentia ordinis et titulo utriusque nominis, episcopi scilicet et abbatis, effective fulgebant. Quorum tempore Mediolacensis locus extitit floridus ex provectu honoris illorum, sed magnum in rebus propriis passus est dispendium, dum quisque illorum quod potissimum erat ex monasterio decerpsit et inopiam episcopii ex copia nostra supplevit.

Claruerant igitur in predicto monasterio multi monachorum sub hisdem prepositis, sapientia et sanctitate prediti, morum flore decori, summarum perfectione virtutum quadrati, prolongationem incolatus vite huius graviter ferentes, mente ac voto semper ad sempiterna suspirantes. Qui primum illorum patrem Liutwinum pre oculis mentis habebant et ad conversationis[e] eius et virtutum exemplar actus suos viteque ordinem reformabant et inter lubrica et aspera mundalium vestigiis [eius[f]] illustrabant[g] innitentes, ut secum pascuis viriditatis eterne fruerentur felices.

4. Quidam ergo ex illis supra montem, qui imminet monasterio et ad austrum situs est, qui et Mons-gaudii[7] dicitur, ad ecclesiam inibi positam orationis causa quondam perrexit ac in ea orationem protelans diu immobilis mansit. Et ecce, quidam arreptus a demone, clamans more furentium confusa voce, hostium intravit et ad illum in oratione iacentem, ut manibus oreque eum discerperet, terribili hiatu accessit. Quem ut monachus, eum[h] post tergum videns, insanientem respexit, nimio terrore perterritus fuit. Quo se tamen verteret vel quid ageret, nescivit; quo eciam ab eius instantia se defenderet, non invenit. Tandem divinitus corde ammonitus, capsam, que super altare steterat, in qua sancti
*f. 180'. Cyriaci martiris reliquie incluse fuerant, velox accepit et in os hiantis seque *lacerare volentis immisit; ac statim teterrimus predo virtutem martyris senciens retrocessit et per alvei illuviem digestus, feda vestigia relinquens, ab homine recessit. Quem monachus, Deo gratias agens, ad monasterium incolumem secum reduxit et, fratribus salutis eius indicia narrans, largiter refectum ad propria sanum et gaudentem abire permisit. . . . . . .

f. 181. 5. Quodam tempore ad summam festivitatem multitudo populi utriusque sexus et etatis festivius et frequentior solito convenit ac receptaculum ecclesie stipata congregatione devota complevit. Et ecce, multi Hunorum, qui iam Galliarum provincias occidendo, incendendo, depredando vastaverant[i], monasterium inierunt et publice stationis[k] conventum, ubi vespertine sinaxis officium solenniter celebrabatur, irrumpere voluerunt; sed Deo servante, quisque ab oculis eorum se studuit subtrahere et, quo potuit, se celare. Tunc quidam simplicium ex monachis exclamans inquit: 'Eia, fratres, gaudeamus nunc ovanter letantes! Plures enim ad nostram festivitatem hospites conveniunt hoc anno, quam meminimus ullo preterito'. Barbari autem demoniaco incitati spiritu, cum circumquaque se ferendo obstantia queque hostiliter

a) Wiomadus *c.* b) Ritbodus *c.* c) Thietotguuandus *c.* d) constitui *c.* e) conversionis *c.* f) *supplevi, deest c.* g) illustrant *c.* h) cum *c.* i) vastaverat *c.* k) statio *c.; de voce vide Ducange-Henschel s. v.* 1.

1) De hoc diplomate, quod periit, cf. Beyer, 'Mittelrhein. UB.' I, nr. 27, p. 32, et Görz, 'Mittelrhein. Regesten' I, nr. 120. et 301. — Quoad tempus supra computatum cf. diploma simile ap. Beyer l. c. nr. 7, p. 9. Annus Childiberti duodecimus est annus ab inc. D. 707. 2) Acta SS. 1. Oct. I, p. 131, nr. 3. — Milo ep. Trev. a. 713–753. 3) Cf. Vita s. Basini, Acta SS. 4. Mart. I, p. 315–320; Gesta Trev. cap. 25, SS. VIII, p. 162. 4) Revera episcopi illo tempore facti tenebant abbatiam Mediolacensem. 5) Merzig. 6) Diploma hac de re datum periisse videtur. 7) Freudenberg inter Mettlach et Saarburg.

infringerent et, quod oculos mulcebat, manibus rapaciter abstraherent, ad summae Dei genitricis basilicae concurrerunt portam ostiis clausis mirifice compactam, que forte fuerat clausa ob eorum sevicie ferocitatem devitandam. Hic pater sanctus Liutwinus creditur sacrosanctam matrem Domini supplicare pro suis et talibus interpellare, ut filiorum misereatur, verbis: . . . . . . Quibus verbis flexa mater pietatis f. 181'. concepit compatientis animum, rogandi scilicet pro instanti necessitate Mediolacensium. Cuius pietatis affectum previdens inspector cordium nutu Divinitatis tumultum contra se furentium illico contrivit ac maliciam eorum in capita ipsorum retorsit. Nam cum omni corporis nisu, elevatis in altum manibus, bipennibus[a] percuterent portam, armata manus celitus retorsa frontem percussit propriam[b]. At alii certatim confluentes, ut aditum confringant intusque latentes forasque tractos necarent, ecce propriarum repercussione bipennium prostrati iacent. Quidam autem alienati mente mutua se cede occiderunt, multique a spiritibus immundis vexati corruerunt. Qui vero saniores mentis et corporis relicti sunt, videntes super socios celitus venisse[c] vindictam, execrantes locum, ne ira Dei super eos veniret subita, arreptis comparibus, inierunt fugam. Sicque per pii patris Liutwini interventum fugata est sevicia Hunorum. Duo autem ex illis relicti post recuperationem celitus flagellorum omnem vitam apud nos exegerunt in servimine civium.

6. Ratbodo igitur, cuius mentionem fecimus supra[1], multa incommoditatis genera pro beneficiis a se iure inferendis intulit Mediolacensibus. Namque villas resque monasterii in proprios divisit ac monachos tyrannico incumbens pressit dominio. Privilegium etiam cenobii, quo status et honor loci inerat annotatus, abstulit et instituta, que a sancto Liutwino et successorum eius providentia fratribus et pauperibus Christi supervenientibus fidelibus utiliter[d] tradita fuerant, penitus divellit et usque ad id temporis divitiis locupletem ac[e] nobilem rebus abstractis[f] pene desertum fecerat et *inhabitabilem[g]. *f. 182.

7. Erkenbertus autem, qui sub eo eidem loco videbatur preesse, videns se eius violentie non posse resistere, ad Romam decrevit venire et principi apostolorum ac eius successori calamitatem desolationis Mediolacensis flebiliter narrare. Qui cum pape esset presentatus et ab eo causam, cur tociens Romam venisset, fuisset sciscitatus: 'Est, o domine[h], in Galliarum finibus monasterii locus nomine Mediolacus, quem quidam religiosissimus laicorum ac potentissimus gentis principum in honorem Dei genitricis et sancti Petri principis apostolorum de propriis construxit, ubi, mutato seculari habitu, monachus cum monachis Deo ibidem servire decrevit. Sed Dei providentia ob eminentiam meritorum ad Treverensis ecclesie regimen est electus. De corpore tamen excedens in Mediolacu voluit fieri sepultus. Cuius successores locum illum in proprium sibi vendicabant et magis depredatores eos esse quam provisores rebus ipsi affirmabant. Ultimus ergo eorum pontifex et abbas et predo nomine Ratbodus, sub quo ego videbar preesse eidem loco, necessaria fratribus subducit, beneficia militum Christi ac monasterio servientium suis divisit. Sub specie enim nominis abbatis inordinate monachos constringendo affligit et cum pondere episcopalis ordinis cunctos ad monasterium pertinentes quasi empticios et proprios servili iugo premit. Privilegii honorem nobis abstulit[2], testamento rerum nos exhereditavit, beneficia cenobitarum a decessoribus suis constituta penitus ab eo sunt abolita. Memet reclamare volentem de propriis effugavit, me etiam de honoris mei principatu deiecit. Ecce, per sex annos pro Mediolacensium recuperatione laboro! Ecce, adhuc Romam ad vestre pietatis excellentiam quater veniens, desolationem questurus, iam presens assisto!' Apostolicus ergo mox misertus, ut hec audivit, litteras de his auctoritate sua subnixas regi glorioso Carolo per illum misit, petens, ut pro intuitu honoris sancti Petri et pro reverentia *sui amoris legati preces cau- *f. 182'. sasque litterarum clemens intenderet et desolationem loci ac que iniuste circa inhabitantes acta sunt miserans, queque ablata restitui iuberet[3]. Qui Erkenbertus, apostolicis litteris receptis, ad regem veniens et, causis litterarum ab eo cognitis, gratanter suscipitur et cuidam episcopo, ut eum cum omni honore tractet interim, commendatur. Dehinc prefatus rex, apostolice petitionis[i] non immemor, Erkenbertum in Mediolacu honori pristino restituit ac Ratbodoni episcopo regia interminatione a lesione Mediolacensium cessare et, que abstulerat, reddere iussit. Sed quod ad fauces famelicorum pervenerat canum, restitui[k] difficile poterat ad integrum.

8. Fuit autem quidam vicedomnus Treverensium Wicelinus nomine, qui Mediolacensium proprias res militibus suis solitus erat distribuere. Qui etiam quondam ad monasterium venit sibique reficiendi copiam preparari iussit. Cibis itaque finitis, afferri sibi librum

a) bipennis *c.* b) propria *c.* c) manus *add. c.* d) utilitate *c.* e) *ita f.* 181'; et *f.* 182. *c.* f) abstactis *c.* g) *f.* 182. *iterum scripta sunt* -stituta, que — fecerat et in-, *quae iam f.* 181'. *leguntur.* h) inquit *suppendum videtur.* i) petionis *c.* k) restui *c.*

1) C. 3. 2) Cf. supra c. 6. et infra c. 8. 3) Hae literae papales periisse videntur.

iam notum petiit, in quo privilegii et cunctarum, que ad locum pertinebant, rerum inscriptio fuit. Qui cum intente legeret et tantas res ad locum unum pertinere mirans invideret, eundem libellum cultello minutatim incidit ac flamme cremandum tradidit, reputans quidem se ultra liberiorem habiturum potestatem monachorum res auferendi, cum illis nulla relicta sint instrumenta easdem repetendi.

9. Solem vero iusticie nimium eorum, quos in ecclesia operis sui vicarios esse constituit, offendebant opera tenebrosa, quos promptiores in rapiendis subditorum substantiis (Gen 49, 26.) viderat quam monitis ad desiderium collium eternorum accendere[a] ipsorum corda. Propter (Ps 11, 6. Zach. 9, 11.) miseriam inopum et [gemitum[b]] pauperum exurgens Dominus, cui dictum est: *Tu, qui eduxisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua,* (956.) Ratbodoni Ruothpertum fecit succedere[1], qui (cf. Ps. 39, 3.) Mediolacensibus in lacu miserie positis manum porrigeret misericordie relevande. Ruothpertus igitur divina electione ad Treverensis ecclesie episcopatum consecratus, cum diocesim suam provisionis gratia circuiret et eius rei causa ad Mediolacum veniret, ab inhabitantibus, a qua persona et quibus facultatibus esset iste locus instructus, inquisivit, et qui(*f. 183.)bus provectibus vel defectibus res eorum hactenus agerentur, *scire voluit. At illi personam patroni Liutwini[c] nominantes: 'Ex propriis', aiunt, 'in proprio hoc cenobium ad omnem construxit gloriam; sed successores eius hoc ipsum ecce ad pauperrimam redegere[d] heremitarum cellulam'. Quod audiens presul, ingemiscens et ad monasterium quod Clinga[2] vocatur mittens, quendam venerabilem virum accersivit nomine Ruthwicum. Quem et ad abbatis dignitatem consecrans, locum illum illius sollertie et cure commendavit renovandum. Quem etiam gloriosi Othonis tunc tempore imperantis presentie obtulit eumque sibi et cunctis principibus notum et commendabilem fecit, ut, cum necessitas proprie utilitatis ad[e] curtem regiam adire ei incumberet, non ignotus et quasi ante invisus appareret. Rogavit etiam presul Deo amabilis eundem gloriosum regem, ut de rebus monasterii ablatis, quas ipse restituerat vel tradendas in voluntate habebat, et de concessione electionis fratrum in successione abbatum cartulam fieri iuberet, et ne quis extraneus eas invaderet, sed ne episcopus aut abbatum quis valeat donare, mutuare, vendere sine consensu fratrum, digito suo eam assignaret. Quam rege iubente cicius in hec verba conscriptam et signo regie auctoritatis sigillatam[3] presul suscipiens Ruothwico tradidit ac regia benedictione ditatum ad iniunctum[f] sibi restaurandi monasterii opus remisit.

10. Qui Mediolacum veniens, prima religionis fundamenta in timore spiritus Domini iecit, et per singulos virtutum gradus spirituales domos in altum construens, summa earum spiritu sapientie et intellectus ornavit et texit. Domos amplissimas per curtem erexit, monasterii loca edificans implevit. Ipsum eciam monasterium muro civitatis circumdederat et omnia que usui sunt apta solerter aggregaverat. Libros etiam fecit emi, quosdam ad exempla aliorum precepit inscribi. Quicquid ad ornatum et decus et utilitatem potest pertinere, dulce sibi fuit acquirere. Arcioris vite normam secundum patris sancti Benedicti edicta studuit cum suis diligenter observare. Puerorum ac adolescentium multitudinem in omni exercitatione litterarum fecit desudare. Quorum magister extitit quidam Germanus, vir (*f. 183'.) tunc *temporis circumquaque omnium peritissimus. Duos igitur ex suis secularium disciplinarum gratia discendarum Remis ad Gerbertum episcopum[4] misit, quia summa pericie illo in tempore in illo pre cunctis effulsit. Qui in talem sapientie plenitudinem ab eo sunt instructi ac tanti negocii thesauro redierunt referti, ut omnes affines et contemporales luce scientie perfunderent et radii talis ingenii usque ad nostre etatis tempora pertenderent. Ex eorum condiscipulatu Ruopertus quidam fuit, qui[g] ad Ekmundam missus Vitam sancti Adelberti luculento sermone conscripsit[5].

11. Ruotwico igitur suus presul piissimus per omnia cooperator extitit promptissi-

a) eternorum *iterum addit c.* b) *supplevi e versu laudato Sacrae Script., deest c.* c) vel *c.; in cod. autographo* L. *scriptum fuisse, quod scriba in* ł *corrupisse videtur.* d) redigere *c.* e) ac *c.* f) iunctum *c.* g) *bis scr. c.*

1) Ratbodoni († 915) successit Rutgerus († 930) atque huic Ruotpertus († 956). 2) Klingen prope Bergzabern. 3) Hoc diploma periisse videtur. 4) Gerbertus tamen tunc temporis nondum fuit archiepiscopus Remensis, sed praefuit ab anno fere 972. scholae Remensi. 5) Supra p. 699 sqq. editam, ubi c. 26, p. 704: *Haec de vita et virtutibus opinatissimi confessoris Christi Adalberti Medelocensis coenobii excudere cucullarii, iubente serenissimo eiusdem monasterii domino supranominato, videlicet summo presule Egberto.* [Ruopertum eius auctorem fuisse hoc demum loco hucusque inedito innotescit, quod supra p. 699. addas. H.-E.]

mus[a], ut in tabula altaris, quam ob promerenda eternorum premia communis eorum labor perfecerat, inscripti indicant versus, hii scilicet:

Claviger alme poli, Ruopertus mente fideli
Hanc tibi preclaram presul devoverat aram,
Abbas quam Ruothwic devotus rite peregit,
Premia communis sibi quo sint equa laboris.

Quin eciam a Roma, quo ipse ad apostolorum principem pro suorum salute venerat, apostolice benedictionis munus bibleis cartis inscriptum Mediolacensibus detulerat, in quibus apostolicus requiem defunctis preobtavit et salutem utriusque hominis cum tranquilla temporum pace viventibus pia devotione indulsit[1].

12. Sed cum idem abbas, districti propositi observatione attritus et laboriosa sollicitudine circa suos fatigatus, pre senii incommodo gestatoria sella portaretur, et cuidam Hildiboldo abbati Sancte Marie cura Mediolacensis abbacie committeretur, dolentes fratres cum laicis, proprio abbate adhuc vivente se premi dominatione aliena, coegerunt illum iure despectum et opprobriis confusum redire ad propria.

Postquam autem triginta et tres semis annos eundem locum regendo explevit iuxta numerum dierum, quo Christus dominus pro hominibus homo factus in mundo vixit, mortuo quidem fratres debito honestam fecere[b] sepulturam, sed pro eius memoria psalmum: *De profundis* semper decantandum constituerunt post primam cum psalmo[c]: *Domine, ne in furore*[d], qui consuetudinaliter pro episcopo canitur Ecberto[e].

13. Cui Nizo[f], Gerberti discipulus[2], sanctitate et sapientie flore preditus, successit, sed f. 184 heu! nimis matura morte preventus, sex annis peractis discessit. Cui cum iam locum sepulchri pararent et inundantem ex imis visceribus terre aquam exhaurire nequirent, tedio affecti, sepulchro pleno imposuerunt et sic ipsum sepulchrum dolentes clauserunt. Per triginta autem dies post capitulum cum psalmis decantandis ad locum sepulchri ierunt et ibi eosdem psalmos cum duobus: *Domine, exaudi* etc. expleverunt. Sed videntes se non sufferendos[g] laborem illuc crebrius tendendo, statuerunt, ut isdem psalmis eundem psalmum cum collecta sua adiunctum in ipso canerent capitolii domo.

14. Cuius Hezzel prelatus est vice, nil habens in meritis tali aptum dignitati[h], sed illicitis mulierum deserviens enormiter[i] amoribus, malo malum improvidus adiunxit et, que per ea sibi provenirent, prospicere contemsit. Oratorium itaque a sancto patre Liutwino sancte Marie honori constructum, quorundam fratrum consilio casum minitans, a solo destruxit et ad exemplum monasterii Sancti Maximini aliud edificare cepit; sed imperfectum mansit, eo deiecto ex proprio honore; et vindictam consilii receperunt consiliatores morte.

15. Ecbertus[k] autem, qui pro suis criminibus Heccelem deiecit, Lioffinum quendam Angligenam, artis medicine peritum, eius loco substituit. In cuius temporis spacio scolare exercitium in Mediolacu plurimum vigebat, et regularis discipline observatio inter monachos florebat. Precessorum eciam suorum sepulchra versibus adornavit. Necessaria quoque fratribus, quia rerum exuberantia sibi subpeditavit, copiose ministravit. Domunculam, quam Hezzel imperfectam reliquerat, ab imo eruit, et Aquisgrani palacium mittens et exinde similitudinem sumens, turrim, que adhuc superest[3], erexit. Sed postea accusatus, a prefato deponitur episcopo et exul moritur Efthernaco[l]. Hezzel *autem per quorundam suo- *f. 184' rum interventum prioris honoris iterum suscepit locum; sed priori crimine maculans vitam, pulsus et privatus meritis diem clausit ultimum.

a) prumpt. *c.* b) facere *c.* c) primo *c.* d) fu *c.* e) Erberto *c.* f) viro *c.; sed* Nizo *emendandum esse patet ex Gerberti epistolis n. 2. laudatis, quae inscribuntur* Nithardo abbati Medelocensi. *H.-E.* g) *sic c., quod ab auctore pro participio futuri activi procul dubio scriptum est.* h) dignitate *c.* i) enermiter *c.* k) Erbertus *c.* l) Esthernaco *c.*

1) Hae litterae papae perierunt. 2) Ad eum dedit Gerbertus duas epistolas; Olleris, 'Oeuvres de Gerbert' p. 36, nr. 59. p. 67, nr. 121. Falso hucusque creditum est has epistolas ad alterum Nizonem, cuius infra c. 17. mentio fit, directas esse. Hoc iam ex eo patet, quod is abbas, cuius nomen in codice corruptum erat, discipulus Gerberti dicitur. Nam quod Lager, 'Urkundl. Gesch. der Abtei Mettlach' (Trier 1875) p. 25. dicit, lemma n. *f.* indicatum non ab ipso Gerberto, sed postea epistolis inditum, epistolas ad Nizonem tunc monachum datas esse, nihili est, cum ex ipsa epist. 121. appareat Nizonem tunc abbatem fuisse. Gallia chr. XIII, col. 571. et Lager perperam hoc loco Gerbertum abbatem inseruerunt. H.-E. 3) Etiam nostro tempore! — De hac turri cf. Cohausen, 'Der alte Thurm zu Mettlach'. Berlin 1871; Lager l. l. p. 217 sq., ubi etiam imago istius turris invenitur.

16. Post hunc Remigio[1] committitur regimen Mediolacensium, in cuius cordis sacrario sapientia sibi placidam edificaverat domum. Talis etenim scientie plenitudo illi inerat, et ita secularium ac divinarum exercitionibus litterarum proprios et ad se confluentes ubertim imbuerat, ut multi monachi et clerici ex omnibus Gallie partibus ad suum magisterium convenerunt, ut de tali fonte sapientie arida corda rigarent. Tanta etiam discipulis eius provenerat perfectio, ac sic in cordibus eorum pii magistri fructificabat affectio, ut ad summam scientie arcem attingerent et ad propria redeundo confines et omnium Galliarum regiones luce Mediolacensis seminarii perfunderent. Quidam itaque ex illis ad episcopatum sunt promoti, alii abbates sunt effecti. Fecit siquidem de proprio patrono Liutwino sermonem ad eiusdem patris legendum annuam festivitatem. Rogatus insuper a Stephano et eius socio, Blandiniensibus monachis, de sancto Bavone cantum composuit nocturnalem, quem illi ad propria reportabant gaudentes omni thesauro cariorem[a]. Iussu etiam Eckberti episcopi de confessoribus Christi Euchario, Valerio, Materno dulci modulatione composuit historiam[b], cui de euangelio: *Designavit Dominus in illo die*, legendam annexit omeliam[2]. Illi autem Remigio abbati Ottho imperator camenam misit gracilis avene munus ob suavitatem musice artis in illo iam probate. Fecit et regulas de divisionibus[c] abaci; fecit et excerptionem Prisciani super octo partes Donati, ipsas octo partes octonis incipiens verbis metrica lege sic ligatis:

Aurora, doceo, vigilans, ego, per, satis, o, si[3].

17. Quo decedente, in eius locum[d] Heldericus, mansuetudine et lenitate redimitus. *f. 185. Cui consuetudo fuit celebrationem missarum frequentare et orationi semper incumbere *et circa sepulturam mortuorum esse sollicitum et misericordem se exhibere miserus pauperum. Quem adeo prophani accusatores falsis criminibus apud episcopum[4] accusabant et lenitatis mansuetudinem socordie desidiam vocabant, ut idem presul statim eum deiceret et provisioni Hildradi abbatis Prumiensis[e] locum commendaret. At Heldricus per interventum Kunigundis imperatricis Popponis nuper[5] ad episcopatum electi gratiam promeruit et eius iussione honorem abbacie suscepit. Accusatores autem eius ita ab eo avertebant[f] animum episcopi, ut, eo penitus expulso, cura commendaretur Berrardo Mediolacensium; cuius adiutorio et multorum interventu ex preposito[g] abbas Nizo suorum fratrum efficitur ceu ardens lampas, que in tenebroso desideranter accenditur. Quicquid in regularis vite ordine tepidum invenit, ad liquidum correxit et scolare studium pene obsoletum collecta multitudine puerorum iterum excitare curavit. Tali enim incremento sapientie et discipline per illius industriam creverat iuventus illa, ut ad abbacie honorem vel ad scolare magisterium multi ex hiis per multa peterentur loca. E quibus Remigius, prioris Remigii sororis filius, dulcore eius sapientie repletus, Promiensium, Metensium, Treverensium doctissimus scolarium magister fuit, quo eciam semen doctrine eius in cordibus discipulorum lacius longiusque uberrime fructificavit. Dehinc pro mercede laborum congregationi sancti Martini[6] est prelatus, quem locum frequentia discipulorum et spiritualis palestre exercicio adornatum quacunque quesitis ditavit opibus.

18. Huic Ernost extitit successor, sed tali thesauro pauperior, morum tamen honestate et circa suos pia sollicitudine ditioribus se consortem fecit et comparem. Huothilberti vero *f. 185'. ardens ingenium iure litteris est memorandum, qui Franciam et Aquitaniam *discendo et docendo pertransiit et Vasconiam in[h] Nazara[7] cum turba discipulorum eximius doctor lumine scientie totam Hyspaniam implevit. Effulgens persona fuit Cuono, cui per virtutis meritum commissa est monasterii Leveran[8] regenda congregatio.

a) char. *c.* b) *corrigendum videtur* hymnum. *Etenim hymnum istum circa finem saeculi XVIII. adhuc in cathedrali Treverensi et in monasterio S. Mathiae in usu fuisse affirmat Hillarius, Vindiciae Ecclesiae Treverensis p.* 132. c) visionibus *c.* d) successit *supplendum videtur.* e) Pruminensis *c.* f) evertebant *c.* g) propos. *c.* h) *locus corruptus; fortasse legendum:* et in N. moratus. *H.-E.*

1) Idem videtur esse Remigius monachus Trevirensis, ad quem Gerbertus Remensis tres misit epistolas; Olleris l. l. p. 68, nr. 124. p. 78, nr. 142. p. 85, nr. 154. 2) Exstat in cod. bibl. seminarii Treverensis (saec. XII. scripto) R. I. 5 p. 15—23. 3) Id est: Substantivum, verbum, adiectivum, pronomen, praepositio, adverbium, interiectio, coniunctio. 4) Megingaudum. 5) Sub finem anni 1015. 6) Treverensi. 7) Nagera in Navarra, ut videtur, olim Nazera et Nazara dicta, ubi saec. XI. sedes episcopalis fuit, postea Calahorram translata; cf. Gams, 'Kirchengesch. v. Spanien' II, 2, p. 412 sq. H.-E. 8) Levern dioec. Minden?

19. In talium ergo laudabili[a] collegio virtutum incremento proficiens excrevit Udo[b], quem Spiritus sancti rore humidum Dei genitrix proprium sibi ascivit alumnum eiusque congregationis sibi commisit curam, cuius penurie divitiis honestatis et gratie supplevit rugam. Qui vadimonia a precessore suo pro varia necessitate ubicumque locorum posita laborioso[c] sumptu restituit suis redempta. Loca etiam abbatie foris iacentia divitiis et omnigena rerum implevit habundantia; que vero infra, vini et frumenti copia et omnium necessariorum fecit habundare[d] affluentia. Altitudine turris locum ornavit ac murali sepe monasterium circumsepsit. Mores suorum et vitam transformabat ad sui propositi regulam. Puericiam et adolescentiam pubem studiis doctrine cohibebat per discipline rigorem. Se ipsum vero ieiuniis et vigiliis conterens et assiduis orationibus ac crebra missarum celebratione se Deo commendabilem faciens, perhennis premii se certum paravit et Treverensibus honorandum et amandum exhibuit.

20. Talium igitur filiorum provectu[e] letus Udo[f] presentem feliciter ducens vitam, decedens de mundo, locum reliquit regendum Folcoldo. Cui nihil contigit in religionis statu emendare, nil fuit necesse utilitati suorum aliquid addere. Omnia enim precessoris sui sollertia rata manebant adhuc et integra.

21. Cui successit abbas Sancti Eucharii Reginardus[1], sine electione monachis superpositus. Qui utilitati fratrum consulens, quasdam villas monasterii ad usus vestium et ciborum sub statutis prepositis segregavit ac certum numerum porcorum fratribus eosdem prepositos persolvere fecit, quo licentius et securius reliquam partem abbatie in proprios *usus posset convertere. Erat enim observande religionis amator et quesitarum rerum cautus servator. Qui senio confectus moritur, ac Everhelmus Mediolacensibus rector constituitur. *f. 186

22. Is enim abbas monasterii Sancti Martini Metis et principis apostolorum Andaginis[g], vocatus ab episcopo, fretus presidio nummorum venit, non meritorum; cui pecunia ianuam pandente, facile ad episcopum et principes[h] eius obtinuit aditum. Perpendens autem se ab his, quibus preferendus erat, magis timeri quam amari, ut tamen mereretur suscipi, promisit se locum istum omni honore decoraturum omnibusque divitiis in brevi ditaturum. Sed nil horum implevit, ut sequens actus ostendit. Nam suscepto honore, quosdam fratrum in exilium destinavit, alios de propriis effugavit. Manentes autem in loco indignorum[i] vexatione premebat et substantiam in usibus fratrum annua revolutione collectam uno impetu cum suis famelicis quasi edax flamma consumebat. Et forsitan nobilitatem loci ad desolationem laci redigeret, nisi pius Dominus pro amore matris sue eum, ne ultra procederet, vetaret. Evocatus ab episcopo, ut de his que comperta fuerant redderet rationem, in tantam mentis extollebatur elationem, ut nulla humilitatis aut excusationis pro interrogatis responsa daret, sed indignans, dimissis omnibus, ad Metensem urbem cum sociis privatus rediret.

23. Dehinc oritur de[k] duobus dubitatio, utrius potius scribatur electio. Sed sancte Dei genitrici[2] servatur Udo, Nizo vero proprio deputatur loco. Iuvenis quidem etate senilem concepit animum, exempla et dicta imitando maiorum precipueque avunculum, cuius nomen generis et gradum sortitus est honoris. Nam fratres, quos prior tempestas disperserat, et pueros, qui inibi erant, undique aggregavit, quibus cuncta paternis visceribus necessaria providit. Dirutorum ergo fuit efficax reparator et imperfectarum rerum studiosus consummator. Turrim enim sancti Petri basilice inherentem et a prioribus inceptam perfecit et, consummato opere, decenter triplici tecto cooperuit. *Domus etiam coram presentia altaris Dei genitricis fundamenta iecit et celeri instantia illam solerter edificando ad perfectum usque perduxit. Pallia miri decoris ad ecclesiasticum emit ornatum et in fonte salis multum laboravit causa honoris loci et utilitatis fratrum. Et quamvis cautus sit et oculatum animal in exterioribus, ad spiritualia tamen et circa salutem animarum permanet vigilantissimus. *f. 186'.

Ecce longam temporum seriem brevi litterarum narratione comprehendi pro statu

a) labili *c.* b) *in loco raso scr.* c) laboriosio *c.* d) habundari *c.* e) provectus *c.* f) *sic corrigendum videtur;* Nizo *c.* g) in Daganis *c.; id est S. Huberti in Ardennis. [Sed* monachus *supplendum videtur, cum Everhelmus abbas S. Huberti non fuerit. H.-E.].* h) principis *c.* i) *verbum quoddam, ut* laborum *excidisse apparet. H.-E.* k) *supplevi, deest c.*

1) Qui a. 1059, Dec. 8. adhuc monasterio S. Eucharii praefuit; cf. Beyer, 'Mittelrh. UB.' I, nr. 352. et 353, p. 409 sq. 2) Significari videtur monasterium b. Mariae virg. supra litus prope Treverim.

nostri loci sciendo. Nunc ad miracula communis patroni[a] Liutwini narranda revertatur cordis intentio.

24. Quidam igitur rusticus de Losma[1], privatas vocibus aures habens, in somniis audivit celeste oraculum[b], ut post patuit, sibi dicens: 'Cum sol iubare suo cecitatem tenebrose noctis expulerit et oculos mortalibus restituerit, ad Mediolacum tendens iter arripe et Remigium abbatem, ut clausas aures tibi reseret, humiliter pete!' . . . . . .

f. 187. 25. Fuit etiam in eodem vico mulier quedam nomine Richeza[c], que in amentiam versa ad Mediolacum a suis vehiculo est devecta. . . . . . .

26. In gente ergo Anglorum quidam demone possessus erat, qui ad Mediolacum mundandus venerat. . . . . . .

f. 187'. 27. Quandam insane mentis abbacie Toleie[2] ad Mediolacum sui advexerunt. . . . . . .

f. 188. 28. In Mercia[3] quidam Gero, infirmitate gravatus, et uxore eius in messe occupata, solus incaute relictus, tam dira demonis vexatione comprehendebatur. . . . . . .

29. Anselmi cuiusdam militaris uxor nomine Waldrada a pessimo et callidissimo demone fuerat arrepta et a multis certissimis recuperande[d] sanitatis per merita sancti Liutwini Mediolacum est apportata. Cuius casui fratres intimo affectu erant compatientes et communem patronum sanctum Liutwinum pro eius salute in tantum rogare studentes, ut vicissim sibimet nocte et die succederent et crebras missarum celebrationes et psalmodiam ac quicquid pro tali re excogitari [potest[e]] sine intermissione circa eam (f. 188'.) frequentarent[f]. . . . In aquam dehinc maiori benedictione consecratam illam funi inserunt, et fortissimis exorcismis tyrannum coniurantes, sanctum nomen Christi inclamando cum multis sanctorum reliquiis eam circumsteterunt. Inter hec misera exanimis ex aqua tollitur et ut prius diabolica invasione plena comprobatur. Quattuor deinde presbiteri quasi ad missam se vestierunt et in modum crucis et ad quattuor plagas mundi super eam stantes, passiones Domini quattuor euangelistis editas consona[g] voce inchoando legerunt. Quibus perlectis, illa ceu mortua in terram corruit et post paululum assumptis viribus se liberatam simulavit. . . . . . .

30. Filiam pater quidam de familia sancti Sixti ad Mediolacum duxit et maligni spiritus errore deceptam et gravissimis scoparum verberibus ab amicis acerbe afflictam, quasi ob afflictionem corporis exueret insaniam mentis. . . . . . .

f. 189. 31. De Bezeringa[4] itaque puellam nomine Richezam demone plenam soror ad proprium patronum perduxit. . . . . . .

f. 189'. Patet ergo, sanctum Liutwinum, quoad[h] vixit, omnigenam viciorum nequitiam, incitatoribus eorum Dei adiutorio devictis, superasse, cum apud Deum vivens pro amore fidelium singulari adversus[i] demones potentia tociens illum ab alienis videmus[k] eos expellere. Sed et alia signorum facta in eodem monasterio per eius merita audivimus et vidimus fieri, que presenti placuit connectere relationi[l].

32. Mulier quedam Ruozela dicta, de orientali regione Galliarum oriunda, incessu pedum carens et propter interitum filii a latronibus occisi mentis inops effecta, amens per sancti Symeonis[5] merita unius cruris sospitatem promeruit et currum, quo illuc vehebatur, Treverim reliquit. Cum baculo igitur se sustentans, Mediolacum versus forte graditur et in dedicationis basilice apostolorum [die[e]], que in medio Maio semper contingit, inter missarum solemnia coram tanta multitudine cleri et populi, insania deposita, (f. 190) per merita sancti Liutwini sana et incolumis efficitur . . . ad Mediolacum est regressa . . ., ut etiam proinde eiusdem monasterii alimonia sustentaretur. . . . . .

a) patronis *c.* b) miraculum *corr.* orac. *c.* c) Richera *c.* d) recuperanda *c.* e) *supplevi, deest c.* f) frequentarentur *c.* g) conso *c.* h) quod vicit *c.* i) adversos *c.* k) videamus *corrigendum videtur.* l) r̄oni *c.*

1) Losheim prope Merzig. 2) Tholey. 3) Merzig. 4) Besseringen (circ. Merzig) ad fl. Saar. 5) De quo vide SS. VIII, p. 209 sqq.

NOTAE DEDICATIONUM ECCLESIARUM.

Collectionis notarum de dedicationibus ecclesiarum et altarium conscriptarum, quam supra p. 960 *sqq. edidimus, hoc loco quaedam supplementa praebemus, quae nuper demum nobis innotuerunt, inter quae primum locum obtinent notae Treverenses, maximam partem a V. Cl. H. V. Sauerland inventae et nobis oblatae.* *O. H.-E.*

NOTAE DEDICATIONUM S. MAXIMINI TREVERENSIS.

Anno 1884. *V. Cl. L. Delisle (Bibl. de l'école des chartes XLV, p.* 578—580*) edidit notas de dedicatione ecclesiae ac de consecrationibus altarium monasterii S. Maximini prope Treverim, quas desumpsit ex codice, qui fuit quondam S. Maximini, tunc vero emptus a bibliotheca publica Parisiensi, quae iam supra p.* 967. *impressae sunt. Sed exciso uno huius codicis folio, notarum initium deest. Quod suppleri potest ex opere ab Al. Wilthemio paulo post medium saec. XVII. scripto, quod inscribitur:* Origines et annales coenobii S. Maximini *et servatur in codice bibl. civitatis Treverensis nr.* 1621, *tomo* 2. *Quo in opere conficiendo Wilthemius non solum codice supradicto usus est, sed etiam altero, qui notam de dedicatione cryptarum a.* 952. *celebrata continebat, iisdem fere verbis scriptam, quae exhibet cod. P. Insuper operi suo inseruit notam de dedicatione a.* 1072. *in monasterio S. Maximini facta necnon plures alias notas similes aliunde desumptas, dignas, quae publici iuris fiant. Iisdem codicibus supra citatis iam annis fere centum ante Wilthemium usus est Nicolaus Novillanius in conscribendis Gestis abbatum monasterii S. Maximini, qui liber exstat in codice bibl. civitatis Treverensis nr.* 1629. *Quem Hontheim in Prodromo hist. Trever. p.* 995—1045. *non ex codice autographo, sed ex eius apographo, codice bibl. civ. Treverensis nr.* 1626, *male imprimi fecit. In describendo codicum textu multum differunt Wilthemius atque Novillanius. Ille enim eum accurate atque diligenter transsumpsit, hic eundem mutavit atque ampliavit, praesertim in initiis notarum singularum. Attamen Novillanii opere usi, et lacunam textus a Wilthemio descripti supplere potuimus et addere notam de consecrationibus altarium a.* 1231. *in monasterio S. Maximini celebratis.* *H. V. SAUERLAND.*

1. Anno ab incarnatione Domini 942. dedicata est basilica in honore sancti Iohannis 942. Oct. 13.
apostoli et euangelistae apud urbem Trevericam a venerabili pontifice illius urbis Ruotperto; et translata sunt in eandem ecclesiam corpora sanctorum archiepiscoporum Maximini, Agritii, Nicetii a reverendis praesulibus, Ruotperto videlicet archiepiscopo Treverensi, Adal-

berone praesule Mettensi, a religiosis abbatibus Ogone, eiusdem Sancti M[aximini] monasterii, qui ipsam ecclesiam pessumdatam solo a fundamentis strenuus erexit, Agenoldo etiam Gorziensi, Erkemboldo Tullensi, Heriberto Sancti Arnulfi coenobii, Friderico Sancti Huperti[1], Salachone Sancti Martini[2]. praesente multo monachorum collegio ac copiosa populorum frequentia. Recondita vero sunt preciosa sanctorum corpora simul in cripta honorifice in diversis sarcophagis subtus altare in honore sancti Iohannis apostoli et euangelistae benedicto a iam dicto antistite R[uotperto]; in quo continentur ipsius sancti Iohannis praecipuae reliquiae et buxtae tres cum scrineo dimidii cubiti elefantini ossis, pleno reliquiis autenticorum sanctorum. Altare sancti Martini extat a dextris huius altaris, consecratum a praesule Mediomatricorum praefato Adalberone; in quo habentur buxtae tres cum reliquiis sanctorum. Super hoc altare habetur turris continens oratorium sancti Pauli apostoli cum reliquiis ipsius. A sinistris statutum est altare benedictum in honore sancti Andreae apostoli similiter a pontifice venerando A[dalberone]; in quo sunt buxtae tres similiter reliquiis sanctorum repletae. Quorum vero sanctorum reliquiae in his continentur buxtis, multitudo ipsarum scrutari non permisit. Super hoc altare est turris, habens oratorium sancti Petri apostoli cum reliquiis ipsius de corpore et catena eius; et sunt ibi reliquiae sancti Goaris. Dedicationis vero dies 3. Idus Octob. colitur[3].

949. Sept. 29. Anno ab incarnatione Domini 949[a], abbate Willero, erudito admodum viro, ipsum coenobium sapienter regente, consecratae sunt 3 arae in[b] iam dicta basilica. Una, quae ad sanctam Crucem dicitur, in qua habetur de cruce Domini, de sepulchro, de praesepe, de capite sancti Iohannis baptistae, de columna ad quam ligatus est Dominus. Ad occidentalem partem ecclesiae a dextris locata est ara sancti Gregorii papae, continens ipsius reliquias et sancti Remigii et septem Dormientium. A sinistris vero tertia posita est ara sancti Stephani protomartyris, eius habens reliquias et sancti Laurentii, Vincentii, Lamberti. Istae ergo arae benedictae sunt 3. Kal. superius notato.

A dextris ipsius arae quae dicitur ad sanctam Crucem est altare, in quo habentur reliquiae sanctorum martyrum [Nerei[c], Achillei, Pancratii, Sebastiani, Ciriaci, Marci et Marcelliani. A sinistris autem est altare, in quo sunt reliquiae sanctorum martyrum] Cosmae et Damiani, Clementis, Nicasii[d] et Eutropiae, sororis eius. In turri vero contra aram sanctae Crucis est altare in honore sancti Michaelis archangeli, continens reliquias Iohannis[e] et Pauli martyrum, sancti Maxentii confessoris, de presepio Domini, de sepulchro Domini. A dextris huius arae est altare habens reliquias sanctorum apostolorum Bartholomei, Philippi et Iacobi, Thomae et[f] Iacobi, fratris sancti Iohannis euangelistae. A sinistris vero est ara habens reliquias sanctorum Simonis et Iudae et omnium apostolorum.

952. Anno[g] ab incarnatione Domini 952, abbate Willero[h] regimen monachile gubernante, Ruperto vero presulatum disponente, dedicata est cripta superior ad pedes sanctorum confessorum Maximini, Agricii, Nicecii, et altare in ea in honore domini Salvatoris nostri et omnium sanctorum; atque in ipsum positae sunt reliquiae de mensa Domini in Chana Galileae, de pallio sanctae Mariae, de cruce Domini, de presepio Domini, de sepulchro Domini, de capillis sancti Petri, de corpore sancti Laurencii, de corporibus sanctarum Priscillae et Aquilae et aliorum multorum. A dextris huius altaris sanctificatum est altare sancti Sixti; in quo habetur de corpore eius, de corpore sancti Laurencii, de capite sancti Ypoliti et reliquiae sancti Quintini et sancti Clementis, de costa sancti Ciriaci, sancti Pancracii, sancti Georgii, sancti Simphoriani. A sinistris vero est altare in honore sancti Benedicti; in quo continentur reliquiae eius et sancte Scolastice, sororis ipsius, sancti Columbani, sancti Galli, sancti Wichberti, sancti Dissibodi, sancti Florini. Altare quod est ad pedes sanctorum confessorum M[aximini], A[gricii], N[icecii] sacratum est in honore episcoporum Treverensium; ac reliquie ipsorum in[i] illo Eucharii, Valerii, Materni, Agricii, Maximini, Nicecii, Paulini, Liutwini, et reliquie sancti[k] Quiriaci[l], Lubentis, Maxencii.

In inferiori cripta ipso die consecratum est altare sancti Calixti pape[m] ad dexteram intrantibus; in quo est de corpore eius et reliquiis sanctorum Bonefacii, Cosme et Damiani, Iuliani, Modesti, Crescenciae, Valentini, Felicis[n], Adaucti, Ianuarii. Iuxta illud altare est ara sancti Mauricii; in qua eius reliquie sunt ac sanctorum Gereonis, Dionisii sociorumque eorum et sanctorum Marcelli, Vincencii, Apollinaris.

a) *codex, N. et W. testibus, habuit* DCCCCLVIIII; *sed corrigendum esse in* DCCCCXLVIIII. *iam W. intellexit atque annotavit. Willerus enim abbatis dignitate a.* 945—957. *functus est.* b) *omissum a W.* c) *uncis inclusa omissa sunt a W., suppleta ex N. f.* 31. d) Nicarii *W.* e) *hic incipit fragm. P.* f) s. *W.* g) *hanc notam addit hoc loco W.:* Ex duobus antiquis codicibus. h) Villero *W.* i) *deest P.;* in ipso *cod. alter a W. adhibitus et citatus.* k) sanctorum *W.* l) *deest W.* m) et mart. *add. in altero cod. a W. citato.* n) et *add. W.*

1) Qui obiit iam a. 942, Oct. 22, apud S. Maximinum sepultus; cf. Vita Iohannis Gorz. c. 55, SS. IV, p. 352; Necrol. S. Maximini in 'Jahrb. d. Ver. v. Alterthumsfr.' LVII, p. 117. 2) Prope Metim. 3) Cf. Ann. S. Max., SS. IV, p. 7, n. 2.

In medio supradictae inferioris criptae habetur altare sanctae Mariae genitricis domini nostri Ihesu Christi; ibique continentur reliquiae sancti Stephani papae et martyris et sanctae Felicitatis et septem filiorum eius. A sinistris vero huius consecratum est altare sancti Sebastiani, ipsius habens reliquias, de corporibus sanctorum Gervasii et Prothasii, Crisanti et Dariae, Proti et Iacincti, Gorgonii et sanctorum confessorum Ambrosii, Willibrordi, Amandi, Germani, Castoris. Prope illud est positum altare in honore sanctarum virginum, in quo sunt reliquie sancte Felicitatis, de corpore sanctae Agnetis, sanctae Ceciliae, sanctae Luciae, sanctae Walgisgae, sanctae Modestae, sanctae Brigidae[a], sanctae Agathae, sanctae Helenae, sanctae Aldegundis[*].

Anno dominicae incarnationis millesimo octavo decimo, indictione 1, regnante Hein- 1018. rico imperatore, venerabilis Poppo Trevirorum archiepiscopus, petitione devoti abbas Winrici rogatus, oratorium, quod[b] est capella abbatis, in honore omnium sanctorum 6. Nonas Mart. 2. Marcii consecravit et his sanctorum reliquiis confirmavit: De ligno Domini, de vestimento sanctae Mariae, de capillis sancti Iohannis baptistae, de vestimento sancti Andreae, de corpore sancti Iacobi, de corpore sancti Stephani prothomartyris, de capillis, de vestimento ipsius et de lapide cum quo lapidatus est, de reliquiis sanctorum martyrum[c] Vincencii, Georgii, Gengulfi, Ypoliti, Pancratii et sanctorum confessorum[d] Maximini, Agricii, Nicecii, Eucharii, Valerii, Modoaldi, Firmini, Vitoni, Basoli, Cornelii papae, Celsi, Nicolai; reliquiis sanctorum Innocentium et sanctarum virginum Walpurgis, Severae, Beatricis[e, **].

Anno[f] dominicae incarnationis millesimo septuagesimo secundo, indictione decima, 1072. dedicatum est hoc oratorium 5. Id. Ianuar. a venerabili Trevirorum archiepiscopo Udone, Ian. 9. quod dicitur sancti Blasii, in honore sancti Benedicti; in quo continentur reliquiae ipsius sancti Benedicti et sancti Blasii martyris atque pontificis, Benigni martyris, Cristofori martyris, sancti Modoaldi episcopi et sanctae Radegundis reginae, de pallio et stola sancti Maximini archiepiscopi. Nullo terreno munere illectus, sed solo Dei amore et fratrum petitione idem Udo archiepiscopus consecravit, ea solummodo conditione, ut singulis annis in anniversario die ipsius dedicationis communis missa in eadem capella pro eo et parentibus eius perpetualiter celebretur.

Anno[g] dominicae incarnationis 1231. consecratum est altare istud in honore gloriosae 1231. virginis Mariae a Theoderico Treverensi archiepiscopo; in quo sunt hae reliquiae: De cruce et sepulchro Domini, de pallio sanctae Mariae et de vestimentis eius, reliquiae sancti Iohannis baptistae, de capillis sancti Petri, de vestimento sancti Iohannis euangelistae, Stephani prothomartyris, Stephani papae et martyris, Tiburtii, Iustini, Iuliani, Blasii, Eustachii, Georgii, Alexandri papae et martyris; Luciae, Margarethae, Pontianae, Severae, Iustinae, Eufemiae, Modestae virginum, Felicitatis et filiorum eius.

Altare istud consecratum est in honore sancti Mauritii et sociorum eius, de cuius legione trecenta corpora in hac cripta requiescunt; in quo continentur reliquiae sancti Mauritii et Gereonis sociorumque eorum, Dionisii et sociorum, Vincentii, Stephani papae, Apollinaris, Pancratii, Marcellini, Georgii martyrum; de vestimento beatae Mariae virginis.

Altare istud consecratum est in honore beatae Mariae virginis et sanctorum martyrum Kalixti et Bonifacii; in quo continentur reliquiae eorundem martyrum, de capillis sanctae Mariae Magdalenae, et sanctorum martyrum Georgii, Cosmae et Damiani, Iuliani, Valentini, Felicis et Adaucti, Modesti et Cre-

*) *W. prosequitur: 'Post haec in veteri codice reperiebam depositas fuisse olim divorum reliquias in medio monasterio, hoc est basilica . . . :* Hae sanctorum reliquiae continentur in lapide in medio monasterio iacente: De pallio et stola sancti Maximini, sancti Stephani papae et martyris, Faustini martyris, Ferentiani martyris, Georgii martyris, Christophori martyris, Valerii confessoris, Materni confessoris, Modoaldi confessoris, Severae virginis'. *N. profert eadem fere verba praemissis his: Addendum est ex codice scripto ante annos* 600*:* Hae' *etc.*[1].

**) *Ad a.* 1024. *annotat W.: '. . . vetus carmen Browillerenses habent':*

Anno milleno transacto bis duodeno, 1024 Aug. 11.
Fratribus a septem missis huc de Stabulao
Religio fundo Benedicti coepit in isto
Sanctorum festo Tiburti et Valeriani.

a) virg. *add. in altero cod. a W. citato.* b) apud quod *W.* c) *deest P.* d) *omissum a W.* e) *desinit P.; quae sequuntur praebet W.* f) *W. haec praefatus est:* Anni 1072. principio V. Id. Ian. Udo Trev. archiepiscopus aediculam apud Maximianos, quam D. Blasii nuncupant, honori s. Benedicti dedicavit. Membrana eius rei testis exstat. . . Membrana talis est. g) *sequentes titulos altarium, qui fuisse videntur in crypta inferiore basilicae s. Maximini, habet N. in cod. bibl. civit. Trever. nr.* 1629. *f.* 48. 48'.

1) Ad a. 976. affert W. notam de reliquiis, quas Ramvoldus abbas S. Emmerammi a S. Maximino secum tulit (quam edidi supra p. 1094. H.-E.). Ad a. 1030. idem exhibet notas dedicationum Stabulenses (quas edidi supra p. 965 sq. H.-E.).

scentiae; de stola et pallio sancti Maximini; Hilarii papae et sanctae Quietae, Auctoris episcopi et Quiriaci confessoris.

Hoc altare consecratum est in honore sanctorum Sixti et Laurentii; in quo habentur de corporibus ipsorum, de capite Ipoliti, de costa sancti Ciriaci, Quirini, Clementis, Pancratii, Georgii, Simphoriani[1].

NOTAE DEDICATIONUM S. MARIAE AD MARTYRES TREVERENSIS.

Iam supra p. 1125. *brevem notam de dedicatione ecclesiae S. Mariae ad Martyres sive ad Littus dictae a.* 1017. *facta edidi, hoc loco ampliorem notam de eadem dedicatione et alias saec. XIII—XV. exhibeo, quas exscripsi ex codice bibliothecae civitatis Treverensis nr.* 23 (1307), *parte altera evangeliarii splendide saec. IX. exarati, ubi eae post evangelium Iohannis in foliis olim vacuis relictis duabus manibus saec. XV. scriptae sunt, quas secundum ordinem temporis dispositas edidi, cum in codice diversorum saeculorum notae permixtae exstent.*

Notae dedicationum a. 1209. *factarum exstant in codice archivi regii Confluentini, evangelia continente, cuius supra p.* 1125. *mentio facta est, folio penultimo una manu saec. XIII. inscriptae, quarum quatuor alio modo conscriptae etiam in codice Treverensi leguntur. Has V. Cl. H. Becker, archivo regio praefectus, benigno animo in usum nostrum descripsit, quas partim inter eas codicis Treverensis inserui, partim a latere illarum collocavi. O. H.-E.*

De summo altare.

1017. Dec. 16. Anno dominice incarnacionis 1017, indictione 15, epactis 20, concurrente 1, regnante glorioso imperatore Henrico secundo, mense Decembrio, 17. Kalen. Ianuarii consecratum est hoc maius altare a reverendissimo in Christo patre ac domino domino Poppone Treverorum archiepiscopo ordinacionis sue anno primo. Cum siquidem propter gwerrarum longa disturbia, que tempore Meyngaudi archiepiscopi per Adelberonem[2], eius adversarium, tam in clerum quam in populum crudeliter grassabantur, monastica religio per felicis recordacionis Theodoricum sancte Treverensis ecclesie archipresulem[3] in hoc loco fundata diuturnum pertulisset exilium, eamque perpetue memorie dominus Poppo Deo favente in statum proprium[a] revocasset, a diversis[4] diversus sermo ferebatur super altarium consecracione et sanctorum reliquiis. Quapropter idem venerandus ac Deo dignus antistes Poppo non dissimulans, quam sincero mentis affectu cenobium Dei genitricis ac virginis Marie diligeret, altaria fecit in sui presencia aperiri et, quid in illis haberetur, caute scrutari. Quibus investigatis, et plurimis sanctorum reliquiis in hoc maiori altario depositis, adhuc plures, videlicet de veste sancte Marie virginis ac scapulam sancti Ponciani martiris brachiumque sancti Allexandri martiris cum multa veneracione ac devocione sociavit, ipsumque altare, assistente cleri ac populi multitudine copiosa, die quo supra celebriter consecravit in honore sancte Dei genitricis ac virginis Marie sanctorumque apostolorum Petri et Pauli et sanctorum Ponciani martiris et Beati confessoris. Amen.

1209. Maii 10. Anno[b] incarnationis dominice 1209, indictione 12, 6. Idus Maii consecrata sunt altaria in ecclesia beate Marie ad Martires a venerabili Brunwardo Zwerinensi episcopo, tempore domini Iohannis Treverorum archiepiscopi, procurante[c] ecclesiam abbate Theoderico, unum in dextro latere, quod est consecratum in honore sancti Stephani prothomartiris et Iacobi apostoli maioris et sancti Pantaleonis martiris; et continentur in eo reliquie eorundem Stephani,

a) ppim *c.* b) *haec nota ex cod. Confluentino.* c) proc. — Theoderico *eadem manu superscr. c.*

1) De dedicationibus a. 1245. celebratis vide Görz, 'Mittelrh. Regesten' III, nr. 432. 435. 446. 2) Praepositum S. Paulini Treverensis, qui episcopatum vi occupaverat. 3) A. 965—977. 4) Haec — *investigatis* sumpta sunt ex charta Popponis, 'Mittelrhein. UB.' I, p. 343, nr. 292.

Iacobi, Pantaleonis et Pauli apostoli, de ligno sancte crucis, sanctorum Innocentum et sanctorum martirum Laurentii, Christofori, Georgii, Mauricii, Lamberti, Oswaldi, Cesarii, de camisia sancte Marie virginis, de pane quem benedixit Dominus, de barba sancti Petri, de crinibus sancti Iohannis baptiste.

Codex Confluentinus. | *Codex Treverensis.*

Codex Confluentinus:

In altari sancti Benedicti, quod est in sinistro latere, continentur reliquie sancti Benedicti, Andree et Bartolomei apostolorum, de sepulchro Domini, de sanguine Domini, de crinibus sancte Marie virginis, de capite sancti Iohannis baptiste, dens sancti Nykolai episcopi, Modualdi episcopi, Banti confessoris, 11 milium virginum.

Codex Treverensis:

De[e] altare sancti Benedicti.

Anno dominice incarnacionis 1209, indictione 12, epactis 12[1], concurrente 3, 6. Idus Maii consecratum est hoc altare sinistrum a venerabili domino Brunwardo Zwerinensi episcopo, tempore domini Iohannis archiepiscopi Treverensis, in honore sancti Benedicti confessoris. Et continentur in eodem reliquie sancti Benedicti et sanctorum apostolorum Andree et Bartholomei[f]. Item de sepulchro et sangwine Domini, de crinibus sancte Marie virginis, de capite sancti Iohannis baptiste, dens sancti Nicolai episcopi. Item sancti Modowaldi episcopi et Banti confessoris et sanctarum undecim milium virginum. Amen. 1209. Maii 10.

Codex Confluentinus:

In altari sancte Crucis continetur de sancta cruce, de capillis beate Dei genitricis et reliquie sancti Iohannis baptiste, sanctorum martirum Herasmi, Perpetui, Rufi, Viti, de exercitu sancti Mauricii, Silvestri pape, de pallio sancti Iacobi; et reliquie sanctarum virginum Aldegundis, Anastasie.

Codex Treverensis:

De altare sancte Crucis.

Anno dominice incarnacionis 1209, indictione 12, epactis 12, concurrente 3, 6. Idus Maii consecratum est hoc altare medium a venerabili viro domino Brunwardo Zwerinensi episcopo, tempore reverendissimi in Christo patris ac domini domini Iohannis sancte Treverensis ecclesie archiepiscopi, in honore sancte crucis et sanctorum Silvestri, Mauricii. Et continentur in eodem reliquie de sancta cruce, de capillis beate Marie virginis, de sancto Iohanne baptista, de exercitu sancti Mauricii, de sancto Silvestro papa, de pallio sancti Iacobi apostoli et sanctarum Aldegundis[g] et Anastasie virginum. Amen. 1209. Maii 10.

Codex Confluentinus:

In altari, quod est super capellam sancti Mychaelis, continetur de sancta cruce, de sepulchro Domini, reliquie Iacobi minoris et Philippi apostolorum, Stephani prothomartiris, Laurentii, Georgii, Pantaleonis, Erasmi, Apollinaris, Iacincti martirum; Gregorii pape, Silvestri pape, Bonefacii pape, Willibrordi, Brictii, Valerii, Modualdi episcoporum; Marie Magdalene; Agathe, Cecilie, Agnetis, Eufemie, Genofove[a] virginum.

Codex Treverensis:

De altare sancti Mychaelis.

Anno dominice incarnacionis 1209, 4. Nonas Maii, indictione 12, epactis 12, concurrente 3, consecratum est hoc oratorium in honore sancti Michaelis et omnium sanctorum angelorum. Et continentur in hoc altari reliquie de sancta cruce, de sepulchro Domini, sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi; Sthephani, Laurencii, Georgii, Panthaleonis, Erasmi, Apollinaris et Iacincti martirum; Gregorii, Silvestri, Bonifacii pape, Willibrordi, Brictii, Valerii, Modowaldi episcoporum; Marie Magdalene; Agathe, Cecilie, Agnetis, Eufemie et Genofeve[a] virginum. 1209. Maii 4.

Codex Confluentinus:

Item[b] 6. Idus Maii consecratum est oratorium sancte Marie Magdalene a prefato episcopo; in quo altari continentur[c] reliquie ipsius sancte Marie Magdalene, de craticula[d] Laurencii

Codex Treverensis:

Anno[h] dominice incarnacionis 1209, indictione 12[i], 6. Idus Maii consecratum est oratorium beate Marie Magdalene a venerabili Brunwardo Zwerinensi episcopo, tempore domini Iohannis Treverorum archiepiscopi. In quo altari continentur reliquie beate Marie Magdalene, de craticula Laurencii martyris, de sepul- 1209. Maii 10.

a) *sic c.* b) *haec nota alio atramento post sequentem de ecclesia Ehrangensi scripta est in c., sed signo apposito huic eam praemittendam esse indicatum.* c) *superscr. c.* d) de cr. *eadem manu superscr. c.* e) *in cod. praecedit nota a.* 1438, *Apr.* 26. *infra edita.* f) patronorum *add., sed cancellatum est.* g) allegundis *c.* h) *haec nota altera manu saec. XV. scripta, ultima est in c.* i) *lineola litterae* X *evanuit, ut nunc* VII *legi videatur, sed* XII *scriptum erat.*

1) Potius 13.

Codex Confluentinus.

martiris, de sepulchro Domini, sanctorum Innocentum, de cruce sancti Andree apostoli; Eustachii martiris, Dionisii, Rustici et Eleuterii martirum, Sixti, Felicissimi et Agapiti martirum; Galli confessoris, de cathedra sancti Nycolai, Hylarii confessoris; Aldegundis et Anastasie, Perpetue, Christine virginum.

Codex Treverensis.

chro Domini, sanctorum Innocentum, de cruce sancti Andree apostoli; Eustachii, Dionisii, Rustici et Eleutherii, Sixti, Felicissimi et Agapiti martirum; de cathedra sancti Nicolai episcopi; Hilarii episcopi et Galli confessorum; Christine, Anastasie, Perpetue et Aldegundis virginum.

1209. Maii 4. In[a] ecclesia Hyranc[1], que a prefato episcopo 4. Nonas Maii est consecrata, continetur de sancta cruce, de sepulchro Domini, de vestimento Domini, de petra in qua sancta crux inventa fuit, de catheua sancti Petri, reliquie sancti Materni, de pallio sancti Martini, reliquie sancti Maximini, Galli abbatis, Hilarii confessoris, Christine virginis, Aldegundis virginis, 11 milium virginum, de pulvere 40 militum.

De[b] altare sancti Iohannis baptiste in parrochia.

1248. Mart. 30. Anno dominice incarnacionis 1248, indictione 6, epacta 4[2], concurrente 3, 3. Kalendas Aprilis dedicatum est hoc oratorium a venerabili domino Henrico Osiliensi[3] episcopo, accedente consensu venerabilis patris ac domini domini Arnoldi Treverorum archiepiscopi. Cuius istud dextrum altare consecratum est in honore sancte et individue Trinitatis, sanctorum Iohannis baptiste et Iohannis ewangeliste, Symonis et Iude et Mathie apostolorum, quorum in ipso continentur reliquie, sanctarum eciam Marie Magdalene, undecim milium virginum et aliorum plurimorum sanctorum. Huius oratorii annua dedicacio celebranda est feria tercia proxima post pascha, et hec indulgencia eiusdem: 80[c] et due karene. Amen.

1251. Apr. 17. Anno[d] Domini 1251, indictione 15[4], epacta 26, concurrente 6, 15. Kal. Maii dedicatum est hoc oratorium sancti Clementis a venerabili domino Henrico Sumgalensi[5] episcopo, accedente consensu venerabilis patris nostri ac domini domini Arnoldi Treverorum archiepiscopi, in honore sancte et individue Trinitatis, beate Marie perpetue virginis et sanctorum Clementis, Gangulphi, Vincencii et Innocencii martyrum, sanctorum Innocentum martirum, sanctorum confessorum Ffrancisci et Bernhardi abbatis, sanctarum virginum Lucie et Agnetis. Quorum omnium reliquie in hoc altari continentur. Et sanctorum Thebeorum martirum et Elizabeth vidue, de veste et baculo Domini, et aliorum plurimorum sanctorum. Cuius annua dedicacio celebranda est secunda feria post diem sanctum pasche. Et hec indulgencia dedicacionis eiusdem: quadraginta dies et annus integer.

De altare sancte Trinitatis.

1315. Mart. 24. Anno dominice incarnacionis 1315, feria secunda post pascha, quod erat 10.[e] Kalendas Aprilis, indictione 13, epactis 14, concurrente 4[6], consecratum est istud altare dextrum a venerabili domino Nicolao Virdunensi episcopo, accedente consensu reverendissimi in Christo patris ac domini domini Baldewini Treverensis archiepiscopi, in honore sancte et individue Trinitatis et sanctorum Benedicti abbatis et Scholastice virginis. Et in ipso continentur reliquie de cote sancti Bartholomei apostoli; sanctorum martirum Georgii, Christoferi[f], Tirsi et sociorum eius et legionis Tebee; de sepulcro et ligno Domini, de tunica sancti Cunonis martiris, de sarcofago sancti Willibrordi episcopi. Item sancti Nicolai et Anastasii episcoporum, de crinibus beate Marie Magdalene, de sangwine sanctorum Innocentum. Item sancte Severe virginis et aliorum plurimorum sanctorum. Cuius annua dedicacio celebranda esto feria secunda post pascha cum indulgenciis 40 dierum et duabus karenis. Amen.

De altare sancti Stephani prothomartyris.

1438. Apr. 26. Anno dominice incarnacionis 1438, indictione prima, epacta 23, concurrente 2, 6. Kalen. Maii consecratum est hoc altare dextrum a venerabili domino Iohanne Azotensi[7] episcopo, reverendissimi in Christo patris ac domini domini Rabani Treverorum archiepiscopi generali vicario, in honore sancti Stephani prothomartiris et sanctorum apostolorum Iacobi minoris, Mathei ewangeliste et Thome et sanctorum Marci et Luce ewangelistarum et sanctorum Gregorii pape, Ambrosii, Augustini episcoporum et Iheronimi presbyteri. Et in ipso continentur reliquie de ligno sancte crucis, de camisia beate Marie virginis, de crinibus sancti Iohannis baptiste, de barba sancti Petri. Item sanctorum Pauli et Iacobi apostolorum et sanctorum

a) *haec nota ex cod. Confluentino.* b) *sequentia omnia ex cod. Treverensi.* c) *supple:* dies. d) *haec nota altera manu saec. XV. scripta, penultima est in c.* e) V, *ut videtur, c.* f) *sic semper c.*

1) Ehrang (Kr. Trier). BECKER. 2) Potius 23; sequentis anni epacta est 4. 3) Oesel insulae. 4) Potius 9. 5) Semgallen. 6) Potius 2. 7) Oppidi Terrae Sanctae i. p. i.

martirum Stephani, Laurencii, Cesarii, Lamberti, Oswaldi[a], et de martiribus Tebee legionis et Treverice plebis et sancti Beati confessoris et aliorum plurimorum sanctorum et de pane quem benedixit Dominus. Cuius anniversaria dedicacio celebranda est die quo supra. Et hec est indulgencia eiusdem: 40 dies in ipso festo dedicacionis et in singulis festis patronorum. Amen.

De altare sancti Panthaleonis martiris.

Anno dominice incarnacionis 1438, indictione prima, epacta 23, concurrente 2, 6. Kalendas Maii consecratum est hoc altare sinistrum a venerabili domino Iohanne Azotensi episcopo, reverendissimi in Christo patris ac domini domini Rabbani Treverorum archiepiscopi generali vicario, in honore sancti Panthaleonis martiris et sanctorum martirum Blasii, Christoferi, Quirini, Sebastiani et Adriani, et sanctorum confessorum atque pontificum Mansueti et Remacli necnon et sanctorum Anthonii et Egidii confessorum. Et in ipso continentur reliquie de ligno sancte crucis, de capite sancti Thome, de sancto Matheo. Item sanctorum martirum Panthaleonis, Christoferi, Georgii, Iusti, Erasmi et sanctorum martirum plebis Treverice, legionis et Thebee. Item sanctorum pontificum Nicolai, Modesti, Cirilli, et sanctorum confessorum Beati et Celsi. Item sancte Anne matris Marie virginis ac sanctarum Ursule et Margarete et aliorum plurimorum sanctorum. Cuius anniversaria dedicacio celebranda est die quo supra. Et hec est indulgencia eiusdem: 40 dies in ipso festo dedicacionis et in singulis festis patronorum. 1438 Apr. 26.

De altare omnium sanctorum quod est in infirmaria.

Anno dominice incarnacionis 1458, octavo Kalendas Octobris dedicatum est a reverendo in Christo patre ac domino domino Ruperto episcopo Azotensi, reverendissimi domini Iohannis electi et confirmati Treverensis in pontificalibus vicario generali, hoc altare in domo infirmorum in honore sancti Salvatoris, beate Marie semper virginis et omnium sanctorum. Et continentur in eo reliquie sanctorum: De ligno sancte crucis, de camisia beate Marie virginis, de sanctis martiribus Cristofero, Gangulfo, Ponciano. Et de reliquiis Treverorum: De crinibus sancti Maximini episcopi et confessoris. De cappa sancti Benedicti abbatis, de sancto Beato confessore, de capite sancte Pynnose virginis et regine, et de reliquiis in vetusta ymagine sancte crucis repertis. Cuius annuam dedicacionis diem cum indulgenciis quadraginta dierum proxima dominica post sabbatum quatuor temporum mensis Septembris, qua et consecratum est, prefatus episcopus instituit celebrandam. Sed et in die patronorum, quem idem episcopus antedictus Kalen. Novembris, hoc est in die omnium sanctorum, instituit, necnon in diebus concepcionis, nativitatis, annunciacionis, visitacionis, purificacionis et assumpcionis gloriosissime semper virginis Dei genitricis Marie 40 dies indulgenciarum omnibus idem altare devote visitantibus apostolica auctoritate impertivit. Amen. 1458. Sept. 24

Anno[b] dominice incarnacionis 1468, indictione 1[c], epactis 25[d], concurrente 5, 12. Kal. Maii, quod erat quarta feria post pascha, consecrata est ista capella et eius altare[e] a venerabili et religioso patre ac domino domino Ruperto episcopo Azotensi et suffraganeo reverendi domini Iohannis archiepiscopi Treverensis in honorem primo et principaliter sancte Barbare virginis et martiris ac deinceps sanctorum Sebastiani martiris, Iheronimi, Anthonii et Pauli primi heremite, confessorum; necnon sanctarum Marie Egipciace et trium virginum Ffidei, Spei et Caritatis. Et continentur in eodem altari reliquie incluse: de sancta Barbara virgine et martire, de sancto Sebastiano martire, de sancto Iheronimo confessore, de sancta Maria Egipciaca, de sancto Ponciano martire, de sancto Vincencio martire, de sancto Materno episcopo et confessore, de peplo[f] beate Marie virginis, de martiribus 14 Treverensibus, de sancta Margareta virgine et martire, de sanctis Odilia, Gertrude et Modesta virginibus. Huius capelle et altaris dedicacio annuatim celebranda est quarta feria ebdomade paschalis. Et sunt indulgencie eiusdem quadraginta dies. 1468. Apr. 20.

NOTAE DEDICATIONUM S. PAULINI TREVERENSIS.

Hae notae habentur in codice quondam ecclesiae S. Paulini, nunc bibliothecae civitatis Treverensis nr. 1343, *f.* 165—166', *scriptae manu saec. XV. In eodem codice invenitur f.* 129—151: Collectio super urbis recommendatione, sancti Paulini apertione atque ecclesiae ipsius religione[1]. *Quo in opusculo*

a) oeswaldi *c.* b) *sequentia altera manu saec. XV. scripta.* c) ⁊ *c., quod 7 legendum videtur.* d) *litterae* ac *et 2 numerus arabico signo scriptus ita evanuerunt, ut certe legi nequeant.* e) *una vox h. l. liquore deleta videtur.* f) pepulo *c.*

1) Post hunc libellum sequitur in codice f. 151'—152. charta Conradi episcopi Azotensis (chorepiscopi Treverensis) de consecratione capellae S. Mariae Magdalenae, prope aulam curiae praepositurae S. Mariae sitae, ab ipso a. 1403, Iul. 22. celebrata cum praefatiuncula scribae.

confecto circa a. 1403. *a Friderico tunc temporis praeposito S. Paulini f.* 148 — 149. *fere ad verbum eaedem notae transsumptae sunt, ita ut nonnulla menda alterius textus ope huius, quem C. signavimus, emendari queant.*

H. V. SAVERLAND.

f. 165. **Consecratio Leonis pape noni.**

1049. Sept. 7. Anno ab incarnatione Domini 1049, indictione 4[a], consecratum est monasterium Sancti Paulini 7. Idus Septembris a domino Leone papa IX. anno pontificatus sui 2. in honore sancte et victoriosissime crucis. Consecratum est autem ab eodem etiam altare sancti Clementis martyris in medio huius ecclesie ante chorum situm in honore eiusdem sancte crucis, cuius etiam pars in eodem continetur cum istorum sanctorum reliquiis: Stephani prothomartyris, Clementis pape et martyris, Stephani[b] pape et martyris, Cyriaci martyris, Cosme et Damiani martyrum, Valentini et Faustini martyrum, Bonosii, Abrunculi, Modowaldi confessorum et pontificum et aliorum plurimorum sanctorum reliquie, quorum nomina Deus novit. Hec autem consecratio[1] facta est rogatu domini Eberhardi Trevirensis archiepiscopi et primatis et privilegio ipsius Leonis pape confirmata, hunc tenorem literarum habente[2]:

Statuimus et eum a nobis consecrato sancto altari honorem reservamus, ut preter ipsum primatem et archiepiscopum eiusque suffraganeos, episcopos et abbates simulque ipsius ecclesie prepositum et decanum et idoneum ebdomedarium[c] nullus ad idem altare se presumat inferre ad missam celebrandam. Omni ergo aliena occasione remota, et ea, quam debent archiepiscopo suo, subiectione servata, canonici ecclesie ipsius id a nobis quidem obtineant honoris, ut, sicut gaudent de beneficio nostre consecrationis, si quis forsitan temerarius eis resistens, secundo tertiove commonitus, nisi resipuerit, de sede Romana gaudeant sibi licere, ut accipiant solatium apostolice defensionis.*

1093. Aug. 1. Anno autem ab incarnatione Domini 1093, Kalendis Augusti combustum est idem monasterium[3], et non sine divino nutu subsequens miraculum factum esse non dubitatur. Nam trabibus et parietibus pre incendio corruentibus in se, supradictum altare per Dei
f. 165'. misericordiam inviolatum permansit. *At vero monasterium ab ipsis, iure dictante, reedificatum 54[or] annis, sub temporibus Egilberti, Brunonis, Godefridi, Adelberonis, huius civitatis episcoporum, inconsecratum permansit, donec divina preordinante clementia dominus
1147. Eugenius papa III[us] supervenit et vestigia predecessoris sui est subsequutus, cum solemni
1148. Ian. 31. benedictione et privilegii[4] augmentatione pridie Kal. Febr. idem monasterium rogatu domini Adelberonis archiepiscopi in pristinum gradum reformavit[5]. Ipsa vero die consecratum est et altare sancti Felicis archiepiscopi Treverensis[d] [situm[e] ad sinistram[f] chori partem], cuius corpus ibidem requiescit.

Consecratio Eugenii pape tertii.

1148. Ian. 31. Anno 1147. ab incarnatione Domini consecratum est monasterium sancti Paulini archiepiscopi et martyris a domino Eugenio papa III. anno pontificatus sui 3, pridie[g] Kal. Febr.

*) *Brower et Masen, Ann. Trev. I, p.* 567. *hanc inscriptionem oratorii martyrum Treverensium in coemeterio ecclesiae S. Paulini lapidi marmoreo insculptam afferunt:* Anno incarnationis dominicae 1088, indictione 11,
1088. Sept. 22. 10. Kal. Oct. ab Egelberto Trevirorum archiepiscopo dedicatum hoc oratorium rogatu Cuononis praepositi in honore sanctae Crucis et sanctae Mariae matris Domini sanctique Michahelis archangeli et sancti Mauritii sociorumque eius et omnium sanctorum. In cuius altari condidit de sepulchro Domini, reliquias Lazari amici Domini ac sanctorum martyrum Pancratii, Sebastiani, Diogenis necnon sanctarum virginum Barbarae, Ceciliae. Regnante Heinrico imperatore III. anno imperii sui quinto.

a) *lege* 2[a]. b) St. p. et m. *in C. leguntur, desunt f.* 165. c) *sic c.* d) Tr. *c.* e) situm — partem *des. C.* f) sinistrum *c.* g) *sic C.; deest h. l. f.* 165'; *vide supra l.* 31.

1) De hac consecratione inscriptionem tabulae edidit Brower, Annal. Trev. I, p. 527, in ecclesia priore S. Paulini inventam: ANNO INCARNATIONIS DOMINI MXLIX AB LEONE IX. PAPA ANNO PONTI‖FICATVS SVI I ROMANAE SEDIS [SL ET PM. VII. IDVS SEPTEMBRIS HAEC ‖ ECCLESIA DEDICATA IN HONOREM S. CRVCIS ET S. PAVLINI ET MAR‖TYRUM OMNIVM ET SANCTORVM PONTIFICVM FELICIS ET MRI ‖ MODOALDI QVORVM HIC CORPORA REQVIESCVNT HENRICI ‖ IMPERATORIS II ANNO IMPERII SVI III. 2) Quod ineditum hucusque est. 3) Cf. Ann. S. Eucharii, SS. V, p. 10; Gesta Trev. Cont. I, c. 25, SS. VIII, p. 198. 4) Quod non exstat. 5) Cf. Balderici Gesta Alberonis c. 23, SS. VIII, p. 255; Gest. Trev. Cont. c. 7, SS. XXIV, p. 378.

in honore sancte Dei genitricis Marie et omnium sanctorum. Hee autem reliquie continentur in principali altari, [quod[a] est in choro], quod ipse consecravit: De sanguine Domini, de cruce Domini, de inconsutili veste Domini, de sepulchro Domini, de mensa Domini, de presepio Domini, de capillis et vestimentis matris Domini, de sepulchro sancti Iohannis ewangeliste. De reliquiis sancti Andree apostoli. Reliquie[b] sancti Iacobi apostoli. De ossibus sancti Mathie apostoli 20 frusta. Pars brachii sancti Clementis pape et martyris. Poples sancti Laurentii martyris. Due partes de spina sancti Cornelii pape, Stephani prothomartyris, Stephani pape et martyris. Dens Sixti pape et martyris cum reliquis reliquiis eius, Dyogenis martyris, Felicissimi et Agapiti martyrum, Sebastiani martyris, Cosme et Damiani martyrum, Valentini martyris, Georgii martyris, Blasii martyris. Dens Cyriaci martyris cum ceteris eius reliquiis, Faustini martyris, Sisinnii martyris. Costa Fortunati martyris, Florentii martyris, Petri exorciste. Femur Gregorii pueri et martyris, Lamberti martyris, Eucharii episcopi, Valerii episcopi, Materni episcopi, Agritii archiepiscopi, Leonis pape. Corpus Fortunati episcopi Treverensis[c]. Reliquie sancti Maximini archiepiscopi Treverensis[c], Celsi confessoris, Symęonis confessoris. *Dens Lodoaldi[d] *f. 166. archipresbyteri. De stola et casula sancti Martini. De altari sancti Bonifacii pape. Reliquie sancti Gregorii pape III, Remigii confessoris. Brachius[e] sancte Prisce virginis et martyris. Reliquie sanctarum virginum Barbare, Severe, Waltrade, Cecilie, Walpurgis, Genofeve[e].

Interfuerunt autem huic consecrationi boni cooperatores, quorum nomina subsequuntur: Adelbero Treverensis[e] archiepiscopus, Baldewinus Cesaree Palestine archiepiscopus, Henricus Eboracensis archiepiscopus, Sueno[f] Wibergensis[g,1] episcopus, Hartwicus[h] Gebennensis[i] episcopus, Ymarus Tusculanensis episcopus. Presbiteri cardinales[2]: Hubaldus cardinalis, Gisilbertus cardinalis, Wido cardinalis, item Gisilbertus cardinalis, Hugo[k] cardinalis, Iulius cardinalis, item Wido cardinalis, Iordanus cardinalis et camerarius, Haribertus cardinalis. Dyaconi cardinales: Odo[l] cardinalis, Gwido cancellarius cardinalis, Octavianus cardinalis, Iohannes Paparo cardinalis, Gregorius cardinalis, item Iohannes cardinalis, Gwido Cremensis cardinalis, Iacinctus cardinalis. Subdiaconi cardinales: Vincentius, Reynaldus, Urrigo, Henricus, Hugo.

Ipsa vero die consecrata est cripta et altare in ea a supradicto Baldewino Cesaree[m] Palestine archiepiscopo in honore sancti Mathie apostoli, Paulini episcopi et martyris, cuius corpus ibidem requiescit, et in honore sanctorum martyrum Thebeorum. Hee vero reliquie continentur in altari sancti Mathie apostoli, [quod[n] est medium altare in cripta, modo altare sancti Paulini nuncupatum]: Stephani prothomartyris, Agapiti martyris, Fortunati martyris, Laurentii martyris, Materni confessoris, Agritii confessoris, Prisce virginis, Genofeve virginis et reliquie[m] sanctorum martyrum Thebee legionis etc.

Eadem vero die consecratum est ab ipso Baldewino archiepiscopo altare sancti Mari episcopi in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Mari, cuius corpus ibidem requiescit, [quod[n] est ad[o] dextram chori partem]. Hee autem sanctorum reliquie continentur in eodem altari: Stephani pape et martyris, Felicissimi et Agapiti martyrum, Bonosii et Abrunculi confessorum, Lazari, Mathie et Prisce virginis.

Ipsa die consecratum est altare in dextero latere monasterii versus occidentem, quod dicitur novum, in honore omnium sanctorum apostolorum et sancti Iohannis baptiste. Hee autem sanctorum reliquie continentur in eodem altari: Sixti pape et martyris, Agapiti martyris, Valentini martyris, Materni episcopi, Agritii episcopi, Barbare virginis, Waltrade virginis et reliquie sanctorum martyrum Thebee legionis.

Summa vero indulgentiarum huius monasterii 2110 annos, 68 dies, 90 karenas de consecratione domini Leonis. Item de consecratione domini Eugenii III. etiam tantum. Item nota, quod omnibus diebus dominicis et festivis, qualibet die sunt 100 dies indulgentiarum omnibus advenientibus.

NOTAE DEDICATIONUM S. EUCHARII TREVERENSIS.

Sequentes notitias de dedicatione monasterii S. Eucharii vel S. Mathiae a. 1148. *facta, de consecratione altaris cuiusdam et de reliquiis ibidem conservatis in usum nostrum descripsit V. Cl. H. V. Sauerland ex codicibus seminarii Treverensis 1) signato R. nr. VI.* 1, *mbr. fol., olim S. Eucharii, ubi eae*

a) quod — choro *des. C.* b) R. s. I. a. *des. C.* c) Tr. *c.* d) *lege* Landoaldi. e) *sic c.* f) Suenio *c.* g) Wiburgeñ *C.* h) Hartwinus *c.* i) Gebeñ *c.* k) Hubo *c.* l) Ordo *c.* m) *suppl. ex C.; deest f.* 166. n) *uncis inclusa des. C.* o) *deest c.*

1) Viborg Iutiae. 2) Cf. seriem cardinalium in notis S. Eucharii infra p. 1279. editis et Gesta Alb. c. 23, SS. VIII, p. 255.

f. 109'. 110. manu saec. XIII ex. post Inventionem et Miracula S. Mathiae manu saec. XII. scripta exaratae sunt; 2) signato R. nr. 1. 7, mbr. fol., Cassiodori Historiam tripertitam saec. XII. continente, ubi eaedem in ultimo folio eadem manu ac in cod. 1 scriptae sunt; 3) signato R. II. 15, mbr. fol., qui continet exemplar harum notarum et litterarum ad dedicationem S. Eucharii pertinentium a. 1477.ab officiali curiae Treverensis transsumptarum. Hic praeter reliquas notas solus notam de dedicatione capellae S. Quirini inter chartas S. Eucharii exhibet. Notitiam de dedicatione a. 1148. ex codice 1 edidit Io. Bollandus, Acta SS. Febr. III, p. 453, eam quartum caput Actis S. Mathiae subiungens, et eadem exscripta est in Gestorum Treverorum Continuatione II, c. 7, SS. XXIV, p. 378. *O. H.-E.*

1148. Anno dominice incarnacionis 1148, 61[mi] decennovenalis cycli anno nono, indictione 11[ma], presidente apostolico Eugenio III. Romane ecclesie summo pontifice, anno papatus sui 3, imperii vero regni Conradi tercii regis gloriosi 11[mo], venerabilis autem Adalberonis[a] huius civitatis archiepiscopi anno 16, dedicatum est hoc monasterium ab eodem venerabili apo-
Ian 13. stolico et ab[b] Adelberone archipresule Idus Ianuarii, petente venerando Bertoldo[c] abbate, ordinacionis sue anno 12[mo]. Consecratum est autem principale altare in honore sancti Iohannis euangeliste et sancti Eucharii, apostolorum Philippi et Iacobi, Stephani pape et martiris. Quorum eciam reliquie inibi continentur. Insuper habentur ibi: de petra supra quam natus est Dominus, de presepio Domini, de virga qua flagellatus est Dominus, de sudario Domini, de sepulchro Domini, de virga Moysi, de vestimentis sancte Marie matris Domini, de pallio sancti Iacobi fratris Domini; reliquie[d] sanctorum apostolorum Iacobi fratris sancti Iohannis euangeliste, Bartholomei et Mathie; Urbani pape et martiris, Marcelli pape et martiris, Syxti pape et martiris, sanctorum Innocentum[e], Adelberti et Wenceslai[f] martirum, 40 martirum, Thebeorum martirum; sanctorum martirum Cypriani, Blasii, Mauricii, Ciriaci, Vitalis, Bonifacii[g], dens Ypoliti, Leandri, Alexandri, Iustini, Crescencii, Maxencii, dens Lazari et de sepulchro eius, Proti, Pancracii, Hermetis, Gangulfi martirum[h]; Severe virginis, Eustachii, Tyrsi ducis Treverensis, Bonifacii ducis Treverensis. Reliquie episcoporum et confessorum: Eucharii[i], Valeri, Materni, Agricii, Cirilli[i], de stola et de pallio sancti Maximini, Magnerici, Modesti, Auctoris, Mari, Modowaldi, Bonosii, Felicis, Severi[k] Treverensium pontificum; Nicolai, Remigii, Augustini, Medardi episcoporum; Benedicti, Eusebii, Celsi, Felicis in Pincis, Galli; 11 milium virginum: Vincencie virginis de 11 milibus, Martine virginis[l], Praxedis virginis, Benedicte virginis.

Altare quod est in medio monasterio[m] ad tumbam[n] beati Mathie apostoli[b] consecravit[o] idem dictus Eugenius papa et Albero archiepiscopus Treverensis[b] in honore sancte crucis et sanctorum apostolorum Mathie et Iacobi fratris Domini. Continentur eciam ibi reliquie de sepulchro Domini; reliquie quoque[p] apostolorum Mathie, Iacobi, Bartholomei; sanctorum martirum Cornelii pape, Stephani pape, Pancracii, Gangulfi[q] martirum[h]; Severe[r] virginis, Thebeorum martirum, Tyrsi ducis Treverensis, 40 martirum; de reliquiis sanctorum Eucharii, Valerii, Materni, Agricii, Remigii, Eusebii, Celsi; 11 milium virginum: Vincentie virginis, Martine[s] virginis.

Iste Eugenius papa et Albero[t] archiepiscopus Treverensis[b] contulerunt ad dedicacionem monasterii nostri et duorum altarium, videlicet ad principale altare et ad illud quod est in medio monasterii ad tumbam[u] sancti Mathie 30 annos et[v] 10 et octo karenas.

Altare quod est ad aquilonem sub turri consecravit Hamedeus Losannensis episcopus in honore sancti Iohannis baptiste et omnium patriarcharum et prophetarum. Continentur ibi reliquie sanctorum: de dente sancti Iohannis baptiste, Stephani pape et martiris, Mathie, Eucharii, Valerii, Auctoris, Thebeorum martirum, Bonifacii martiris, Mogontini[w] episcopi; sanctorum martirum Georgii, Marcellini et Petri, Naboris, Nazarii[x], Eustachii, dens Ypoliti, Tyrsi[y] ducis et martiris, Alexandri, Crescentii, Maxentii, Constantii martirum[h]; 11 milium virginum. Qui eciam contulit unum annum indulgencie et 4[or] karenas*.

*) *In marg. alia manu scriptum est* 1: Summa indulgenciarum quinquaginta quinque anni, mille nongenti et quadraginta dies, ac sexaginta quatuor carenas. — 2 *add. in marg.*: Summa a.: Quinquaginta anni et unus. Summa karenarum: Sexaginta karene et una. Summa dierum indulge.: Mille et sexcenti dies.

a) Adelb. 3. b) *deest* 3. c) Bertholdo 3. d) de reliquiis 2. e) innocencium 3. f) Wemezlai 1; Wenezlai 2; Wentzelai 3. g) Vitalis *iterum add.* 2. h) mr̄ 1. 2. i) Cyr. 2; Cer. 3. k) Severe 3. l) et martiris *add.* 3 m) monasterii 3. n) tumulum sancti M. 3. o) consecraverunt eadem die iidem dominus apostolicus et arch. Alb. 3 p) *deest* 1. q) Gangolfi 3. r) et S. 3. s) M. v. *des.* 3. t) Alb'ro 1; Adelbero 3. u) tumba 1. v) *erasum* 2, *deest* 3. w) Magunt. 3. x) Nazari 1. y) Tirsi *h. l.* 1. 3 *semper.*

Altare vero quod est inferius consecravit idem episcopus in honore sanctorum Gregorii pape, Nikolai et sancti Benedicti abbatis et omnium sanctorum confessorum. Continentur ibi reliquie sanctorum Nicolai, Benedicti, Valerii, Materni, Agricii, Auctoris, Clementis Metensis, Maximini, Modowaldi, Sigismundi regis, Galli, 40 martirum, Thebeorum martirum et aliorum martirum et[a] confessorum et virginum. Idem episcopus contulit ad dedicacionem ipsius altaris annum unum indulgencie et 4[or] carenas.

Altare quod est ad austrum sub turri consecravit Hymerus Tusculanus episcopus et[b] cardinalis in honore sancti Stephani prothomartiris, sancti Laurencii et omnium sanctorum martirum. Continentur ibi reliquie sanctorum Stephani prothomartiris, Stephani pape, Clementis pape, Cornelii pape, Laurentii, Vincentii, Blasii[c], Georgii, Christofori, Gangulfi, Eustachii, Oswaldi regis[d], Sigismundi regis, Thebeorum martirum; 11 milium virginum et aliorum multorum sanctorum. Qui cardinalis ad dedicacionem ipsius altaris contulit duos annos et 8 carenas vere penitentibus et querentibus limina beati apostoli[e] Mathie.

Altare vero[d] quod est proximum hostio monasterii consecravit Heinricus[f] archiepiscopus Eboracensis in honore sancte Agathe virginis et omnium sanctarum virginum. Continentur ibi reliquie sanctarum virginum Agathe, Lucie, Agnetis, Cecilie[a], Odilie, Anastasie, Barbaçe, Scolastice, Eugenie, Concordie, Columbe, Eufraxie, Praxedis, Prisce et Aquile[g]. Insuper et pixidis[h] plumbea maxima, que reperta est in antiquo altare plena reliquiis sanctorum. Qui eciam[i] contulit[k] annum unum penitencie et 4[or] carenas.

Altare quod est in cripta[l] consecravit Hartwicus Gebennensis episcopus in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et omnium apostolorum. Continentur ibi reliquie sanctorum apostolorum Andree, Bartholomei, Mathie; Eucharii, Valerii, Materni, Agricii, Thebeorum martirum, 11 milium virginum et aliorum multorum[m] sanctorum. Qui[n] contulit annum[o] penitencie et 4[or] carenas.

Omnes fere reliquias predictas tulit dominus Eugenius papa de Urbe.

Isti autem[p] sunt cardinales qui[q] interfuerunt huic consecracioni[1]: [Albericus[r] Hostiensis episcopus et cardinalis], Hymerus Tusculanus episcopus et cardinalis, Humboldus presbiter[s] cardinalis de titulo Iohannis et Pauli, Wido de Summa presbiter cardinalis de titulo sancti Laurencii et Damiani, Gisilbertus presbiter cardinalis de titulo sancti Marci, Hugo presbiter cardinalis de titulo sancti Laurencii in Lucina, Iulius presbiter cardinalis de titulo sancti Marcelli, Wido Dent[d] presbiter cardinalis de titulo Potenciane virginis, Heribertus presbiter cardinalis de titulo Anastasie virginis[a], Wido diaconus [cardinalis[t]] et cancellarius de titulo[u] Cosme et Damiani, Octovianus[v] diaconus cardinalis de titulo sancti Nicolai in Carcere, Wido Cremensis cardinalis de titulo sancti[a] Eusebii, Gregorius[w] de titulo sancti Angeli cardinalis, Iohannes[x] de titulo sancte Marie Nove cardinalis[d], Iacinctus de titulo Marie in Cosmidin[y], Otto de titulo sancti[a] Georgii ad Velum-aureum cardinalis.

Omnes isti cardinales, quilibet eorum contulit omnibus visitantibus limina beatorum apostolorum Iohannis et Mathie, Philippi et Iacobi et sanctorum confessorum Eucharii, Valerii, Materni, Agritii[z] et multorum aliorum sanctorum, qui[a] in nostro[b] monasterio requiescunt[c], annum unum penitencie[d] et centum dies et unam carenam.

Item dominus Arnoldus[2] Treverorum archiepiscopus consecravit altare[e] capelle[f] beate Marie virginis annexe nostro monasterio. Continentur eciam[g] ibi reliquie sanctorum[h]: Stephani prothomartiris et de capillis eius, 11 milium virginum, sancti Laurencii martiris, Blithildis[i] virginis, Urbani pape et martiris, de vestimentis sancti Simeonis inclusi, de vestimentis sancte Marie matris Domini, de vestimentis Prothi et Iacincti, in quibus martirizati sunt, de capillis sancti Hilarii episcopi, Crescencii martiris, Pinnose virginis et martiris, de sancta cruce, Severini episcopi, de sepulcro Domini et de presepio eius, Feliciani martiris et aliorum multorum sanctorum[k]. Contulit duos annos et duas carenas vere[l] penitentibus et visitantibus limina sanctorum predictorum, Metensis episcopus annum et

a) *deest* 2. b) et c. *des.* 3. c) Blasi 1. d) *deest* 3. e) M. ap. 3. f) Henr. 3. g) alie 1. h) *sic* 1—3; id *eras.* 2. i) archiepiscopus 3. k) contilit 1. l) ad caput sancti Eucharii *add.* 3. m) plurimorum 2. n) eciam *add.* 2. o) unum 3. p) *deest* 3; s. a. 2. q) cum domno apostolico *add.* 3. r) *uncis incl. des.* 1. 2. s) et *add.* 3; de *add.* 2. t) *deest* 1. 2. u) sanctorum *add.* 3. v) Octav. 3. w) cardinalis *h. l. iam add.* 1. 2, *sed erasum* 1. x) cardinalis *h. l. add.* 3. y) Coȝdin 1; cosdim 2; Chosmydin 3. z) et Agricii Cerilli Modesti 3. a) *deest* 3. b) nostra 1. c) quiescencium 3; cetera *add.* 1. d) penitecie 1. e) āe *erasum* 1; *deest* 2. 3. f) capellam 3. g) *deest* 2. h) *superscr.* 1. i) Mechtildis 3. k) s. martirum. Et cont. idem archiepiscopus 3. l) vere — predictorum *des.* 3, *ubi* Metensis — carenam *post reliqua in fine huius notae posita.*

1) Cf. Gesta Alberonis auct. Baldrico c. 23, SS. VIII, p. 255; supra p. 1277. Series cardinalium in Gest. Trev. Cont. II, c. 7, SS. XXIV, p. 378, ex hac descripta est. 2) II. a. 1242—1259.

carenam, Wormaciensis episcopus annum et carenam, dominus Innocencius papa[1] octoginta dies, dominus Hugo cardinalis centum et quadraginta dies, Ottho[a] Medyolanensis[b] episcopus[2] 40 dies, Heymo Vercellensis episcopus[3] 40 dies, Heymundus[c] Curensis episcopus[4] 40 dies et unam carenam, Iohannes Lyconiensis[5] episcopus 40 dies et unam carenam, Cemensis[d.6] episcopus 40 dies et unam carenam[e].

Epytaphium[f] capelle sancti Quirini. 1287.

1287. Dec. 8. Anno Domini 1200. octuagesimo septimo, in festo beatissimi Eucharii primi Treverorum archiepiscopi, 6. Ydus Decembris dedicata est hec capella in honore beatorum Michaelis archangeli, Quirini et Georgii martirum, Willibrordi confessoris et omnium sanctorum ad divini cultum nominis perpetuo peragendum a venerabili fratre Petro miseracione divina Suddensis[g.7] episcopo, auctoritate et permissione venerabilis viri Arnoldi decani maioris et capituli ecclesie Treverensis, sede Treverorum vacante per obitum felicis recordacionis quondam domini Henrici Treverorum archiepiscopi[h].

Hee sunt reliquie recondite in altari dicte capelle[8]: Quirini et Sixti martirum, Eucharii, Valerii, Materni, Modesti et Cirilli episcoporum, Celsi confessoris, Severe virginis et de collegio 11 milium virginum.

He[i] sunt reliquie que in capside sancti Mathie recondite sunt: Mentum sancti Mathie, spina de spinea corona, de pillis beate virginis. Reliquie sanctorum Eucharii, Valerii, Materni et Agricii, dens sancti Nikolai. Reliquie Georgii martiris, de mento sancti Benedicti abbatis, Marci euangeliste, de cunabulis Domini, Laurencii martiris, Mauricii martiris, de petra supra quam crucifixus est Dominus, ...[k] martiris, Auctoris episcopi, 11 milium virginum, de capillis sancte Hilldegardis et corona et velum, Christofori martiris, Theodori[l] martiris, Ciriaci, Cosme et Damiani, Carpoferi. Item reliquie sancti Nikolai confessoris, articulus digiti unius sancti Thome apostoli, Cornelii centurionis, Ursule virginis et martiris, Heriberti confessoris, Clementis episcopi et confessoris, de cap . . . . . . dii[m], Germani episcopi, Servacii episcopi, Cirilli episcopi Treverensis, Quiriaci qui et Iudas, Sigismundi regis et martiris, Iuliane virginis, Fortunati martiris, Barnabe apostoli, Andree apostoli, Ponciani martiris, Iacobi apostoli, fratris Iohannis euangeliste, [Th]atdei[n] apostoli, [Pa]uli[n] apostoli, Malusii martiris, Petri apostoli, Philippi et Iacobi, Stephani prothomartiris. Item Philippi apostoli, Simonis apostoli, de petra supra [quam[n] Dominus] natus est, de vestimento sancte Marie, de sepulchro Domini, Bartholomei apostoli, Pantaleonis martiris, Felicis et Iusti confessorum, Ciriaci, Largi et Smaragdi, Cunegundis virginis et regine, Albine virginis, de presepio Domini. Item de sepulcro Domini, Agathe virginis et martiris, Marie Magdalene, Blasii episcopi et martiris, de sudario Domini, Scolastice virginis. Reliquie Marie virginis in cristallo.

NOTA DEDICATIONIS S. MARTINI TREVERENSIS.

V. Cl. H. V. Sauerland etiam sequentem notulam nobis dedit, quam edidit in libro suo 'Trierer GQ. des XI. Jahrhunderts' (Trier 1889*) p.* 37. *ex codice monasterii Strahowensis*[9], *olim S. Martini Treverensis, evangelia continente.*

1097. Ian. 26. 7. Kal. Febr. dedicatum est hoc oratorium[10] in honorem sanctae et individuae Trinitatis et victoriosissime sancte crucis et sanctae Marie perpetue virginis[o] et sanctorum quo-

a) Otto 3. b) Medyolaceū 1. 2. c) Heymudus 1. 2; Reymundus 3. d) Crem. 3. e) *sequitur in* 1. 2 *eadem manu scripta charta de beneficiis collatis iis qui monasterium SS. Eucharii et Mathiae visitant.* f) *haec nota extat in solo cod.* 3. g) *sic c.* h) *sequuntur indulgentiae concessae visitantibus capellam.* i) *sequentia manu saec. XIII ex. scripta sunt in solo cod.* 1. k) *nomen legi nequit.* l) Theod' *c.* m) *quinque vel sex litterae legi nequeunt.* n) *litterae uncis inclusae legi nequeunt.* o) *hoc loco duae vel tres litterae erasae.*

1) IV. cuius litterae indulgentiarum datarum limina S. Eucharii visitantibus datae Lugduni a. 1247, Maii 15. et 1248, Iun. 5. in cod. 3, referente V. Cl. Sauerland, leguntur. 2) Cuius litterae datae Lugduni a. 1274, Aug. 1. in cod. 3 leguntur. 3) Ibidem eius litterae datae a. 1274, Aug. 25. 4) Curonensis, cuius litterae datae a. 1274, Iul. 10. ibidem exstant. 5) Nescio quae sit sedes. 6) Chiemensis? 7) Huius ecclesiae Asianae episcopos saec. XIV ex. -XVI. quosdam recenset Gams p. 454. 8) Capellae S. Mariae et S. Quirini sitae erant in cimeterio S. Eucharii, ut apparet ex chartis diversis in cod. 3 scriptis. SAVERL. 9) Prope Pragam siti. 10) A. 1097. hoc factum esse docet H. V. Sauerland ex charta Egilberti archiepiscopi data a. 1097, Febr. 8, 'Mittelrhein. UB.' I, p. 447 sq., nr. 391, ubi: *ecclesie sancti Martini, quam post incendium et ruinam, sicut est hodie, restitui gavisi sumus, acturi reconciliationem, 7. Kal. Febr. sub frequentia cleri et populi videlicet ad altaris quod medium est in crypta digne pro modulo nostro sanctis, quorum in ipso continentur reliquie, facienda consécratione* (sic!).

rum reliquiae hic continentur: In medio altari reliquiae sancti Iohannis apostoli et euangeliste, 1097. de virga Aaron, Samuelis prophetae, Sebastiani martiris, Magnerici[a] archiepiscopi, Eucharii archiepiscopi, Rimacli episcopi, Mari, Modovaldi, Waltburge virginis.

3. Kal. Febr. dedicatum est sinistrum altare in honorem sanctae Gerdrudis virginis, Ian. 28. Reparate virginis, Concordie virginis, Scolastice virginis, Severe virginis, Modeste virginis, Irminae virginis, Agnetis martyris et omnium sanctorum.

NOTAE DEDICATIONUM DIOECESEOS TREVERENSIS.

I.

V. Cl. H. V. Sauerland sequentes tres notas nobis obtulit, de prima haec praefatus: 'Wilthem in codice supra p. 1269. *dicto ad a.* 1004. *affert hanc notam de dedicatione ecclesiae in villa Clotten ad Mosellam facta, qui hunc titulum "antiquum Stabulao accepisse" se dicit'.*

Anno ab incarnatione 1004, indictione 2, regnante Heinrico rege, filio Heinrici, anno 2, 1004. Maii 14. dedicatum est oratorium in Clotena a Liudolpho archiepiscopo Trevirensi 2. Idus Maii in honorem sancti Petri apostolorum principis et sancti Maximini episcopi et Iusti martyris, agente hoc Ravengero abbate[1], et Ruodone praeposito, boni nominis viro[2].

II.

Idem Wilthem ad a. 1075. *de dedicatione oratorii in vico Euren (Uria) prope Treverim sito constructi haec habet: 'Titulus dedicatae aedis ita saxo incisus est':* *H. V. S.*

Anno dominicae incarnationis 1075, indictione 13, 6. Kalend. Sep. dedicatum est hoc 1075. Aug. 27. oratorium in honore sanctae Helenae a v[enerabili] Trev[erensi] archiepiscopo Udone, ordinationis suae anno 8; in quo est pars sepulchri Domini et sanctorum Sixti, Laurentii, Fortunati martyrum, Remigii, Maximini, Nazarii praedictaeque matronae Helenae et sanctae Margaretae et sanctae Christinae virginis[3].

III.

Brower et Masen, Metrop. eccl. Trev. ed. Chr. de Stramberg (Confluentiae 1855*) I, p.* 470. *hanc notam Prumiensem afferunt.* *H. V. S.*

Anno ab incarnatione Domini 1098, indictione 6, concurrente 4, epacta 15, Kalend.[b] 1098. Oct. 1. Octobris rogatu imperatoris Henrici IV. et permissu domini Egelberti[c] Trev[erensis] archiepiscopi consecrata est haec crypta[4] a venerabili Wicelino Witernensi episcopo[5] in honorem sanctae et individuae Trinitatis et sanctae Crucis et sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Michaelis archangeli et sancti Andreae apostoli et sanctorum 24 seniorum.

IV.

In codice ecclesiae cathedralis Treverensis nr. 136 *(olim* 134*) evangeliarium continente, qui procul dubio olim S. Castoris Confluentini fuit, f.* 163. *sequens notitia manu saec. XIV. exarata est, quam V. Cl. H. V. Sauerland me precante exscripsit.* *O. H.-E.*

Anno Domini 1208, epacta una, luna 10, 6. Kalend. Augusti, dominica die. Dedicatum 1208. Iul. 27. est hoc templum[6] a venerabili patre Iohanni[d] archiepiscopo Treverice sedis in honore

a) Magnerci *c.?* b) Calend. *ed.* c) Engelb. *ed.* d) *sic c.*

1) Stabulensi. 2) Hic Ruodo praepositus Stabulensis factus est postea abbas Hersfeldensis deindeque episcopus Paderbornensis. 3) Cf. Brower-Masen, Ann. Trev. I, p. 553. 4) Ecclesiae Prumiensis. 5) Chorepiscopo Trevirensi. 6) S. Castoris Confluentinum.

sancte et individue Trinitatis, sancte Dei genitricis Marie et sancti Castoris sacerdotis et confessoris et omnium sanctorum. In maiori altare ipsius ecclesie sunt reliquie: de capite et spina dorsi sancti Castoris confessoris, de crepundiis[1] Ihesu Christi, de lingno dominice crucis, de vestibus sancte Marie virginis, de reliquiis sanctorum Gorgonii, Magni, Victoris, Felicitatis martirum, de sudario sancti Thome episcopi et martiris et sancti Liborii episcopi et aliorum plurimorum sanctorum.

In altare sancte Crucis et sancte Dei genitricis sunt reliquie sancti Castoris et de ligno sancte crucis, de sepulchro Domini, sanctorum Thebeorum martirum.

In altare sancti Iohannis apostoli sunt reliquie sancti Castoris, de columpna in qua Christus fuit ligatus et flagellatus, et de sepulchro sancti Iohannis eiusdem[a] et de pulvere qui inde scaturit.

V.

In dioecesi quidem Metensi prope Theodonis-villam sita est villa Udera (Udern), de cuius ecclesiae dedicatione notitia exstat in rotulo bonorum Mediolacensi, in archivo regio Confluentino servato, edita 'Mittelrhein. UB.' II, p. 343 sq., et Höfer, 'Zeitschr. f. Archivkunde, Dipl. u. Gesch.' II, p. 127, sed hoc loco danda, quia haec ecclesia monasterii Mediolacensis fuit et a Treverensi archiepiscopo consecrata est. *O. H.-E.*

Notum sit sancte Dei ęcclesiae fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ęcclesiae
932? Febr. 26. consecracionis dedicacio in villa videlicet Udera acta est 5. Kal. Marcii[2], gerente Ruohtperto archiepiscopo consecracionis ministerium, in honore sancti Liutwini archiepiscopi, cuius eciam res ipsius villae esse noscuntur, et dotata uno manso cum mancipiis presencialiter supersedentibus. Nam et omnem decimacionem ipsius villae determinatam ibi cum largicione Ruoperti archiepiscopi scitote. Similiter et de villa Leimersthorf in silvis, in pratis, in vineis et agris et omnibus illuc aspicientibus, et de aliis villis similiter, scilicet Bruningesdorfh, Duodenhofh, Lômerstorf, Hettinga, Huntinga et Mundelar, Vurentelinga, et quicquid de decimacione ad nostram parrochiam pertinere noscitur, totam cum integritate ad prefatam ęcclesiam pertinentem scitote. Et qui hoc irritare amplius studuerit, idem beate memorie episcopus Routpertus anathematizavit. Sciant ergo se sub anathemate esse, quicunque hoc studuerint adnihilare. Hec autem gesta sunt temporibus Heinrici regis et ducis Gisilberti et advocati Gozberti et prepositi Regilonis et decani Gaganhardi et Burginradi et Wolmundi fratrum de monasterio Mediolacensi et presbiteri Ruozperti eiusdem ęcclesiae.

NOTA DEDICATIONIS LUXEMBURGENSIS.

Notae sequentes inveniuntur in evangeliario saeculo X. exeunte scripto, quod fuit quondam monasterii S. Eucharii (sive S. Mathiae) Treverensis, nunc vero est bibliothecae seminarii Treverensis signatum R. II. 7. Notae ipsae scriptae sunt f. 12'. manu recentiore, quae saec. XII. exeuntis fuisse videtur.

H. V. SAUERLAND.

987. Anno dominice incarnationis nongentesimo octogesimo septimo, indictione 15ma, dedicata est ecclesia in castro Lucilenburco apellato a venerabili Trevirorum archiepiscopo
Nov. 5. Egberto in honorem sancti Salvatoris sancteque crucis et omnium sanctorum sub die Non.[b] Novembris rogatu illustris viri comitis Sigifridi[3] Deoque devote Hathawych, eius coniugis.

Principale altare dedicatum est in honorem sancti Salvatoris, sancte crucis et omnium sanctorum. Continet reliquias has: de cruce Domini, de sepulcro Domini, sancti Iohannis baptiste, sancti Petri, sancti Pauli, sancti Andree, sancti Laurencii, sancti Dionisii, sancti Apollinaris et sancti Rufi martyris.

Altare, quod est in dextra parte, consecratum in honore omnium apostolorum, habet reliquias has: de capillis sancti Iohannis baptiste, de capillis sancti Petri, de corpore sancti Laurentii et sancti Donatiani martyrum[c].

a) *aut vox quaedam excidit* (baptiste?) *aut hoc corruptum est* (euangeliste?). b) nonos *c.* c) m̄ *c.*

1) Notes, precor, hoc, lector! 2) De anno consecrationis vide Goerz, 'Mittelrh. Reg.' I, nr. 883. 3) Obiit a. 998, Aug. 15. — Sigifridus acquisiverat a. 963, Apr. 12. a monasterio S. Maximini prope Treverim sito castellum Lucilinburg. Cf. Beyer, 'Mittelrh. UB.' I, nr. 211, p. 271; Goerz, 'Mittelrh. Reg.' I, nr. 985.

Ara, que est in sinistra parte, consecrata in honore omnium martyrum, continet reliquias sancti Stephani, sancti Mauricii, Bonefacii, Ponciani, Georgii, Vincentii, Abundi, Cyriaci, Ypoliti, Faustini, Marcelli, Bavonis, Leudegarii, Liudewini episcopi.

Altare, quod in cripta dedicatum est in honore sancte Marie Dei genitricis cunctarumque virginum Christi, continet reliquias has: de ligno Domini, de pallio sancte Marie, de zona sancte Cecilie, de corpore sancte Anastasie, sancte Margarete, sancte Magre.

Altare, quod supra dedicatum est in honore sancti Michahelis, [continet[a]] de corpore sancti Rumerici[b] confessoris Christi.

Postera die, id est 8. Idus Novembris, dedicata est capella in eodem castro in honore 987. Nov. 6.
sancti Martini et sancti Maximini confessorum[c] omniumque confessorum. Ara, que ibi statuta est, tenet reliquias sancti Maximini, Agricii, Nicecii, Willebrordi, Remacli, Mansueti.

Prefati sancti, nobis succurrite cuncti!

NOTAE DEDICATIONUM MONASTERII HIMMERODE.

In codice chartaceo fol. quondam collegii S. I., nunc bibl. civitatis Treverensis, scripto diversis manibus saec. XVI ex., leguntur hae notae de ecclesia monasterii Himmerode Cisterciensis ordinis (prope Wittlich, dioec. Treverensis).

H. V. SAUERLAND.

Consecratio summi altaris in Hemenrode.

Anno ab incarnatione Domini 1170, 8. Kalend.[d] Iunii consecrata est ecclesia haec et 1170. Maii 25.
altare maius a domno Arnoldo venerabili Trevirensi archiepiscopo in honorem sanctae et individuae Trinitatis et beatae Mariae virginis et matris. Et hae reliquiae continentur in eo: De terra Calvariae cum sanguine Domini mixta. De lancea qua perforatum est latus Domini. De sepulchro Domini. De sudario Domini et pannis sudario involuto. De praesepio Domini. De linteo, quo praecinctus fuit in caena Dominus, et cultello, quem habuit in caena Dominus. De ramis palmarum in ingressu Domini in Iherusalem. De capillis beatae Mariae virginis et matris Domini et sepulchro et vestimentis eius. De virga Moysi et Aaron. De sancto Ioseph ab Arimathia, qui Dominum sepelivit. Reliquiae sancti Iohannis baptistae, Ieremiae, Ezechielis et Abacuc prophetarum. Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Iohannis, Iacobi minoris, Bartholomei, Thomae, Mathiae, Barnabae. Sanctorum euangelistarum Marci, Lucae. Sanctorum Innocentum. Sanctorum martyrum Stephani, Laurentii, Vincentii, de cerebro Thomae Cantuariensis, Sebastiani, Mauritii sociorumque eius, Blasii, Georgii, Hirenei, Pancracii, Iohannis et Pauli, Stephani papae et martyris, Sixti papae et martyris, Pantaleonis, Christophori, Dionisii, Crispiniani, Ypoliti, Gangulfi, Privati, sanctorum Maurorum, Gereonis sociorumque eius, Viti, Polycarpi, Sylvani, Sigismundi, Exuperii, Ioviniani, Oswaldi, Canuti, Ascioli, Pascassii, Mallusii, Cancii[e] et Cantiani, Victoris, Tiburtii, Ignatii, Faustini, Prothi et Iacincti, Leodegarii, Donati, Gregorii papae, Remigii, Augustini, Gregorii presbyteri et martyris. Sanctorum confessorum Sylvestri, Martini, Nicolai, Hilarii, Eucharii, Valerii, Matterni, Severini, Germani, Agricii, Maximini, Felicis, Magni, Banti, Symeonis, Iusti, Leguntii, Potentini, Servatii, Maximi, Clementis, Arnulphi, Clodoaldi, Petri, Apri, Godonis, Remacli, Willebrordi, Amati, Adelfi, Balduini. Sanctorum abbatum BENEDICTI, BERNARDI, Egidii, Mauri, Romarici, Theodori, Leonardi, Galli, Odonis, Winebaldi. Sanctae Mariae Magdalenae. Sanctarum virginum Agnetis, Agatae, Ceciliae, Luciae, Margaretae, Anastasiae, Cristinae, Walpurgis, Priscae, Barbarae, Clarae[f], Gratae, Aprinciae, Fidis et Coanae[g] et Felicitatis martyris.

Omnes hii sancti pro nobis omnibus orent,
Qui velut in caelis[h] candentia lilia florent.

Anno Domini 1177. idem episcopus Arnoldus reliqua altaria maiore ex parte conse- 1177.
cravit, ibidem sacris saepe operans et domino Deo se suumque gregem sibi commissum commendans.

Monasterium[i] Sancti Thomae[1] constructum est anno 1185[2]. Anno Domini 1170. inceperunt mili- 1185.
tare sub regula et ordine Cisterciensi. Factum sub reverendissimo domino domino Arnoldo Trevirorum archiepiscopo, eius nominis primo.

Anno Domini 1222. consecrata est basilica huius monasterii sancti Thomae episcopi 1222.
et martyris, Cantuarensis dicti, et inprimis in honore divae virginis Mariae a domino Theoderico Trevirorum archiepiscopo, eius nominis secundo, nato de Wede[k, 3].

a) *supplevi, deest c.* b) *corrigendum videtur:* Romarici. c) confes' *c.* d) Calend. *c.* e) Cancti *c.* f) Clerę *c.* g) *sic c.* h coelis *c.* i) *haec alio loco codicis, in pagina priore scripta sunt alia manu, praemisso nomine* Hemenrode. k) Vinede *c.*

1) Monasterium monialium Cisterciensium S. Thomae prope Kyllburg erat annexum monasterio Himmerodensi. 2) Isenbardus praepositus fundavit ecclesiam beati Thomae; cf. dipl. d. a. 1185, Iun. 27, 'Mittelrhein. UB.' II, p. 112, nr. 70. 3) Wied.

DEDICATIO ECCLESIAE FRANCOFURTENSIS.

'In vetustis membranis, temere, ut assolet, memoriae causa inspersos hos dedicationis titulos' reperit Chr. Brower et eos edidit Antiq. Fuld. (Antverpiae 1612*) p.* 152*; quos ecclesiae SS. Salvatoris et Mariae Francofurtensis esse docuit V. Cl. E. Dümmler*[1]*, cum Brower ecclesiae Hersfeldensi, Dahl Friteslariensi eos perperam attribuerint.* *O. H.-E.*

852. Sept. 1. Anno dominicae incarnationis 852, indictione 15, mense Septembri, prima die mensis hoc templum a Hludvico nobilissimo rege noviter constructum est et[a] dedicatum per Hrabanum Moguntiacensis ecclesiae antistitem in honorem sancti salvatoris, domini videlicet Iesu Christi, et sanctae Mariae semper virginis et sanctorum 12 apostolorum, martyrum et confessorum atque sanctarum virginum necnon et omnium sanctorum.

NOTAE DEDICATIONUM RHENAUGIENSES.

Sequentes notitiae ex archivo Rhenaugiensi editae sunt a Rev. P. Fridolino Waltenspül, priore Rhenaugiensi, in 'Geschichtsfreund, Mittheilungen d. histor. Vereins der fünf Orte' (Einsiedeln 1846*) III, p.* 217 *sq.* 220*, unde eas repetimus.* *O. H.-E.*

1126. Maii 16. Anno dominicae incarnationis 1126, indictione 4, 17. Kal. Iun. dedicata est ecclesia sancti Galli et sancti Antonini martyris apud Mar[telen[b, 2]] a venerabili Udalrico Constantiensi episcopo in nomine sanctae et individuae Trinitatis et in honore sanctae et victoriosissimae crucis et sanctae Dei genitricis Mariae et praecipue in honore sanctorum Galli et Antonini martyris et aliorum, quorum reliquiae hic continentur, Stephani protomartyris, Cyriaci, Ypoliti, Silvestri, Remacli[c], Magni, Caeciliae, Nataliae virginum.

1130. Maii 9. Anno dominicae incarnationis 1130, indictione 8, 7. Id. Mai dedicata est ecclesia sanctae Margaretae apud Rudelingin[3] a venerabili Udalrico Constantiensi episcopo in nomine individuae Trinitatis et in honore sanctae crucis et sanctae Dei genitricis Mariae et praecipue in honore sanctae Margaretae . . .[d] et aliorum, quorum reliquiae hic continentur: Silvestri papae . . . Valerii episcopi et martyris, Vincentii martyris . . . Caeciliae virginis et martyris, Afrae martyris . . .

1167. Iun. 29. Anno ab incarnatione Domini 1167, indictione 15, 3. Kal. Iulii dedicata est ecclesia sanctarum Felicis et Regulae[4] a venerabili Ottone Constantiensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis, 7 sigillorum nativitatis, baptismi, passionis, sepulturae, resurrectionis, ascensionis et secundi adventus, ac victoriosissimae crucis et in honore Salvatoris et Mariae genitricis eiusdem domini nostri Iesu Christi, sancti Michaelis et omnium supernorum civium, sed et beatorum patriarcharum et prophetarum, specialiter in honore sanctorum martyrum Felicis et Regulae et sanctorum aliorum, quorum reliquiae hic continentur: De cruce Domini, de vestimentis sanctae Mariae, [sanctorum[e]] Petri et Pauli, Andreae apostolorum; Fabiani, Callisti, Sixti [pontificum[e]] et martyrum, Iohannis et Pauli, Laurentii, Pelagii, Pancratii, Gervasii, Protasii, Agapiti, Albani, Theodori, Chrisogoni, Abdon et Sennen martyrum, Chrisanthi et Alexandri, Silvestri papae, Caeciliae [virginis[e] et] martyris.

1210. Iun. 28. Anno ab incarnatione Domini 1210, indictione 13, 4. Kal. Iulii dedicata est ecclesia sancti Udalrici et sancti Conradi[4] confessorum a venerabili Conrado Constantiensi episcopo in honore sanctae et individuae Trinitatis et septem sigillorum nativitatis, baptismatis, passionis, sepulturae, resurrectionis, ascensionis et secundi adventus, ac victoriosissimae crucis et in honore sancti Salvatoris et sanctae Mariae genitricis eiusdem Dei et domini

a) *delendum videtur.* b) *litterae uncis inclusae legi non potuerunt.* c) Remadi *ed.* d) *quaedam legi nequibant.* e) *supplevi, lacuna ab editore indicata.*

1) 'Ostfränk. Reich' ed. 2. I, p. 359 sq. 2) Marthalen (circ. Andelfingen pagi Turicensis). 3) Rüedlingen (comm. Buchberg pagi Scafhusensis). 4) Rhenaugiensis.

nostri Iesu Christi et sancti Michaelis archangeli omniumque supernorum civium, sed et beatorum patriarcharum et prophetarum, et specialiter in honore sanctorum confessorum Udalrici atque Conradi et aliorum, quorum reliquiae hic continentur: Iohannis baptistae, Andreae apostoli, Bartholomei apostoli, Stephani protomartyris, Fabiani papae et martyris, Silvestri papae, Vincentii papae, Blasii episcopi et martyris, Dyonisii episcopi et martyris, Iusti episcopi, Laurentii martyris, Mauritii ducis, Sebastiani martyris, Georgii martyris, Carponii martyris, Firmi et Rustici martyrum, Wenzeslai martyris, Afri martyris, Quiriaci martyris, Benedicti abbatis, Galli confessoris, Magni confessoris, Afrae martyris, Hilariae matris eius, Dignae, Eunomiae et Eutropiae, pedissequarum eius.

NOTA DE DEDICATIONE BERONENSI.

Sequens nota legitur in necrologio ab Iohanne Dörflinger parocho ecclesiae Schwarzenbacensis[1] saec. XV ex. ex antiquiore transcripto, edito a Iosepho Schneller in 'Geschichtsfreund' III, p. 195 sqq. *O. H.-E.*

Anno 1108. dominice incarnationis, 5. Kal. Ianuarii dedicata est hec cripta [in[a] ecclesia Beronensi[2]] a venerabili Constantiensi episcopo Gebehardo III. in nomine domini nostri Ihesu Cristi et in honore sanctorum Innocentium et sancti Mauricii sociorumque eius. Continentur autem hic reliquie sancti Petri apostoli, sancti Mauricii sociorumque eius, sancti Georii martiris, sancti Ypoliti martiris, sancti Sebastiani martiris, sancti Leodegarii martiris. Et eadem dedicatio celebratur crastino Innocentium. Et canitur ad missam: *Terribilis.* 1107. Dec. 28. Dec 29.

NOTAE DEDICATIONUM WETTINGENSES.

Ex codice Wettingensi mbr. 4°, nunc in bibliotheca Aaraugiensi servato, has notas duabus manibus saec. XIII. exaratas descripsit b. m. Ph. Jaffé. *O. H.-E.*

Anno ab incarnatione Domini 1227, 2. Idus Octobris, indictionis prime, fundata est domus sancte Marie in Wetingin[3] sive Maris-stella a nobili viro domno Heinrico de Raprechtiswiler cognomento Wandilber. Qui sive in predio vallis Uren seu in predio in villis Wetingin, Binze et Liupolzeich sito aut etiam in puro auro vel argento ad eandem fundationem in universo contulit valens duo milia septingentas triginta quatuor marcas et unum fertonem argenti. 1227. Oct. 14.

Post hec anno Domini 1256, 17. Kal. Aprilis, indictione 14, a fundatione domus anno 29, sub venerabili patre domno Cuonrado primo huius loci abbate consecrata est hec ecclesia cum maiori altari in honore gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie a reverendo patre ac domno Ebirhardo Dei gratia Constantiensi episcopo. 1256. Mart. 16.

Eodem quoque anno, die crastina, scilicet 16. Kal. Aprilis, ab eodem episcopo quatuor in hac ecclesia sunt altaria consecrata. Primum in medio ecclesie, in choro scilicet conversorum, in honore sancte crucis. Secundum directe in latere eiusdem sinistro in honore beatorum apostolorum Iacobi maioris et Andree. Tercium in latere sinistro maioris altaris iuxta ostium, per quod defunctorum corpora efferuntur, in honore beatorum martyrum Felicis et Regule, Sebastiani martyris, Stephani prothomartyris, Laurentii martyris et omnium martyrum. Quartum similiter in latere sinistro, maiori altari proximum, in honore beati Iohannis ewangeliste et sancti Iohannis baptiste. Mart. 17.

Idem etiam episcopus 15. Kal. Aprilis, tercia videlicet die, anno prefato consecravit capellam infirmorum cum altari suo in honore gloriose Dei genitricis semperque virginis Marie, Michahelis archangeli et omnium angelorum omniumque sanctorum. Eodem quoque die consecravit altare proximum maiori altari ad dexteram in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli omniumque apostolorum. Mart. 18.

Quarta autem die, id est 14. Kal. Aprilis, anno sepedicto prefatus episcopus conse- Mart. 19.

a) in e. B. *recentiore manu inserta.*

1) Monasterio Beronensi tunc subditae. 2) Beromünster in pago Luzernensi. 3) Wettingen abbatia ordinis Cisterciensis prope Baden ad fl. Limmat.

cravit altare secundum ad dexteram maioris altaris iuxta capellam, que est retro librariam, in honore beati Benedicti et sancti Bernardi abbatum omniumque confessorum. Eodem etiam die consecravit altare in dicta capella retro armarium in honore beatorum Nycolai et Martini episcoporum omniumque beatorum pontificum.

Hee sunt reliquie maiori altari incluse: De capillis beate virginis, de sepulchro domini Iohannis baptiste, Andree, Thome, Bartholomei, Mathie apostolorum, Calixti pape et martyris, Cornelii et Cypriani martyrum, Martyni et Nycolai episcoporum, Egidii abbatis, Agathe virginis et martyris, Margarete virginis et martyris, Verene virginis. In altari Petri et Pauli sunt hee reliquie: De sanguine sancti Petri, de ligno sancte crucis, de capite sancti Thome apostoli, Iacobi apostoli, Laurentii martyris, Margarete virginis et martyris, Verene virginis, Odilie virginis. Sunt etiam hee reliquie in altari sancti Benedicti: Benedicti et Bernardi abbatum, Syxti pape et martyris, Cyriaci martyris, Vitalis martyris, Malachie episcopi, Odilie virginis, Walpurge virginis. In altari sancti Nicolai sunt hee reliquie: Nicolai et Martini episcoporum, Bartholomei apostoli, Fabiani pape et martyris, Georgii martyris, Vitalis martyris, Iusti presbytori, Marie Magdalene. Hee sunt reliquie altari sancte Crucis incluse: De sancta cruce, de sanguine Domini, Bartholomei, Iohannis et Pauli, Christofori martyris, Ursule virginis et martyris, Verene virginis. In altari sancti Iacobi sunt hee reliquie: Iacobi maioris et Andree apostolorum, Laurentii martyris, Pancratii martyris, Hermetis martyris, Arbogasti martyris, Notpurge et Barbare virginum. Sunt autem in altari beatorum martyrum Felicis et Regule hee reliquie: De ossibus eorum et vestimentis, in quibus passi fuerunt ipsi beati martyres Felix et Regula, Sebastiani martyris, Stephani prothomartyris, Laurentii martyris, Andree apostoli, sanctorum Innocentum, Gregorii martyris, Oswaldi regis, Galli confessoris. In altari sancti Iohannis ewangeliste sunt hee reliquie: Iohannis baptiste, Clementis pape et martyris, Fabiani pape et martyris, Vincentii martyris, Cyriaci martyris, Theodori martyris, Benedicti abbatis, Walpurge virginis. Hee vero reliquie sunt in altari beate virginis, quod est in capella infirmorum: De vestimento sancte Marie virginis, de corpore sancti Andree apostoli, Christofori martyris, Albani martyris, Nycolai episcopi, Leonardi confessoris, undecim milium virginum, Odilie virginis.

1259. Mart. 18. Post premissam consecrationem ecclesie et altarium triennio evoluto, anno videlicet Domini 1259, 15. Kal. Aprilis consecratum est altare situm directe in dextera altaris sancte Crucis a prefato domino Ebirhardo episcopo Constantiensi in honore beate Marie Magdalene, Katherine virginis et martyris, Verene virginis et omnium sanctarum virginum. Eodem quoque die dictus episcopus consecravit altare precipuum in ecclesia parrochiali Wetingin in honore gloriosissime Dei genitricis semperque virginis Marie et beati Sebastiani martyris, et tam altaris quam ecclesie dedicationem, que prius in Kalendis Augusti agebatur, in octavam dominice resurrectionis transtulit, ipso die octavarum pasche semper in posterum celebrandam, omnibus in die prefate dedicationis ad ipsam ecclesiam occurrentibus 60 dies indulgentie conferendo. Sunt autem hee reliquie altari beate Marie Magdalene antedicto incluse: De capillis Marie Magdalene, Iacobi apostoli, Urbani martyris, Phylippi, de cingulo Katherine virginis et martyris, Verene virginis, Ursule virginis et martyris, Egidii abbatis. Hee vero reliquie sunt in altari sepedicto ecclesie Wetingin: de vitta beate Marie virginis, de sepulchro sancti Iohannis ewangeliste, Sebastiani martyris, Luce ewangeliste, Brandani confessoris, undecim milium virginum, Christine virginis, Sebastiani martyris et aliorum sanctorum.

1274. Iul. 29. Post[a] hec anno Domini 1274, 4. Kal. Augusti consecrata[b] et dedicata est hec capella cum altari suo a venerabili domno Hilthebrando episcopo de Eisteten in honore sancte Trinitatis et sancte Dei genitricis Marie, apostolorum Petri et Pauli, decem milium martyrum crucifixorum, Ursule cum undecim milibus virginum. In cuius altari hee reliquie sunt incluse: videlicet sancti Iohannis baptiste, de dente sancti Christofori martyris, undecim milium virginum, Scolastice virginis, Verene virginis. Quam capellam pridem construxerat bone memorie Hartliebus quondam plebanus et decanus in Mellingin[1] de propriis sumptibus cum calice et missali, cum ceteris omnibus utensilibus et lumine iugiter ardente.

DEDICATIO ECCLESIAE RATHUSENSIS.

Iosephus Schneller hanc notam edidit ex schedis R. Cysati in bibliotheca civium Luzernensi sub Lit. N. fol. 166. *servatis in 'Geschichtsfreund' (Einsiedeln* 1845*) II, p.* 50 *sq.; unde eam repetivimus.* *O. H.-E*

a) *haec altera manu scripta sunt.* b) consecreta *c.*

1) Mellingen ad fl. Reuss.

Anno Domini 1259. dedicatum est hoc monasterium dictum in Rathusen[1] a venerabili 1259.
Eberhardo Constantiensi episcopo in honore gloriose virginis Marie. Eodem die[2] et anno dedicatum est hoc altare maius in honore eiusdem gloriose virginis Marie, sancti Petri apostoli, sancti Iohannis euangeliste et sancti Nicolai confessoris. Et hec sunt reliquie in ipso altari conservate, nempe de ligno crucis Domini, de vestimentis Domini, de vestimentis gloriose virginis Marie, matris eius, de loco in quo Dominus sedit, quando docebat discipulos suos orationem dominicam. Reliquie sancti Petri apostoli, de sepulchro Domini, sancti Maurícii et sociorum eius, sancti Petri Mediolanensis, sanctorum Innocentium, sancti Nicolai confessoris, sancte Lucie virginis et martiris, sancte Apolonie virginis et martiris, sanctarum undecim milium virginum et martirum.

NOTAE DEDICATIONUM FULDENSES.

Notas de capellis Fuldensibus et ecclesiis cellarum et villarum Fuldensium consecratis partim parietibus inscriptas, partim in vetustis membranis reperit et edidit Chr. Brower, Antiquit. Fuld. (Antverpiae 1612*) p.* 151—155. 119 *sq.* 123 *sq., quas, omissis iis, quae iam Poetae Carol. II, p.* 205. 210 *sq. editae sunt, inde repetimus, licet priores quatuor notas Brower non integras exhibuisse videatur.* *O. H.-E.*

Anno 812. dedicata est ecclesia in Slitisse[3] rogatu Baugolphi[4] a Richolpho venerabili 812?
archiepiscopo Moguntiacensis ecclesiae 12. Kalend. Octob. in honorem sanctae Margaretae Sept. 20.
virginis.

Anno 815.[a] dedicata est ecclesia in Cellis[5] ab Heistulpho Moguntiacensi archiepiscopo 815?
rogatu Raitgeri Fuldensis ecclesiae abbatis in honorem domini nostri Iesu Christi et sancti Bonifacii martyris, sancti Iohannis[b] baptistae, sanctorum Petri et Pauli, Martini, Benedicti, Caeciliae.

Anno 820.[c, 6] dedicata est ecclesia in Ludera[7] ab Haistulpho Moguntiacensi archiepi- 820?
scopo rogatu Eigil abbatis in honorem sanctae Mariae Dei genitricis, sancti Petri et sancti Sebastiani martyris.

Anno dominicae incarnationis 886.[d] dedicata[e] ecclesia in Salchenmunster[8] rogatu 886?
Huoggi[9] Fuldensis abbatis a Liutperto[f] Moguntiacensis ecclesiae archiepiscopo 12. Kalend. Sept. 20.
Octob. in honorem domini nostri Iesu Christi, sancti Petri, sanctorum Iohannis[b], Marci, Bonifacii etc.

Anno dominicae incarnationis 936, indictione 9, 8. Idus Iunii dedicatum est hoc ora- 936. Iun. 6.
torium[10] ab Hildeberto Moguntinae sedis summo pontifice rogatu pii patris Hadamari, qui hoc Christi ovile 13[11] annis rexit et hoc sacellum construere iussit in honore domini nostri Iesu Christi et in veneratione sancti Petri apostoli et sancti Georgii martyris.

Dedicatum est hoc regale sacellum[12] 4. Non. Iun. a beato Uodalrico Augustae civitatis

a) al. 825, sed mendum in numero manifestum Raitgerio pridem amoto *Brower in marg. Ratgarius a.* 817. *amotus, iam a.* 820. *obiit.* b) Ioannis *Br.* c) al. 850. mendose *Br. in marg.* d) DCCCXC. *in textu, sed* al. 886. mendose *Br. in marg.* e) *supple* est. f) Luitperto *Br.*

1) Rathhausen ad fl. Reuss prope Luzern, coenobium monialium Cisterciensium. 2) Dies antea non indicata est. 3) Schlitz in magno ducatu Hassiaë; haud procul a Fulda fluvio. 4) Fuldensis olim abbatis, qui a. 802. abbatia se abdicavit. Quod eius rogatu a. 812. ecclesia dedicata est, Brower p. 151. ita explicavit, ut eum coniiceret 'sic exiisse potestate, ut interea loci non prorsus ageret exors publicorum munerum'. 5) Parthenone virginum (prope Fuldense coenobium). BR. 6) Brower addit uncis inclusa: *cum superiore primariam consecrasset basilicam.* 7) Gross Lüder ad rivum Lüder. 8) Salmünster ad fl. Kinzig. 9) Huoggi post a. 887. demum abbatiam suscepit, Liutpertus sedit a. 863—889, haec igitur concordari nequeunt. 10) S. Georgii Fuldense. Ita enim Brower p. 154: *Ad Fuldana regredimur, ubi praeteriri nolim illustrem inscriptionem Georgiani parum comperti sacelli.* 11) *VIII* pro *XIII* scribendum videtur. Hadamarus a. 928—956. monasterium Fuldense rexit, a. 936. igitur octo annis sedit. 12) In orientali parte basilicae Fuldensis a Werinhario abbate cum Paradiso aedificatum. Brower p. 123: *Laetum fuit in huius oratorii semirutis parietinis dedicationis monumentum, elegantissimis litterarum notis incisum, oculis obire, etsi occiduum latus aberat, quo numerus annalis olim comprehensus videtur.* Qui fuit inter a. 968—973, Udalrico sedente a. 923—973, Werinhario abbate a. 968—982.

episcopo . . . . . . [in hon]orem Christi domini sanctique baptistae Iohannis[a], rogatu reverendi abbatis Werinharii . . . . . .

1092. Dec. 2. Anno incarnationis dominicae 1092, indictione 15, dedicata est ecclesia[1] in cimiterio 4. Non. Decembrium, rogante huius loci 27. abbate Ruthardo, 18. regiminis eius anno, a Foleramo[b] Mindensi episcopo in honorem domini nostri Iesu Christi sanctaeque Dei genitricis et semper virginis Mariae et sancti Michaelis archangeli et omnium sanctorum angelorum et archangelorum.

1168. Nov. 20. Anno dominicae incarnationis millesimo 168, indictione 2, 12. Kal. Decembris dedicatum est hoc oratorium[2] a Werinhero venerabili Mindensi episcopo rogatu Burchardi abbatis in honorem sancti Salvatoris et sanctae Mariae semper[c] virginis sanctique Iohannis baptistae et omnium 12 apostolorum et beati Stephani protomartyris Christi et sancti Bonifacii pariterque in honorem aliorum plurimorum sanctorum martirum[d], confessorum, virginum, quorum sacrosanctae reliquiae hic sub praefato die venerabiliter sunt reconditae atque locatae; quorum etiam nomina, quoniam in hac annotatione non potuerunt contineri singula, alibi sunt, prout consequens erat, ordine suo pleniter ex integro descripta.

---

819. Ian. 17. Anno dominicae incarnationis 819, indictione 12, mense Ianuarii, 16. Kalend. Febr. dedicatum est hoc templum[3] ab Altuino episcopo Eihstatiensis ecclesiae in honorem sancti Salvatoris, domini videlicet nostri Iesu Christi, et sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Iohannis[a] baptistae et sancti Petri apostoli et ceterorum apostolorum Domini et sancti Bonifacii martyris Christi et aliorum plurium martyrum, confessorum et sanctarum virginum.

DEDICATIO ECCLESIAE IN TELFS.

Notis de ecclesiis dioeceseos Brixinensis consecratis, supra p. 1110 *sq. editis, addenda est haec, quam obtulit nobis benigno animo V. Cl. O. Redlich, descriptam ex folio membraneo ecclesiae parrochialis in Telfs*[4]. *Qui eandem edidit in 'Archivberichte aus Tirol' I, p.* 24. *O. H.-E.*

1113. Oct. 2. Anno incarnationis[e] domini nostri Iesu Christi millesimo 113, indictione 7, consentiente Brixinensi electo Hugone, hec superior[f] capella ab Eginone constructa 6. Non. Oct. a venerabili Gebehardo Tridentinae sedis episcopo consecrata est in honore[g] domini nostri Iesu Christi et sanctae Marie perpetue virginis et sancte crucis et sancti Michaelis archangeli et omnium angelorum et sancti Iacobi[h] apostoli et sancti Blasii et sancti Nicolai et omnium sanctorum. Continentur autem in ea reliquie sanctorum: de veste Domini, de cruce[i] Domini, de sepulcro Domini, de veste sanctae Marie; sanctorum apostolorum Petri, Pauli[k], Andree[l], Iacobi; sanctorum martyrum Laurencii, Stephani, Georii, Blasii, Pancracii, Floriani, Vigilii, Sisinni, Alexandri, Martirii[m], Victoris, Exuperi, Candidi; sanctorum confessorum Silvestri, Martini, Nicolai, Zenonis, Lazari; sanctarum virginum Margaretae, Agathae.

a) Ioannis *Br.* b) *corrige* Folcmaro. c) seper *Br.* d) martiirum *Br.* e) incarnaonis, ao *e corr. c.* f) superiorum *c.* g) nore *corr.* honore *c.* h) ac. *corr.* Iac. *c.* i) crue *corr.* cruce *c.* k) Pali *corr.* Pauli *c.* l) Andee *corr.* Andree *c.* m) Martini *corr.* Martirii *c.*

1) S. Michaelis in cimiterio Fuldensi. 2) S. Stephani apud hospitale Fuldense. Brower p. 155: *Cuius dedicationis monumentum interiore parietum fronte litteris praeclare consignatur.* 3) Cellae Sualonis vel Solae (Solnhofen), monasterio Fuldensi subditae, in dioecesi Eichstetensi sitae, hoc esse templum recte interpretatus esse videtur Brower p. 155. Qui non indicavit, ubi hanc notam invenerit. 4) Quae villa sita est in sinistra ripa Oeni fluvii, supra Innsbruck. Cf. G. Tinkhauser, 'Topogr.-hist.-statist. Beschr. d. Diöc. Brixen' III, p. 150 sqq.

SUPPLEMENTA TOMI XIII.

ANNALES PRUMIENSES.

ED. O. HOLDER-EGGER.

G. Loewe b. m. in codice bibliothecae publicae M a t r i t e n s i s *signato L* 95. *cyclis paschalibus f.* 7 *sqq. adscriptos Annales a.* 122—1044. *invenit, quos iure Prumienses vocare licet. Nam certe prior annalium pars usque ad a.* 922. *aut Prumiae scripta*[1] *aut ex Prumiensibus transcripta est, cum usque ad hunc annum abbates Prumienses ibidem adnotati sint. Sed posterior pars a.* 923 —1044. *potius in dioecesi Leodiensi scripta esse videtur*[2]. *Priorem annalium partem duabus maxime manibus exaratam esse dicit Loewe*[3], *sed quae utraque hac manu scripta sunt, omnia fere ex eodem exemplari annalium vetustiorum sumpta sunt. Nam haec a.* 714—814. *proxime ad Annales Laubacenses*[4] *accedunt, modo tamen cum Annalibus S. Amandi antiquis*[5], *uno loco cum Ann. Tilianis*[6], *qui omnes eodem annalium exemplari nituntur, magis congruunt, ut appareat ex exemplari a Laubacensibus diverso, sed eis simillimo hanc partem sumptam esse, quare in margine eos annales adnotavimus, quibuscum quaeque nota maxime convenit.*

Annalibus Stabulensibus[7] *cum his collatis apparet hanc partem Annalium Prumiae auctam et usque ad a.* 860. *continuatam in antiquiore libro exstitisse*[8], *ex quo in Ann. Stabulensibus transcripta sit*[9]. *Sed in hos ea maxime transierunt, quae in Ann. Prum. prima manu scripta sunt*[10], *unde Loewe recte*

1) In folio quodam kalendarii tegumento codicis glutinato legitur ad VII. Kal. Aug.: *Dedicatio Sancti Salvatoris in Prumia*, unde codex huius monasterii quondam fuisse videtur. 2) In hac enim parte praesertim episcopi Leodienses et archiepiscopi Colonienses sibi succedentes notati sunt. Fortasse Richarius abbas codicem Prumia secum tulit, cum a. 922. episcopus Leodiensis factus est. 3) Qui non indicavit, quo tempore utramque manum scripsisse censuerit. Codex saec. X. exaratus esse dicitur, sed nescio an prima manus potius saec. IX ex. scripserit, postremae enim notae, quas Loewe eidem tribuit, sunt a. 855. 883. Secundae manui Loewe etiam notas a. 962—965. attribuisse videtur. 4) SS. I, p. 7—10. 12. 13. 15. 5) SS. I, p. 6—12. 6) SS. I, p. 6—8. Non recte Wattenbach dixit 'N. Archiv' XII, p. 404, n. 1. hos annales proxime ad Ann. Tilianos accedere, quibuscum tantum usque ad a. 737. conveniunt. 7) SS. XIII, p. 39 sqq. 8) Iam nempe e prima nota Ann. Prumiensium: 122. *Item Antoninus* cognoscis antiquius exemplar exstitisse, in quo prior Antoninus praecessit, et in Ann. Stabul., qui pleniorem seriem imperatorum praebent, legis: 138. *Antoninus*. 160. *Item Antoninus*. Unde illorum fontem in his transcriptum esse intelligis. 9) Quod apparet, cum Ann. Stabul. a. 826. 859. notas de abbatibus Prumiensibus, quae et in nostris leguntur, habeant. 10) Ab a. 538—820. ea tantum in Ann. Stabul. inveniuntur, quae in Ann. Prum. prima manu scripta sunt, praeterea vero quae secunda manu scripta a. 122. 141. 154. his praecedunt et quae a. 828. 853. 860. sequuntur.

duas antiquas manus discrevisse videtur. His, ut Loewe bene monuit, nonnulla postea addita sunt, quae neque in Ann. Laubac. neque in Ann. Stabul. leguntur, sed aliunde petita sunt, cum Ann. Fuldensibus maxime conveniunt. Haec minoribus litteris (mediae formae) exprimenda curavi.

Ab a. 847—900. *hi annales cum Reginonis chronico maxime conveniunt, neque tamen ex eo excerpti sunt, sed simile eorum exemplar Regino habuisse videtur. Quae deinde ab a.* 910—965. *sequuntur, in aliis annalibus non leguntur, ultima nota a.* 1044. *in Annalibus Leodiensibus invenitur.*

Apographum codicis Matritensis ab A. Goldmann viro cl. W. Wattenbach transmissum ab eo, iis quae exciderant optime suppletis, editum et adnotationibus illustratum est 'N. Archiv' XII, p. 403—407.

His subieci quos dixi Annales Prumienses brevissimos, quorum prior pars a. 906—919. *ex Ann. Hersfeldensibus derivata, Reginonis chronico manu saec. XII. subiecta est in codice olim Prumiensi, nunc civitatis Treverensis nr.* 1286, *altera pars a.* 1226—1238. *coaeva manu in calce eiusdem voluminis scripta est. Quos edidit G. Waitz, 'Archiv' XI, p.* 300. *Sed Prumiensia nulla eis insunt. Altera pars potius in dioecesi Coloniensi scripta esse videtur. O. H.-E.*

cf. A. Stab. 160. 122. Item Antoninus.
ib. 178. 141. Commodus.
ib. 192. 154. Elvius.
ib. 538. Eclipsis[a] solis[b, 1].
ib. 540. Eclipsis[a] solis[b, 1].
cf. A Fuld. 714. Pippinus[c], filius Ansgisi, obiit.
cf. A Laub. Grimoldus obiit.
ib. 715. Leo[a] imperium[d] suscepit.
A. Stab. 714. 716. Karolus[a], filius Pipini, regnare[e] cepit.
A S. Am. 717. Bellum inter Karolum et Regenfridum apud Iuliacum[f] in quadragesima, die dominica.
ib. 719. Ratbodus rex Fresonum divino nutu percussus.
ib. 720. 721. Karolus bellum habuit adversus Saxones.
ib. 725. Karolus dux primum fuit in Baioarias.
ib. 730. 727. [Ka]rlus[g] perrexit in Alamaniam [contr]a Lantfridum.
ib. 731. 728. [Ka]rlus fuit in Wasconiam [advers]us Eudonem.
ib. 732. 730. [Ka]rlus dimicavit contra [Sarra]cenos.
ib. 733. 731. [Ka]rlus cum exercitu ve[nit in] Wistracho.
A. Laub. 734. 732. [Ka]rlus cum exercitu venit in Wasconiam.
A S. Am. 736. 734. [Ka]rlus dimicavit contra [filios] Eudonis.
A. Til. 737. 736. [Ka]rlus[h] iterum dimicavit contra Sarracenos.
cf. A. Stab. et Laub. 741. [Ka]rolus[a] defunctus[i] est, [fil]ius[c] Pippini. [K]arlomannus[a] et [Pi]ppinus regnare ceperunt[k]. Leo imperator[d] defunctus est. Constantius, filius eius, regnare cepit[k].
744. [Co]niunctio Pippini regis et Bertrade regine[2].
ib. 745.[l] [Ka]rlomannus[a] [Ro]mam perrexit, monachus[c] effectus est.
cf. A. S. Am. et Laub. 748. [Gr]ifo fuit in exilium. [Pi]ppinus in regem [unc]tus est Suessionis.
cf. A. Stab. et S. Am. 754. [K]arlomannus obiit[a]. [St]ephanus papa venit [in] Frantiam.
cf. A. Laub. 755. [P]ippinus rex [cum] Francis in Italiam per[re]xit.
cf. A. Stab. et Laub. 760. Ecclipsis[a] solis[b].
ib. 764. Eclipsis[a] solis[b].
ib. 768. Pippinus[a] rex obiit 9.[m] Kal. Oct., filius[c] Karoli.

a) *haec prima manu scripta teste Loewe (reliqua, quibus nota non apposita est, secunda manu scripta).* b) s̄ *c.* c) *haec, quae minoribus litteris expressa sunt, alia manu post add.* d) imp̄ *c.* e) Pipin̄ r̄ *c.* f) *sic c.; lege* Vinciacum. g) *uncis inclusa aut abscissa aut legi nequiverunt.* h) *non patet, num haec a.* 735. *an a.* 736. *adscribenda sint.* i) defunc̄ *c.* k) r. c. *c.* l) *num haec ad a.* 746. *pertineant, dubitavit Loewe; sed ad a.* 745. *A. Stab.* m) *sic* (VIIII) *Loewe;* VIII *legendum.*

1) Cf. Ann. S. Maximini, SS. IV, p. 6. et S. Vincentii Mett. infra p. 1294. editos. 2) Haec nusquam alibi leguntur. Ann. Bert., SS. I, p. 136, haec ad a. 749. referunt.

771. Karlomann[us][a], filius[b] Pippini, 2. Non. Oct. [obiit]. cf. A. Stab. et Laub.
772. Adrianus[a] pontificatum[c] suscepit Kal. Feb. ib.
783. Hildigart[b] regina obiit et Berhta, mater Karoli. cf. A Fuld
788. Eclipsis[a] solis[d]. cf. A. Stab.
794. Fastrat[b] regina[e] obiit. cf. A Fuld.
796. Adrianus[a] papa defunctus[f] V[III. Kal. Ian.]. cf. A. Stab et Laub.
800. [Liut]gart[b] defuncta est. cf. A. Fuld
801. [Domnus][a] Karlus imperator [fac]tus est. cf. A. Stab et Laub.
807. Eclipsis[a] solis[d]. ib.
810. Eclipsis[a] solis[d] bis. ib.
[Pippi]nus[b] rex Longobardorum obiit [et Hr]uodthrud filia imperatoris. cf. A. Fuld.
811. [Karolus][b] filius imperatoris obiit. ib
812. Eclipsis[a] solis[d]. cf. A. Stab et Laub.
813. [Domnus][a] Karolus imperator obiit. Hludowicus, filius eius, in imperium successit. ib
818. [Ber]nhart[b], filius Pippini, obiit [et I]rmingart regina. cf. A. Fuld.
820. Eclipsis[a] lunae[g]. cf A Stab.
828. [Ta]ncradus abba[1] obiit, et [Ma]rcuardus ei[h] successit. ib 826 et Reg 829.
839. Pippinus[b], filius Hludowici imperatoris, obiit. cf Fuld. 838.
840. Hludowicus[b] imperator obiit 12. Kal. Iul. Eclipsis solis mense Mai die 5. ib.
841. Facta[i] est strages magna in campo Fontenih[k].
847. Tietgaudus episcopus[2] constituitur. cf Reg.
851. Obiit Ermengardis regina. ib.
853. Eigil abba[1] constituitur. Urbs Turonica incendio crematur a Normannis, simul [et] precellentissimi [pon]tificis Martini[l] ecclesia in[cenditur]. cf A. Stab. et Reg.
855. Hludharius[a] senior[b] rex obiit 3. Kal. Oct. cf. Reg.
Lotharius, filius eius, in regnum successit.
860. Ansbaldus[1] abba constituitur. cf A Stab. et Reg.
870. Obiit[i] Hlotharius iuvenis. 869.
874. [Lo]custarum inestimabilis [mult]itudo totam pervastavit [Galli]am. cf. Reg 873.
876. [Hlu]dowicus[m] rex [obiit. Fact]um est bellum in Megi[nev]eld[3]. [Be]llum[n] Andrinaco 8. Idus Oct. ib.
Karolus imperator [rev]ertens ab Italia obiit [in] mense Octob., succedente [in r]egno filio Ludowico. 877.
878. Eclipsis magna lune, uno eodemque mense similiter eclipsis solis orribilis. ib.
880. Carromannus moritur. ib.
881. Carolus imperator efficitur. ib.
882. Gens Normannorum totum regnum Francorum incendio cremavit. Eodem anno Ludowicus, frater Caroli imperatoris, moritur.
883.[o] Hludowicus[a] rex.
885. [Obiit Li]utgart[p] regina.
886. [A]nsbaldus[q] abba obiit, et Fara[bertus] ei[r] successit. ib.
Et Carolus [impe]rator tertius huius nominis obiit 2. Id. Ianr. ib. 888.
887. [C]arolus[i] caesar.
888. [Ar]nulfus rex constituitur.
892. [R]egino abba constituitur . . .[s] Kal. Iun.

a) *haec prima manu scripta teste Loewe (reliqua, quibus nota non apposita est, secunda manu scripta).* b) *haec, quae minoribus litteris expressa sunt, alia manu post add.* c) pontif̄ *c.* d) s. *c.* e) regin̄ *c.* f) defunc̄ *c.* g) l. *c.* h) eius *c.?* i) *haec alia manu, quae hucusque non occurrit, add.* k) V. *add. c., an* V[II. Kal. Iul.]? l) Mortini *c.* m) *Loewe dubitavit, num haec alia manu post addita a.* 876. *adscribenda sint.* n) *num ad a.* 878. *an ad a.* 876. *haec adscribenda sint, Loewe dubitavit.* o) *Loewe dubitavit, num haec ad a.* 882. *adscribenda sint.* p) *haec alia manu post addita, num ad hunc annum pertineant, Loewe dubitavit, qui* utgust reḡ *legit; coniecit Waitz.* q) urbald̄ *legit Loewe, qui dubitavit, num haec ad a.* 883. (885?) *an ad a.* 886. *pertineant.* r) eius *c.?* s) *numerus absc. in c.; nescitur, quid supplendum sit.*

1) Prumiensis. 2) Treverensis. 3) Est idem proelium, quod nota altera manu scripta Andrinaco factum esse dicitur. Regino, SS. I, p. 539: *in pago Meginense non longe ab Andrenaco castello.*

cf. Reg. 895. Zuendibolh regno Lotharii preficitur.

ib. 899. Richarius abba efficitur; et Arnolfus imperator moritur 3.[a] Kal. Dec.

ib. 896. [Ar]nulfus imperator efficitur.

ib. 898. [O]do rex moritur 3. Non. Ianuar.

ib. 900. Hoc anno Zuendibolh occisus est Id. Agus.[b]

910. [U]ngari contra German[os] pugnant.

911. [I]tem Ungarii totam Orien[talem] Frantiam devastantes nec[non] partem Gallie, que citra Renum est, cum preda magna sine [damn]o ad propria sunt reversi. [Eod]em etiam anno Ludowicus[1] rex regnum Lotharii suscepit Kal. Nov.

922. Richarius Rome in sede Tungrensi episcopus ordinatur 2. Non. Novemb., et Hildradus eodem anno in Prumia abba efficitur 3. Non. Marc.

923. Bellum inter Ca[ro]lum et Rotbertum [apud] urbem Suessionis d[ie 17. Kal.] Iul. consertum fuit; in q[uo] Rotbertus iusto Dei iuditio [cum plu]ribus de suis ruit. Eod[em] anno Heribertus tiran[nus] Carolum regem sacramen[ti] dolo circumventum [sub] obtentu eum recipi[endi] in regno ad se ven[ire] fecit captumque custo[diae] mancipavit. Eodem anno Heinricus Saxo[num] et Orientalium Franco[rum] rex quosdam optimate[s de] regno Lotharii sibi in [fide]les spontaneos recepit; [qui] dedignati sunt Rodulfi fi[eri] fideles, qui suo domi[no eos] privabat.

936. 938.[c] Hic[d] Otto rex gloriosus constitutus est gubernator Francorum atque Saxanum[e].

945. Richarius episcopus[2] obiit.

953.[f] Kal.[d] Octobris [Bruno], frater imperatoris, ordinatus est archyepiscopus Coloniae, et Ratherius episcopus[2] eligitur.

953. 954. Farebertus episcopus[2] obiit 3. Kal. Septembris.

956. [Ba]ldricus[d] Leodicensis ęcclesiae [episcopus] ordinatur.

959. 957.[g] [12. Ka]l.[d] Mai [Bal]dricus Leodicensis civitatis [episcopu]s obiit, et Everacrus ordi[na]tur episcopus.

962. [O]tto rex Francorum [et Sa]xonum Romam perrexit [et] imperator effectus est [ab] apostolico Iohanne.

964. [Go]defridus dux Francorum[3] . . . . . .[h] in Italia obiit.

965. Imperator Otto reversus est a Roma et celebravit pasca Domini [7. Kal. Apr.] in Engelheim, postea Coloniam profectus est; ibique mater sua Mathilda ad eum venit, et soror sua regina Gerberga cum filio suo Lothario rege ad eum venit. Eodem anno Lotharius rex filiastram[4] imperatoris sibi in coniugio sotiavit.

965. [XV]III. Kal. Septembr. conver[sa est] luna quasi in sanguinem, [quae] et ipsa nocte erat 14. [Eo]dem anno Bruno, frater imperatoris [et] Coloniensis civitatis episcopus, [qui] erat dux Francorum, obiit; [post qu]em mox successit Poppo[5] [i]n cathedra pontificali [p]ositus.

1044. Rex[i] Heinricus Obbo[n]em cum paucis de bello fugavit et lanceam, [in]signe regis, cepit. [P]etrum vero, quem Obbo [e]xpulerat, in regno [r]estituit[6].

ANNALES PRUMIENSES BREVISSIMI.

Anno dominicae incarnationis 906. Ungarii vastaverunt Saxoniam[7].

Anno dominicae incarnationis 908. Liutboldus dux occisus est ab Ungariis.

Anno dominicae incarnationis 909. Burchardus dux occisus est ab Ungariis.

Anno dominicae incarnationis 910. Lůd[owicus] rex pugnavit cum Ungariis.

Anno dominicae incarnationis 912. Obiit Lodowicus rex, et Cůnradus, filius Cůnradi comitis, quem Albertus occidit, ei successit.

a) *sic recte c.; 'N. Archiv' XII, p. 406. falso* IIII *impressum est.* b) agš *c.* c) *num haec ad a.* 938. *an* 939. *adscribenda sint, dubitavit Loewe.* d) *haec alia manu scripta sunt.* e) *sic c.* f) *num haec ad a.* 954. *adscribenda sint, dubitavit Loewe.* g) *num haec ad hunc annum pertineant, dubitavit Loewe.* h) *fortasse dies emortualis hoc loco legebatur. Walt.* i) *num haec, quae alia manu post addita sunt, ad a.* 1044. *an ad a.* 1045. *pertineant, dubitavit Loewe.*

1) *Karolus* legendum; cf. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' ed. 2. III, p. 572, n. 1. 2) Leodiensis. 3) Lotharingiae. 4) Emmam. 5) Folcmarus altero nomine vocatus. 6) Eadem ad verbum convenientia in Ann. Leod., SS. IV, p. 19, leguntur, falso ad a. 1043. 7) Haec excerpta sunt ex exemplari quodam ex Ann. Hersfeld. derivato. Cf. Ann. Hild., Lamb., Weissenburg., SS. III, p. 52 sq.

Anno dominicae incarnationis 914. Obiit Otto dux Saxonie.

Anno dominicae incarnationis 915. Ungarii vastando pervenerunt usque ad Fuldam.

Anno dominicae incarnationis 919. Cůnradus rex obiit, et Henricus, filius Ottonis ducis Saxoniae, cognomento Humilis ei successit.

Anno 1226. Lud[owicus] rex Francorum contra Albienses vadit, ubi cum multis comitibus et principibus regni et episcopo Remense[1] vel perit.

Anno 1228. Innumerabilis multitudo cruce signatorum Ierusalem profecti sunt. Honorius papa obiit; cui succedit Gregorius. Otto episcopus Traiectensis cum multis nobilibus et ministerialibus ante Kufardiam[a. 2] miserabiliter occisus est. Fridericus imperator a Gregorio excommunicatus est.

Anno 1228.[b] Fridericus imperator cruce signatus excommunicatus denunciatur.

Anno 1229. . . . . . .[c] cum civitate Ierusalem Friderico imperatori redditur[d]. Eodem anno Fridericus imperator rediit de transmarinis partibus.

Anno 1230. Gregorius papa et Fridericus imperator reconciliati sunt . . . . . .[e] Multi hereticorum in provinciis . . . . . .[e] Mog[untina] et Coloniensi vivi combusti sunt.

Anno 1238. Henricus Coloniensis episcopus obiit.

ANNALES LAUDUNENSES ET S. VINCENTII METTENSIS BREVES.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Codex ***Meermanianus*** *in bibliotheca Phillipsiana nr.* 1830. *signatus, mbr. fol.,* 12 *foliis constans, f.* 4—10'. *cyclos paschales a.* 532—1063. *continet a.* 874. *scriptos, quibus multis manibus breves annales adscripti sunt. Quae prima manus intulit a.* 538—840. *omnia ad verbum cum Annalibus S. Maximini, SS. V, p.* 6, *qui eisdem cyclis paschalibus prima manu adscripti sunt, conveniunt, et haec ab a.* 708—840.[3] *ex Annalibus S. Columbae Senonensis, SS. I, p.* 102 *sq., sumpta esse B. Simson monuit; unde haec minimis litteris exprimenda curavi. Dehinc complures manus saec. IX ex. et X. annales notas adscripserunt, quae res Laudunenses maxime tangentes, ostendunt codicem hunc Lauduni exaratum et ibidem usque post medium saec. X. servatum esse*[4]. *Et nota a.* 843, *quam secunda manus*[5] *Laudunensis intulit, etiam in Ann. S. Maximini altera manu exarata legitur, ubi etiam a.* 865. 876. *notae Laudunenses inveniuntur; unde apparet hunc etiam codicem Lauduni exaratum et aut nostrum ex hoc, ut statuere mallem, aut hunc ex codice Meermaniano, aut utrumque ex tertio quodam exemplari transcriptum esse.*

Monasterio S. Vincentii Mettis a. 968. *condito, codex Meermanianus in hoc coenobium translatus est*[6], *ubi diversae manus annales breves a.* 970—1056. *adscripserunt, quorum pauculae notae cum Ann. S. Vincentii SS. III, p.* 156 *sqq.*

a) Nufardiam *haud certe Waitz legere sibi videbatur in c.* b) 1218. *c.?* c) *erasum,* Terra Sancta *legendum videtur.* d) reddit *c.?* e) *quaedam erasa sunt c.*

1) Willelmo II. 2) Koevorden. 3) Exceptis notis a. 731. 778, quae in Ann. S. Columbae non exstant, sed et in Ann. S. Maximini et in his Ann. leguntur. Et iidem notas a. 538. 540. prima manu scriptas communes habent. 4) Coniicio eum fuisse Adelelmi decani, de quo v. p. 1295, n. 1. 5) Quae iam ad a. 819. et a. 847. 857. 875. notas Laudunenses adscripsit. 6) Codex recenti tempore compactus est, unde nulla antiqua nota, tegumento procul dubio olim inscripta, indicatur, cuius ecclesiae hic codex fuerit, sed hoc saeculo stilo cerussato inscriptum est: *Ex Bibl. abb. S. Vincentii de Metz.*

editis conveniunt, etiam in priori parte annalium a. 565—658. *quaedam addiderunt, quae litteris mediae magnitudinis expressi.*

Ipse hos annales exscripsi et, quod facillime fieri potuit, adnotavi, quae singulis manibus addita sint, monens omnia prima manu scripta esse, de quibus nihil indicavi. *O. H.-E.*

cf. A. S.Max. 538. anno e[clypsis][a] solis facta est 14. K[al. Mart.][1] ab hora prima usque ad [tertiam].

ib. 540. anno eclyp[sis] solis facta est 12. Kal. [Iul.], et apparuerunt stellae [pene] hora dimidia ab ho[ra tertia[b]].

565. Iustinianus[c] imperator moritur; cui succedit Iustinus minor.

576. Tyberius[d] Constantinus imperator.

583. Mauricius[d] imperator.

604. Focas[e]. Gregorius papa obiit[d].

612. Heraclius[d] imperator.

Baeda III, 8. 640. Eadbaldus[f, 2] rex Cantuariorum transiens ex hac vita Earconberto filio suo gubernacula reliquit[g]. Que ille suscepta 24 annis et aliquod mensibus nobilissime tenuit. Hic primus regum Anglorum in toto regno suo idola relinqui ac destrui, simul et ieiunium 40 dierum observari principali auctoritate precepit.

658. Constantinus[c], filius Constantini regis superioris. Agato papa.

674. Iustinianus[c] minor, filius Constantini.

cf. A. S.Max. et S. Col. 708. anno. Pri[nceps] Francorum[h] Drogo obiit.

ib. 709. Primum Pipi[nus] in Alamanniam contra [Wil]harium ducem.

ib. 711. Hildebertus r[ex obiit].

ib. 714. Pipinus [obiit].

ib. 715. Dagobertus r[ex obiit].

ib. 716. Primum pug[navit] Karolus dux contra R[atbodum] ad Coloniam.

cf. A. S.Max. 731. Beda Venera[bilis p]resbyter doctor Anglorum.

ib. et A. S. Col. 741. Karlus princeps obiit.

ib. 742. Karlemannus et Pipinus [contr]a Hunoldum perrexerunt.

ib. 750. Pipinus electus est in [regem] et Hildericus [tonsur]atus.

ib. 764. Pipinus rex [obiit, et] Karlus[i] et Karlemannu[s reg]num suscipiunt.

ib. 767. Karlem[annus obiit].

cf. A. S.Max. 778. [Hlu]dowicus natus est.

cf. A. S.Max. et S. Col. 804. Alcuinus abba[3].

ib. 806.[k] pridie Non. Iun., luna [14, si]gnum crucis mirabili [modo in] luna apparuit hoc [modo] #[l] feria 5[ta], prima [aurora] incipiente. Eodem anno [3. Kal.] Septembris, luna 12[a], die [domini]co, hora 4[ta], corona mira[bilis in c]ircuitu solis apparuit.

ib. 809, indictione 2[a], [17. Ka]l. August., feria 2[a], incipiente [hora di]ei 5[ta], eclypsis solis ap[paruit], luna 29.

ib. 814. Karlus[i] imperator [obiit], et Hludowicus im[perium] suscepit.

819.[m] [Martinu]s[n, 4] Hiberniensis nascitur, post futurus exu[lans ma]gister Laudunensis.

ib. 833. Hludowicus [imper]ium amisit, et Hlotharius [illud] suscepit. Item 8[34].[o] Hludowicus recepit.

ib. 840. Eclypsis solis [facta est] feria 4[ta] ante ascensi[onem][5].

cf. A. S.Max. 843. Manno[n] scolasticus Laudunensis nascitur[6].

841. 844. Bellum[p] ad Fontenit.

847.[q] Bernardus[n] scolasticus Laudunensis nascitur.

857.[r] Pardulus[n] beatae memoriae episcopus[7] in Christo dormivit.

866. Karolus[n] minor regulus Aquitaniae moritur.

a) *uncis inclusa a bibliopega cum margine foliorum recisa sunt.* b) *abscisa.* c) *haec manu sedecima saec. XI. scripta sunt.* d) *haec manu decima saec. XI. scripta sunt, quae et infra a.* 974. 983. *scripsit.* e) f'ocas *c.* f) *haec manu undecima saec. XI. scripta sunt.* g) *post haec littera* (Q?) *erasa.* h) fraicorum *eadem manu corr.* francorum *c.* i) Karl *c.* k) *numerus abscisus est; inter a.* 805. *et* 806. *in marg. haec adscripta sunt.* l) *sinistra trabs crucis cum voce praecedente abscisa est.* m) *ad hunc annum haec adscripta esse signo indicatur.* n) *haec secunda manu saec. IX. scripta.* o) DCCC . . . *c.*, XXXIIII *abscisum.* p) *haec tertia manu scripta sunt.* q) *signum ad a.* 846. *positum erat, sed ibi erasum et ad a.* 847. *scriptum.* r) *huic anno haec adscripta sunt.*

1) Potius 15. Kal. Mart. (Febr. 15) a. 538. eclipsis solis fuit. 2) Haec ex Baedae Hist. eccl. Angl. III, 8. ad verbum transcripta sunt. 3) Scil. *obiit,* ut Ann. S. Columbae et S. Maximini habent. 4) Nescio an is, de cuius nomine hoc loco tantum littera finalis *s* superest, infra a. 875. *tinus* restat, sit Martinus, qui scripsit lexicon Graeco-Latinum in cod. Laudunensi nr. 444; cf. 'Catal. des mss. des départ.' I, p. 234; Cyrilli Philoxeni Gloss. ed. Labbaeo (Paris. 1679) praef. 5) Die Maii 5. Hucusque omnia quae prima manu scripta sunt ad verbum cum Ann. S. Maximini conveniunt. 6) Etiam Ann. S. Maximini ad hunc annum habent: *Manno nascitur,* qui infra a. 876. de eodem alteram notam praebent. 7) Laudunensis.

Sunt[a] nunc ab incarnatione Domini usque ad presentem annum anni 874, ab initio autem mundi usque ad presentem annum sunt anni 4826.

875.[b] [Hlu]dowicus[c] rex Italorum moritur.

[Mar]tinus[d] Hiberniensis in Christo dormivit.

877. [K]arolus[e] imperator obiit.

878. [H]ora[f] nona tenebrae . . . . . .[g]

880. [E]ngelardus[h] obiit.

892. Adelelmus[i] efficitur presbyter[1].

903. Bernardus[i] obiit; Adelelmus efficitur decanus[1].

911. Albuinus[i] interficitur a paganis, frater Adelelmi sacerdotis.

937. 9.[k] Kal. Mart., 3. feria, hora prima venit gens Hungrorum circa patriam Francorum.

954. Iterum[k] gens Hungrorum propter peccata nostra a suis est finibus egressa et nostras deveniens in partes multaque[l] nobis intulit mala.

970. Translatio[m] sancte Lucie virginis[2] et martyris a Teoderico episcopo[3] seniore.

974. Obiit[n] Everardus puer, qui iacet coram altare sancte Lucie, pro quo datus est huc magnus calix aureus.

983. Obiit[n] Deodericus maior Mettensis[o] urbis episcopus, huius loci[4] constructor[2]. 984.

1030. Hic[p] dedicatum est monasterium Sancti Vincentii in insula Mettensium.

1035. Treveris[q] depositio Symeonis monachi[5].

1046. Obiit[r] Heribertus abbas[4]; cui succedit Folquinus abbas.

1048. Civitas[s] Virdunensis a duce Godefrido et Balduino[6] capitur, depredatur et una cum monasterio Sancte Marie incenditur.

1056. Obiit[s] Heinricus imperator; cui succedit Heinricus puer.

a) *haec in summo margine prima manu scripta sunt.* b) *ad a.* 874. *haec et sequens nota adscriptae sunt, sed ad a.* 875. *signum positum est ad utramque aut ad alterutram earum pertinens.* c) *haec quarta manu saec. IX. scripta sunt.* d) *haec secunda manu saec. IX. scripta.* e) *haec quinta manu saec. IX. scripta.* f) *haec sexta manu saec. IX. scripta.* g) *sequuntur notae Tironianae* (adparuerunt?). h) *haec septima manu saec. IX. scripta.* i) *haec octava manu saec. X. scripta.* k) *haec nona manu saec. X. scripta.* l) *sic c.* m) *haec minio manu septima decima saec. XII. scripta sunt.* n) *haec decima manu saec. XI. scripta sunt, quae et supra a.* 576—612. *scripsit.* o) ꝟ *add., sed erasum.* p) *haec duodecima manu saec. XI. scripta.* q) *haec tertia decima manu saec. XI. scripta.* r) *haec quarta decima manu saec. XI. scripta.* s) *haec quinta decima manu saec. XI. scripta.*

ANNALES S. MARTINI TORNACENSIS.

Annales a. 449—1099, *quos ex codice S. Martini Tornacensis ediderunt Martene et Durand, Thes. III, col.* 1453—56, *integri fere, perpaucis mutatis vel additis, excerpti sunt ex codice S. Amandi Elnonensis, cui praeter Annales Elnonenses maiores et minores, SS. V, p.* 10 *sqq. editos, manu saec. XII. excerpta ex Sigeberti chronico eiusque auctario Aquicinctino inscripta erant*[7]. *Quos tamen ex editione, codice nunc latente, recudere iuvat, ut lector fontibus indicatis cognoscat, quae aliunde sumpta, quae a monacho Tornacensi addita sint. O. H.-E.*

449.[a] Remigius Remensis nascitur. Sig.

464. Hunis Gallias vastantibus, Eleutherius Tornacensis nascitur.

472. Remigius Remorum fit episcopus. Sig. 471.

484. Eleutherius Tornacensis fit episcopus[8].

a) CCCCLIX. *ed.*

1) Hic Adelelmus et Bernardus scolasticus multos codices ecclesiae cathedrali Laudunensi donaverunt. Nam in codicibus Laudunensibus nr. 38. 136. 265. 273. 298. 444. 464. 468, 'Catal. des mss. des départ.' I, p. 70. 112. 157. 162. 173. 234. 248. 250, legitur: *Istum librum* (seu *Hunc libellum*) *dederunt Bernardus et Adelelmus Deo et sanctae Mariae Laudunensis ecclesiae.* Octavam manum ipsius Adelelmi fuisse coniicio. 2) Cf. Ann. S. Vinc. Mett., SS. III, p. 157. 3) I. Mettensi. Cf. Vitam eius c. 16, SS. IV, p. 473 sqq. 4) Monasterii S. Vincentii Mettensis. 5) Cf. SS. VIII, p. 210. 6) V. comite Flandriae. 7) Quae ex parte tantum, ut videtur, ediderunt Martene et Durand, Thes. III, col. 1390 sqq. 8) Cf. Hist. Tornac. III, 2, SS. XIV, p. 332.

528. Eleutherius episcopus moritur[1].

Sig. 531. 532. Vedastus Attrebatensium primus ordinatur episcopus a sancto Remigio.

A. S. A. 544. Obiit sanctus pater Benedictus.

Sig. 545. 546. Obiit sanctus Remigius Remorum episcopus.

ib. 556. 554. Obiit sanctus Medardus.

A. S. A. 558. Monasterium Sancti Martini incensum est.

562. Lotharius obiit, sepultus est in basilica sancti Medardi[2].

Sig. A. S. A. 570. Obiit sanctus Vedastus; sequenti anno sanctus Amandus natus est.

Sig. 630. 614. 631. Obiit sanctus Bavo, qui et Allowinus dictus est.

691. Obiit sanctus Amatus episcopus[3].

A. S. A. 697. Obiit sanctus Audomarus; sequenti anno obiit sanctus Bertinus[4].

ib. 712. 713. Pippinus princeps obiit; Karolus Martellus succedit.

Sig. 731. 730. Obiit Beda presbyter.

A. S. A. 741. Karolus senior obiit; Pippinus succedit.

ib. 768. 767. Pippinus rex obiit; Karolus succedit.

ib. 782. Obiit Gillebertus episcopus Noviomensis, monachus et abbas Sancti Amandi.

809. Elevatio sancti Amandi.

Sig. 814. Karolus imperator Magnus obiit; Ludovicus Pius imperator eligitur.

A. S. A. 821. Obiit Arno archiepiscopus, abbas de Sancto Amando.

ib. 826 827. 827. Corpus sancti Sebastiani Suessionis defertur. Sequenti anno corpora Marcellini et Petri de Roma in Franciam translata sunt.

A. S. A. Sig. 840. 839. Normanni in Walcras interfecerunt Francos. Et Ludovicus imperator obiit; filius eius Karolus succedit.

A. S. A. 855. Ignis divinus accensus est ad sepulcrum sancti Amandi.

862. Balduinus Ferreus, Odacri filius, Iudith, Karoli regis filiam, uxorem duxit, illa illum sequente.

873. 14. Kalendas Septembris tanta multitudo locustarum visa est per aerem volitare, quanta numquam apparuit, a partibus orientis tendens in occidentem.

ib. 876. ib. 875. 877. Karolus imperator obiit; filius eius Ludowicus succedit. Dehinc tertio anno 4. Kalendas Novembris
ib 878 eclypsis solis facta est post horam diei nonam tam densa, ut etiam stellae appareant. Et Balduinus, Odacri filius, obiit,
ib 880 et Balduinus Calvus, filius eius, succedit. Sequenti anno Ludovicus rex obiit, et Karolus Simplex, filius eius, succedit.

Sig. 882. 881. Normanni, adiunctis sibi Danis, Franciam et Lotharingiam pervagantes, Ambianis, Attrebatis, Corbeiam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Brabatensium omnemque circa Scaldum flumen terram, Ganda-
A. S. A. 880–884. vum, Curtracum, abbatiam Sancti Amandi, in Condato sibi sedem ponentes, monasteria sanctorum Walarici et Richarii
Sig. ferro et igni devastant, Leodium, Traiectum, Tungris, Coloniam Agrippinam, Hunnam[a] cum adiacentibus castellis comburunt; Aquis incendunt oppidum et palatium, monasterium Stabulaus, Malmundarium, Indam, Prumiam; sequenti
A. S. A. 880. anno Treverim incendunt et Metim usque pertendunt. Corpus sancti Vedasti Belvagus asportatur, sanctus Amatus
ib 884. Suessionis asportatur, et sanctus Amandus Parisius.

A. S. A. 881. 883. Obiit Immarus Remorum archiepiscopus; Fulco succedit.

Sig. 900. Fulco archiepiscopus perimitur a Wenemaro, satellite Balduini Flandrensium comitis.

A. S. A. 919. Obiit Balduinus; Arnulfus, filius eius, succedit.

922. Karolus capitur ab Heriberto comite et Peronae mancipatur custodiae; dehinc tertio anno moritur; Ludovicus, filius eius, substituitur.

932. Arnulfus comes adquisivit Attrebatum.

Sig 938. Ungari, per Austrasiam et Alemanniam multis civitatibus igni et gladio consumptis, Wormatiae Rheno transito, usque ad oceanum Gallias vastant, sequenti anno a Saxonibus graviter caeduntur.

A. S. A. 943. Willelmus comes Normannorum astu comitis Arnulfi a Baltsone eius camerario interficitur.

Sig 955. Conradus dux, Dei et imperatoris transfuga, ad Hungaros se conferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam silvam perduxit, et virtute Dei apud Lobias contra eos ostensa ultra prodire prohibiti, impune redeunt. Eodem anno Ludovicus rex moritur, et Lotharius, filius eius, succedit.

A. S. A. 964. Obiit comes Arnulfus marcisus, et Arnulfus, filius Balduini, filii supradicti Arnulfi, succedit
ib 962. qui Balduinus biennio ante patrem obierat.

ib. 966. Lotharius rex Attrebatum, Doacum, abbatiam Sancti Amandi et omnem terram usque Lis invadit.

ib. et Sig. A. S. A. 987. 986. Lotharius rex obiit, Ludovicus, filius eius, succedit et uno anno regnat. Hic progenies praedictorum regum de stirpe Karoli Magni regnare cessavit. Hugo Capetus dux eius regnum sibi vendicat, qui Gerbertum
Sig. 992. Remis archiepiscopum fecit, qui postea depositus ad Ottonem imperatorem se contulit; quem imperator primo Ravennae archiepiscopum, postea constituit papam[b] Romanum. Unde est illud eius monosticum:

Scandit ab R. Gerbertus ad R., post papa vigens R.

A. S. A. 988. Obiit Arnulfus iunior Barbatus, et Balduinus Barbatus, filius eius, succedit.

Sig. 996. Hugo rex moritur; Robertus, filius eius, succedit.

A. S. A 1000. Terrae motus magnus factus est per universum orbem.

Sig. 1006. Fames et mortalitas tam graviter per totum orbem invaluit, ut taedio sepelientium vivi adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis.

a) *sic ed. cum Sig. codd. C* 3. 4*. *D pro* Bunnam. b) papa *ed.*

1) Cf. Hist. Tornac., III, 2, SS. XIV, p. 332. 2) Sigeb. Auct. Gembl. ad a. 564. 3) Sigeb. Auct. Aquic. ad a. 690. 4) Ann. Elnon. min. ad a. 697; Sigeb. Auct. Sith. ad a. 698, SS. VI, p. 492.

1014. Richardus abbatiam Sancti Amandi ad regendum suscepit, qui etiam multarum abbatiarum abbas extitit[1]. cf. A. S. A. 1013.

1031. Robertus rex obiit; Henricus, filius eius, succedit. A.S.A et Sig.

1035. Balduinus Barbatus comes Flandrensis obiit, et Balduinus, filius eius, succedit. A. S A.

1041. Infra octavam pentecostes bis ebullivit sanguis ex pavimento in monasterio Sancti Amandi Helnonensis.

1054. Henricus imperator super Balduinum irruit, Tornacum igni tradidit.

1061. Henricus rex obiit; Philippus, filius eius, succedit. A. S. A et Sig. 1060.

1066. Willelmus Normannorum comes Angliam intrat. Obiit sanctus Tietbaldus. Sig.

1067. Obiit Balduinus comes, Insulae sepelitur; Balduinus, filius eius, succedit. A S A

1070 Balduinus comes obiit, Hasnonio sepelitur.

1072. Arnulfus puer comes Flandriae, filius supradicti Balduini, a Roberto, patruo suo, apud Cassellum perimitur. ib. et Sig. Sig. 1076

1074. Gelu magnum a Kalendis Novembris usque in medio Aprilis[a] fuit. A. S. A.

1092. Restauratio coenobii Sancti Martini apud Tornacum.

1099. Ierusalem capitur.

a) *sic aliquot codd. Sig.*

1) Est abbas S. Vitoni Virdun., celeber monasteriorum Lotharingiae reformator, cuius Vita edita est SS. XI, p. 280 sqq.

ANNALES ET NOTAE S. MARIAE ULTRAIECTENSES.

ED. LUDEWICUS WEILAND.

Fons, qui nostrates omnes hucusque latebat, iam olim editus est e codice infra describendo a viro docto Flandrensi a. 1855. *et* 1861. *in libro periodico qui inscribitur 'Vaderlandsch Museum voor Nederduitsche letterkunde, oudheid en geschiedenis uitgegeven door C. P. Serrure, Gent' vol. I, p.* 413 *sq. et vol. IV, p.* 137. 138. *Felici casu contigit, ut vir cl. S. Muller tabularius regius Traiectensis, qui et ipse editionem parabat, et codicem et editionem nobis detegeret. Eo mediante vir cl. M. Campbell bibliothecarius regius Hagensis descriptionem codicis accuratissimam et vir cl. van Riemsdijk tabularius regius Hagensis variam lectionem nobis benevolentissime communicaverunt. Denique editione nostra iam praelo data, nobis uti licuit editione Mulleri, quam modo publicaturus est in 'Werken uitgegeven door het Historisch Genootschap gevestigd te Utrecht, Nieuwe Reeks Nr.* 50'. *Iuvat igitur his tribus viris urbanissimis hoc loco gratias agere quam maximas. Cum perpauca tantum monumenta historica Frisia medii aevi nobis obtulerit, gratissimi sunt vel tenuissimi isti flores. Et non modo talia quae iam cognita erant Annales S. Mariae tradiderunt.*

Codex iam asservatur in Museo Meerman-Westreenen Hagae Comitum, signatus nr. 17, *olim nr.* 42, *membr. in folio, saec. XII, foliorum* 188. *Fuit iam a temporibus Heriberti Rosweyde patrum Bollandistarum*[1]*; a.* 1832. *eum emi curavit a bibliopola quodam Machliniensi et museo suo intulit liber baro van Westreenen van Tiellandt*[2]. *In codice, cuius paginis vacuis relictis diplomata saeculi XII. et XIII.*[3] *illata sunt, quae continentur sunt: fol.* 1. *vacuum; fol.* 1'. 2. *diplomata nonnulla et nota de circatu episcopi, quam infra dabimus; fol.* 2'—3'. *Annales nostri ab a.* 539—1138*; fol.* 3'. *Annales nostros sequuntur eadem manu exaratae tabulae computi paschalis ab a.* 1139—1231*; solos numeros annorum dehinc usque ad a.* 1303. *eadem manus scripsit. In marginibus notae historicae inscriptae et cum annis tabulae ab a.* 1139. *usque ad a.* 1277. *lineis aut signis coniunctae sunt. Quas notas historicas Annalibus continuationis instar addidimus. Iam notam a.* 1139. *a diversa manu saec. XII. exaratam esse, auctores sunt Serrure et Muller, quae manus etiam, teste Mullero, notas usque ad a.* 1156. *intulit. Alia iterum manus notam a.* 1178. *exaravit, diversa manus episcoporum successionem a.* 1196—1249. *adnotavit; variat denique manus in nota*

1) V. Serrure vol. IV, p. 136, qui dicit, codicem fol. 1. inscriptionem ferre: *Codex insignis qui fuit Ecclesiae B. Mariae, quemque tanti fecit Rosweydus; ab ipso vocamus Rosweydinum.* Cf. Solerium in Actis Sanct. Iun. tom. VI, p. LI. §. 219. 2) V. 'Vaderlandsch Museum' vol. IV, p. 136; I, p. 411. 3) Annus ultimus 1287. esse videtur.

a. 1253; *nota a.* 1277. *manu saec. XV. exarata est; fol.* 6'. *et* 7'. *Treuga Heinrici regis (LL. II, p.* 267) *manu saec. XII ex. seu XIII in. exarata; fol.* 7. *continet notitias quasdam et diploma Wilhelmi regis, quo abbates quosdam Traiectinos capellanos regis fecit* Dat. Traiecti XII. Kl. Iulii, ind. X; *fol.* 8—55'. *Martyrologium Usuardi; notas nonnullas historicas Martyrologio insertas infra dabimus; fol.* 55'. *et* 56. *diplomata; fol.* 56'—171. *Isidorus de regimine canonicorum; fol.* 171—174. Ex dictis sanctorum sancteque apostolice sedis pontificum ab Adriano papa Carolo cesari magna solempnitate directa sub die Kalendar. XIII. Oct. ind. VIII. Quia ex iussione domini et meritis b. Petri *etc.; fol.* 175. *Diploma a.* 1264; *fol.* 175'. Ex epistolis Hilarii pape de admonendis clericis ad sacros ordines; *fol.* 177. Institutio S. Augustini qualiter cantandum, *fol.* 177'. Incipit vita regularis S. Augustini episcopi; *fol.* 182'—183'. *epistolae S. Augustini complures; fol.* 184'. *diploma; fol.* 184'—187. *collectio praeceptorum spiritualium:* Tanto sunt intercedentium et parcentium beneficia potiora quanto peccantium iustiora supplicia, *etc.; fol.* 187—188. *diplomata nonnulla; fol.* 188'. *vacuum.*

Apographon Annalium codicis nostri usque ad a. 1138. *continet, teste viro cl. Muller, codex bibliothecae Burgundicae Bruxellensis nr.* 7935—7958, *saec. XVII, quem congregarunt patres Bollandistae, sub nr.* 7942[1].

Adnotatione ad Martyrologium 6. *Kal. Ian. facta (p.* 1304) *docemur, fundamentum codicis positum esse paulo post a.* 1130. *pro memoria Ottonis tertii decani S. Mariae, qui hoc anno obiit. Quocum optime congruit, Annales nostros usque ad a.* 1138. *deductos esse. Nam quae in iis leguntur ad a.* 1131—1138. *certe a coaevo homine scripta sunt. Auctorem hunc in conventu ecclesiae collegiatae sanctae Mariae degisse, patet iis quae narrat de ecclesia sua ad a.* 1134; *transscripsit autem Annales qui minime originem duxerant ab ecclesia ista. Nam ecclesia et conventus sanctae Mariae saeculo XI. exeunte demum ab episcopo Conrado fundata sunt; Annales iam saeculo VII. incipiunt. Et in ea parte, quae posterior saeculo XI. est, nihil continent quod conventum sanctae Mariae attineat. Nam quae leguntur de hoc conventu ad a.* 1099. *et* 1112. *postea addita sunt aut ab eo qui Annales codici intulit aut ab alio quodam. Si clericus Sanctae Mariae mortem Conradi episcopi a.* 1099. *primitus adnotavisset, silentio praeterire non potuisset, hunc ecclesiam et conventum fundasse et in ecclesia ipsa sepultum esse*[2]. *Ergo quae leguntur usque ad a.* 1128. *a clerico sanctae Mariae aliunde petita sunt, et quidem e libris ecclesiae maioris sancti Martini. Hoc probatur cum episcoporum successione tum iis quae Annales afferunt ad a.* 828. *et* 1023. *Annales igitur Sancti Martini exstitisse statueris, qui exordium sumentes a condito episcopatu usque ad saeculum XII. iniens continuati erant. Hos annales modo a coaevis modo a posterioribus scriptos fuisse facile est perspectu*[3]. *Auctorem Annalium Tielensium, SS. XXIV, p.* 21 *sqq., eos in usum vertisse contenderim; dubius sum, an idem fecerit Iohannes Beka*[4]. *Annales Sancti Martini saeculis VII—IX. pro fundamento usi sunt Annalibus quibusdam Francicis, nescio quibus, cum nonnulla quodammodo congruant cum Annalibus Laubacensibus, Petavianis, Laureshamensibus. An etiam cognatio intercedat inter nostros et genuinam Xantensium partem (inde ab a.* 790), *ex ad-*

1) Cf. 'Archiv' VIII, p. 508. et editionem Mulleri p. 467. 2) V. Ann. Egmond. 1099, SS. XVI, p. 446. 3) Aliter compositionem Annalium nostrorum explicat vir d. Muller. 4) Beka ed. Buchelius p. 38. cognationem cum Annalibus nostris ostendit a. 1023, sed haec aliunde derivata esse possunt. Locus sane singularis est p. 39, ubi Beka sicuti Annales dicit Heinricum III. Traiecti electum esse.

notatione a. 846. *vix contendere ausim. Ad a.* 904. *Annalibus usui fuisse videtur adnotatio quaedam ab ipso Radbodone episcopo facta, quam codex Annalium Xantensium servavit, v. SS. II, p.* 218.

De Annalium post a. 1138. *Continuatione (sit venia verbo) perpauca modo animadvertenda sunt. Adnotationes a.* 1139—1151. 1178. 1253. *scriptores coaevos produnt, adnotationes vero a.* 1196—1249, *quae una eademque manu exaratae sunt et nil fere nisi episcoporum successionem continent, saeculo XIII. demum exeunte scriptas esse, error manifestus ad a.* 1196. *et* 1213. *arguit.*

Annalibus adiungere libet Notas historicas Martyrologio Usuardi adscriptas, quas iam edidit Serrure vol. I, p. 417, *et adnotationem de circatu episcopi, quam et ipse Serrure dedit vol. I, p.* 412.

Gottingae die 22. *Octobris* 1888. *L. WEILAND.*

604. 539. Obiit[a] Gregorius Magnus papa.
639. Pippinus primus regnare cepit[1].
695. 696. Clodoveus obit, et Hildebertus, frater eius, rex fit.
695. 697. Ordinacio sancti Willibrordi episcopi [Traiectensis[b]].
715. Karolus, filius Pippini, regnare cepit.
716. Hilpricus effectus est rex.
739. 736. Dormicio sancti Willibrordi archiepiscopi [hic[b]].
cf. A. Laub. 741. Karolus obit. Pippinus et Karolomannus in regnum successerunt.
750. Pippinus est electus et a sancto Bonifacio unctus.
754. Sanctus Bonifacius martirizatus est.
cf. A. Laub. Tiel. 768. Pippinus obit. Karolus et Karolomannus reges constituuntur.
771. Karolomannus obit.
781. Pippinus et Luodowicus uncti sunt in reges, unus in Italia, alter in Armenia[2].
783. Hildegardis regina obit, uxor Karoli, et Berta regina, uxor Pippini patris eius.
cf. A. Tiel. Lauresh. 785. Widechinus[c] baptizatus est.
792. Coniuracio Pippini detecta est.
796. Barcinona reddita est.
799. Leo papa cecatus est.
801. Karolus imperator efficitur.
cf. A. Tiel. 804. Leo papa hyemavit Aquis.
ib. 806. Divisio regni per Carolum in filios Karolum, Lůdowicum, Pippinum.
ib. 809. Pippinus, filius Caroli, obit.
814. Karolus Magnus et primus imperator obit, et filius eius Lůdowicus imperium accepit.
828. Temporibus Frederici episcopi dedit Gerwardus miles Hese Sancto Martino[d. 3].
835. Dorestat[e] primum vastatus est[4].
cf. A. Xant. 846. Romae oppidum a Sarracenis vastatur.
cf. A. Tiel. 866. Hungerus episcopus obit.
881. Karolomannus obit[5].
882. 883. Luodowicus obit[6].

a) *abhinc usque ad a.* 785. baptizatus est *tota scriptura a manu posteriore superducta est.* b) *uncis inclusa alia manus addidit.* c) U . . udechinus *cod.* d) Mart[to] *cod.* e) Dorest *cod. absque signo abbreviationis.*

1) Haec ad a. 687. spectare videntur, quo similia de Pipino II. tradunt Ann. Laubac. et Petav. Anno 639. Pipinus I. obiit. 2) Aquitania potius. Cf. Ann. Lauresham. 3) i. e. ecclesiae maiori Traiectensi. Hees vicus prope Emmerich. V. chartam Gerwardi apud Sloet, 'Oorkondenboek van Gelderland' I, nr. 29; cf. etiam nr. 28. 4) Cf. Ann. Tielenses 835: *Durestat a Normannis et Danis destructa est.* Quae sententia fortasse ex Ann. Xantensibus hausta est. Xantenses autem tradunt oppidum Wijk-te-Durstede primum a. 834, iterum a. 835. a Nortmannis vastatum esse. 5) Hic videtur esse filius Karoli Calvi, quem pater excaecaverat, cuius obitus annus ignoratur (cf. Dümmler, 'Gesch. des Ostfränk. Reichs' ed. 2. III, p. 682 sq.), non Karlomannus filius Ludovici Germanici, qui obiit a. 880. 6) Est Ludowicus III. rex Franciae occidentalis, filius maior Ludowici II. Balbi.

884. Luodowicus, filius eius, obit[1].

885. Karolomannus, frater Luodowici, obit[2]. 884.

886. Godefridus rex Danorum interficitur. 885.

888. Karolus imperator obit. Otto[3] levatur.

893. Karolus[4] in regem elevatur.

898. Otto rex obit.

904. Radbodus Traiectensi aecclesiae attitulatus est episcopus. Visum est signum, 901. lapsus stellarum, quod prodigium secuta nimia inundatio fluminum[5], et immanissima preda Ungarorum[6].

917. Radbodus episcopus obit. Eodem anno[7] ordinatur Baldricus episcopus Kal. Mart.[a] Mart. 1.

963. Adventus reliquiarum sanctae Agnetis et sancti Benigni martyrum[b, 8]. 964.

966. Adventus reliquiarum sancti Pontiani martyris.

973. Otto imperator obit.

976. Baldricus episcopus obit. Folcmarus episcopus ordinatus est.

990. Folcmarus episcopus obiit. Balduinus episcopus successit.

994. Balduinus episcopus obiit. Ansfridus episcopus successit. 995.

Millesimo 1. Otto imperator obiit, cui iuvenis Heinricus successit. Ansfridus oculos 1002. amisit[9].

Mill. 9. Ansfridus episcopus obiit, cui Adelboldus successit. 1010.

Mill. 14. Heinricus imperator efficitur.

Mill. 23. Ecclesia sancti Martini constructa est et presente Heinrico imperatore dedicata est a 12 episcopis[10]. Adelboldus episcopus acquisivit Drenta[11].

Mill. 24. Heinricus imperator obiit[c], cui Cůnradus imperator successit. Apparuit quoddam prodigium quasi longa hasta per dies 24.

Mill. 27. Adelboldus episcopus obiit[c], cui Bernoldus episcopus successit.

Mill. 39. Cůnradus imperator Traiecti obiit[c]. Heinricus, filius eius, ibidem electus est[12].

Mill. 47. Heinricus imperator efficitur. 1046.

Mill. 54. Bernoldus episcopus obit, cui succedit Willelmus episcopus[d].

Mill. 55. Obiit Heinricus III, et regnavit filius eius IIII. Heinricus. 1056.

Mill. 64. Willelmus episcopus acquisivit[e] comitatum in Hollant[13].

Mill. 75. Primum bellum Heinrici regis cum Saxonibus.

Mill. 76. Willelmus episcopus obiit, cui Cůnradus episcopus successit.

Mill. 85. Cůnradus ordinatus est episcopus.

Mill. 86. Rex Heinricus fugatus est ab Egberto comite. 1089.

Mill. 90. Egbertus comes interfectus est.

Mill. 95. Hoc anno maxima mortalitas fuit.

Mill. 99. Cůnradus episcopus interfectus est [a quodam plebeio cultello miserabiliter eodem momento postquam missam cantaverat et ad domum vix venerat[f]]. Heinricus V. rex Aquis coronatus est[14]. [Altare primum et precipuum beatae Mariae, quod postea ad occidentem translatum est[15], consecravit dominus episcopus Cůnradus. In quo conditae

a) k' mr' *cod.* b) mr' *cod.* c) ob *cod.* d) *librarius addiderat* Obiit Heinricus III. imperator et regnavit filius eius IIII. Heinricus, *quae verba radendo deleta sunt.* e) *vox atramento deleto post suppleta est.* f) *uncis inclusa litteris minoribus addita cod.*

1) Nescio an is sit filius Ludowici III, cuius mentionem nusquam inveni. 2) Rex occidentalis, frater Ludowici III. 3) Odo comes Parisiensis. 4) Cognomento Simplex. 5) Hoc prodigium a. 900. factum est teste adnotatione ab ipso Radbodone scripta (v. SS. II, p. 218), ex qua auctor hausisse videtur. 6) Haec ad Ungarorum incursus in universum spectare videntur. 7) Cum Radbodus a. 917. Nov. 29. obierit, dies Kal. Mart. anni nostri 918. est eiusdem anni secundum calculum Traiectinum, qui annum incipit a die paschatis. 8) Cf. Translationis Gesta (SS. XV, 1, p. 571[d]), quae tradunt a. 964. Mart. 31, qui dies, cum pascha a. 964. incidat in diem Apr. 3, secundum calculum Traiectinum adhuc ad a. 963. pertinet. 9) Anno 1005. secundum Bekam p. 37. 10) Iun. 26, ut tradunt Ann. Egmondani (SS. XVI, p. 446) et Beka p. 38. Quae narrant Egmondani ad a. 1027. de hac nova ecclesia desumta sunt ex epistola custodis Tielensis ad Adalboldum episcopum, supra p. 764. 11) V. chartam Heinrici II. 1024. Ian. 5. apud Hedam p. 112 (Stumpf nr. 1819). 12) Eadem verba sane miranda facit Beka p. 39. 13) V. chartam Heinrici IV. 1064. Mai. 2. apud Hedam p. 129 (Stumpf nr. 2645). 14) 1099. Ian. 6, qui dies secundum calculum Traiectinum adhuc in annum 1098. incidit. 15) In martyrologio legitur ad 8. Id. Sept.: *Dedicacio altaris occidentalis.*

sunt reliquiae apostolorum 5: Iohannis, Pauli, Andreae, Philippi, Bartholomei, martyrum 12: Stephani prothomartyris, Sebastiani, Pantaleonis, Vitalis, Alexandri, Quintini, Valeriani, Marcellini, Cesarii, Secundini, Quiriaci, Innocentii pape, confessorum 6: Martini, Benedicti, Fortunati, Pamphilii, Mariani diaconi, Willehadi; Agnetis et Luciae virginum 2[a]].

Maii 30. Mill. 100. 3. Kal. Iun.[b] Burchardus episcopus effectus est.

Mill. 101. Heinricus Crassus comes Fresiae interfectus apud Nagel et submersus in aquis, non comparuit per 7 ebdomadas[c].

1106. Mill. 105. Cometa clare visa est in inicio[d] Feb. in inicio noctis, diebus 18[1].

Mill. 106. Heinricus IIII. imperator obiit.

Mill. 112. Burchardus episcopus obiit. [Qui contulit ecclesiam de Erinchem cum omnibus iuribus suis et decimis thesaurarie ecclesie beate Marie Traiectensis[e]].

Mill. 114. Godeboldus episcopus successit[2].

Mill. 127. Obiit Godeboldus episcopus.

Mill. 128. Andreas prepositus Leodicensis electus est.

Maii 14. Mill. 131. Hoc anno 2. Id. Mai combusta est maior domus cum toto palatio, aecclesia sanctae Mariae[f], sancti Bonifacii pridie dedicata, ecclesiaque parrochiana cum magna parte civitatis[3].

Mill. 132. Hoc sequenti anno reconsecrata est[4] a domino Brunone archiepiscopo Coloniensi cum 4 episcopis.

Aug. 2. Mill. 133.[g] Factum est deliquium solis mense Augusto 4. Non., luna 27[5]. Florentius occisus est[6],

Mill. 134.[g] et tribus dehinc mensibus incastellata aecclesia nostra, eiectis de loco

Mill. 135.[g] et domibus canonicis primum a Florentio et ministerialibus episcopi, eo autem occiso, eisdem statim fautoribus, a fratre Theoderico comite de Hollant, seu volente seu permittente Liudgero[h] imperatore, ipsorum avunculo. Clerus cum antistite suo antichristiane crudelitatis rabiem omnimoda persecutione sustinuit[7].

Aug. 1. Mill. 136.[i] Hoc anno Liudgerus imperator coadunato forti et unanimi exercitu Kal. Aug. in Italiam iter direxit, domino papae Innocentio heresiarchae Petri Leonis et suorum violentia de sede sua eiecto presidium collaturus.

Millesimo centesimo 37.[k] Rebus pro voto succedentibus, divertit Appuliam, ubi aeque omnibus subactis et Rogerio duce, pro imposito sibi contra imperium diademate et pertinaci scismaticae hereseos Petri Leonis patrocinio, tota fere terra, civitatibus, castris, omni denique virtute militiae infirmato, ducem ibi dono pari cum domino papa constituit. Ibi fracto exercitu, consumptis omnibus, regressus cum papa, tercio ab Urbe miliario consedit, rebusque diffisus et viribus, simulque intuens, tam esse consumptam iam olim Romae fidem quam apud se pecuniam, nec se nec militem residuum Romanis credidit, sed facto pro re et tempore consilio, et dimisso in fortuna sua et statu veteri domino papa, osculis datis et acceptis, Alpes fere transmiserat. Ibi dimisit et remisit singulos in sua, fidemque habens regioni, ut indulgentius se haberet, eger et lassus ad privata se contulit; ubi contra spem vitam morte, regnoque feliciori mutavit imperium. Obiit Liudgerus imperator[l].

Mill. 138. Cůnradus electus est, Heinrici V. sororis filius, et Aquis coronatus.

---

a) *uncis inclusa in margine eadem manu scripta et linea ad a.* 1099. *ducta sunt.* b) III. Kal. Iun. *ab eadem manu addita sunt.* c) ebđ *cod.* d) in īō *cod., Serrure legerat* in id. e) *uncis inclusa literis minoribus addita cod.* f) Mar. *cod.* g) *annorum numeri in margine exarati modo superius indicato lineis textus respondent.* h) *litera* d *supra lin. add. cod.* i) *hoc loco in margine atramento rubro* hic fuit prima pasca *et litera* B. k) *verba* millesimo centesimo XXXVII *in margine lineas huius anni comitantur cod.* l) Ob. L. imp. *minio exarata sunt cod.*

1) Cometam, quae apparuit mense Februario a. 1106, adnotaverunt Sigeb. (SS. VI, p. 369), Ekkeh. (ib. p. 234 sq.), Chron. regia Colon. ed. Waitz p. 43 (ex Ann. Patherbrunn.), Ann. Egmondani, 'Sächs. Weltchronik' c. 207 (ex Ann. Palid.). 2) Cum numero anni 1114. congruunt chartae apud Hedam p. 149—155. 3) Cf. breves adnotationes in Ann. Egmond. et Chron. reg. Colon. 4) Haud perspicitur, quaenam ecclesia reconsecrata sit. 5) Hoc solis deliquium a. 1133. compluries traditur e. g. in Ann. Egmond. 6) Florentius Niger comes Hollandiae occisus est a. 1133. Oct. 26. 7) Haec illustrantur epistola Adalberti archiepiscopi Moguntini a. 1134. exeunte Ottoni Bambergensi directa, apud Jaffé, Bibl. rer. Germ. V, nr. 264, p. 451, ubi haec: *Venerabilis quoque frater noster Traiectensis episcopus inimicos ecclesiae suae, qui de ministerialibus erant et de monasterio sanctae Mariae prostibulum et equorum suorum stabulum fecerant, iudiciario ordine excommunicavit. Hos in curia Coloniensi princeps in familia sua habuit* etc.

CONTINUATIONES.

1139. Obiit Andreas episcopus nono Kal. Iulii. Harbertus electus est nono Kl. Augusti. Iun. 23. Iul 24

1140. Harbertus Colonie in Kal. Iunii presbyter ordinatur et sequenti die, id est 4. Non. Iunii, episcopus consecratus est. Iun. 1. Iun. 2.

1146.[1] 15. Kl. Apr. Harbertus episcopus ivit Romam et a papa honorifice susceptus cum plenitudine officii rediit Traiectum 2. Non. Iulii. Mart. 18. Iul. 6.

1148. 3. K. Augusti combusta est ecclesia sancti Martini, Petri, Pauli, Iohannis cum 7 capellis et maxima parte civitatis[2]. Iul. 30.

1150. Obiit Harbertus episcopus 3. Id. Novemb. Nov. 11.

1151. Herimannus electus est a clero et nobilibus, Frithericus a civibus et ministerialibus[3]. Ab Octaviano cardinale et[a] rege C[onrado] H[erimannus] confirmatur episcopus, [Frithericus[b]] deponitur[4].

1152. Obiit Conradus rex, Frithericus eligitur.

1156. Obiit Herimannus episcopus, cui successit Godefridus.

1178.[c] Obiit Godefridus episcopus 6. Kal. Iunii, cui successit Baldwinus[d] 4. Nonas Iulii. Iul. 4.

1196.[e] Obiit Baldwinus episcopus, cui successit Th[eodericus] de Are[5].

1213. Obiit Th[eodericus] de Are episcopus Traiectensis, cui successit Theodericus, frater episcopi Baldwini[5]. Qui Th[eodericus] primo episcopatus sui anno apud Papiam mortuus est. Cui successit Otto electus de Gelre.

1215. Obiit Otto electus de Gelre, cui successit Otto de Lippia.

1227. Obiit Otto de Lippia episcopus Traiectensis, cui successit Willibrandus.

1233. Obiit Willibrandus episcopus Traiectensis, cui successit Otto de Hollandia.

1249. Obiit Otto de Hollandia episcopus Traiectensis, cui successit Heinricus de Vienna. [Qui edificavit castrum in episcopatu Traiectensi supra Vecht nominatum Vredelant[f, 6]].

1253.[g] 4. Kal. Maii, incipiente scilicet media nocte Vitalis martyris et durante usque ad nonam illius diei, fuit maximum incendium. Conbusta est enim maior et melior et dicior pars civitatis, et multa bona sunt perdita. Maius palacium episcopi cum domo estivali et hyemali et cum turri episcopali totaliter conbustum est. Camera regine illesa permansit. Maior turris apud Sanctum Martinum fere conbusta est. Medietas ecclesie sancti Salvatoris ab oriente usque ad reliquias sanctorum ibidem quiescencium cum una parte turris eiusdem ecclesie conbusta est. Tres domus claustrales eiusdem ecclesie conbuste sunt. Una turris ad Sanctum Paulum cum tribus melioribus et maioribus campanis et cum magna parte officinorum conbusta est. Ecclesia civilis cum turre et omnibus campanis penitus conbusta est. Ecclesia Iacobinorum cum omnibus edificiis penitus conbusta est. Capella eciam sancti Iohannis conbusta est. Apr. 28.

1277.[h] Obiit Heinricus de Vienna episcopus Traiectensis, cui successit. 1267.

a) *supplevi; excidit margine folii absciso.* b) *supplevi; in cod. una litera inter* episcopus *et* deponitur *excidit, nimirum littera* F, *margine folii absciso.* c) *abhinc alia manus cod.* d) *litera* d *vel alia ab alia manu supra lin. add.* e) *abhinc iterum alia manus cod.* f) *uncis inclusa manus saec.* XV. *addidit.* g) *nota a.* 1253. *alia manu in margine exarata inter annos* 1227. *et* 1233. *posita est.* h) 1277 — successit *exarata sunt manu saec.* XV.

1) Videtur esse a. 1147, cum pascha huius anni incidat in diem Apr. 20, et anno 1146. bellum fuerit inter Harbertum et Ottonem de Rineck. V. quae adnotavi ad Gesta ep. Traiect. c. 2. not. 12, SS. XXIII, p. 402. 2) Hoc incendium memoratur etiam ab Ann. Egmond. 1148. et Beka p. 50. 3) Electiones iam ante pascha a. 1151 (Apr. 8) factae sunt. 4) Hoc factum est c. mensem Iulium a. 1151. Leodii; v. Ann. Egmond. 1150; Gesta Frid. imp. l. I, c. 63. 5) Error manifestus. Nam Balduino successit frater eius Theodericus de Holland, in dissensione cum Arnoldo electus. Quo a. 1197. Nov. 5. Papiae mortuo, electus est Theodericus de Are, qui obiit a. 1212. Dec. 5. V. Gesta ep. Traiect. c. 11. 12. 6) Cf. Beka p. 85.

NOTAE S. MARIAE ULTRAIECTENSES.

f. 19'. Apr. 14. 18. Kal. Mai. Anno dominice incarnacionis 1099. obiit Cuonradus episcopus memoria dignus, qui fecit ecclesiam nostram et constituit fratrum prebendam.

f. 24'. 1112. Maii 16. 17. Kal. Iun. Obiit Burchardûs episcopus, qui dedit Erenkeim liberam a circatu et oblatis ad custodiam nostram, Limben ad prebendam.

f. 32. Iul. 11. 5. Id. Iulii. Obiit Herimannus primus decanus noster.

f. 35'. 1106. Aug. 7. 7. Id. Augusti. Anno dominice incarnacionis 1106. obiit Heinricus IIII. imperator, benefactor noster, qui precepit dedicari ecclesiam et confirmavit prebendam nostram.

f. 55. 1130. Dec. 27. 6. Kal. Ian. Anno dominice incarnacionis millesimo 130. obiit Otto decanus III^us ecclesie et sacerdos, pro cuius memoria scriptus est et oblatus liber iste.

f. 2. Circatus episcopi: Anno bissextili post ipsum bissextum in Flandern, in Walechron, in Scalde, in Hollande. Secundo anno in Hemelande, in Batue, in Velue, in Testrebant, in Maselant, in Westflinge. Tertio anno in Ostrege et Westrege. Quarto anno in Tuenta et prepositura Daventrensi.

CHRONICON EPTERNACENSE BREVE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

V. Cl. N. de Werveke obtulit nobis benigno animo apographum chronici brevis, quod sumpsit ex codice archivi publici Luxemburgensis signato Echternach fasc. 16, *pag.* 2, 4° *min., saec. XVI ex.—XVII in., cui inscriptum est:* Rotula antiqua hec que sequuntur continet. *Quod quidem chronicon, catalogum regum Lotharingicorum et breviarium historiae eorum continens, ad a.* 1039. *tantum perductum est, meris nominibus imperatorum usque ad Fridericum II. subiectis, sed maximam partem ex Reginonis et Ekkehardi chronicis excerptum est. Auctor vero etiam aut Catalogum abbatum Epternacensium, SS. XIII, p.* 738 *sqq. editum, aut annales, qui in isto exscripti sunt, adhibuit, quaedam etiam cum Theoderici Chron. Epternacensi, SS. XXIII, p.* 38 *sqq. edito, communia habet.*

O. H.-E.

Pippinus dux, filius Anchisi ex Begga, sorore sancte Gertrudis[1], rexit ducatum regni Francorum 27 annis obiitque anno incarnationis Domini 714. Et anno incarnationis Domini 690. suscepit sanctum Wyllebrordum venientem cum 12 fratribus de Hibernia[2]. [Cat. abb. Cont. Fred. c. 8]

Karolus cognomento Martellus Bellicosus, filius Pippini ducis ex Calpiade[3], rexit regnum Francorum 26 annis, transiit 11. Kal. Novembris; sepultus est in ecclesia sancti Dionisii martiris Parisiis anno incarnationis Domini 741. [Cat. abb. Cont. Fred. c. 24.] Huius filium Pippinum regem suscepit sanctus Wyllebrordus ex lavachro regenerationis[4], huiusque temporibus anno incarnationis Domini 737. migravit ex hoc mundo sanctus Wyllebrordus. [Reg.]

Karlomannus, filius Karoli Bellicosi, prefuit Austrasiis, Suevis, Turingis per quinquennium, et anno incarnationis Domini 746. Romam perrexit ibique se totondit et in Soracte monte monasterium in honore sancti Silvestri edificavit; exinde ad Sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit et ibi monachus effectus est. [ib.]

Pippinus, frater Karlomanni, filius Karoli Bellicosi, filiaster sancti Wyllibrordi, iussu Zacharie pape anno incarnationis Domini 750. electus et unctus est in regem Francorum a sancto Bonefacio. Regnavit 19 annis et Parisius ad Sanctum Dionisium 8. Kal. Octobris diem clausit extremum anno incarnationis Domini 768. [ib.]

Karlomannus, filius Pippini regis et frater Karoli Magni, regnavit tribus annis, et anno incarnationis Domini 771, secundo[a] Nonas Decembris in villa Salmoniaco defunctus est.

Karolus Magnus, potitus regno post mortem fratris sui Karlomanni, multa bella commisit, de quibus omnibus triumphavit, ac anno incarnationis Domini 801, ipso die nativitatis Domini, a Leone papa coronatur, a Romanis imperator et augustus appellatur, regnavitque 47[b] annis et anno incarnationis Domini 813[c], etatis 72, 5. Kal. Februarii migravit ex hoc mundo. Sepultus est in ecclesia sancte Dei genitricis Marie, quam ipse a fundamentis edificaverat Aquisgrani. [Ekk. Reg.]

Lodovicus Pius imperator, filius Karoli Magni, regnavit post patrem 27[d] annis et post multas persequutiones, quas passus est a propriis filiis, anno incarnationis Domini 840. apud Ingelenheim vita decedit; inde medio Martio[e] deportatus est, in basilica sancti Arnulphi Metis honorabiliter est sepultus.

Lotharius imperator post mortem patris sui Lodovici Pii anno incarnationis Domini 841. apud Fontaniacum cum fratribus suis Lodovico et Karolo pugnavit, in qua devictus, anno incarnationis Domini 842. imperium inter se diviserunt; et Karolo occidentalia regna cesserunt, Lodovico vero orientalia, Lothario autem imperium Romanum et regnum quod ab eo Lothoringia vocatur. Regnavitque 18 annis et anno incarnationis

a) *altera manu corr.* pridie *c.* b) *altera manu in marg.:* alius liber habet 43. c) 803. *c.* d) *altera manu in marg.;* alter habet 17 annis. e) *sic codex Prumiensis Reginonis pro* Mediomatrico.

1) Cf. Chron. Epternac., SS. XXIII, p. 53. 59. 2) Cf. ibid. I, 41, p. 47. 3) Eandem corruptam nominis formam habet Chron. Epternac. II, prol., p. 48. et p. 53. 59. 4) Cf. ib. II, prol.

Reg. Domini 860. regnum filiis suis divisit: Lodovico Italiam, equivoco suo Lothoringiam, Karolo vero Provincię regnum largitus est, ac ipse post Prumie monachus effectus, 3. Kal. Octobris ibidem clausit diem extremum [ac[a] inibi in medio chori sepultus].

Cat. abb. Lotharius rex, filius Lotharii imperatoris, regnavit 15 annis. Hic a beate memorie Nicolao summo presule pro Waldrada, pelice sua, quam, repudiata Thiedberga regina, duxerat, excommunicatus est et anno incarnationis Domini 870. Romam pro absolutione venit atque ab Adriano papa absolutus in reditu apud Placentiam Reg. 6. Idus Augusti defunctus est. Cuius regnum patrui eius Ludowicus et Karolus anno incarnationis Domini 871. equis partibus inter se diviserunt.

Cat. abb. Ludowicus, filius Ludovici Pii, frater Lotharii imperatoris, rex Germanie, post mortem Lotharii regis, Reg. filii Lotharii imperatoris, anno incarnationis Domini 871. divisit regnum Lotharingium cum fratre suo Karolo imperatore Francorum et habuit sedem regni Aquisgrani. Regnavitque 6 annis et anno incarnationis Reg. Domini 877. apud Franckenfordt 5. Kal. Septembris migravit ex hoc mundo sepultusque est in monasterio Sancti[b] Nazarii quod Lauresheim nuncupatur. Hic habuit tres filios ex Emma regina, Karlomannum, Ludovicum et Karolum. Et felici sorte post decessum patris imperii moderati sunt gubernacula[c].

Ludovicus rex, filius Ludovici, fratris Lotharii imperatoris, regnavit 6 annis. Hic anno incarnationis Domini 877, 8. Idus Octobris cum Karolo imperatore, patruo suo, qui sibi, fratribus suis, paternum regnum cum 50 milibus abripere cupiebat, in pago Meinnensi, non longe ab Andernaco pugnavit et eum devicit. Regnumque paternum cum fratribus suis divisit. Karlomannus, pater Arnulphi imperatoris, sortitus est Bavariam, Boemiam, Pannoniam, Carentum[d]; Ludovicus Orientalem Franciam, Turingiam, Saxoniam, Frisiam et partem regni Lotharii; Karolus Alamanniam et partem ex regno Lotharii. Hic idem Ludovicus anno incarnationis Domini 883, 13.[e] Kal. Septembris apud Franckenfordt moritur. Sepultus est apud Lauresheim iuxta patrem suum Ludovicum.

Karolus rex, filius Ludovici, fratris Lotharii imperatoris, frater Ludovici regis, regnavit 6 annis. Hic anno incarnationis Domini 882. totam Italiam in deditionem accepit et a Ioanne papa imperator creatus est. Per idem tempus Nortmanni a finibus suis egressi, Nuimagium, Leodium, Traiectum, Tungrum, Coloniam, Prumiam, Treverim, Metim incendio concremaverunt. Huius regni anno 6. et anno incarnationis Domini 888. cernentes optimates regni vires corporis et sensum animi ab eo diffugere, Arnulphum, Karlomanni filium, ultro in regnum attrahunt. Ipse[f] vero anno incarnationis Domini 889, 2. Idus Ianuarii obiit sepultusque est in Augia insula[g], tercius huius nominis et dignitatis.

Arnulphus, filius Karlomanni, 9. anno postquam creatus est, id est anno incarnationis Domini 897, Romam venit et urbem armis cepit et a Formoso apostolice sedis presule coronatus imperator creatur. Hic anno Domini 896. apud Wormatiam, omnibus assentientibus, filium suum Zuentiboldum, quem ex pelice susceperat, regno Lotharingie prefecit et anno incarnationis Domini 899, 3. Kal. Decembris migravit a seculo sepultusque est in Odingas, ubi et pater eius tumulatus iacet.

Zuentiboldus rex, filius Arnulphi imperatoris, regnavit 6 annis et a comitibus Stephano, Herbardo[h], Mathfrido propter tyrannidem, quam exercebat in regno, circa Mosam in prelio interfectus est Idus Augusti anno incarnationis Domini 901.

Ludovicus rex, filius Arnulphi imperatoris ex legittimo coniugio, frater Zuentiboldi regis, regnavit 7 annis et anno incarnationis Domini 912. obiit. Hic anno incarnationis Domini 905. Adalbertum Babenbergensem comitem propter Rodolphum Wirceburgensem episcopum, quem a sede propria fugaverat et res ecclesie crudelissime devastaverat, et maxime propter interfectionem Conradi comitis de Friteslar diiudicatum capite puniri iussit facultatesque eius in regium fiscum redigi.

Cat. abb. Karolus rex Francorum, filius Ludovici Balbi ex Adelheida[i].

Ekk. Cunradus rex, filius Cunradi comitis, quem occidit Adelbertus Babenbergensis adolescens, mortuus est anno incarnationis Domini 919.

Henericus rex, filius Ottonis ducis Saxonie, cognomento Humilis[1], regnavit 16[k] annis obiitque anno incarnationis Domini 933.[l] et sepultus est in civitate, quam ipse construxerat, Quindelenburch.

Otto Magnus imperator, filius Henerici regis, regnavit 41 annis obiitque anno incarnationis Domini 973, sepultusque est in Saxonia apud civitatem suam Magedeburgh.

Otto secundus [imperator[m]].

Otto tertius [imperator[m]].

Henericus, filius Henerici ducis Bavarie, filii Henerici, fratris Magni Ottonis[2], anno incarnationis 1001, Ottone tertio absque filiis defuncto, in regni provectus culmine, annos 23 et menses 5 regnavit, 12 sub nomine regis[n], 11 in dignitate imperatoris. Hic dum filios se habiturum minime sciret, quippe qui, ut dicitur, Kunigundam consortem regni nunquam cognovit, ut sororem dilexit, Dominum delegit habere heredem, sextoque anno regni sui episcopatum Babenberc in honorem sancti Petri et sancti Georgii constituit locumque ipsum prediorum divitiis et omni ornatus decore, ut adhuc cernuntur, ditavit. Hic etiam Boemiam subiugavit, totam Pannoniam per Gillam sororem ad Christum convertit[3], Apuliam quoque a Grecis vi oppressam huic regno reacquisivit, Troiam novam destruxit, Capuam, Salernam, Beneventum ceterasque civitates iam a Grecis possessas[4]. Huic nemo restitit[o].

Ekk. Post hec et alia bona opera anno incarnationis 1024, tertio Idus Iulii viam universe carnis ingressus, 1008. sepultus est Babenberc[p] in episcopio a se facto, in ecclesia beati Petri apostoli. Huius 8. anno obiit Ludol-

a) *uncis inclusa altera manu add. c.* b) *superscr. c.* c) gubernacilla *c.* d) Tar. *c.* e) 3 *c., altera manu corr.* 13. f) *altera manu in loco raso c.* g) *altera manu in marg. add.:* alius putat iuxta Constantiam. h) *sic c.;* Gerhardo *Regino.* i) *altera manu in marg.:* Adelberta. k) 17 *Ekk.* l) 936. *Ekk.* m) *altera manu add. c.* n) *sic altera manu corr. ex* regni *c.* o) restituit *c.* p) Babenber *h. l. c.*

1) Praeter alios etiam Chron. Epternac. p. 48. hoc cognomen habet. 2) Eadem verba Chron. Epternac. p. 48. 3) Cf. Sigeb. a. 1010. 4) Ib. a. 1013.

phus episcopus[1], et exercitus Treverim invasit; anno autem eius 13.[a] incendium Epternacensis Cat. abb. 1016.
monasterii et claustri 11. Kal. Septembris contigit. Eodem quoque anno fundamentum positum est novi.
Cunradus ex primoribus regni anno incarnationis Domini 1024. elevatur in regnum, 15 annis regnavit. Hic Ekk.
genuit Henricum imperatorem ex Gisla de Limpurch[2], cuius avia Mathildis regis cuius-
dam egregii Ludovici de Francia, qui de genere nobilium Karolorum processerat, fuit filia.
Hec itaque Mathildis genuit ex Cunrado rege nobilissimo Burgundionum Cilpam[b], que
huius Cunradi coniugem genuit prefatam Gislam. Hic Cunradus prefatum castellum Limpurch, ad ib.
alios usus quondam sibi gratum, monachorum congregatione in melius commutavit, quin etiam Spirense epi-
scopium provehere statuit; sed quia vivendi meta hoc eum perficere non permisit, Henerico filio voluntatis
sue effectum commisit. Obiit vero anno 1039. incarnationis dominice. Huius 7. anno dedicatum est mona- 1031.
sterium in Epternacum[3], et eodem die facta est translatio sancti Wyllibrordi[4]. Quinto ab-
hinc anno transiit ad Dominum beatus Symeon[5]. 1035.

Henericus, filius Cunradi.
Henericus.
Henericus.
Lotharius dux Saxonie.
Cunradus, filius sororis Henrici imperatoris.
Fredericus imperator.
Henericus.
Philippus rex.
Otto imperator.
Fredericus imperator[c].

a) *altera manu* 16. b) Cilpam — genuit *in loco raso c.* c) Finis in rotula quoad imperatores *add. c.*

1) Treverensis a. 1008. 2) Cf. Chron. Epternac. p. 48. 3) Cf. Cat. abb. I, SS. XIII, p. 740. 4) Cf. Cat. abb. II, ib. p. 741. 5) Treverensis; cf. SS. VIII, p. 209 sq.

SERIES EPISCOPORUM GERMANIAE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Nonnullas series abbatum iam supra p. 181. 500. 645. 1026. 1088. 1099. *earum quae SS. tomo XIII. editae sunt supplementa edidimus, hoc loco series aliquot episcoporum, quae post tomum XIII. absolutum nobis innotuerunt, exhibeo, unum etiam catalogum abbatum ampliorem subditurus.* *O. H.-E.*

SERIES EPISCOPORUM AUGUSTANORUM.

Hanc seriem exscripsit V. Cl. H. Simonsfeld ex codice Monacensi *Lat. nr.* 22033 *(Wessobrunn.* 33*) fol.* 109'. *saec. XII. exaratam, multis diversis manibus continuatam, quae cum catalogis II. II*[a]. *SS. XIII, p.* 334 *sq. editis maxime convenit.*

SERIES WESSOFONTANA.

Nomina antistitum Augustensium.

Dyonisius, avunculus Afrae.
Zosimus.
Perwelf.
Tagabertus.
1064. Manno.
Wico.
1077. Piricho.
Zeizo.
Marcmannus.
Wicterpus.
Tozzo.
Sindpertus.
Hanto.
Nitgarius.
Ŏdulmannus.
Wicgerus.
Lanto.
Adalbero.
Hiltine.
Sanctus Ŏdalricus.
Heinricus.
Euticus.
Liutolfus.
Gebehardus.
Sigifridus.
Pruno.
Eberhardus.
Heinricus.
Embrico, sub quo inventa sunt corpora sanctarum martyrum[1] Afrae, Hylariae, Dignae, Eunomiae, Eutropiae[a] et aliorum sanctorum, et reliquiae sancti Narcissi episcopi et martyris de Gerunda Augustam allate sunt[2].
Sigifridus.
Herimannus.
Waltharius.
Kŏnradus[b, 3].

Hartwicus.
Ŭdalscalchus.
Hertwicus.
Sifridus.
Siboto.
Hartmannus.
Sifridus.
Wolfhardus*.
Fridricus[c].
Ŭlricus[c].
Hainricus[d].
Marquardus.

*) *Recentiore manu suppl.* Degenhard.

a) Eutiopię *c.* b) *hucusque prima manus; sequentia singula nomina singulis manibus adiecta sunt.* c) *haec duo nomina eadem manu scripta.* d) *sequentia quinque nomina eadem manu scripta.*

1) Cf. Ann. August. a. 1064, SS. III, p. 127 sq. 2) Cf. ib. a. 1077, p. 129; epist. Berengarii episcopi Gerundensis, Acta SS. Mart. II, p. 624. 3) Sedit a. 1150—1167.

Waltherus.
Iohannes.
Purckhardus.
Eberhardus[a] comes de Kirchperg.
Anshelmus de Nenningen.
Petrus de Schauburg.
Iohannes de Werdenperg.
Fridericus de Zollrn 1486. electus.
Henricus de Liechtenaw, prius vicarius.

a) *abhinc omnia fere nomina singulis manibus scripta.*

SERIES EPISCOPORUM BAMBERGENSIUM.

Codex monasterii Altahensis inferioris, nunc archivi regii ***Monacensis*** *Alt. inf. nr.* 39.[1] *praeter alios catalogos inter a.* 1260—1262. *scriptos*[2] *in margine folii* 86′. *eandem seriem episcoporum Bambergensium continet, quae SS. XIII, p.* 341. *ex altero codice Altahensi, nunc Vindobonensi nr.* 413, *edita est; quae cum ex communi fonte in utrumque codicem transsumpta esse videatur, et in Monacensi haud paucis ab illo discrepet, eam a me descriptam hoc loco suppleo.*

Isti sunt episcopi Babenbergenses.

Eberhardus [episcopus[a] sedit annis 34[or]].
Swidgerus [qui et Clemens papa II]*.
Hertwicus [ordinatur anno 1048, sedit annis 5]. 1047.
Adelbero [episcopus sedit a. 3].
Guntherus [episcopus annis 8. Obiit an. 1065]. 1065.
Hermannus episcopus [annis 10].
Rupertus episcopus [annis 27[tem]].
Sanctus Otto [sedit annis 37[tem], obiit 1139]. 1139.
Egilbertus episcopus sedit a.[b]
Eberhardus episcopus sedit a. . . .[b] [obiit 1170]. 1172.
Hermannus[c] episcopus.
Otto episcopus sedit a. . . .[b] [obiit 1196]. 1196.
Tyemo episcopus a. [7, obiit 1202]. 1202.
Chunradus electus [annum dimidium].
Ekkebertus episcopus a. [36, obiit 1237]. 1237.
Sifridus electus, Poppo electus } annis 5.
Heinricus episcopus a. 16.
Berhtoldus episcopus annis[b]. 1258–85.

Arnoldus[d] episcopus 13.
Liuppoldus[e] 13, 1300. quarto obiit. 1303.

*) *In marg. super. eadem manu scripta:* Swidgerus ordinatur in papam anno Domini 1046. et dictus est Clemens II.

a) *uncis inclusa eadem manu post suppleta sunt.* b) *numerus deest c.* c) H. ep. *in super. marg. eadem manu suppl., ibidem et post Eberhardum posita crucicula.* d) *altera manus hunc addidit c.* e) *tertia manus hunc add. c.*

NOMINA EPISCOPORUM PRAGENSIUM.

Haec series exstat in codice ***Monacensi*** *Lat. nr.* 17703 *(Seonensi* 3) *fol.* 89′. *manu saec. XIII. scripta, unde V. Cl. H. Simonsfeld eam exscripsit. Multo correctior est unica ea, quam huius sedis episcoporum hucusque novimus, edita SS. XVII, p.* 721.

Dethmarus.
Woytech.
Degdag.
Hebrhart[3].
Yzo.
Sever.
Hebrhardus[4].
Cozmas.
Herman.
Meynard.
Iohan.
Otto.

1) De quo vide supra p. 1100. 2) Cf. infra p. 1310. 3) Est Heccardus, Eckardus vel Helicardus dictus. 4) Immo Gebehardus, Iaromir Bohemico nomine vocatus.

Danie[a].
Fridricus.
Valen.[b]
Brecislau.

Daniel.
Andr.[c]
Budil.[1]
Pergrinus[d].

Iohan.
Bernard.
Nyco.[e]
Iohan[2].

a) *sic c.* b) *lege:* Valentinus. c) *lege:* Andreas. d) pgrinus *c.* e) *lege:* Nycolaus.

SERIES EPISCOPORUM PATAVIENSIUM.

Praeter seriem episcoporum Bambergensium iam supra p. 1309. *editam codex monasterii Altahensis inferioris, nunc archivi regii Monacensis Altah. inf. nr.* 39.[3] *etiam series episcoporum Pataviensium f.* 83, *Ratisponensium f.* 83', *archiepiscoporum Iuvavensium f.* 82'. *in marginibus foliorum inter a.* 1260—1262.[4] *exaratas continet, quae omnes ex altero codice Altahensi, nunc Ienensi descriptae sunt; ex quo codice etiam eaedem series in tertium codicem Altahensem, nunc Vindobonensem nr.* 413. *transsumptae sunt*[5]. *Quod ut probemus, solam seriem Pataviensium praesulum exhibemus (II[c]), reliquas duas, quae in levissimis tantum a codice Ienensi discrepant, omisimus.*

Supplemus etiam eorundem episcoporum seriem (IV) ex codice Reicherspergensi, nunc Iohannei Grazensis, mbr. saec. XII—XIII, quae SS. XVII, p. 440.[6] *in nota delituit nec nobis innotuit, cum reliquas series Patavienses ederemus; quibuscum haec fere in omnibus concordat, sed eo insignis est, quod haec, licet pleraeque aliae recentiores sint, fabularum Laureacensium et ambitionis Pataviensium iis innixae sola mentionem facit.*

II[c].
SERIES ALTAHENSIS ALTERA.
Patavienses episcopi.

Ser II. Virilo archyepiscopus sedit annis 22.
Anthelmus episcopus annis 9.
Wisiricus episcopus annis 9.
Waldaricus episcopus annis 31.
Urolfus episcopus annum unum.
Hatto episcopus ann. 11.
Reinharius episcopus ann. 20.
Hertwicus episcopus ann. 26.
Ermenricus episcopus ann. 9.
Wichindus episcopus ann. unum.
Engilmarus episcopus ann. 22.
Rycharius episcopus ann. 3.
Purchardus episcopus ann. 12.
Gumpoldus episcopus ann. 17.
Gerhardus episcopus ann. 14

Adalbertus episcopus ann. 25.
Pilgrimus episcopus ann. 29[a].

IV.
SERIES REICHERSPERGENSIS.

Theodorus Lauriacensis archiepiscopus sedit ibi annis 22.
Vuolo[b] archiepiscopus ibidem annis 22.
Anthelmus a. 9.
Wischarius a. 9.
Waldaricus a. 31.
Urolfus archiepiscopus a. 1.
Hatto ann. 11.
Reinharius ann. 20.
Hartwicus a. 26.
Ermricus a. 9.
Engelmarus a. 12[7].
Richarius ann. 3, tempore Theotmari Salzburgensis archiepiscopi.
Purchardus a. 12.
Cumpoldus a. 17.
Gerhardus archiepiscopus a. 14, temporibus Eglolfi et Heroldi Salzburgensium archiepiscoporum.
Adalbertus a. 25.
Pilgrimus archiepiscopus ann. 19, tempore Friderici Salzburgensis archiepiscopi et Ottonis imperatoris.

a) XXXIIII. *radendo corr.* XXVIIII. *c.* b) *lege* Virilo.

1) Budislaus sedit a. 1225—1226. post Peregrinum (a. 1224—1225). 2) Sedit a. 1258—1278. 3) De quo vide supra p. 1100. 4) Nam series Ratisponensis prima manu usque ad Albertum II, qui a. 1260-1262. sedit, perducta sic olim desiit *[Frater* post suppl.*] Albertus episcopus annis,* dehinc alia manu *fere duobus* additum est, quae etiam adiecit: *Leo episcopus annis,* deinde tertia manu add.: 15. *Hainricus episcopus annis* 10*;* denique quarta manu add.: *Chunradus. Nycolaus.* Series Iuvavensis desiit in Ulrico (a. 1256—1265), aliis manibus sex nominibus additis, in qua ad Virgilium alia manu adnotatum est: 1288. *translatus est.* 5) Cf. SS. XIII, p. 350. 359. 361. 6) Ibidem n. 4. ex eodem codice series archiepiscoporum Iuvavensium edita est, quod SS. XIII, p. 350. suppleas. 7) Post hunc Wichinc omissus.

II[c].

Christianus episcopus ann. 22.
Perngerus episcopus ann. 33.
Egilbertus episcopus ann. 19.
Altmannus episcopus ann. 27.
Udalricus episcopus ann. 32.
Reginmarus episcopus ann. 17.
Regenbertus episcopus ann. 9.
Chunradus episcopus annos 18, qui et Salzpurgensis archyepiscopus.
Rubertus episcopus ann. 1, men. 4, diebus 3.
Albo electus sedit ann. 3.
Heinricus episcopus annum unum.
Theobaldus episcopus ann. 18.
Wolfkerus episcopus ann. 14, qui et patriarcha Aquilegiensis.
Poppo episcopus ann. 1, men. 3.
Mangoldus episcopus ann. 9, men. 3.
Udalricus episcopus ann. 7, men. 7.
Gebhardus episcopus ann. 10, men. 7.
Rudgerus episcopus ann. 17.
Berhtoldus episcopus ann. 3, men. 6.
Otto episcopus annis[a] 11, men. 1, dies 28.
Petrus episcopus annis 14[b], mensibus 2[bus].
Wichardus episcopus annis 2.
Gotfridus episcopus annis 2.
Wernhardus episcopus.

Albertus[c] episcopus.
Gotfridus episcopus de Weizznek.

IV.

Cristanus a: 22.
Perngerus a. 33.
Egilbertus a. 19.
Altmannus a. 27.
Uodalricus a. 32.
Regmarus a. 17.
Reginbertus a. 9.
Chunradus a. 18[1].
Dietboldus a. 17[d. 2].

a) *altera manus pergit c.* b) *tertia manus pergit c.* c) *quarta manus pergit c.* d) *alia manu sequentium mera nomina addita sunt.*

SERIES EPISCOPORUM HALBERSTATENSIUM.

Exscripsi hanc seriem ex codice bibliothecae civitatis Treverensis *nr.* 1999, *mbr.,* 4°. *min., saec. XIII, f.* 44. 44'. *Quae a Gestorum episcoporum Halberstatensium*[3] *numeris annorum nonnumquam, modo in melius, modo in peius deviat, attamen ex iis excerpta videtur, praecedit enim f.* 43. 43'. *fragmentum ex Gestorum initio excerptum*[4], *inscriptum:* De cronicis Egghehardi Uragiensis abbatis ad Ecbertum Corbeyensem abbatem, *quod his verbis desinit:* Et hii in eadem ecclesia pontificium sunt adepti:

Hildegrimus, qui sedit annis 47.
Tyatgrimus 14.
Hemmo, abbas[5] Hersveldensis, 13.
Hildegrimus 30.
Eiulfus 11.
Segemundus 30.
Bernardus 47.
Hildewardus 28.
Arnolfus 27.
Brantogus, abbas Fuldensis, 13.
Borchardus 24.
Burchardus, qui et Bucko, 28.
Herrandus, qui et Stephanus abbas Ilsinegeburch, 14.

1) Albo et Rubertus electi post hunc, non consecrati, et Henricus (a. 1169 1172) omissi sunt. 2) Sedit a. 1172–1190. 3) SS. XXIII, p. 78 sqq. 4) *Saxones gentem antiquam et nobilem fuisse non ambigitur, de quibus et in concione Agrippe ad Iudeos in Iosepho oratio*[a] *contexitur, et Lucani poete sentencia comprobatur*[b]. *Dicuntur autem fuisse reliquie Macedonici excercitus, qui secutus Magnum Allexandrum, immatura ipsius morte per totum orbem sit dispersus. Certum autem Saxones hiis regionibus navibus advectos et loco qui usque hodie Ahacolaym [Hathuloga* Ekk., SS. VI, p. 176, l. 24] *dicitur primitus applicuisse. Anno Domini* 780, *postquam magnis laboribus et preliis Karolus — — Pretekina et iterum Albea.* Ex Gestis p. 78, l. 28–79, l. 9. 5) Immo monachus.

a) orōti *c.* b) coprob. *c.*

Fredericus intrusus 5.
Reginardus 16.
Otto. Hic 1131. in concilio Leodinensi ab Innocencio papa restituitur sue sedi. Postea iterum 1136.[1] deponitur ab eodem; sedit annis 13.
Rodolfus 9.
Odelricus 14[2].
Gero 17.
Thidericus.
Gardolfus.
Conradus.
Fridericus.
Ludolfus.
Meynhardus captus.
Ludolfus de Slatheym.
Volradus eligitur Magd[eburg] in ecclesia beate virginis 1253.

CATALOGUS ABBATUM WEINGARTENSIUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Catalogus abbatum Weingartensium, quo de rebus gestis eorum breviter traditum est, exstabat

1) in codice Weingartensi, saec. XIII, qui librum ritualem et benedictionale continebat, ad calcem libri litaniarum alia posteriore manu scripti. Catalogus desiit in Meingozone († 1200*), sed 'uno vel pluribus etiam foliis' excisis, dubium est, quousque eum scriptor produxerit', ut ait G. Hess, qui hoc codice ad edendum Catalogum usus est, Prodr. Mon. Guelfic. p.* 33—37*;*

2) in codice traditionum maiore Weingartensi, in archivo regio Stuttgartensi servato, mbr. fol. maximi, f. 3. *post medium saec. XIII. exaratus[3] et usque ad Conradum abbatem (a.* 1242—1266*) deductus, sub quo auctor vixisse videtur[4]. Ex hoc codice Catalogus editus est 'Wirtemberg. UB.' IV, App. p.* XVI—XIX. *O. H.-E.*

De[a] abbatibus nostris.

Quoniam a primaria fundatione monasterii nostri diversos hunc locum constat rexisse pastores, ad maiorem noticiam posteritati relinquendam quaedam de eis summatim perstringere dignum duximus.

a) De a. n. *des.* ℞.

1) Potius a. 1135. in concilio Pisano. 2) Immo a. 1149—1181; XIIII corrupte pro XXXI scriptum esse videtur. 3) Omnium abbatum imagines in margine huius folii pictae sunt, vide 'Wirtemb. UB.' IV, App. p. IV. 4) Conradus enim solus *venerabilis pater noster* ab auctore dicitur. Qui eo iam defuncto Catalogum conscripsisse videtur, cum ubique praeterito tempore de eo loquens usus sit: *fuit benivolus, provocabat in se affectum* etc. Is quidem monachus Weingartensis, qui narrationem incendii a. 1215. sub Bertholdo abbate paulo post a. 1217. conscripsit, dicit, Hess, Prodr. p. 65: *Quoniam igitur de quibusdam huius monasterii rectoribus, qui ante nos fuerunt, quid egerint vel in quibus fortunis fuerint, nonnulla per alios signata reperimus, visum nobis est quedam, que diebus nostris .... acta cognovimus, ... his denotare apicibus.* Unde Hess l. l. p. 33. 'catalographum vel sub Meingoso vel prioribus annis sub Berchtoldo seriem hanc abbatum in membranam congessisse', alterum eam usque ad Conradum deduxisse censuit; sed nihil in ea invenies, quod, ut hoc credas, suadeat. Immo cum auctor de Meingozo referens dixerit: *Sub tempore regiminis illius,* post huius obitum scripsisse videtur, qui etiam sub Bertholdo ipse ad narrationem de incendio a. 1215. compositam lectorem remisit. Cuius narrationis auctor cum de quibusdam abbatibus nonnulla adnotata se legisse dixerit, minime hunc Catalogum, quo de omnibus abbatibus pauca relata sunt, potius libellulos eiusdem generis ac narrationem suam in mente habuisse videtur, quos etiam ab auctore Catalogi lectos esse coniicio, cum is ad relationem quandam perditam provocaverit; cf. infra p. 1313, n. 9. Neutiquam accipiendum esse puto quod Hess p. 35, n. suspicatur, Welfonem VI, a. 1191. defunctum, inter vivos fuisse, cum hic Catalogus conscriptus sit, quod is *Welfo noster* vocatus sit, quo verbo Welfonem benefactorem et adiutorem abbatiae Weingartensis auctorem designasse existimo.

Primus itaque[a] Beringerus[1] nomine monachice vite, ut aiunt, plantator fuit eximius. Qui spiritalis discipline norma rudes discipulorum animos diligenter instruxit.

Secundus nomine Adilhelmus religiosam vitam ducens exemplum discipulis se prebuit, quia, quod verbo docuit, piis moribus et opere implevit.

Tercius nomine Herricus[2] secundum relationes seniorum sancte et simpliciter vivendo prefuit, id est gregem sibi conmissum in via veritatis stabili tenore direxit.

Quartus nomine Walicho spiritaliter et in Domino glorians sibi suisque profecit. Per quem nutu Dei omnis honor et profectus monachorum tam in timore divino quam in bonis augmentari cepit temporalibus.

Quintus nomine Chŏno, a Walpurgensibus[3] illustrem prosapiam trahens, duplici nobi-
litate[b] morum et generis regendo locum insignivit et incolas; calicem decentem fieri ius-
sit, Augustinum super Iohannem manu sua conscripsit. Preterea circa tempus eiusdem
abbatis Heinricus dux cum uxore[c] Wŏlfilde, pater Welfonis nostri, veteri monasterio fun-
ditus deposito, novum speciosius fundatum cepit exstruere anno Domini 1124[4], in quo 1124.
postea in extremis constitutus[5] monachum induit. Nec pretermittendum puto, quod sub 1126.
tempore regiminis illius claruerunt eximie vite et bone conversationis monachi, duo vide-
licet eiusdem abbatis nepotes, Chŏno[d] et Heinricus, Ŏdalricus custos, Heinricus prior[e],
Reginhardus. Iste est Ŏlricus[f], qui fenestram meliorem sanctuarii conpegit, libros matuti-
nales[g] conscripsit, cortinam de serico construxit.

Mortuo[h] eodem abbate, duo satis egregii viri, Gebehardus et Purchardus, in tempore quidem suo constituti sunt abbates, sed cuiusdam repulse impediti recesserunt obstaculo. Qui quoniam in loco prelature non sunt inventi, licet mentionem de eis facimus, tamen huic catalogo, ut credo, non sunt supputandi[6].

Sextus nomine Arnoldus[7] novelle plantationis indefessus cultor extitit, non solum ligna et lapides, sed etiam virtutes preciosas in subditis pulchre superedificans.

Septimus nomine Diethmarus, vir nobilis ex transalpinis[8] partibus, a cenobio videlicet Hyrsaugensi, huic monasterio prelatus et nomine abbatis locum plus quam 30 annis sapienter rexit et strenue. Sed nec hoc silendum estimo, quod sub Diethmaro[i] monasterium istud tam muris quam superedificiis conpaginatum dicitur. Cuius ponende eminentie sermo noster vel stilus non sufficit. Erat enim clare morigeratus, forma spiritalis, vultu placidus, castitate et pudicitia decoratus, omni, ut dicam, virtute inbutus. Sub tempore eius floruerunt venerabiles viri pie conmendandi[k] memorie Liutfridus prior, Marquardus camerarius, Rŏdolfus capellanus, Wernherus prepositus, Hermannus cognomine Albus, Wernherus cellerarius, quorum virtuosa sive utilia opera alias continentur[9].

Marquardus[h] sane camerarius non[l] parva predia sancto Martino coemit, et defuncto domino Diethmaro, abbatie prelatus est, sed postea depositus[10] quievit.

Octavus nomine Wernherus, qui domino Diethmaro prepositus satis idonee locum regiminis suscepit, homo honoratus, qui res tocius monasterii notas habebat, omnibus acceptus, circa hospitalitatem non minime sollicitus. Sub tempore illius[m] dedicatum est monasterium istud a venerabili Bertholdo Constanciensi episcopo anno Domini 1182[11]. 1182.

a) *deest* 2. b) nobilate 2. c) sua *add.* 2. d) Ch. et H. *des.* 2. e) Cŭno *h. l. add.* 2. f) Ŏdalricus 2. g) mattut. 2. h) *littera init.* M *deest* 2. i) eo 2. k) conmendande 2. l) non — coemit et *omisit Hess, lacunam indicans.* m) eius 2.

1) Beringerus et Adilhelmus post Heinricum tertio loco positum abbatiae Weingartensi praefuere; cf. Hess, Prodr. p. 19 sqq. 44 sqq. 2) Hic Heinricus potius dictus fuit primus abbas Weingartensis, qui primo abbas Altonis-monasterii, hinc cum monachis in Altorfense monasterium, dehinc in Weingartense translatus est; cf. Vita Altonis c. 13, supra p. 844. 3) Baronibus de Waldburg (OA. Ravensburg). 4) Cf. Ann. Weingart., SS. XVII, p. 308; notam dedicationis SS. XXIV, p. 832. editam. 5) Heinricus Niger obiit a. 1126, Dec. 13. 6) Gebehardus et Purchardus veri abbatis fuere Weingartenses, qui post Arnoldum mox sequentem, alter c. a. 1141—1149, alter c. a. 1149—1160. sederunt; cf. Hess, Prodr. p. 52 sq. De Godefrido priore S. Georgii in Carinthia, postea abbate Admuntensi, ante a. 1137, post Cunonem praecedentem igitur, abbate Weingartensi electo, sed mox cedente v. Vita Gebehardi Salisb. c. 17, SS. XI, p. 43. 7) Qui fuerat prior Zwifaltensis; cf. Bertholdi Zwifalt. Chron., SS. X, p. 109. 8) Trans silvam dictam 'die Rauhe Alp' sitis. 9) Nihil de eis iam exstat. 10) Ideo in abbatum numero ab auctore non ponitur; neque in Necrol. Weingart. Oct. 2, MG. Necrol. I, p. 229, abbatis, sed solum camerarii titulum habet; in Necrol. Zwifalt., ibid. I, p. 262. monachus tantum dicitur. 11) Cf. notam dedicationis, SS. XXIV, p. 832. editam, quae etiam ab Hess, Prodr. p. 59 sq.,

Nonus Meingoz nomine a cenobio Richinbach[a, 1], cui religiose prefuit, vocatus huius monasterii pater efficitur, homo venerabiliter[b] omnimodis et spiritualiter personatus; quem inter cetera virtutum insignia mater virtutum humilitas laudabiliter sublimavit. Sub tempore regiminis illius monasterio nostro non parva, Deo favente, sunt collata predia[2], id est Berngartruti[c, 3], Hussikilche[4] et alia. Sub eo preterea, imo per eum constructa est coclea vel turris monasterii, dedicata sunt altaria 4[or], duo minora sanctuarii, duo sancte Crucis collateralia, quorum unum reliquiis quarundam sanctarum virginum 11 milium copiose investivit[5], maiori de eis instituto officio. Due per eum et per dominum Cǒnradum partes Iosephi sunt conscripte, Vita maior sancti Gregorii, Registrum eiusdem et Pastoralis cura. Utile per eum hospitibus est edificatum cenaculum, refectorium dominorum tabulatum et fenestris adornatum. Sub illo claruerunt vita venerandi, personis electi atque probati Heinricus prepositus de Bůchorn[6], Fridericus camerarius, Chůno cappellanus, Albertus prepositus de Bůchorn, Bertholdus prepositus, Heinricus plebanus[7], qui sanctuarium egregia pictura insignivit; Heinricus quidam presbiter et aurifex, qui duos calices confecit et quasdam meliores fenestras fieri iussit; Fridericus sane camerarius, officio suo prudenter providens, non paucas res utilitatis monasterii disposuit, que alio in loco videbuntur plenius[8].

1200. Decimus Bertholdus nomine prefato Meingozo in loco regiminis successit. Qui probabiliter et honeste curam pastoralem super gregem[d] sibi conmissum studuit portare. Ipse festivam memoriam sancte Marie in sabbato ex consensu capituli precepit celebrare[9] et alia quam plurima opera virtutum mente et corpore exercere laborabat. Nam qualis exstiterit circa decorem domus Dei, qui cupit scire, in libro letaniarum reperiet[10].

1232. Post hunc undecimus exstitit Hugo nomine, homo humilis et prudens. Hic chorum frequentare[e] solebat, unde et alios sibi commissos hoc idem facere conpellere non obmittebat. Idem ex providentia sua creditoribus monasterii nostri septingentas marcas duobus annis exsolvebat.

1242. Duodecimus huius monasterii prelatus exstitit venerabilis pater noster Cůnradus de Wagenbach[11]. Qui omni adornatus virtute omnium suorum subditorum provocabat in se affectum. Ex caritatis enim affluentia fratribus instituit meliorem fieri prebendam. Fuit ergo benivolus, largus, munificus, paciens, conpatiens, pius, misericors, humilis, pudicus, sobrius, continens et quietus; quapropter Deus non dereliquit eum in tribulationibus et necessitatibus suis, sed eripuit eum ex quorundam pravorum infamatione et detractione et glorificavit eum in conspectu inimicorum suorum. Nam infortunium, quod huic monasterio ex incendio[12] et devastatione H[einrici] Constantiensis episcopi[13] acciderat, per eum Dominus, ut cernitur hodie, omnia restauravit. Agriculturam eciam in campo Altorfensi amplificavit et predium quod dicitur Seinna[14] 40 marcis conparavit[15].

a) Richenbach 2. b) ve[]vener. 2. c) Berngartruthi 1 (?), *qui codex in hoc abbate, nescimus in quo verbo desiit, uno vel duobus foliis excisis.* d) gregiem 2. e) frquent. 2.

et 'Wirt. UB.' III, p. 484, iam edita erat, ubi dedicatio a. 1183, Nov. 12. facta esse dicitur, sed a. 1182, Nov. 12. eadem adscribitur etiam Ann. Weingart., SS. XVII, p. 309. 1) In regno Wirtembergico ad fl. Murg sito. 2) Cf. tradit. Wingart., 'Wirtemb. UB.' IV, App. p. XIII. 3) Bergatreute (OA. Waldsee). STAELIN. 4) Hosskirch (OA. Saulgau). ST. 5) Nota dedicationis horum altarium non exstat. 6) Nunc dicto Friedrichshafen ad lacum Bodensee. 7) Altorfensis procul dubio; nam loco monasterii Altorfensis ecclesia parrochialis instituta est. 8) Ubi quaeso? nescio! heu quanta periere! HESS. 9) Cf. *Annotationem, qualiter officium de sancta Maria per circulum anni die sabbathi debeat celebrari,* ex libro litaniarum editam a G. Hess, Prodr. p. 62 sqq. 10) Narrationem videlicet eorum quae sub Bertholdo abbate facta sunt, quam edidit Hess l. l. p. 66 sqq., et notam de libris sub eodem scriptis, ibid. p. 64 sq., et annotationem, quae n. 9. laudata est. 11) Ober- et Unter-Wagenbach prope Bodnegg (OA. Tettnang). 12) Cf. bullam Innocentii IV. d. d. 1248, Maii 7, in qua huius incendii mentionem facit; 'Wirt. UB.' IV, p. 175 sq., nr. 1113. 13) I. a. 1233—1248. Quid mali hic abbatiae Weingartensi fecerit, ignoratur. 14) Schenna (praef. Meran). ST. 15) Conradus obiit a. 1266, Mart. 24; cf. Hess, Prodr. p. 76, et notam necrologicam, SS. XXIV, p. 830, n. *.

DEDICATIO ECCLESIAE SPRINGIRSBACENSIS.

Sequens nota[1] *exstat manu saec. XII. exarata in pagina ultima codicis mbr., fol. maximi, scripti circa finem saec. XI. et primam bibliae partem usque ad librum II. Paralipomenon continentis, qui olim monasterii Sprenkirsbacensis fuisse videtur, nunc vero est hospitalis a Nicolao cardinali Cusano in* Cues *fundati, signatus in calce superiore:* 8. *et in inferiore:* 8. *CC. SS.*

H. V. SAUERLAND.

Anno dominicae incarnationis 1136, indictione 14, epacta 15, regnante Lothario imperatore piissimo, dedicata est ęcclesia in Sprenkirsbach 8. Idus Augusti ab archipresule Tre- 1136. Aug. 6.
virorum domno Alberone et apostolice sedis legato anno suae ordinationis 5. in nomine sanctae et individuae Trinitatis et in honore sanctae Dei genitricis Mariae, victoriose sanctae crucis, Pauli apostoli, Abrunculi episcopi. Continentur autem in principali altari hae reliquiae: De sanguine Domini qui fluxit de latere eius, de sindone qua involutum est corpus Domini, de ligno Domini, de vestimento Domini, de sepulchro Domini, de spinea corona, de presepio Domini, de sepulchro et de vestimento sanctae Dei genitricis Mariae; reliquiae Pauli apostoli, de corpore et de cruce Andreae apostoli, Mathiae apostoli; sanctorum martirum Syxti papae et martiris, Clementis papae, Christofori martiris, Crispini et Crispiniani martiris, Georgii martiris, Proti et Iacincti martirum, Kiliani martiris, Cyriaci martiris, Marcellini et Petri martirum, Bonifacii episcopi et martiris.

ADDENDA ET EMENDANDA.

AD PARTEM I.

P. 235, *l.* 7. *Translatio S. Huberti auct. Iona nunc ex multis codicibus edita est a Rev. P. C. de Smedt Acta SS. Nov. I, p.* 817. 818.

P. 244, *n.* 1. *lege:* Grossostheim prope Sulzbach, non Kleinostheim ad Moenum fl. infra Aschaffenburg.

P. 255, *n.* 2. *lege:* Sindlingen, *deleto signo interrogationis.*

P. 259, *n.* 3. 260, *n.* 1. 5. *dele quae Teulet coniecit, falsa procul dubio.*

P. 298. *Ermentarii Vita et Miracula S. Filiberti exstant in codice Catalaunensi nr.* 56 (60), *saec. XI ex., f.* 196′ *sqq., ut V. Cl. E. Dümmler monet. Cf. 'Catal. des mss. des départ.' III, p.* 23.

P. 396, *l.* 16. *In codice Bruxellensi nr.* 7487—91, *saec. XIII ex., qui Miracula S. Vedasti continet, potius Sermo de relatione corporis b. Vedasti et Miracula Bellovaci facta Ulmaro auctori tribuuntur hac subscriptione:* Expliciunt pauca de miraculis sancti Vedasti edita a venerabili Ulmaro monacho et presbitero. *Cf. Catal. cod. hagiogr. Bruxell. (Append. ad Analecta Bolland.) II, p.* 73. *Nullo igitur iure ab Ulmaro librum II. Miraculorum compositum esse creditum videtur.*

P. 397, *l.* 13. *Huberti libellus de apparitione S. Vedasti exstat etiam in eodem codice Bruxellensi nr.* 7487—91. *fol.* 52′—54.

AD PARTEM II.

Ad Miracula S. Gisleni auct. Rainero.

P. 575 *sq.: Nuper V. Rev. Alb. Poncellet S. I. in Analect. Bolland. VI* (1887), *p.* 209—255. *uberrime et doctissime de Raineri vita et libro disseruit et opiniones iis quae supra a.* 1885. *scripsi contrarias de vita et tempore Raineri proposuit. Ratbodum enim, cuius iussu Rainerus Vitam et Miracula S. Gisleni conscripsit, aut abbatem Blandiniensem (qui Rotboldus vel Rotbaldus dictus a.* 995—1029. *huic monasterio praefuit, a.* 1042. *obiit) aut abbatem S. Amandi*

1) Quam nuper nobis oblatam hoc loco damus, iam absolutis notis dioeceseos Treverensis, inter quas haec exhibenda fuisset. H.-E.

(a. 995—1013) fuisse, Rainerum igitur aut S. Petri Blandiniensis aut S. Amandi Elnonensis monachum fuisse contendit. Porro pro certo habet Simonem, cuius precibus Ratbodus motus est, ut Rainero hoc opus conscribendum mandaret, abbatem S. Gisleni, circa a. 1015. defunctum, fuisse. Huius igitur tempore et iam ante a. 1000. Rainerum libellum suum composuisse censet. Quae sententia ut stare possit, coniicit Rainerum primo post caput 11. Miraculorum calamum deposuisse, post obitum Simonis caput 12. subiunxisse, postremo post multos annos extremam partem Miraculorum, qua res a. 1035. 1036. gestae narrantur, addidisse. Coniecturae hae sunt levissimae. Sane quaestio difficillima est, sed eam hac ratione solvi non posse apud me constat. Minime tempore Simonis illius abbatis S. Gisleni se vixisse Rainerus ipse disertissimis verbis docet, cum suis temporibus ea tantum quae extrema parte operis narrantur facta esse, contra omnia quae praecedunt se iam scripta reperisse dixerit. Porro Rainerum neutiquam quadraginta circiter annis post librum confectum extremam partem, qua miracula suis temporibus facta narravit, conscripsisse, sed totum librum, quem nunc habemus, uno tenore exarasse etiam ex ipsius Raineri prologo patet. Dicit enim pauca tantum se scripsisse quae auditu perceperit: Quale est illud quod pinxi de pisce, . . . sicut ab abbate Simone didici, et caetera quaedam, quae seiunctim diligens lector facile cognoscere poterit. *Seiunctim posuit Rainerus extremam partem Miraculorum, cui proprium titulum indidit (supra p. 585) textus miraculorum suis temporibus factorum, quam his verbis exorsus est:* Quae igitur utcunque sunt praelibata, haec docuerunt calamum currentem cartularum scripta, excepto quod de pisce Symone abbate auctore videntur praescripta. Quae vero subnectuntur auditu auris didicit nostra mens. *Quis non videt ad hanc partem seiunctim positam prologi illa verba spectare? Patet igitur prologum post a. 1036. nec tempore Ratbodi abbatis S. Amandi nec Rotboldi abbatis Blandiniensis scriptum esse. Patet ergo etiam Rainerum neutri eorum subditum fuisse. Immo eum monachum S. Gisleni fuisse ostenditur locis supra p. 575, n. 8. allatis, quos V. Rev. Poncellet neglexit. Concidunt igitur omnia, quae hic exstruxit. Qui et alias coniecturas excogitavit, ut opinionem suam stabiliret (l. l. p. 230 sqq.), nullo certo argumento innixas. Oportet ergo omnia tueri, quae supra de tempore et conditione Raineri exposui. Quibus id solum obstat, quod nusquam alibi quidquam de Rathbodo abbate S. Gisleni relatum est. At perpauca tantum de rebus Gislenianis istius temporis comperta habemus, et quis inter a. 1043. et 1052. abbatiam S. Gisleni rexerit, non constat. Hoc igitur tempore Rathbodum eam tenuisse coniiciendum est.*

P. 575, l. 9 sqq. Homelia a Ghesquiero laudata nunc edita est Analecta Bolland. VI, p. 256—270. At nullum est argumentum, quo probetur eam ab auctore Inventionis et Miraculorum S. Gisleni compositam esse.

P. 576, l. 5 sqq. Rev. V. A. Poncellet, Anal. Bolland. VI, p. 239—241. censuit et Rainerum et auctorem Inventionis et Miraculorum 'separatim ex communi aliquo fonte hausisse', non huius opusculum ab illo lectum esse, ut supra conieceram. Quod negare nolim, in dubio tamen relinquendum videtur.

P. 576, l. 22. Raineri liber de vita et miraculis S. Gisleni nunc integer optime editus est Analecta Bollandiana V, p. 209—288. Ubi in libro Miraculorum edendo praeter codicem Montensem antiquum a nobis exscriptum adhibiti sunt alter codex Montensis nr. 229 (222) saec. XIII, olim S. Gisleni (cuius supra p. 576, n. 5. sub nr. 26. mentionem feci); Duacensis nr. 500. saec. XIV, olim Aquicinctinus; Bruxellensis nr. 9536. 9537, quem supra p. 576, l. 25. commemoravi, qui omnes Miraculorum librum non integrum exhibent. At codices Montensis alter et Duacensis ex antiquiore codice Montensi manarunt (vide A. Poncellet, Anal. Bolland. VI, p. 217), codex Bruxellensis in textu Miraculorum constituendo ne hilum quidem valet, cum fragmenta tantum depravato et aliquoties immutato sermone exhibeat.

Ad Monumenta Bavoniana.

P. 590, l. 26. Miraculorum S. Bavonis saec. XI. c. 2. 3. in brevius contracta edita sunt Analecta Bolland. IV, p. 194—196. ex codice Gandavensi nr. 487, saec. XV.

P. 596, l. 64. dele notam 4, pro qua pone: Cf. Hirsch, 'Jahrb. Heinrich II.' I, p. 408, n. 2.

P. 597, l. 7. 8. Qui — obedientia *ex Salustii Cat. c. 1. sumpta sunt.*

P. 597, l. 26. ad Adhelbertus *adde notam:* Videtur is fuisse Azelinus filius illegitimus Balduini II. comitis Flandrensis a. 962. defuncti; cf. Hirsch l. l. II, p. 319, n. 3.

P. 601, *l.* 29. in culpa — umquam *litteris obliquis exprimenda sunt, ubi adde notam:* Horat. Epist. I, 14, 13.

P. 601, *l.* 35. *ad* obliquo — morsuque *adde notam:* Cf. Horat. Epist. II, 14, 37 sq., quos versus Heriger laudat in prologo Gest. pont. Tungr., SS. VII, p. 165.

P. 605, *l.* 56, *n.* s. *Hoc caput de translatione S. Landradae nunc editum est Analecta Bollandiana IV, p.* 192—194. *ex codice Gandavensi a nobis adhibito.*

P. 608. *dele n.* 1, *pro qua pone:* Widonem. Cf. quae exposui in 'Hist. Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' (Hannover 1886) p. 662, *ubi fusius de libris apud S. Bavonem scriptis, supra editis, disserui. Etiam p.* 608, *n.* 6. *pone* Wido *pro Otwino.*

P. 611, *n.* 1. *lege:* Hoc loco iam Wido abbas intelligendus esse videtur. Womarus enim die Aug. 27. a. 980. obiit (cf. 'Hist. Aufs.' p. 661) *etc. et dele ibid. l.* 48. 49: Et Wido — abdicavit.

Ad Monumenta Blandiniensia.

P. 621, *l.* 11. *Codicem Blandiniensem suum F. Vande Putte patribus Bollandianis communicavit, ex quo Rev. P. C. de Smedt initium Fundationis monasterii Blandiniensis edidit Acta SS. Nov. I, p.* 375. *Cf. ibid. p.* 358, *ubi optime exposita sunt, quae codex iste contineat.*

P. 622, *l.* 3. *In codice Gandavensi nr.* 224. *f.* 69′. 70. *excerptum breve Historiae fundationis monasterii Blandiniensis, saec. X. scriptum, exstat, quod in usum nostrum benigno animo V. Cl. H. Pirenne exscripsit, et quod editum est Acta SS. Nov. I, p.* 358. *Eius lectiones nullius momenti sunt, immo sermo immutatus est. C. de Smedt, qui in Actis SS. hoc fragmentum edidit, non vidit hoc ex Historia fundationis excerptum, immo praecipuum fontem posteriorum de primis abbatibus Blandiniensibus esse perperam censuit.*

P. 623, *l.* 57, *n.* 5. *adde:* Quod etiam Series abb. S. Vedasti, SS. XIII, p. 382, anno 7. Theoderici III. (falso a. 689) factum esse refert.

P. 641, *l.* 20 *sqq. Libelli de loco sepulturae Florberti abbatis nunc editi sunt ex codice supra memorato, quem F. Vande Putte possedit, Acta SS. Nov. I, p.* 368. 370—372. *Quo iam facto, nonnulla quae supra diximus et edidimus corrigere oportet. Vande Putte enim titulum metricum his libellis praefixum extremis verbis omissis et uno gravi mendo maculatum ediderat, quo seducti sumus, ut in eius falsam opinionem cederemus, priorem saltem partem libelli a Lantberto quodam compositam esse (cf. 'Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' p.* 638, *n.* 3). *Iam titulum p.* 642, *l.* 1 *sqq. editum integrum et emendatum hoc loco repetimus:*

Tytulus sancti Bavonis nobilissimi confessoris in Gandavo castro; ystoria, non fabula.

Quo sacer Amandus virtute beatificandus
Idola destruxit et coenobium sibi struxit,
Collectoque gregi servire Deo cupienti
Patrem Florbertum praefecit laude refertum,
Cuius adhuc tumulum Gand monstrat corpore onustum.
His breviter scriptis, Lantbertus pastor herilis
Vester, ut optamus, vivat super aethra locatus.
Quae petitis vestris, eadem persolvite nostris,

Florberto praefato nostro pastori primo, Wilfrido abbati, Eilfrido abbati, Einardo abbati.

Unde iam patet, ut Rev. V. C. de Smedt optime exposuit, hos versus a quodam S. Bavonis monacho compositos esse, supra p. 642, *l.* 1. *falso a nobis cum Vande Putte* Florberti *pro* Bavonis *in titulo positum esse, cum abbates in calce memorati monasterium S. Bavonis rexerint. Porro patet hos versus esse extremam partem epistolae monachorum S. Bavonis datae ad fratres cuiusdam monasterii, quorum patronus seu abbas quondam fuit Lantbertus. Nullo enim iure V. Rev. de Smedt coniecit Lantbertum in versibus commemoratum fuisse castellanum Gandavensem, qui 'pastor herilis' dici non potuisset. Immo apparet fratres S. Bavonis his versibus alterius cuiusdam coenobii monachos monuisse, ut pro abbatibus suis precarentur, quorum primum Florbertum haberi voluerunt. Qui versus igitur sumpti esse videntur ex* kartis pro exequiis abbatum per regiones directis, *quarum monachus Blandiniensis supra p.* 643, *l.* 18. 19. *mentionem fecit. Monachus quidam Blandiniensis extremam tantum partem epistolae, quae ad litem de Florberto abbate pertinebat, descripsisse et libellis de eadem lite a Blan-*

diniensibus compositis praefixisse videtur. Sane iam elucet perperam Lantbertum auctorem libelli de loco sepulturae Florberti habitum esse. Neque est, cur encyclicam p. 642, *l.* 10—35. *editam ab eodem scriptam esse censeamus, qui sequentem libellum de certissima translatione S. Florberti composuit. Hic solus a.* 1079. *editus, sed etiam encyclica post medium saec. XI. scripta est. Emenda in textu nostro ex editione Bolland.: p.* 642, *l.* 13. eo congregasse; *l.* 17. subiacet, quamvis; *l.* 18. vocitari. Faciunt his; *l.* 20. suppleta; *l.* 23. Scald; *l.* 44. pignera. — *p.* 643, *l.* 8. erroris; *l.* 17. *post* agnovimus *adde ex n.* ***:* Inde quasi certum diem obitum eius apud se statuere; *l.* 19. conscripsere; *l.* 30. perspicitur. — *p.* 644, *l.* 1. 2. *uncis inclusa in cod. exstant praeter* fratres S. Bavonis, *quae B addidit.*

P. 642, *l.* 46. *Libellus de translatione S. Florberti retractatus et usque ad a.* 1258. *continuatus exstat etiam in codice saec. XIV. a bibliotheca civitatis Gandavensis nuper empto; cf. Acta SS. Nov. I, p.* 370 *sq. Qui codex habet p.* 644, *l.* 16. petitioni . . . consentit; *l.* 24. omnem; *l.* 32. permiserunt.

Ad Monumenta Broniensia.

P. 646 *sqq. Rev. P. Germanus Morin librum de Virtutibus S. Eugenii Broniensibus integrum, sed alio ordine ac in antiquo codice dispositum, invenit in codice seminarii Namucensis saec. XVI. a Lamberto Derhet monacho Broniensi scripto et variam lectionem huius codicis collati cum editione Bollandiana dedit Analecta Bolland. V, p.* 385—391. *Quae quidem non tam magni momenti est, attamen non ex codice Bruxellensi hoc exemplar transcriptum est et nonnullis locis veras lectiones, in illo vitiatas, habet. Sed multae rectae lectiones codicis Namucensis, quae ibidem afferuntur, etiam in codice Bruxellensi leguntur, in editione Bollandiana depravatae sunt. Potiores eius lectiones hoc loco afferimus. Codex Namucensis habet p.* 647, *l.* 23. Burnon; *l.* 35. Sanctoriam; *l.* 41. inventa est *falso correctum.* — *p.* 648, *l.* 4. *recte* cluescunt, *ut conieci; l.* 15. Lomacensi *falso pro* Teoracensi; *l.* 28. huiusmodi querelis illum. — *p.* 649, *l.* 10. proximo futuram; *l.* 50. terribili voce. — *p.* 650, *l.* 1. deferretur *recte, ut correximus; l.* 5. Eugenii merita invocavit; *l.* 8. deferrentur; *l.* 9. pagum; *l.* 27. iusserunt; *l.* 44. ille venire cito. — *p.* 651, *l.* 2. dedignati *recte; l.* 4. profecto; *l.* 17. unum; *l.* 32. Deonantense castrum. — *p.* 651, *l.* 45. volens; *l.* 53. lymphae; *l.* 57. non *(post* huic*) deest.* — *p.* 652, *l.* 20. a iam dicto; *l.* 25. regnat per cuncta saeculorum saecula; *l.* 43. Eugenius erat, et; *l.* 47. Engeldrudem *pro* Ermesendis; *l.* 48. funditus; *l.* 50. namque *deest.*

Rev. P. G. Morin etiam l. l. p. 391—393. *extremam partem libelli, quae in codice Bruxellensi periit, ex Namucensi edidit. Quae quidem nullius fere momenti est, quare sat habuimus haec pauca ex ea exscribere:*

(38) 29. . . . Fuit namque quaedam mulier nomine Engela[a], quae proprium relinquens virum, sancto velamine operta, coenobio sese iunxit sanctimonialium[1], quo[b] venerabatur sancta Gertrudis inclita famula. Ast demum carnis voluptate devicta, sacrum respuens velum, iam relicto iterum copulatur marito; statimque coepit agitari a spiritu maligno. . . . . . . Tertia vero die fratribus pro ea ieiunantibus, ut iterum exorcizaretur, ab uno ex fratribus Berengario nomine, qui interpretatur 'bene gerens', interrogata est, cur eam nequissent eripere a tam pessima vexatione. . . . . . .

(39) 30. . . . Quaedam cervula, nescio unde commota, sed tamen nullo venatore agitata, per mediam Laivam villulam directe cucurrit . . . ad monasterium sancti Eugenii citius currendo pervenit. . . . . . . Haec vero emeritus nomine Robertus ipsius ecclesiae custos cuncta vidit. . . . . . .

(40) 31. Sed nec illud praetereundum videtur, quod pene sub idem tempus[c], licet dissimili ratione, tamen consimili actu omnes cognovimus. Duo namque in hac eadem provincia carnales fuerunt fratres, quorum unus Algisus, alter vocabatur Dodo, qui in confinio[d] terrae huius monasterii Broniensis[e] allodia possidebant. Deo autem inspirante unus eorum, Algisus videlicet, praedium sui iuris ad basilicam sancti Petri sanctique Eugenii martyris tradidit. Sed dum hoc frater eius conspexisset, graviter tulit et adversus praedictum fratrem suum iura bellorum suscepit, dicens se nullatenus hoc alteri consentire, quod sibi suisque posteris iure propinquitatis competeret. Cumque id abbas huius congregationis multorum didicisset relatu, metuens, ne his minimis maxima deinceps crescerent, consilio cum fratribus et cum praedicto Dodonis fratre[f] inito, praecepit ecclesiae huius aedituo, ut, secum eodem homine iuncto itineris socio, comitem vel defensorem huius loci adirent eiusque consilio tractarent, qualiter id quod Deo annuente factum fuerat aliquatenus absque disceptatione seu contradictione illius confirmaretur. Accidit autem, ut

a) Eugela *ed.* b) qua *ed.* c) tempore *c.* d) confinia *ed.* e) Broniensi *ed.* f) fratris *ed.*

1) Nivialensi.

illis diebus mallum apud villam dictam Livehi quandam haberetur, ad quod praedictum fratrem cum eodem, de quo diximus, homine causa praedictae traditionis consummandae mitteremus. Hoc frater eius Dodo cognito, furore permotus, ascenso equo eos est insecutus. . . . . . .

P. 663, *l.* 13. *lege:* Invidiam[e] placare paras[f], virtute relicta? *Quae obliquis litteris exprimenda erant, et adde notam:* Horat. Sat. II, 3, 13. *et in nota* f *pone* putas 1.

P. 669, *l.* 14. *ad versum adde notam:* Catonis Dist. IV, 5.

P. 674, *l.* 23. *Excerpta Vitae S. Deicoli genuini textus edidit Grandidier, 'Hist. d'Alsace' II, p.* LV *sqq.*

P. 677, *l.* 65, *n.* 2. *adde:* Cf. W. Gisi in 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XXVI, p. 287—297.

Ad Vitam Adalberti Egmondani.

P. 699. *Auctor Vitae Adalberti est Ruopertus monachus Mediolacensis, discipulus Gerberti, Ekmundam missus ab Egberto archiepiscopo procul dubio, ut Mirac. S. Liutwini c.* 10, *infra p.* 1264. *tradunt.*

P. 700, *n.* 3. *Cf. ea quae exposui 'N. Archiv' XIII, p.* 29—32.

P. 702, *l.* 4. *adde notam:* Haec fabula fortasse a monte vicino Rorikesberg exorta est; cf. Mirac. S. Donatiani, infra p. 856.

Ad Passionem et Translationem S. Adalberti episcopi Pragensis.

P. 705, *l.* 20. *Apographum Passionis Adalberti ex codice Tegernseensi saec. XV. transcriptum exstat in codice Monacensi nr.* 23846. *f.* 371—373*; cf. 'N. Archiv' XIII, p.* 586.

P. 705, *l.* 25. *Passio Adalberti etiam edita est ab A. Kolberg in 'Zeitschrift für die Geschichte und Alterthumskunde Ermlands' VII, p.* 502—515.

P. 705, *l.* 32. 33, *n.* 6. *pro* Martinus — scriptor *lege* Chronica Polonorum.

P. 708. *Libellulum de translatione s. Adalberti nuper edidit W. Kętrzyński in Monumentorum Poloniae historicorum tomo V. (Lwów* 1888*) ex codice Varsoviensi bibliothecae Zamoyscianae saec. XIV. medio exarato, qui Iacobi de Voragine Legendam Auream continet. Hic codex multo emendatiorem textum praebet quam editio supra repetita, quare variam lectionem novae editionis hoc loco adscripsimus: P.* 708, *l.* 8. actum est; *l.* 9. comperimus; *l.* 10. Deinde truc. beati viri; corpus eius sep.; *l.* 11. se populorum mentes; *l.* 14. visione; *l.* 15. *Post* ceperunt *exciderunt haec:* Ceterum subito divinitus animati ad invicem se adhortari ceperunt; *l.* 15. qua illud signum; *l.* 16. *recte* saucium, *ut emendavimus; l.* 17. cernunt *deest;* qui f. m. ignorabant; *l.* 18. esse maximi; *l.* 19. de gurgite illum; *l.* 20. trad., ipsum autem suis; minime *deest; l.* 22. Hoc; *l.* 23. anxie; *l.* 24. Poloniam petit; Pruziam; *l.* 25. redderent; *l.* 28. reddere, *ut emendavimus; l.* 29. Gusto (?) auro; *l.* 30. caput quoque; *l.* 31. ad urbem Gnesden; sita; *l.* 32. et qui cum omni secum aderant; *l.* 33. plerosque *falso; l.* 34. occurrit; *l.* 35. Gnezn. simulque Pol.; *l.* 38. hic quoque apost.; *l.* 39. sepulturam; Tandem racione ac instancia hom. imperator devictus. *Haec V. Cl. M. Perlbach nobiscum communicavit.*

P. 735, *n.* 8. *lege:* Versus est Sedulii, Carmen pasch. I, 220, *ubi* natura, *ut Watt. correxit, quod et in textu ponendum est.*

P. 750, *l.* 50. *adde notam* 3) Haec ex Hincmari Vitae Remigii prologo sumpta sunt.

P. 759, *l.* 48. *adde notam:* Epitaphium Megengaudi et Gerbergae, uxoris eius, et Irmindrudis, filiae eorum, vide 'N. Archiv' XIII, p. 169.

Ad Drogonis Translationem S. Lewinnae.

P. 782, *l.* 41. *post* Bigotiano *adde:* nunc Parisiensi Lat. nr. 5296 B. saec. XIII, *quem V. Cl. A. Molinier exscripsit, sed variam lectionem eius afferre nolumus, cum codicis Bergensis multo melioris lectionem non habeamus. Codex Parisiensis plerumque lectionem Mabillonii, qui eo usus est, habet, sed non pauca in editione Mabillonii vitiata, nonnulla falso correcta sunt. Haec sunt, quae hoc codice collato emendanda esse intelleximus, cum eadem et hic codex et Sollerius habeant: P.* 786, *l.* 1. *et p.* 787, *l.* 19. *lege* zaberna; *p.* 786, *l.* 52. *et p.* 787, *l.* 32.

lege zabernam; *p.* 786, *l.* 22. *lege* flexionem; *l.* 44. *lege* fiat usque v. *P.* 787, *l.* 33. *lege* arrabone detineatur; *l.* 54. *lege* comeretur. *P.* 788, *l.* 42. *lege* Alverinkehem. *P.* 789, *l.* 14. 15. *dele* tum copiis etiam piscium et alitum, *codex Paris. falso iteratum habet:* tum copiis etiam rerum, *quae Soll. non habet; apud Mab.* piscium et alitum *e coniectura scriptum esse apparet.*

P. 790, *l.* 21, *n.* 4. *adde:* et in Heinrici III. diplomate spurio (St. 2460), Calmet, 'Hist. de Lorraine' II, Probat. p. CCCX, ubi nomen 'Gontho' scriptum est.

P. 809, *l.* 17. *ad versum adde notam:* Hunc Lucani Phars. VII, 62. 63. versum citat Augustinus De civitate Dei XIV, 18. et De doctrina christiana IV, 34.

Ad Miracula S. Trudonis.

P. 822, *l.* 18. *Codex, ex quo Mabillon Miracula S. Trudonis edidisse videtur, nunc exstat in bibliotheca Universitatis Leodiensis nr.* 58 (210, *t. II*), *fol. saec. XIV, olim S. Trudonis; de quo vide Analecta Bollandiana V, p.* 334 *sqq. Et ibidem p.* 319. *recensetur codex nr.* 41. *eiusdem bibliothecae, saec. XVI, olim fratris Amandi de S. Trudone, eosdem Miraculorum libellos continens, quem neglexímus. Sed codicem nr.* 58. *V. Cl. E. Ouverleaux benigno animo exscripsit, unde coniecimus huius codicis apographum Mabillonio edendum transmissum esse, cui tamen aliquot lectiones alterius codicis illatae fuisse videntur. Codex Leodiensis non habet lemma apud Mabillonium ei inditum, quod supra p.* 822, *l.* 19. *legitur, sed hoc:* Incipit prefacio adhuc de miraculis sancti Trudonis missa ad Guntrannum abbatem Sancti Trudonis. *Post prologum hoc est lemma:* Explicit prefacio. Incipit primum miraculum de eodem sancto. *Notes igitur, precor, lector, nec Mabillonii (ut p.* 821, *l.* 10—12. *dixeram) neque altero antiquo codice librum I. Miraculorum Stepelino attributum esse, quo confirmatur quod p.* 822, *l.* 10. *censui, a Stepelino librum II. tantum Miraculorum conscriptum esse.*

Codex Leodiensis mendosius exaratus multo inferior est codice Musei Brittannici, quem adhibuimus, cum et genuina quaedam, a scriba non intellecta, in illo immutata sint. Mabillonii editio ubique fere lectionem eius a codice Musei Brittannici variantem praebet, ut intelligas lectionem Mabillonii a nobis adnotatam etiam in codice Leodiensi exstare praeter has notas, ubi apographum Mabillonii mendose transcriptum fuisse, aut Mabillon eius lectionem mutasse videtur: p. 822, *n.* b; *p.* 823, *n.* e. g; *p.* 825, *n.* l; *p.* 827, *n.* b; *p.* 828, *n.* a. b. f; *p.* 829, *n.* b. c. e; *p.* 830, *n.* a.

Praeterea codex Leodiensis alia etiam menda editionis Mabillonianae habet, quae non attuli. Eadem verba utrique desunt, eodem modo saepissime verba transposita sunt. Hae paucae tantum codicis Leodiensis lectiones dignae visae sunt, quae afferrentur, quarum nonnullas etiam in codice Musei Brittannici legi, a Rogero Pauli b. m., qui hunc codicem contulit, omissas esse mihi persuasum est: P. 823, *l.* 33. possim (*sed Mab.:* possum); *l.* 49. Lovanie (*Mab.:* Lovanium). *P.* 824, *l.* 19. de quibus a longe, *et ita procul dubio etiam codex Musei Brittannici habet, non* et longe *ut Mab., illud igitur recipiendum; l.* 35. et Deum, *et sic fortasse etiam codex M. Britt. habet* (Dominum *Mab.*). *P.* 825, *l.* 19. obviare; *l.* 41. Instantibus igitur (quoque *Mab.*); *l.* 53. Los *ut Mab. P.* 826, *l.* 9. Cum hac *ut Mab.; l.* 54. Teutonice *ut Mab. P.* 827, *l.* 21. Leodiensis *ut Mab. P.* 828, *l.* 8. patroc. sibi mer. *ut Mab.; l.* 21. infingeret (*Mab.:* infringeret); *l.* 49. Eytha; *l.* 54. filiam *ut Mab. P.* 829, *l.* 1. Mensuindis (Mesuendis *Mab.*); *l.* 2. aliquod; *l.* 7. villa *deest, a Mab. uncis inclusum suppletum; l.* 17. monebat *ut Mab.; l.* 23. edissere::, *duabus litteris erasis* (ediscere *Mab.*); *l.* 24. super; *l.* 35. periculum michi propter, *et sic* (mihi) *haud dubie etiam codex M. Britt. habet, ut legendum est. Nam Mab. etiam n.* e etiam *pro* mihi *habet; l.* 41. leviari michi inf., *ut hoc quoque loco legendum est; l.* 53. 54. audivimus (audimus *Mab.*); *l.* 55. discr. vie hab., *et sic* (viae), *ut legendum est, procul dubio etiam codex M. Britt. habet* (vitae *Mab.*); *l.* 57. tocius, *ut codex M. Britt. P.* 830, *l.* 6. mestis.

Moneo praeterea capita in codice Leodiensi non recte numeris signata, nonnulla bis, nonnulla non numerata esse, unde non 102, *sed* 100 *tantum capita liber II. in hoc codice habet.*

P. 828, *l.* 63. 64. *dele n.* 9, *pro qua lege:* Bastenaeken est nomen Vlamingicum oppidi Bastogne (prov. Luxemburg), ut V. Cl. E. Ouverleaux monuit.

P. 839, *l.* 17. *adde notam:* Cf. Verg. Aen. II, 390: Dolus an virtus, quis in hoste requirat.

P. 854, *l.* 13. *Auctor huius partis Miraculorum S. Donatiani, qui in prologo se littera* R. *indicavit,* Riquardus *vocatus erat, nam carminis ab eo opusculo suo praemissi (p.* 857, *l.* 12 —20*) litterae initiales hoc nomen efficiunt. Lege igitur p.* 856, *l.* 32: dilectissimo R. R[iquardus], *et l.* 51. *in n.* 6: Auctorem enim Riquardum.

P. 897, *l.* 56. 52, *n.* 1. *pro* Ioh. — 798. *lege:* Waltero c. 9, infra p. 1144.

Ad Miracula S. Hucberti.

P. 908. *Miraculorum S. Hucberti liber I. nuper editus est a Rev. P. C. de Smedt Acta SS. Nov. I, p.* 819—822. *ex eodem codice, quem adhibuimus, et ex altero codice Bruxellensi nr.* 9636. *saec. XII ex., sed hic codex multo inferior altero et mendose exaratus in excerptis nostris nusquam meliorem lectionem praebere videtur. Sed praebet inscriptiones capitum* 5—8, *quae in altero desunt, et cum alter codex fine destitutus sit, integrum libellum exhibet; unde iam constat, quod nescieramus, pauca tantum verba in nostro codice excidisse, caput* 8. *extremum libelli esse.*

P. 909, *l.* 41. *ad* Trodana *adde notam:* Troenes in magno ducatu Luxemburgensi (cant. Clervaux), ut C. de Smedt coniecit.

P. 908, *l.* 17. *Liber II. Miraculorum S. Hucberti nunc editus est Acta SS. Nov. I, p.* 823 —829. *ex codice civitatis Namucensis saec. XII, qui codici reginae Christinae a nobis solo adhibito longe praestat. Ibidem etiam alter codex Namucensis nr.* 2. *saec. XV. exscriptus est, cuius varia lectio omnino mendosa nulliusque momenti est. Sed editionis Bollandianae a V. Rev. C. de Smedt paratae variam lectionem hoc loco adscribimus, quae plerumque cum editione Robertiana convenit et nonnumquam nostrae praeferenda videtur:*

P. 910, *l.* 40. Bonotrivum, *quod C. de Smedt indicat esse Bonnerue communitatis Moircy prope St.-Hubert; l.* 41. Tilatio; *l.* 44. sibi iuste. *P.* 911, *l.* 31. Luisceia, *quod C. de Smedt interpretatur esse Luchy communitatis St.-Hubert; l.* 36. Alerannus; *l.* 40. ab ant. t. Ard.; *l.* 48. se amittere. *P.* 912, *l.* 9. Masburigh *falso; l.* 29. Theodorici, idem allodium; *l.* 36. possessionis *deest perperam. P.* 913, *l.* 3. vigilias Deo; *l.* 16. reddidit; *l.* 46. nomine *deest. P.* 914, *l.* 8. Vernia *et l.* 14. Verniam *perperam; l.* 9. Onhais; convenerant; *l.* 10. fecerunt.

P. 910, *l.* 60. 61. *dele notam* 5, *cum iam ex codice Bruxellensi nr.* 9636. *constet hoc miraculum non in priore libro narratum esse.*

P. 921. *Translatio sanguinis Domini exstat etiam in codice bibliothecae regiae Hagae-Comitis nr.* 1099, *saec. XII ex.; cf. 'Archiv' VIII, p.* 569.

P. 949, *n.* 2. *Carmina Lamberti abbatis et Reginaldi nunc edita sunt 'N. Archiv' XIII, p.* 531 *sqq.*

Ad Fundationem S. Mariae Andernacensis.

P. 968, *l.* 13. *Alterum apographum Fundationis S. Mariae Andernacensis saec. XVI ex. exstat in codice bibliothecae civitatis Treverensis nr.* 1390, *quod in usum nostrum benigno animo exscripsit V. Cl. H. V. Sauerland. Sed hoc apographum omnia fere menda et exemplaris Confluentini et editionis Guntheri, nonnulla etiam cum hoc communia habet. Attamen variam lectionem eius hoc loco adnotavi, omissis multis mendis, quae hoc apographum solum habet: P.* 968, *l.* 15. experte; *l.* 18. Qui enim pr.; *l.* 19. omnimodis; *l.* 21. non, *quod supplevi, deest; l.* 25. hac *cum G.; l.* 28. remanserunt. Ipsa utique ecclesia quomodo ut; *l.* 31. miserrima *cum G.; l.* 32. repropinante *(lege* repropitiante, *quod recipiendum videtur, cum ap. habeat* ex prop.*); l.* 33. in civitate *ut ap. et G.; l.* 37. cenobium. *P.* 969, *l.* 1. acciderat; *l.* 7. pro mitissima *perperam cum G.; l.* 8. herentes *perperam cum G.; l.* 9. infiniti; *l.* 11. enim *cum G.; l.* 13. Sprenckersbach *h. l.;* vin.. oris, *ubi* vicinioris *emendavi; l.* 16. preposuit tenere *perperam; l.* 21. horum igitur; *l.* 24. existeret *cum G.; l.* 27. vel in episc.; *l.* 29. tamen *recte, ut emendavi; l.* 32. Oculo f. cecus et pede claudus *perperam cum G.; l.* 35. erat *perperam cum ap. et G.; l.* 40. *verbo* cenobium *desinit hoc apographum.*

P. 969, *n.* 5. *V. Cl. Sauerland adnotavit ex Necrol. et Kalend. S. Mariae Andernacensis, quod exstat in codice bibl. civitatis Treverensis nr.* 2039, *saec. XIV, Texwindem a.* 1149, *Apr.* 28. *obiisse.*

P. 1068, *l.* 43. *De codice Monacensi nr.* 23486. *vide 'N. Archiv' XIII, p.* 584 *sq.*

P. 1071, *in n.* 2. *pone:* Jaffé, Reg. ed. 2. nr. 6179. sine die et anno.

P. 1099, *l.* 15—20. *Numeri incarnationis Domini cum praecedenti quaque linea coniungendi videntur, ut legatur:* Eberhardus successit anno D. 1065. — Reinhardus successit a. D. 1095. — Dietricus successit a. D. 1111. — Engelfridus eligitur a. D. 1130.

P. 1128, *n.* 2. *lege:* I. de Vornbach, filius Thiemonis II, filii Thiemonis I; cf. Geneal., SS. XXIV, p. 77.

P. 1139, *l.* 33. subsecutura *pro* subsecutiva *emendandum videtur.*

P. 1144, *n.* 8. *De Arnulfo archidiacono, qui et praepositus S. Audomari fuit et a.* 1116, *Iun.* 9. *obiit, vide supra p.* 887, *n.* 2.

P. 1171, *l.* 17. *Etiam Migne, Patrol. Lat. CXXXVII. Miracula S. Waldeberti ex editione Mabillonii recusa sunt.*

P. 1240, *l.* 3. *Radbodi libellus de miraculo S. Martini exstat etiam in codice reginae Christinae nr.* 479, *saec. XI; cf. 'Archiv' XII, p.* 283.

P. 1245, *l.* 26. *Liber Miraculorum S. Heriberti exstat etiam in codice Musei Brittannici nr.* 26788, *olim Tuitiensi, saec. XI.*

O. HOLDER-EGGER.

CORRIGENDA.

P. 91, *l.* 41. *lege:* secundum. — *P.* 295, *l.* 35. *lege:* Reginsindis[a]. — *P.* 297, *l.* 45. *lege:* ex ea. — *P.* 316, *l.* 53, *n.* 4. *lege:* Coulongé. — *P.* 424, *l.* 7. *lege:* saec. XII. — *P.* 476, *l.* 53. *lege:* excipientem. — *P.* 492, *l.* 42. *lege:* portas. — *P.* 508, *l.* 2. *lege:* saec. XII. — *P.* 519, *l.* 5. *lege:* verbis lacessens. — *P.* 574, *l.* 21. *lege:* ammonuit.

P. 576, *l.* 21. *lege:* resecuimus. — *P.* 583, *l.* 1. *distingue sic:* caecitate libertatem sibi dante, domino persolvere; *l.* 9. *lege:* Hegbertus. — *P.* 584, *l.* 34. *pone puncta, multis omissis; l.* 44. *lege:* pugnandi; *l.* 52. *lege:* supereminebat mitigare *et* indictus fuit. — *P.* 585, l. 13. *lege:* certum corpus; *l.* 15. *lege:* humi prostrati. — *P.* 588, *l.* 17. *lege:* antequam; *l.* 41. *post* facit *pone notae numerum* 4 *pro* 1. — *P.* 593, *l.* 21. *lege:* constituti, *pro* constituti. — *P.* 596, *l.* 56. *pone notae litterarum* c *pro* e. — *P.* 602, *l.* 9. *lege:* tempore in. — *P.* 607, *l.* 30. *lege:* Christo. — *P.* 608, *l.* 51. *lege:* prepositus. — *P.* 638, *n.* 1. *lege:* c. 33. — *P.* 648, *l.* 55. *post* coli *dele signum notae* b. — *P.* 662, *l.* 39. *pone, post* Illuxitne. — *P.* 673, *l.* 26. *lege:* geminae caritatis. — *P.* 695, *l.* 59, *n.* 5. *lege:* relationi s. Walarici. — *P.* 697, *l.* 23. *lege:* invenire. — *P.* 716, *n.* 2. *lege:* supra p. 711, n. 5. — *P.* 764, *l.* 47, *n.* 2. *lege:* illatam. — *P.* 772, *l.* 45. *lege:* contigit. — *P.* 793, *l.* 36. *lege:* meriti. — *P.* 830, *l.* 19. *lege:* actiones sancto pro. — *P.* 831, *l.* 33, *n.* 2. *dele* facile. — *P.* 833, *l.* 54. 55. *lege:* dilacerando. — *P.* 909, *l.* 26. *lege:* collocatus. — *P.* 912, *l.* 43. *lege:* Evernei[t]-curtis. — *P.* 913, *l.* 62, *n.* 1. *lege:* Neufchâteau-sur-l'Aize. — *P.* 1031, *l.* 6. *lege:* ab Adilberone. — *P.* 1042, *l.* 29. *lege:* imperatrix. — *P.* 1064, *l.* 38. *lege:* 1) codicis. — *P.* 1084, *l.* 46, *n.* 5. *lege:* I (*pro* II). — *P.* 1117, *l.* 2. *lege:* sollemni; *l.* 11. *dele n.* b *et l.* 4. *notae signum* b. — *P.* 1125, *l.* 36, *n.* 2. *lege:* nr. 292. — *P.* 1155. *in titulo paginae lege:* episcopi. — *P.* 1175, *l.* 55, *n.* o *lege* Herlerum 3 (*pro* 2). — *P.* 1211, *l.* 48. *et p.* 1212, *l.* 4. *lege:* Cellam. — *P.* 1214, *l.* 30. 31. *n.* 1. *lege:* supposititium. — *P.* 1223, *v.* 235. *dele, post* rapinis.

INDEX.

SCRIPSERUNT L. DE HEINEMANN ET O. HOLDER-EGGER.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

Atto, Ato, Atho.

B. *Cf.* P.

Baldradus, Boldradus, Boldredus.

Balduinus, Baldewinus, Baldewin, Baldwinus, Balduwinus, Paldwinus, Baltguinus, Bolduine, Baldzo, Baltso.

C. Ka. Kl. Kn. Ko. Ku.

D. *Cf.* T.

E.

Ke. Ki. Ky. *Cf.* C.

L.

M.

N.

O. *Cf.* U.

P. *Cf.* B.

Q.

R.

S.

T. *Cf.* D.

U. Ŏ. *Cf.* O.

V. *Cf.* F. W.

W. Gu.

X.

Y. *v.* I.

Z.

ADDENDA AD INDICEM.

P. 1323, *col.* 2. *sub art.* Adalbertus episc. Prag. *adde nominis formam* Weihtahc. — *P.* 1324, *col.* 1. *sub art.* Adilburc, uxor Slawinihc, *adde:* Strezislava dicta 1178, *n.* a. — *P.* 1324, *col.* 2. *post* Adalgisus Flandrensis *adde:* Algisus, fr. Dodonis, 1318, 45. — *P.* 1324, *col.* 3. *sub art.* Adrianus II. papa *adde numerum* 679. — *P.* 1325, *col.* 1. *sub art.* Aegyptus *lege:* Aegyptia navis 92, 30. — *P.* 1325, *col.* 3. *sub art.* S. Albini monast. Andegav. *adde:* praepos.: Anscherius; *sub art.* Albuinus episc. Buraburg. *adde:* Cf. Wizo. — *P.* 1327, *col.* 1. *sub art.* Angli *adde numerum* 922, 50; *sub* Anglia *adde numerum* 923; *post* Angligenae *adde:* Torahtbrahtus. — *P.* 1328, *col.* 2. *sub art.* Arnulfus episc. Mett. *lege:* filii: Ansegisus, Walchisus. — *P.* 1333, *col.* 3. *sub* Britannia (maior) *adde:* Brittannica arbor 539, 10. — *P.* 1336, *col.* 2. *post art.* de Cercamp *adde:* Cervia, Cervium, villa, *Chièvres (arr. Ath)* 260, 50. 578, 15. 582, 50. — *P.* 1337, *col.* 1. *post art.* Clemens II. papa *adde:* Clemens *v.* Willibrordus. — *P.* 1341, *col.* 3. *sub art.* Eihstat *adde:* Eihstatensis eccl. 539, 15; sedes 541, 25; cathedra 540, 50; praesulatus 544, 45. — *P.* 1344, *col.* 2. *sub art.* fames *adde numerum* 1296, 60. — *P.* 1347, *col.* 1. *sub art.* Fulda *adde:* Fultanenses monachi 161, 20. — *P.* 1362, *col.* 1. *post art.* Liuzelenbuch *adde:* Livehi villa 1319, 1.

GLOSSARIUM.

abbatiuncula 647, 50.
aborsus, *aborlio* 22, n. 2.
absida = absis 626, 1. 642, 40.
absonitas 704, 5.
abollare, *partem mellis ex alveario sumere* 824, 10.
acediosus, *taediosus, molestus* 156, 15.
in actum publicae administrationis produci 616, 35.
addecimare 1228, 1.
adeptans, *adepta* 117, 30.
admestia, ἀμνηστία, *oblivio* 344, 15.
adminiculatorius baculus 1255, 30.
admirativus 656, 10.
adquietare 1124, 20.
adtonantes, *attoniti* 115, 10.
aduncare 677, 40.
advocatio, Vogtei 681. 1128, 35.
aedilis palatii 371, 15; ediles, *custodes, vigiles* 1226, 10.
aequilibra 549, 15.
aestis = *aestatis, aestus* 108, 15.
aetatula 1140, 1.
affatio mutualis 910, 10.
agalma, ἄγαλμα 666, 45.
agiosgraphii, *divinarum rerum scriptores* 89, 15.
agonithetus 111, 20; agonithetum via aspera 108, 35.
agrestus, *incultus* 111, 25. 113, 20.
aiones, *litterarum rudimenta* 379, 20.
alba, *vestis sacerdotalis* 167, 45. 177, 25. 763, 15 *etc.*
albaria ebdomada 554, 1.
albuginaria mala quae vulgo perulae nuncupantur 545, 10.
aliquidulum 592, 20.
allodium, alodium 54, 30. 523, 45. 892, 1. 912. 975, 55. 978, 5. 979, 25. 980, 20. 981, 35. 1025, 10. 1065, 40. 1066. 1081, 5. 1091, 45. 1120, 20. 1318, 45 *etc.*; alodum 647, 35; allodii vestitura 912, 25.
allophyli *pro* sociis *scriptum videtur* 611, 5.
alumnus, *magister* 86, 25. 106, 20.
amaturia verba 22, n. 2.
ambarvale gentilicium 1050, 55.
ambidexter 665, 5.
amicaliter 157, 15.
amissarius, *admissarius, equus* 327, 5.
amminicula, *adiutrix* 546, 15.
amo, *mensura vinaria* 996, 25.
anaglifum opus 1082, 40.
analogium, *pulpitum* 849, 40.
anaphus, *calix* 628, 50.
anatolegion, *thanatologion* = *necrologium* 992, n. 1.
annalis regum 1167, 20.
anteritas 1081, 25.
anthletus, *atletha* 104, 15. 106, 1. 108, 40. 116, 25. 117, 35 (*plur.* anthletas).
anticulae, *bacula, fulturae* 259, 35.
apodix, id est meretrix 456, 40
apogeum = hypogeum, *specus subterranea* 528.
apokatasticus sol 1242, 20.
aporiatus, *ad* ἀπορίαν *redactus* 435, 20.
apothecae, *hypogaeum, doliarium* 811, 20.
apparuendo, *aperiendo* 112, 40.
appodiatus, *innisus* 999, 35.
approximare 71, 5.
aptificari 657, 25.
aquamanile 177, 20.
aralicius terrae dominus 939, 35.
arcella, *arcula* 921, 35. 923, 55.
archimandrita, *archiepiscopus* 157, 35.
archisterium, arcisterium, *monasterium* 545, 20. 546, 1. 675, 25.
archiva, *thesauraria* 923, 40.
archuatum opus 501, 5.
archyereus, *episcopus* 344, 30.
arciater 543.
arcitum, *proiectum* 102, 5.
arcomegistus, *derivatum ab* ἀρχών *et* μέγιστος 346, 15.
ariola = areola, *atrium ecclesiae* 1092, 30.
aripennis, *mensura agri* 247, 25.
armaria, *bibliotheca* 1076, 30. — armarium 315, 1.
arquites, *arcubus armati* 801, 50.
arula, *ara parva* 468, 40.
ascella, *axilla* 269, 35.
asperellus, Sperber 673, 1.
aspersorium 1092, 20.
auctomerces 190, 20.
auctoratior 1247, 50.
audacitas 107, 1.
aulacium magistratus 106, 10.
aurifrigius 923, 60.
balena 900, 5. 901; ballena 596, 35.
ballatio 22, n. 2.
balneare se 96, 20. 104, 5; balneari 72, 30.
bannale molendinum 981.
bannire 1168, 40.
bannus, Gerichtsbarkeit 913, 15. 994, 20; Strafgewalt 62, 25; Strafe 1145, 20; Amtsbezirk 1001, 20.
barg = tectorium 765, 45.
barginum viae 102, 30.
barilion 105, 25. 109, 20. 111, 35.
barochianus, *sacerdos paroecianus* 1081, 15.
basilicaris domus 668, 35.
belligerosus 111, 35.
benedictiuncula, *donum parvum altari impositum* 545, 20.
benefidus 523. 525, 50.
beneficiare 606, 1; beneficiati 979, 35.
berbix = vervex 204, 25.
bibleae cartae 1265, 5.
bibliothicae caelestis ministri 86, 30.
bibliothecarius palatii 258, 20.
bicornia Pitagoricae litterae 1171, 20.
bimanis 158, 15.
binomius 453, 35.
birsum cervinum, *corium cervi* 865, 20.
blasfemium 595, 30.
blissare, *balbutire* 511, 20.
bocularis, *vas* 177, 20.
bonarius, bonarium terrae 1116.
bracisa, sicerae dulcoramen 440, n. 1.
bragae, Hosen 168, 10.
brattea (= bractea) argenti 439, 35. 442, 5
brevis, *epistola* 32, 30.
bronia, lorica, vestis ferrea 650, 15.
bucca, *os* 667, 35.
buticum, *ciborium?* 177, n. 3.
buxta, *pyxis* 1270.
buxtula 468, 35.
buxula 549, 5.
caballicata 672, 1.
calciarius, *calceus* 168, 1.
caldarium 168, 10.
camararius 219, 20. 648, 10.
cambutta, *baculum (praelati)* 550, 35; cambuta 776, 20. 856, 25; cambotta 268; cambucca 53, 30.
camerata verba 851, 35.
caminata, *camera* 113, 25.
camisia 168, 10. 629, 20. 1042, 45 (altaris). 1068, 15. 1273, 1. 1274, 50; camisa 195, 20.
campanizare 870, 20.
campi, *compotes*, voti 107, 25. 116, 10.
canditus, *candidus* 101, 35.
canna, *vas* 177, 20; kanna 315, 30.
capellania 1119, 25.
capellus, Hut 628, 45.
capicerius 628, 20. 648, 10. 776, 25.
capitalis census 595. 596, 25.
capitaneum altare 829, 15.
capitium tunicae 131, 10.
capitula augustorum, regum Francorum 315, 25. 1169, 10. 1174, 20.
capsae euangeliorum 15, 30.
cappa 177, 25. 195, 15.
capsis, *capsa* 1280, 15.
caraxare 676, 35.
cardetum, *carduetum* 336, 25.
cardinale altare = *principale* 527, 50.
carena, karena, *indulgentia quadraginta dierum* 961, 45. 1274. 1277, 40—1279.
carisma 660, 10.
carrada, carrata vini 1086, 45. 1163, 1.
carrucare 835, 25.
cartallus, *cophinus* 889, 1.
per cartam tradere 204, 10.
cartofilacium 391, 25.
casati (milites) 885, 10.
castrare, *castrametari* 91, 10.
casubula, *vestis sacerdotalis* 628, 45. 629.
casula 177, 30. 458, 25; frigiata 1082, 30.
cata, κατά 105, 20.
catapamnus, *katapanus* 1190.
cathezizare 345, 5.
caumatio, καῦμα 96, 10.
causatio, *lis* 314, 20. 315, 5.
celatorium opus 490, 30.
celeuma, *nautarum cantus* 786, 15.
celtis, *instrumentum sculptorium* 1046, 10.
cenadicum, census piscium 470, 1.
cendatum, *pannus sericus* 177, 30.
centenaria iustitia 914, 5.
cepharlargia, κεφαλαργία 828, 30.
cereoferale 631, 5.
cerillus, qui lingua diutisca rista nominatur 550, 20.
ceroferarius 33, 45.
cervisa 251, 40. 549, 15. 551, 1.
cessio terrae 497, 25.
chauma, καῦμα 92, 5.
ciborium (altaris) 177, 10. 315, 30.
ciclades regales 1, 30. 3, 5.

HANNOVERAE.
TYPIS CULEMANNORUM.


GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00618 6700

